



NAZIONALE
BIBLIOTECA
VITT. EMANUELE
13
20 G
54



GVILIELMI DVRANDI
I. V. CONSVLTISSIMI,

Pars Secunda.

Cum ſummarijs, ſimul & notis ſane quam elegantibus Ioannis Andreæ Bononien. Baldi de Vbaldis Peruſini, compluriumq́; Iuriſperitorum, ex ipſorum autographis deſcriptis.



VENETIIS. M. D. LXVI.

Rubricæ ſecundæ partis.

F I N I S.



PARS SECVNDA

AVTORE GVLIELMO DVRANDO,

Et annotatoribus Ioanne And. ac Baldo, vtroq; sane V. I. lumine & ornamento.



SVMMARIVM.

1 *Substantialia iudicij quæ sint.*

2 *Litis contestatio est iudicij fundamentum, & initium.*

3 *Substantialia missæ sunt tantum illa uerba, quibus species in corpus & sanguinem Christi transsubstantiantur.*

Fundamento deficiente, nullum potest ædificium superesse.

a  ANCTI [a] Spiritus gratia suffragante, de personis in iudicio interuenientibus in libro præcedenti prælibauimus. Et quoniam omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est: ut 1. q. 1. quam pio. idcirco nunc eiusdem suffulti præsidio, nos ad secreta iudiciorũ transferentes, hanc secundam partẽ in tres particulas subdiuidere ꝓperemus. In quarum prima de his, quæ præcedunt litis cõtestatio-

a 2 nem

nem ſedulo diſſeremus. In ſecunda de litis conteſtatione & his quæ ipſam uſque ad finem ſequuntur, calculum annectemus. Tertio uero de ſententia, & de his, quæ poſt eam accidunt, ſubiungemus. Ante omnia ergo illud præmittendum eſt, quòd iudiciarij ordinis ciuilis, uel criminalis ordinarii, uel extraordinarij membra ſunt hæc.

PRIMAE particulæ capitula ſunt hæc: Iudicij præparatio. Actionis ſeu petitionis propoſitio. Actionis ceſsio. Competentis iudicis aditio. Reſcripti apoſtolici impetratio, & eius exhibitio, & impugnatio. Citatio. Contumaciæ punitio. Primi & ſecundi decreti interpoſitio. Comparatio. Libelli oblatio. Dilatio. Feriarum petitio. Recuſatio. Exceptio. Satiſdatio. Interrogatio. Reconuentio. Incidens quæſtio, & cognitionum ordo. Poſſeſſorij & petitorij ſpoliationiſque cognitio.

SECVNDAE particulæ capitula ſunt hæc: Litis conteſtatio. Iuramenti præſtatio. Poſitio. Confeſsio. Probatio. Articulorum exhibitio. Teſtium productio. Inſtrumentorum editio. Præſumptio. Iuramenti delatio. Diſputatio. Concluſio, & renunciatio. Conſilij requiſitio. Sententiæ petitio. Relatio. Remiſsio.

TERTIAE particulæ capitula ſunt hæc: Sententiæ prolatio. Sententiæ executio. Appellatio. In integrum reſtitutio. Supplicatio. Expenſarum petitio. Fructuum & intereſſe reſtitutio. Temere litigãtium punitio. Et ſi qua alia in lite occurrãt: ſed hæc communiter, & ut plurimum contingere ſolent: ut probatur ex. de proba. quoniam. De his ergo ſeriatim aliqua in hac ſecunda parte Deo
1 duce præuidimus pertractanda. † Et not. quòd nõ omnia præcedentia ſunt iudicij ſubſtantialia: ſed quædam ex his, uidelicet citatio ex. de cauſa poſ. & proprie. c. 1. ff. quæ ſen. ſine ap. reſcin. l. 1. §. ex eo. C. quomodo & quando iudex, quæ. ex. de cõſtit. eccleſia. in fi. ex. de maio. & obe. inter quatuor. 2. q. 1. nos in quenquam. Item libelli oblatio, quod dic ſut infra de libel. conce. §. utrum libellus. Item lit. conte. ut ex. de elec. dudum. 2. & de lit. conte. c.
2 1. ex. de iudi. exhibita. † Nam cum ipſa ſit iudicij fundamentum & initium: ut ex. de offi. deleg. ſuper quæſtionum. §. 1. uer. quod ſi. ex. de uerb. ſig. ex parte. 2. ubi ipſa non eſt fundamentum nullius boni operis, ſupereſt ædificium 1. q. 1. cum Paulus. 24. q. 1. ubi ſana. Item iuramentum de calumnia uel de ueritate. C. de iur. cal. l. 2. §. ſed quia ue-
b remur. [b] Et ſentẽtia. ex. de ſimo. licet Heli. & probatur in præ. decre. quoniam. De hoc ſupra de of. om. iu. §. poſtremo. uer. 2. Quod ſi aliquid ex his omittatur, uel præpoſteretur, non tenet ſententia, ipſo iure. C. de ſent. & interlo. om. iud. prolatam. & 2. q. 6. §. diffinitiua. in prin. de hoc dic ut infra de ſententia. §. iuxta. & in Summa domini mei de ſen. & re iudi. §. qualiter. ſub §. is eſt ordo. Cætera autem præmiſſa, non ſunt ita ſubſtantia-
3 lia. † Sicut aliàs eſt ſimile in miſſæ celebratione: in qua ſolum illa uerba, quibus ſpecies in corpus & ſanguinem tranſſubſtantiantur, ſcilicet hoc eſt corpus meum, &c. ſunt ſubſtantialia: cætera uero ſunt de ſolennitate. de conſe. di. 2. panis eſt in altari. in prin. & c. utrum. in fi. Sed & præmiſſa omnia ſecundum ſupra poſitum ordinem ſunt ſeruanda: quia ſic ſolitum eſt ſeruari. ex. de reſcrip. cauſam, quæ. Si uerò alius ordo à principe iniungitur, is etiam eſt ſeruandus: alioquin non ualet quod agitur. ex. de reſc. cum dilecta. ex. de iud. exhibita. Ordo autem iudicialis propriè dicitur conſiſtere in his, quæ aguntur intra litis conteſtationem & ſententiam: cum litis conteſt. ſit litis exordium, ut præmiſi. Ad principale ergo propoſitum celeriter properemus.

ADDITIO.

a Sancti ſpiritus. Eſt Ia. 1. c. circa medium.
b Veremur. De hoc dic ut de iura. cal. c. 1. §. 1. lib. 6.

PARTICVLA I.

a De præparatorijs iudiciorum. a Rub.

SVMMARIVM.

1 *Præparatoria iudiciorum quæ dicantur, & in quibus conſideranda ſint.*
2 *Induciæ præparatoriæ quare non dentur actori.*
3 *Litis euentus ſemper eſt dubius.*
Iniquitas omnia præcipitat.
4 *Circa partes in iudicio conuentas, quomodo ſit diſtinguendum.*
5 *Agere uolens ciuiliter pro fundo, uel pecunia, uel ſeruitute, debet id ter exigere, antequam iudicium inuocet.*
6 *Vbi criminaliter agitur, debet iudex perſonam accuſatoris examinare, & in quibus.*
7 *Accuſatio præſumitur fieri malo zelo: quia eſt genus illaudabilis intentionis.*
Crimina undecunque claruerint, ſunt punienda.
8 *Iudex uidens eſſe ius clarum, & quòd debet pro altera parte pronunciare, an illum inducere poſſit ad componendum.*
9 *Euangelium non recipit litigium: & nemini expediri promptum eſſe ad litigandum.*
Litigioſus prohibet Apoſtolus ordinari: quia ſeruos Dei non oportet litigare.
10 *Iurans quòd ad pacem cum proximo non ueniet, non tenetur tali ſacramento.*


BENE eſt, ut prius quam ad actus iudiciales accedamus, aliqua de iudiciorum [1] præparatorijs præmittamus. nam & ad huiuſmodi præparatoria à iure induciæ conceduntur, quæ præparatoriæ nuncupantur: ut 3. q. 3. de inducijs. 3. q. 2. ſi primates.
1 & infra de dil. §. 1. uer. præparatoriæ. † Circa quod notandum eſt, quòd hæc præparatoria conſiderantur tam circa partes, quàm circa iudicem. Circa partes:

partes: ut uidelicet is, qui agere uel accusare in-
tendit, consulat amicos, & deliberet, & tractet, an
expediat sibi agere, uel accusare, uel litem moue-
re. 3. q. 3. de inducijs. 50. di. põderet. respõ. 1. Et pe
ritos. C. de inge. & ma. si auiam. & de acq. pos. l. 2.
inita de accus. §. 1. uer. qualiter autem. & uideat
suas probationes, an s. posit probare quod inten-
dit. 2. q. 8. scitri. ff de prob. ei qui dicit. 6. q. ulti. a-
ctor. Præparet etiam testes, & aduocatos. ut in præ
dicto c. de inducijs. & caueat an decipiatur testiũ
uel aduocatorum promissione: ut 2. q. 3. Paulum.
extra de elec. statuimus. in fi. lib 6. ideoque cũ pe
ritiorib. debet suum tractatum habere: ut in præ. l.
si auiam. alioquin si cum minus peritis, peribit ut
Iudas. de pœ. dist. 6. cap 1. uer. Iudas enim. & uee.
2 iussset. Et hæc est causa, † quare actori non dan-
b tur induciæ præparatoriæ. [b] nam se ad hoc prius
debuit præparare. 3. q. 3. induciæ. §. spatium. uer. ei
autem. C. de temp. in inte. rest. petendæ. licet alij
prædictum uer. intelligant de liberatorijs. De meo
ergo consilio diligenter quis prauideat, an agere,
uel accusare sibi expediat: & ad præmissa se præpa
3 ret: † quia litis euentus dubius est ff. de pecu. l.
quod debetur. Velox enim iniquitas, ad nocẽdum
occasionem suggerit: lenta autẽ uirtus & cuncta-
trix, antè iudicat, quàm incipiat quid decorum
quid honestum sit: iniquitas quoque omnia præ-
cipitat. de pœ. dist. 3. inter hæc hircnn. 1. extra de
uoto. magnæ. & melius est ante tempus occurre-
re, quàm post causam uulnerato remedium quæ-
rere. C. in qui. cau. in inte. restit. non est ne. l. fin.
nam & ex quo aduersarium conuenerit, oportet
eum litem prosequi. C. quomodo & quando iu. au
4 theu. qui semel † Item circa partes distingue: quia
aut uult quis accusare, aut denunciare, aut agere:
c [c] si uult accusare aliquem de aliquo crimine: si eũ
admoneat prius charitatiuè & familiariter, ut se
emendet de crimine quod commisit: bene est secũ
dum Hugo. 2. q. 8. accusatio, extra de accu. c. 2. ubi
de hoc. 11. indignè non tamen ad hoc de necessita
te tenetur. extra de acc. cap. 2. aliàs extra de simo.
licet Heli. ubi de hoc. & c. per tuas. nisi dicas spe-
ciale esse in ecclesia, contra quàm querela inten-
tatur: ut not. in præ. c. accusatio. imò facuè ageret,
si promoueret: quia tunc non agitur ad correctio-
nem, sed ad pœnam: ut extra eod. super his. & c.
qualiter 2. & in præ. c. licet. De hac monitione no.
infra de in inte. resti. §. 2. uersicu. iudicialis. Si au-
tem uult denunciare, ut fratrem suum corrigat à
peccato: tunc præcedere debet charitatiua moni-
tio: ut in præ. c. super his. & c. qualiter. & eo. tit. c.
2 & de simo. licet. Quòd si se monitus non corri
git: tunc demum iudici denunciet eum: ut ibi, &
5 11. q. 3. præcipuè in fine. † Porrò si uelit agere ci-
uiliter pro fundo, uel pecunia, uel seruitute: tunc
prius quàm illũ in causam uocet, ab eo id ter exi-
gat. quòd si non satisfacit, tunc per iudicem com
pellatur. 2. q. 7. si quis erga. & c. si quis ab episco-
po. C. de pigno. debitores. 16. q. 7. omnes decimæ.
Sed & si quis peccat in me, uel in meos, specialiter
debeo illum præmonere, & corripere secundum
formam Euangelicæ regulæ. 2. q. 1. si peccauerit.
extra de iudi. nouit. in prin. extra de test. in omni.
& in præ. c. præcipuè, Is quoque, qui peccat in

me, debet ad me festinare per se, uel amicum com
munem, & mihi satisfactionem congruam offer-
re. 3. q. 7. in grauibus, & c. iudicet. 48. distin. §. 1. &
1. quæstio. 1. Christi sacerdotes. extra de re iud. ad
apostolicæ. circa prin. lib. 6. Quod si eum audiue-
ro, bonum est: alioquin sibi non imputatur. 11. di-
stin. si quis constitutus, & c. dissidentes. 14. quæ-
stio. 5. si res. 2. quæstio. 3. si peccauerit. Et si prius à
me fuerit monitus: obediat, ne in quæstionem in
cidat: ut in præ. ca. nouit. & 2. quæstio. 7. si quis er
ga. & hoc est consilium salutare: quia dubius est li
tis euentus, ut dixi. Tene ergo certum, & dimitte
incertum, de pœn. distinct. 7. cap. 2. extra de spon-
6 sa. iuuenis. † Circa iudicẽ etiam distingue. [d] nam
d aut agitur criminaliter, aut ciuiliter. Si criminali
ter: tunc iudex debet examinare personam accu-
satoris, scilicet cuius æstimationis, uel opinionis,
& qua intentione, qua fide, qua temeritate, qua
uita, qua conscientia, quoue merito: si pro Deo,
aut pro uanagloria, aut pro inimicitia, uel odio,
aut pro cupiditate accusat. 2. quæstio. septi. si qui
sunt. debet etiam examinare cuius conuersationis
& fidei sit: quia hi, qui non rectæ fidei ac conuer-
sationis sunt, & quorum uita accusabilis est: quo-
rum fides & uita & libertas nescitur, & uiles perso
næ non admittuntur accusantes, ea. quæstione,
quærendum. & sic de his & similibus debet exa-
7 minare. † Nam accusatio præsumitur fieri malo
zelo. quia est genus illaudabilis intentionis. 2.
quæstio. 7. si quis episcopus. Quòd si agatur actio-
ne iniuriarum, semper debet iudex laborare, ut
partes componant, si potest, etiam si criminali-
e ter agatur. 5. quæstio. 2. si primates. [e] uerumta-
men si talis laborat infamia: iudex ex officio suo
procedat. extra de colla. cap. 1. & 2. quæstio. 3. si
quem. Cæterum si agatur ciuiliter, iudex eodem
modo studeat componere. extra de transac. c. fin.
f [f] cum sua concor. 83 distinct. §. 1. 11. quæst. tertia
iniustum. ff. de offic. præsi. congruit. ff. de usufru.
æquissimum. C. de iudic. authen. si uerò. argum. ex
tra de collu. crimina. 2. quæstio. 7. qua propter. So
lu. decre. crimina. locum haber cùm tam de crimi
ne constat: quia crimina undecunque claruerint,
punienda sunt. 23. quæstio. 3. ecce. Item c. quapro
pter. loquitur in causa denunciationis, ubi peni-
tus renuit pœnitere, patet ergo ex præmissis
quòd ab initio cùm sibi ignota sunt iura partium,
8 laborare debet pro compositione. † Sed quid si
iam est in causa conclusum, & iudex uidet esse ius
clarum, & quòd pronunciare debet pro altera par
te: nunquid illum inducet ad componendum?
g Hoc curiosis relinquimus disputandum. [g] Vbi
autem agitur de crimine alicuius clerici: episco-
pus iungat sibi alios episcopos: quod dic ut infra
in titu. de accu. §. qualiter. uer. hoc etiam not.
9 † In summa nota quod nemini expedit, quod sit
nimis promptus ad litigandum. Scriptum est e-
h nim, [h] si quis uoluerit tunicam tuam tollere, &
in iudicio tecum contendere, dimitte ei & palliũ
i ut 14. quæst. 1. cap. 1. §. & Apostolus inquit: [i] Iudi-
cia secularia, si habueritis, omnino peccatum est
in uobis: & uos contemptibiles facietis: ut ibi. &
11. q. 1. c. clericum. §. ex his. & uiles: ut 78. distinct.
perlatum. maximè autem hoc non expedit clericis

24.q.1.cap.1.quia nemo Deo militans, implicat se
k negotijs secularibus: [k] ut 11.q.3. cap.1. extra ne clerici. uel mo. cap.1. in fi. cùm hæc uix sine nota peccati ualeant explicari, ut supra de pœ. distinct. 5. qualitas. Hinc est quod litigiosos prohibet Apo
l stolus ordinari ut [l] 46. dist. per totum. & multo minus religiosos: ut 16.q.1. monachi. quia seruum Dei non oportet litigare: ut 2.q.7. sicut. extra de syndico. c. unico. & præterea litium euentus dubius est: ut supra. Cuilibet ergo consulimus bona fide, quòd pronior sit ad componendum, quàm ad contendendum: ut 90. distin. per totum. extra de
10 transac. c. fi. 5. q. 2. si primates. Nam † & litigans, qui iurat ad pacem cũ proximo non uenire, non tenetur tali sacramento: ut 23.q.4. qui sacramento.

ADDITIO.

a *Iudiciorum. Hanc rubricam habuit autor à Io. de Deo de libro Iudicum primo, in prin. ab alijs ex practicis quos in procemio nominauit rubricam. de hoc non inueni: de his tamen in nigro multi loquuntur. unde Azo, & demum omnes Summistæ rubricam de iudicijs continuãt ad expedita circa præparatoria iudiciorum. Et tamen in prin. secundæ partis sui libel. dicit se in ea parte tractaturum de præparatorijs iudiciorum, quæ præcedunt cõtestationẽ Rof. ẽt in sua rub. 11. quæ est, qualiter incipiatur iudiciũ dicit se in contestatio. 10. rubricis præcedẽtib. de præparatorijs iudiciorum tractasse. Dicebat ergo Gu. Ang. in prin. sui operis, quicquid præcedit lit. cõtestationẽ dicitur præparatoriũ iudicij. pro quo facit uer. fi. supra prox. Sed patet ex nigro, quòd isto modo hãc rubricã nõ intellexit autor. Itẽ quicquid supra parte prima actũ est circa personas iudicũ & arbitrorũ, & aliorũ, suo uel alieno nomine in iudicio interuenientium uel defendentium, & quicquid sequitur hoc in parte 1. totum pertinet ad talia præparatoria: nec etiam intellexit de præparatorijs, de quibus tractat infra uer. præparatoria. hec in prin. alleg sed ipse in nigro hoc prosequitur de quadam inuestigatione & præmeditatione matura, per quam se mente, & corpore præparent partes & iudices ad iudicium subintrandum, uel non.*

b *Præparatoria. Recipiendo eas, ut dicit in uer. præparatoria in prin. aliàs bene dantur actori, ut ibi.*

c *Agere Ingreditur mentem uerborum Io. de Deo. qui secundo libro Iudicum prima rubrica tractat de admonitione præmittenda reo per actorem. & in tertio libro etiam prima rubrica tractat de admonitione præmittenda actori per reum. & hoc innuit in uersi. is quoque cui.*

d *Distingue. Secundum Io. de Deo, cuius fuit iste uer. ubi supra in rubrica. non tamen ponit textum illius c. si qui. sed dixi. 13. articulos inuestigandos. qui ibi habentur.*

e *Primates. Ibi de hoc, & 90. dist c. 1. & c. studendum. per quæ uidebis, quòd potissimè in actione iniuriarum procedit compositio.*

f *Fi. Omnino uide quod ibi dixi super uerbo, casib.*

g *Disputandum. Facilis est solutio: quia oportet iudicare id licitum, uel non, ex circunstantijs: quibus cessantibus abstineat: & maximè quando abstineret contraria parte uincente. Est etiam aduertendum, quod cæteris paribus magis procedit compositio actore uincente, quàm reo. Prima enim sententia requirit executionem, secunda non, nisi forsan in expensis, & quandoque nec in illis propter iustam causam litigandi. Quia ergo executio posset impediri de facto, uel multum tardari per binas appellationes, posset uincenti expedire compositio. Cæteris paribus, dix: quia si actor succumbens, litigiosus & pecuniosus est, & per appellationes fatigaturus est reum absolutum, & maximè cum pro ipso facit aliqua æquitas: puta fama, uel semiplena probatio, uel plena, in qua succumbit ex defectu solennitatis. ut quia apparet instrumentum, sed non positum in suo æstimo uel in registro communis, quæ omissa instrumentum annullãt iustè moueretur iudex ad componendum. Adde, quando iudex debeat inducere partes ad componendum, Fabri. in l. congruit in ultimis uerbis. ff. de off. præ. Bal. in l. transire. C. de transa. & in l. sum affirmat. C. de libe. causa. & in l. ex stipula. C. de sent. & interlocu. omni. iudi. & in l. ex consensu. C. de episcopali audi. Abb. in c. fi. de transac. & in c. at si clerici. supra de adulterijs extra de iudi. Ange. in authen. ut litigan. iurent. §. fi. Bal. in l. quidam existimauerũt. si cert. pet. Abb. con. 117. 2. lib.*

h *Enim. Matthæi. uer. fin.*

i *Inquit. 1. ad Corinth. uer. 1.*

k *Secularib. Secunda ad Thi. 2.*

l *Vt. 1. ad Timo. 3. b De substantia iudicij est citatio, libelli oblatio, litis contestatio, iuramentum calumniæ, & sequẽtia c. de ordine est ordinabilium situs, quod hoc prius, illud posterius. Vnus ordo est inter actus G. Aliud est substantia, & aliud solennitas. Vnde in missa uerbũ, hoc est corpus meum, est de substantia. Alia sunt de solennitate. G. Ordo iudicialis propriè consistit inter litis contestationem & sententiam, non ante nec post. uersi. ordo autem. G. unde dicit Bart. quod præposteratio circa præparatoria iudiciorũ ante litis cõtestationẽ non uitiat. ff. de testibus. l. si quæratur per Bart.*

Bald.

Bald. De præparatorijs iudi.

Induciæ deliberatoria & præparatoria nõ dantur actori. uer. preparet. G. de denunciatione an debeat præcedere petitionem. uer. item circa. & uersic. sequen. G. & qualiter practicetur materia denunciationis Euangelicæ. Et uide Bar. in constitutione Henrici in glo. Bart. ubi plenè de materia ista per Bart. & uide not. extra de purg. ca. nos inter. B. Vide in no. de restitut. spolia. cum ad sedem.

a *De actione seu petitione.* a Rubrica.



VONIAM De iudiciorum præparatorijs dixi, decens est ut de actionibus & petitionibus, quæ in eis intétantur aliqua disputemus. Primò igitur dicemus, an actio sit specialiter proponenda. Secundò, dicemus legaliter de actionibus seu petitionibus, qualiter & qua cautela proponi seu fieri debeant in diuersis casibus. Tertiò, qualiter reus in his habere se debeat, supponemus. Quartò, uerò de actionibus seu petitionibus canonicè annectemus. Quinto, de nominibus actionum: & ubi infrà tertiò tractatu libel. super his libelli concepti inueniantur, breuiter perstringemus.

ADDITIO.

a *Sciendum. Quòd nullus ex practicis autoribus uel alijs posuit hanc rubricam generalem: sed rubricæ materiam dixerunt sub tractatu libellorum, sub quo dicebant inter alia petitionem & eius causam debere exprimi libello. Tractatores autem huius materiæ, ponunt super rubri. de libel. concep. & ibi uide. De hac autem noua rubrica, & eius situatione tripliciter autorem excuso. Primò, quia sine hac rubrica congruè prosequi non poterat inferiora, & ex eadem congruitate posuit infrà, rubrica 8. paruum motsellum de oblatione libel. secundo theoricam petitionum uel libellorum à practica uoluit segregare: nimiam enim prolixitatem induxissent unita. Tertiò, quia rubrica de libel. qua totam quartam partem respicit, subtrahi non debuit illi parti.*

SVMMARIVM.

An actio sit specialiter proponenda.

1 *Actio an sit speciali nomine intentanda. Vbi ex uno facto una tantum resultat actio, tunc sufficit causam, siue factum simpliciter proponi: secus ubi plures rationes ex eodem facto resultant.*

2 *Duabus actionibus, effectus contrarios habentibus, ex uno facto surgẽtibus: eligi debet altera.*

3 *Edere actionem non tenetur quis in causa spirituali.*

Exprimi an debeat nomen actionis in iudicio.

Leues actiones tenetur quis edere: subtiles uerò & obscuras non.

Actio an debeat exprimi in libello.

4 *Veritas in iudicijs est curanda: & ideo sufficit factum simpliciter proponere.*

5 *Verbum actio, in canonibus inuentum: quomodo debeat exponi.*

6 *Statutum alicuius ciuitatis, de non proponendis actionibus: an sit in accusationibus criminalibus obseruandum: aut tunc, an debeat accusator exprimere genus criminis.*

VTRVM actio sit speciali nomine intentanda uetus est querela, quam nunc planius explicemus. Dicendum est igitur, quod aut loqueris secundum leges, aut secundum canones. Si secundum leges, super hoc
a est diuersitas inter peritos. [a] Domini Pla. & H. dicunt, quòd non est proponenda: nam sufficit causam proponi, ex qua actio resultat: ut peto rem, quam emi: uel decem, quæ mutuaui: ut Institu. de actio. §. 1. in fi. & extra de iudi. dilecti. & secundum hoc nunquam actio incompetens poterit proponi: imò quilibet rusticus libellum componere rectè
b sciret. [b] Io. And. & Azo. contra, quòd scilicet speciale nomẽ actionis in libello proponi debet. arg. ff. de eden. l. 1. in prin. C. eod. edita. quia nemo sine actione experitur. ff. de neg. gest. si pupil. §. fina. aliàs enim quare diceret lex quod ineptam actionem proponens, debet succumbere: ut ff. si mens. fal. mo. dix. l. 1. respon. t. C. de formu. & impe. eorum. l. 1. & 2. extra de iudic. examinata. Item quare diceret lex, quòd debet quis ab initio eligere actionem. & ff. de tribu. quod in hæredem. §. elige re. & ff. de lega. 1. cùm filius. §. uarijs. Si enim sufficit causam proponi, sufficeret dicere: peto fundũ mihi in tali testamento legatum, uel peto decem: quia cum fetuo tuo contraxi, quod dicere est absurdum, secundum eos. Tu dic, ut infra in titu. de libel. concep. §. iuxta. uer. item non ualet, si non
1 continet. † Iac. Bu. & Lau. & Gof. [c] dicunt quòd si
c ex uno facto una tantum resultet actio, ut in uenditione, in commodato, in deposito, & similibus: tunc sufficit causam siue factum simpliciter proponi: ut in primis concor. Si uerò plures oriantur ex eodem facto actiones: ut si quis in fundo meo arbores incidat, ex quo facto oritur interdictum, quod ui aut clam, & etiam actio le. Aqui. & etiam arborum furtim cæsarum: ut ff. ar. fur. cæ. si colonus. & in l. pen. ff. quod ui aut clam. si immaturam uel si in societate furtum committatur: quia ex hoc, & pro socio & furti actiones oriuntur: ut ff.

pro socio. l. rei commissoriæ. His quidem casibus & similibus exprimere debet, qua malit experiri: ut reus certificetur: ut in secundis concord. de hoc
2 infra §. proxi. uer. notandum etiam. † Rogerius dixit, quòd si ex facto duæ actiones surgunt contrarios habentes effectus, eligi debet altera: ut si emi fundum de tua pecunia: mandante seruo tuo: tibi enim duæ actiones competunt: una criminis, scilicet furti: alia bonæfidei, scilicet mandati. C. de fur. l. 1. C. si seruus exte. se emi man. l. 1. ff. fami. er. & puto. §. fin. Aliàs autem eligere non tenetur. ff. de eden. l. 1. in prin. sed hoc nō ualet: quia siue sint contrariæ, siue diuersæ & non contrariæ, debet actio exprimi. ff. de tribu. quod in hæredem. §. eligere. de hoc supra de actore. uer item proponens.
d & seq. Odof. Azo, & Roff. d dicunt quod quando factum clarum est, & bene proponitur: ut si dicit, peto decem quia uendidi equum: tunc exprimere non tenetur: aliàs sic. Institu. de actio circa prin.
3 † Porrò, si loquaris secundum canones adhuc est diuersitas. Io Valen. dixit: quod in causis specialibus non tenetur quis edere actionem: quod quidem uerum est. nec est contra, extra de iudi. examinata. In alijs autem dixit. quod tenetur: quo quidem nihil falsus est: ut extra eod. dilecti. Gandul. & Io. Theutonicus dicunt quod leues actiones, ut est rei uendicatio, locati, depositi, & similes, & tenetur quis edere: subtiles uerò & obscuras non. Dixit etiam ipse Io. quòd in ecclesiasticis non tenetur: in ciuilibus sic, etiam in foro eccle-
e siastico: ut 8. di. quo iure. e extra de iureiu. calum. literas. de dolo & contu. cap. 1. & sic non intendit ad opinionem Io Valen. quod non puto, ut dixi. Tertij dicunt, quòd in libello non debet exprimi actio, sed in processu sic. arg. extra de app. constitutus. & de re iudi. abbate sanè. lib 6. Tan. non
f dicit, f quòd nemo cogitur in foro ecclesiastico, nec in libello, nec in processu exprimere actionē: ut in præ. c. dilecti. Sed si sponte uelit, admittitur: ut in præ. c. examinata, & tunc si ineptam proponit succumbet, & poterit aptam proponere: ut ibi, & de restitu. spo. cùm ad sedem. in fi. & usus hanc
4 opinionem approbat. † sufficit enim factum simpliciter proponere: quoniam de sola ueritate curandum est, non de apicibus iuris ciuilis disputandum: ut in præ. c. dilecti. & de dolo & contu. c. 1. ff. manda. si fideiussor. §. quædam. Nam & ex pluribus causis aliquid peti potest, ut patet extra de cō sue. cùm dilectus. de fid. instrum. inter dilectos. circa prin. de con. præ. post electionem. de præscrip. cùm olim. de instit. cùm uenissent. de testam. Raynutius. §. 1. de causa pos. & propriè. cùm super. de capel. mo. cap. 2. de uerb. signi. abbate. & in eodem libello agitur de ui turbatiua, seu inquietatiua, quamuis sint diuersæ. extra de proba. licet. §. fi. sed ibi eadem actio competit: licet ex diuersis causis
5 ff. uti pos. si duo. §. 2. † Et secundum Tan. ubi inuenies in canonibus actio, expone, id est, petitio. Ius
g autem opinionem Gan. cōfirmat. g Item secundū canones intentatur, seu proponitur conditio ex canone, uel officium iudicis: ut 3. q. 1. redintegran
6 da. & 2. q. 2. c. 1. † Quid si sit statutum in aliqua ciuitate, ne actiones proponantur: nunquid qui accusat criminaliter, tenetur exprimere criminis genus? Respon. sic. nam ex eodem facto plurima crimina oriuntur: ut C. de accu. qui de crimine. ff. de priua. delic. nonnunquam. Quid autem iuris sit, cùm inepta proponitur actio, uide supra de offi. iud. §. de serui. uer. in sententiæ.

ADDITIO.

a *Peritos. Totum ponit Roff. usque ad uer. porrò. in rubr. 18. Adde. secundum Abb. in d. c. dilecti. quòd communis opinio est Legistarum & Canonistarum quòd actio in libello non est exprimenda: quia ex propositione facti potest elici, quæ actio sit intentata. & hoc dicit tenere gl 8. dist. quo iure & Accur. in authen. de exhiben. & intro. reis in princ. in uerbo, libellum ubi dicit de consuetudine seruari ut non exprimatur actio. quod & lege etiam potest probari. nam cum reus possit esse certus per rem & causam, satis est: ut l. 1. 2. responso ff. de eden. & facit, cùm opi. sint de iure ciuili, & decisum sit de iure canonico stari debet decisioni iuris canonici: ut no. in c. per uenerabilem. qui fil. sint legi.*
b *Sciret. Sup. & sic opi. hæc aduocatis non placet. Simile quod dixi supra de accusatore. prope fi. uer. item quod non rectè. addebat Roff. quod secundum id superfluo faciebat lib. libellans.*
c *Gof. in rub. de li. obla. in apparatu, in decre. dilecti. de iudicijs*
d *Roff. In l. 1. ff. de eden. ubi supra.*
e *Iure. Vbi de hoc, & 2. q. 6. decreto.*
f *Dicit. In suo libel. de actione reali.*
g *Confirmat. Tene & adde tu, an actio exprimenda sit de iure canonico, do. Abb. Sicul. in c. tua. el 2. in 2. colum. extra de deci. Breuiter dixi post Host. in decre. præ. dilecti. super si. secunda glo.*

SVMMARIVM.

Qualiter, & qua cautela actiones proponi debent.

1 *Agens seu petens, an debeat in libello res petitas, uel propter quas agit, exprimere.*
Vniuersaliter agens, satisfacit in genere petendo: nec habet res hereditarias specificare.
2 *Agens generaliter, satisfacit in libello actionem complectendo, & in genere rem ab initio exprimendo.*
3 *Distinguendū est in actione singulari seu speciali de re petita exprimenda.*
4 *Agens condictione siue causa, an debeat causam, quare agat, exprimere in libello.*
5 *Actiones reales & personales quæ dicantur.*

Actio

Actio realis potest etiam dici personalis.

6 Proponens actionem nimis generalem, seu ambiguam aut confusam, causæ certitudinem non continentem, aut incompetentem in iudicio: non est admittendus.

7 Actionum plurium occurrentium ex uno negotio melior est eligenda.

8 Aduocatus nolens, ubi ex uno negotio plures occurrunt actiones, unam eligere, compellendus est per iudicem.

9 Sententia etiã contra ius litigatoris lata tenet.

10 Duabus actionibus ex uno negotio propositis, si actor non eligat: & contra eum, uel reum feratur sententia, an si appellent possint eligere.

Causa appellationis, an sit eadẽ cum principali.

11 Eligere an quis dicatur in iudicio per litis contestationem, ubi plures actiones ex uno negotio concurrunt.

12 Duabus actionibus ex uno casu nascentibus, an unius electione tollatur, uel extinguatur altera.

13 Origo obligationis, non titulus actionis, in casu mandati suscepti est attendendus.

14 Dominus faciens pactum de non agendo contra mandatum suscipientem actione furti, an poterit agere mandati.

Actio furti per pactum ipso iure tollitur.

15 Is, cui de iure communi in eodem casu competunt duæ actiones: an una intentata possit postmodum aliam intentare.

16 Duabus actionibus ex diuersis casibus occurrentibus, potest qualibet intentari.

17 Agenti stipulatione, quo casu titulus sit ad pœnam, quàm ad rem, aut econuersò agere.

18 Pœna qualibet est odiosa, & omne debitum fauorabile: ideo potius est agendum ad debitum, quàm ad pœnam.

19 Pœnalis stipulatio quando committatur.

20 Petita pœna & sorte in iudicio, an sufficiat super pœna tantùm pronunciari.

21 Actor quo casu duas actiones intentare possit.

22 Agens super una causa diuersa actione, debet alteram eligere.

23 Agens rei uendicatione si succumbat, an redire poterit ad Publicianam.

24 Dominium multis modis occupatur.

Volens se ex contractu emptionis dominum dicere: quatuor necesse est interuenire.

25 In omni contractu oportet duo interuenire.

26 Possidens tantùm ciuiliter, an rei uendicatione possit conueniri occasione talis possessionis.

27 Conuentus rei uendicatione uel auth. in rẽ, uel nouali, &c. si conuincatur, seu uariet, quid iuris.

28 Intentari non potest in eodem libello actio ad exhibendum, & rei uendicatione.

29 Forma libelli, in quo duæ intentantur actiones.

30 Petitio sub hac forma: peto à te rem talem, quã dico meam fuisse: an ualeat.

31 Argumentum de præterito ad præsens, non semper tenet: ut, possedit, non sequitur, ergo possidet, maximè in re mobili.

32 Agens contra aliquem rei uendicatione ad rem, quam dicit apud aliquem deposuisse: ille uerò negans dicit eã commodato cepisse, quid iuris.

33 Rei uendicatio tantum domino competit, fallit tamen quandoque.

34 Petere uolenti legatum sibi relictum, tres actiones propositæ sunt.

35 Stipulari rem suam dari, & restitui, non est idem.

36 Legatum relictum potest peti condictione ex canone.

37 Legato usufructu alicuius rei, an proprietas eiusdem sit obligata.

38 Hæres quondam existens creditor defuncti, si rogatus restituit hereditatem, quam actionem habeat.

39 Fideicommissario quando competat actio, ubi hæres quondam debitor defuncti rogatus est restituere hæreditatem.

40 Intentare uolens Publicianam, pensare debet, si causam habeat, ex qua ei competat.

41 Publiciana ad hoc ut competat, quinque sunt necessaria.

42 Verba transposita idem significant.

Personalis actio, ex quibus nasci possit.

43 Actionem certam habens de delicto, illam debet proponere: incerta autem habens, agere debet de dolo.

44 Vniuersales actiones sunt quatuor.

45 Iudiciorum aliud est uniuersale, aliud generale, & in quibus differant?

46 Vniuersales & generales actiones, quæ sint, & in quibus differant.

47 Interest multum inter dictum speciale & generale.

48 Agere uolens interdicto, attendere debet, an directo uel utili.

49 Actio in factum triplex est, & in quibus quælibet locum habeat.

50 Obligatione inducta lege ciuili, uel imperiali: & imposita necessitate alicui priuato, nec dicitur quo iure debeat explicari, tunc condictio ex lege potest agi.

51 *Vsura per condictionem simpliciter potest repeti, cum iure canonico sit indebita.*

52 *Negotium quod proponitur, si tale est, quòd ex eo non detur actio, sed quasi quomodo sit agendum.*

53 *Petitio utilis loco directa proposita, uel econtrà, an sit ualida.*

54 *Proponens in iudicio, an teneatur exprimere, si directam uel utilem proponat actionem.*

55 *Actio utilis proprio nomine, directa autem nomine cedentis proponitur.*

Vtilis actio intentatur sine cessione: directa uerò non.

56 *Petitio, quæ proponitur apta causa sed inepta actio, an sit ualida.*

SEQVITVR uidere legaliter de actionibus seu petitionibus, qualiter, & qua cautela proponi, seu fieri in diuersis casibus debent. Ante omnia igitur sciẽdum est † quòd
1 agens, seu petens debet in libello exprimere res
a petitas: ut extra de libel. ob. ca. 2. a ff. de rei uẽdi. si rem. §. fin. uel quantitatem declarare, quam petit: ut ff. depositi. l. 1. §. si quis argẽtum. Distingue
b tamen: b quia aut actio est uniuersalis, ut petitio hæreditatis: ut ff. de rei uendi. l. 1. & ff. de petitio. hæredi. sed & si. §. finali. & tunc sufficit in genere petere. ut dicat, peto hæreditatem: ut patet infrà, de iudic. §. 1. nec habet res hæreditarias specificare. Debet tamen dicere, an totam, uel quotã partem hæreditatis petat: ut. ff. de pet. hæred. l. 4. & l. si quo tempore. & C. eod. l. 1. & hoc cum contractus est de certa parte. dic ut ff. de rei uendic. pater. & ff. si pars hæred. pet. antiqui. & l. 1. uel cum petit ecclesiam cum suis pertinentijs, extra de exceptio. cum uenerabilis. extra de restit. spoliat. cum ad sedem. de probationib. licet extra de fide instrumen. inter dilectos. uel præbenda cum plenitudine iuris canonici. extra de concess. præbend. proposuit. uel aliquis locus cum finibus suis. extra de re iudicata. abbate sane. in princ. lib. 6. In is enim non est necesse aliquid in libello, uel in sententia specificari. De hoc infra de relig. do. & infra
2 uersic. sed & si uis ac. & seq. † Aut est generalis, ut pro socio, tutelæ, negotiorum gestorũ: quo casu sufficit in libello actionem complecti, & in genere rem ab initio exprimi: ut conuenio te actione nego. gesto. uel tutelæ, uel pro socio: tunc non ueniunt omnia, quæ possunt intelligi sub natura propositæ actionis: ut. ff. de tu. & rati. dis. extra de causa pos. & proprie. cũm ecclesia. ubi de hoc. ff. de iudicijs solemus. ff. pro socio l. arbitri. Ex post facto autem in iudicio possunt singula capitula exprimi. C. de iudic. l. 2. de hoc. infra uersi.
3 & nota q. † Aut singularis seu specialis: & tunc si est realis, necesse est rẽ exprimi. quod dic ut infra de libel. concep. §. iuxta. uersic. item non ualet in actione reali. & seq. Causam tamen tunc non tenetur exprimere. quod dic ut in eod. §. sed nunquid debet. Si uerò est personalis, necesse est causam adijci, siue petatur species, siue qualitas, siue factum. ff. de rei uendic. si in rem. C. de episcop. & cler. authen. generaliter. ff. de fur. in actione. in princip. C. de edic. diui Adri. tol. l. fina. ut peto rẽ quia emi. uel, quia mihi dedisti, uel promisisti, actione ex stipulatu † §. proximo. aliàs sufficeret certi condictio, si proponeretur. dum tamen certum quid proponeretur. ff. si cer. pet. certi condictio. extra de libel. obla. cap. fin. & Instit. quib. mod. re contra. ob. Si enim causa non exprimeret & reus absolueretur, nihilominus adhuc poterit conueniri. ff. de exceptio. rei iudic. l. & an eadem.
c §. actiones. c Quid si quis generalitee egit causa, uel actione non expressa? De hoc in prædic. §. iuxta uersic. item nota hanc distinctionem actionũ. plenius prosequere. infra in tractatu libel. in tit. de iudic. §. 1. 2. 3. & 4. Item de realibus & personalibus, uide infra de causa pos. & proprie. §.
4 notandum igitur. † Quid de eo qui agit condictione sine causa: nunquid debet causam, quare agit exprimere in libello? Et uidetur quòd non cum sine causa agat. contra: quia sic posset dicere totum patrimonium suum sine causa penes eis esse. Vnde dicit Vbert. quòd debet exprimere causam, cum sit hæc actio personalis, in qua causa est exprimenda, ut dixi. arg. ff. de condi. sine causa. l. qui sine causa. & arg. C. eod. l. 2. & ĩnge quod not. in præd. §. iuxta. uersic. item non ualet, si non cõ
5 tinet. & seq. † Sed quam uocas actionem personalem, & quam realem? Respondeo. realis dicta est à re, quæ petitur: puta quando quis nullo iure mihi obligatus est, sed uolo mihi quæstionem super aliqua re mouere. Personalis dicitur, quando persona obligata est: puta, cum ago contra eum, qui mihi in aliquo contractu, uel maleficio, uel quasi obligatus est, Instit. de actio. circa princip. tit. §. nanque. & §. appellamus. ut infra uersic. uerum. Sed certè secundum hoc uidetur quælibet actio realis & personalis: nam si peto rem, per consequens dico te obligatum ad rem ipsam tradendam seu restituendam, & sic habet locum realis & personalis. Item si peto à te decem, ex causa mutui, dirigo actionem meam in ipsa decem: & sic habet locum personalis & realis. Ad hoc respon. cõsiderandũ esse, ex quo fonte prima procedit actio: & secundum initium & originẽ facti censenda est
d personalis, uel realis. d Nam in contractu uel quasi, maleficio uel quasi persona principaliter obligatur: & ideo tantum actio personalis locũ habet. Cum uerò agit ad rem, res principaliter tãtum petitur: & ideo realis tantum locũ habet, secundum Roffr. in quo autem differat, dic secundũ
e cum in suo libello, in titu. de actione speciali. e Et scias quòd in nulla reali actione debet quis dicere, peto mihi rem restitui: sed tantum, peto rem
f ipsam, uel hæreditatem. f Item ubicunque iudicis officium imploratur loco principalis actionis non debet quis dicere, ago contra te: sed debet iudicis officium intentare. Quæ dic ut infra in titu. de lib. concep. §. fin. uersic. hoc autem. & quic-
6 quid ibi dicitur, hic intellige repetitum. † Illud
g quoque g non est omittendum, quòd proponens actionem nimium generalem seu ambiguam, & confusam, & causæ certitudinem non

non continentem, uel incompetentem, repellendus est, ut si proponat actionem finium regun. pro centum, uel certi condictionem quantitate non expressa in libello, uel si per actionem furti uelit re uendicare, & huiusmodi: ut. ff. de eden. l. 1. ff. de iur. fisc. ita fidei. C. de anna. excep. l. fina. ff. de iud. si quis intentione. ff. si mensf. fal. mo. di. l. 1. respō. 1. in fin. ff. de euic. mino. §. si seruus. in authen. de litig. §. ad excludendas. ff. depositi. l. 1. §. si quis argentum. ff. de fur. in auth. extra de sponsali. de mu
7 liere. † Notandum etiam est quòd si sit tale negotium, ex quo plures oriantur actiones, & certum sit de qualibet, ut suprà. §. primo. Tu aduocate actoris, elige meliorem & pleniorem, ne habeas necesse sæpius ligare: ut. ff. loca si merces. §.
h culpæ. ff. ui bo. rapt. l. 1. ff. ar. fur. cæ. l. 1. [h] Hinc est, quòd si de mandato serui tui quis sciens te id nolle, de pecunia tua prædium emerit, eligere debes an uelis agere contra illum actione furti ad pœnam, an condictione furtiua ad pecuniam, an actione mandati ad prædium emptum: ut C. de furt. l. 1. in fin. §. tales. utraque enim actio ex hoc casu nascitur, sed altera alterius electione tollitur. Si autem modo eligeret, fieret condemnatio secundum illam, quæ minorem pœnam infligit: ut infra de libel. concep. §. iam nunc. uersi. sed cū
8 his. † Quid si nolit eligere, sed dicit, procedatis domine iudex? dic eum cogendum iudicis officio eligere. ff. si quis ius dicen. non obtemp. l. unica. Vel dic quòd non cogitur, sed dicat ei: Amice, elige quam uis, & si non eligit, dicat ei: recede ergo. arg. C. de colla. filiæ. Sed quando debet eligere? Dicunt quidam, quòd usque ad diffinitiuam, & non post. † Sententia enim contra ius litigatoris lata tenet, & ius dicit, etsi iniquè decernit: ut ff. de iust. & iure. ius. extra de re iudic. cum inter. ad si Sed uidetur quòd ante litis contestationem debet eligere, cum talis exceptio sit dilatoria: ergo ante litis contestationem procedēda. C. de probationib. exceptionem. 3. q. 6. cap. si quis. §. exceptio. extra de re iudica. inter monasterium. Dic quòd cum quis plures actiones ad eadem rem intentat, aut eas proponit copulatiuè, dicēs: propono hanc actionem & illam, aut alternatiuè, dicens: propono hanc aut illam. Si copulatiuè, cogendus est eligere. ff. de leg. 2. cum filius. §. uarijs & de le. 1. huiusmodi. §. fin. & l. seruus. §. cum hac. Et est ratio, quia qui coniunctim proponit, unam asserit. Is autem, qui alternatiuè proponit, aut est certus de facto: & tunc certus est, quæ actio sibi competat: & ideo eligere debet, maximè ante iuramentum calūniæ, præsertim ubi requisitus est, quòd eligat. Si uerò incertus est de facto, non cogitur eligere. ut. ff. quorum le. l. 1. §. quod autem. ff. de tribut. quod in hærede. §. eligere. & infra dicam. Quidam autē dicunt, quòd si quis non eligat usq; ad tēpus, quo mutari uel emendari potest: ut C. de eden. edita.
10 cadit à iure suo, quod non placet. † Quid si quis utraque proposita, non eligit? Fertur sententia cō tra eum, uel etiam contra reum. Sed si in causa appellationis ipse uult eligere: nunquid potest? Et potest allegari pro & contra illud: an causa appellationis sit eadem cum principali, uel non.
i [i] Item uidetur quòd potest eligere. arg. ff. de bo. lib. qui cum maior. §. accusasse. in fi. ff. ad Turpil. l. 1. arg. contra: quia uidetur primò propositam elegisse. ff. de condi. indeb. l. indebitum. ff. de fideius. si seruus alicuius. C. ad Maced. si filius. Contra, quòd uidetur secundam elegisse: quia proponendo hāc uel illam, uidetur à prima recedere. Sed dic, uidetur utranque proponere, nec se ab aliqua aliarum excludit. arg. ff. de liber. & posthu. Gallus. in fi. ff. de op. leg. l. legata. unde bene faceret iudex, si in tali uarietate reum absolueret: & uide suprà de actore. uer. quid ergo si deiectus. Sed nunquid uidetur eligere per litis contestationem, uel per solā libelli oblationem? Et uidetur quòd per litis cō testationem: ut. ff. rem ra. hab. amplius. & ff. de tribu. quod in hærede. §. eligere. Quod dic ut C. de eden. edita. Vna autem electa, non potest am-
K plius uariare. ut ff. de lega. 2. statulib. §. fina. [k] Sed in contractibus quantum ad stipulationem distingue, ut. ff de uerbo. obligation. si quis stipu
12 latus. & l. eum, qui certarum. in fin † Quid si in casu prædictæ legis. C. de fur. dominus intentauit actionem mandati contra mandatum suscipientē demum succumbit, nunc uult intentare contra illum actionem furti: ille uerò excipit de re iudicata? Et uidetur quòd non possit repelli. argu. ff. de excep. rei iudic. cum quæritur. & l. sequen. & l. an eadem. §. acquiritur. ff. de regu. iur. nō ex pluribus. non enim uidetur sibi contrarius: quia con
l uentio in alia re, uel cum alia persona, &c. [l] ff. de pact. si unus. §. ante omnia. Arg. contra, quòd sibi obstet exceptio rei iudicatæ: quia inter easdem personas, licet alio genere iudicij agatur: & eiusdem originis est hæc actio. ff. de excep. rei iudic. l. si à te. §. Iulianus. & l. si quis cum totum. §. & generaliter. ff. de noxa. in delictis. §. si detractata. & agendo furti per eandem pecuniam, quam seruus mandauit tradi in emptionem prædij, licet ad pœ
13 nam agatur. † Origo enim obligationis, non titulus actionis inspicitur. C. ad Macedonianum. l. 3. ff. de donat. qui id quod. Propter quod dicūt quidam, repellendum per exceptionem rei iudica
m tæ, quia est contra ius sibipsi. [m] Quid si ille satisfecit domino in partem, nec dixit ex qua actione soluebat: dñs uerò nūc cōuenit eū actione furti ad residuum, uel condictionem furtiua: ille uerò dicit, quòd soluit ex causa mandati? Et uidetur excipiens audiendus arg. ff. de solu. si quid ex famosa. Vbi uidetur ex causa famosa solutum, si ex duabus causis debeatur, & altera non sit famosa, altera sic. Item hic neutrum eligit dominus, sed solutionem accepit. & præd. l. facit etiam in contra-
n rium: [n] sed ibi quando ex diuersis causis, secus
o si ex una. [o] † Quid si dominus pactus est contra
14 eum non agere furti: nunquid poterit adhuc agere mandati? Videtur quòd sic. argu. extra de præsumpt. nonne 25. distinct. qualis. Iniquum enim est id pacto permitti, de quo. ff. de transacti. cum Aquiliana, & l. qui cum tutoribus. arg. contra, quia si potest adhuc intentare actionem mandati, secundum hoc nil operabitur pactum, quod esse non debet. ff. de leg. 1. si quando. ff. ad municipa. l. 1. Actio enim furti per pactum ipso iure tollitur. ff. de pact. si tibi. §. 1. Vt ergo pactum aliquid operetur, uidetur utranque remisisse: & pactū habet

habet in se quãdam deliberationem. ff. de transac.
l. 1. sed si agat mandati, non poterit reus oppone-
re exceptionem pacti : sed in actione furti sic. &
p hoc quidam tenent, quod non multum placet. p
15 † Nec est omittendum ꝙ si alicui competunt iu-
re communi duæ actiones, una intentata, potest
postmodum aliam intentare. ff. pro socio. l. rei. Se
cus tamen est si una competit de iure communi
& altera de beneficio prætoris. De hoc, & quid iu
ris sit, siue pœnales, siue rei persecutoriæ, not. secũ
q dum papam extra, de collu. dete. cap. fin. in fi. q †
16 Quod autem dixi alteram eligendam: uerum est,
si omnes ex uno negotio oriantur. Si autem ex di
uersis, qualibet intentari potest. ff. de priua. deli.
nonnunquam. Si uerò dubium est an duæ orian-
tur, uel non : & æquè dubium, sicut sæpe in stipu-
lationibus dubitatur, an sit agendum ex stipula-
tione, uel certi condictione : ut probatur & not.
ff. si cer. pet. certi. & ff. de uerb. oblig. ubi tũc utē-
re uerbis, quæ se habeant ad utranque actionem,
dicens: peto ex stipulatu, uel ex promissione, quã
ex tali causa fecisti, sicut patet ex stipulationis dif
r finitione. Arg. tamen r quòd tunc possit utraque
proponi. extra de integr. resti. constitutus. ubi pe
titur sententia nulla pronunciate: uel si esset ali-
qua, petitur in integrũ restitutio. Quę dic ut not.
infra de sententia. §. iuxta. uersi. item possum pe-
tere iure dominij, uel quasi: ut infra de causa pos.
& proprie. §. notandum igitur. uersic. aliæ sunt.
Præmissa tamen, ut quidam dicunt, protestatione,
ꝙ alteram uelim prosequi: ut ff. quorum. le. l. 1. §.
quia autem. ibi: quemadmodum, &c. Si autem nõ
est æquè dubium de utraq;, sed de una certum, &
de altera dubium: propono illã, de qua conueniũt
sapientes, ut in exẽplo pacti incontinentia apposi
ti in contractu stricti iuris, omnes conueniunt,
quod tunc detur actio præscriptis uerbis. de uere
ti uerò informata uariant: ergo intentatur præsc.
s uerbis: ut C. de pact. in bonæ fidei. s ff. si cer. pet.
lecta est. 20. dist. de quibus. extra de offi. iudi. de-
17 le. prudẽtiam. prope prin. † Quid si pœnalis stipu
latio subsecuta est: dubium potest esse, an prima
obligatio translata sit in stipulationem pœnalẽ:
ergo tutius uidetur agendum ad primam stipula-
tionem, quàm ad pœnalem: ut ff. de act. & ob. l. 1.
in fi. de uerb. obl. ita stipulatus. ff. pro socio. duo.
Alia tamen ratione tutius est primo ad pœnam
agi, quàm ad simplum, scilicet, quia plus est in
pęna, quàm in re : sed & si plus esset in re, habita
pœna, securius petes postea illud plus. ff. si quis
cau. l. 2. in prin. ff. de arbit. Celsus. in princip. & ff.
de eo quod cer. lo. l. fi. ff. pro socio. si quis à socio.
& l. seq. ff. de act. empt. & uen. prædia. ff. de except.
do. apud. §. Labeo. nisi esset actum, quod utrunque
deberetur, posset exigi cum effectu: tunc enim ui
detur cessare timor ille: ut ff. de trãsac. qui fidem.
C. eo. cum proponas. Caue tamẽ ibi qualiter actũ
est: nam si actũ sit, ꝙ utrunq; cum effectu, uel si-
mul petatur, non recedatur a forma. extra de re
scriptis. cum dilecta. Si autem nõ sit actum, quòd
18 utrunque cum effectu, uel simul peti possit. † Cũ
pœna sit odiosa & debitum fauorabile, prius age
tur ad debitum, seu ad primam obligationem,
quàm ad pœnam : nam pœna de facili repellitur à
iudice, maxime à iure canonum. extra de pœnis.
suam. 12. quæstio. secunda. fraternitas. Sed si fuit
iureiurando pactum uallatum, uidetur utrunque
posse peti, & si actum non sit. C. de transact. si
quis maior. 22. quæstione prima, omne quod. ex-
tra, de iureiuran. debitores. quod alibi. fortè non
t admittitur, secundum Vbert. t Item etiam po-
test & in alio exemplo dici, scilicet, quando quis
obligat nomen sui debitoris creditori suo, tunc
ei datur utilis actio. Nescimus tamen bene utrum
utilis hypothecaria, uel utilis, quæ competebat
obliganti directam: ut C. de hære. uel. act. uen. post
quàm. C. quæ res pig. ob. pos. nomen. ff. de pig. si
ir. Proponat ergo factum se ad utranque habens,
& sic cogatur eligere, uidetur esse melius elige-
re utilem personalem, quæ competebat obligan
ti: hoc saluo, quia si obligans nomen sui debito
ris habeat hypothecariam in bonis illius, uidetur
obligasse illam: unde competet hypothecaria uti
19 lis, secundum Vbert. † Quando autem pœnalis
stipulatio cõmitiatur, & si promitto me aliquid
facturum, uel daturum : & si nõ do uel facio, pro
mitto pœnam, quid sit tunc in obligatione : & si
pro parte do, uel facio, an pœna in solidum com-
mittatur. Item si promitto aliquid, & sub pœna,
an possit peti utrunque : & quando possit præci-
se peti factum, uel interesse, uel utrunque. Item
quid si plura sint capitula, & in uno contraueniа-
tur? dic ut in libello Ref. insti. de actio. ex stipu-
latu, quæ competit ad incertum promissum. & su-
20 pra de arbitr. §. fina. uersicu. quid si plura. † Sed
si quis petit pœnam & sortem, iudex uerò pro-
nunciat super pœna tantùm : nunquid ualet sen-
tentia? Videtur quòd sic. ff. de exceptio. rei iudi.
l. tertia. ff. de arbitr. quid tamen. ff. de minor. etiã.
C. si cer. pet. eo ꝙ. ff. de uerb. oblig. scire. arg. con-
tra. ff. de arbi. qualem. C. de appel. eos. C. ad Sylla.
l. fi. prius dictum uerius est. ut patet extra de test.
Raynutius & C. si aduersus rem iud. l. prima, ubi
u de hoc. u Duæ enim sunt petitiones : una sortis,
& altera pœnę. ff. de appel. cum in una. secundum
Vbert. & iunge hic quod habes circa contrarias
actiones eligendus, supra de actore. uersic. item
21 proponens. † Item not. quòd si actor habet rem
ab aliquo ex iusta causa dominium transferendi
nescit tamen an ille fuerit dominus, necne : tunc
illius rei possessione amissa secundum quosdam,
in dubio duas intentat actiones, scilicet, si ille
dominus fuit, intentet rei uendicationem. ff. de
rei uendic. in rem. ff. de acquiren. rer. dom. tra-
ditio. Si uerò non fuit dominus, intentet Publi-
22 cianam. ff. de publi. l. prima. † Sed cum istæ a-
ctiones diuersæ sint, & contrariæ, uidetur quòd
sit altera eligenda : quia si proponeres contra-
rias, repelleris, ut supra dixi. & in præ. uers. itẽ
proponens. Respondeo, hoc uidetur quòd pos-
sit utranque proponere, propter iustam ignoran
tiam : cùm factum alienum ignoret. ff. pro suo. l.
fin. ff. de acquiren. hære. l. cum falsum. ff. quorum
leg. l. 1. §. 1. sed ubi reus non certificabat actorẽ,
de quo debebat, quare actor utitur eodem iure.
Dico ergo quòd non est iusta sui actoris ignoran
tia, quia eadem persona cum illo censetur, unde
debet suam conditionem scire. ff. de leg. secundo.
cum

cum filius. §. narijs. ff. de reg. iur. qui cum alio. licet sit argum. contra ff. de exercito. act. l. 1. in prin
x cip. & ideo eligere debet, nisi fori x consuetudo obstet. Sed quam eligat? Respondeo, rei uendicationem directam primo: & si succumbat, postea Publicianam. ff. de euic. minor. §. 1. uel agat primo Publiciana, in qua requiruntur leuiores probationes secundum Vber. Alij uero alitet dicunt. quæ dic ut infra in tractatu libellorum, de causa pos. & proprie. §. nunc dicendum & iunge hic quod est infra, uersiculo quod si ue-
y lis. Ioannes de Deo dixit y propter ambiguitatem tutius esse agi condictione, ex lege uel canone, tertia quæstione prima, redintegranda. extra de restitutione spol. sæpe. de hoc Institut. de
23 actio. † Quid si primo egit rei uendicatione, & succubuit: nunquid poterit redire ad Publicianam? Respondeo sic, ut in præ. l. minor. §. si
z seruus. z extra de iudi. examinata. Alij contra. argum. ff. de excep. rei iudi. si mater. §. eadem. in fin. & l. & an eadem. §. actiones. Nec obst. ff. de euic. si cum uenditor. in princip. quia ibi subaudi-
24 tur maxime. † Si autem uelis actionem in rem intentare, si intentaueris rei uendicationem directam: caue tibi, quòd possis probare te dominum iure ciuili, uel gentium, quia licet multis modis dominium acquiratur, ut Instit. de rerum diui. §. singulorum. & ff. de acqui. re. do. adeo. & per totum: puta à lege uel à principe. C. de quadrien. præs. bene. & 4. distinct. quo iure uel cum insula occupatur. Institut. de rerum diui. §. insulam. Vel cum quid capitur in iusto bello ab hostibus. uige sima tertia quæstione quinta, dicat aliquis & 1. distinct. ius militare. & ff. eodem tit. ab hostibus. & in similibus: tamen eius probatio multum est difficilis. C. de probatio. cum
a res. a & ideo utere consilio legis. ff. de rei uen. is
b qui. Si enim b ex contractu emptionis, uelis te dicere dominum, quatuor oportet in illo interuenire. Primum, contractus qui debet præcedere: alioquin traditio nuda dominium non transfert. ff. de acquir. re. do. nunquam nuda. & argum. ff. de dona. nuda. Secundum, quod pretium numeretur, uel fides habeatur, uel aliàs satisfaciat uenditori, aliàs dominium non transfertur. ff. de tribu. procuratoris. §. sed & si dedi. & ff. de contrahen. emptio. quod uendidi. Tertium, quòd res tradatur, aliàs enim dom inium non transit: ut extra de fide instrum. cum Ioan. prope fin. C. de pactis. traditionibus. C. de hæred. uel act. uen. quis tibi hæreditatem. ff. de rei uendic. si ager. nisi in quibusdam casibus specialibus, in quibus dominium sine possessione, uel traditione quæri-
c tur. c Quartum, quòd uenditor fuerit dominus, alioquin dominium, quod non habet, transferre non potest. ff. de aqui. re. do. non est nouum. ff. de offi. procons. obseruare. §. fin. 1. q. 7. Daybertum. extra de dona. inter uir. & uxo. nuper. Hæc quatuor probantur. C. de probationi. cum res. ff. de pign. si superatus. & l. & quæ nondum. §. quod dicitur. & infra de loca. §. nunc aliqua. uers. 56. Alios aũt omnes contractus, ex quibus dominium transfertur, ut dotis, permutationis, & donationis, traditione interueniente, longum esset prose qui: unde aduocatus sit cautus, ut inspiciat contractum, ex quo uult dicere clientulum dominum
25 esse, & illum prosequatur. † Et in omni cõtractu oportet hæc duo saltem interuenire, uidelicet quòd contractus præcedat, & traditio subsequatur. Itẽ & prosequi omnes causas, ex quibus iure gentiũ sine cõtractu domini acquiruntur, longum esset, licet & ille ad rei uendicationem pertineant: unde & tunc aduocatus sit cautus, ut consideret causam, ex qua uult dicere clientulum dominum, &
d an iure specificationis, d uel intentionis, uel alio, & causam illam specialiter prosequatur. Causas illas inuenies. ff. de acqui. re. do. & Instit. de rerum diui. ut prædixi. Item etiam considera, an res sit corporalis an incorporalis: cum possideri non possit: ergo nec uendicari, & an res illa sit singularis uel uniuersalis. quod dic ut infra de causa poss. &
e proprie. § notandum. in possessionibus. e Item uide utrum reus possideat id quod petitur, uel dolo desierit possidere. Super quo uide ff. de rei uend. is, qui petitorio. in fin. ff. de inter. act. si æiones. §. in iure. C. de ali. iu. mu. causa. fac. l. unica. ff. de rei uen. officium. & l. si autem. ff. de nox. elec. io. & infra uerb. quòd si uelis. Qualiter autẽ agatur, procedatur & pronuncietur cõtra illũ, qui cadit à possessione: uide j. de interroga. §. fi. uersi. uerum.
26 & seq. † Sed nunquid f is, qui tantũ ciuiliter pos
f sidet, puta solo animo, potest conueniri rei uendicatione occasione talis possessionis? & uidetur quòd sic. ff. de rei uendi. officium. in fi. ubi indistinctè dicitur, quòd contra quemlibet habentem potestatem restituendæ rei potest intendi: & indefinita locu-
g tio æquipollet uniuersali g 19. dist. si Romanorũ. ff. de serui. urb. prædi. si seruitus. Talis enim bene habet facultatem restituendæ rei, puta propter amissionem. argum. ff. de acquir. poss. §. in amittẽda, nec est hoc præiudiciale ei qui naturaliter possidet, si nõ patiatur simpliciter illam causam agere: sed saluo iure suo. arg. ff. de re iudic. sæpe. extra eodem quamuis ff. qui. mo. pigno. uel
27 hypo. solu. si debitor. † Quid autem iuris si conuentus rei uendicatione seu actione in rem, uel noxali, uel possessor pignoris, uel accusatus, negans se possidere, conueniatur, seu uariet, uel debitum soluere sit paratus: uel ante litis contestationem exhiberet rei petitæ possessorem, uel ostendit seruum noxosum, uel criminosum. uide supra de actore. uersi. item eliditur. & sequen. Item si quis se ultro rei petitæ defensioni offerat: uide infra de interrogationi. §. fina. uersi-
28 culo hi quoque & sequen. † Item qui iuris, cum species, uel quantitas, uel æstimatio p[illegible]itur: nota
h infra de solu. §. pen. uersi. ad huius. & seq. h Et nota quòd uidetur dicere lex, quòd non potest in eodem libello intentari actio ad exhibendum, & rei uendicatio: ut C. de noxa. act. l. 1. in prin. Nam actio ad exhibendũ ordinaria est, & ideo in ea debet dari libellus. 3. q. 3. c. i[illegible] induciæ. §. offeratur. & causa, ex qua agatur, exprimi: ut C. ad exhiben. l. 1. & lis contestari, iurari, & sententia ferri, & in litem iurari: ut ff. eod. Iulianus. §. qui iurauit & de in lit. iur. in actionibus. in princip. Qualiter autẽ in ea libellus concipitur, uide infra in tractatu libellorum, in tit. de iud. §. ult. Verum consuetudo iudi.

iudiciorum admittit, ut utrunque in eodem libello intentetur: ut si dicatur:

29 FORMA. † Peto rem exhiberi: & debet dicere signa eius alioquin ei iuranti succurritur: ut ff. eo. l. 3. & eam exhibitam uendico rei uendicatione. Vel sic.

FORMA. Coram uobis, &c. conqueror de Pe. qui iniustè detinet talem equum ad me iure dominij, uel quasi pertinentem: equus est pili nigri, costus, uel signatus tali signo, in tali parte: quare peto dictum equum mihi restitui: & cum mea intersit dictum equum mihi exhiberi, peto ipsum per dictum Pet. in iudicio exhiberi. Nec obstat præ. l. C. de noxa. quia debet ibi exponi, uel
i pro &. [i] Ee forma positiones super hoc libello: ut infra. de causa poss. & propri. §. notandum igitur. uersicu. aliæ. & de hoc uide in prædi. ff. ulti. de iur. Sed nunquid debet fieri exhibitio ante litis contestationem, uel post, coram testibus ipsius actoris? Dic ut not. §. eodem. lege secunda. secundum Vbert. Sed nunquid possunt simul in eodem libello peti restitutio & rescissoria, uel res metu perdita, & quadruplum. De hoc infra. in tractatu libellorum, de in inreg. restit. uersicu. sed nunquid. & de his, quæ ui. me. ue. causa fiunt. pro-
30 pe prin. † Quid si ago contra te rei uendicatione, & formo sic libellum:

FORMA. Peto à te talem rem, quam dico meam fuisse: nunquid ualet talis petitio, & an hoc probato, præsumetur mea esse nunc, nisi contrarium probetur a te, qui eam tenes, & in me transfertur possessio? Et uideretur quod debeam probare meam esse nunc: ut C. de probatioui b. ex persona. & not. ff. de lib. agno. l. antepenult. & de probatio. leg. quarta. & extra. de causa posses. & proprie cum ecclesia. §. partibus. ibi: ultimò & immediatè, &c. Sed dic contra per leg. C. de proba-
k tio. siue possidetis. [k] facit eodem titu. non epistolis. & leg. non nudis. & C. de testi. authenti. si dicatur. & ff. finium regun. in finalibus. Secus in minore, qui non præsumitur modo minor, licet olim fuerit minor. Item secus in possessione, cum & multæ aliæ sint differentiæ: ut ff. de acquiren. posses. si quis. § differentia. secundum Alber. Pa-
31 pien. Vber. uerò de Bobio † dixit, quod si res est mobilis, non præsumitur modo possidere, licet quandoque possederit quia uilis est & neglecta possessio. ff. de acquiren. posses. si rem. secus in immobili. Sed hæc sententia non est usquequaque uera. nam & si habeo fundum, & steti per 20. annos quod non iui ad ipsum, nec habui iustam causam non eundi: uideor possessionem ob meam negligentiam perdidisse: ut ff. de usu. furto. §. not. & ff. de acquiren. posses. licet tamen si tunc fructus percepi, non ideo possessionem uideor perdidisse. Et hæc omnia uera sunt, cum tractatur de mea utilitate: si uero de in commodo, tunc præsumor mò
l possidere, [l] secundum quod traditur C. ad exhibend. lege tertia. nisi probetur me possidere desijsse sine dolo malo. quod fit eo ipso, quod contrarium non probetur, secundum quosdam. ff. de exce. rei. iudi. si rem ra. habe. procurator. in principio. Alij dicunt, quod si possessio mea peruenit ad aliquem ex contractu, uel ex delicto: præsumitur hodie possidere, nisi probet se desijsse possidere sine dolo malo: ut C. de pigno. act. lege. 3. Si uerò aliter peruenit, tunc præsumitur possidere, sed absoluetur, si uoluerit iurare se sine dolo desijsse possidere: argumen. ff. de nox. quoties. §.
m ait. prætor. [m] † Hoc quoque non est prætereun-
32 dum, quia si ago contra te rei uendicatione ad rem, quam dico me apud re deposuisse: tu uerò negas, dicens me eam tibi commodasse: teneris ad restitutionem propter bonam fidem, & debeo uincere, nec refert qua actione agatur: ut ff. de priuil. cred. leg. 3. nec mihi hoc casu incumbit probandi necessitas de deposito. ff. de fideiuss. tu-
n tor secundum Azo. Iac. Bal. [n] † Item scias quod
33 rei uendicatio tantum domino competit: ut ff. de rei uendi. leg. in rem actio. in princ. & C. eod. docе. Fallit tamen quandoque: ut C. de iure. do. in rebus. & ff. eodem, si sponsalibus. §. primo. ubi mulier agit rei uendicatione pro rebus dotalibus: cum tamen eas uiro tradendo, in eum transtulit dominium: ut C. de pactis. traditionibus. De hoc tamen not. secundum quosdam in præd. leg. in re-
o bus. [o] Item not. quod si misi pastorem meum ad montana, cum ouibus meis & aliquis ei unam uel plures, uel etiam omnes auferat: possum ego eas uendicare. argumen. C. de sacrosanc. eccle. sancimus. 1. prope princi. ibi: sacrorum uasorum custodes, &c. C. si per uim uel alio modo. lege. prima. & ff. de dam. infec. cũ emptor. in fi. 1. respon. & 16. q. 1. in canonibus. prope fi. ibi: custodes chartarum. Item no. quod pastor tenetur de custodia: ut extra. de reg. iur. quamuis. ff. loca. qui mercedem. & uide infra. de loc. §. postquam. uersi. quid si locaui. Verũ simul peti possint res uel æstimatio, & qualiter æstimatio peti potest. not. j. de solut. §. sequitur. uer. ad huius. & sequen. Vtrum aũt petẽs ecclesiam, uel præposituram, uel archidiaconatũ, uel episcopatum, uel aliam dignitatem, etiam secularem, uel ius patronatus, uel ciuitatem, uel castrum, aget rei uendicatione. uide infra. de re-
34 ligio. do. † Illud uero not. dignum est, quod si uis petere legatum tibi relictum, tres habes actiones, scilicet, personalem actionem ex testamento, de qua infra. de testa. §. primo. uersi. & not. & rei uendicationem, & hypothecariam: de qua infra. de pigno. §. 1. uersic. cæterum. & C. communia de leg. l. 1. uersi. rectius. & infra. de primo & secundo decret. §. uidendum. uer. sed nunquid. Sed quando hæc tibi competunt? Respon. rei uendicatio da-
p tur demum ab adita hæreditate, si species [p] fuit legata purè: ut ff. de pec. sed si damnum. §. sed & creditor. & ff. de leg. 2. lagatum. & ff. de fur. à Titio. Item personalis demum ab adita hæreditate, quia hæres non est prius obligatus. Instit. de oblig. quæ ex quasi contra. nas. §. hæres. & ff. ex qui cau. in pos. ea. apud Iulianum. § fi. & l. seq. Item & hypothecariam habes ab adita hæreditate, cum sit accessoria: ut ff. de pignor. cont ra. & l. res. Nec potes uti simul personali & reali: ut ff. de lega. a. cum filius. §. uarijs. sed personali & hypothecaria sic: ut argumen. in authent. de fideiuss. §. sed neque in fine. si autem legatum fuit in genere: tunc habes rei uendicationem, nisi demum facta optione: ut ff. ad exhiben. l. 4. sciendum. Et hoc uerum est,

est, quod habes personalem actionem, cum legatum
25 est in genere. † Quid si in specie? Non uidetur quod tunc habeas personalem. argumen. ff. de osufruc. quemad. r. leg. fin. Sed potest dici contra. Nam sicut odio furum datur personalis actio contra eos, ut Instit. de act. §. sic itaque. sic etiam in fauore legatariorum pro recuperatione eorum, quæ legata sunt in specie. Vel dic aliud esse stipulari rem suam dari sibi, & aliud restitui: & sic aliud est petere rem suam, & aliud petere sibi restitui: ut argumen. ff. de uerbor. obligationib. nemo. Vel dic quod habes personalem actionem ratione possessionis: ut ff. de condi. indeb. leg. indebiti. §. primo. unde utraque locum habet, scilicet personalis, & hypothecaria: sed non ubicunque locum habet rei uendicatio, & hypothecaria
36 locum habet. † Sed quamuis præmissis tribus modis peti possit legatum: possunt etiam peti secundum canones conditiones ex canone, & officio episcopi. 16. quæstion. prima. commonere. 13. quæstion. secunda. ultimo. extra, de testa. nos quidem. & cap. si hæredes. & cap tua. Sed quid si quis legauit plures species alicui, & postea rē alij in genere: nunquid uidentur res illæ obligatæ? Fortè non, quia per generale legatum non detrahitur speciali. ff. de leg. 3. uxorem. §. felicissimo.
37 † Sed quid si legauit mihi usumfructum cuiusdam rei: nunquid proprietas eiusdem rei erit obligata? Respond. absurditas est, si sit mihi obligata: cum non sit permista causa usufructus & proprietatis: ut ff. de acquir. pos. leg. penulti. secundum Vber. Qualiter autem concipietur libellus super cautionibus hæreditarijs a legatario præstandis, uel econtrà: dic ut infra. in trac. libel. in tit. de pig. §. sequitur. Item quo iure, & qualiter, & quando, & à quibus executores testamentorum exigent legata, dicam infra. de instr. editione. §. nunc uerò aliqua. uersic. sed quo iure. &
q seq. & præce. Quæ q autem actio detur fideicommissario ad petendum hæreditatem sibi restitui,
38 notat Azo in Summa, in tit. ad Trebel. † Quid si hæres erat creditor defuncti, & rogatus restituere hæreditatem eā restituit: quæritur quam actionem habet? Et dicunt quidam, quod habet utiles, quas primò habebat directas: ut ff. ad Trebel. l. debitori. C. de iure delib. sancimus. §. in computatione. Sed H. dicit aditione hæreditatis eas extinctas. C. de pactis. debitor. C. de sol. Stirhum. & ideo dicit eas non restituendas: ut ff. de solu. qui res. §. aream. sed dat hæredi conditionem indebiti, quasi plus soluerit. ff. de hære. uel act. uendi. leg. secunda. §. pen. & ff. de conditio. inde. si is, qui. & ff. eod. cum hęres. & C. ad leg. Fal. in imponenda. Si uerò hæres institutus erat debitor defuncti, & rogatus restituere hæreditatem, eam restituit, fideicommissarius aget contra eum actione ex testamento, quasi non plene restituerit. De hoc
r ff. ad Treb. r ita. & l. ita tamen. §. extra. f & fatie
f ff. eod. debitor. † Sed quando competunt actio-
39 nes fideicommissario? Respon. facta restitutione, non ante: ut ff. ad Treb. facta. & in præ. §. ex Treb. & l. si heres. §. 1. nisi in casibus, ut no. ff. eo. Marcellus. §. res. C. communia de le. l. fin. §. fin. Quid si hæres rogatus est restituere hæreditatem primo, & primus secundo: hæres restituit primo, & primus secundo: nunquid utiles actiones remanent penes fideicommissarium, sicut directæ remanent penes hæredem, adeò ut si quis soluat primo fideicom. sit liberatus? De hoc C. ad Treb. l. pe.
t & t ff. eo. ex asse. in fin. Utrum autem restitutione facta in una re intelligatur in omnibus facta? Re-
u spon. sic: ut no. ff. eo. restituta. u Item an procuratori fideicommissarij possit fieri restitutio: not.
40 ff. eo. qui ita. §. 1. † Quid si uelis intentare Pu-
x blicianam? x uide si habes causam, ex qua competat. Super quo uide ff. pub. l. 1. & l. quæcunque. & per totum. & infra. in tractatu libellorum, in tit. de causa possess. & proprie. §. nunc dicendum. & supra uer. item no. quod si. & seq. Considera et an is, qui conuenitur, possideat, sicut dixi supra. uersicul. si autem uelis. & infra. §. prox. ff. eo. cum qui. §. Publiciana, quod si possideat. uide si sit directè dominus, uel emphyteuta, uel uasallus, uel superficiarius: uide etiam ius tuum & aduersarij. super quo uide ff. eodem suum. §. 2. & l. 2. & l. in rem. & ff. si ager uect. uel emphy. pe. & ff. de superfi. p totū. & ff. de dā. infecto, l. si finita. §. si de uectigalibus. ff. de rei uēd. in speciali. & l. seq. † Et no.
41
y y quinque esse necessaria ad hoc, ut cōpetat Publiciana. Primū, quod habeat iustum titulum. Secundum, quod fiat ex eo traditio: ut ff. de publi. l. 1. Tertium & quartum, quod tempore uenditionis
z & traditionis z habeat bonam fidem, quod præsumo, nisi probetur mala. ff. de probatio. nerius. Quintum, quod à non domino tradatur, quod semper præsumo: ut not. ff. de pub. lege. prima. Cæterum, si tu aduocate actoris uis hypothecariam intentare, considera ius tuum, & ius posidentis rē. uide ff. de pign. ff superatus. & leg. si fundus. §. in uenditione. & per totum. Et caue ne posideus potiora iura habeat. Super quo uide ff. & C. qui po. in pig. ha. & cum ages hypothecaria, debes petere in libello ut debitor, uel soluat debitum, uel pignus cedat, & dimittat, uel restituat: ut C. si unus ex pluribus hered. cre. uel debit. lege. secunda in fio. & in prædic. §. in uenditione. Sed melius est, quod primò restituat id, quod est in obliga-
42 tione: † Quia uerba transposita idem significant. ff. de peculio. quidam. & argumentum. extra de rescriptis. causam quæ. extra. de uerb. significationib. nihil. Secundò uerò debitum soluat: ut ff. de pig. si inter. §. final & quasi per totum. & in præd. leg. ius. aliud est. quia ibi ille erat saltem de parte obligatus, secundum Vbert. Vel concipitur libellus: ut infra de pig. §. primo. uersi. cæterum. Quanto aūt tempore hypotheraria tollitur not. infra in trac. li. in tit. de restrip. uerb. sed de hypotheraria. & seq. De hypotheraria uide plenius infra de solutio. §. 1. Qualiter autem concipitur libellus super constit. ob æs alienum. no. infra. de pigo. §. uer. item rum ob æs. Verum si uelis agere personaliter, uide unde sit reus obligatus, quia personalis actio non nascitur, nisi ex delicto, uel quasi, uel ex contractu, uel quasi: quidam etiam ex uarijs figuris causarum. ff. de ar. & ob. l. 1. & l. ex maleficij. & §. acti. Instit. de ob. & supra. uersi.
43 sed quam eliget. † Super his autem generalem
a do a tibi doctrinam: nam si habes certam actionem ex de-

ex delicto, illam propone. Si uerò non habes certam nec habere potes, & constat de delicto commisso: de rigore iuris agendū est actione de dolo: ut ff. de dolo. l. 1. & per totum. ff. de cri. stel. l. 2. ex. de præsumpt. c. 1. Si aūt constat de rigore iuris nō esse cōmissū: æquitas tamē scripta suadet dandam actionē, agatur actione in factū: ut ff. de præscript. uerb. quia. & l. quoties. C. sacrosan. eccl. l. sācimus. & hoc si uis agere de dolo ex. contractū, uel quasi cōmisso. Si autem de cōmisso in contractu distingue, quia aut fuit promissū de dolo non adhibendo, & tunc ex promissione agitur. Si uero nō fuit promissū, distingue in quo negotio fuerit cōmissus dolus, & qualiter: ut ff. de dolo. elegāter. §. nō solū. ff. de except. ita demū. ff. de uer. obligationib. si seruū. resp. 1. & l. 1. & l. iudeamus. alias incipit, Iulianus. §. uno. ff. de solutio. & etiā. l. qui sibi. § 1. & ff. de lega. 1. huius. §. 3. Si uerò uelis ex cōtractu agere, & habes certā actionē eam propone. Si aūt non habes certā, nec ab aliquo perito potest haberi: facta inuestigatione subtili, si cōstet dandā de rigore iuris, agas directa præscriptis uer. ut ff. de exer. ac. l. 1. ff. de præscripe. uerb. l. 1. & 2. & ad hæc. ff. de acquiren. rerū domi. ff. de rebus dubijs. si fuerit. in fi. si de æquitate est dāda, age utili. ff. de dolo. si oleū. Porrò si uis ex edictis prætorū agere. si certa datur actio, illā intenta: alioquin in factū. ff. nautæ cau. stabu. l. 3. Itē si mens & uerba prætoris dantur tibi, proponas directā, si deficiunt uerba, & mens scripta succedit, locū habet utilis. ff. de iurisdic. omniū iudicū. Si autē deficiant uerba & mens, sed mens mētis inuenitur secūdū subtilitatē iuris: est utile agendū, secūdū Vbert. de neg. gest. ait prætor. §. pe. Sed si deficiēt uerba mēs, & mens & mētis: caue ne inuenias actionē de bursa tua. ff.
b so. ma. si uerò. quasi in fi. [b] Sed & si uis actionē uniuersalē, puta petitionē hæreditatis intētare: uide unde tibi delata est hæreditas ex testamēto, uel ab intestato. Itē uide utrū directè, uel per fideicōmissū, & an i iure ciuili uel prætorio: & sic scies an debeas intētare directā, uel utilē ex parte tua, & uide ff. de peti. hæred. l. 1. & 2. ff. de possessoria hæred. pe. & ff. de fideicō. per totū. Sed non sufficit hic tibi scire factū tuū: imò oportet quod etiā scias, an is, quē uis cōuenire, possideat, & qualiter: ut si possideat sine titulo, conuenias eum directa: si cum titulo, in casibus conuenias eum utili: ideoque interroga utrum possideat, & qualiter, priusquam libellum offeras, uel saltem ante litis contestationem. quæ dic ut infra de interroga. & C. de peti. hæred. cogi. & ff. de petitio. hæredi. regulariter. & l. 3. & seq. tit. In hoc autem caue, si uis intentare utilem, ut non intentes simpliciter petitionem hæreditatis: quia simpliciter intentando uideris intentare directam: & idem forè est in alijs actionibus. ff. de petitio. hæredit. nec ullam. §. si quis sciens. Qualiter autem in uniuersalibus, uel generalibus, uel specialibus, uel communibus iudicijs libellus concipiatur, uide infra. in tract. libel. in titu. de iudicijs. §. primo. secundo. & tertio.
44 † Et nota. quod quatuor sunt uniuersales actiones, scilicet, petitio hæredi. famil. erciscun. actio ex testamento, quæ datur uniuersitati per Tre. bel. restituta: actio ex empto, quæ datur quoties
c tota hæreditas emitur. [c] Si uerò uis uniuersale iudicium diuisorium intentare, puta famil. erciscun. considera in ea, quæ iam dixi in petitio. hæredi. consideranda, scilicet, ut scias an habeas directum iudicium, uel utile. nam generaliter quod facit petitio hæreditatis in petentibus, id facit iudicium familiæ erciscundæ in diuidendo, secundum magis & minus: & aliter. ff. de petitio. hæredit. sed & si lege. §. penultim. ff. si pars hæred. peta. non possumus. ff. famil. erciscun. lege. prima. & secunda. & leg. propter speciem. in fin. & leg. si ex asse. & leg. fundus. Respon. primo. In hoc quoque cautus sis, ut hoc iudicium non intentes, si non possides, quia negaret te cohæredem, & sic deficeres. sed si possides, hanc exceptionem, metuere noli. ff. eodem. leg. prima. Si autem uelis intentare communi diuidundo, uide si habes directum dominium, & si habes, illud intenta. Si uero habes utile, uel aliquod ius, intenta utile: & intentatur utile pro rebus, quæ fuerunt communes, sed non sunt nunc. ff. communi diuid. lege. prima. & secunda & per legem hoc. & leg. quis putans. & leg. communi. & leg. in
d summa. [d] † Et nota [e] quod iudicium aliud uniuer
45 sale: ut petit. hæredi. ut supra uersicu. sed & si uis
e ac. sed contra not. extra, de causa poss. cum ecclesia. in gloss. hoc sumptum. ubi petitio hæreditatis
f tis uocatur generale iudicium. [f] Aliud generale: ut negotiorum gestor. tutela, pro socio, & huiusmodi. Aliud speciale scilicet rei uendicatio: quia ibi agitur ad certam rem, uel speciem: & in ea ueniunt fructus, & huiusmodi ff. de re iudic. Paulus. De hoc infra. de iudic. in princip. & supra. in princip. & in pluribus uersic. Differunt autem uniuersale & generale: nam in uniuersali, licet sit actum ad certam speciem: nihilominus uenit omne id, quod tempore sententiæ inuenitur possidere. ff. de petitio. hæredit. l. 4. & l. si quo tempore.
& l. item ue. §. si quis. In generali uerò, si actum sit ad unam speciem tantùm, non uenit quod alia specie continetur: ut si actum sit super administratione, sed non uenit, nisi quod in ea continetur. C. de iudic. licet. ff. communi diuid. iudicium.
46 † Item utilis actio est, quæ competit pro hæreditate, quæ est uniuersum ius, quod defunctus habuit. ff. de uerb. obligation. hæreditas. Omnes enim actiones uniuersales gratia hæreditatis
g tis competunt, [g] generalis uerò est, quæ plura sub se continet capitula, puta administrationem panis, salis, uini & olei, & huiusmodi: non tamen continet uniuersum ius, quod defunctus habuit. Sæpe enim euenit, ut non omnia paterna ad filios deueniant. Item in generalibus actionibus, &c. exprimuntur, & res etiam generaliter petuntur: sed in processu causæ specificantur. argumentum. C. de iudi. leg. licet. quod non est in uniuersalibus, ut supra in prin. huius §. Et scias, quod tutor, qui gessit, tenetur directa: qui uerò nō gessit, utili, qui solū fecit inuentariū, dic ut ℣. in tit. de instrumē. edic. §. edicto. uer. sed cū tutor. Sed quæ
h est differentia [h] inter utiles actiones & generales & speciales? Respon. in uniuersalibus uniuersaliter cōcipit libellus, & uniuersaliter fertur sētētia, nec cogitur quis res exprimere. ff. de peti. hære.

non

non possumus. In generalibus generaliter libellus concipitur, sed lite contestata res exprimuntur: ut in præ.l.licet.ex.de re iud.abbate. In specialibus res exprimuntur in libello.ff.de rei uend.
47 si in rem. † Quid si peto quicquid habes, & possides in tali villa? Dic quòd valet talis petitio: quia interest i inter speciale dictum & generale: vt ff. de ædil. edic. itaque.& l.seq. ff.de euic. serui venditor.ff.de ope.no.nunc.de pupillo.§.qui nunciat.ex.de fide instr.inter dilectos.in princ. &
k vide quod not. de relig. do.§. ad hoc. k si uis intentare actionem in rem scriptam, ut quod metus causa, & similes: vide vnde tibi competat, vt quo metu uis agere, an commisso ex edicto, an per interpretationem, an per constitutionem, an per iudicis officium. super quo uide C. de transact. interpositas. ff. quod mee. cau. l. fin. ff. de var. & extraor. cog. medicus. & hoc plenè prosequere: vt infrà, in tract. de lib. in ti. quod me. causa. Quid si uelis intentare negatoriam uel confessoriam, vide infrà de iudic. §. in confessoria.
48 † Rursus, si uis agere aliquo interdicto: attende
l an agas directo, uel utili, ut iam dixi, & uide l totum tit. vnde oritur: nec sufficit primam legem legere: ut ff.de legibus.in ciuile. 39.distin.cap. primo, quia sub vno tit. sæpe plura interdicta continentur, & diuerso modo posita: ut patet ff.de iti. actuque priua.& de aqua quoti. & æsti.per totum. Item considera quare certum est, quòd effectus interdictorum remansit, licet de nominibus sublatis dubium sit. Quòd autem actio in factum loco cuiuslibet interdicti sit subrogata, certum est: ut Institut. de interdictis. §. fina. igitur eam intenta, faciens mentionem interdicti, loco cuius proponitur. Quod vide in formis libellorum super interdictis infrà in tract. libellorum, in tit. de causa possess. & proprie. & de restit. spol. Item considera, an interdictum proditum sit in possessione vel quasi, Instit. de interdic. in princip. ff. de excep.rei iudic.& an eadem.in fin.ff. de rei vendi. is, qui. Quædam etiam prodita sunt specialiter super proprietate: & in his oportet etiam circa probationem vigilare.ff.de interdic.l.prima, & l. secunda, & not.ff.de iti.actuque priua.unde §.reficiendi. Hanc materiam prosequere, ut infrà de
49 pe. & possessorio. † Sed & ubi iura dari suadent actiones, non tamen dant specialem: locum habet actio in factum: ut infrà de causa possess. & proprie.§.notandum igitur.versicul. item iura. & concipias tunc libellum, prout ibi dicitur. Bre-
m uiter ergo scias, m quòd actio in factum, alia generalis, alia specialis, alia generalissima. Generalis locum habet in tribus contractibus innominatis, scilicet, do, ut des. do, ut facias: & facio, ut facias: nam in quarto, scilicet, facio, ut des: locum habet actio de dolo: ut ff. de præscrip. verb. natura. habet etiam locum in pactis in traditionibus appositis: ut ff. de pac. in traditionibus. & ff.de pac. inter emptio. & uen. l. secunda. Item & quandocunque dubitatur de actione circa contractum: vt ff. de præscri. verb. l. 2. Est & specialis actio in factum. vt actio in factum subsidiaria legis Aquiliæ: cùm datur damnum de non corpore in non corpus: vt Instit. ad leg. Aquil. in fin. de qua habetur infrà, de iniur.§. sequitur. versicul.& quandoque à corpore. & seq. Generalissima est, quæ datur loco cuiuslibet interdicti: ut suprà uersicu. proximo. Item ex quolibet edicto, ex quo certa actio non est prodita, vel edita: ut ff. de eo, per quem factum est.l. fi. Item ubicunque æquitas est actionem dari: ut C.de sac.sanc.eccles.l. sancimus. De hac enim prætoria ibi loquitur secundum Odof. licet alij dicant ibi loqui de actione in factum ciuili, per l.ff.de præscrip. uerb.l. prima. Si autem uelis recurrere ad conditionē ex lege, de qua habes infra, de so.§.fin. in fin. inuenies causam multiplicem, scilicet ex lege imperiali & ciuili & municipali, & ex moribus non scriptis, & ex iure ca-
50 nonico & diuino. † Sed quomodo cognosces, quando conditione ex lege sit agendum prædictis
n modis? Respond. n Considera si lege ciuili uel imperiali inducitur obligatio imposita necessitate alicui priuato: nec est dictum quo iure debeat explicari, tunc enim agendum est conditione ex illa lege, maximè si in eadem lege dicitur lege nostra, uel nostræ legis autoritate hoc fiat, vel æquipollens: vt ff. de condi. ex lege. l. vnica. ff. ad leg. Iul. de adult. quod ex his.C. de peti. hæred.l. fina.C.fin.regun. si constiterit. C. de suffra.l. unica. C. de iur.delib. l. fin. C. vnde vi. in constit. ibi ponitur.C.de do. si quis.argum.3.quæst. 1. redintegranda. & in pluribus alijs. Sed si dirigantur uerba adinuicem, ut ipse teneatur facere, considera diligenter, an sit agendum iudicis officio: vt no. C. de edic. diui Adri. tol. l. fina. Quod autem dixi de lege imperiali vel ciuili: idem intellige de municipali. De conditione uerò ex moribus non scriptis dixi, puta circa feudum, & alias causas, quibus iure scripto non utimur, sed ex moribus agitur.ff.de leg.& senatuscon. de quibus.& prima dil.consuetudo. & §. seq. & c. cuius generale & c. mos autem. Item de conditione ex iure canonico & iure diuino: dixi propter munera & usuras, & similia. 10. distinct.c.1.2.quæst.3. Euthemium.§. hinc colligitur. ex. de vsur. per totum. & spoliatus reperit sua per conditionem ex canone, redin
51 tegranda. ut supra, §. proximo in fin. † Sed uidetur, quòd usuræ possint peti per conditionem simpliciter: nam omnis vsura indebita est iure canonico & diuino & ciuili: ut 46. distinct. sicut non suo.ex.de usur. quoniam.& c.consuluit. in authen. de ecclesia.titu. Ergo patet, quòd per conditionē indebiti repeti possit, sicut & iure ciuili repetebatur, quod erat ultra licitum modum. ff. de condi.indeb.si non sortem.in princ. Nam hodie nulla est, quæ non sit vltra licitum modum: ut in præ. concor. non tamen consulo, quòd te arctes ad conditionem indebiti: sed pete, ut patet infra, in trac.
52 li. in titul. de usuris. † Si uerò negotium, quod proponitur, tale est, quòd ex eo non detur actio, sed quasi actio, id est, iudicis officium: age ipso officio, & illo utere agendo, excipiendo & repli-
o cando, quæ dic ut supra, de offi. iud. o In summa not. tu aduocate actoris, nam debes attendere diligenter, an is, qui alieno nomine est in iudicio, sit tutor, uel curator, uel actor, uel administrator personæ, vel vniuersitatis: & sis instructus in proponenda actione utili, non directa.

suprà uersic. sed si uis. & uersi. & no. quòd econuer
sò aduocatus rei consideret, si est directa proposi-
ta & non vtilis : vterque circa hoc videat. ff. quod
cu. vni. no. l. fi. de consti. pec. l. eum qui. §. pen. ff. de
admi. tut. quot. in prin. ff. quando ex fac. tu. l. 2. &
C. eo. per totum. & C. arb. tu. l. 2. ff. de euic. illud. §.
una. ut cùm debuerit proponere directam actio-
nem, illam proponat. Cùm uerò vtilem, illam
etiam proponat : alioquin reus absoluetur ab ine-
pta petitione : ut ff. si mens. fal. mo. di. l. 1. §. 1. ex.
de iud. examinata. Et iudex causam absolutionis
in sententia inferat : ut infrà, de senten. §. qualiter.
uersic. uerum, si rationes. sed licet sit absolutus :
nihilominus poterit post acta proponi, ut in ead.
decret. & ff. de pig. grege. §. si sub conditione, & de
53 redhibi. l. omnem. §. pen. † Quid si proposuit uti-
lem, cùm debuit directam proponere, uel econ-
p trà : p nunquid valet talis petitio? Videtur quòd
sic. argumen. ff. de nego. gesto. l. antepen. Sed dic
contra : nam refert utrum proponat utilem, uel di-
rectam. ff. de euic. minor. §. primo. Quid ergo si
proposuit directam petitionem hæreditatis, cum
deberet proponere utile? Respond. non bene pro-
posuit, ff. de petitio. hæred. nec ullam. §. si quis sci-
54 ens. † Sed q nunquid tenetur quis dicere utrum
q proponit vtilem vel directam? Videtur quòd sic,
ne actionum turbentur officia. C. de testamen.
consulta. Quia diuersi sunt effectus : per talem
enim quæritur utilis, per quem directa quæri non
posset. ff. soluto matrimo. l. Caius. ff. ad exhiben-
dum. si res ff. de pact. si pater, ff. de procurat. in cau
sæ. §. fina. & talis datur utilis, cui non daretur di-
recta. C. de hære. uel ac. uen. emptor. & l. post-
quàm. C. de actionib. & obligatio. l. secunda, &
in talem datur utilis, in quem directa, non dare-
tur. ff. commo. sed mihi, primo respon. ff. de a-
ctio. empt. l. Iulianus. §. si procurator. Et pro
tali re daretur una, pro qua altera non daretur.
C. de dona. inter uir. & uxo. marito. ff. de donat.
causa mort. qui mortis. ff. de superfic. l. prima. §.
quod ait. Item una datur ex mente alia ex uerbis.
ff. de seruo. corr. ut tantùm. §. primo, ff. ad leg. A-
quil. qui occidit. §. si quis. ff. si qua. pau. fec. di. l. pe.
ff. de peti. hæred. nec vllam. §. quod si quis. Item
sæpe una præfertur alteri. ff. de procur. procura-
55 torem. ff. de pactis. si cùm emptorem. † Item uti-
lis proprio, directa uerò nomine credentis propo-
nitur. ff. de donat. inter uir. & uxo. cùm uir uxo-
ri. C. si certum petatur. si absentis. Item utilis in-
tentatur sine cessione, directa non : quia ossibus
inhæret. ff. de transact. l. finali. ff. de pecu. quis er-
go. Item utilis competit ei, qui habet utile do-
minium : directa habenti directum. ff. quod metus
causa. metum. §. uolenti. Item non solùm substan
tia, uerumetiam tempus & qualitas actionis est
in libello ponenda. ff. de tribu. quod in hærede. §.
eligere. argumen. contra. C. de natu. l. legem. ff.
quibus mod. pigno. vel hypo. solui. si eum. §. si
debitor. ff. de appella. l. secunda Instit. de fidei-
commiss. liber. §. sed quæritur. videtur enim suf
ficere causam proponi. C. de edi. diui Adria. tol-
len. l. fin. Sol. si causa, quæ proponitur, sit adeò
certa, quòd perpendi possit : vtrum vtilis vel di-
recta competat, satis est actionem proponi, licet
non dicatur vtilis, vel directa : cùm etiam suffi-
ciat sola causa, quia certus est reus, vnde non re-
fert quomodo. argumen. si cert. pet. ff. de nego.
gestor. actio. Hic ergo propter multas diuersi-
tates utilis & directa nequit sub certa regula com
prehendi, bonus tamen iudex, si expedire uiderit,
faciet hoc in libello specificari. argum. ff. de usur.
mora. ff. de inter. ac. si defensor. §. illud. In qui-
bus autem casibus datur ab initio vtilis, not. C.
de acti. & ob. l. prima, & vide supra, de procura.
56 §. sequitur. uersicul. sed nunquid agens. † Quid
si proposuit aptam causam, sed ineptam actionem,
vel econtrà : nunquid valet talis petitio? Dic
quòd non argumen. C. de formulis & ea. impe. l. 1.
& secunda, & iunge hic, quod habes infra, de lib.
côcep. §. ad huius ti. & §. iuxta. Hoc quoq; non est
omittendum, quòd talis libellus admittendus est :
ago contra talem, qui molendinum uel domum
in tali loco, in præiudicium meum facere nititur :
ut probatur ex. de offic. deleg. cùm olim Ab-
r bas. r Sed contra : quia hic non agitur de obliga-
tione adhuc contingente, sed de futura, & sic con-
tra. ff. de iudic. non quemadmodum. ff. de usucap. l.
prima. §. primo ex. de re iudica. abbate. de eccles.
ædific. ad audientiam secundo. Dicunt quidam q
ex quo fit apparatus ad ædificandum : agi potest. ff.
de pollic. l. 1. Melius dic quæ prædi. decreta. cùm
olim. non dicit agendum super futura obligatio-
ne, sed de gratia ibi dantur iudices ad cognoscen-
dum de futura obligatione. Item etiam priusquā
ædificaretur, potest agi negatoria, dicendo : nego
s tibi ius esse in tali loco ædificare. s

ADDITIO.

a *Secundo. Et ibi de materia huius principij, in pri-
ma par. 1. glo.*

b *Tamen. Secundum Ros. rub. 20. & tribus seq. Ad
de quòd communiter ita tenent docto. quod nō sit
necesse res specificare. in l. prima. ff. de eden. et ibi
dicunt quòd tali iudicio intelliguntur comprehen-
di, etiam quæ post libellum productum cœpta sunt
possideri per eum. & de hac materia uide etiam in
l. 1. ff. sol. ma. & in l. fi. C. de sententijs, quæ sine cer
ta quantita. vbi ponitur, an procedat libellus: peto
restitui dotem absque alia specificatione.*

c *Actiones. Vbi de hoc & not. quia in reali hoc non
procederet. de quo in uer. sed nunquid. allegato su
prà proxi. in fine. Adde, an causa sit exprimenda
in libello vltra ea, quæ ponuntur in l. prima, ff.
de eden. & in l. edita. C. eo. Alexan. consil. 121. 1.
lib. & Ange. consil. 269. & quomodo procedat li-
bellus generalissimus, vide per eundem consil. 25.
& per Innoc. c. certificari. de sepul. & in cap. dile
ctus. de ordi. cog. & in c. conquerente. de offi. ord.
& in c. cum ad sedem. de resti. spol. Adde tu in li-
bello, & præsertim in actione personali, an & quā
do sit exprimenda causa. & an causa proxima, an
remota:*

remota: vide Lanfran. in repeti. cap. quoniam contra. in § petitiones. in 1. colum. extra de probatio. Item do. Abb. Sicu. in cap. primo, extra de libel. oblatio. Item adde quod si quis porrexerit libellum in actione personali non inserta causa remota, dicendo hoc modo: domine iudex, talis debet mihi dotem: quare peto ipsum condemnari: an iste libellus procedat? Dicas quòd sic, nisi opponatur Lanfran. in repet. cap. quoniam contra. in §. petitiones. extra de proba. & ibi uide remissiones. Additio. Et an & quando sit exprimenda causa in libello, uide Card. Zaba. cap. secundo, de libel. ob. Bal. cons. 117. incip. præmittendum, tertio volum. And. Sicu. consil. octauo, columna secunda. versic. & maximè. in 2. vol. & adde, quòd agens de nuditate, debet causam in libello exprimere: ut per do. de Rota. decisio. 15. in antiquis. Henr. Ferran.

d Realis. Vnde dicit G. Angli. vbi suprà quòd differunt sicut differt à persona. vna enim est rei, alia personæ. alleg. quod no. ff. pro socio. l. 3. Et si uis de materia satiari, vide Cy. in l. 1. C. de alie. iudi. mu. cau. fac. in 5. quæst.

e Speciali. Quæ est 23. vbi plenè de hoc in ultima colum.

f Hereditatem. Dicunt enim simplices, quòd per verbum restitui, intentatur possessorium ad quod pertinet verbum restituendi, ff. de vi & vi arg. l. prima in prin. quod Rof. improbat titu. de rei ven. prope fin. per l. qui restituere. ff de rei uen. & per l. videamus. §. secundo, ff. de usur. per quas leges patet verbum restitutionis, etiam ad petitorium pertinere. Aliud est ergo restitutio possessionis. ff. uti possíde. si duo. §. fin. Alia ratio, per quam improbatur hæc petitio, no. in uersi. hoc autem. statim allegato: cui licet iuridico, resistit vsus, vt ibi.

g Quoque. Iste versicu. ad literam fuit Vbert. de Bobi. excepta ulti. concor. in versic. generalia. al leg. super rub.

h L. 1. Hucusque uer. iste Vber. fuit: cui continuatur uersic. quod autem dixi. qui sequitur, est sub §. cùm breuiter. mihi charta 5. uer. si negotium est tale.

i Non. De quo suprà de salar. §. sequitur. uersic. sed nunquid.

K Fi. de electi. Vt quis duas. de postul. cap. uno. lib. 6.

l Et cætera. In alia re, vel alteri persona non nocet.

m Sibypsi. Rationem Iac. de Ra. qui tenebat contrarium, vide per Cyn. in prædict. l. prima, in octaua quæstione, vbi etiam tractatur an illæ contrariæ actiones simul nascantur, & resideant in eadem persona: & an per electionem vnius tollatur altera ipso iure, an ope exceptionis, & an una electa possit ad aliam rediri illa pendente uel finita. Adde ut per not. in l. edita. C. de edendo. & per Bar. & Dyn. in l. 1 §. non quæritur. ff. de pub. & adde secundum Bald. in l. si prædium. C. de adi. ac. quòd si eligitur vna actio cui sit præscriptum, quòd non impeditur redire ad aliam, cui non sit præscriptum.

n Contrarium, Vt scilicet potius in causam famosam furti soluisse videatur.

o Vna. Ex qua insurgunt diuersæ & contrariæ actiones: vt in hoc casu. vltra id intentio legis fuit id in eam causam solutum, quæ plus expedit soluenti. eo. tit. l. 1.

p Placet. Puto quòd Gul. ponderat quòd cum ex uno facto competat vtraque remissio actionis tollat ipsius originem: qua sublata, nec restabit super quo fundetur actio mandati. vt pactum id operetur quòd res iudicata super altero, vt modo dictũ fuit in uer. quid si in casu. Adde quòd Bart. in dic. §. 1. tenet quòd actio famosa descendens ex delicto, tollatur ipso iure. Secus si descendat ex contractu uel quasi: quia tunc solum pactum non est sufficiẽs ad tollendam actionem, nisi interueniente Aquiliana stipulatione & acceptilatione, quia non reperitur id esse cautum, quòd ipso iure tollantur similes actiones.

q Fi. Sed illud scripsi de relig. do. cùm dilectus. super fin. ult. gloss. tunc continuat verba Vber. de Bobi. ut supra dixi.

r Tamen. Interpositio ad verba Vberti vsque ibi: si autem.

s Bonæ fidei. Et ibi plenè uide per Cy. quomodo ueterem informare est nouam formam, vel nouã qualitatem inducere. Et an informet actionem tantùm, an etiam obligationem. Et an semper informet actionem, & an sicut informat ueterem obligatoriam, sic informet liberatoriam.

t Vbert. Vbi suprà, & adhuc durant eius verba.

u Hoc. Et vide quod plenè dixi de re iudi. cùm inter. ad fin.

x Fori uel loci. Vbert.

y Dixit. Cauilla. lib. 3. pen. col.

z Seruus. Ibi satis plenè de hoc.

a Res. Hucusque Vbert.

b Enim. Ingreditur uerba Rof. de rei uendi. post prin.

c Quæritur. De quibus not. de consue. cap. secundo, & C. de acquir. poss. l. 1. Adde quòd sit probandum in rei uendicatione, Lud. Roma. consil. 423.

Adde ad id quod remittit hæc additio in principio, & in quibus casibus transeat dominium siue possessio. Adde dico Bald. in l. in suis. ff. de liber. & posthu. item Abb. Sicu. & Feli. in c. cum aliquibus. extra de re iudic.

d *Specificationis. Quæ est, cùm fit species de materia aliena. De hoc instit. de rerum diui. §. cùm ex aliena. ff. de acquir. re. do. adeo. §. cùm quis. cuius casu vide in rubr. de vi. & bo. cle. De inuentione habetur Instit. de rerum diui. §. thesauros. & §. item lapilli. sed ille § non congruit, ut ibi. not. sed facit, ff. de acquir. re. do. nunquam. §. thesaurus.*

e *Positionibus. Super ver. cæterùm. vbi prosequitur uerba Rof.*

f *Nunquid. Rof. est uer. quari solet. ultra medium tituli.*

g *Vniuersali. Improuisè fit hæc allegatio. cū suprà posuerit contra quemlibet: & lex in fi. dicat ab omnibus, qui tenent. &c. nec hanc allegationem fecit Roff. qui dicit Azo. in Summa idem tenere. & sic est, ut ubi patet post prin. & idem tenet Accur. ff. eo. super rubr. & ponit exemplum in illo, qui dedit in feudum. Sed Rof. ad contrarium allegat, quòd habere facultatem restituendæ rei videtur respicere traditionem, quam iste facere non potest. Respōdet quòd faciet quam potest illam dimittendo, & animo perdendo, ut sequitur. Adde quod Bartol. in l. Pomponius. §. si is, qui precario. tenet indistinctè, quòd siue habeat facultatem rei restituendæ, siue non, possit conueniri rei vendicatione. & hoc sequuntur ibi communiter docti. & Vincen. imò quando apparet conuentum rei vendicationē non habere facultatem rei restituendæ, valet iudicium intentatum contra eum, & finis huius iudicij est, quòd si actor probet se dominum, & declaretur dominus, nocet victo, si vnquam possessio ad eum peruenerit. Et hoc probat text. secundum Barto. quem dicit scribendum literis aureis in l. si à te §. 1. ff. de excep. rei iudic.*

h *Et seq. infrà, repetitur ibi: vtrum.*

i *Et. Ibi dicit vendicare, vel ad exhibendum agere non prohibens.*

k *Possidetis. Ibi. in fin. Cyn. recitat quæstionem de deponentibus in curia contra electum, quòd electores semel fuerant excommunicati, an procederet positio.*

l *Possidere. Ioan. de Bla. contra, scilicet econuersò. scilicet quòd in sui præiudicium, qui possedit, nō intelligatur possidere: in sui fauorem sic. quod no. in tractatu de rei uendi. in fine.*

m *Prætor. Ad materiam uide quod no. infra, de pet. pos. §. 1. ver. quid si peto.*

n *Iac. Bal. vide infrà de feu. prola. §. qualiter. uers. quid si lis. & vide in quo differt hæc quæstio ab illa: quia hic vendicabit rem, quam se deposuisse dicebat penes reum: ibi simpliciter agebat depositi, sed probauit commodatum. Item hic reus confitetur commodatum: ibi actor id probat. & vide per hoc quòd isti duo versic. sed iste. plus facit pro Innoc. in eo quod not. de iudi. examinata. vt ibi scripsi in gloss. dicit Innoc. Petebat enim ille rem, quam dicebat ad se spectare iure dominij, & dominium probauit, licet actionem locati expressisset. contra eum facit infra, uer. pe. & suprà, de teste. §. 1. char. pe. uersic. sed pone exi. & vide quod ibi dixi. Verè in suis terminis summam æquitatem habet hæc solutio, scilicet cum reus à principio confitetur se debere quod petitur, sed ex alia causa: nec aliud proponit quod obstet actori. Hoc dico, quia si dicas, non deposuisti sed commodasti: ante vsum completum repetere non potes. extra, de commod. c. uno. ff. eod. in commodato. §. sicut. tunc cessaret æquitas prædicta. & procedit dictum rei, quòd non procederet in deposito. extra. de positio. bona fides. §. 1. ff. eodem. l. 1. §. est autem. & responsio illa recta esset, negans narrata, & dicens petita fieri non debere. Adde quòd prædicta Io. And. sequitur Pau. de Castro, in l. is, ad quem. ff. de acquir. hered. & Alexand. consil. 120. 1. lib. & Pau. de Castr. consilio 207. Et quia titulo huic conuenit hæc materia, cuius satis trita est quæstio: retentis terminis agens depositi ad quantitatem uel speciem lite contestata per negationem producit testes, qui probant commodatum quod sequi debeat commendatio, videtur primò ex æquitate, quæ vult rem meam, quæ ad te peruenit, mihi restitui. ff. si cert. petat. si & me. si suffragandum est cuique, vt consequatur quod suum est. ff. quod cum eo. l. 1. & nota. ff. de eo quod cert. lo. l. 1. in ulti. gloss. Item sicut error causæ non impedit translationem dominij. ff. de acquiren. rerum domin. cùm in corpus. Sic error actionis non impediat sententiam, quin condemnetur reus conuictus per probationes: cùm & iudex per sententiam dominium transfert: ut notat. Institutio. quibus aliena. non licet. §. primo. nam & iudex contra naturam actionis fert sententiam. ff. de adil. edict. l. bouem. §. aliquando. Hoc tamen solue ut scripsi de simonia. licet Heli. super finem gloss. sic supra. Item constat iustum esse debitorem ex numeratione, & traditione probatis. & sic contracta fuit obligatio, ex qua mihi competit certi condictio, ex qua licet actio proposita fuerit inutilis, iniquum esset, condemnationem*

non sequi: cum saepe id, quod non ualet ut agitur, ualeat ut ualere potest. extra, de desponsatione impuberum, cap. uno. libro sexto. ff. de pactis. si unus. §. penulti. nec refert quo genere actionis agatur. ff. de euictionibus si mancipium. §. 1. Ad contrarium inducitur, quod supra dixi, & ff. si pars hered. pet. l. non possumus. & ff. iudic. solut. cum quaerebatur. ubi cautio in una actione praestita non committitur, si alia actione agatur. Ad idem iura allegata in praedic. uersi. quid si lis. ff de iureiuran. si duo patroni. §. Iulianus. & praedic. de eret. licet Heli. & de re iudic. abbate. lib. 6. per quae iura multi tenent contra, quia deficit obligationis initium, quo ad causam propositam. Allegant. ff. de ac. & ob. l. quecunque. ff. de neg. gest. Pomponius. 2. & l. fideiuss. ff. de institor. l. habebat. & si mens. fal. mo. di. l. 1. §. 1. & uolentes saluare dictum Innocen. dictum illud procedere, quando ab initio non fuit opposita ineptitudo libelli. quod intellige cum patebat ex eius forma. Cessat enim id, quando ineptitudo apparet ex probationibus tantum. Mihi placet dictum Inno. qui loquitur de petente rem iure dominij, & probat se dominum: qui licet submiserit actionem locati, obtinere debet ex causa sufficienti intentata & probata, pone. in fi. melius. Quando uero simpliciter petit rem per actionem depositi, & demum probat commodatum, uel locatum: hic procedit opinio contraria, & iura ad illam partem inducta: nunc in defensione primi dicti oportet instari. Assumo igitur illud contrarium, quod est utilis in materia, & plenius specificat, scilicet decret. Abbate. per quam patet a uersi. caeterum. usque ad finem, quod uendicans rem, uel illam petens iure dominij, non habet necesse exprimere causam. & concordan. ibi uide in glo. talis. Potest tamen exprimere, si uult: tunc habet necesse probare illam causam esse & fuisse ueram tempore litis contestationis: & ut ibi scripsi super gloss. pen. diuerso respectu, quandoque utilius est exprimere causam, quandoque utilius non exprimere: ex primo autem patet, quod libellus Innocen. de quo supra perfectus erat sine adiunctione actionis: nam illa adiunctio, nec fuit, nec potuit esse causa dominij, uel illius petitionis, nec acquirendo, nec in utendo. Primum patet, quia non est de titulis enumeratis post titulu de acquiren. rerum domin. ff. Secundum etiam patet, quia locatio fit a non domino: unde conductor locat. ff. loca. l. nemo. Concluditur ergo quod adiectio fuit impertinens & inutilis. Sed nos habemus regulam in 6. qua inter regulas Legista non habent, Utile per inutile uitiari. Item sumus in materia separabili: cum praecedens oratio libelli in se perfecta foret, ut dixi. Concluditur ergo dictum Innoc. in suis terminis procedere. Fortificatur hoc per not. de consec. dist. 4. si non sanctificatur. in princip. & recitantur de baptismo cap. 1. ubi etiam in baptismo, si forma uerborum congrua iam prolata, addantur aliqua uerba, nihilominus uerum est baptisma: si hoc in baptismo, fortius in libello. Facit ad praedicta clo. de praebend. cap. 1. primo responso. in fine.

ADDE quod Abbas in cap. examinata. dicit quod de rigore iuris, contrarium eius, quod uoluit Innocen. est uerum. l. 1. C. si men. fal. mo. di. & ita dicit tenere Hostien. sed de aequitate teneret opin. Innocen. quam etiam tenent Bart. Bald. Rapha. & Paul. de Cast. in l. 1. ff. de eden. & Innocen. in l. ita stipulatus. §. Chrisogonus. do uerbo. obligat. Roman. tamen consi. 446. incipien. primus propositae quaestionis articulus, dicitur sentire opinionem contrariam breuibus uerbis. & pro communi opin. facit gloss. in l. unum. ff. si certum pet. & quod uoluit idem Rom. consi. 496. scilicet quod ubi alias citatio non est necessaria, si illa fiat non rite, non uitiatur actus. Faciunt quae uolut doct. in l. si stipuler. §. fin. de uerboru obligationibus. Adde tu, quod licet in petitione seu libello uiderentur aliqua superflua, propter quod non uitiatur. respondet Bald. in l. Gallus. §. quidam recte. in 1. col. ff. de liberis & posthu. Adde etiam quod cum exprimetur in libello, dummodo inferat ad conclusionem Bal. in l. Gallus. §. quidam recte. in 4. col. ff. de liberis & posthu. Item facit ad supra dicta per Ioan. And. quod si libellus ex una parte est ineptus, ex altera uero aptus, proceditur super parte apta, reiecta atque remota inepta. Hostien. in c. ad dissoluendum. de despon. impu. extra, Lap. allega. 55. in 4. col. Abb. Sicul. in dic. cap. ad dissoluendum. unde si ineptitudo non attenditur, multo minus superfluitas, &c.

o Rebus. Vide ibi tres lecturas in glo. contra.

p Species. Sup. quae erat legantis.

q Quae. Hic incipiunt uerba Alber. Gal. tit. de quarta Trebel. usque ad uersi. quod sine lis. Adde quo modo formetur libellus cum fideicommissarius uult auocare alienata. Paul. de Castro consi. 10.

r Trebel. Et uide infra de indi §. 1.

s Trebel. Ut dixit Alber. Gal. ibi ista duae quaestiones no.

t Et. Supple plenius, ut dixit etiam Alber. Gal.

u Restituta. in 3. glo.

x Publicianam. Hic redit ad uerba Ubert. de Bobi.

ad quæ interposuit ultra duas columnas.

y Et not. Hac quinque not. Accur. Institut. de act. §. alia. in glo. & sic uidetur. Scias quòd Rofr. ubi de Publiciana tractat, aliter prosequitur quinq;, quæ dicit necessaria, & illa plenè. Ponit enim pro primo & unico tertium & quartum, quæ hic sunt coniuncta. alleg. ff. eod. tit. eum qui. §. prætor. & §. Publicianam. & l. sequenti. Secundum quod res sit talis, quæ possit usucapi uel præscribi, dans regulam quòd res non usucapilis, nec præscriptibilis, non cadit in Publicianam: & econuerso, omne usucapibile & præscriptibile traditum tit. à non domino petitur per Publicianam. alleg. ff. eod. eum qui. §. fina. & l. fine. §. hæc actio. ponit quatuor casus exceptos, in quibus in casu non usucapibili procedit Publiciana. Tertium, quòd intercedat causa iusta transferendi dominium, si fieret à domino. ff. eodem quæcunque. in princip. Quartum, quod res sit talis, quæ alienari possit eodem tit. cum sponsus. §. si res. Fallit in re furtiua. quæ alienari potest, & tamen non datur Publiciana. eodem tit. fine. §. hæc actio. Quintum, quòd fiat traditio. ff. eod. tit. l. 1. in fi. In casibus. eod. l. 2. & 3. An uerò requiratur uacua possessio: dicam de causa possess. §. nunc uidendum. uersi. si uerò dubitet. ubi etiam plene prosequar hæc quinque non esse necessaria in omni specie Publicianæ. Adde quæ necessaria sint ad hoc, ut competat Publiciana, Roman. consi. 424. Et an Publiciana detur contra titulo possidentem, uide Alexan. consi. 90. 2. lib. Et an agens Publiciana debeat habere titulum, & uacuam possessionem per Alexan. consi. 45. 2. lib. Et quid debeat deduci in Publiciana, per eundem consi. 90. secundo. libro.

ADDITIO. Et cui competat Publiciana, & quæ requirantur ad eam intentandam, tradit late Phi. Corne. consi. 210. In iudicio in 2. volum. Bald consi. 436. incipien. quidam dominus. in 1. uolum. Et an Publiciana competat ecclesiæ in bonis possessis ab eo, qui se & sua offert ecclesiæ, uide Socin. consi. 102. incipien. uisis duobus. col. 2. uersi. item probatur. in 3. uol. Hen. Ferran.

z Et traditionis. Tempore quo experitur, non: aliàs nulli competeret Publiciana. Rofre. ubi supra proximè.

a Do. Verbum. Vber. ubi supra.

b In fine. Ad literam, sic dicit Vber.

c Emitur. Versi. iste non fuit Vber. sed Rof. hoc posuerat plenius Innocen. de offic. ordi. conquerente. quod uide de lib. obl. c. 2. super 1. glo. ubi post eum scripsi, quòd petitio iurium episcopalium generalis est, non uniuersalis.

d In summa. Secundum Vber. quem interdicit usq; ad uer. ad hoc.

e Et not. Quòd in princip. huius §. uocauit actionē, uel petitionem: hic uocat iudicium. & ibi dixi ubi tracta. hic Rof.

f Iudicium. Responde per suppletionem ibi dicit, de generalibus suppleas & uniuersalibus.

g Competunt. Patet supra proximo tertio uersi.

h Differentia. Continuare debuit finem quæstionis cum uer. proxi. de hoc tractasset Rof. etiam rubr. 22. & Gul. Ang. ubi suprà in prin. solum quærebant de uniuersali & generali: cum uideretur simonia.

i Interest. Quo ad declarationem fiendam: ut supra. Adde Bart. in l. Titia. ff. de leg. 2. & Abbas in c. 2. de uerb. ob. & Alex. consi. 184. 2. lib.

K Ad hoc. Reassumit uerba Vber.

l Et uide. Tu aduocate, qua in toto opere alloquebatur Vber.

m Scias. Et not. in pra. §. fin. Instit. de interdic. in glo. pe. & plene per Rof. de act. in fac. præscript. uerbo. & rubricis seq.

n Respondeo. Secundum Vbert. cuius sunt uerba. uide quid dicam infrà de oblig. & solut. in fi.

o De offic. iud. Hac occasione sumpta continuauit hic Vbert. tractatum de officio iudi.

p Econtra. De illo, qui intentat directam, & probat inutilem: uide per Cy. C. de act. & obliga. l. 1. in ult. q. uer. pe.

q Sed iste uer. fuit additio. de quo aliquid dixerat Alber. Gal. tit. de procur. in rem suam. sed hic aliter & plenius. Adde, an ille, qui agit ex iure cesso, debeat hoc exprimere in libello. Alex. consi. 136. 2. lib.

r Abbas. Vbi hoc scripsi super uer. nitebatur.

s Aedificare. De hoc satis infra de causa pos. pe. & ult. col. Adde quæ scribuntur in l. si prius. ff. de ope. no. nun. Adde tu, an procedat petitio si quis dicat, ago ad præstandos sumptus futuræ litis. dicit tex. in l. nouissime. dicit ibi Bal. notabiliter. ff. quod fal. tu. autore.

SVMMARIVM.

Qualiter reus in accusationibus se habere debeat.

1 Conueniri se percipiens petitione hereditatis, uel quorum bonorum, quo remedio utatur.

2 Actiones, quæ omnibus modis contra inuitum dantur, quæ sint.

Inanis

Inanis est actio, quam inopia debitoris excludere uidetur.

3 *Periurum non debet pro temporali commodo incurri: & potius debet quis mala temporalia pati, quàm malo animæ consentire.*

4 *Dilationem petere debet ante litis contest. qui conuenitur de re empta, uel quasi, ut idem denunciet actori.*

5 *Volens uenire ad litis contest. uidere debet, an in libello sit aliquid ambiguum, ut illud faciat remoueri.*

IN Anterioribus actorem in proponendo actionem, seu petitionem instruximus. Cum igitur reus nudus non debeat contendere, nec inermem se inimico opponere: ut 3.q.2. oportet. & ex. de resti. spo. frequens. lib. 6. idcirco reo clypeum defensionis paremus aliqua ad eius instructionem breuiter supponentes. Tu igitur ad
a uocate rei [a] si uideris libellum sic conceptum, ut eo probato actor debeat obinere, diligenter consi dera, an agat contra te actione reali, uel mista, scilicet in rem & in personam uel personali. In primo casu & in secundo, uide utrum intentetur tantum ratione possessionis: & tunc si non possides, res est in expedito: quia dices te non possidere: ut ff. de rei uend. in rem. extra, de appel. ex parte 3. quod quidem potest intelligi de mista, siue in rem scripta, quando intentatur ratione solius possessionis non ratione doli, uel delicti: sed si tenes alterius nomine, paratum est tibi nouum auxiliũ. Si non habes ius in re: tunc cuius nominabis dominum in iudicio. C. ubi in rem ac. l. 2. ex. ut lit. non contest. quoniam frequenter. §. quod si super. & eodem modo, si defendis alium, qui possidet, utetur beneficio nouæ constitutionis prout uno modo legitur. C. ubi de cri. agi opor. authen. qua'in prouincia. uersi. eo autem absente. ubi de hoc.
b [b] quod dic ut in authen. de trien. & se. §. illud quo que. col. 3. quod si tuo nomine possides: age si uis, uel submitte defensorem non alienando, ne cadas in edictum de alie. iud. mu. sed patiendo eum. & uide super his. ff. de ali. iu. mu. cau. fac. per totum. & præcipue. l. item. & l. non solum. & infra tit. proxi. & ille ueniat coram iudice dicens se possidere, &
c paratum rem defendere, [c] & sic poteris iudicium euitare. ff. de inter. actio. qui seruũ. §. in iur. quod non est omnino sine periculo: ut ibi not. secundũ
d Vber. Vide [d] ergo quòd ille sit tibi fidelis: alioquin committas te sibi, quia fortè ut eretur perpetua retentione. ex. de exces. prælat. illud. & iunge hic quod not. supra de actore. uer. item eludi ur agens. & seq. & infra de interrog. §. nunc de interrogationum. ibi etiam plene not. qualiter pro
1 ceditur contra illum, qui cadit à possessione. † Si autem uideas te conueniri petitione hæreditatis, uel quorum bonorum, quæ sunt mistæ siue inscriptæ actiones: doctrinam quam supra. §. proxi. dedi aduocato actoris, satis potes in te seruare. Potes etiam addere, quia si possides res hæreditarias sine titulo, habeas aliquem tuum fidelem amicum ad hoc competentem aliqua ratione seu occasione: & fac quòd sit in possessione. & post
e eme ab eo iusto pretio, [e] uel parum minori: ita quòd teneat uenditio. ex. de emp. & uend. cum dilecti. & c. causam. ff. de pe. hæ. sed si possessor. & quasi per totum. & hoc fieri potest ante lit. con
f test. & post secundum Vber. [f] † Quid si forte con-
2 ueneris personali ac. ex delicto, uel quasi, uel locato, uel deposito, uel mutuo, uel promisso, uel quocunque alio contractu, uel quasi: illa magis timenda est, quia datur contra inuitum omnibus modis: ut ff. de pec. in summa. in fi. ex. ut lit. nõ contest. quoniam. 10. q. 2. hoc ius. si tamen talis est actio, quam multum timeas, posses alienare immobilia tua, & pretium occultare, & bonis cedere. ex. de sol. c. fi. quia inanis est actio, quam inopia debitoris excludere uidetur. ex. de restit. spo. olim. a. ff. de dolo. nam is. caue tamen de periurio
3 † quod pro nullo temporali commodo debes incurrere. 22. quæst. 1. c. fi. 1. quæst. 7. sancimus. imò potius debes omnia mala temporalia pati, quàm malo animæ consentire 32. quæst. 5. ita ne. extra quod me. causa. sacris. ex. de homi. suscepimus. Nam oportebit te iurare iudicare res tuas: & quòd in fraudem non desijsti possidere. C. & ff. de his qui bo. ce. pos. per totum. ff. quæ in frau. cre. per totum. Si autem non times præmissa, ue-
4 nias ad iudicium, si uis. † Sed & si conueneris de re empta, uel quasi: pete dilationem ante lit. cõ
g test. ut idem denuncies actori tuo [g]. ut ff. de leg. 3. qui concubinam. §. hæres. ex. de empt. & uen. c. fi. Ille enim te docebit in exceptionibus dilatorijs & alijs, & te defendet. & sic non est contra. ff. de euic. si rem. §. quolibet tempore. & fortè non nocebit actori suo, si opponas aliquas dilatorias. ff. man. si fideiussor. §. in omnibus. & §. quædam. Si uero non habes hanc defensionem, esto coram iudice, dicens te paratum actori dare, si quid debes. & nisi probauerit, absolueris. ff. de procura. si reus. Instit. de perpe. & temp. ac. in fi. ex. de pro-
5 bationibus ex literis. de iureiuran. c. fin. † Item si uolueris uenire ad litis contest. uide si aliquid est ambiguum, in libello, & illud facias remoueri, ut infrà de lib. concep. §. iuxta. uersi. item non ualet si sit obscurus, quem §. hic intellige re petitum. Item si sunt plures actiones, uel causæ: fac eum eligere, ut suprà eod. §. 1. & si mutauerie
h causam, uel ac. redeas ad dilatorias oppositas. [h] quod dic ut in prædic. §. iuxta. & sic longa uia restat. Item cautus sis in multis: quæ not. supra de aduoc. §. sequitur uidere. Porrò si conueneris aliqua actione in rem scripta: ut supra §. proxi. uersicu. ad hæc si uis exigere, quòd in reali exigendum simpliciter dixi in eo. §. uersi. si autem. uel ac. in rem. & sequen. ut ff. quod me. causa. si cum. §. 1. ff. de rei uendi. qui petitorio. Item sis cautus in eo quod not. suprà. §. proxi. prope fin. uersi. in summa. Qualiter autem admittetur tertia persona uolens ante sententiam, uel post causam, quæ uertitur inter alios defendere, uel agere, not. pleue secundum papam ex. de re iudica. cum super. de-
i sponsa. ueniens, in fine. [i]

ADDITIO.

a Rei. Hic incipiunt uerba Vber. ad literam mihi *thar.pe.uersi.iam uideris. quæ posuit Io. de Deo, caml.lib.3.rub. quid agendum recepto libello.*

b Hoc. *Super illo uerbo, & puto quòd intendit, ut sibi detur tempus ad denunciandum domino: sicut decre. dilectus. de procura.*

c Defendere. *Ver. si. infrà eod. §. remitti. de hoc.*

d Vide. *Interpositio partim Ioan. de Deo, usque ad uersi. si autem. hoc tamen medio posuit Vbert. quandam magnam gloss. quam dicebat positam in illo §. aliqualiter obscuram. ad cuius materiam autor putauit sufficere remissionem, quam dat.*

e Minori. *Dixit Vbert. ne ille amicus conueniatur petitione hæreditatis de pretio. ff. de pe. hære.*

f Vbert. *Qui dixit & forte post.*

g Actori tuo. *Verba Vber. ut dixi & Ioan. de Deo. sed an petita necessario debeat plene scripsi infra de dila. §. 1. super uer. denunciatoria.*

h Oppositas. *cum aliud sit iudicium, Vber.*

i In fine. *Ibi parum, quod scripsi in fi. ult. glo. sed in decret. cum super scripsi ad saturitatem in glo. & semper. & glo. quæritur quomodo. & super secunda glo. In cuius fine scripsi quæstionem Gofre. de duobus episcopis: qui diuisim uendiseant abbatem, & eisdem die & hora fertur sententia pro utroque. Adde post Bart. in l. sæpe. de re iudic. Pet. de Ancha. consi. 334.*

SVMMARIVM.

De actio. seu petitio. canonicè tractat.

1 *Scienti suam causam agi, si non uenit ius suum defendere, præiudicatur.*

2 *Petens se recipi in canonicum, quomodo formare possit libellum contra capitulum.*

3 *Mandatum cum causæ cognitione factum habet uim sententiæ. & nu. 11.*

4 *Recipi se petentes in canonicum, an possint inter se agere.*

5 *Dicentes se per electionem seu collationem, aut inuestituram ius habere in aliquo beneficio, qualiter possint inter se agere, & qualiter contra capitulum.*

6 *Agere ratione impedimenti, propter quod dicit aliquem non posse ad beneficium eligi, qualis ei incumbat probatio.*

7 *Reus, contra quem agitur super electionis confirmatione, uel impedimento, potest excipere contra electionem, uel collationem actoris.*

8 *Iudicis potestas non extenditur ultra libellum.*

9 *Capitulum, uel alius, si beneficium de quo agitur, possidet, agendum est contra possessorem. Sententia facit ius.*

10 *Verbum adiudicationis diuersimode accipitur.*

12 *Collatione beneficij ad papam spectante, non est uis utrum per iudicem papæ, uel per alium conferatur ei, cui debet de iure conferri.*

13 *Beneficio, de quo agitur, non possesso ab aliquo illorum, qui dicunt sibi debitum, non tamen collatum, nulla tunc alteri contra alterum competit actio.*

14 *Pluribus dicentibus aliquam præbendam sibi debitam, cuilibet incumbit sui iuris probatio, superior autem assignare habebit illi, cui deberi uidebitur.*

15 *Plures de beneficio agentes, an ad eundem iudicem mitti debeant.*

16 *Fatua est beneficij impetratio, sine beneficio acceptandi.*

17 *Rescriptum apostolicum recipiens ad alicui prouidendum de beneficio, qua forma procedere debeat ad petitionem.*

18 *Apostolica prouisione alicuius de beneficio proxime uacaturo promulgata, põt executor inuenire, & irritum decernere, si quid aliud à mandato apostolico fiat.*

19 *Decretum apostolicum sub conditione factum, non tenet ante conditionis euentum.*

20 *Forma rescripti, quòd executor apostolicæ prouisionis de beneficio, debet ipsi prouisioni contradicentibus committere.*

21 *Executor ad prouidendum alicui à papa datus, potest etiam illo, ad quem spectat collatio, non monito prouideri.*

22 *Executor ad prouidendum alicui de beneficio, an debeat admittere exceptiones contra rescriptũ uel personam ante prouisionem factas. Merus executor rescripti apostolici, non habet necesse causas exceptionum oppositarum cognoscere.*

23 *Vices suas non potest alteri committere is, cui commissa est prouisio alicui de beneficio, à sede apostolica facienda.*

24 *Episcopus, cui à papa scribitur, ut prouideat alicui de beneficio, si quod ad suam collationẽ pertinet, an poterit de alterius beneficio non uacante, ad collationem tamen ipsius pertinente prouidere.*

25 *Prouidere de pensione, non potest quis cogi per literas, super prouisione impetratas.*

26 Scho-

26 *Scholaris primam nondum habens tonsuram, an possit super beneficio literas impetrare.*
27 *Concessio beneficij à papa, usque ad sui beneplacitum tenendū, expirat ipso papa expirante.*
28 *Optans reseruans, uel suspendens beneficium, semper hoc facere debet de certa prebenda.*
29 *Litera apostolica generales de prouidendo alicui de beneficio, non possunt intelligi de beneficio ad præsentationem patroni laici pertinente. Ecclesia parochialis cui possit commendari, & quanto tempore.*
30 *Executor mandati apostolici de prouidendo alicui de beneficio ad collationem alicuius abbatis, uel conuentus spectante, an possit prouidere de beneficio ad collationem abbatis tantùm spectante.*
31 *Executores per generales literas deputati, an possint inhibitiones generales facere ordinarijs, quibus spectat beneficiorum collatio, ne illa uacantia conferant.*

SVPER Petitionibus, & actionibus aliqua sub breuiloquio ciuiliter præstrinximus: nūc autem aliqua de his canonicè transcurramus. & cùm hæc materia multos habeat angulos, pleneque sit à magistris tradita: idcirco eam prosequi ad præsens omittimus, sed te ad nostrum aureum repertorium remittimus, ubi sub titulo de iudic. & de li. obla. multa tacta poteris reperire. Verum quoniam materia de petitionibus beneficiorum, quotidiana est, & multis
a ignota: idcirco de hoc aliqua disputemus. [a] Nota igitur, quòd si alicui capitulo scriptum est, ut aliquos debeant recipere in canonicos, & in fratres: hi, pro quibus scriptum est, possunt agere contra capitulum, ut eos recipiant in canonicos & in fratres: & licet ex tali rescripto, eis non detur actio, per quod non datur ius in re, sed ad rem, prout not. ex. de renun. ueniens. & secundum alios de re
b script. constitutus. & infra de præben. §. 1. [b] per ipsum tamen iudicis officium imploratur, ut euidenter probatur. ff. de religi. & sumpti. fune. si quis sepulcrum. in principio. & si talis est casus, quòd capitulum solum alterum de duobus, uel tribus contra eum agentibus recipere teneatur: tunc debet eum recipere, qui primus ad sententiam peruenit: ita tamen, quòd qui primo obtinet capitulo, caueat quòd capitulum seruetur indemne: ne super receptione duorum contra papæ intentionem grauetur. ff. de rei uendi. is à quo. extra de rescriptis. mandatum. secundum ea, quæ notan. eodem titu. capitulum. & de re iudic. cum
1 super. Potest etiam & aliter capitulo consuli. Nam † cùm citatur à duobus executoribus, super receptione duorum, significet hoc eis, qui se petunt recipi, ut ueniant, & ius suum defendant: & si non ueniat unus, & alter obtineat contra capitulum, præiudicabitur ei, qui causam suam agi sciuit, & non uenit ius suum defendere. extra de re iudic. quamuis. Potest etiam capitulum ubi à duobus executoribus citatur & arctatur super eodem beneficio procedere secundum tenorem decre. ex. de rescrip. cùm contingat. Potest etiam obtinere à papa, ut sibi in hac perplexitate prouideatur: si-
2 cut factum fuit in præ. c. capitulum. † Sed qualiter formabit libellum contra capitulum, is, qui petit se recipi in canonicum? Respondeo, consideranda est forma rescripti. Nam si capitulo mandatur quòd illum recipiat, & præbendam, cum se facultas obtulerit, ei conferat: & tunc facta narratione mandati eiusdem, & qualiter capitulum monitum noluit eum recipere: petat capitulum sententialiter condemnari ad receptionem eius, & ad conferendum sibi præbendam, cùm se facultas obtulerit. extra de concessione præbendæ. cùm super. Quod exemplifica ut infra. in tracta. libr. in titu. de præbenda. §. primo. Sed & si petit ut executor eius pronunciet, & declaret sententialiter se per capitulum esse recipiendum in canonicum, & præbendam sibi, cùm se facultas obtulerit, conferendam: idem erit effectus, & proderunt sibi in tantùm huiusmodi sententiæ, quòd si non appelletur ab eis, postea non audietur capitulum excipiens contra eum, uel contra literam suam: ut not. quidam. extra de rescrip. super literis. Alij dicunt quòd iudex hoc casu non debet pronunciare: sed cùm uiderit nil sufficiens contra impetrantem esse probatum, & illius intentionem esse fundatam: mandabit sibi non obstantibus contra eum propositis prouideri, & hoc mandatum cum causæ cognitione factum habet uim sententiæ, ut infra.
3 uersic. cæterùm. † Si uerò capitulum non recepit mandatum super receptione illius, sed executori mandatur, quòd compellat, uel prouideat ei: ille præsentata litera executori instet solùm apud illum, ut exequatur mandatum, uel conferendo si hoc habet in mandatis, uel mandādo capitulo, ut illum recipiat. & si capitulum proponat aliquam causam rationabilem, quare illum recipere non teneatur, audietur: ut extra, de appellationibus, dilecto. & de electionibus, cùm inter canonicos. & de præsumptionibus, capitu. fina. Sed si non proponat causam rationabilem: uel proponat, non tamen probet: tunc executor compellet: nec est hoc casu necessaria litis contestatio, uel alius ordo iuris: licet fortè aliud sit in præmissis casibus, ubi executor partes iudicis assumit: ubi est sententia diffinitiua ferenda, quæ sine litis contestatione ferri non debet. extra, ut lite non contestat. per totum. Potest etiam peti ab executore, quod ipse pronunciet se debere procedere ad compulsionem capituli seu executionem mandati, non obstantibus propositis, quod & ipse facere potest: ut ex. de
c offic. delega. significantibus. [c] † Sed nunquid hi,
4 qui petunt se recipi possunt inter se agere? Respō. non. nam personali actione non possunt, cùm alter non sit alteri obligatus ex contractu, uel quasi uel maleficio, uel quasi: nec reali, cum neuter possideat aliquid de iure alterius: imò capitulum potest dici uerius, huius iuris detentor. Ratione tamen impedimenti unius posset alter agere contra alterum: sicut posset contra quemlibet extraneū. argumen. extra, de exceptionibus. dilecti. ff. si serui.

ni. uend. si quis diuturno. Respon. 2. & tunc agens pone A. narrabit in libello ius suum, scilicet, qualiter papa scripsit capitulo pro ipso, & qualiter capitulum fuit per executorem suum admonitum, ut eum reciperet. & B. præstat impedimentum, ne recipiatur: unde petet eidem B. sententialiter inhiberi, ne impediat, quò minus recipiatur. & ipsi B. super sua contradictione silentium imponi: ut ex. de exceptio. dilecti. B. autem se defendat per omnem modum, uidelicet excipiendo contra literas, & contra personam agentis, & de suo iure docendo: quo casu si feratur sententia contra B. reum: qui ius, quod in eodẽ canonicatu habebat in iudicium in modum defensionis induxit: intantum sibi præiudicatur, quòd nunquam de cætero de iure suo contra eundem A. potest agere, uel excipere: si de eodem iure inter eos agatur, & hoc propter exceptionem rei iudicatæ. ff. de exceptio. rei iudic. l. de eadem. ff. de negotijs gestis. si autem §. fina. An autem sententia lata uel contra A. qui egit, prodest uel nocet capitulo: in hoc casu collige in his quæ not. extra de re iudicata. quamuis.

5 † Sed quæritur de his, qui per electionem seu collationem, uel inuestituram ius se habere dicunt in aliquo beneficio, uel præbenda: qualiter possunt inter se agere, & qualiter contra capitulum?

d Respondeo, si nullus illorum beneficium, de quo agitur, possidet: potest unus narratione facta de sua iusta electione, & de iniusta aduersarij petitione petere contra alium iudicis officium, implorando suam electionem, uel collationem confirmari: & electionem uel collationem aduersarij cassari. extra de electio. congregato. & cap. dudum 1. de officio delega. super eodem. Ideo autem dixi in libello ponendum de aduersarij electione seu collatione. Nam nisi ponatur, nil potest agens petere contra suum aduersarium: nisi eum turbatorem uel possessorem dicat, ut iam dic. im. & j. de electio. §. primo. versicu. si uerò duæ. De imploratione uerò officij iudicis, ideo dixi, quoniam in præmisso casu, ubi actor suam & aduersarij electionem, uel collationem narrat, & rationem impedimenti uel possessionis non agit: neuter contra alium habet aliquam actionem. Realem non, quia non dicit aduersarium possessorem. Personalem non, quia non dicit aduersarium ex contractu vel quasi, uel maleficio, uel quasi sibi obligatum. Sed contra extra de exceptionibus. dilecti. ubi electus non contra electum, nec ratione impedimenti uel possessionis, sed propter solam contradictionem agit. Sed respondeo quòd ibi electus erat cõfirmatus, & agebat cõtra contradictores, ut sibi obedirent. quod põt: ut extra, de electione, dudum. 1. vel opponebat se de facto ipsi electo confirmato, ne pacificam possessionem haberet. Si autem unus ex his, qui non possidet beneficium, de quo agitur, alterum de facto impediat, quò minus possessionem beneficij sibi collati possit nancisci, uel pacificè habere, potest taliter impeditus facta narratione sui iuris, & impedimenti aduersarij, contra impedientem agere, ut à suo impedimento cesset, seu prohibeatur: ut in prædi. l. si quis diuturno. extra de præscript. ueniens. ex. de decimis. dudum. ex. de causa possess. & proprie.

6 cum ecclesia. † Sed quid oportet actorem probare hoc casu, ubi ratione impedimenti agitur? Respõdeo, ex quo non possidet, necesse habet probare se ius in beneficio habere, super quo se impediri proponit: hoc est suam collationem seu inuestituram canonicam fore. Agit enim ad instar confessoriæ, in qua oportet agentem se dominum, uel quasi probare. ff. si serui. uendicetur. l. secunda ff. si vsusfructus pet. uti frui. Sed nunquid habeo etiam necesse impedimentum probare? Respondeo, obtinuit quod si actor de suo iure probet, licet non probet impedimentum: tamen fertur sententia contra reum, ne actorem impediat uel molestet. Controuersia enim, quam reus facit litem contestando, & se in iudicio opponendo, satis sufficit, ut uideatur impedimentum præstare. argumen. de rei uendic. is, qui. ff. si usus fructus. peta. l.

e fina. [e] † Reus quoque, contra quem agitur super

7 electionis confirmatione, uel impedimento, audietur excipiens contra electionem uel collationem actoris, uel contra eius literas, uel personã: prout plenè de his modis not. per Ber. Compostel.

f ex. de electio. quod sicut. [f] Et si actor ius suum non probat, uel probat, sed per exceptionem repellitur: absoluitur reus, etiam si nil de iure suo probet. C. de probat. actor. extra de iureiuran. cap. fina. de causa possess. & proprie. cùm ecclesia. prope finem. etiam si reus sit excommunicatus: nam ei omnis legitima defensio reseruatur. extra de exceptio. cùm inter. & capit. dilecti. de iudic. intelleximus. Et propter hoc dicimus, quòd si reus, qui non ex suo iure se defendit, nec dedit libellum super confirmatione, uel declaratione iuris sui contra actorem: sed ex defectu iuris actoris, se tamen tuetur: non habet necesse respondere positionibus actoris, quæ fiunt super defectu ipsius rei, puta super defectu ordinis, uel sententiæ, uel ætatis, & similibus: ut in præ. l. actor.

8 † Sed quid si reus, qui suo iuri non innititur, nec libellum dedit, sponte suum defectum confitetur in iure? Respondeo, si actor non probat de iure suo, uel probat, sed per exceptionem repellitur, imponetur actori silentium. In reo uerò confesso, si causa non coram papa, sed coram iudice inferiori tractatur: non uidetur quòd contra eum, contra quem nil fuit petitum, debeat aliquid diffiniri: cùm ultra libellum iudicis non extendatur potestas. ff. commu. diuidun. l. ut fundus. extra de simo. licet. ex. de ordine cognitio. cap. 2. in fine. si tamen postea contra reum in modum actionis, uel inquisitionis agatur: poterit propter confessionem huiusmodi, licet in alio iudicio factam, moueri. ut extra, de electione. per inquisitionem. ut j. de confessione. §. nunc uidendum. uersicu. quid de confessione. Sed si causa sit coram papa, qui suprà ius est, ut extra, de concessione prębendæ. proposuit. & nec actor, nec reus habet ius, potest ipse papa: & consueuit reo priuato, & actori silentio imposito, personæ idoneæ beneficium ipsum conferre. Quandoque uerò supplet defectum actoris, quandoque rei & prout personarum merita & tempus & locus requirunt, facit ipsum eorum alteri assignari, sicut aliàs contigit: quia si capitulum condemnatum

tum ad receptionem. T. non appellauit, nec prætextu alicuius exceptionis potest contra pronunciationem uenire: superior tamen, si uiderit literam surreptitiam, potest ex officio suo, quicquid factum est reuocare: & sic factum fuit. extra de rescript. ad audientiam. & de re iudica. cùm olim. ex. de electio. cùm dilectus. & probatur & nota. secundum papam, & Ber. Compostel. extra, de
g officio uicarij. cap. primo. g & de rescript. super literis. & sic econuersò, si iudex uidet aliquid, propter quod debeo obtinere, quod tamen omisi proponere, obtinebo. extra, de concessio. præben
h da. ex parte. h Sed nunquid petens ecclesiam, uel præbendam, uel aliquam dignitatem ecclesiasticam, vel secularem, uel eius patronatus, intentabit rei uendicationem? de hoc j. de religio. do-
9 mi. † Cæterùm si capitulum uel alius posidet præbendam, uel aliud beneficium, de quo agitur: tunc contra possessorem agendum est: & si actor collationi uel inuestituræ, seu confirmationi innititur: narrabit in libello ius suum, & petet præbendã sibi adiudicari, uel declarari per sententiam ad se pertinere: licet in huiusmodi iuribus magis propriè petat actor declarari præbendam ad se pertinere, quàm adiudicari sibi: quia ius per sententiam non constituitur, sed declaratur. ff. si seruitus uendicetur. sicuti. §. sed si quæratur. Quandoque tamen per adiudicationem ius constitui consueuit, ut patet in iudicio familiæ erciscundæ, & communi diuidundo, ubi fiunt adiudicationes. nã & sententia facit ius: ut ex. de re iudic. cùm inter
10 uos. in fin. † Tamen cùm uerbum adiudicationis largius quandoque accipiatur, non quòd per illud iudex ius constituat, sed declaret: ut extra de religiosis domi. constitutus. & capitu. cùm uenerabilis. admittimus petitionem, quamuis petat beneficium sibi collatum, uel de quo inuestitus, uel confirmatus est, sibi adiudicari. Et si iudex adiudicet, intelligo eum declarasse ius, quod actor in libello narrauit in beneficio, de quo agitur habere: & idem est in quacunque alia re actori adiudicata. Potest etiam confirmatus & inuestitus, & is, cui facta est collatio petere contra possessorem, ut sua confirmatio, inuestitura, seu collatio debitum sortiatur effectum: ut extra de appellationibus. capitu. constitutus. ex. de concessione præbendæ. post electionem. & probato de iure actoris, si reus legitimam defensionem non probat, præcipiat iudex possessori, ut discedat à beneficio, & ipsum actori dimittat: iudex etiam
11 eum ad id per iuris remedia coget. † Et præceptum huiusmodi, quod cum causæ cognitione fit, habebit uim sententiæ. C. de appellationibus. hi qui ad ciuilia. ff. de iudicijs. l. si debitori. extra, de re iudicata. quod ad consultationem. ff. de confessis certum. ff. ad legem Aquiliam. proinde. undecima quæstione tertia, qui iubet t. ff. de iudicijs. quod iussit. ff. quod metus causa. metum. §. sed & quod prætor. aias in l. Pomponius scribit. Sed si ad ipsam præbendam non sim electus, nec de ea fortè propter appellationem aduersarij, uel propter aliud impedimentum inuestitus, nec est mihi collatum: tamen est, debita mihi, uel propter præsentationem literarum cùm forma illa, conferas, uel exequaris, uel quia post receptionem autoritate papæ factam uacauit: quæritur qualiter potero tunc agere? Respondeo, si posideatur ab alio, contra possessorem agam, & facta mei iuris narratione petam eam mihi adiudicari, uel mihi debitam, seu ad me pertinere debere pronunciari. extra, de re iudicata cùm Bertoldus. in fine. Institution. de officio iudicis. Et si quæras quare non similiter agam pro Titio, quam mihi promisi per stipulationem? Respondeo, illa est personalis actio. hic autem realiter ago ad instar confessoriæ, & rem sequar ad quemcunque perueniat: & tunc iudex, si uoluerit in sententia stare in uerbo generali, dicet: Adiudico, ut in capitu. cùm Bertoldus. sed meliùs faciet, si modum adiudicationis specificet, hoc modo: Pronuncio præbendam, de qua agitur, actori debitam, & sibi de iure conferendam: & tunc actor ibit ad executorem suum, uel ad papam: & faciet eam sibi conferri, & per implorationem officij eius, faciet possessorem amoueri, & sibi restitui. In prædicto etiam casu, ubi præbenda est debita, si iudex est competens, ut iudex papæ, consueuit actor petere non solùm adiudicari, sed etiam sibi conferri beneficium, & possessore amoto sibi restitui: ut patet infrà in tractatu libr. de appellationibus. §. fin. uersicu. primo. Et communiter admittimus in curia has petitiones: & bene, propter anfractus, & circuitus redeundi ad executo-
i rem uitandos. i Tamen quidam dicunt, quòd de iure dicta petitio, qua petit sibi conferri, non debet admitti, cùm ad iudicem non pertineat conferre, sed sententia, extra de officio delegi.
12 super eodem. † Sed dic, quòd iste iudex papæ coram quo fit dicta petitio, fingitur uice iudicis in sentiendo, & succedit in locum executoris in conferendo, & meritò. Cùm enim collatio huius beneficij ad papam spectaret, non est uis utrum per hunc iudicem papæ, uel per alium executorè conferatur ei cui debet de iure conferri, cùm per hoc
K nulli fiat præiudicium. k Sed in casu prædicti capituli super eodem: cùm ibi papa non intenderet illud conferre, iudex papæ ibi sententiare poterat, non conferre: ne præiudicium fieret ei, ad quem de iure spectabat collatio: ut ibi dicitur. Alia etiam ratione hoc apparet: nam si appelletur ab executore dato mihi, ne prouideat, uel ex alia causa hæc appellatio defert negotiũ principale, scilicet prouisionis ad sedem apostolicam, quia est quædam citatio: ut extra de electio. statuimus. libro sexto. Cùm ergo executor non potuerit propter appellationem huiusmodi procedere, quia fortè assumpserat causæ cognitionem, & sic ab eo potuit appellari: apparet quòd coram auditore in curia petam id, quod corã executore petiturus eram facta in libello narratione decenti, tam de gratia mihi facta, quàm de processu executoris, & de appellatione aduersarij.
13 † Si uerò beneficium, de quo agitur, non posideatur ab aliquo illorum, qui dicunt tantùm illud sibi debitum, non collatum: tunc uidetur quod nulla alteri contra alterum, actio competat ex narratis; nisi forsan ratione impedimenti: si alte

alter alterũ de altero impediat, quò minus confirmationem, seu collationem, seu inuestituram consequatur: ut dixi de simili impedimento. suprà.uersicu.sed quæritur de his, qui per electionẽ. Alij dicunt, quod licet nullus illorum, qui beneficium, de quo agitur, sibi debitum dicunt, possideat ipsum beneficium: tamen potest unus facta narratione sui iuris, & aduersarij petere contra reliquos, ut declaretur beneficium illud sibi deberi: & ut aduersarijs super eo silentium ponatur: non tamen iure actionis hoc petetur, sed per officium iudicis, ut de duobus electis dixi in præ.uersicu.sed

14 quæritur de his, qui per electionem. † Item uidetur quod tu, qui dicis præbendam tibi debitam nõ collatam, potes facere quod denuncietur illis, qui simile ius in eadem præbenda dicuntur habere, ut ueniant coram executore, uel capitulo ad defendendum ius, si quod habent in ipsa præbenda, & siue ueniant, siue non, potes petere eam tibi assignari, & alij petant similiter: & superior assignabit eam illi, cui uidebitur eam deberi: & hæc assignatio, cùm fiat cùm causæ cognitione, præiudicabit eis, qui præsentes fuerint, & quibus denunciatum est. ff. de re iudica. sæpe. C. de appellat. qui ad ciuilia. Sed prædicta denunciatio melius fiet per iudicem, cùm fortè quis non teneatur aduersario suo credere: ut infrà, de citatio. §. sequitur.

15 in princip. † Quid si plures de eodem beneficio agunt, nunquid omnes mittentur ad eundem iudicem? Respon. non uidetur quòd hoc possit peti de iure, ex quo singuli petunt idem beneficium in solidum. ff. de libe. causa. cognitio. §. si plures. decens tamen est sic fieri: & papa consueuit hoc facere, cùm ab eo petitur. & sic fecit in causa quinque Mediolanensium coram diuersis in eadẽ præbenda litigantium: uoluit enim per nos singulorum causas audiri. argumen. ad hoc ff. de liberis cau. si pariter. ff. de quibus rebus ad eundem iu-

l dic. ea. l. prima. secundum Ber. Compost. [l] & C. arbit. tut. omnes. & argument. C. de iudic. nulli. extra, de sequestra. pos. capitu. primo. & uide infrà, de compet. iudic. adit. §. primo. uersicu. 46. & sequen. Et hæc sufficiant circa hanc materiam breuitatis causa. Hoc autem plenius prosequere secundum Ber. Compost. siue agatur in modum actionis, siue per modum exceptionis, ut nota extra, de rescript. mandatum. & de electio. quod sicut. Qualiter autem agatur & petatur & procedatur in causis electionum & prouisionum, cùm in eis appelletur: not. plenè secundum papam &

16 alios. extra, de electio. statuimus. libr. sexto. † In summa nota quòd si scribatur alicui, ut prouideat mihi in aliqua diœcesi de beneficio, si quod uacat,

m alioquin de primo uacaturo. [m] Tunc executor seu prouisor, statim rescripto apostolico recepto ad petitionem impetrantis procedat, & sibi conferat beneficium, si quod uacat: alioquin reseruet suæ collationi primò uacaturum: ut extra, de iure patro. cum dilectus. & inhibeat expressè ordinario, ne illud conferat: ut extra, de concessione præbendæ. quia cunctis. de quibus fiant publica instrumenta: quod si absens sit, id idem per suas literas faciat, quarum tenor iuxta tenorem apostolicæ literæ ordinetur. & ne res exemplo careat: formam, qua in talibus uti consueuimus, supponemus: quæ talis est.

17 FORMA. † Reuerendo in Christo patri tali episcopo, talis reuerentiã cum honore. Sanctissimi patris domini Clementis papæ 4. literas nos recepisse noueritis sub hac forma: Clemens episcopus, &c. posito toto tenore, iungatur sic: Nos itaque uolentes (ut tenemur) mandatum eius exequi reuerenter autoritate nobis in hac parte, per dictum dominum attributa, tali præfato prouidimus de beneficio ecclesiastico competen-

n ti [n] cum cura, uel sine cura, si quod ad uestram collationem spectans, uacat ad præsens in ciuitate uel diœcesi uestra: illudque eidem P. contulimus, ac illum de eo per birretum nostrum præsentialiter inuestiuimus. alioquin beneficium proximo inibi uacaturum collationi nostræ, imò uerius apostolicæ, reseruauimus eidem P. per nos uel per collegam nostrum, seu illum, uel illos, cui uel quibus in hac parte uices nostras committendas duximus, conferendum. Cuius rei causa uos monemus, uobisque autoritate præsentium, iubemus, ne ad collationem seu ordinationem huius beneficij per uos aut per alium uel alios aliquatenus procedatis, aut procedi consentiatis: nec quicquam in nostrarum prouisionis inuestituræ ac reseruationis præiudicium, per uos aut alium attentetis, uel attentari consentiatis, alioquin tam in conferentem & quemlibet alium, seu alios prouisionem, collationem, inuestituram, & inhibitionem præfatas quomodolibet perturbantes, seu perturbari procurantes: ex nunc his scriptis excommunicationis sententiam promulgamus, decernentes nihilominus irritum & inane, & decretum fore à sede apostolica nunciantes: si secus de beneficio huiusmodi apostolica, uel alia quauis autoritate per quemcunque quomodolibet contigerit attentari. Datum, &c. Imperator autem hanc literam legat in præsentia ordinarij, & sibi quæ continentur in ea denunciet: de quo fiat etiam publicum instrumentum, uel executor scribat alicui. qui præmissa omnia eidem denunciet: post hoc faciet suum processum per

18 diœceses, & loca, quæ uoluerit, publicari. † Si uerò: tunc non uacabat beneficium, sed post aliquod tempus uacat: tunc executor requisitus facta narratione processus prædicti conferat, inuestiat & decernat irritum, si quid de ipsis canonicatu & præbenda uel beneficio ordinatum, uel factum est: & quicquid per quemcunque & quacunque autoritate contra suas collationem & inuestituram, reseruationem & inhibitionem fuerit attentatum: & proferat sententias excommunicationis, suspensionis & interdicti in con-

19 tradictores & rebelles. † Quid si papa sub aliqua conditione sibi scripserat: puta, quòd si inueniret illum bonæ famæ & laudabilis conuersationis & scientiæ competentis, prouideret ei,

o &c. [o] tunc facta narratione decenti, qualiter diligenti inquisitione præmissa inuenit illum talem, conferat iuxta præmissa. extra de præsumpt. cap. fina. Quod si fortè non obstante tali processu ordinarius conferat, uel alij se opponant: tunc executor contra eos potest procedere in hunc modum.

modum. Nam potest ipse procedere proue in se-
quenti forma continetur: uel si absens sit, potest
hoc alijs committere sub hac forma:
20 FORMA. † Talis tali salutem in domino.
Præsidente rationis, &c. quod dic ut infrà de sēt.
§. qualiter. uersi. si autem arduum. postea iungas
sic: Sanè nuper ad nostrum peruenit auditum,
quod non sine graui turbatione cogitur recense-
ri, quòd uidelicet uenerabilis pater episcopus
talis & talis ac talis talem in possessione talis ec-
clesiæ, cuius idem P. uerus rector existit, ex col-
latione eidem autoritate apostolica per nos facta,
contemptis excommunicationum & suspēsionum
sentētijs, quas nos hactenus in contradictores tu-
limus, & rebelles, quasq; fecimus per tales diœ-
ceses prouincias publicari, impedire de facto ni-
tuntur in illius præiudicium & animarum suarū
dispendium. & apostolicæ sedis contemptum: quo
circa discretioni uestræ sub uirtute sanctæ obe-
dientiæ, & sub pœna excommunicationis, quam
uos ipso facto incurrere uolumus, si nostris non
obtemperaueritis in hac parte preceptis, districtè
precipiendo mandamus, quatenus eos in tali ec-
clesia singulis diebus dominicis & festiuis in mis-
sarum solennijs post lectum Euangelium, & in
publicis synodis, pulsatis campanis, & extinctis
candelis, excommunicatos publicè nuncietis,
omnes uestram executionem quomodolibet impe
dientes nihilominus per censuram ecclesiasticam
compescendo: ut autem cuncta circunspectione
debita peragantur, uolumus & mandamus ut
præfatum episcopum, cui ob reuerentiam ponti-
ficalis officij deferre uolumus in hac parte, prius
ex parte nostra seorsum solicitè monere ac indu-
cere curetis, quòd super præmissis satisfactio-
nem exhibeat competētem: alioquin eum excom
p municatum publicè nuncietis, [p] mandatum no-
strum, imò uerius apostolicum, taliter impleturi,
quòd non possitis de neglectu seu inobedientia
meritò reprehendi. Licet autem has formas tibi
gratia exempli posuerim, eas tamen & suum pro-
cessum debet prouisor secundum tenorem & for
21 mam literæ apostolicæ moderari. † Hoc quo-
que sciendum est, quòd executor ad prouidendū
alicui datus potest prouidere illi, ad quem spectat
collatio non monito, uel citato, uel licet nil illi
denunciet, nec literam apostolicam ostendat, cùm
sit merus executor. Inde est quòd recusari non
22 potest: ut ex̄. de appella. nouit. † Sed quid si ante
quam prouidet, proponantur exceptiones con-
tra rescriptum, uel contra personam: nunquid hic
q executor [q] ad prouidendum datus debeat eas ad-
mittere? Et uidetur quòd nō: cum enim sit merus
executor, non habet causæ cognitionem. ex̄. de re
iudi. de cætero. tamen utilius est, quòd si uelit,
possit exceptiones admittere, partes cognitoris
assumendo: quia hoc uidetur ei mandatum. Quod
si audiat aliqua, quę ipsum moueant, cognoscat
de his si uelit, uel negotium ad superiorem remit-
tat. ex̄. de rescriptis, si quando. de officio deleg. ex
parte. de re iudi. de cætero. de fal. super eo. uel si
uelit, poterit omissa causæ cognitione, & repulsis
contradicentibus implere mandatum, cùm sit
merus executor: nisi quando uult partes cognito-
ris assumere, ut prædixi: ueruntamen si propositis
legitimis exceptionibus & repulsis appelletur: ni
hilominus prouideat executor. probata ueritate
exceptionum, cassabitur collatio, aliàs non cassa-
bitur: licet appellans se obtulerit probaturum ex-
ceptiones: quia hæc appellatio ex̄. iudicium inter-
ponitur: quo casu non sufficit, quod appellans le-
gitimam exceptionem proponat, & eam se offe-
rat probaturum: nisi ueritas exceptionum pro-
betur: ut ex̄. de electio. cùm inter canonicos. quod
dic ut ī. de appel. §. nouissima. uersic. sed cùm.
Sed contra ex̄. de appellatio. dilecto. in fi. ubi cas-
satur processus huiusmodi executorum: quia ex-
ceptiones legitimas coram se propositas non ad-
miserant, nec ibi de ueritate exceptionis manda-
tur inquiri. Sed dic quod ideo de ueritate exce-
ptionis non mandatur inquiri: quoniam iam de
hoc ibi constabat per confessionem partis, ut ibi
dicitur. Vel dic. quod ibi erat datus executor ad
cognoscendum, qui sine causæ cognitione per ex-
communicationem, uel alio modo non debet cō-
pellere: ut ex̄. de excessio. prela. c. 1. hic autem lo-
quimur de prouisore, qui merum habet ministe-
r rium, ut dixi. [r] † Vltimò tamen nota, quòd is, cui
23 committitur prouisio facienda, non potest alteri
committere uices suas: nisi id in commissione con
tineatur: quod si fecerit, prouisio per illum com-
s missarium facta non tenet, si de hoc excipiatur: [s]
ut in consti. Alex. 4. de officio delega. quæsiuit. &
t probatur ex̄. eodem. capit. fina. [t] Item cùm man-
datur prouideri alicui in aliqua ecclesiarum ciui-
tatis uel diœcesis de beneficio prębendali, uel alio
non potest in ecclesia cathedrali prouideri. nisi de
illa sit expressum: ut in constitutione Innocentij
u 3. extrauaganti, de rescriptis, breui. [u] tamen qui-
24 dam contra. † Item si scribitur episcopo, ut mihi
prouideat de beneficio, si quod ad suam collatio-
nem pertineat: alioquin de alio ad cuiuscunque
collationem spectant: si aliquod beneficium per-
tinet ad collationem ipsius, licet illud non uacet:
non potest de alterius beneficio prouidere: ut in
x consti. Alex. 4. de præben. sua nobis. [x] † Item per
25 literas super prouisione impetratas, non potest
quis cogi de pensione prouidere: ut in consti.
y Inno. 4. extrauaganti, de rescri. licet. [y] Item scias,
quòd si scribitur aliquibus: ut non obstante nu-
mero, priuilegio, uel statuto me recipiant in ca-
nonicum: si de capituli uel prælati uoluntate pro
cedat, ego intelligo receptus proprio motu capi-
tuli, si ad illos, quibus sic scribitur, spectat aliàs ca
z nonicorum receptio. [z] Si uerò non spectat, intel-
ligor autoritate apostolica receptus: ut in consti.
26 Alex. 4. de rescri. contingit. † Sed nunquid scho-
laris primam nondum habens tonsuram, potest
beneficio literas impetrare? arg. quòd sic. ex̄. de
præsum. c. fi. Sed dominus Clemens papa 4. dixit
quod non: quia non est capax. ar. pro eo. ex̄. de re-
a scrip. cùm adeò [a] de transact. ex literis. [b] dixit
b tamen quòd si impetrauerit, & post modum ton-
suretur, literæ sumunt uigorem: & is, cui scribi-
tur, ei prouidere tenetur: licet prius non tenere-
tur. Sic aliàs dicimus quòd si receptus in una ec-
clesia impetret in alia, nulla facta de receptione
huiusmodi mentione, ualebunt secundæ literæ, si
resignet a

resignet huic receptioni: prout no. secundum
c Ber.Compost.ex. de rescr.ad audientiam. [c] & sic
etiam obtinuit. Sed idem Ber. no. s. eo. tit. cum
adeò.secus tamen, secundum eum, si dixit papa in
litera, facies talem recipi, qui ascribi desiderat
militiæ clericali. prout ibi no. Quid de tonsura-
d to, sed non per episcopum uel abbatem, [d] qui im-
petrat beneficium asserens se clericum? Dicit idē
e Ber. quòd non ualet: alij contra. [e] † Item si papa
27 mihi concedit aliquod beneficium tenendum us-
que ad sui beneplacitum uoluntatis: talis conces-
f sio expirat ipso papa expirante. [f] Quod dic ut j.
g de loca.§.nunc aliqua.uersi. 150.& seq. [g] Item
nota quòd si mandatur mihi prouideri de bene-
ficio, quod duxero acceptandum: possum accepta-
re ante uacationem alicuius præbendæ, præben-
dam primò in loco, ubi pro me scribitur, uacatu-
h ram: [h] possum etiam ex causa optare secundam,
uel tertiam, puta si nolo primam, quia alteri de-
betur: uel de hoc dubium est. arg. ex. de conces.
præben. quia cunctis. prope finem. lib.6. Videtur
etiam aliquibus, quòd licet in rescripto nil conti-
neatur de acceptione, sed solū dicitur. prouideas
tali, in tali ecclesia uel diœcesi uel prouincia: eo-
dem modo potero acceptare. De hoc tamen du-
bium non est, quin executor possit mihi reseruare
primam, uel ulteriorem ex causa. ar.ibi, & in his,
quæ notantur secundum papam. ex.de iure patro
i na, cùm dilectus. Alij tamen aliter dicunt. [i] † Itē
28 qui optat, uel reseruat, uel suspendit semper hoc
de certa præbenda facere debet: puta, primam,
quæ uacauerit in tali ecclesia, uel diœcesi. & de
hoc nota. in prædicto c. cùm dilectus. Item si in li-
tera apostolica contineatur clausula decernentes,
&c. acceptatio per me facta sine præsentia execu-
toris impediet collationem ordinarij: ut proba-
k tur & nota. in prædicto c. quia cunctis. §. fi. [k] Si
autem non contineatur acceptatio, fieri debet in
præsentia. & per eum approbari debet. Quòd si
plures habent similem gratiam: qui primò acce-
l ptauerit, obtinebit. [l] Nam & si plures habent ge-
nerales literas in prouincia, uel diœcesi, & omnes
petunt idem beneficium, ille obtinebit, qui pri-
mò fuerit inuestitus. Super quo uide in præ.c. cū
dilectus. fiet autem sic acceptatio:

FORMA. Domine executor ego peto, uel ac
cepto primam dignitatem, uel ecclesiam in tali
ecclesia, uel diœcesi uacaturam: & peto mihi pro-
uideri de illa. uel accepto talem ecclesiam: & de-
bet nominare plures non unam tantùm, ne uidea-
tur mortem illius desiderare rectoris: ut ex. de
conces. præben. c. 2. & idem iuris est in reseruatio-
29 ne & inuestitura. † Illud etiam prætermittendū
non est, quia per literas apostolicas generales,
quod prouideatur alicui de beneficio cum cura,
uel sine cura, non potest illi prouideri de benefi-
cio ad præsentationem patroni laici spectante: ut
ex. de præbendis, dilectus. 3. de iure patronatus,
cùm dilectus. & uide suprà de legato. §. nunc tra-
m ctemus. uersi. sed nunquid. [m] Item ecclesia paro-
chialis non potest commendari, nisi constituto
in ætate legitima, & sacerdoti, & ex causa: nec
n commenda durat ultra tres menses, [n] ut in con-
stit. Greg. 10. de elect. nemo, lib. 6. ubi dicam de
hoc. Episcopus quoque post sex menses non po-
test commendare, ex quo prouisio ad superiorem
est deuoluta. Vel dic ut dicam ex. de electio. in
o constitu. Grego. 10. nemo. [o] Qualiter legatus se
habere debet in prouisionib. faciendis, no. in præ.
§. nunc tractemus. Quid iuris sit, si prouisio uel
electio, uel aliquid aliud mandetur fieri de consi-
lio alicuius: not. plenè Vinc. ex. de constitu. ex
p parte. [p] & de electio. cùm in ueteri. ubi etiam de
hoc secundum papam. & ex. de arbitr. cùm olim.
30 † Is quoque, cui mandatur, quod mihi prouideat
de beneficio spectante ad collationem. uel præ-
sentationem alicuius abbatis & conuentus, non
potest prouidere de beneficio ad præsentationem,
seu collationem abbatis tantùm, & non conuen-
tus, spectante: nisi dictum fuerit in commissione,
spectante communiter, uel diuisim: ut constitu.
q Clemen. 4. de præben. c. contingit. [q] Per literas
quoque, quibus mandatur mihi prouideri de be-
neficio ad collationem alicuius pertinente, non
poterit mihi prouideri de beneficio ad illius præ-
sentationem, & non collationem spectante: ut in
r consti. Vrbani 4. eo. titu. significauerunt. [r] † Item
31 executores per generales literas deputati, ne-
queunt generales inhibitiones facere ordinarijs,
ad quos pertinet beneficiorum collatio, ne illa
conferant cùm uacauerint: ut in constitutio. Cle-
s men. 4. eo. tit. sicut ex parte. [s]

ADDITIO.

a *Disputemus. Communiter quæ infra sequuntur sumpta sunt ex dictis Innoc. & Compost. in decr. mandatum. de rescri. ut ipse G. fatetur infra, uer. & hæc sufficiant. item in fi. tit. de præben. ipse autor ad hunc §. nos remittit.*

b *§. 1. Et patet de præben. si tibi absenti. & de con. præben. c. fi. lib. 6.*

c *Significantibus. Si enim pronunciare potest se procedere non debere, ut ibi: fortius ergo se procedere debere: cùm ter primum neget se iudicē, per secundum asserat contrarium; per eundem modū induci potest de præben. dilectus. 3.*

d *Capitulum. Ad materiam uide quod scripsi post Inno. & Hosti. de conces. præben. quia diuersitatē. in gl. quare secundum & gl. sequenti.*

e *L. fi. Facit quod scripsi post Inno. & alios de re iud. suborta. in prin.*

f *Sicut. Vt ibi scripsi post suppletiones glossarum.*

g *C. 1. Vbi scripsi in ulti. gl. addendo etiam Host.*

h *Ex parte. Vbi de hoc in gl. ar. quòd & uide quod dixi de accusat. ad petitionem in glo. hic continentur. cum suis remissionibus.*

i *Vitandos. Et hoc est hodie approbatum per rle. de rescri. auditor. & ut ibi no. in 1. glo. petitio collationis non facta in principali libello fieri poterit,*

postquam

postquam pronunciatum fuerit debitum.

k Praeiudicium. Vnde no. in decr. auditor. in ult. glo. illam loqui, etiam si per literas legati esset debitum: cùm id causetur à papa: nec aliter potest esse debitum, uel affectum. Electio enim uel praesentatio non afficiunt. In illis enim superest factum confirmantis, uel instituentis.

l Compost. Qui hoc no. in decre. mandatum. statim allega. ut ibi scripsi ad fin. & de consti. cum M. in gl. diuersa praesentatio. post prin.

m Vacaturo. Intendit de spectante ad collationem episcopi, ut patet ex forma sequenti: licet posset litera afficere omnes collatores dioecesis, & quod plus est etiam prouinciae, ut patet de concess. praeben. executor. lib. 6 sed fatua essent tales impetrationes sine beneficio acceptandi, per quas perueniri posset ad beneficium 20. sol. de quo de cle. non resi. conquerente. & uide quod statim subdam de forma pauperum.

n Competenti. In forma pauperum, usitatur hoc uerbum de beneficio ecclesiastico iuxta suae proprietatis merita competenti: & taxatur summa, & permittitur acceptari minus: & uide quod scripsi de praeben. si pauper. lib. 6. in glo. pen.

o Et caetera. Ante cuius conditionis euentum non ligat decretũ: quod dic ut in cle. de con. prae. c. uno. & uide quod ibi no. super uer. est prima.

Adde secus esse si in rescripto cõtinetur, si clericus esset uita laudabilis. ut per Oldr. consi. 61. incip. breuiter. qui declarat differentiam harum clausularum. Adde etiam quòd si ignoranter ordinarius beneficium conferat per gratiam alicui concessione, non potest habens gratiam autoritate propria occupare ecclesiae possessionem, nec expellere possessorem, etiam si ille nullam faceret resistentiam, aliter perderet ius suum, ut idem Old. tenet consi. 319. incip. super executio.

p Nuncietis. Hodie circa episcopos seruatur decre. secunda. de offic. delega. lib. 6.

q Hic executor. Adde, quòd executor legati non debet cognoscere de titulo beneficij collati per legatum: sicut nec uicarius episcopi de iuribus collati, beneficij, quod episcopus contulit: ut in c. 2. de officio uicarij, & licet quilibet executor de aliquibus cognoscat: non tamen de his, quae rei proprietatem respiciunt, in qua executio est facienda: ut l. à diuo Pio. § si super rebus. ff. de re iu. Sed pulchrum est scire, quid si ab executore appelletur, casu quo concedatur, quòd possit appellari: & in scriptis non reperiatur quòd appellationi detulerit nec apostolos denegauerit: uel terminum ad eos suscipiendos assignauerit uel prorsus tacuerit sed notarius attestatur, quod appellatio fuit interposita, & petiti fuerunt apostoli prope portã: ex aduerso executor dicit respondisse, quod dimitteret sibi copiam appellationis ut deliberatè responderet, & pro responso rediret in termino iuris: an sit praesumendum pro iudice: ut dicatur appellatio deserta: an uerò contra iudicem quòd denegauerit apostolos. Pe. de Anch. consi. 225. incip. iste executor, tenet praesumendum pro iudice, & quòd appellatio fuerit deserta, maximè quia appellans non facit fidem de negatione apostolorum eosq; petijt in loco non congruo, scilicet ad portam execut. Adde an & quando executor possit admittere quae apponuntur: & quae contra eum opponi possint generaliter, uide Abb. & Fel. nouissimè in c. de caetero. extra, de re iu. glo. Fel. in c. quod ad consultationem. eod. titu. Abb. Sicu. in c. olim. extra, de excep.

r Vt dixi. Vide quod plenè in cle. de officio deleg. capi. uno. in gl. sed nunquid.

s Excipiatur. Nego exceptionem necessariam: ut scripsit in decr. is, cui. quam statim allegabo super uerbo, non potest.

t Extra eodem. c. fin. Tu distinguas ut in decre. is, cui. de off. deleg. lib. 6. & in cle. eodem ti. iudices. Adde, quòd contra illam distinctionem est glo. in ca. pen. de elect. in 6. ubi canonicus substitutus ad dandam uocem potest alium substituere. Sed responde, ut per Abb. in d. c. fi. & hoc dicit Spec. facit quod uoluit Bar. in l. fi. ff. de diuer. & tempo. praescri. scilicet, quòd si procurator est constitutus ad certum negotium non expressa certa forma, nõ potest alium substituere. & hoc dictum dicit Abb. ubi supra singulare & contra dictam glo.

ADDITIO. Adde tu, an procurator constitutus ad impetrandum possit substituere. Pe. de Anch. & Cardi. Zaba. post gl. in c. parte. de rescr. Hen. Ferran.

u Breui. Cuius mens hodie habetur de praeb. quamuis. 1. lib. 6. §. 1. Adde tu, quid si quis expectaret ad collationem decani & capituli ecclesiae cathedralis. Dic quòd tunc non procedit ista conclusio: quia potest tunc prouideri sibi etiam in ecclesia cathedrali. Rota in anti. deci. 112. hoc idem dicit, si quis expectaret ad collationem episcopi: nam tunc poterit sibi prouideri de beneficio uacanti in ecclesia cathedrali. Rota in antiqua decisio. 213.

x Nobis. Vide de praeben. mandato. lib. 6. & quod ibi dixi super 1. glo.

y Licet. Etiam si prouideri mandetur usque ad certam summã, ut de praebẽ. quamuis. 1. respõso lib. 6.

2 Rece-

x Receptio. Nisi aliud in rescripto contineatur. quod dic ut de rescrip. cum aliquibus lib. 6. Adde quod latissimè scripsit Pe. de Anch. consi. 206. in cip. scripsit papa.

a Adeo. Vide quod ibi no. in glo. pe. & quod super ea dixi, ubi contra id, quod sequitur, induxi literam, nondum tonsuratus, quasi innuat eum post ea tonsuratum: per quod non placet quod sequitur.

b Literis, Vide quod ibi dixi in gloss. penul. super ult. glo.

c Audientiam. Ex uicinitate fuit erratum. est enim glo. Compost. & etiam Innocen. in decreta. in nostra. ibi proximè sequenti. tamen in articulo illo, dic ut dixi in quæstione, quam posui super regula, ignorantia. de regu. iur. lib. 6. Et ad id, quod hic dicitur de scholare, adde quod nota. infra de rescrip. præsen. §. ratione impetrantis. uersi. sed ubi scribitur. & quod ibi dicam.

d Abbatem. Quod dic, ut de priuileg. abbates. lib. 6.

e Contra. Istud contrarium approbat ibi ipse Ber. Compost. ut ibi scripsi super gl. pen. quod dictum fortè fuit additio, quam nõ uidit G. & uide quod dixi de insti. c. 2. super. ultima glo.

f Expirante. Secus si dicat, usque ad beneplacitum apostolicæ sedis, de rescriptis. si gratiosè. lib. 6. & ibi plenè scripsi in principio. quid de clausula, quousque aliud duxerimus ordinandum. Item de clausula, donec Romano pontifici placuerit. ibi dixi super 1. glo.

Adde quod uoluit Oldra. consi. 143. incipien. factum tale. quòd si rectores ciuitatis donēt aliquid alicui, donec domino placuerit. itaq; dominus ratum habeat sub obligatione suorum bonorum: quòd non poterit reuocare concessum, eo quia censeatur ratificasse, similiter donec sibi placuerit: quia esset ridiculum quòd quis uellet se obligare perpetuò: deinde dicere, donec placuerit: sicut uelle aliquem esse hæredem, & illum exhæredare: ut l. iam dubitari. de hære. insti.

g Et seq. Totum quod sequitur usque ad finem, fuit additio: ante quam uera erat allegatio quæ fiebat infra de rescri. præ. §. ratione autem impetrantis. uer. sed ibi scribitur.

h Vacaturam. Hæc uerba non patiuntur, cùm scribitur de beneficio quod intra mensem à uacationis notitia duxero acceptandum: ut no. in cle. de conces. præben. c. uno. super uerb. notitiam.

i Dicunt. De his dic ut de concessio. preben. ne captande. & capitulo sequen. lib. 6.

k §. fi. Lib. 6. & circa hoc uide, quod ibi no. in fi. in glo. mot. quòd, & quod super ea dixi.

l Obtinebit. Non procedit hoc hodie cùm datus est mensis ad expectandum: ut in clemen. de concessio, praben. capitulo uno, uersiculo secus. & quando incipit currere mensis secundus uel ulterior, dicam infra de conces. præben. super rubrica. Adde Old. consi. 136. cum sequen.

m Nunquid. Et uide de litera papali ad prælatos Angliæ, dixi post Hostiensem de off. leg. dilectus. super 3. glo. Item si scribitur prouideri de dignitate, personatu, uel off. an prouideri possit de officum laicus capax esset: scripsi de præben. quia sæpe. super uerbo, uel officio. Adde, quod si papa motu proprio & cum clausula, non obstante: facit gratiam impetranti minoris ætatis, quòd possit obtinere beneficium curatum & dignitatē, quòd non poterit obtinere præbendam sacerdotalem uacantem ex fundatione testatoris, ut consuluit Pe. de Anch. consi. 18. & 265. incip. uiso puncto.

n Menses. Hanc literam habuit Gu. sed uera litera habet de sex mensibus. de hoc ibi no. in glo pe.

o Nemo. Lib. 6. & uide de hoc in ult. gl. & omnino uide quòd super ea dixi.

p Ex parte. Vide quòd ibi dixi super uer. cum consilio. & ne sede uac. c. uno. lib. 6. super uerbo statuto, quæ patet diuersum fore. quando consilium requiritur ex forma mandati ab eo, quòd requiritur de consuetudine uel statuto. uide quod scripsi in regula, nullus ex cōsilio. de regu. iur. lib. 6. in q.

q Contingit. Istud, & id quod sequitur, expeditum est, de præben. cùm in illis. §. pe. & ult. & eo. tit. c. ult. lib. 6.

r Significauerunt. Autor nobis propinauit, quòd suo tempore potuit, saluo quòd dicam in fi. §. sed hodie de uerbis prouisionem, dispositionem, institutionem, fit mentio in præ. decre. cùm illis. §. 1. & 2. & illud uerbum institutionem, mihi facit dubium satis forte, ut ibi scripsi super eodem uerbo. Item ponitur in illis uerbum electionem, circa quod dubitari uidi de tali casu: In quadam ecclesia cathedrali archidiaconatus erat maior dignitas post episcopum: ibi erant aliæ dignitates, inter quas primiceriatus erat, cui prouidebatur uocatis absentibus intra certos limites, de aliquo ex canonicis per alteram ex formis consilij, quia propter. Facta uerò electione de tali nominato concorditer, uel à maiori parte archidiaconus illum ponebat in stallo primicerij, & in loco illi debito in capitulo, nec præsentabatur episcopo nec aliter confirmabatur nec examinabatur, quia notus scilicet, canonicus, ut est dictum: habet autem certas honorantias uel prærogatiuas in ecclesia: & hæc omnia seruata sunt à tempore, cuius non est memo

uia. Accidit quòd papa in illa ecclesia fecit gratiã Titio de dignitate uel personatu spectanto ad collationem episcopi & capituli communiter uel diuisim. uacauit iste primiceriatus: quaritur an Titio debeatur? Ad negatiuam inducitur, quòd de electione non sit mentio in gratia. In cõtrarium: quia non sit eius confirmatio: ergo non est electio, sed collatio. Ad fortificandum ius capituli inducitur opinio dicentium etiam in canonicis formas electionum seruandas: sed alij contra. de his uide in decre. quia propter. in & super 1. gloss. & eo. ti. de elect. sicut cum. in gl. 2. lib. 6. & his quæ super ea dixi et remisi. Sed nolens de canonicis consiteri, saltem fateatur de dignitatibus personalibus, quòd illis per electionem est prouidendum. de elect. dudum. 1. præsupposito igitur, quòd primiceriatus sit dignitas, & talis reputatur in ecclesia, quod sufficit, ut scripsi de preb. de multa. & dignitas uocatur in decre. cùm accessissent. de consti. ergo per solennem electionem facienda est ipsius prouisio: & sic non cadit in litera impetrantis ad collationem ut in decr. cùm in illis. §. primo, & facit eo. lib. de offic. leg. & de liberatione. Secundò, posito quòd ius commune deficeret: ponitur quòd est consuetudo longeua sic solenniter fieri electionem primicerij. & sic cùm uim legis habeat necessitatem imponit; ex quo rationabilis est; potissimè in electionibus, de consue. cùm dilectus. de verb. sign. abbate. & facit quod ibi scripsi super gl. hoc enim. quodcunque igitur tollamus, s. ius commune, vel cõsuetudinarium, quæ necessitent ad eligendum. Concluditur contra impetrantem: cum ibi sit electionis substantia, & forma rei, est esse rei. ff. ad exhib. Iulianus. §. si quis rem. ff de aur. & argen. leg. l. Seia. per quæ cõcluditur contra impetrantem. Nec obstat quòd non confirmatur, quod necessarium est in uera electione. de ele. nosti. & ca. nihil est. & apertius eo. tit. c. si lib. 6. Sed huic respondetur negari non posse hos actus esse diuersos, & procedere à diuersis: quod patet ad sensum. & facit de transac. c. fi. & constat quòd ad ipsum esse electionis confirmatio nil addit, sed administrationis concedit exercitium. Probat hæc rubrica præmittens de electione, & subdens de electi potestate, quæ per formationem tribuitur, & quandoque per electionem habetur: vt in præ. c. nihil. & eo. tit. indemnitatibus lib. 6. & scripsi de app. quia nos. in fi. Ex quo necessariò concluditur, electionem sine confirmatione esse quid perfectum. Nec est uerum, quòd confirmatio sit pars electionis: licet uerum sit, quòd electio habeat in se partes. & vide quod scripsi in decre. quia propter. de elect. super uers. consentit.

Hinc est, quòd qui eligit, satisfacit iuri & termino electionis fiendæ propter hoc quòd habet tempus integrum, si sine culpa ipsius electio non confirmetur. eo tit. si electi. lib. 6. Si igitur sunt diuersa, amoto secundo per consuetudinem, uel quouis modo: non sequitur quòd amotum sit primum: cùm separatorum, separata sit causa. C. de dona. inter virum & vxo. si maritus. quam vide de testi. spo. Item cùm quis. in gloss. secunda, & de testibus. cum causa in fi. & ff. de mino. l. Papinianus. ibi quid enim commune habet delictum cum venia ætatis. Non obstat prædictis, quòd consuetudine non potest induci ut quis non confirmatus administret. extra de consue. cum venerabili. & quod ibi no. in glo. 2. & super ea, quia illud verum, vbi nullus actus fieret loco confirmationis: sed hic fiebat installatio per maiorem, scilicet Archidi. quæ loco confirmationis habetur. Nec est absurdum, quòd vnus actus alterius locum teneat ex vi consuetudinis, facit de consue. c. 2. & vide quod post Innoc. dixi de ele. transmissam. in glo. mag. uersi. redeundo. & uide quod scripsi de conces. præben. proposuit. in prin. Item non negatur ex priuilegio sine confirmatione competere electo ius administrandi, ut suprà dixi: ergo ex consuetudine id competere poterit: ut no. de iudic. nouit. uer. non enim. in glo. no. quod & ibi scripsi post Inno. & Abb. in glo. forsè tex. & in gloss. seq. Satis de rigore videtur hoc defendi: maximè in materia restringibili. Aequitas tamen foueret contrarium, propter quod egeret declaratione: vt autem grauati ad collationem de nouo vterentur hac forma in fraudem, nullum dubium quòd non iuuaret hoc capitulum, quod conferre consueuerat: & ideo dictum fuit in themate, quòd ab antiquo sic egerant. Item cautè fuit dictum, quòd papa in ecclesia illa fecit gratiam. nam est alia forma gratiæ legis in aliqua ecclesia ciuitatis, uel diœcesis tertia simpliciter ad collationem episcopi, vel episcopi & capituli, quandoque communiter uel diuisim. et hanc tenui in decre. quãuis. §. 1. de præben. lib. 6. super uer. hoc casu, quod illa forma includit ecclesiam cathedralem. Sed habuit iamdudum de curia aliquos tenere contrarium: & certa per rationes, quæ videntur satis urgentes. Ponderant enim primo impetrationes tales restringibiles, ut prædixi: & in restringibilibus id solum uenire debet, de quo palàm & uerbis expressis est actum. Primum patet in præ. c. quamuis. in prin. Secundum ff. de uer. obli. quicquid adstringenda. & sol. mat. si cùm dotem. in prin. unde in illis cessat arg. à pari & minori ad maius etiam affirmatiuè. Facit quod post Hosti. scripsi de rescri. po-

stulasti ad fin. magna gloss. & patet expressè de praben. Cui de non. in secundo, & tertio, respon. libro sexto. Excluditur ergo cathedralis ecclesia, quia non expressa coniuncta secunda causa, scilicet maioritatis & honoris, quam ipso decre. exprimit: & talia honorabilia & magna sub verborum generalitate non veniunt: facit lex, eos, de aquaeductu. quam ibi allegaui super gloss. ff. de iniur. l. prætor ait. §. quod autem, & extra de rescrip. sedes. Et pro his duobus facit opi. Compost. de qua in præ. decr. quamuis. in 1. gloss. qui simpliciter tenuit non venire ecclesiam cathedralem, cùm scribitur prouideri in ciuitate uel diœcesi: hic sto. Compost. dicit simpliciter in ciuitate vel diœcesi. Textus decre. præ. quamuis. dixit in aliqua ecclesiarum ciuitatis vel diœcesi. Ego uerò ubi suprà simpliciter dixi de impetrante ad collationem episcopi. & dixi quòd tunc puto includi cathedralem. Sed dicunt resistentes cum scribitur ad collationem episcopi: intelligitur de eo, quod habet de iure communi conferre: hoc non fateor. Subdunt quòd est in ecclesijs suæ ciuitatis vel diœcesis. non extra. nec hoc fateor, nisi limitatus sit locus prouisionis fiendæ, sicut fit in forma pauperum, & communiter in gratiosa. Dicunt illi: habetur ergo subintellectum pro expresso: sed hoc expresso non posset in cathedrali, ut ibi: ergo nec in meo casu. Sed ego sic ad partem meam reuoluo: cùm scribitur ad collationem episcopi, principalissimè spectat ad ipsum collatio in ecclesia cathedrali. extra, de elect. cum ecclesia. ergo principalius illa uidetur inclusa, nisi nominatim excludat. Hoc dictum coadiuuat forma pauperum, in qua etiam cùm scribitur ad collationem episcopi, etiam super beneficio quod uacabit in ciuitate uel diœcesi, expressè ponitur hæc clausula. Cæterum districtius inhibemus, ne præfato clerico autoritate præsentium in cathedrali aliquatenus prouideatur ecclesia, &c. Et per hanc clausulam attentari posset, quòd dato quòd de ciuitate & de diœcesi fieret expressio, ex quo scribitur ad collationem episcopi, includitur cathedralis: aliàs nugatoria esset illa clausula in prædicta forma. Subdunt etiam illi, quòd specialis est formæ, quæ includit cathedralem, scilicet cùm expressa est prouincia: vt in c. quamuis. in fin. Fateor quòd illa forma includit, sed quòd specialis sit, hoc nego: ut ibi scripsi super uersi. prouinciæ. Adde, quòd prima pars huius addi. vsque ad uersic. item cautè. fuit Oldr. præcipui uiri, eius consil. 146. incip. factum tale, consuetudo ecclesiæ Heduen. cuius vigiliæ non essent tacendæ. Similiter uer. item cautè, habetur per Oldr. consil. 185. incip. thema tale. Titius canonicus Vticensis: vbi latè concludit quòd impetrans gratiam à papa de personatu, officio vel dignitate pertinente ad collationem episcopi & capituli communiter uel diuisim, quòd non includit ecclesiam cathedralem. Adde tu, quòd pro opinione Ioan. And. tenet Rota in nouis deci. 247. Item videtur facere id, quod dixi suprà, in proxima noua additione: sed id quod vult Rota in anti. deci. 112. vbi dicit, quòd expectans ad collationem decani & capituli cathedralis ecclesiæ, potest acceptare beneficia in dicta cathedrali ecclesia vacantia.

§ Ex parte. Dic ut de conces. praben. executor. libro sexto, ut ibi not. in gloss. secunda. Miror quòd autor, qui de constitutionibus Clementis 4. hic & suprà mentionem fecit, omisit hic, & in toto isto opere decre. eius, quæ habetur de praben. cap. 2. lib. 6. maximè cùm ipse glossauerit decre. ibi sequetem, scilicet statutum. quæ fuit Greg. 10. facta ad restitutionem illius. Et fortius turbor, quia ibi de materia, quam tracto in præ. decre. 2. super fi. gl. nihil dixit: scilicet an constitutio locum habeat in beneficijs regalibus. ipse ibi dedit falsam remissionem ad hoc opus. Sed quæro circa ipsam decre. reseruantem collationi papæ beneficia vacantia in curia, si papa illud beneficium contulit Titio non curiali & absenti: & ille certificatus antequam consentiret, vel post, antequam possessionem apprehenderet, decessit: an ordinarius beneficij possit illud conferre: an uerò spectet ad papam virtute prædicta decre. illius collatio ea vice: & eadem est quæstio, si papa specialiter reseruasset collationi suæ beneficia certæ personæ, puta Pauli. Sol. primo casu, quando consenserat, certum videtur quòd spectet ad papam: cùm duret prima uacatio: cùm licet beneficium non esset liberum, non tamen erat suum. de praben. si tibi absenti. de elect. si compromissarius, & c. si electio. lib. 6. Aduerte quia videor hunc casum ibi notasse in gloss. antepe. ubi dixi decre. illam ibi locum habere in casu decre. statutum de praben. quo ad mensem qui datur papæ. hoc expedit declarare. Decre. illa si electio ponit quatuor casus, in quibus eligentes recuperant electionem, & habent tempus integrum. Primus est, si electus non consensit. & hæc plana: & habet locum in collatore, & in casu prædicto est plana glo. Secundus & tertius casus sunt, quando post consensum renunciat, uel moritur, & his casibus procedit gloss. electo existente in curia. & hoc est planum: sed non sic planum, si electus qui consensit, renuncians, uel moriens, est extra curiam:

riam: & ideo formata quaestio fuit de absente. Quartus casus est quando propter occultum vitium electi cassatur electio. Iste casus non congruit quaestioni, nec decre. 2. & 3. de praeben. qua de collatione, non de electione loquuntur. Concludo quòd decre. si electio. quo ad primum suum casum simpliciter habet locum in casu decre. statute. Item in secundo & tertio provisio renunciante vel moriente in curia. Quartus autem non adaptatur: si tamen esset sic, quòd diceretur collatio facta per papam non valere, non disputaremus. Hic an illud fuerit occultum papae: sed si papa cassam pronunciaret, uel cassaret collationem per se factam: quaestio non esset dubia: quia siue ex prima uacatione, siue ex secunda diceretur uacare: ad papam spectat. Redeo ad quaestionem, quae dubia est, post consensum provisio moriente extra curiam, & ante possessionem apprehensam. Dubium mihi facit decre. accedens. de accus. & hoc dupliciter. Primò, quia possessionis apprehensio in tali provisio per papam, rectè in casu nostro, scilicet de beneficio vacante in curia, impeditur per exceptionem criminis cum infamia. Secundò, quia ibi dicitur silentium imponendum tali sic provisio. non dicit eum privandum: quasi nondum habeat ius plenum. Ad hanc partem facit illud generale: cùm aliquid superest ad agendum, nil videri actum. ff. de eden. l. prima. §. penult. de baptismo. maiores. versicul. ad hoc est. & ibi gloss. dat concordantias super uersicu. non ex parte. Contrarium tene, & dic quòd est noua uacatio: cùm confirmatio electionis faciat quem prelatum. Item quòd etiam ante possessionem adeptam plenam administrationem habet. de electio. transmissam. ubi de hoc plenè scripsi post Innocen. & Hostien. in gloss. magna. Patet id translatione. cap. secundo, uersic. sicut autem. Provisio autem, vel collatio habet uim electionis & confirmationis. Et de provisio uel cui facta est collatio, habemus text. apertè probantem, quòd licet possessionem non habuerit: mors eius inducit nouam vacationem. Hac uide in clementi. ut lite pendente. si duobus. uersiculo neutro. & versiculo si uerò alter. Nec obst. versicul. quod si unum. ibi praecedens. ubi ponderatur possessio: quia ibi non ponderatur possessio quo ad uacationem: imò apertè ibi probatur, quòd sine possessione dicitur noua uacatio: sed ponderatur ibi possessio, quo ad collatorem. Et fuit illa specialis provisio utilis pro expeditione beneficij: cùm de iure aliter esset dicendum: ut ibi no. in gloss. sicut ergo. Patet etiam quòd post possessionem adeptam adhuc clarior est noua uacatio. Bene facit C. de dona. nec ambigere. Adde huic addi. quae scripta reperiuntur in consilijs Oldra. 57. & quae scripsit Petrus de Ancharano consi. 57. incipiente, circumscriptis regulis cancellariae.

SVMMARIVM.

De nominibus actionum.

1 *Praetoriae actiones, quae dicantur.*
2 *Interdicta & loca interdictionum, quae sint, & quot modis dicantur.*
3 *Edicta quot & quae sint.*
4 *Ciuiles actiones quae dicantur.*
5 *Cautiones & stipulationes quae dicantur.*
6 *Officium iudicis multiplex est.*
7 *Senatusconsultum quot modis dicatur.*
8 *Constitutiones quotuplices in iure reperiantur.*

POSTREMO Sciendum est, quòd actionum, Aliae sunt praetoriae: de quibus primò dicemus: Aliae ciuiles, de quibus secundariò ostendemus, dicentes nomina earum. vt ibi infrà in tractatu libellorum, super eis libelli inueniantur concepti. Praetoriae autem continent interdicta: quia & ipsa praetoria sunt. Item edicta, quae similiter sunt praetoria. Ciuiles continent cautiones, & stipulationes. Item continent multiplex officium iudi. Item continent bonorum possessiones. Item senatusconsulta, & consti-
2 tutiones. [2] † Praetoriae igitur actiones sunt hae, sci-
1 licet Publiciana, de qua in titul. de causa possess. & proprie. §. nunc dicendum. Item in rem rescissoria: de qua in tit. de in integ. resti. Item Seruiana de qua in tit. de locato. §. postquam. uersi. porro. Item quasi Seruiana, de qua in tit. de pig. uer. caeterum. Item vtilis rei vendi. quae datur superficiario, quae datur emphyteutae, de quibus in titul. de cau. posses. & propriae. §. sequitur. uersicu. est & utilis, & sequen. & quae datur metum passo, de qua in titul. quod met. causa. Item possessoria haereditatis petitio & fideicommissaria, de quibus in tit. de iudi. §. 1. Item in rem praeiudicialis pro libertinitate de qua in titul. de natis ex libero uentre: & de partu agnoscendo, de qua in titu. qui fil. sint legiti. Item Pauliana. Item Fauiana. Item utilis Caluisiana vel Fauiana. Item Caluisiana. Item in factum reuocatoria, de quibus in titulo de rebus ecclesi. non alie. Item redhibitoria. Item quanto minoris. Item in factum aedilitia: de quibus in titu. de empt. & uendi. §. nunc dicendum. Item exercitoria. Item institoria. Item tributoria. Item de in rem uerso. Item quod iussu. Item de constituta pecunia. de quibus in tit. de solu. §. praenotandum. Item de peculio, de qua in titulo de peculio. Item vtilis ex ea causa, ex qua iuratur, de qua in titul. de iureiuran. Item utilis certi condictio, de qua in tit. de confes. Item neg. gesto.

Item utilis neg. gest. Item contraria negotijs gestis. Item protutelæ. Item contraria protutelæ: de quibus in tit. de iudic. §. generalia. Item depositi. Item uiæ reiectæ: de qua in titu. de causa poss. & proprie. §. quia verò: Item quod metus causa, de qua in tit. quod met. causa. Item de dolo, de qua in tit. de dolo & contumacia. Item furti manifesti. Item furt. aduersus nau. cau. sta. Item factum ex illo edicto: de quibus in titulo de furt. Item serui corrupti: de qua in titu. de ser. non ordin. Item vi bonorum raptorum, de qua in titu. de rapto. Item iniuriarum. Item in factum subsidiaria legis Aquiliæ. Item utilis Aquiliæ: de quibus in
2 titulo de iniurijs. † Sequitur videre de interdi-
b ctis, [b] & quod loco cuiuslibet illorum subrogata est actio in factum: ut supra, §. 1. uersicul. rursus. Sunt autem hæc: Interdictum de mortuo inferendo. Item de sepulcro ædificato: de quibus in titulo de sepulcro. Item ne quid in loco sacro uel religioso fiat immaturè: de quo in titulo de relig. do mi. Item ne quid in loco publico fiat, & si factum fuerit, quòd tollatur. Item ne quid fiat in flumi. pub. ripaue eius ponatur. Item de loco publico fruendo. Item de uia publica & itinere publico reficiendis. Item ne liceat ire agere per uiam publicam. Item ut liceat ripam fluminis reficere uel munire. Item ut liceat in flumine publico nauigare, de quibus in titulo de causa possessio. & propri. §. quia uerò. & §. sequen. Item ne uis fiat ei, qui in poss. mis. est, de quo in titulo, de eo qui mit. in pos. causa rei ser. Item quorum bonorum. Item quorum legatorum, de quibus in titulo de testamentis. §. nunc dicendum. Item de tabulis exhibendis, de quo in titul. de fide instrumento. Item de libertis exhibendis. Item de libertis deducendis. Item de libero homine exhib. de quibus in titu. de conuer. in fin. Item unde ui. Item utile unde ui. Item quod ui aut clam. de quibus in titul. de restit. spol. §. primo, & secundo. Item uti possidetis. Item utrobi. Item de superficiebus. Item de itine. actuque priua. refici. Item de aqua quotidiana. Item de aqua quotidiana & æstiua. Item de aqua ex castello ducenda. Item de riuis: Item de fonte reficiendo. Item de cloacis: de quibus in tit. de causa poss. & propri. §. 2. & 3. Item de precario, de quo in titu. de preca. Item de arbo. cæden. Item de glande legenda, de quibus in præ. tit. de causa possess. & proprieta. §. priuata. uersic. est insuper. Item de migrando. Item Saluianum, de quibus in tit. de locato. §. postquam. uersic. cæterum. & seq. Item de noui operis nunciationis. Item ut liceat ædificare cui nunciatum est, si satisdederit. de quibus in titu. de no. ope. nuncia. Item interdictum fraudato-
3 rium, de quo in tit. de rebus eccle. non alie. † Nunc
c dicamus de edictis, [c] quæ sunt hæc: Edictum de albo corrupto. Item si quis ius dicen. non obtem. Item de in ius uo. Item si quis in ius uo. non ierit. Item in ius uo. ut eant, aut satisdent. Item ne quis eum qui in ius uoca. est ui exi. Item de eo per quē factum est, quominus quis in ius sistat, de quibus in titu. de do. & coutu. §. restat. Item de edendo de quo in titu. de fide instrum. Item de calumnia, de quo in titu. de calum. Item de act. in factum subrogata in locum actionis de do. de qua in tit. de dolo & contu. §. primo. Item de alie. iu. mu. causa fac. de quo in titu. de alie. iu. mu. Item nau. cau. stab. de quo in titu. de furtis. Item actio in factum, de his, qui deie. uel effu. Item utilis actio pro socio, cùm plures habitant in eodem cœnaculo, ex quo aliquid deijcitur. Item actio in factum contra eum, qui aliquid habet appensum: de quibus in titulo de iniur. Item si mensor fal. modum dixe. de quo in titul. de parochi. Item de mortuo inferendo. Item actio funeraria, quæ datur pro impensis funeris, de quibus in tit. de sepulturis. Item de loco sacro uel religioso pro puro uendito, de quo in tit. de relig. do. Item actio in factum descendens delato iureiurando, de qua in titu. de iureiur. Item si mulier uentris no. cal. causa in possess. missa esse di. Item si mulier uentris no. in poss. mittatur, & eadem possessio dolo malo ad alium translata esse dicatur. de quibus in titul. de eo. qui mit. in poss. Item quod cum falso tutore actore gestum esse di. Item de eod. competenti pupillo, de quibus in titu. de iudi. §. generalia. uersi. uerum. & sequen. Item si omissa causa testamenti, de quo in titu. de testamentis. Item de publicanis, de quo in titul. de censibus, §. nunc dicendum. Item de liberali causa, de quo in titu. de na. ex li. uen. Item de bonis autoritate iudic. poss. de quo in titul. de eo, qui mit. in poss. causa rei ser. Item si quis test. lib. esse ius. sit. de quo in titu. de furtis. Item actio in factum contra damnum dantem turba adunata. Item de incendio rui. nau. de quibus in titu. de rapto. Item de sepul. uio. de quo in titul. de sepul. Item de dam. infect. de quo in titul. de no. oper. nuncia. Item de legatis ab hærede præstandis uel satisdat. de quo in titu. de testamentis. §. primo, & §. in uer-
4 bo, de cautionibus. † Explicuimus prætorias
d actiones: [d] Nunc ergo ciuiles designemus: & sunt hæ, scilicet rei uendicatio. Item confessoria & negatoria: de quibus in titul. de causa possess. & proprie. §. in confessoria. Item in rem præiudicialis. de qua in tit. de off. or. uersic. ultim. Item in rem præiudicialis, quæ datur domino contra seruum. Item contraria in rem præiudicialis. de quibus in fi. de na. ex lib. uen. In petitio hæreditatis. de qua in tit. de iudic. §. uniuersalia. Item finium regundorum. Item fam. ercis. Item communi diuidundo: de quibus eo. tit. §. communia. Item certi condictio generalis. Item ex stipulatu. Item ex mutuo. Item condictio triticaria. Item ex causa. Item ob turpem causam. Item sine causa. Item indebiti, de quibus in titul. de solu. §. sequitur. Item furtiua, de qua in titul. de fur. Item ex lege, de qua in præ. §. sequitur. Item actio ad exhibendum: de qua in tit. de iudi. §. fin. Item ex empto. Item ex uendito: de quibus in titu. de empt. & uen. §. prius. Item ex conducto & locato. Item oneris aduersi: de quibus in titu. de loca. §. postquàm. Item pro socio. Item mandati: de quibus in tit de iudic. §. generalia. & §. specialia. Item depositi: de qua in ti. de deposito. Item tutelæ: de qua in præ. §. generalia. Item commodati: de quo in tit. de commodato. Item pignoratitia: de qua in tit. de pign. Itē præscriptis uerbis. Itē præscri. uer. ælli-

æstimatoria: de quibus in tit. de emp. & uen. §. 3. Item præscrip. uerb. ex permutatione: de qua in tit. de rerum permu. §. dicendum. Item actio in factum subsidiaria: de qua in tit. de causa pos. & pro prie. §. sequitur, uer. item iura. Item in factum ex re iudi. de qua in tit. de re iudicata. Item ex confessione, de qua in tit. de confes. Item actio ex sti pu. pro dote: de qua de dona. inter uirum & uxor. Item actio aquæ pluuialis arcendæ, de qua in tit. de causa pos. & proprie. §. priuatæ. uersi. uerum. Item de pastu pecoris, de qua in tit. de iniu. §. sequitur: uersi. porrò. Item actio ex testamento, de qua in tit. de testa. §. 1. Item ex stipulatu, de qua in tit. de solu. §. prænotandum. uersi. Item, con tra promittentem. & seq. Item furti non manifesti: de qua in tit. de fur. Item de tigno iniuncto: de qua in tit. de ec. ædifi. Item arborum furtim cæsarum: de qua in tit. de iniu. §. 2. uer. item si quis. Item rerum amotarum, de qua in tit. de furtis. Itē de rationibus distrahendis, de qua in tit. de iudi. §. generalia. uersi. porrò sæpe tu. Item legis Aquil. Item de pauperie. Item iniuriarum ex l. Cornelia, de quibus in tit. de iniurijs. §. 1. & 2. Item actio in factum contra magistratum, de qua in tit. de iudi. §. generalia. uer. item pupillo. Item actio ingrati: de qua in tit. de na. ex li. uentre. Item quanti minoris, de qua in tit. de emp. & uend. §. nunc dicendū.
5 e † Sequitur de cautionibus & stipulationibus, quæ sunt hæc. [e] scilicet actio ex stipulatu, & rem pupilli saluam fore. Item rem ratam haberi. Item iudicatum solui. Item damni infecti. Item ea, quæ interponitur ab eo, cui opus nouum nunciatum est. Item quæ datur proprietario contra usu-
f fructuarium, uel usuarium. [f] Item quæ interponitur ab hærede pro legato soluendo. Item quæ interponitur ab arrogatore pro reddendis bonis arrogati. Item quæ datur fideicommissario contra rogatum restituere hæreditatem, de quibus in tit. de pig. §. sequitur. Item quæ interponitur, ut quis in iudicio sistat, de qua in tit. de do. & contu. §. restat. Item quæ interponitur pro morbo, uel evi-
6 ctione: de qua in tit. de emp. & uen. §. ft. † Dicen-
g dum restat de multiplici officio iudicis. [g] Est. n. officium iudicis, per quod alimenta petuntur. de quo in tit. qui fil. sint legitimi. Item quo datur restitutio minori: de quo in tit. de in. integ. resti. Item quod datur contra detinentem filium alicuius, uel contra filium: de quo in tit. de conuer. in fi. Item quo subuenitur colono & uasallo con-
h tra dominum, [h] de quo in tit. de censi. Item quo grammatici, aduocati, medici, & alij salaria petunt de quo in tit. de magist. Item quo petuntur fructus à possessore, de quo in tit. de causa possef. & proprie. §. sequitur. Itē quo petuntur usuræ quasi interesse: de quo in tit. de usur. Item quod datur pro riuis & aquis alicuius ducendis. Item quod datur, ne quid fiat in uia publica ciuitatis, de quibus in tit. de causa pos. & proprie. §. quia uerò. uer. ad hoc. & §. priuata. uer. sed & si me. Item officium iudicis, per quod cogitur quis emancipare filium: de quo in tit. de nat. ex lib. uen. Item quo bona debitoris liceat possidere: de quo in tit. de eo, qui mi. in pos. causa rei ser. Item quo bonis alicuius datur curator: de quo in tit. de iudic. §. generalia.

i uersi. item de bonis. [i] Nunc sequitur de bonorum possessionibus, quæ multæ sunt: de quibus habes
K in tit. de testam. §. sequitur. [k] † Restat uidere de
7 senatusconsul. & sunt hæc: [l] Orficianum. Item
l Tertulianum. Item Rubrianum: de quibus eo. tit. scilicet de testa. §. fi. Item Volusianum. Item Turpilianum: de quibus in tit. de cal. Item Libonia-
8 num, de quo in tit. de fi. instrum. † Vltimo dicamus de constitutionibus: quæ sunt hæc: diui Adriani. Item Theodosij & Valentiniani: de quibus in tit. de adul. Item Seueri & Antonini: de qua in tit. de seruis non ordi. uersi. & quia. Item edictum diui Marci, & constitutio, si quis in tantam, & inuasor. & cum quæreretur. de quibus in tit. de resti. spo. §. 1. item constitutio, non ab re. Item constitutio, ex liberis: de quibus in tit. de locato. §. postquam. uersi. cæterum. & sequen. Item constitutio, Christianis: de qua in tit. de Iudæis. Item constitutio, si constiterit: de qua in titulo de parochi. Item constitutio de suffragio: de qua in tit. de magist. Item constitutio, ob æs alienum: de qua in tit. de pig. §. 1. uersi. Item ob æs.

ADDITIO.

a *Constitutiones. Scire debes quòd in his modicum laboris habuit autor. Roffredus enim sic inchoauit à pretorijs, & eodem ordine illas posuit inchoans à Publiciana, & continuans usque ad subsidiariam & utilem legis Aquiliæ. Item hic declarauit, ubi posuit libellos: quos & inde recepit autor.*

b *Interdictis. Rom. post præscriptas act. continuauit etiam interdicta, inchoans à mortuo inferendo, ponendo in præcedentem rubricam generalem de interdictis. finiuit etiam ut autor in interdicto fraudatario.*

c *Edictis. Sic & Roffredus post interdicta posuit edicta sine generali & rubrica, inchoans ab albo corrupto, & finiens de legato præstando & satisdationibus ad id.*

d *Prætorias actiones. Quare processerit dicit Roffre. in tit generali, qui est breuis: demum inchoata rei uendicatione sicut autor, & finit in rubrica quanto minoris: in qua etiam tractat quanto pluris.*

e *Hac Roffr. Vbi de cautionibus enumeratur 13 autor. 12. uel 11. tantum: sed septimam declarabo, & 13. supplebo: quæ est in ordine Roff. ult. de cautione, scilicet quam facit legatarius haredi: si solutum esse sibi plus quàm Falcidia pateretur.*

f *Vsuarium. 7. est de cautione, quam præbet usufructuarius de rebus, qua consumuntur usu.*

g *Iudicis. Plus tamen posuit de hoc Rom. ut supra dixi de offi. iud. super Rubrica: & statim addam.*

h *Dominum. Et hoc tractat Ref. rubrica 7. officiorum, sed est aliud quod datur dominis contra colonis & adscriptitios. de quo ibi ponit rubricam.*

& in proxima ibi praecedenti tractat de officio iudicis contra collectores, qui collectas ultra vires exigunt contra id. ff. de va. mu. l. 2. §. fi.

i Bonis. Ista ult. est Rof. de ordine iudiciorum: post quam sequuntur quatuor respicientes solum materiam tutorum & curatorum. Omissum est etiam officium, quod datur ad reuocandam venditionem factam medico propter aliqua medicamenta, per l. medicus. ff. de var. & extraordi. cogi. de quo tractat rubrica de offi. ind. in causa speciali. & vide in seq. rubrica ad certos casus.

k Sequitur. Et vide quod ibi dicam in prin.

l Hac. Sup. illa, de quibus tractat. sunt enim multa alia, de quibus Roffr. incipiens à Velleiano, postea illa prosequitur. & idem dicas de constitutionibus, de quibus plene ipse Ruffre. inter praedicta se natusconsulta prosequitur.

Bal. De actione seu petitione.

ACTIO non est de necessitate in libello proponenda explicite, licet implicite sic: quia genus causae genus actionis significat. Si tamen ex eodem actu plures speciales oriuntur actiones, altera eligenda est. Item si oriatur generalis & specialis quia una non habet., eligis: ut l. certi condictio. in prin. ff. si cer. pet. uersi. utrum. per G. & per Cyn. & me in l. edita. C. de eden. & qui non vult eligere, repellitur. uersi. sequitur quid si nolis. G. Licet statutum dicat, quod quis non teneatur proponere actionem, tamen factum clarum proponere debet, maxime in criminali. §. fi. uersi. si quid sit. Peto talem rem, quam dico meam fuisse, an procedit libellus. §. sequitur. uer. quid si ago. ff de confes. l. certum. per act. de trans. c. praeterea. ff. de verb. signifi. l. uerbum oportebit. per Dy. & l. edita. per Cy. Bal. An qui iam possedit, praesumatur etiam nunc possidere. uer. item seruus in possessioni. vide supra de arbi. § sed quid compromitti, tur. Si ago contra te depositi, & tu confiteris in commodato, condemnaris ut confessionis, non uigore petitionis: uersi. hoc quoniam. G. infra de li. concep § fi. Rei uendicatio, actio ex testamento & hypothecaria nascuntur tantum adita haereditate. uersi. illud not. sed post competunt. ff. quemadmodū serui ami. l. si partem. §. 1. G. Quot sunt necessaria in Publiciana. uer. etiam nota quinque. G. Vide no. Inst. de lega. §. nostra. & de rei uen. l. si in rem. per Accur. Ago contra te, qui facis molendinum in mei praeiudicium. eo. §. uer fi. G. Vide quod not. C. mand. l. per diuersas. §. excep. no. Dicit Specu. quod reus qui conuenitur actione, qua excludit per tit. possessoris, debet esse cautus, si non habet titulum, ut tradat alteri, uel dimittat possessionem: & tandem ab eo emat, & per traditionem recipiat. §. in anterioribus. uersi. si autem. G. dic ut per Cyn. C. de pe. haere. l. cogi. & ibi per Bar. uide ff. de euic. l. si rem. in prin. ff. de alie. iudi. l. 3. §. opus. de peti. haeredi. l. si & rem & pretium. per glo. ordi. Nam illud consilium non est bonum, propter malam fidem rei, secundum Barto. Idem si acquireret titulum & non possessionem, nam titulus iste nil operatur sine possessione ab eodem praetendenda. ff. de publi. rem qui. §. fi. Nec mutauit causam possessionis per manem titulum & fictitium: quia titulus fictus habetur, qui non meretur executionem traditionis. ff. quibus modis pig. uel hypo. sol. l. sicut. §. superuacuum. Bal. Ex recepto emittitur officium iudicis non actio personalis: & libellus debet euelli de corpore rescripti. §. semper. uer. non igitur. & seq. Qualiter procedatur coram executore & in beneficialibus: & de forma petendi, in de plene eo. §. per G. & de inhibitionibus eorum: & an prosit post impetrationem tonsurari uel primo beneficio renunciare. eod. §. sub diuersis. uersi. per G. & facit ff. de pig. si superatus. §. fina. secundum Dyn.

a De cessione actionis. Rubrica.



QVIA Saepe in iudicijs fiunt actionum cessiones: idcirco de his aliqua subnectamus. Primo dicentes, quid iuris de eis fit. Secundo super eis instrumentorum formas conficientes.

SVMMARIVM.

1 Cessio actionis multis modis fieri potest.
Cessio actionis fienda inter uiuos ex pacto, quo modo sit subdistinguenda.

2 Minor uel ecclesia patientes causae iacturam, eo quòd actionem cesserunt potentiori, an petere possunt restitutionem in integrum.
Restitutio in integrū nō habet locum in delictis.

3 Plebeius cedens actionem potentiori, quam habebat contra alium aeque potentem: an iactura causae debeat affici.

4 Confessio sola cedentis actionem, an nocere debeat ei, cui cessio facta fuit.
Procuratore litem contestante non potest dominus agere.

5 Cessione actionis facta non potentiori, si actio in iudicium deducatur, quibus casibus teneat.

6 Cessione actionis facta non potentiori, si actio nondum

nondum est in iudicium deducta, quid iuris.

7 *Cessio actionis de qua dubitatur, an sit uera, uel simulata: quibus casibus præsumetur esse simulata.*

8 *Cessio actionis clerico per laicum facta contra laicum, an possit esse uera.*

9 *Præsumptio simulatæ cessionis, an euitetur ratione consanguinitatis, ubi laicus cedit clerico contra laicum.*

10 *Cessio actionis præsumitur fraudulenta & simulata, ubi is, qui causam recipit, est litigiosus & solitus talibus implicari.*

11 *Excommunicatus, si alicui cedit actionem, uel obligat uillam cum pertinentijs, in qua est ecclesia: an recipiens talem cessionem poterit præsentare uel agere.*

12 *Titulus de litig. habet locum, etiam si postquam iudicium cœptum est, res, de qua agitur, in alium transferatur.*

13 *Edictum de alie.iu.mu. causa fac. locum habet, ubi reus transfert possessionem & proprietatem in alterum, ne ipse ualeat conueniri.*

14 *Venditione facta causa mutandi iudicij potest aduersarius conuenire emptorem, uel uenditorem.*

Alienatione mutandi iudicij causa facta, in integrum restitutio edicto perpetuo permittitur.

15 *Actio in factum ex edicto de alienatione iudicij mutandi causa facta, ut locum habeat, quæ sint necessaria.*

16 *Auxilium quibus casibus non debeatur actori.*

17 *Edictum de non præstando auxilium actori, qui bus casibus fallit.*

18 *Actiones ubicunque habens, uel se obligare potens, potest & procuratorem in rem suam facere.*

19 *Minor uendere non potest sine decreto iudicis, nisi necessitatus sit.*

Cessio nominis, est uenditio.

20 *Procurator habens mandatum speciale ad cedenda iura, an possit eadem cedere.*

21 *Vtilis actio in sex casibus potest alicui competere sine cessione.*

22 *Bonis alicui propter maleficium confiscatis, in quibus erant actiones, an illæ actiones transeant in fiscum, an fiat cessio.*

23 *Emptor nominis si alteri uendit, quam actionem habebit secundus emptor.*

24 *Directa actio inhæret ossibus, & facile non transfertur.*

Cessio hypothecaria sine principali, an ualeat.

25 *Debitore alicuius tres fideiussores dante, an uno conuento, cedi debeat ius pro parte, uel insolidum.*

26 *Bannitus an possit cedere iura.*

27 *Iusto possessori cedenda sunt iura.*

28 *Cedens iura contra debitorem, an uideatur etiã cedere contra fideiussorem.*

29 *Cessiones eisdem titulis & causis fieri possunt, quibus & aliarum rerum traditiones.*

SCIENDVM est igitur, quòd cessio quan
doque fit in ultima uoluntate. Quandoque
inter uiuos ex pacto. Si in ultima uolunta-
te, subdistingue. Nam aut actio, quæ ce-
ditur erat iam in iudicium deducta, aut non: si ce-
ditur actio nondum in iudicium deducta, ualet. ff.
a de lega. 3. nomen debitoris. [a] Si uero ceditur quæ
iam erat deducta exercitium actionis siue prosecu
tio causæ pertinet ad hæredem: & si aliquid obti-
neat, præstabit illud legatario: si nihil obtineat,
nihil dabit: quia litis euentus intelligitur legata-
rio relictus: tamen legatarius poterit interesse
d liti: ne hæres colludat. C. de litig. authentica nunc
1 si hæres. † Cæterum si cessio actionis fiat inter ui-
uos ex pacto: iterum subdistingue, nam aut cessio
fit potentiori, aut non: si potentiori, non ualet,
imò iactura causæ afficitur is, qui potentiori ce-
b dit: [b] quia perdit ius suum ipso iure uel per sen-
tentiam, secundum uarias opiniones, & poten-
tior se immiscens punitur extraordinarie officio
iudicis. Hæc probantur & not. ex. de ali. iud. mu-
tan. causa facta. capitulo 2. & C. ne liceat poten. l.
2. & fin. quod intellige de eo, qui potentior est ra-
tione publici officij cui præest, ut quia est domi-
nus, uel Balliuus, uel magistratus, cuius officij
occasione terribilis aduersario esse potest, ut C.
quod metus causa l. fi. & C. si quacunque præ. po. l.
unica. & C. si rector prouin. l. unica. & C. de his qui
poten. not. l. unica. & C. quod me. causa. si per im-
pressionem, secus si aliàs sit potentior quàm ratio-
ne officii, sicut & tutor dicitur potentior pupillo
ratione officii, & ideo ei contra pupillum cedi
non potest: ut C. qui da. tut. pos. authen. minoris.
2 † Quid si minor uel ecclesia passi sunt iacturã cau-
sæ eo quòd cesserunt actionem potentiori, nun-
quid potest petere resti. in inte. Respon. non, quia
in delictis non habet locum restitutio. C. si aduer.
delict. l. unica. ff. de mino. auxilium. in prin. quod
uerum est, quantum ad ecclesiam si prælatus & ca
c pitulum id fecerunt. [c] Aliàs enim si omnium con
sensus non interuenisset, non redundaret in dam-
num ecclesiæ 16. q. 6. si episcopum. ex. de exce. cũ
3 uenerabilis. † Quid si aliquis plebeius cedit actio
nem potentiori, quam habebat contra alium æ-
que potentem, ut quia forte uterque dominus est
in illo loco, nunquid debet affici iactura causæ?
Respon. sic, quia potentior semper debet attendi
respectu cedentis, & non eius, contra quem ce-
ditur, secundum Odo. Ex proxime dictis ergo ui-
detur, quòd si laicus cedit clerico contra clericũ,
nihilominus punitur, ac si contra laicum cessisset.
Quidam tamen contra. Et not. secundum Gofre.
quòd clericus intelligitur potentior laico ratione

 officij:

officij : & ratione sui officij sortitur priuilegium.
ex.de fo.comp.si diligeti.cum suis concor. & ideo
non ualet cessio sibi facta : ar.in præ.decre.de alie.
d iu.mu.c. 2. [d] Et idem uidentur alij sentire : ut pa-
tet infra uer.ex præmissis & uer.in summa not.se
cundum P. Sed Inno. 4. & dominus meus contra :
dicunt enim quòd clericus non intelligitur quo
ad hoc potentior laico : nec cedens ei iactura cau-
sæ afficitur : nisi clericus potestatem habeat su-
per eum, contra quem cessio fit. De hoc infra
uer. 4. nec in præ. dec. reprobatur cessio : non
quia fieret in clericum : sed quia in fraudem & si-
mulate fiebat, ut ibi dicitur : quo quidem casu
non ualet, quod fit : ut ibi. & C. manda.l.fi.in fi.
& propter rationem aliam positam infra uer. dic
4 ergo : quòd licet. † Sed nunquid sola confessio
cedentis nocet ei, cui cessio facta fuit ? uidetur
quòd non. ff. quemadmodum serui. amit.si par
tem. §. fi. in fi. Nam postquam procurator litem
contestatus est, dominus agere non potest. C. de
donat.l. 3.ualet tamen saltem tanquam uox unius
testis, uel etiam plus, si sit soluendo is, cui fit.
argum.contra,quòd noceat.ff.de leg.1.seruum fi-
lij sui castrensis.§.1.Vber. de Bobio dixit,quòd si
habet regressum contra eum nocet : alioquin non.
& ita iudex uarie &c. ex personis & causis consti-
e tuet ff.de rei ue.in fundo.ff.de ac.& obl.l.fi. [e] Iac.
Bald.contra,quia dolus autoris bonæ fidei empto-
ri nocere non debet,&c. C.de peric.& commo.rei
f uen.dolum. [f] Quod autem dixi cedentem poten-
g tiori affici iactura causæ dicit Vincen. [g] uerum es-
se, si quis cedat ea intentione, ut potentior & ter
ribilior appareat : ut supra uer. caeterum. Si uero
bona fide cedat, non ut potentior, uel terribilior
5 appareat,non obest.C.de procu.qui stipendia.† Si
autem fit cessio non potentiori : aut est actio du-
bitata,aut indubitata. Si sit dubitata,id est,in iu-
dicium deducta : ut ff. quibus ad li. procla. non li-
cet. l. 2. tenet quinque casibus : puta si fiat causa
dotis uel donationis ante nuptias uel transactionis
uel diuisionis : quæ fit inter hæredes de rebus hæ-
reditarijs:uel ex causa legati seu fideicômissi:cum
nondum super re legata, uel fideicommissa fuisset
quæstio mota testatore uiuente : sed post mortem
eius mota est contra hæredem:aliàs autem in alijs
casibus non tenet : imò punitur tam cedens,quàm
is,cui cessio facta est, cum distinctione tamen : ut
si sciens aliquis emat actionem,uel rem litigiosam
cogitur eam restituere uenditori, & pretium,
quod dedit, amittit : non ut lucro cedat uendito-
ri, sed ut etiam alia tanta quantitas ab eo fisci iu-
ribus inferatur, & lis suo marte currat inter uen-
ditorē & eum, cum quo prius quæstio mota erat.
Si autem ignorans rem litigiosam emit, tunc ir-
rita alienatione facta pretium cum alia tertia par-
te recuperabit à uenditore. Si uerò ex causa do-
nationis aliquis rem litigiosam receperit,æstima-
tur res, ut ipsius æstimatione rem in alium trans-
ferens puniatur. Hæc leguntur. C. de litigio.l.fi.
6 † Verum, si actio quæ ceditur, fuerit indubitata,
id est, nondum in iudicium deducta. Adhuc sub-
distingue, nam aut constat eam simulatam esse,
aut dubitatur : si constat, indubitanter ueram
esse, tenet, nisi fiat potentiori : ut supra uel nisi
causa auaræ uenalitatis : ut extra de alie iud. mu.
c. 2. secundum dominum meum. Constat autem
eam ueram esse, si actio magnæ summæ cedatur
pro magna summa, puta actionem tibi contra ali
quem in centum lib. competentem, cessisti mihi
pro centum lib. Item si facta est causa donationis.
Item si cohæres cedit actionem cohæredi suo : uel
si hæres cedit legatario, cui res, uel actio est le-
gata. Item si debitor cedat suo creditori pro de-
bito, etiam si cedat actionem competentem ad
maiorem quantitatem, quàm debeat. Item si
dum possideo rem aliquam, aliquis me pro re il-
la incipiat conuenire, & ego emo ab aliquo ius,
siue actionem, qua mediante possum rem illam
defendere, ualet cessio, nec præsumitur simula-
ta. Hæc omnia probantur. C. manda. per diuer-
sas. & de tali cessione intelliguntur. C. de hære.
uel acti.uen.l.1.& per totum.præcipue in tribus le
gibus,ut & C.de noua.l.3.Si autem constat cessio-
nem esse simulatam : tunc non ualet. C. manda.
l.fi.si quis autem. & §. sed & si quis donationem,
quia plus ualet, quod in ueritate agitur, & e. ex.
qui fi. sint legi.per tuas.& C. plus ualere, quod a-
h gitur. in rubro, & in nigro. [h] Est autem simula-
ta siue imaginaria, cum id agitur inter cedentem
& eum, cui ceditur, ut totum emolumentum ad
cedentem referatur, quamuis eius, cui ceditur,
7 esse fingatur. † Si uero dubitatur utrum sit uera
uel simulata, dicunt Vincen. & Ber. & alij simpli-
citer præsumi simulatam, maxime in donatione.
C. manda. per diuersas. Odof. uerò non præsu-
mit hoc, nisi in quatuor casibus. Primus est, si
actio magnæ quantitatis cessa sit pro modica sum-
ma.ff.de transacti.cum hi. §. modus.& tunc ualet
cessio, & agere potest is, cui facta est usque ad il-
lam quantitatem, quam dedit, ut C. man. l. pe.
In residuo autem dixerunt quidam, quòd non po-
test agere, nec cedens, nec is, cui cessa est, ut eo.
tit.l.fi. Sed hoc non placet Odof. imò, secundum
eum, cedens agere potest in residuo, & in hoc
i Inn. papa assentire uidetur, [i] cum hoc non prohi
beatur sibi, propter l. C. eod. l. pen. nec per ali-
quam aliam expressim, & pœnæ restringendæ
sunt potius, quàm laxandæ. ff. de pœnis interpre
tatione. de pœn. dist. 1. pœnæ. sub.§. hæc autem
uerba. Item quia in residuo non tenet cessio, un
de pro infecta habetur : ut C.de legi. non dubium
10. distinct. uides. Et ideo in residuo salua ma-
net actio apud cedentem. Nec obstat. C. man. l.
fi. quia in alio casu loquitur. Item non obstat. C.
ne lic. pot. l. 2. unde sumpta sunt uerba posita.
extra de alie. iu. mu. c. 2. ibi. ita quòd iactu. &c.
quia ibi plus deliquit scilicet cedendo potentiori.
Secundo præsumitur simulata, si actio, quæ ce-
ditur, pro parte uenditur, & pro parte donatur
ei, cui ceditur. & hoc casu secundum Innoc. non
agit cedens : quia tam perdit. nec is, cui ceditur :
quia non tenet cessio, uel si pro parte donatur
uni, & pro parte uenditur alteri. Tertio si fa-
cta sit cessio, & aliquid clam pro possessione da-
tum est, ut isti tres casus colliguntur. C. man.
l. fi. In his casibus non potest aliquid amplius
peti, quàm datum sit, nec à cedente, nec ab eo,
8 cui fit cessio : ut ea. l. dicitur. † Quarto præsu-
mitur

mitur simulata si fit clerico à laico contra laicum, secus secundum quosdam, si fiat contra clericum: ut supra, uersi. ex proximè. maximè in regione, in qua huiusmodi cessiones in fraudem fieri consueuerunt. Vel distingue, secundum do. meum, quando laicus cedit clerico contra laicum, utrum clericus trahat eum coram ecclesiastico iudice: ut quia sic est fieri consuetum, ut fit in Francia, & Aretij: ut infrà titu. proxi. §. 1. in princ. & tunc contra clericum præsumatur. Vel coram suo: & tunc non. Hoc probatur, extra, de alie. iud. mu. cau. fa. cap. 2. ibi: & ex eo sint odiosæ, quòd ex fonte cupiditatis
K procedere uidentur, id est, præsumitur. [k] & boc casu clericus, cui facta est cessio, punitur in expensis factis à reo coram iudicibus delegatis: & pronunciantur literæ non ualere. Cùm enim simulata sit cessio non dicitur habere actionem, ut ĩ. dicam. uersicu. ex præmissis. unde locum habet pœna præmissa: ut ex. de rescriptis. c. fin. ff. de iud. si quem temere. Posset etiam dici, quòd cedens tenetur ad interesse ei, in cuius præiudicium est facta cessio ex edicto de alienatione mutandi iudi-
9 cij causa fac. de quo interesse infrà dicam. † Sed nunquid rõne consanguinitatis euitatur talis præsumptio? Et uidetur quòd non: quia nec pœnam litigiosi contractus ob hoc euitatur: ut C. de liti-
l gio. l. 2. [l] Item secundum Vinc. præsumitur simulata, si in instrumento contineatur uerbum uenditionis: cùm tamen fuerit cessa. C. man. l. fi. Item secundum Gof. si in instrumento continetur cessio, sed ibi non dicitur ex quo contractu, uel ex qua causa, uel titulo fiat: ut in præ. l. per diuersas. ibi: licet in instrumento, &c. & no. ĩ. de procu. §. sequitur. in princ. De hoc infra, proxi. uersicul. primo. ibi: & not. quòd licet. Item secundum Innocen. 4. si in princ. instrumenti ponitur cessio, & circa medium uel finem, uidetur ex qua causa. argum. C. man. l. pen. in fin. & ex. de accen. cùm
m dilecti. §. 1. [m] † Item etiam præsumitur fraudu
10 lenta & simulata cessio, quando is, qui eam recipit, est homo litigiosus & solitus talibus implicari. argum. in præ l. per diuersas. in princ. ibi: diuersas personas, id est, plures, & ex. de pign. illo. in fin. Item quando nulla ratio, uel causa assignari potest, quare facta sit nisi ut reus uexetur. argum. ff. de rei uend. in fundo. ff. de transa. l. cùm hi. §. in causa. & ff. de lega. 1. filius. §. diui. ff. de lega. 3. Lucius. respon. 1. Sed opponitur ad prædicta. nam si secundum communem opinionem, cùm dubitatur, utrum cessio, seu uenditio sit uera, præsumitur simulata ³ ut supra, certè semper præsumetur simulata: quia semper reus negabit eam ueram fuisse: & sic per negationem dubia fit. C. quibus ad li. procla. non lic. l. 3. & ita nil proderit titulus ille de hare. uel ac. uendita. Sed ad hoc facilis est responsio: nam ueritas cessionis potest multipliciter apparere. quid enim si cedens pauper sit, nec habet unde causam prosequatur? Certè hoc casu potius ex necessitate, quàm fictè cessio præsumitur esse facta, argumen. ff. fami. ercis. alienationes. & C. de prædijs min. l. ob. æs. & ut præ. l. in fundo. ff. man. si procuratorem. §. r. si ignorantes. Item quid si palam & publicè cessio seu uenditio facta est, uel fortè cedens habet aliò ire uel alia facere, ita quòd uacare non potest litis prosecutioni: certè non præsumitur simulata. arg. ff. de admi. tu. non æstimo. C. manda. ab Anastasio ibi: nec partes clandestinas. & extra, ut ecclesia. bene. cap. unico. argum. ff. de offic. eius, cui man. est iurisd. l. 1. Item si reus potens est, & actor nequit ab illo suam consequi iustitiam: & ideo cedit suam act. non præsumitur simulata. argum. C. de execu. rei iud. ordo. ff. de iure do. cùm in fundo §. ipsius. Idem est, etiam si diu subhastauit hoc nomen, nec ab aliquo potuit plus habere: & sic pro tanto uendidit. C. si propter pu. pen. l. fin. C. de sacrosan. eccl. authen. hoc ius, quod est 10. q. 2. idem est, si ius suum uendens, honestus homo & bonæfidei consueuit esse, & qui lites execratur: & potius uult parte carere debiti quàm se litigijs implicare, non enim præsumitur in fraudem fecisse: ff. de alie. iu. mu. causa fa. item si res. §. 2. Idem est, etiã si id, de quo est quæstio, sit multum calumnijs subiectum: uel quia dubitatur, an reus sit, uel desiturus est esse soluendo: uel est homo cauillosus, ut etiam quod clarum est, uix ab eo extorqueri possit. arg. C. de procu. l. fi. Item non præsumitur simulata, si fit inter cohæredes: uel fiat creditori pro debito, uel possessori pro tuitione rerum, quas possidet: uel si fiat ab hæredibus in legatario: ut not. Azo in Summa. in ti-
11 tu. ne lic. poten. in fi. † Quid si excommunicatus mihi cedit actionem, uel obligat uillam cum pertinentijs, in qua est ecclesia: nunquid potero agere uel præsentare? Item an is, cui fit cessio, agat utili uel directa actione? De hoc & de alijs ad hanc materiam spectantibus, uide in præ. cap. §. sequitur uidere. supr. de procurato. Vt autem hæc ma
12 teria clarius liqueat no. † quòd si postquam iudicium cœptum est: res, de qua agitur, in alium transferatur, locum habet ti. de litig. ut C. de litig. auth. litigiosa. & 11. q. 1. quia res in litigio. & ex ut lite pendente nihil innoue. ecclesia. 1. & ibi not. quæ sit pœna litigiosi contractus: & quid iuris sit de hoc. & infrà, de appel. §. nouissimè. uer. 1. & uersi. uerum. Si uerò nondum sit cœptum iudicium super re translata uel alienata, locum habet edictũ de alie. iu. mu. causa fac. quod locum habet, quàdo possessor timens aliqua act. in rem se conueniri: puta rei uen. uel aliqua personali in rem scripta: sicut est actio quod me. causa, ut ff. quod me. causa. metum autem. §. fi. uel aliquo interdicto: cum omnia interdicta sint in rem scripta: ut ff. de interdic. l. 1. §. interdicta. dum rem in alium potentiorem transfert seu alienat causa mutandi iudicij: dico quantum ad se. & quòd ab alio iudicium suscipiatur. nam uult rem habere: sed in alium transfert litem, ut molestum aduersarium pro se subijciat transferendo in eum dominium seu possessionem ut ff. de alie. iu. mut. causa fa. l. 1. & l. non solum. Vnde cumpetit actori contra reum taliter alienantem actio in factum descendens ex edicto prætoris. de alien. iu. mut. causa fa. per quàm actionem consequitur interesse, si sua interfit alienationem seu translationem factam in alium non fuisse: ut eod. titu. l. prima. & l. non solum. §. hæc autem actio. quod interesse attenditur ratione personæ, loci, causæ & rei. Ratione personæ attenditur

attenditur, cui res alienata est: puta, quia potentior est, quàm is, in cuius praeiudicium fit alienatio: uel quia malitiosus est. Item attēditur interesse ratione loci, si alienatio facta sit in hominem alterius prouinciae. Item ratione causae: quia hominem, quem nolebam à te petere, manumisisti. Itē ratione rei: quia locum alienasti, in quo opus feceras: cuius nomine interdicto quod ui aut clam, uel ratione aquae pluuiae arcendae mihi tenebaris: unde si tecum egissem, tuis expensis id opus tollere deberes. nunc uerò quia alienasti, competit mihi actio aduersus alium, qui non fecit, quare cogor meis expensis soluere: quia qui ab alio possidet factum, eatenus istis actionibus tenetur, ut patiatur id opus tolli: ut probantur haec omnia. ff. de alie. iu. mu. causa fac. l. 1. 2. & 3. usque ad §. o-
13 pus quoque nonum. † Ex praemissis ergo patet si rectè considerentur, quòd edictum de alie. iu. mu. causa fac. locum habet, quando reus transfert possessionem uel proprietatem in alterum: ne ipse ab actore ualeat conueniri. & probatur. ff. eo. l. nō solum. Et ideo quidam dixerunt, quòd decret. ex. eo. c. 2. non habet locum in hoc casu, quae non loquitur in reo transferente, sed in actore actione cedente: ut patet ibi: cedi faciunt actiones, ut aduersarios ad ecclesiasticum forum trahant, &c. & ibi: Cùm igitur emptiones & cessiones litium, &c. Hinc est quòd saepe cum corā iudice delegato excipitur, literas per aliquem clericum super actione sibi cessa à laico impetratas non ualere propter praed. decre. Legistae iudicibus assistentes, attendentes quòd prae. decre. posita est in tit. de ali. mu. causa fa. & quòd de illa materia loquitur, & quòd ille titu. ut dictum est, locum habet in reo rem trāsferente, & non in actore actione cedente: nolunt admittere talem exceptionem contra actorem. in quem facta est cessio: sed pronunciari faciunt cessionem ualere: & per consequens posse iudicem procedere per literas impetratas. Et sic secundum intellectum prae. decre. succumbit, & frustra membranas occupat, quod esse non debet: ut 19. distin. si Romanorum. & 77. dist. huius. & ex. in proemio decret. §. landè. Dic ergo quòd licet titu. de ali. iu. mu. loquatur in reo rem in alium transferente: tamen Greg. papa in prae. decre. uoluit hoc extendi etiam ad actorem actionem suam clerico in fraudem cedentem: considerans quòd non licet clerico tales recipere cessiones: ut patet ibi in fi. & probatur. 11. q. 1. §. ex his. & 14. q. 1. §. 1. & 2. & c. 1. ex.
n ne cleri. uel mon. cap. 1. & 2. ⁿ Considerans etiam quòd talis cessio saepius fit in fraudem, & quòd est imaginaria, & non uera: unde ualere non debet: & per consequens nec literae super ea à clerico impetratae: ut in concor. quae sunt s. uer. si autem constat. quia non est malitijs indulgendum. ff. de rei uen. in fundo, & ex. de rescript. plerunque. nec fraus nec dolus debent alicui patrocinari: ut ex. eo. sedes. & ca. seq. imò secundum Vin. clericus sibi cedi procurans, potest coram seculari conueniri: quia in fraudem procurat forum ecclesiasticum, arg. ex. de iure patro. praelatum. Hieronymus hoc etiam reprobat dicens super Euangelio Matthaei, quod legitur feria. 4. tertiae hebdomadae quadra-
o gesimae. ᵒ Multi habentes obligata sua aeri alieno, & nolentes sibi creditum reddere, delegant sacerdotibus: ut exacta pecunia in ministerijs templi, &
14 eorum usibus deseruiat. † Illud quoque diligenter animaduertendum est, quòd si quis uendit causa mutandi iudicij. aduersarius potest conuenire, uel emptorem uel uenditorem, quem malit. nam alienatione mutandi iudicij causa facta, in integrum restitutio edicto perpetuo permittitur. Haec leguntur C. de alie. iu. mu. causa fac. l. unica.
15 † Ad hoc autem ut actio in factum ex edicto de alie. iu. mu. causa facta, locum habeat, tria sunt necessaria, scilicet quòd res sit alienata causa mutandi iudicij futuri: & quod dolo, ut durior mihi constituatur aduersarius. Item quòd mea intersit: aliàs locum non habet: ut ff. eo. l. 1. in fi. & l. 2. & 3. in prin. & in fi. & l. item. §. 1. & l. ex hoc edicto. §. ait praetor. Datur etiam contra alienantem utilis in rem, cùm dolo desierit possidere, ut ff. de noxali elect. §. item si. & l. si bonae fidei. & de peti. haere. nec ullam. §. pe. & de rei uend. si autem. §. sed hi. Sed an per actionem in factum tollatur directa, uel utilis in rem: not. C. de alie. iu. mu. l. unica.
16 † Item nota quòd quandoque nullum auxilium datur actori, scilicet quando sine dolo, nec causa mutandi iudicij reus desijt possidere. ff. de alie. iu. mu. l. item. §. 1. & §. si quis. & in prae. l. sinautem. §. 5. Item quandoque unum auxilium tantùm datur scilicet quando dolo desijt possidere: non tamen causa iudicij mutandi: ut ff. de rei uendi. quod si dolo. & l. sinautem. §. sed & his. Quandoque uerò duo, scilicet quando dolo & causa iudicij mutandi desijt possidere: ut prae. l. C. de alie. mutan. iu.
17 † Cessat autem hoc edictum, si est paratus suscipere iudicium. ff. eo. l. 3. §. fin. Item si alienatio facta est in ultima uoluntate. Item quando rem alienauit, & post recuperauit. Item quando redhibuit rem, redhibiturus aliàs: ut ff. eo. ex edicto. §. 2. 3. & 4. & l. sequen. secundum Vber. In summa nota secundum Pet. de Samp. quòd in decre. ex. de alie. iu. mu. tractatur de materia quatuor edictorum: unde quatuor modis potest intelligi illa litera ibi posita. Cùm igitur emptiones & cessiones litium legitimae prohibeant sanctiones, ita quòd iactura causae afficiant illos, qui sibi potentiorum patrocinium taliter aduocare praesumunt, &c. Primò enim legitur, ut faciat ad suum titulum hoc modo: Cùm igitur emptio & ces. li. supple, quae fiunt causa iudicij mutandi: ut cùm reus rem, super qua timet conueniri, transfert in alium legit. prohib. sanctiones, sup. quae sunt ff. eod. l. 1. & l. non solum. & omittas sequen. uer. ita quòd Iac. &c. quia illa poena non imponitur ei, qui alienat causa iudicij mutandi, sed ad interesse condemnatur: ut dixi s. uer sicu. autem. Secundo modo legitur, & facit ad tit. mandari. hoc modo: Cùm igitur emptio & ces. li. sup. quę in fraudem & simulatae sunt, legit, prohi. sanc. sup. quae sunt C. mandari. l. penul. & fi. & tunc iterum non habet locum sequens uersicu. ita quòd Iac. &c. quia hoc casu non habet locum talis poena: ut patet in prae. l. imò alia, de qua s. dictum est, uersi. uerùm si actio. & sequen. Tertiò legitur, ut faciat ad titu. de litig. hoc modo: Cùm igitur emptio & ces. lib. sup. quae fiunt lib. pe. le. prohi. sanc. sup. quae sunt C. de litig. l. 1. & 2. & fi. & per totum.

Et se-

Et secundum hoc etiam non habet locum sequens
uersiculus, ita quòd Iac.&c. nam pro uitio litigio-
si contractus, non imponitur illa pœna: sed alia,
quæ est C. de litig. l. fi. & s. uersicu. si autem fit ces-
sio. & uersic. ut autem hoc. Quarto modo legitur,
cum determinatione sequentis uersic. ut faciat ad
titu. ne lic. po. hoc modo: Cùm igitur empt. & ces.
li. sup. quæ fiunt in potentiorem legit, prohi.
sanc. sup. quæ sunt C. ne liceat potentioribus. l. 1.
2. & fi. & tunc iunge sequentem uersicu. ita ut Iac.
causæ, &c. hoc enim casu habet locum hæc pœna:
nec est intentionis papæ, quòd hæc pœna uel aliæ
competentes alijs duabus expositionibus s. proxi-
mè positis, imponatur ei, qui clerico suas cedit a-
ctiones, sed utitur prædictis uerbis: ut ostendat
per simile, quòd tales cessiones sunt detestabiles
p & damnosæ. [p] † Et scias quòd ubicunque quis a-
18 ctiones habet, uel se obligare potest, potest procu
rator in rem suam facere. Qui autem se obligare
possunt, not. in Summa Azo. in titulo de pactis.
Sed nunquid minor potest cedere iura sua cum au
toritate tutoris sine decreto? Dicũt quidam quòd
sic. ff. de autoritate tuto. pupillus. ff. ad Trebellia.
q restituta. §. primo. Alij contra, quod tutius est. [q]
19 † Nam cessio nominis, est uenditio, ut ff. de fide
iusso. cùm is, & minor sine decreto iudicis uendere
non potest. C. de administ. tuto. l. lex, quæ. ff. de iu
re deliber. l. 3. §. 1. licet quidam dicant, quòd si ce-
dit fideiussori, cùm ex necessitate cedat ei: ut C.
de fideiuss. l. 2. tunc sine decreto cedet. sicut aliàs,
cùm ex necessitate uendit, non est decretum ne-
cessarium. ff. de rebus eorum, qui sub tut. uel cu-
r ra. sunt. magis. §. 1 & 3. [r] † Item quæritur an pro
20 curator habens mandatum speciale ad cedenda
iura, possit ea cedere? Et uidetur quòd sic: quia
cessio, uenditio est. ff. de fideiuss. si dubitetur. re-
spon. 1. in fin. & l. cùm his. & uenditio per procu-
ratorem fieri potest: ut ff. de institor. l. si quis.
Item hæreditas per alium, puta per procurato-
rem, restitui potest: ut in præ. l. restituta. Item
gerere dicitur, qui per alium gerit. ff. de admi-
nist. tut. ita autem. §. gessisse. extra, de senten. ex-
commu. mulieres. in fi. argument. contra, quòd
non possit: quia cessio de nimia subtilitate est:
ut ff. de iure dot. si mulieres. §. ex asse. in fi. Item,
quia ita infixa sunt ossibus nostris, &c. ff. de pe-
culio. quis ergo. & ff. pro socio. l. 3. & hoc tenet
s Alb. Papien. [s] Nam & tutor sine pupillo actionem
mandare non posset: ut in præ. l. restituta. Item
quia procuratorem alium ante lit. contesta. non
facit: ut C. de procura. quisquis. & l. neque. at qui
alicui cedit iura, procuratorem in rem facit il-
t lum. [t] C. de hære. uel act. uendi. l. emptor. ff de in
rem uersicu. l. 3. §. Idem Labeo. Alij contra prima
iura. Nam & procurator sic constitutus, ut alium
substituere possit, potest hoc ante litem conte-
statam facere: ut no. s. de procurator. §. primo.
uersicu. sed quid si procur. & hoc uidetur ue-
u rius. [u] argu. ff. ad Trebellia. quamuis. & l. qui ita.
§. 1. & cedes mihi postea iura illa: ut ff. manda. si
procurator. in fi. & ff. de acquiren. possess. l. posses-
sio. in fine. ff. quorum leg. l. 1. §. fin. Patet ergo ex
x præmissis, [x] quòd tutor uel curator non potest
cessionem facere, sine pupillo uel adulto: nisi sit
absens, uel fari non potest. ff. ad Trebellia. restitu-
ta. Nec etiam furiosus uel prodigus: ut ff. de uer
bo. obliga. is, cui. ff. de nego. gestis. in negotijs.
Nec pater filio: ut ff. de contrahen. emptio. l. 3.
nec tutor, uel curator contra pupillum. C. qui da.
21 tuto. pos. authen. minoris. † Sed nunquid is, cui
competit utilis in aliquo de casibus, qui not. C. de
y actio. & oblig. l. t. [y] uel quia sibi cessio facta est, ut
in ea. l. potest istam utilem. alij cedere, & in eã
z procuratorem in rem suam facere? [z] Et uidetur
quòd sic. Nam constat quòd potest simplicẽ pro
curatorem facere: ut C. de do. illam. ff. de procu-
ra. procurator in rem. & l. 1. §. usus. Quare uide-
tur quòd possit facere procuratorem in rem suã,
& in alium huiusmodi actionem transferre. Cùm
enim actionis nomen generale sit, C. de hære. uel
actio. uend. l. certi. Sicut cessio fieri potest per eũ,
cui competit directa & utilis actio, & ab eo fit pro
curator in rem suam: ut eod. titu. emptor. & C.
manda. per diuersas. Eadem ratione fieri potest
ab eo, qui habet solam utilem: quia & utilis dici
tur actio: & suo nomine ei, cui cessio facta est, cõ
petit: ut in prædicta l. procuratore. Ad idem ff. de
nego. gest. l. actione nego. gest. & in prædicta l. em
ptor. Argu. contra: nam ex cessione nihil aliud
transfertur, nisi ut directa nomine cedentis intẽ-
tetur: ut præ. l. emptor. sed iste non habet dire-
ctã: ergo eam nõ cedit. 1. q. 7. Daybertum. Hinc
est quòd a proprio fideicommissario non exigi-
tur cessio: quia non habet directam: prout legi-
tur & no. C. ad Trebel. l. pe. in fi. & argum. C. de of
fic. eius, qui ui. alter. iu. obti. l. 2. Sed prius dictum
uerius est propter l. certi. & argum. in præ. l. pe-
22 nul. C. ad Trebel. & ff. eo. l. 1. §. de illo. † Quid si
bona alicuius propter aliquod maleficium sunt
a confiscata, & in bonis [a] illius erant actiones: pu-
ta, habebat creditores: nunquid hæ actiones tran
seunt ipso iure in fiscum: an uerò est necessaria
cessio? Respondeo, ipso iure fisco competunt:
quia fiscus loco hæredis habetur: ut not. C. de fi-
b deicom. l. 1. facit C. ad l. Iul. de ui publ. l. tutores. [b]
23 † Sed pone: emptor nominis alij uendit: quæri-
tur quam actionem secundus emptor habebit?
Et dicunt quidam, quòd utilem. argum. ff. de neg.
gestis. l. 3. §. hanc. Alij dicunt, quòd nullam habet
c primus emptor, sed secundus. [c] Et hanc geminа-
tionem dicunt non esse admittendam: & idem di
cunt, si per plures manus ambulauerit: ut ff. de
mino. sed ubi. De hoc in præ. §. ex asse. in fin. & ad
hoc facit: quia infinitas, &c. ff. de damno infect.
qui bona. §. fi. extra, de rescriptis. cùm in multis.
lib. 6. & circuitus sunt uitandi. ff. de condi. indebi.
d dominus testamento. [d] Et ad hoc ff. de seruis ex-
24 portandis. l. penult. † Quid si habens directam, eã
e uendit: nunquid eam transfert? Dic quòd non: [e]
quia directa actio inhæret ossibus, uel facilè non
f transit: ut ff. de pecu. l. quis ergo. [f] ff. pro socio. l.
3. sed qui habet utilem actionem, præfertur ei: ut
g ff. de procurat. procuratore. [g] Sed quid si cessit
hypothecariam sine principali: nunquid cessio
ualet? Dicunt quidam quòd sic: quia omnes
actiones reales & personales cedi possunt: ut C.
h de hæredi. uel act. uendi. l. fi. [h] ff. de excep. rei iu. l.
l. penul. §. Latinus. Argumen. contra: nam debet
esse

esse aliqua naturalis obligatio, uel ciuilis, cui applicetur, ut ff. de pigno. l. res. ff. de fideiussor. fide-
i iussor. §. 1. [i] & ad hoc ff. de pigno. si legati. & de regul. iur. cùm principale. Ad hoc dic quòd possessori pignoris cedi potest: ut not. C. manda. l. per diuersas. Nam interdum habet quis retentionem, licet non habeat hypothecariam: ut not. ff. de pigno. l. 1. Nec obstat quòd possessor sit dominus, & quòd pignus rei suæ non teneat: ut ff. de regul. iu. neque pignus. quia retentionem tantùm habet: ut ff. ad Trebellia. debitor. & C. si antiquior cre-
25 di. l. 1. † Sed pone: debitor meus dedit mihi tres fideiussores, conuenio unum: nunquid pro parte,
k uel in solidum cedam ei iura? [k] Dic quòd pro parte: ut ff. de censi. cùm possessor. ff. de peculio. quæsitum. ff. de administr. tuto. si pupillus. ff. de tutelis & ratio. di. cùm pupillus. & not. C. de duobus
l reis. l. 1. [l] Sed quid, ecce debitor meus dedit mihi fideiussorem, & obligauit bona sua mihi: consen-
m si uenditioni domus, [m] & conuenio fideiussorem:
n nunquid obstat exceptio cedendarum actionum? [n] Et uidetur quòd sic. C. de fideiuss. l. 2. ff. de admini strat. tuto. si pupillus. ff. de sol. Stichum. §. creditor. argum. contra. ff. de fideiussor. si stipulatus. §. fina. De hoc not. C. de fideiusso. l. 2. prima ue-
o rior. [o] Item quid si mihi cedis rei uendicationē, nunquid habeo per hoc dominium? Dicunt quidam quòd sic. C. de hæredit. uel actio. uendi. l. fi-
p na. [p] quia rei uendicatio non datur, nisi domino. ff. de rei uendit. in rem. Alij contra, & bene: quia potius uideris uelle mihi cedere actionem, quàm rem. ff. de iure dot. si sponsalibus.
26 §. fina. † Illud etiam quæritur, an bannitus possit cedere iura? Et uidetur quòd sic: quia relegati retinent bona: ut ff. de interdi. & rele. l. relegatorum. §. ad tempus, & appellatione bonorum etiam actiones continentur: ff. ad Trebellianum. si legato. §. si seruum. & de uerb. signific. meorum. & l. bonorum. ff. ut in possess. lega. is, cui. §. bona. argum. contra, quòd non: quia omnes exceptiones, quæ obstant uenditori, &c. ut ff. de con trahen. emp. dolia. §. 1. ff. pro socio. idemque in fi. ff. de reg. iur. in his. §. non debeo. Dic quòd si sit bannitus ex ea causa, ex qua bona publicantur: tunc cessio non ualet: quia actiones competunt fisco, & contra fiscum. & argum. ad hoc ff. de solu. qui hominem. §. qui filium meum. & ff. de capi. dimi. l. a. ff. pro socio. actione. §. publicatione. Institu. de satisdatio. §. publicatione. Si uerò ex alia causa: tunc subdistinguæ: quia aut habet causam lucratiuam, aut habet onerosam: ut in primo casu obstet exceptio: in secundo non. ff. de doli exceptio. apud Celsum. §. de autore. uersicu.
q si quis autem. [q] Alij tamen dicunt indistinctè, quòd agere poterit. ff. quod quisque iur. l. fin. & l. si filius. Alij uerò indistinctè dicunt, quòd agere non poterit. ff. ad Velleia. l. fi. dicentes quòd si agere deberent, potius inhærerent illi distinctioni, an habuisset actionem ex necessitate, ueluti ex datione in solutum: an ex uoluntate, ut quia emisset: & hæc non ambulant æquis passibus, &c. ff. de dam. infect. eum postulassem. & ff. de re. cor.
r qui sub tu. uel cur. sunt. l. 4. §. 1. & de re iud. l. fin. [r]
27 Sed pone habeo † debitorem, qui mihi obligauit omnia sua bona: post hoc ille uendit. T. domum, postea P. fundum. egi contra T. hypothecaria, petendo domum: obtulit mihi debitum: cessi ei actionem contra debitorem & eius bona: agit modo contra P. ille uerò opponit de beneficio cedendarum actionum: quæritur an possit quòd T. agere possit, probatur: quia constat de debito & obligatione, quòd res fuit in bonis debitoris: quæ probantur in hypothecaria: ut C. de pign. nec creditores. & de non nume. pecu. l. prima. ff. de pigno. si superatus. & l. & quæ nondum. §. 1. argum. contra quòd non possit: nam iusto possessori cedenda sunt iura. ff. qui pot. in pigno ha. mulier. & sic culpa creditoris sunt deteriores. Obstat exceptio. ff. de sol. Stichum. §. si creditor. domus enim uidetur liberata: cùm facta fuerit T. & ipse acquisiuit sibi iura: quia pignus & dominium simul non concurrunt: ut ff. de pigno. si in rem. & in generali sermone, &c. ff. de actio. empti. si mercedem, in fin. & de senat. l. 1. Soln. Dic quòd diuiditur obligatio. ff. de censi. cùm possessor. ff. de administ. tuto. si pupilli. ff.
f ad legem Rhod. de iact. l. secunda. §. primo. [f] † Sed
28 nunquid cedens iura contra debitorem, uide-
t tur cedere & contra fideiussorem? [t] argum. quòd non. ff. de hæred. uel actio. uendi. qui filij. & l. uenditor actio. argum. contra. C. eod. titu. emptor. & C. de actio. & oblig. si à creditore. & l. in solutum.
u & ff. de lega. 3. qui chirographum. in fi. [u] Sed dic quòd in casibus illis, in quibus habet utilem actionem sine cessione: tunc & contra fideiussores & contra pignora habet, ut not. Azo in Summa de hæred. uel actio. uendi. in fin. Sed in his casibus, in quibus non habet utilem actionem sine occasione, non uidetur quòd habeat utilem
x contra pignora & fideiussores, nisi cedantur. [x] Cùm in contractibus stricti iuris ueniant tantùm ea, de quibus actum est. ff. de uerb. obliga. quic-
y quid. [y] Accur. uerò dicit indistinctè uideri ces-
z sa contra pignora & fideiussores. [z] Vtrum agens ex iure cesso ante litem contestatam teneatur facere fidem de cessione, not. infra. de instrumen.
a editione. §. nunc dicamus. uersicu. sed quid. [a] Quæ autem obijci possunt contra procuratorem in rem suam constitutum: & quis cedere possit: & quando cedens possit actiones cessas reuocare, uel non: dic ut suprà de procur. §. se-
b quitur uidere. uersicu. in summa. [b] & ibi etiam ui
c de alia, quæ hic desunt. [c] Quid autem iuris sit de emptionibus, & redemptionibus litium: & an qui litem incepit, eam perficiet: & quid si hæres conuenti rem alienat: & de huiusmodi. dic ut in prædicta decreta. de alie. iud. mu. causa fac. cap. 2.
29 secundum Innocen. † In summa nota quòd cessiones eisdem titulis & causis fieri possunt, quibus & aliarum rerum traditiones.

ADDITIO.

a *De cessione autem iurium, puta quæ habet uenditor in re: formam uide infrà de emp. & uend. §. 1. pen. col. uersicu. aliquando. Est sciendum quòd nullus de practicis nominatis per autorem in* proœmio

proœmio formauit hanc rubricam: & quod plus est, nullus ipsorum de materia tractauit, nisi Vber. de Bonacur. aliquid sub rubrica de procuratore in rem suam. Pabulum ergo huic rubricæ dedit autor à summa. Azo. in tit. ne liceat potentio. Goffr. de alie. mutandi iudicij. & maximè ab Host. ibidem, qui in fine illius tituli formauit rubricellam de cessione actionis. Et à glossis, eo. tit. de alie. & C. man. l. pen. & ulti. & à diuersis scriptis, quæ sic per his habentur. Nam habeo per And. de Barulo hanc materiam plenissimè tractatam: qui dixit in prin. nam quia quotidiana est, non neglìgenda. ff. de usucap. l. iusto. in prin. de liber. lega. l. legaui. in princip. & C. de indi. properandum. in prin. ad idem de testi. spo. sæpe. & eo. titu. frequens. libr. 6. & eodem lib. de excep. pia. Secundam partem primi. §. potissimè habuit ab Alber. sub rubrica de procura. in rem suam secundum. §. & eius formas omnes habuit à Rolan. ut ibi dicam in prin. reseruaui. Iac. de Are. qui summam de materia rubricæ composuit, quam non uidit autor, in qua præmissa differentia inter cedere & mandare, quam fatetur, no. in l. 1. C de acti. & obl. in gloss. aliud est cedere. & C7. ibi de hoc in 4. q. Demum ipse Iac. subdit materiam per hæc membra. Primum qualiter fiat cessio actionis & iuris. Secundum quis cedere possit. Tertium, quæ actiones possunt cedi. Quartum, cui, & in quem transferri possunt iura & actiones. Quintum, quæ actiones competant ei, qui iura & actiones per cessionem acceperit. & hoc unde nascantur. Sextum, quando compellatur quis cedere actiones, & quo iure. Septimum, de his, quæ fiunt circa iudicium agentis ex iure cesso. De his aliqua scribam infrà, ut aliàs feci. hic ad materiam notifico quæstionem domini Iac. But. patris: sic propositam. Statuto cauetur, quòd bannitus pro debito possit capi de uoluntate creditoris, quæritur an possit capi ad petitionem habentis iura cessa pro ipso debito, & omni eius iure. Hanc subtilissimè & copiosè tractauit. dubium uidet: quia non quæritur de herede: sed de singulari successione. Item non quæritur de uerbis legis communis, sed statuti. quod non recipit interpretationem, saltem extensiuam. de hoc satis de reg. iur. pro possessore lib. 6. Concludit soluendo, quòd cùm statutum non habeat contemplationem ad personam, sed ad causam ut facilior sit exactio: & ad cessionarium pertineat hac causa, facit. ff. de reg. iur. l. in omnibus causis. 2. Item cùm appellatiuum sit nomen creditoris. Item cùm cessionarius iste sit procurator cedentis, licet ad suum commodum & principalis creditor per procuratorem hoc petere posset, & hac uoluisse uidetur. & competit sic uerbum statuti: procedat captio ad petitionem ipsius, ibi uide quia breuiter omnia solutioni eius connexa, non possunt includi. Et huic bene coniungitur quæstio quondam domini Thomæ de Formaginis, quæ incipit, Statuto cauetur, quòd si quis, cuius unum membrum erat: an statutum, per quod præscribitur creditori ex mutuo non petenti creditum intra quinquennium, locum habeat in cessionario per quinquennium tacente: & terminauit quòd sic, per leges ff. de uerbo. significa. creditores. cum duabus sequentibus, & eodem titu. creditor. Per quarum textus patet illum creditorem esse, cui competit actio sine exceptionis obstaculo: sicut & is dicitur debitor, à quo inuito pecunia exigi potest. eodem, titu. l. debitor. Sed certum est, cessionarium agere, & ab inuito exigere posse. ut in l. postquam. de heredi. uel actio. uen. C. & ff. eod. l. emptori. ff. de procurato. l. procuratore. in rem. & C. de actio. & obli. si insolutum. Inducit regulam, qui in alterius. ff. de regu. iur. & eodem, titu. lib. 6. Adiuuat etiam hoc per leges, ff. de annu. leg. l. legatum, & l. annua. §. infra à Titia. & l. penul. & antepenul. Idē terminauerat prius Richard. Malumbra, ualde copiosè in quæstione quæ incipit, Statutū est in compluribus. Dicit Rof. ibi de offic. iud. rubrica, de bonis. auto. iudic. poss. in principio quòd creditor est omnis illecui aliquid debetur ex quacunque causa, siue ex contractu, uel quasi. siue ex maleficio, uel quasi: dummodo non ex actione populari: quia tunc ante lit. contest. non est creditor, nisi probaretur proprium damnum. in præ. l. creditor. ff. de uerbo. significa. & l. si 1. cui. Dicitur etiam creditor omnis, cui debetur aliquid ex actione uel petitione iuris ciuilis, honorarij uel extraordinarij, siue ulla exceptione, siue pure, siue in diem, siue sub conditione. Sed huic ultimo obstat. ff. de condi. inde. l. sub conditione. ubi solutum repetitur. Respondet quod dictum est, intelligi secundum quosdam de conditione certa: puta. si moriatur. ff. de condi. inde. quod si. ff. de noua. si pupillus. §. qui sub conditione. si autem est incerta, ut si nauis ex Asia uenerit. tunc non est creditor. Alij dicunt utroque casu illum esse creditorem, cum spes illa ueniat in collationem: licet in legato conditionali sit secus. Insti. de uer. obli. §. si sub conditione ff. de actio. & obli. is, cui. de colla. bono. l. 3. §. de illicita ff. de reg. iu. quæ legatur. & dicit sic Azo. tenuisse. Adde quòd stante statuto, quòd debitor possit capi ad instantiam creditoris quòd poterit capi ad instantiam eius, qui habet ius in re cessa à credi-

creditore. Sequitur Roma. consilio 182. incipiente, qui cessionarius. & ibi allegatur textus à nemine allegatum ut ipse dicit in l. 2. C. de dona. ubi dicit probari, quòd cessionarius est verè creditor.

a *Debitoris. Nec videtur distinguendum, an fiat in potentiorem. facit. ff de alie. iu. mutan. causa facta. l. ex hoc edicto. §. alienare. ubi dicitur quod legando uel heredem faciendo quis non alienat, ut teneatur ex illo edicto: alienatio tamen ualet. C. de secundis nuptijs. si quis. prioris. §. primo. & ff. de leg. secundo. l. peto. §. patre. Sed parcendum est illi, qui ex necessitate facit. ff. de fun. do. l. 1. Nõ obstat. ff. de hare. institu. l. pe. quia speciale in principe: ut ibi not. ibi dicitur quòd litis mouendæ causa, scilicet sibi uel per ipsum interpretatorem haredem institui inuidiosum est. Concor. ff. de iure fisc. res quæ. §. litis.*

b *Cedit. Vide versi. quod autem infra, eod.*

c *Fecerunt. Idem no. de or. cog. c. 2. in 3. glo.*

d *C. 2. Vide quod ibi dixi super 1. glo. Adde quod Pau. de Castr. in l. per diuersas. C. mand. dicit. se consuluisse, cùm quædam mulier paupercula haberet actionem, puta sex millium florenorum contra quosdam potentes, & illa actio erat sibi inutilis, quòd impunè cesserat illam actionem alij æquè potenti pro duobus millibus florenorum, & quòd ille totum poterat consequi. & facit versicu. infrà, quod autem dixi. & versicu sed nunquid ratione consanguinitatis. circa fin. Quo verò ad versi. ex proximè dictis, scilicet quòd cessio possit fieri in clericum Roffr. idem consuluit eius consilio 518. Stante autem statuto, prout est Perusii, quòd nullus de domo magnatum capiat cessionem contra popularem sub pœna nullitatis cessionis: si clericus magnas illam accipiat, cessio erit nulla. Ita consultum inuenies iuxta consilia Federici, eius consil. 85. cum sequen. Idem erit, si mulier potentiori cesserit, non cadit à iure suo. Ita consuluit Bal. consi. 136. incipiente, quædam mulier. lib. 2.*

e *L. fin. hucusque fuit iste versic. Alber. Gal. titul. de procu. in rem suam. ver. sed nunquid si præter. ver. ualebit.*

f *Dolum. Guido de Suzar. mouens hoc dubium in l. fi. C. de procu. remittit illuc. Sed in l. si acto. ff. de proc. quòd præiudicet confessio, inducit. ff. de pac. si cum emptore. & de transac. l. fin. §. ultimo. Ad contrarium inducit. l. in causa. §. fin. & l seq. & l. procuratore. ff. de procura. & præ. l. 3. de noua. C. & illud dicit uerum de stricto iure. Ad præ. §. ultim. respondet, quòd illi subuenitur propter ignorantiam: sed hic ex utraque parte scientia. dic tamen ibi quòd iudex ad ueritatem habendã potest uocare cedentem, cùm ad eum spectet ueritatem inquirere. ff. si quis cau. si eum. C. de eden. l. is apud. Facit quod dixi de defensore, in fi. Dicit tamen quòd de iure cogi non deberet: ut quia principalis: non, quia non est in lite. ut testis, non: quia tenetur de euictione: quia uendens nomen tenetur facere bonum nomen. ff. de hære. uen. si nomen. & l. seque. & si causa est propria. 2. q. 6. biduum. Sed hoc obstaret quando produceretur à cessionario: secus si ab eius aduersario. Dy. ff. ad Treb. l. facta. § si heres. tenet quòd dicitur confessionem cedentis non nocere cessionario, fortè uerum esse in casibus. l. 3. C. de nouatio. Et ibi Cy. qui tenet idem, inducit hanc quæstionem, sine fortè. De confessione, quam faceret cedens post cessionem extra iudicium, non est dubium quod non præiudicat cessionario: quæ nec sibi regulariter noceret. de quo infrà de confes. §. 3. Remanet dubium quando in iudicio per calumniæ iuramentũ à se præstitum. quod dic ut infra, de iur. cal. §. restat. uer. procurator. & quod ibi dicam. uel per iuramentum de ueritate præstitum, ut à teste confitetur. uel asserit quòd cessionario noceret: puta prius sibi fuisse solutum in totum uel in partem: uel aliud simile. & uerè hic est perplexitas. Posset enim creditor facta sibi solutione sine probatione, uel cum illa, quæ deficit, cedere alteri ignoranti. econuerso facilè posset fieri collusio si cederetur cedente maximè inopi Hoc puto Vbertum considerasse uno modo, & Guidonem de Suza. alio. Cuius dictum sequendum esset aliàs distinctio Vber. placet, cui obstat. ff. fi. regundo. l. pe. Sed uide quod dixi suprà de teste. §. 1. uer. quid de uenditore. cũ sua remis. Propter id quod de Dyno dixi, sciendum, quòd Dynus usus fuit illo fortè, quod prædixi propter id, quod prædixerat in præ. l. seruum filij. §. 1. qui incipit, si quis rem. nam posita distinctione Vber. de qua suprà dixit, indistinctè non nocere, propter l. si patrem. §. fin. ff. quemadmodum ser. amitta. & ff. loca. qui fundum. in fi. allegat etiam ff. ad Tre. l. facta. §. si heres. Et ad l. seruum ibi respondebat quòd nil faciebat: quia ibi legans tacitè & expressè legatum poterat reuocare postea uerò mutauit. ut suprà. Et cautius corrigendo dicebat tenendum, quod not. in l. si cũ emptore. ff. de pac. superius allegata. Et hoc totum habeo post eum in præ. l. seruum. §. 1. Ad materiam etiam facit quod not. C. de fideius. mi. l. 2. Adde huic additioni Paul. de Castr. in d. §. si heres. ubi plenè explicat materiam, Et uide etiam*

an confeßio cedentis noceat ceßionario, eundem Paul.consi.393. Angel.consil.258. Bald. consil. 363.lib.1.

g *Vincen.in decre.2.de alie.iud.mu.causa facta.*

h *Nigre. Nam ut dicit Vber. simulata habentur pro infectis.C.si cert.pe.si ex pretio.ff.de contrahen.emp.l.nudam.& de ritu nupt.l.simulatè.*

i *Videtur. Sic loquitur, quia Innocen.papa dixit quesdam dicere quod agit in residuo, quasi assentiat:quia non resistit. Adde,ut suprà posui in uer. sed nunquid. Adde tu tres casus principales, in quibus præsumitur ceßio simulata. Rotam in no. deci.177.*

k *Præsumantur.Dy.suo consi.21.de quo infrà, consuluit per l.1.ff.de his qui.ut indig.in prin. quòd eo solo,quòd uenditio facta est in clericum de qua sperabatur lis moueri, & quæ uidetur subiecta restitutioni per statutum municipale, non sit probata simulatio: nisi aliter simulatio probetur: licet ex persona uideatur contractus aliqualiter suspectus.*

ADDE, quòd Cy.& Bal.in l.qui stipendia.C. de procu.tenent, quòd præsumitur simulata.Old. consi.30.incipiente, factum tale: dicit donationem factam ecclesiæ Romanæ de aliquo ductu aquæ non posse reuocari per donantem,ee quia facta in potentiorem: sed bene per illos, qui hac conceßione læderentur: per l.2.C.de iure emphy. ibi his tamen personis.& adde uersicu.supra.item si debitor. quid si debitor cedit creditori actionem ex causa dationis in solutum ex causa debiti, partim uera partim falsa: an ualeat in totum, uel rescindatur in partem: uide Roma.consi.450.

ADDE tu an ualeat ceßio actionis mota per patrem in filium clericum emancipatum contra laicum: uide Rotam in nota.deci.177. quòd sic, ibi uide.

l *L.2.Pet.de Bel.per.contra, quasi ex duabus præsumptionibus sumatur honestior.uide Cy.in l.qui stipendia.C.de procur.*

m *§.1.Rigorosum nimis est hoc dictum, ortum habens ab Azo.in Sum.ne lice. poten. in fin. & post eum ab Accur.eo.tit.l.1.in fin.ulti.gl.Idem Gof. & alij. Sed dominus meus accusans Azonem, à quo inchoauit illud dictum, qui dixit in principio causam exprimendam:non postea dicit id,non intelligendum de principio instrumenti: sed principium uocat tempus ceßionis, quo tempore satis erit titulum uel causam exprimere in principio, medio, uel fine instrumenti. Hoc etiam tenet Dyn.ut refert ibi Cy.in l.2.eod.titu. sic probans: Causa ad ceßionem confirmandam id operatur, quod autoritas tutoris in contractu habito cum pupillo ad illum confirmandum. Primum patet. C.man.per diuersas. Secundum.ff.de acqui. hæred.l.more.de auto. tu.l. etiam pupillus. Sed tutor,qui in ipso negotio debet autorizare pupillo. ff.de au.tut.l.obligari.§.tutor statim in ipso negotio,&c. & tamen autoritas ista interuenire potest ante contractum,in contractu,& post contractum incontinenti:& ista sunt paria.ff.de acqu. hær.si quis mihi bona.§.iussum. Bene facit ad hoc de appel.secundò requiris. cum concor.3.gloss. Non est dare, quòd ordo talis detur causa: dummodo interueniat in facto. Bene facit.ff. solutio. Modestinus.& C.eo.tit.de so.l.1. Si autem post factum exprimitur, non releuat, etiam si dixerit in facto se aliàs expreßurum. Simile de appella. constitutis.2.ad fi. Hi qui dicere uolunt causam debere proponi, habent pro se textum.l. qui stipendia.C.de procur.ibi: honesta prætendente causa. Et quod de traditione dicitur, quòd illam debet præcedere causa, ut dominium transferatur. ff.de acqui.re.do.l.nunquam. Tutum est ergo causam proponi, licet placeat quod prædixi.& scias secundum quosdam uideri causam expressam, si in fine ceßionis dicatur pro pretio cuius ceßionis confessus est cedens se recepisse centum. allegat l.generaliter.C.de non nu.pec.per quam probatur causam aptè debere exprimi.Nec ob.l.ulti. C.de prædi.curiæ lib.10.quæ uult, quòd interuentu pretij præsumatur uenditio: quia hic non sufficit præsumptio ubi requiritur expreßio. Adde quòd contra dictum Inno. tenet Bar.in d l.penu. Abb.in c.2.extra, de alie.indic.mu.causa facta. Bal.in l.2.C.ne liceat poten. & an causa sit exprimenda in ceßione, uide Bald. consi.129.li.1.*

ADDITIO. Adde tu quòd ceßio facta sine causa non ualet, ut latè habetur in l.per diuersas.& in l.ab Anastasio.C.manda. Limita tamē, nisi debitor, contra quem habeo iura, quæ cedo alteri, esset in præsentia, & non contradiceret, quo casu nunquam poterit opponere exceptionem simulationis contra talem ceßionem, secundum Bald.in l.cùm essent.§.fina.ff.de serui. rusti.prædi. per illum text. & hoc dixit notatu dignum Hippol. de Marsi. singu.45. incip. tu scis. Henr.Ferrand.

n *C.1.& 2.Vnde cōsuluit Dyn.suo consi.26.de eo, qui facta citatione et oblato libello in rei uendicatione contra possessorē rei, cessat rei uendicatio uidue. quæ per l.quando impera.inter pup. & uiduas reum coram principe conuenire: contra quem reus allegat edictum de alie. causa mutandi iudicij*

dicij. & quod potentiori propter priuilegium & uitium litigiosi, super primo & tertio dixit per regulam, non debet. ff. de regu. iur. quòd sicut illa duo locum haberent in reo sic alienante Patet primum ff. de eden. l. quedam. § nihil quæ in frau. credi. ait prætor. §. si quis. C. de rei uendi. l. si fundum. Patet tertium, C. de litig. auth. litigiosa sic locum habeant in actore: & sic cessio non habeat effectum de medio. dicit quòd cùm lex locum habeat, ubi locum habet ratio legis. ff. de fonte. l. 1. §. hoc interdictum. & de iniusto testamento lege posthumi. & ratio legis est: quia uidetur cedentium aperta uoracitas qui faciunt suarum actionum alios exactores: ut in l. fina. C. ne lice. poten. ergo cùm in proposito locum habeat ratio habebit locum & titulus, saltem ex mente. Addit ad prædicta, quòd dolus cedentis qui sciebat uel scire debebat se post inchoatum iudicium cedere non debere. C. de litig. l. 2. & ultima, nocere debet mulieri: ut no. ff. de dona. l. apud Celsum. §. si cùm. in gloss. ex hoc uidetur. Item inducit l. 2. ff. de alien. iudi. mutan. quæ innuit titulum locum habere, quoties fit cessio in eum, qui uexaturus est. quod uidua ista facit uocando coram Principe uirtute priuilegij, quo etiam dicitur potentior: & lex generaliter loquitur in quolibet potentiore: ergo etiam ratione priuilegij. ff. de aliena. mu. iudi. l. 3. & not. C. ne lice. poten. l. 1. Et aduerte, quia de pœnis nil consuluit, sed solùm decidit, quòd non habet effectum.

ADDE, quòd titulus de alie. iudi. mu. cau. fac. habeat locum in actore, dicit Bar. esse tex. in l. pe. ff. eod. titu. Sed quæro quando priuilegiatus sine aliquo uitio cedit actionem non priuilegiato: an ille in alijs, & quo ad forum utatur priuilegio cedentis? Ad affirmatiuam & ad negatiuam potest sufficienter allegari, per no. in regula, is, qui in ius. de regulis iuris. libro. 6. per quæ etiam patet solutio in fine, quo dicitur regulam locum non habere in priuilegio personali. Illud enim personæ inhæret, & illam sequitur, & cum illa extinguitur, eodem titu. priuilegium. & ff. eodem. priuilegia quedam. & l. in omnibus. per quas leges etiam patet quod si illud esset priuilegium actionis cesse, tunc cessionarius uteretur illo: sicut & priuilegium rerum cum ipsis rebus transit ad successorē. ff. de aqua quoti. l. 1. §. permittitur. de censibus. l. 3. §. finali. Exemplum actionis priuilegiatæ patet in funeraria, quæ datur pro expensis funeris. ff. de relig. & sump. fune. l. pen. uel pro pecunia credita: ut in refectione. ff. qui pot. in pign. ha. l. interdum. Adde, quòd cessionarius utitur suo priuilegio, non cedentis, prout uoluit Roma. consi. 135. Et an cessionarius fiat de foro cedentis, uide Bal. consi. 477. lib. 4.

ADDITIO. Et an & quando cessionarius possit intentare directas actiones, & an nomine suo, uel domini, & an cedendo remaneant penes eum aliquæ actiones, uide Mar. Soci. consi. 18. incipien. prosequendo. colum. 5. uersicu. quamuis enim. in primo uolumi. Et an ualeat cessio sine expressione tituli, uide Bald. consi. 461. incip. inter Ioannem. colum. fin. ad fin. in primo uolumi. Hen. Ferran.

o Quadragesima. Et habetur Matthæi 15. in prin.

p Damnosa. Hic resumit uerba Alber. Gal. quæ durant usque ad finem titu. prædic. de procura. in rem suam: dempto uersi. patet: usque ad uer. sed pone emptor. quod totum fuit additio. licet etiam uersi. patet. fuerit Alberti.

q Est. Secundum Alb. Gal. ubi supra. & in prin.

r §. 1. & 3. Similem quæstionem consuluit Dy. suo 21. consi. scilicet, an filiusfam. actionem quæsitam patri ex facto suo, scilicet per contractum à se filio suo proprio nomine celebratum cedere possit, ita quòd ualeat cessio patre postea ratam habente cessionem, & tenuit quod cedere actionem est alienare: & sicut non tenet alienatio sine patris consensu, sic nec cessio. Allegat C. de bo. quæ libe. l. fi. § filius autem. Ex patris autem ratificatione ualet cum ipsam uoluntatem accedere à principio uel ex post facto sint paria: cum confirmet etiam ea, quæ à iure sunt prohibita. C. ad Maced. l fin. ff. eod. titu l. sed Iulianus §. penul. & quia facta per filium, quæ de iure non tenent, pater confirmat non solum expressè, sed etiam tacitè. ff. de acqui. heredi. qui in aliena. 2. & 3. respon. Adde, an filius in potestate possit cedere iura patri. Bal. consi. 387. lib. 4.

s Pap. Habeo quadam scripta, quæ dicunt eum in scholis hoc disputasse Vercellis, & quòd hoc dicitur pertinaciter tenuisse ratione, quæ sequitur. dicunt illa scripta Iac. Bald. idem tenuisse. Sed hoc modo tenebat contrarium. & Alb. Gal. ut statim dicam. Adde, quòd Rom. consil 386. consuluit, quòd stante statuto, quòd filius mortuo patre teneatur ad restitu. dotis maternæ, uel ad cedendum actiones contra expromissores dotis, tutor absque pupillo hoc casu cedere poterit cum decreto iudicis.

t Illum. Sup. etiam si id non exprimat: ut infra. §. proxi. uer. 2.

u Verius. Alb. Gal. cuius fuit iste uersic. non ad literam. ubi suprà uersic. sed numquid. 2. Et aduerte, quia

quia vel ex inaduertentia, vel ex vitio scriptoris hic est defectus. Cùm enim Abb. quesiuisset, an procurator posit cedere, subiunxit questionem, an procuratori cedi posint iura. quòd non posint, allegat pra. §. ex asse. tenet contrarium. & allegat iura; que sequuntur. Saluo, quod ibi dixit; qui absenti, debet dicere, qui ita. & sic intelligas quod sequitur: cedet mihi & c. aliàs non intelligibile.

x *Ex premisis. Dictis à uersi. & scias. citra.*

y *L. 1. ibi not. sex casus, quibus sine cesione competit utilis: quos ne Canonista ignores, hic exprimã. Et est primus in emptione. Secundus in dote: & patet utrunque eod. titu. de actio. & obli. l. 2. Tertius in nomine dato in solutum. C. quando fiscus uel pri. l. fin. Quartus in nomine dato pignori. ff. de pig. ac. l. si conuenerit. & C. que res pign. ob. pos. l. nomen. Quintus in legato nominis. C. de leg. l. ex legato. Sextus in donatione. C. de dona. l. illam datur etiam quandoque utilis sine cesione in subsidium: ut in pra. l. prima. C. de acti. & oblig. aliàs autem preter hos casus non competit sine cesione. Et scias, quòd si his casibus seruatur cesio, quidam dicunt primam vtilem annihilari: alij contra. nec sunt due, sed una duas habent qualitates. de hoc not. C. de here. uel act. uen. l. emptor. Et scias quòd sicut in rebus corporalibus ad dominium acquirendum non sufficit contractus sine traditione, Instit. de rerum diuisi. §. per traditionem. sic sine cesione non competit actio in corporalibus regulariter. Cui est simile, quod habetur extra. de transla. cap. 2. Hinc est quòd in his non obstante cesione posset cedens cesionarium preuenire, nisi alterum istorum interuenisset: de quibus not. C. de noua. l. tertia. & quæ no. in §. fin. supra de procu. uer. in sum.*

A D D E aliunt casum, in quo transfertur utilis sine cesione, s. quando notarius stipulatur in instrumento guarentigionato & iurato, vt voluit Rom. consi. 76. Et quòd sine cesione non competat actio in corporalibus, uide Ang. consi. 179.

z *Facere. Sup. etiam ante litis contestationem. de procur. c. 1. §. 1. lib. 6.*

a *Bonis. Id est super bona. & tunc conuenit uerbum creditores. & conueniunt leges allegatæ. Sed quod de cesione queritur non conuenit. Fateri ergo oportet uersic. istum, licet fuerit additio, non bene formatum. & secundum mentem autoris diceret debitores.*

b *Tutores. A uer. patet. hucusque fuit additio autoris. Et quia in sequenti ver. tractat de uenditione nominis, quaro an iura acquisita per uenditorem post uenditionem actionis uel nominis, prosint emptori: & lex videtur velle quòd sic. ff. de here. uel act. uend. l. emptori. & l. uenditor actionis. ibi autem in l. emptori. no. an illis emptor utatur sine cesione. Et textus videtur uelle quòd sic, dum dicit, prodest emptori. Sed gloss. ibi tenet cesionem necessariam. Pro qua facit. ff. manda. l. haredem fideiussoris. & de heredita. uel act. uen. l. 2. §. non solum & tex. dum dicit prestari, uel prodesse intelligitur facta cesione. Exceptiones autem post uenditionem acquisita venditori, uidentur sine cesione competere ff. de pact. si tibi. §. pactum. ff. de contrahen. emp. l. dolia §. fi. De hoc uide quod not. ff. de pe. hered. l. & meo. § pe. in ulti. gl. ad fin. Item, quaro facta cesione nominis, cuius sit periculum, si is, contra quem facta est cesio, sit non soluendo? Videtur quòd eius, cui cesio facta est. ff. man. inter causas. §. abesse. & de act. emp. l. si ea res. Debet enim cedens prastare nomen esse, sed non debitorem esse locupletem. ff. de heredi. uel act. uen. l. si nomen. & de solutio. pupilli debitorum. §. soror. In contrarium facit ff. de pigno. act. l. elegãter. §. si uendiderit. Solue vt ibi not. & aliud in donante, quàm in uendente: nisi vendiderit quale est, ut ibi. Item queritur, an cedens de ipsius euictione teneatur. Quod uidetur, si aliquid pro cesione receperit ff. de euict. si plus. in fi. Vel distinguendum videtur, an datio uel cesio incoeperit à pactione: & tunc tenetur. An à traditione eo modo, quo incorporalia tradi possunt: & tunc non tenetur. Sic distinguitur C. de iure dot. l. prima.*

c *Secundus. Et sic debet intelligi dictum Accur. in l. emptor. C. de hered. uel act. uend. scilicet quod solus secundus. Et quòd sic intellexerit, patet: quia querebat an uterque, uel alter. Respondendo ergo quòd ultimus, de solo vltimo intellexit. & quod sequitur, hanc geminationem declarabat Simon in l. ulti. eo. titu. s. ut habeamus directam directè, & utilem vtiliter: dicebat tamen quòd quidam hanc admittunt: & in alijs scripturis reperi meritò dubitari, quid in hoc sit verius & ibi de hoc in prædicto. §. ex asse. in fi. allegationem à longe excusat additio intermedia, de qua dixi. Et errauit hic autor prosequendo Albert. Gal. qui post l. sed ubi. sic dixit: hac sententia videtur verior. & not. Accur. ff. ad Trebellia. l. ex asse. in fine. Autor, qui allegauerat suprà uersicu. item queritur. §. ex asse. de l. si mulier. ff. de iure dot. approbare nolens, ut fecerat Alb. dedit remisio. ubi non debuit. Corrige ergo ut suprà. Et ad idem inducitur eod. titu. l. 1. §. de illo. ubi idem arguit Dynus. Adde, quod primus nullam habeat actionem, voluit*

Bart. in d.l. emptor.

d Testamento. Et in cle de rescriptis. auditor.

e Non. In pluribus libris Alber. uidi eum tenere, quòd transit. & illi dicto bene conuenit aduersatiua, quæ sequitur. Sed proximum dictum, quod etiã ipse posuit, non congruit. & maior est incongruitas ista, quàm prima.

f Ergo. In fi. & l. si Sticho.

g Procuratore. Vide de procur. constitutis. in fin. 1. gloss.

h L. fin. Accur. ibi tenet, quòd non valet. Ad quod ibi inducebat, quòd si cedens ageret personali, ille perderet hypothecariam. Contrarium videtur tenere in l. vsucapion. C. de pignoribus. Quæ gloss. concordant per distinctionem, quæ sequitur. Et scias quòd quæstio non esset dubia, ubi cedens haberet solam hypothecariam: ut in casu legis secunda. C. de luitio. pig. scilicet quando præscriptum est personali, & hypothecaria durat per decennium: & tunc cessat prædicta ratio Accursij.

ADDE an hypothecaria possit cedi, plenè Bartol. in l. fideiussor obligari. ff. de fideiussoribus.

i §. primo. Et ibi Dy. tenet quòd non ualeat, nec contra fideiussorem sine cessione contra principalem facta.

k Iura. Intellige contra fideiussores. Contra debitorem enim in totum ceditur.

l L. prima. Vide ibi Cy. in tertia quæstione: in correis tamen loquuntur illa gl. uide quod ibi not. de ipsis correis, an in totum uel in parte fiat cessio uni soluenti, ex qua actione agatur. Ad quæstionem autoris uide quod dicam infrà. §. proximo. super tertia forma. Sed hic quæro de ratione, quare fideiussor non agit contra fideiussorem sine cessione creditoris sicut tutor agit contra contutorem sine cessione: & magistratus contra magistratum. Patet primum ff. de tutel. & ratio. distinctio. l. prima, §. nunc tractemus. & utrunque habetur in l. ex facto. ff. de negotijs gestis. Accur. hoc soluit in l. fideiussor. ff. de fideiussoribus. scilicet, quia fideiussor propria uoluntate ligatur. C. de nego. gestor. l. tutori. Sed magistratus & tutor ex necessitate. Magis ergo succurrendum est illi, qui necessariò gessit. ff. de damno infecto. l. cùm postulassem. in fin. & concord. quod notatur 46. distinctione, sicut non suo. Alia ratio: quia fideiussor habet regressum contra alium, scilicet debitorem, pro quo soluit tutor, & magistratus non. Allegat ibi quæ notauit in l. minor. in princip. ff de mino. Adde rationem: quia fideiussor fideiussorem liberat, non officio gestionis, sed natura obligationis. Circa hoc quæritur, quo iure cogetur quis cedere, ubi uel la ordinaria actio competit. Sol. Per officium iudicis. ff. de lega. 1. l. si res obligata. in fin. quæ bene facit. Item quandoque per emptionem appositam id consequi posset: ut ibi, & ff. de administ. tuto. l. si minor. Adde, an creditor teneatur cedere fideiussori: plenè Bal. in l. reos. §. cũ in tabulis. ff. de duobus reis. & in auth. hoc ita. C. de duobus reis.

m Domus. Supple quam fecit debitor: cuius obligationis fideiussori soluenti cedere tenebatur.

n Actionum. Datur de hoc remissio infra. §. proximo. in fi.

o Verior. Secundum Alber. Gal. sed Iaco. de Aret. distinxit, an contemplatione pignorum fideiusserit, uel non: ut primo casu obstet exceptio, secundo non. Allegat eo. titu. l. pignoribus. Quæ tamen duobus modis legitur: ut ibi no. Et de hoc etiam per Cy. in prædicta l. secunda, in secunda quæstione. Et ibi quartò prosequitur, quid si unum ex fideiussoribus liberauit: an sibi conuenienti reliquum obstet talis exceptio. Et quintò tractat, an fideiussor non conuentus offerens pretium creditori, cum inuitum petere possit cogi cedere actiones contra fideiussores & pignora uel hypothecam contra principalem.

ADDE an & quando beneficium cedendarum possit peti. Bald. consilio 307. lib. 1.

p L. fin. In non possidente fortius procedit hoc dubium, cui certum est uendicationem competere: in possidente uerò gloss. huius legis distinguit, an cedat rei uendicationem competentem: & nil agit. an competituram: & ualet. & illam intentabit, quando alius cœperit possidere. & succedenti & cessionario competet: & hoc in actione: quia de dominio non dubitant. G. ut etiam not. in l. planè. ff. famil. ercis. quam etiam allegabat Alber. Gal. cuius fuit iste uersiculus, ubi suprà, ultra medium. Et rationem reddit in regula, pro possessore. de reg. iur. libro sexto, in fin. quare translato dominio, transit actio in rem: & non econuersò: quia dominium est causa uendicationis ipsius rei, ff. de rei uend. in rem actio. sed rei uendicatio non est causa dominij, sed procedit ex dominio. Absurdum tamen esset, quòd principale sequeretur accessorium. Allegat, ff. de uulg. & pup. sub. l. ex pupillari. & qui. mo. pign. uel hypothe. sol. l. Lucius. & eius contrarium est in ridicum, & regulare. eod. titul. accessorium. libro sexto, cum concor. Dominus meus in legibus disputauit hanc quæstionem: an habens rei uendicationem cessam à domino contra possessorem, bene

petat

petat rem iure dominij? Et de hoc Dyn. ubi suprà in ultima quaestione, & ultra ibi dicta per Dy. tenet talem posse proponere directam rei uendicationem nomine cedentis, dicendo: conqueror de T. qui talem rem possidet, quae pertinet ad B. à quo habeo iura cessa, &c. aliàs nisi innitatur iuri cedentis, succumbet indirecte. Obtinebit autem, si intentat utilem nomine suo: cùm prae. l. fi. C. de ha re. vel act. ven. id permittat: dicens ergo rem ad se pertinere iure dominij, ueram causam allegat, loquendo de utili. Subdit: quòd si non exprimit in libello, an proponat directam nomine mandantis, an utilem nomine proprio: ponderabuntur uerba libelli. Et si in eo innititur iuri actoris, ut suprà dixi, dicetur intentare directam nomine cedentis: si verò suo iuri innititur & suo dominio: quia dicit rem ad se spectare iure dominij: tunc uideatur utilem suo nomine proposuisse: ut si ex narratione libelli id recipiatur, ex quo sequi possit condemnatio. ff. de edend. l. prima, nec verba libelli sint superflua, si possunt aliquid operari. C. de preci. Impera. offe. l. fi. Non obstat, quòd uerbum dominij simpliciter propositum intelligitur de directo. ff. si ager uec. pe. l. 1. §. 1. & not. ff. de euictio. minor. §. primo quia illud in illo, qui suo dominio tantùm potest uti: sed is; qui potest uti suo & alterius dominio: simpliciter autem proponendo intelligitur de suo. Quaestio autem praedicta incipit, Ego, qui habeo rei uend. Scire debes, quòd magna est quaestio Legistarum: & de apicibus, à quibus principijs causetur rei uendicatio. & gloss. in l. prima. C. de alie. mu. iudi. causa fac. dicit quòd à domino, uel quasi, actoris, & possessione rei uel quasi. Et ex hoc sequitur quaerere an domino possidenti & detinenti omni genere detentionis, competat ei rei uendicatio. Et communiter respondetur quòd non, per l. praedictam, & superiorem rationem extra, de iudi. examinata. Insti. de act. §. primo. Sed subtilizantes distinguunt rei uendicationem causalem à rei uendicatione formali: sumentes exemplum ab usufructu causali & formali. Hac uide per Cyn. in praedicta l. prima, de ali. mu. iudic. in 4. quaest. & ibi inuenies. Pet. de Bel. tenere contra hoc dictum huius versiculi, & glossarum, scilicet quòd dominus possidens omni genere possessionis, legando rei uendicationem uidetur legasse dominium. Inducit l. ff. de lega. 1. quod etiam rerum. §. primo ubi dicitur, quòd inutile est legatum usufructus, nisi legans interim proprietatem illius non (?) ciscatur: Sed quaero à Petro, an idem esset in cessione, uenditione, uel donatione: quarum dies aliter cedit, quàm legatorum. Ibi etiam in ulterioribus quaestionibus plenè tractatur, an rei uendicatio etiam formata: quia ex possessione rei reduci potest in actum, supponat reum obligatum: & illuc remisi supra tit. 1. §. 1. & uersic. sed quam uocas. Item quid si causae rei uendicationis, quae erant à principio, defecerunt, uel quae non erant, superuenerunt. de quo de re iudicata. abbate. libro sexto. Adde, quando quis uideatur intentare directam, uel utilem. Alexan. in l. qui stipendia. C. de procur. Et quòd rei uendic. possit cedi: et quòd cessionarius non possit intentare directam, uoluit Bar. in l. fin. C. de hered. uel act. uen.

q Autem. Hucusque Alber. Gal. ubi supra. Ad idem ff. de noua. l. doli excep. & bene facit ff. sol. matr. si cùm dotem. §. si pater. 2. cuius causam dicam in fi.

r L. fi. Vide quod not. de iure patro. c. uno. libro sexto, ingl. penul. & omnino vide quod super ea plenius scripsi. & facit quod not. supra de procurato. §. ratione quoque constituentis. in principio. & §. ultimo. post principium uersicu. quid si excommunicatus propter superius dicta, & alibi dicenda, maximè in §. compendiose de instrumen. edit. post princ. Et sciendum, quòd Accur. Insti. quib. mod. ius pa. po. sol. §. cùm autem aliàs pari ratione. aliàs §. relegati. in ult. gl. dicit bannitos nostri temperis, si maleficium est tale, quod de iure, consuetudine, uel statuto loci ciuitatem perdant, & bona publicentur, comparari deportatis: aliàs comparantur relegatis. Per multorum scripta conquassatur hac gloss. Et incipiam à Federico de Schalis legum doctore, à quo prius de hoc audiui in quaestione, quam disputauit de bannito propter homicidium: quem pater haeredem instituit: qui postea iura haereditatis paternae ex causa donationis cessit auiae: an illa pro illis agere possit: & habetur quaestio: & incipit, Titius filiusfamilias, & tenuit quòd poterat: prius declarans, quòd ex lege municipali bannitus habetur pro confesso, & captus decapitatur, & ipsius querela non audiuntur. Hac dixit, ut quaestionem declararet, & solutionem sortificaret: dicit autem hunc Titium sic bannitum, nec esse deportatum, nec haberi pro deportato. & gl. illam induxit pro se loquentem de maleficio, propter quod de iure, consuetudine, uel statuto perdebat ciuitatem & bona. Assumebat primum. Certum est illum bannitum de iure non perdere bona. C. de bonis damna. auth. bona. Item nec per statutum adimebantur. erit enim statuti poena limitata: ut suprà. Item nec per consuetudinem. Cùm igitur talia banna sint contra iura communia, & sic non extendenda. ff. de reg. iur

iur. quod uerò contra. eo. tit. quæ à iur. lib. 6. Item dentur per defensores ciuitatum uel præsides prouinciarum, qui deportare possunt. ff. de lega. 3. l. prima, §. deportatur. 2. quæst. 6 biduum. uersicu. si quidem. ubi not. Itē debetur contra absentem contumacem, & absens deportari non potest, ff. de pœnis absentem. C. de accusa. absentem. & uide quod no ff. de inter. & rele. inter pœnas. & l. seq. Ergo concluditur talem bannitum pro deportato non haberi, nec etiam infamia notari: licet eius opinio sit grauata C. de requi. reis. l. fi. Alij doctores addunt pro dissimilitudine, quòd deportatus manet in insula: sed bannitus extra locum prohibitum uagatur quò uult ff. de inter. & releg. l. exilium. Item, ut patet ex superioribus, sententia banni nō requirit contestationem: sententia deportationis sic ff. de pub iud l. ordo. C. de adulter. l. adultera. Item deportatus non auditur post sententiam. ff. de pœnis. l. diui. & l. moris. §. isto bannitus. Sic ad instar eius, quod dicitur de annotato. C. de requi. reis. l 1. & 2. Dicam ergo cum Nicolao Mata. in quæstione, de qua dicam infrà, parte tertia, ubi de bannitis sub litera. F quòd deportatio & bannum non conueniunt in nomine. Facit C. de codi. si idem extra de deci. ad audientiam. Item nec in forma, nec in effectu, ut probatum est supra: ergo neutrum dicatur alterum: &, ut ibi dicam in solutione secunda quæstionis, ipse tenet bannitum posse testari, & ex testamento capere: ut pœna non extendatur. Si autem bona fuissent publicata, ibi dicam in prima quæstione, quomodo distinguit: & bene huic dicto concor. Iacob. de Aret. ut refert Cyn. C. de heredi. insti. l. prima. Mentionem etiam ibi facit de prædicta quæstione Federici: & super ea l. idem tenuit Oldrad. cùm relegatus retineat ea, quæ iuris ciuilis sunt, ut probant iura superiora Dicit tamen, quòd beneficium, quod sibi competeret ex statuto ciuitatis, puta de lucranda dote, ut eius potestate, uel his similia, talia bene perderet bannitus à ciuitate, quæ per ciuitatem habebat. Allegat quod not. ff. de uulg. & pupil. substitu. ex duobus. in ulti. gloss. Hugo. de fon. in quæstione. Quidam Sempronius. uidetur uelle priuatione bonorum sequi bannum pro graui crimine, per l. si in libertinum. ff. de bonis liber. Et multum instat, quòd licet tale bannum plures similitudines habeat cū relegatione, quàm cum deportatione: tamen priuatione suorum iurium, quæ æquiparatur deportationi, dicit gloss. prius allegatam optimè procedere. Nec ualet dicere illud esse applicandum ei, cum quo plures similitudines habet. Nam una sola similitudo uincere potest multas. Exprimit in seruo, qui habetur pro mortuo, ff. de regu. iuris. l. quod attinet. & l. antepenult. & tamen multas similitudines habet cum uiuente: comedit, bibit, dormit, uigilat, loquitur, ambulat, &c. sed sola priuatio iuris ciuilis uincit illas, ut propter illam habeatur, pro mortuo, ut ibi. Facit extra, de electio. innotuit. Redeundo ad propositum uidisti Federicum tenere quòd licitè agit cessionarius, etiam ex causa lucratiua banniti, qui non poterat agere prohibente statuto. Et hoc conuenit remissioni, quàm suprà dedi. Faciunt hæc ad quæstionem, de qua in §. ratione quoque constituentis. quam in princ. allegaui, an bannitus constituat procuratorem. Et ad defendendum non sit quæstio dubia, per decret. intelleximus. de iudi. cùm excommunicatus id possit, ut ibi. Item per id, quod in dubium fertur de cessionario, satis percipere potes, quòd per procuratorem proprium æquè prohibetur agere, sicut per se ipsum, & quo ad talem procuratorem hoc solùm discutiendum, an ipse possit per se, non dico ex solo respectu ad capacitatem & habilitatem loci: sed ex qualitate pœnæ. Si enim ponis, quòd perdat ciuitatem & bona deuoluantur in fiscum, ff de bo. dam. l. 1. nec per se, nec per alium aget. aliàs si solum priuatus est mansione loci, nil impedit per alium in loco agere quod probat l. ff. sol. mat. si cum dotem. § si pater. 2. ubi patre non uolente propter condemnationem ciuitatem intrare, filia eius nomine agit de dote: uel saltem satisdat eum ratum habiturum, nec est nouum aliquem posse per alium, quod ex certa causa per se non potest. De hoc multa patent exempla super regula, potest quis. lib. 6. & ff. de admi. re. ad ciui. pertin. l. 2. & in l. Aristo. ff. quæ res pigno. ob. possunt. in ult. gloss. facit de conces. præ. autoritate. libro sexto. De cessionario & procuratore uidimus, quid de successione: regula iuris sic dicit, quòd ipsis, qui contraxerunt, obstat, & successoribus eorum obstat. uide quod ibi plenè not. ubi distinguitur inter successorem singularem, & uniuersalem suum & extraneum. illuc etiam remisi in regula, is qui in ius. libro sexto, ubi etiam de primo & secundo scripsi plenè per Dynum super primam glossam. Adde, an bannitus æquiparetur deportato, uel relegato uel excommunicato: Bart. in uulgata q. Lucanæ ciuitatis statuto & per modernos in l. ex facto. § ex facto ff. ad Treb. & in l. 1. C. de here. insti. & an exceptio quæ obstat cedenti, obstet cessionario, uide Pet. de Ancharano consil. 245.

f - §. fin. Ad literam fuit Albe. Gal ubi suprà.

t Fi-

t Fideiussorem. Similis est quaestio, an condemnato principali intelligatur condemnatus fideiussor: quae not. de iniu. & dam. da. c. uno. lib. 6.

u In fin. inducit Vber. materiam regulae, accessorium. de reg. iur. lib. 6.

x Cedantur. Sup. specialiter contra iura illa: ut statim dicam, ut patet ex forma quaestionis.

y Quicquid. usque huc Alb. Gal. qui postea subdit dictum Alb. Papiensis quòd emptor habet emptionẽ sibi quaesitam eo ipso, quod emit: quia iste est de illis casibus not. in l. 1. C. de act. & obli. & patet ibi. l. 2. in fi. de quibus loquitur uer. sed nunquid his. in prin. suprà eo. ubi illos expressi. Hic autem quaeritur de sola cessione: illius autem uirtute, nunquam habebit actionem contra fideiussorem, contra quos non est facta cessio, quae est stricti iuris, per l. istam, quicquid. Habeo Vber. de Bobio. super prae. l. uend. ubi hanc quaestionem plenius tractauit: & latius loquens dicit, quòd si ex aliquo contractu bonae fidei creditor dederit nomen debitoris: mandatarius etiã contra fideiuss. poterit experiri utili act. ex eo contractu. Ex ui autẽ cessionis nõ ratione praemissa, huic dicto obstat. ff. pro socio. l. 3. ubi etiam inter socios necessaria est cessio in nominibus, uel illorum actionibus. & certum quòd actio pro socio est bonae fidei. Inst. de actio. §. actionum. Sed id tenentes intelligunt textũ de actione directa: dicentes utilẽ competere. Vel aliter. ibi nõ loquitur de actione inter socios: licet contra debitores, hi, qui solũ in praedictis casibus exceptis dãt utilẽ, dicant pro se textũ l. si uiro. §. pe. ff. sol. mat. qui dicit, quòd in casibus, quibus lex deficit, nec utilis actio erit danda, & hoc merito cum utilis actio sit extraordinariũ auxiliũ. Per praedicta uidetur sopita quaestio de uasallo, qui grande nomẽ debitoris mei dedi in feudum: an absque cessione agat utili? Et dicendum est quòd non: cum iste nõ sit de quinq; casibus praedictis. Nec enim põt dici emptio, quae fit sine quantitate. C. de contrahen. emp. l. emp. fides. Fertur M. dixisse contrariũ per l. fi. C. de hared. uel act. uend. ibi: qui in rem actionẽ comparant: & praesiũ uidetur esse conuentũ in eo, quod uasallus domino seruire tenetur, & saepe opera alicuius habetur pro pretio. ff pro soc. l. cum duobus. §. in coeunda. Sed l fi. non obstat: quia ibi fuit uera emptio, quae est de casibus specialibus. Nec obstat quod dicitur de seruitio uasalli: quia aeque dominus tenetur iuuare uasallum: ut patet in constitutione Federic. & 22. q. 5. de forma. quòd capitulum habetur in lib. feud. tit. de forma fidelitatis.

z Fideius. Hoc not. ipse Accursius. Sed antequam ad remissiones ueniatur: ultra praedicta quaeritur, an liberetur quis cedẽdo actionẽ, quã habet soluere, si pp actionẽ tenetur, cedẽdo liberatur ff. pecu. quod debetur. de peti. haredi. quod si possessor. de solu. cũ quis. de cõtrahen. emp. quod saepe. §. si res. imo compellitur quãdoq; illã cedere. ff. de minorib. l. pe. §. si pecuniã & ad legẽ Aquiliã huic scriptura. 1. respon. & procurator tenetur actione mãdati. C. per quas perso. no. acqui. l. fi. Idẽ in negotiorũ gestore. ff. de nego. gest. nã & seruus §. fi. sic & depositarius. ff. deposi. sed si is, apud quẽ. & conductor. ff. loca. si merces. § fi. Non sic in eo, qui tenetur ex cõtractu: nõ ex eo, quòd habeat actionẽ. C. si certum peta. l. nõ aduersarius. & C. depos. desideriũ tuum & l. si is. & ff. de condict. indebi. l. his solis. Ratio diuersitatis praedictorum est: quia creditori inuito aliud pro alio solui nõ põt. C. de solut. eum à quo. & l. seq. ff. si cer. peta. l. 2. tamen ut in prae. l. 2. not. ad fi. in glo. not. non cõpelli in certis casibus. Hoc fallit ex causa ibi uide. Et est ẽt dare casum, quo cedens actionẽ liberatur: licet nõ pp actionẽ, sed pp rem teneatur, ut in prae. §. si pecuniã. & ff. si quadrupau fe. di. l. 1. § fi. post. de rei uendi. si hominẽ. §. fi. Adde tu, an ad petitionẽ cessionarij possit capi debitor, ut ad petionem principalis creditoris? Dicas quòd sic: quia omne ius competit cessionario, quod cõpetit creditori: & econtra. Ita Bal. in l. si sit legatũ. §. si quis. ff. de lega. 1. & infrà. §. seq. ubi plene.

a Quid. De actione iniuriarum, an possit uendi uel cedi ante litem contestatam. C. de haredi. uel act. uendi. l. fi. in ult. glo quae recitat opinio. Ioan. quòd non: quia ante lit. contest. non est in bonis nostris. ff de iniu. l. iniuriarum. nec potest propter uitium litigiosi. C. de litigio. l. 2. Accur. ibi & Azo in Summa eiusdem tit. in fi. ambo dicunt sub dubio, forte, quod cedi potest ante lit. contest. & quod dicitur non esse in bonis nostris ante lit. contest. illud uerum quo ad transmissionem ad haredes ante lit. contest. est tamen quo ad nos: quia quandiu uiuimus, & nobis & alij nostro nomine dari potest. ff. de iniur. sed si unus. §. idem ait. Nam & aliae actiones, quae sunt ex delicto, ceduntur. ff. de peti. hared. sed & si in diem. §. Iulianus. Et ipse Accur. assertiuè hoc tenet in l. si nomen. ff. de here. uel acti. uend. & Host. in Summa de alie. iu. mu. causa fac. §. fi. qui est aliàs sub rubricella de ces. actio.

ADDE, quòd idem tenet Bar. in l. iniuriarum la tertia. ff. de iniurijs. Sed ob praemissa generalius quaero, an accusatio possit cedi: & procedit dubium in criminibus, in quibus interuenire potest procurator simplex. Item constat quòd cessionarius est procurator in rem suã. ff de in rẽ uerso.

l. 3. §. idem Labeo. Ad affirmatiuam facit quod præmisi. Item constat periculum, uel damnum rei uendita pertinere ad emptorem ante traditionem, sicut & lucrum & commodum. ff. de peri. & com. rei uendi. l. id quod. Instit. de contrahen. empt. §. cum autem. Pone quòd res subtrahitur uenditori, uel delictum aliquod priuatum sit commissum circa illam: uenditor, qui non participat commodo, habere non debet incommodum. de regul. iur. qui sentit. lib. 6. ergo nec onus agendi, uel accusandi. ff. de peti. hered. sed si lege. §. consuluit. Ex necessitate igitur concluditur, quòd faciat emptorem procuratorem in rem suam, sic est dare in uenditore hæreditatis. ff. de heredi. uel act. uendi. l. 2. §. non solum. & in procuratore ff. mandati. l. ex mandato. & in hærede legato ff. ad Trebel. si hæres. Item in popularibus regulariter non datur procurator: quia ex quo popularis est, ita interest constituti, ut constituentis. ff. de procura. l. licet in popularibus. & tamen qui contestatus est litem, cum habeatur pro creditore, procuratorē dat. ff. de uerb. signific. si cui. Cum igitur ille, cuius non plus interest, quàm alterius, procuratorem det in popularibus: fortius iste, cui plus competit etiam ab initio ex priuato delicto poterit procuratorem dare: ut in præ. l. licet. & l. non cogendum. §. qui ita. Item id, quod inest personæ gratia rei, cedi potest: & in ea procurator constitui. Hoc patet in restitutione in integrum. extra, de restit. in integrum. coram. ff. de mino. quod si minor. in princip. ergo & in tali iure, quod inest rei familiari, poterit procurator constitui in rem suā. Facit ff. ad Turpil. l. 1. §. incidit, ibi: qui mandat, & instituit, &c. In contrarium procurator in rem suam dicitur, ad quem spectat commodum & damnum: & tunc etiam aliàs prohibitus admittitur. C. de procu. qui stipendia. quod hic non est, cum commodum applicetur fisco: & sic non competit nomen. ergo nec officium 16. q. 1. si cupis. ubi concord. in 1. gloss. extra, de prabend. cum secundum. C. de fer. l. à nullo. Ad idem inducitur ratio, quare in popularibus procurator non constituitur: ut supra quia qui illas habet, non est per id locupletior. ff. de popu. act. l. penult. Facit ad idem l. si mulier. §. ex affe. ff. de iure dotium. ubi actiones hereditariæ alij præstari non possunt, quā illi, cui restituenda est hæreditas, uel ipsius simplici procuratori, non autem in rem suam. Quibusdam per prima iura uidetur, quòd cedi possit. Ad rationem damni, respondent quòd damnum pati potest expensarum litis, & pœna calumniæ. Item transigēdo aliquod commodū habere. De hoc in l. transigere. C. de transact. & 2. q. 3. §. si quem notandum. de collusio. c. 1. Item largius dicitur propria causa, ubi non spectat commodum. ff. quando appel. sit l. 2. in fine. Adde, an si statutum permittat offenso uindictam competentem, illud ius uindicandi possit cedi. Bal. consi. 373. lib. 1. uidetur sentire quod non, per l. 1. §. cum fundum de ui & ui arma. per quam etiam Roman. concludit consilio 484. quòd ius competens consorti ex statuto, ut præferatur in emptione consortis non possit cedi. An autem ius competens mihi ex pacto de restituendo possit cedi: Paul. de Cast. consi. 45. tenet quòd sic.

b *Summa. Ibi ponit casum l. 3. ff. de noua. & formam denunciationis, de qua loquitur. & tres quæstiones circa illa. Item casus, quibus procurator in rem suam, tenetur defendere constituentem, uide not. ff. de procurat. si in rem. & sunt duo, ut ibi patet. & in l. præ. in fi. scilicet quando habet causam lucratiuam, uel in fraudem agere uolentium datus est.*

c *Defunt. Et ibi super princip. §. dedi remissionem ad not. in l. Plautius. ff. de procu. quomodo etiam ex parte rei dari potest procurator in rem suam, & an inuito actore, uide quod plene not. eo. tit. l. si actor. Item quando fieri debeat cessio tutori, fideiussori, uel alteri soluenti pro altero obligato, not. plene ff de sol. Modestinus & fideiuss. ut fideiussor. & C. eo. tit. de fideiuss. l. mandati. Item quare cessio nominis debitori fit ipso inuito. C. de heredi, uel acti. uendi. l. 3. delegatio uerò non. C. de nouati. l. 1. not. in præ. l. 3. quia delegatio fit per nouationem, nouatio per stipulationem, quæ consensum requirit. ff. de uerbo. obliga. l. 1. Hostien. tamen in summa tit. de fideiusso. sub rubricella de delegationibus, dicit quòd licet nouatio requirat consensum, per hoc non concluditur idem de delegatione. Negari non potest, quin lex prima de noua. C. differentiam faciat inter delegationē & cessionem: & expressè dicit in delegatione requiri consensum debitoris. Item glo. 1. ibi tenet quod non cogitur consentire. Item, ut ibi dicit Cyn. Pet. suus fatetur id uerum de rigore iuris: licet de æquitate dicat contrarium. & tamen illam æquitatem approbarem, ubi non posset aliter consuli creditori illam petenti: sed cum debitore inuito possit fieri cessio ut ibi: ad quid cogeretur debitor consentire delegationi, cum lex priuilegij est, ut ipse delegari non possit, nisi consentiat. Adde, quid si frater minor pretendens habere annuos reditus à B. illos uendit & cessit P. ipso B. præsente, consentiente & sciente, uel scire debente, quòd*

quòd non tenebatur: an P. possit agere contra ipsum B. effectualiter? Vide Roma. consi. 87. & ibi de materia ces. & cons. praecedenti.

SVMMARIVM.

De formis instrumentorum super cessionibus actionum.

1 *Forma instrumenti faciendi in casu, quo quis cedit alteri iura, & actiones ex causa uenditionis.*

2 *Cessio licet praesumatur simulata, nisi causa, siue titulus in instrumento apponatur: sufficit tamen pretium apponi.*

Pretium expressum satis explicat emptionem.

3 *Donans uel cedens actionem, si in instrumento dicat, facio te procuratorem meum, quomodo debeat intelligi.*

4 *Forma instrumenti faciendi, quando fit cessio alicuius quantitatis, uel residui.*

5 *Vnus ex condebitoribus, si cogatur satisfacere creditori: tunc creditor tenetur soluenti cedere actiones contra unum ex condebitoribus, cum instrumenti forma debita.*

6 *Instrumentum quomodo confici debeat, ubi fit cessio ex titulo donationis contra plures debitores.*

7 *Iura ex iure cesso habita, si cedantur qua forma instrumentum conficiatur.*

8 *Instrumentum conficiendum, ubi unus nomine alterius stipulatur: & isti alteri cessione facta directo uult agere.*

9 *Cedit aliquando quis ius quod habet in re ex hypotheca, uel obligatione.*

10 *Cedens alicui actio. quas habet contra aliquem, potest nihilominus exigere, antequam litem fuerit ille alius contestatus.*

CONSEQVENTER utile est aliquas instrumentorum formas super cessionibus tradere. † Primò ergo si quis cedit alteri iura & actiones ex causa uenditionis, sic instrumentum conficietur.

2 FORMA. [a] A. dedit, cessit, transtulit & mandauit ex causa uenditionis, B. pro se suisque
b haeredibus recipienti. [b] & ementi omnia iura & actiones reales & personales, utiles & directas, quae uel quas habet uel habere poterit aduersus C. & D. & quemlibet eorũ in solidum, eorumque haeredes: & in ipsorum bonis nomine & occasione debiti centum libras Turoñ. quas dicti C. & D. praedicto A. ex causa mutui dare ac soluere tenebantur: ut patet instrumento manu talis notarij scripto, quod instrumentum dicto B. tradidit, & dedit ibidem, & in praesenti constituens eum procuratorem in rem suam, & ponẽs ipsum in locum suum, ita quòd deinceps suo nomine actionibus utilibus & directis possit aduersus dictos C. & D. ac quemlibet eorum in solidum, & eorum haeredes, & in ipsorum bonis nomine & occasione dicti debiti agere, experiri, excipere, replicare, consequi & se tueri, petereque illud, sortem quoque poenas, damna, expensas, interesse ac bona obligata, omnia etiam & singula facere: queadmodum & quae ipse poterat: paciscens etiam atque conueniens, quòd nulli alij hactenus cessit iura praedicta: quodque tempore huius contractus uere creditor erat debiti praetaxati: necnon promittens solenni stipulatione dicto B. praedictam cessionẽ, omnia & singula supra & infra scripta grata, & rata, firma habere & tenere: nec contra facere, uel uenire aliqua ratione uel causa, de iure uel de facto: praedicta iura & actiones legitime sibi defendere & autorizare & expedire. Si uerò apparuerit ipsum hactenus alteri dicta iura cessisse, aut creditorem dicti debiti huius contractus tempore nõ fuisse: uel si non defenderit quod dictum est: & omnia & singula in hoc contractu contenta nõ obseruauerit, aut in aliquo contrauenerit, promisit eidem soluere & dare duplum quantitatis ipsius pecuniae, poenae nomine stipulatione in singulis capitulis huius contractus in solidum promissae, qua soluta uel non, omnia, & singula j. & suprà scripta firma perdurent. Item restituere, & reficere sibi omnia & singula damna, expensas, ac interesse litis & ex. obligando pro his omnibus & singulis firmiter obseruandis omnia bona sua. Pro pretio autem & nomine pretij eiusdem cessionis ipsis iuribus & actionibus primo cessis, confessus & contentus fuit dictus A. se ab ipso B. habuisse ac recepisse centum libras Turoñ. exceptioni sibi non dati, & non soluti pretij, doli sine causa, & in factum actioni, omnique alij auxilio omnino renuncians. Haec forma probatur. C. de procura. quia te absente. ff. de iureiur. iusiurandum quod.
2 in fi. C. de noua. l. 3. † Et not. quòd licet cessio praesumatur simulata, nisi causa siue titulus in instrumento contineatur: ut s. §. proxi. uer. si uero. ibi, item secundum Gofre. tamen sufficit ibi dicere pro tanto pretio, nullo alio titulo expresso. Nam ex quo de pretio fit mentio, satis resultat quòd sit emptio: ut C. de praedijs cur. non alie. l. fi. lib.
c 10. & arg. C. mandati. l. fi. §. sed cum hi. ibi: [c] actionum habita. & l. pe. §. 1. in fi. ff. de praescrip. uerbo. naturalis. §. 1. Arg. contra, quòd non teneat cessio: quia uidetur facta esse sine causa. ff. de transac. cum hi. §. in causa. ff. de doli exceptio. l. 2. §. si quis sine
d causa. ff. de probatio. cum de indebito. §. fin. [d] Et nota, quòd s. in forma, is, cui fit cessio ex causa emptionis, uel donationis, nihilominus constituitur procurator uelut in rem suam. Et probatur hoc ff. famil. ercis. plane. prope finem. & C. de actio. & ob. si in solutum. uerumtamen hoc necesse non est dicere: quia eo saluo, q actio ceditur, uel mandatur, uel interuenit aliquis de casibus, qui habentur C. de act. & ob. l. 2. factus est procur. ut in rem suam: ut ff. de procu. si actor. & ff. manda. si procu-
3 ratorem. §. fi. † Sed quid si is, qui donat, uel cedit,

dicit: & facio te procuratorem meum? Et uidetur quòd facit eum simplicem procura. & non ut in rem suam: quia ipse adhuc remanet dominus actionis directæ: ut C. de hæred. uel actio. uendit. emptor. argu. contra, quòd etiam intelligatur factus, ut in rem suam: quia simpliciter dicendo procura. intelligitur in rem suam: ut ff. de oper. not. nuncia. l. 1. §. fi. & hoc uidetur uerius ex his, quæ in
4 prædi. uersi. dicta sunt. † Si uero fit cessio in aliqua quantitate, quæ sit residuum dicti debiti: sic instrumentum conficietur.

FORMA. A. ex causa uenditionis dedit & cessit B. pro se suisque hæredibus recipienti omnia iura & actiones, quæ uel quas habebat, uel habere poterat aduersus. C. eiusque hæredes, & in ipsius bonis nomine & occasione debiti 25. libra. Turon. quas ab ipso C. habere debebat pro residuo & complemento debiti centum librarum: in quibus idẽ C. erat dicto A. ex causa pretij cuiusdam quantitatis lanæ, uel pannorum obligatus: ut patet in instrumento manu talis notarij scripto. Quod quidem instrumentum ei tradidit ibidem & in præsenti: constituens eum procuratorem in rem suã, & ponens ipsum in locũ suum: ita quòd deinceps suo nomine, actionibus, utilibus, & directis, possit aduersus dictum C. eiusque hæredes: & in ipsius bonis nomine & occasione dictæ quantitatis pro residuo dicti debiti agere, experiri, excipere, replicare, consequi & se tueri: omnia quoque singula facere, quæ ipsemet facere poterat: promittens prædictam cessionem omnia & singula in hoc contractu contenta grata, rata & firma habere & tenere, nec contra facere, uel uenire sub pœna dupli dictæ quantitatis pecuniæ stipulatione promissa, ac refectione damnorum & expensarum litis & extra: & obligatione omnium bonorũ suorũ. Qua pœna soluta uel non, rata remaneant omnia & singula suprà & infrà scripta. Pro pretio autem & nomine pretij ipsius cessionis post ipsam actionem cessam, confessus & contentus fuit dictus A. se habuisse à dicto B. & recepisse 25. libras Turoñ. exceptioni sibi non dati, & non soluti pretij, omnino
5 renuncians. † Cæterum si unus ex condebitoribus cogitur satisfacere creditori secundum leges. C. de fideiuss. l. liberum. & l. reos. & l. generaliter. & Inst. de fideiuss. creditor tenetur cedere soluenti actiones contra unum ex condebitoribus: super
e quo sic instrumentum conficietur. e

FORMA. dedit, cessit, transtulit, atque mandauit B. pro se suisque hæredibus recipienti omnia iura & actiones reales, & personales, utiles, & directas, quæ uel quas habebat, uel habere poterat aduersus C. eiusque hæredes: & in ipsius bonis nomine & occasione debiti 30. libras, quas dictus C. in solidum cum dicto B. & D. eidem A. dare & soluere tenebatur ex causa mutui: ut patet in instrumento manu talis notarij scripto: & quodam præcepto talis iudicis scripto manu talis notarij. Item nomine & occasione quantitatis quinque libra. tenetur pro damnis, expensis, ac interesse dicti debiti currentibus à termino debiti, usque nunc: quod instrumentum & præceptum sibi tradidit ibidem, & in præsenti constituens eum procuratorem in rem suam, &c. ut supra in præ. usque, occasione. iunge, prædictarum quantitatum agere experiri, &c. ut ibidem. uel sicut in primo, usque pro pretio autem. ubi sic dices: Quam siquidem cessionem ipse A. eidem B. fecit ut dictum est, ex eo quòd cum ipse B. esset una cum dicto C. & B. ad dictum debitum in solidum obligatus: & propterea à dicto creditore ad solutionem coactus: idem B. dicta cessione facta, dedit & soluit ipsi A. 25. lib. Turon. prout ipse A. confessus & contentus fuit: exceptioni sibi non datæ, & non solutæ omnino quantitatis renuncians. Hæc forma probatur. C. de fideiusso. authen. præsente. & l. cum alter. & ff. eodem titu. g
ut fideiusso. & l. fideiussoribus. & in his quæ nor.
6 C. de duo. reis. l. 1. † Si uero cessio fiat ex titulo donationis contra plures debitores, scilicet contra unumquenquem pro suo debito: sic instrumentum conficietur.

FORMA. ex causa donationis pure, libere, simpliciter ac irreuocabiliter dedit, cessit, transtulit, & mandauit B. pro se suisque, &c. ut in praecedenti forma usque, occasione debiti. iunge, 10. lib. Turoñ. quas ipse C. dicto A. ex causa pretij talium pannorum dare & soluere tenebatur ut patet in instrumento manu mei infra scripti notarij scripto. Item aduersus D. eiusque hæredes, & in eis bonis nomine & occasione debiti octo libra. Turoñ. quas ipse D. dicto A. ex causa mutui dare ac soluere, &c. ut supra in prima forma, usque aduersus dictos. hoc saluo quòd ubi dicitur ibi, quod instrumentum dicto B. dicas; quæ instrumenta ei postea iungas: scilicet aduersus unumquenque eorum eiusque hæredes, & in ipsius bonis nomine & occasione sui debiti agere, experiri, excipere, replicare, consequi, & se tueri petere, quòd ab unoquoque debitum ad se promissum: sortem quoque, &c. ut ibi usque paciscens, etiam atque. postea iunge, promittens solenni stipulatione dicto B. prædictam cessionem, donationem, & omnia & singula supra scripta, &c. ut ibi usque, uel de facta. postea iunge: ipsam donationem, nulla causa, uel ingratitudine reuocare, sub pœna dupli dictarum quantitatum stipulatione promissa, &c. ut supra in secunda forma usque
7 pro pretio, &c. † Porrò si iura ex iure cesso habita cedantur, instrumentum sic conficietur.

FORMA. A. dedit, &c. ut suprà in primo instrumento usque, habere poterat iunge ex iure sibi cesso à P. ut patet in instrumento ipsius cessionis manu talis notarij scripto aduersus C. eiusque hæredes, & in ipsius bona, nomine & occasione debiti, 30. libras Turon. quas dictus C. dicto P. dare & soluere, &c. ut ibidem usque, talis notarij: iunge, quæ instrumenta ipse A. dicto B. tradidit & dedit ibidem, & in præsenti, &c. ut supra in primo uel in secundo instrumento.
8 Si autem B. nomine alterius: puta C. stipuletur, non aget C. directo, nisi demum facta sibi cessione à B. de qua cessione sic instrumentum conficietur.

FORMA. Cum A. ad debitum & in debito 20. libra. Turoñ. ex causa pretij cuiusdam quantitatis bladi se obligasset B. stipulans & recipienti uice & nomine D. ut patet in instrumento manu talis

nu talis notarij scripto, idem B. dedit, cessit, transtulit, & mandauit C. prædicto pro se suisque hæredibus, &c. ut suprà. in prima forma usque, directas. iunge, sibi acquisitas, uel ad se spectantes: aut, uel quæ habebat, uel habere poterat ex stipulatione prædicta à se nomine ipsius C. facta contra dictum A. eiusque hæredes, & in ipsius bonis nomine & occasione dicti debiti constituens eum procuratorem in rem, &c. ut suprà in secunda forma usque ibi: pro pretio autem, &c. De pretio autem aut de causa non est mentio alia facienda: cùm sufficiat quæ in principio ponitur instrumenti. Institu.de inutili.sti-
9 pulatio.§.alteri. Verum † quandoque cedit quis alteri ius, quod ipse habet in re ex hypotheca.uel obligatione. Verbi gratia, C. habens plures creditores unum altero tempore potiorem, quibus omnia bona sua pro ipsis creditis obligauerat: ex ipsis bonis obligatis uendidit B. unam domum conueniens cum eo: ut de pretio satisfaceret suis creditoribus, unicuique uidelicet prout tempore prior erat, uel esset. Ipse uerò B. satisfaciens priori creditori, puta A. cessionem ab eo recepit de illo iure, quod habebat in re uendita ex causa obligationis sibi factæ de ipsa re occasione crediti sui: vt sicut ipse A. cæteris præferebatur creditoribus, & eos poterat excludere: ita hoc possit B.loco eius: quæ cessio sic scribetur.

FORMA. A. dedit, &c. ut suprà prima forma: vsque aduersus C. hoc saluo, quòd non dicatur ex causa uenditionis. post iunge, eiusque hæredes: & in ipsius bonis,& specialiter in tali domo sita in tali loco.intra tales confines: quàm dictus C.dicto B.uendidit: prout dicitur contineri in instrumēto manu talis notarij scripto,nomine & occasione obligationis & hypothecæ ad se spectantis, specialiter in dicta domo, & generaliter in omnibus bonis dicti C. sibi obligatis pro debito & ex causa debiti centum libra. Turon. quas dictus C. dicto B.dare & soluere tenebatur: ut patet in instrumento manu talis notarij scripto. quod si quidem instrumentum dictus A.ipsi B.tradidit,& dedit ibidem, &c. ut suprà in prima forma: usque, directis possit.post iunge, suo nomine loco eiusdem A. dictam domum defendere iure obligationis & hypothecæ prædictæ contra omnes creditores dicti B. si qui apparerent, & non ut possit aduersus ipsum C.uel eius hæredes pro exactione ipsius debiti agere: nisi casu euictionis,si sequeretur de re ipsa: uel de parte pro rata. & hoc fecit dictus A. quia: statim propter ipsam actionem cessam idem B. præsente & mandante, & his omnibus consentiente prædicto C.dedit & soluit ipsi A. centum libr. Turoñ. pro pretio dictæ domus: prout ipse A. confessus & contentus fuit tantam esse quantitatem, promittens stipulatione solenni ipsi B. prædictam cessionem, &c. ut su-
10 prà in secunda forma: usque, pro pretio. † Et nota quòd si cessi tibi actiones, quas habeo contra P. potero nihilominus ab eo exigere, antequam tu litem cum eo fueris côtestatus, uel priusquam ab eo aliquid ex debito acceperis: uel priusquam id debitori denunciaueris. quod dic, & de forma huius denunciationis,ut suprà de procura. §. sequitur uidere. ad finem. Et nota cautelam,ut j.eodem §.uer.in summa.a. De beneficio autem cedendarum actionum,not. j.de conclu.& renun. uersi.postremò,&.sequen.

ADDITIO.

a FORMA. *Ista forma, & sex sequentes fuerunt Rolandi eodem ordine,quo hic scribuntur posita per eum in princ.4.par.*

b *Recipienti. Petrus de Cernotis disputauit, an ualeat cessio facta absenti nullo pro illo recipiente, puta uocato notario & testibus, cedens dicit quòd omnia iura & actiones quæ habet contra Martinum, cedit Titio absenti, & cedit ex tali causa. & incipit quæstio, Titius cessit. Quòd ualeat, allegat quòd absens instituitur, ei legatur, donatur causa mortis, procurator constituitur, & similia. Et iura sunt not. Inducit etiam gloss.ff.de procurat. in causa. §. fina. quæ incipit, sed qualiter. ubi uidetur expressum quòd ualeat. tenuit contrarium dicens gloss. illam malè dicere: nisi intelligatur posse fieri cessionem inter absentes, per nuncium tamen uel per epistolam: ut ff.de contrahen. empt.l.prima.§.fina. fit patens ratio: quia cùm cessionem ex causa, uel titulo fieri oporteat: ut hic infrà sequitur: & titulus aliquis fieri non possit inter absentes nisi per nuntium uel epistolam: licet per procuratorem fieri possit, patet cessionem factam absenti non ualere nemine recipiente: ut sic detur pro regula, quòd ubi de dominio, vel iure aliquo transferendo inter uiuos tractatur, siue sit in re, siue in actione, non possit inter absentes fieri, nisi per nuncium, uel per epistolam. Nec obstat, quòd possessionis bonorum agnitio fit nomine absentis. Cui est duplex responsio: quia agnitio est actus unius tantùm personæ: sed in cessione, sicut & in contractibus, requiruntur duæ personæ. Item licet fiat agnitio per præsentem non procuratorem pro absente, possessio tamen uel dominium absentis per hoc non requiritur, nisi ex quo ratificauerit. ff. de bon.pos.l. 3. §. acquirere. & ff. rem rat. ha. l. is, qui. & l. pen. Fateor etiam quòd sicut soluendo liberare possem inuitum. sic & fortius absentem. ff. de neg.gest. soluendo. ff. de sol. solutionem. & l. si pro me & l. soluere. Adde, ut per Barto. & Alexan. in apostillis in d.l.in causa.§.fina. Scias tamen quòd Rom.consi.275. consuluit ualere donationem factam absenti, licet nuncius uel epistola non interuenerit: dummodo ad notitiam*

donatarij

donatarij aliter peruenerit. de dona. uide omnino illis ad hanc additionem.

c *Ibi. Pecunijs & acceptis & conditione.*

d *§. fina. Soluta sunt hæc contraria per superius dicta.*

e *Conficietur. Disputauit Albe. Odoffr. questionem, & incipit, Creditor quidam, de duobus correis, pone A. & B. quorum alter, pone, A. conuentus a creditore, opposuit exceptiones doli, simulationis & pecuniæ non numeratæ: lite pendente B. correus soluit creditori, & habuit iura cessa contra A. quem postea capi fecit uigore statuti hoc permittentis obligato pro alio, qui soluit: querebat an capi debuerit, & an debeat relaxari. Soluendo tenuit quòd si certum est exceptiones oppositas per correum contra creditorem: uel ipsius instrumentum ueras esse, non debuit relaxari. Nam si B. contra A. ageret mandati uel negotiorum gestorum, replicaretur quòd omisit exceptiones peremptorias prædictas, doli, non numeratæ pecuniæ, uel simulationis. ff. manda. si procuratorem. §. si ignorantes. & l. idemque. §. generaliter. & l. si fideiussor. in princ. ff. de fideiusso. exceptione. Fortius ergo debuit repelli, ubi petebatur detentio personæ propter maius grauamen & opprobrium. de elect. ubi periculum. cum concord. libr. 6. Si autem certum est iudici illas exceptiones frustratorias, sicut de iure communi haberet B. contra A. actiones prædictas mandati, & negotiorum gestorum: sic ex statuto habuit ius detentionis. Non enim debuit mendaces exceptiones opponere, sed bonam fidem agnoscere. & sic solutum repetere potest secundum legis municipalis formam. argum. ff. de administr. tutorum. quoties. ff. mand. si fideiuss. §. quedam. Si uerò de exceptione dubitatur, dicit in hoc dubio, A. non debuisse detineri, & detentum debere relaxari. licet enim fideiussor sponte soluens, cùm debitum est liquidum, habeat regressum contra reum: ubi tamen non est liquidum, non habet regressum, nisi per sententiam soluat. ff. mand. l. Lucius. & C. mand. si pro ea. sicut nec emptor agit de euictione, ubi res non euincitur per iudicis sententiam, nec sufficit sententia arbitri. ff. de euict. si dictum. §. si compromisero. putat tamen cautionem ab eo exigendam de se reponendo in statum, quo erat si exceptiones reprobari contingat. argum. ff. de iud. in omnibus. qui satisda. cogan. l. inter omnes. sicut cùm res est in obligatione ex causa, cauetur de ea non baratanda. argumen. ff. de petitio. heredi. diuus. ff. de officio præsi. l. senatusconsulto. in fine. Interserit prædicta procedere, etiam si statutum de fideiussore loqueretur. Nam duo correi uidentur uicissim fideiubere, quatenus pecunia ad se non peruenerit: ut in authen. de duobus reis. collatione 7. ff. de in rem uerso. si pro parte. in fin. ff. ad Macedo. l. sed Iulianus. §. 1. In illa igitur parte, quæ ad eum non peruenit, censetur fideiussor. Adde, quòd non incongruè potest poni illa quæstio, super qua consuluit. Abb. consi. 60. lib. 1. an ille, qui fuit fideiussor pro carcerato, si postea creditor efficiatur rebellis ecclesiæ & excommunicatus, possit soluere: non obstante, quòd principalis debitor eum admoneat de exceptionibus competentibus? et concludit quòd soluere potest: maximè si post rebellionem ille fideiussor promiserit illi rebelli soluere: per textum in l. quæsitum. ff. manda. ubi dicitur, quòd fideiussor ex simplici pacto potest soluere usuras: licet possit opponere exceptionem stipulationis: quia non tenetur cum suo pudore alteri consulere. Idem etiam dicit esse, cùm fideiussor non potest opponere exceptionem sine magno rerum suarum periculo.*

Baldus. De cessione actionis.

ACTIO *iudicati potest cedi: quia non dicitur res litigiosa, lata sententia. C. de contrariò iudi. tu. l. 1. & ibi no. quando præsumatur cessio simulata uer. si uerò dubitatur. Et quando præsumatur uera, uer. sed ad hoc facilis. ubi omnino uide. G. Cessio necessaria, ut probabilis, non præsumitur simulata, sed cessio temeraria, sic. Bald. De materia cessionis uide in Specu. de procur. § fina. & ibi habes in uer. fin. quòd cedens possit tunc esse testis in causa cessionarij. quod est not. Instrumentum cessionis debet exhiberi ante omnia, si agatur directa & nomine cedentis: secus si agatur utili, & nomine suo. Vide Specu. de instrum. edi. §. nunc dicamus. uer. sed quid ecce. Cedens bonis liberatur à ciuili & naturali obligatione. Ita sentitur l. hæres debitor. §. quid si stipulatio. ff. de iudi. & glo. in l. ubicunque. ff. eo. dicitur quòd naturalis remanet & ciuilis tollitur. Item an cessione facta per debitorem sit liberatus fideiussor? Gloss. tenet quòd non in dicto. §. quod si stipulator. Bald. An confessio cedentis noceat cessionario. ff. de pac. l. si cum emp. & de procu. l si actor. & l. si quis in rem. uer. sed nunquid sola. G. Dic quòd si actor cessit iura, ubi potest confiteri: aliàs non. si reus, tunc confiteri potest: ut d. l. si actor. secundum Cyn. Bald. An minor possit cedere iura cum autoritate curatoris. uersicu. sed nunquid minor. De autoritate tutoris potest, secundum Dy. An possit*

fit cedi hypothecaria sine principali. versiculo, sed quid si. ff. de fideius. l. si. de oblig. §. 1. per Dyn. C. de pig. l. usucapio. per Cyn. Si creditor consensit debitori, quòd uenderet hypothecam: deinde agat contra fideiussorem. ff. fami. ercisciun. l. si pignori. potest fideiussor excipere de actione cedenda, & repellere creditorem. versicu. sed quid ecce G. sic & quilibet prior offerendo habet beneficium cedendarum. ff. qui pot. in pigno. hab. l. mulier. sed illud in personali actione intelligitur, non de hypothecaria: ut ibi not. & facit C. ad Velleia. l. iubemus. Item si debitor principalis sit soluendo, fideiussor non potest petere cedi iura contra extraneum priorem: quia non competunt creditori. in authen. de fideiuss. §. sed neque. Et illud non competere est per ordinem datum à iure, etiam sine nullo facto creditoris. Baldus. Cessa rei uendicatione, non fit cessionarius dominus: quia non habet titulum in re: sed ad rem. uersicu. item quid si mihi. G. nisi habita possessione. ff. de rei uendica. l. si culpa. & nota. in l. prima. in princ. ff. de eden. Facit ad l. Iuli. non solùm. §. 1. Et ideo intentanti dominium, non sufficit probare cessionem. uide nota. C. de litigio. l. penultim. & fin. & l. 2. eodem titulo. per Cynum. Si bona banniti sunt publicata, non potest cedere iura. argum. ff. loca. l. si fundus. Si non sunt publicata, sed tamen ex forma statuti bannitus non debet audiri: tunc ex causa onerosa & uera, ualet cessio: non ex lucratiua uersicu. illud etiam quaeritur. G. ff. de noua. l. doli per. Dyn. An actio iniuriae possit cedi, not. C. de hared. uend. l. fi. An interdictum unde ui. no. ff. de peti. hare. l. quod si in diem. C. de excep. l. licet. An interdictum uti possidetis. ff. ne quid in loco pub. l. 2. §. idem Nerua. per Iac. Bald. An cessio possit fieri inter absentes per nuncium, uel per epistolam. not. ff. de probatio. l. in causa. § fina. in glo. ordinaria. quae dicit quòd sic: quia in rem suam potest quis fieri procurator & absens. Quod est notabile. Dixit Dynus quòd titulus praesumptus à iure sufficit in cessione. Ita nota in l. patrem. ff. quae in fraud. credito. Dixit Dynus quòd si oblato parti actor cedit actionem libello: tribus rationibus impugnatur cessio, scilicet per edictum de alien. iudici. quod habet locum in actore & reo. Item per titulum ne liceat potentioribus: quia uidua est priuilegiata. Et per titulum de litigiosis, qui habet locum in actore & reo. Dyn. Sed fortè vidua non est priuilegiata: cùm mittitur ex cessione. Bald. An si fit mentio pretij in cessione, sit necessaria alia specificatio contractus? Dic quòd non: quia includitur titulus emptionis: ut l. fina. C. de praed. cur. libr. 10. §. consequenter. post principium. G. Quod semper notat. G Cuius expensis agat cedens, collige ex nota. C. de litigio. authen. nunc si heres. An sufficiat pretium esse confessatum in cessione actionis? Specu. quòd sic, eodem. §. in forma cessionis. sed Iacobus Butri. & Iacob. Bel. in authen. de aequali. dot. §. illud. & Bart. dicunt contra textum in glo. in l. per diuersas. in principio. sed Thomas de Corsinis dicit, quòd ubi est pretium inaequale & impar, uel est actio pro parte uendita: pro parte donata: uel pars uni est uendita, alteri est alia pars donata: tunc non sufficit confessio. Sed vbi est iustum pretium: & aliàs cessat omnis sinistra suspicio: tunc non praesumitur confessio simulata, sed uera: ut ff. deposit. l. Publia. in fine. Non obstat. §. illud. quia ibi erat suspicio propter creditores. Simile in l. assiduit. C. qui poti. in pigno. hab. in glossa parua. & hac uera. & not. Bald. eo ipso quod ceditur actio, uidetur quis factus pro curator in rem suam, sine mandato directarum. ff manda l. si procurator. §. finali. uersicu. & nota quòd supra. in forma debeat fieri cessio. G. Quo tempore, dic ut not. ff. mand. l. Papinianus, Quo iure, dic ut ff. de legatis 1. l. si res oblig. per glo. & Dynum An etiam exceptio cedendarum possit opponi post sententiam: dic C. de iuris & facti ignor. l. 1. ibi vide Bald.

a De competentis iudicis aditione. 2 Rub.



IVXTA propositionis ordinem primò uidendum occurrit de cōpetenti iudice adeundo. Super quo primò attendendum est, cuius iudicium actor adire debeat. Secundò, quis dicatur alicuius iudex. Tertiò, qualiter actor in adeundo iudicem debeat se habere b, Quartò, quis sit aditionis effectus.

ADDITIO.

a Ista rubrica sonat in rubricam de foro competenti: ut sit idem competens iudex, quod competens forum. Hic praemittam quod Legistae non uidentur habere hanc rubricam in generalem: quia non allegatur in Codice uel Digestis, sed utrobique habent. Non allegatur autem: quia non sedent in sella. in Codice enim non coniunguntur Rubricae de iurisdictio. omnium iudicum. ibi enim sequitur, & de foro competen. in Digestis in Rubrica de iudicij sequitur, & ubi quis agere uel conue-

conueniri possit. quod sonat incompetens forum. Secundò sciendum quòd autor hanc rubricam habuit à Tancre. qui in sui operis parte secunda in principio posuit duas Rubricas. Prima, quòd iudicium actor adire debeat. Secunda de adeundo iudice, quæ sonat iudicium qualiter adeatur. Ex reliquis practicis nominatis per autorem in proœmio nullus posuit hanc rubricam, nisi Roffredus cuius rubrica decima, qualiter iudicium declinetur ratione fori & feriarum. Complures tamen ex eis de exceptionibus etiam forum declinantibus tractauerunt: ut scripsi super rubrica prima & tertia huius libri: Summista omnes tractant, & Azo. C. vbi supra, incipiens, in uerb. nunc uideamus.

b Habere. Hæc tria membra posuit Tancredus.

SVMMARIVM.

Cuius iudicium actor adire debeat.

1 Actor forum rei generaliter sequi debet: fallit in quibusdam casibus, in quibus quis sortitur forũ non suum.

2 Iudex secularis, in quibus casibus cognoscere possit, de personis & rebus ecclesiasticis.

3 Latro ibi furca figatur, ubi grassatus est.

4 Conuenitur quis super aliquo crimine coram iudice non suo: si negat se deliquisse in iurisdictione illius: an poterit iudex cognoscere, an in territorio eius deliquerit.

5 Iudex Bituricen. quomodo citabit ciuem Narbon.

6 Partes concorditer eligentes procedere coram delegato potius, quàm coram domino feudi: an possit delegatus contradicente domino feudi in causa procedere.

7 Duobus adeuntibus iudicem, cuius iurisdictioni alter eorum subest, alter non: consentit tamen credens illum suum iudicem esse, & sic errans: an teneat sententia.

8 Duobus Pisanis consentiẽtibus in Potestatem Lucanum, &c. demum finito suo officio causa illorum non est finita: an futurus Potestas poterit illam finire.

9 Priuati si consentiunt in illum, qui nullam habet iurisdictionem, putatur tamen habere: an coram eo acta teneant, aut ualeat eorum consensus.

10 Principali sublato, tollitur & accessorium.

11 Sententia non sui iudicis concorditer tamen electi, lata, an poterit appellari.

12 Appellatio gradatim debet procedere.
Ordinarius causam ex consensu auditam non potest ante litis contestationem delegare.

13 Pronunciare an cogatur is, in quem partes consentiunt.

14 Iudici alterius iurisdictionis, an possit in causa criminali consentiri.

15 Declinare an quis possit iudicium eius, in quem semel consensit.

16 Ordinario suo consentiens, non potest ulterius dissentire.
Scholaris tres iudices habet.

17 Transiens per locum alicuius, & ducens equum illius, quem perdiderat, an possit conueniri ratione possessionis.

18 Contrahere sibi quis dicitur, ubi se soluturum constituit.

19 Promittens per stipulationem se pati sub quolibet iudice, & quolibet loco conueniri, an recusans teneatur ad interesse.

20 Paciscens quòd ubicunque sit inuentus, teneatur soluere: an sine fori præscriptione possit, ubicunque fuerit inuentus, conueniri.

21 Actio ex empto semper est bonæfidei.

22 Clericus ad hoc, ut non possit in suum iudicem consentire, quæ requirantur.

23 Clericus trahens, clericum coram seculari iudice, debet causam perdere, & communione sacramentorum priuari.

24 Laicus trahens clericum coram iudice seculari, an debeat causam amittere.

25 Res, quam perdit is, qui in uetito se patitur examine conueniri, cui sit assignanda.

26 Fideiussor laicus datus à clerico pro se in contractu mutui, an coram seculari iudice possit conueniri.

27 Exceptiones personales non possunt ad alios trãsferri.

28 Laicus uel clericus, an possit contra laicum impetrare.
Laicus potest super possessione rei ad forum eius spectantis impetrare: & super ea potest coram quolibet iudice quæstio uentilari.

29 Clericus trahens laicum coram delegato autoritate apostolica: an domino uel iudice seculari mandante illi delegato, ut supersedeat, possit supersedere.
Imperio uacante cognoscit papa, uel eius delegatus de feudo.

30 Debitor uagans per Mundum, nec habens certũ domicilium ubique potest conueniri.

31 Criminosus potest ubicunq; inuenitur, cõueniri.

Senensis

32 *Senensis an possit ciuiliter conuenire Senis Florentinum, propter guerram de Florentia expulsum.*

33 *Debitor habens tempore contractus domicilium in uno loco, postea autem se transfert ad alium, ubi debeat à creditore conueniri.*

34 *Filius debet sequi forum patris quo ad honores & tutelam.*
Mulier debet sequi forum uiri ratione matrimonij.

35 *Pupillus habens plures tutores diuersarum iurisdictionum, an factus adultus possit illos coram diuersis iudicibus, uel uno tantùm conuenire.*

36 *Sententia à non suo iudice lata, quibus casibus teneat.*

GENERALITER Ergo traditur,
quòd siue clericum, siue laicum quis con
uenire uelit, debet rei iudicem adire. C.
de ordi. iudi. aditæ. Nam actor forum rei
generaliter sequi debet. 11. quæst. 1. experientiæ.
extra, de foro competen. si clericus. & c. cùm sit.
C. de iurisdict. omni. iudi. in criminalibus. Potest
enim reus declinare forum non sui iudicis. ff. de
iurisdict. omnium iudicum, l. fin. ff. si quis in ius
uoca. non ierit. l. 1. & 2. ff. de iudic. si quis ex aliena.
nisi consuetudo se habeat in contrarium, ut
Aretij ubi audiui, super qualibet causa clericus
trahit laicum coram iudice ecclesiastico. & sic loquitur
præ. c. cùm sit. & eodem titulo, licet. de iudi
nouit. & tetigi. s. titulo proxi. uersi. si uerò du-
1 bitatur. ibi quarto, &c. † Hæc regula fallit in casibus
multis, in quibus qui sortitur forum non
a suum, & facit suum. [a] Primò in causis matrimonialibus,
quæ licet inter laicos agitentur: tamen
per ecclesiasticum iudicem sunt tractandæ. 10. dist.
c. 1. ex. de consanguinita. & affini. c. 1. in fin. de
off. deleg. causam matrimonij. & de transla. inter.
corporalis. Secundò in causis ecclesiasticis: ut 3.
q. 6. c. 1. puta in crimine sacrilegij, uel quasi. ex.
de foro compe. cùm sit. & c. conquestus. Hæresis,
ex. de hære. ad abolendam. & c. excommunicamus.
Simoniæ. ex. de simo. per totum. Excommunicationis.
2. q. 1. multi. 24. q. 3. corripiantur. Fractæ
pacis & periurij, ex. de iudi. nouit. §. fina. Adulterij,
ex. de off. ord. c. 1. de procu. tuæ. Ex quo
enim iuramentum interuenit, causa ad forum ecclesiæ
spectat: ut in consti. Clementis 4. de foro
b compe. sua. [b] Fortunationis, ex. de ui. & ho. cle. ut
clericorum. nec tenet l. ff. de concu in concubi-
c natu. quæ. peccatum fouet. dicto c. 1. [c] Rapinæ, ex.
de rapto. c. 1. Vsuræ. ex. de usuris præterea. & per
2 totum. & sic de alijs. † In quibusdam tamen casibus
iudex secularis cognoscit de personis & rebus
ecclesiasticis, scilicet cùm clericus per laicum
coram illo conuenitur. ex. de foro compet. si quis
d clericus. & c. cùm sit. 11. q. 1. experientiæ. [d] Vel si
ab ecclesia inuitetur ut 22. distinct. eos. & 63. dist.
Adrianus. & ex. de hæreti. ad abolendam. §. pe. &
c. excommunicamus. §. moneantur. Vel in subsidium:
ut 24. q. 5. principes. ubi sunt alij casus. Vel
etiam post depositionem clerici: quia tunc factus
est de ipsius foro: ex. de iudi. c. cùm non ab homine.
& de uerb. signifi. nouimus. Sed contra uidetur,
quòd depositus seu degradatus non statim.
fiet de foro illius. ex. de iud. at si clerici. in fi. cùm
teneatur uiuere clericaliter, & dicere horas. 81.
dist. dicunt. Intellige ergo, quòd si de foro illius,
postquā est degradatus & curiæ seculari relictus,
quod fit in casibus: ut ex. de hæreticis. ad abolendam.
& de crimi. fal. ad falsariorum. & 11. quæ. 1. si
quis sacerdotum. Quartus, cùm est incorrigibilis,
& in profundum malorum deuenit: ut in præ.
c. cùm non ab homine. 17. distin. nec licuit. ubi de
hoc. Tertiò, ubi agitur ad pœnitentiam ex quacunque
causa, uel in modum denunciationis. argum.
87. distin. libero. ex. de iudi. nouit. Quartò, in iure
patronatus & in omnibus spiritualibus, & spiritualibus
annexis. ex. de iudi. decernimus, &c. quanto.
Quintò, ratione contractus conuenitur quis
coram non suo iudice, scilicet coram eo, sub quo
e contraxit, uel ubi promisit. [e] ff. de iudi. hæres absens.
§. 1. & l. si quis tutelam. & l. argentum. & c.
ubi conueniatur, qui cert. loco dare promi. l. unica.
ex. de foro compe. c. fin. Quod uerum est si in
loco contractus inueniatur: & non aliter. Potest tamen
decernere iudex missionem in possessionem
faciendam in bonis, quæ alibi habet: ut eod. titu.
Romana. §. contrahentes. libr. 6. & c. dilecti. infra.
uersi. 21. & seq. De hoc secundum papam ex. eo. c.
fin. Sextò, ratione criminis in aliena iurisdictione
f commissi [f] quia ibi, uel ubi inuenitur, conuenietur.
3. q. 6. c. 1. ex. de rapto. ca. 1. ex. de foro compe.
postulasti. & c. fi. C. ubi de cri. agi. opor. l. 1. & auth.
qua in prouincia. ubi enim malum contingit, ibi
3 moriatur. 2. q. 1. c. si peccauerit. & in fin. 3 Et ibi
latro furca figatur, ubi grassatus est. ff. de pœnis. l.
capitalium. §. famosos. & ubi delinquens inuenitur,
ibi retineatur. C. de cursu publico. libr. 12. l. 3.
necesse est tamen, quòd ille iudex habeat iurisdictionem.
nam si extraneus deliquit in archidiaconatu
tuo: non poteris eum excommunicare: quia
episcopus, non tu, est ordinarius. Sed de hoc dic
secundum papam, ut no. in præ. c. postulasti. Item
etiam ratione criminis commissi alio tempore,
g cùm ipse esset alterius status, [g] & alterius iurisdi
h ctionis. [h] C. ad l. Cor. de fal. si quis decurio. Cùm
ergo ratione criminis quis sortiatur forum, ut dixi,
si Mutinen. deliquit Bononiæ, iudex Mutinen.
debet illum Bononiam remittere puniendum: ut
i in præd. concord. [i] Et si iudex Bononien. eum
non punit: debet puniri, sicut traditur in authen.
ut nulli iudic. §. si uerò quis comprehensorum. &
C. ubi de crimine agi opor. l. 1. & ff. de requi. reis.
l. 1. & secunda. Sed de hoc dic ut uoi. ex. de foro
compe. c. fi. & secundum dominum meum in prædict.
§. contrahentes. † Sed pone: aliquis co-
4 uenitur super aliquo crimine coram non suo iudice:
ille negat se deliquisse in iurisdictione illius:
quæritur. utrum ille poterit cognoscere, an in territorio
eius deliquerit? Respon. sic, argumen. ff.
de iudi. si quis ex aliena. ff. ad municip. de iure. ff.
de legationibus. l. legato. ex. de rescript. dilectus
filius

filius Ioan. ad finem. & uide ff. de officio præsidis.
k l. 7. k Quid si conuenitur super aliquo maleficio coram non suo iudice in aliqua prouincia, in qua dicitur deliquisse: ipse uerò negat se commisisse: nunquid iudex ille cognoscere poterit, an delique rit? Et uidetur quòd sic: ut in prædi. anthen. qua in prouincia in principio. sed ibi loquitur quando iam de crimine constat: quod patet, dum dicit, deliquerit. argumen. C. ubi sena. uel clari. l. 1. ubi dicitur deprehensus in crimine, & ita negari non potest: sed primum uerius: ut in prædi. decreta. dilectus.
l l Ad idem in authen. ut nulli iudi. §. si quis ff. si quadru. paupe. fecis. dica. l. 1. ff. de cura bo. dā. l. secunda. & iunge hic quod nota. infrà de consti.
m uersi. & nota quod. & sequen. m Septimus, ratione rei seu possessionis in alterius iurisdictione cō
n stitutæ. Nam si Narbonen. uelit agere n de possessione, uel terra, quam habet Biteri. Biteren. iudex de illa quæstione cognoscet, uel iudicem dabit. ex. de foro competenti. sanè. & c. finali. ubi in rem
o actio exerceri deb. l. actor. o ff. de iudi. sed & si su sceperit. §. fi. C. de præd. mi. si prædium. Idem est
p secundum Vbe. p in hypothecaria, uel mista actio
5 ne: secus in personali. † Sed quomodo iudex Biteren. citabit Narb. ciuem: quia extra. territorium, & c. ff. de iuris. om. iudi. l. fin. Ad idem ex. de for. cō
q pe. Romana. §. contrahentes. q Respondeo, debet mittere literas iudici Narbon. ubi reus degit, ut faciat illum coram se uenire: & si sic non uenerit, mittet actorem in possessionem rei petitæ secundum Vber. ff. de iudi. hæres. §. 1. & in princi. §. contrahen. & facit ad hoc j. de citatione. §. sequitur. uersic. sed nunquid consanguinei. & de accu. §. 1. uer. sed nunquid. & §. fin. uersic. ut autem. Alij tamen dicunt quòd potest illum ex. suam iurisdictionem citare, ex quo ipse est index, siue ratione rei, siue ratione contractus: ut in not. Gofr.
r in Summa, in titu. de foro compe. r & ualebit citatio. Innititur enim iuribus citati: quia interloquitur in loco ubi habet iurisdictionem, argu. ff. de re iudi. à diuo. §. 1. quod dic secundum papam, prout not. ex. de foro compe. c. fin. super uerbo, contra-
s ctus. s Octauus, ratione feudi, cuius quæstio sub domino feudi agitatur, si iure feudali agatur, ut ex. de iudi. cæterum. ex. de fo. compe. licet. & c. ex
6 tenore. † Sed pone partes malunt procedere coram delegato concorditer fortè impetrato, quàm coram domino feudi: nunquid potest delegatus contradicente domino feudi in causa procedere? Videtur quòd sic, cum præsit iurisdictioni, saltem sub conditione. C. de iurisdic. om. iud. l. 1. & l. priuatorum. ex. de fo. compe. significasti. Dicunt quidam contra. nam sub conditione intelligitur ei data iurisdictio, scilicet si dominus feudi negligens inuenitur. ut in primis concord. de fo. compe. ex tenore. Cessante igitur conditione, cessat iurisdictio. Nec obstant contraria prædicta, quæ in ordinario loquuntur. Secus enim in delegato. ut ex. de offic. deleg. P. & G. & uide j. uersi. 30. & sequen. in
t fin. t Sed nunquid pars declinans forum delegati, tenetur cauere, quòd domino feudi negligenti redibit ad forum delegati? quod uidetur argu. ff. de iudi. l. 2. §. sed si dubitetur. Sed illud loquitur cùm quis tenetur aliàs coram iudice respon-
u dere: sed ei competit ius reuocandi forum. u quod non est hic: unde non tenetur cauere. & dic ut infrà de satisd. §. dicto. uersi. sed nunquid. & uide j. uersi. 30. Nonus, ratione reconuentionis. 3. q. 8. cuius in agendo. C. de senten. & interlo. om. iudi. cum
x papa. extra. de mut. pe. ex literis. x Decimus, si partes consentiant coram non suo iudice litigare. ff. de iurisdictio. omn. indi. est receptum. ff. de iudi. lege prima, & secunda. clerici tamen non pos-
sunt sine sui prælati consensu extra de for. com-
y pet. significasti. & cap. Romana. respon. 1. y quod dic ut infrà de conclu. & renun. uersicu. cùm autem. Consentire autem uidetur, qui sciens se non esse subiectum alicuius iurisdictioni in eum con-
7 sentit. ff. de iudi. l. 2. † Quid si duo adeunt iudi-
z cem, cuius iurisdictioni alter eorum subest, z alter nor, sed tamen consentit in eum, credens illū suum iudicem esse: & sic errans: nunquid tenet sententia, saltem ratione eius qui ei subest? Er dicunt quidam quòd sic. arg. ff. de leg. 2. ex imperfecto. & in præ. l. est receptum. Arg. tamen contra 22. q. 2. in quib. & C. de iur. & fact. igno. cum testamentum. in fi. & seq. ff. de iur. om. iudi. si per errorem in fi. Et ad hoc facit ff. de statu lib. si duobus. & ex. de off. ordi. quoniam. Sed nunquid præsumitur scire, ex quo usque in finem litigauit? Respondeo, non, imò ignorare. ff. de proba. uerius. C. de epis. aud. in legibus. ff. de iud. l. 1. ibi consentientes, & c. Qui ergo hoc dicit, probet. ff. de proba. ei, qui. 6. q. ult. accusator. ex. de iureiu. c. fi. & ad hoc facit ff. de procu. filius. §. inuitus. Vber. contra. ff. unde cogna. l. octaui gradus. §. 1. C. de in integrum rest. de tutela. Vel potest distingui, an sit peritus: ut tunc scire præsumatur, an rusticus seu simplex: & tunc secus. argu. ff. de iuris. om. iud. si id quod. ff. de iur. & facti ignor. regula. 37. di. c. si. 1. q. 4. c. fi. &
8 39. di. Petrus. † Quid si duo Pisani consentiunt in Potestatem Lucanum, qui aliàs ratione sui officij habet ordinariam iurisdictionem. demum finito suo officio causa illorum non est finita: quæritur an futurus Potestas poterit illā finire. Dic quòd aut consenserunt in eum ratione potestariæ: & tunc poterit. ff. de rebus dub. l. municipalibus. ex. de immu. ecc. aduersus. ad fi. & melius de off. ord. pastoralis. §. fi. & de off. deleg. quoniam abbas. Aut ratione personæ suæ: & tunc ipse idem finire poterit: non successor. arg. ex. de testa. requisisti.
a a Si uerò ratione sui nullam habebat iurisdictionem: tunc finita potestaria, finitur accessorium, scilicet, illius causæ cognitio, ut dicunt quidam. ff. de uulg. & pup. sub. l. 2. §. pe. ff. de reg. iur. l. cùm principale. Super hoc uide s. de legato. §. nunc di-
b camus. uersi. sed pone. b & uersi. sed quid si à
9 prin. † Quid c si priuati consentiunt in illum, qui
c nullam iurisdictionem habet, putatur tamen habere? Dic tu ualere consensum, & quæ coram eo fiunt. arg. C. de testa. l. 1. C. de sent. & inter. omnium iudicum. l. 2. ff. qui, & à qui. ma. li. non fi. competit. ff. de off. præto. Barbarius. 3. q. 7. infamis. §. tria. in prin. & uide s. de legato. §. supereft. uer. quid ergo. Sed quid si à principio quando consenserant, præerat iurisdictioni: sed ante litis contestationem desinit præesse? Et certè secundum eos, qui dicunt ante litem contestatam non dari
iurisd

iurisdictionem, non ualet consensus, nec etiam
quod fit coram eo. Sed quid erit secundum eos,
qui dicunt dare per consensum, si pactum uestitu
interueniat inter consentientes: ut C. de pactis in
ter emp. & uendito. l. pe. & non. per pactum nu-
dum. Nam tunc ante litem contestatam non da-
tur iurisdictio: ut ff. de iurisdictione omni. iudi. si
d conuenit. [d] Respõdeo, † ualet consensus: & quod
10 fit coram eo, legitimè fit: nec reuocabitur. C. de
e admi. tut. sancimus. [e] arg. contra. ff. ad l. Aquil.
f quia in eum. [f] Sed quid in delegato: nunquid re-
uocata iurisdictione sua per delegantem, reuo-
cetur per consequens iurisdictio acquisita in ali-
g qua causa ex partium consensu? [g] uidetur quòd
sic: quia principali sublato, tollitur & accessorium:
h ut s̄. sed contra: quia sic [h] esset in potestate dele-
i gantis talem iurisdictionem finire. [i] ff. de arbi. l.
Labeo. secunda. in fi. & l. seq. Vnde dic quòd si lis
est contestata in illa causa, non potest eam dele-
gans reuocare: cùm remaneant reliquiæ prioris
k mandati. ff. de solu. cùm quis. §. 1. [k] † Sed an à
11 sententia non sui iudicis concorditer electi pote-
rit appellari? Videtur quòd non, ut 2. q. 6. à iudi-
cibus. Sed dic contra. ff. de app. ex consensu. & dic
l super hoc in præ. c. à iudicibus. [l] Sed qualem iu-
risdictionem habet is, in quem partes consentiũt?
Dic quòd ordinariam, ex quo à prædictis legibus
permittitur talis consensus. ff. de uerb. sig. l. obue
nire. ar. tamen contra. ff. de reg. iur. l. nemo & l.
non debet. & l. id quòd de hoc, ex̄. de off. delega.
m P. & G. [m] † Sed ad quem appellabitur ab eo? Dic
12 quòd ad superiorem eius, qui ex consensu cogno-
scit. & non ad ordinarium. Gradatim enim est ap-
pellandum. C. de app. præcipimus. ff. eo. Impera-
tores. in auth. colla. 4. eo. tit. in fi. ex̄. eo. tit. dile-
cti. 2. q. 7. biduum. Sed nunquid ordinarius causam
ex consensu audiens, illam poterit delegare? Dic
quòd non ante litis contestationem, cùm partes
adhuc ualeant pœnitere, ut infra uer. sed nũquid.
13 † Sed an is, in quem partes consentiunt, cogetur
pronunciare? Et uidetur quòd sic, C. de aduo. di-
uer. iudi. sancimus. ff. de mu. & ho. l. fi. §. iudicandi.
& l. si quis magistratus. ar. contra: quia iurisdictio
nem habet ex partium consensu, sicut & arbiter.
undè non uidetur cogendus, nisi consentiat, &
ad instar arbitri. ff. de arbi. l. 3. §. tam & si. Arg. ta-
men quòd solus consensus partium sine suo suf-
ficiat. ff. de iudi. l. 1. sed hoc uerum est, ut iurisdi-
ctionem consequatur, non ut cogatur. Sed quis
exequetur sententiam eius? Respon. ipse, si est
aliàs ordinarius: alioquin superior uel delegans.
n ff. de re iudi. à diuo. in prin. [n] Quid si Biteren. &
Narbon. litigant sub iudice Agathen. cuius. ciui-
tatis consuetudinem iudex sequetur? Dic ut j̄. de
14 ferijs. §. 1. uersi. sed pone. † Sed nunquid in iudi-
cem alterius iurisdictionis possunt in causa cri-
minali consentire? Respon. non secundum Iac. nec
iudicium tenebit. arg. C. de epis. aud. l. si. qui ex
o consensu. à contrario sensu. [o] Alij. contra, arg. ff.
de iud. l. 2. §. conuenire. ibi: iudiciorum, &c. & in
præ. l. si qui consenserunt tanquam in arbitrum,
& non tanquam in iudicem: in clericis autem hoc
est expeditum, quòd non possunt. ex̄. de fo. com-
pe. si diligenti. Quid si scienter litigat coram non
suo iudice? De hoc j̄. de appe. §. nunc tractemus.
15 uersi. quid si facto. † Sed nunquid potest declina-
p re quis eius iudicium, in quem semel consensit? [p]
Dic quòd agitur de iurisdictione danda, ut cùm
duo consentiunt litigare sub iudice non suo: &
tunc quilibet potest pœnitere ante litis conte-
q stationem: [q] ut ff. de iurisdi. om. iud. si cõuenerit.
& s̄. de iud. or. §. potest. uer. quid si. & j̄. uers. quid
si. Aut de iurisdictione non declinanda, ut in scho-
lari laico: qui habet tres iudices: ut s̄. de reo. uers.
r item scholari. [r] & tunc non est locus pœnitentiæ:
quia eligendo unum ex his, non potest illum am-
s plius declinare: ut s̄. de reo. uers. sed pone. [s] & sic
t loquitur ex̄. de iudi. c. 1. [t] † Nam cùm ibi esset cau
16 sa criminalis, poterat quo uult Deus papam uel
synodum eligere. Ex quo enim quis consentit in
suum ordinarium: non potest ulterius dissentire.
C. de pactis. si quis in conscribendo. ff. de offi. con.
l. 1. C. de asser. tol. l. 1. in fi. & hoc in ordinario. De-
legatus autẽ licet appelletur ab eo: ut ff. de appel.
ex consensu. non tamen recusatur secundum Al-
u bert. Gal. [u] 3. q. 3. induciæ. §. offeratur. ibi: nisi sit
ille, &c. ex̄. de causa pos. cùm olim. de offi. deleg. su
per quæstionum. §. nos. & §. uerum. 2. q. 6. à iudi-
cibus. Vndecimus, ratione priuilegij: ut in scho-
x lari, qui tres habet iudices: ut iam dixi. [x] Duode-
cimus, in causa appellationis. 3. q. 7. peregrina.
Tertiusdecimus, quando papa id iubet, uel dele-
gatus e. q. unaquæque. 11. q. 1. iudices. Decimus-
quartus. propter loci opportunitatem trahitur
quis ad aliam prouinciam. 23. q. 2. fine. Quintus-
decimus, in causa natiuitatis, quæ spectat ad eccle-
siam. ex̄. qui fil. sint legiti. lator. & c. causam. quod
y dic ut not. ex̄. de ordi. cog. tuam. [y] secundum In-
noc. & alios. Sextusdecimus, in causa decimarum.
ex̄. de decimis. per totum. Decimusseptimus, in
causis pœnitentium, quæ ad ecclesiarum pertinẽt.
11. q. 1. aliud. de pœni. distin. 1. aliud. Decimusocta
nus, in causa adulterij, cùm agitur ad separationẽ
ex̄. ut lite non contestata. c. 1. Decimusnonus, in
causis uiduarum & pupillorum, libertorum, &
miserabilium personarum: quæ saltem secunda-
riò spectant ad ecclesiam. 67. distinc. c. 1. 2. & 3. ex̄.
de foro compe. ex tenore ex̄. de uerbo. signif. no-
nimus in fi. & præcipuè circa dotem: ut ex̄. de do-
te post di. restit. nuper. & idem in causis aliarum
personarum: quod dic plenè ut not. secundum In-
noc. ex̄. de offi. iud. deleg. significantibus. Vigesi-
mus, ubi agitur de possessione uiolata. C. ubi de
possessione agi opor. l. unica. C. de præ. mi. si præ-
17 dium. & j̄. uersi. 30. † Quid si quis per locum
meum transiens ducit equum meum quem ego
perdidi: nunquid eum potero conuenire ratione
præsentis possessionis? Videtur quòd non: ut ff. de
iud. hæres. §. nunquid. arg. contra. eo. tit. non aliàs.
§. 1. & l. sequen. & l. ad legatum. & l. quod legatur.
§. fin. C. ubi in rem act. l. si. Dicunt quidam quòd
sequi debeo forum eius: & talis satisdabit, prout
z habetur j̄. de satisdatio. §. dicto. in principio [z] Vi-
gesimusprimus, in causa fidei. 24. q. 3. quoties. Vige-
simussecundus, cum quis alibi soluturum se promi-
sit. ex̄. de foro compet. dilecti. ex̄. de offi. deleg. P.
& G. C. ubi conueniatur, qui certo loco dare pro-
18 misit. l. unica. † Nam ibi dicitur quis contrahere,
ubi

ubi se constituit soluturum: ut ff. de bonis autor. iud. pos l. 3. §. uer. 5. Circa hoc quæritur quid si feci tibi pactum, ut posis me coram quolibet iudi-
a ce conuenire? Respon. dicit Vber. [a] quòd si oppono exceptionem iudicij declinandi, non audior, si sim laicus. si uerò oppono exceptionem loci & fori, & territorij: audior. Priuilegio enim
b fori pacto renunciari non potest. [b] 3. q. 6. non li-
c ceat. ex. de fo. compet. si diligenti. [c] Quid ergo si dictum fuit in instrumento, ut quolibet loco, & sub quolibet iudice posim conueniri: & tu uis me conuenire sub prorsus extraneo? Respon. fortè admittetur exceptio mea: ut ff. de iuris. om. iudic. si conuenire. Vel fortè non admittetur, si pactum
19 fuit uestitum cohærentia contractus. † Sed quid si promisi per stipulationem, quòd paterer me conueniri sub quolibet iudice, & quolibet loco? Respondeo, fortè teneor ad interesse, si recusauero: ut ff. de iud. si quis ab alio. §. in omnibus. & ar. ff. de præscr. uer. naturalis. §. at cùm do. ff. de contrahen. emp. Labeo. 2. Et in hoc iudicio cum renunciauerim exceptioni fori. Vel dic quòd cogar præcisè pati. ff. de no. ope. nun. stipulatio. §. siue autem secundum. Vber. arg. tamen contra: quia nihil habeo in eius territorio. ff. de iurisdi. om. iud. l. fi. Ioan. Bal. dixit quòd si sit pactum, ut posim ubicunque uel ubilibet conueniri, non ualet quo ad conuentionem: nec mihi præiudicat, nisi post litis contestationem, ut s. uersi. 10. & seq. imò ante litis contestationem possum mutare uoluntatem, & contra pactum uenire. ff. sol. ma. si cùm do-
d tem. §. eo autem tempore. & sic obtinuit Bonon. [d]
20 † Quid si sit pactum, ut ubique & ubicunque me inueneris, tenear tibi soluere, nullo tamen certo loco determinato? Ad hoc dicunt quidam, quòd per tale pactum uideor pacisci, quòd sine fori præscriptione possim conueniri ubicunque inueniar: & ubicunque me elegeris conuenire: quia ibi uideor contraxisse: ut ff. de act. & obl. contraxisse. & ita ratione contractus ibi potero conueniri. arg. C. de pactis si quis in conscribendo. & ex. de fo. compe. dilecti. ff. de admi. tu. Titium. §. 2. & ff. de bo. auth. iud. pos. l. 2. & 3. nec potero pœnitere. Nam & alicubi potest quis conueniri, licet ibi domicilium non habeat: ut ff. de iudi. hæres. ex. de fo. compe. Romana. §. contrahentes. lib. 6. Nec obstat, quòd locus incertus & indeterminatus est ab initio. Nam ex post facto poterit determinari: prout aliàs fit in debito conditionali, quod ante conditionem existentem dubium est: sed ex post facto determinatur: nec solutum ea pendente repetitur. ff. de condi. inde. l. sub conditione. Sed hoc falsum uidetur: quia quandoque promittit quis soluere, & non respondere: ut ff. de eo quod certo loco. l. 1. ubi de hoc. & l. centum. Præterea non potest quis ex contractu conueniri, nisi ubi contraxerit, uel quasi contraxerit, uel ubi habet domicilium. ex. de fo. compe. c. fi. Alij dicunt, quòd operabitur tale pactum, quòd teneatur tibi ad interesse: quia factum uideris stipulatus: & cùm factū est in obligatione, ad interesse agi potest. ff. de re iud. si quis. ff. de uerb. obl. quoties. Ar. cōtra quòd non ualeat talis stipulatio ad instar. illius, qui stipulatus est sibi fieri domum: nec dictum est ubi debeat fieri. ff. de uer. ob. qui insulam. ff. de eo quod certo loco. l. 3. §. si quis insulam. sed non est ita. Nam si dictum fuisset: tu facies domum ubicunque uoluero: bene ualeret. Item si fideiussor negatur idoneus, qui potest uti fori præscriptione. ff. qui satisd. cog. si fideiussor. Tu distingue breuiter. nam aut quis constituit se sine fori præscriptione ubique, uel certo loco responsurum & soluturum: & tunc obtinet, quod prædixi in uer. quid si sit pactum, &c. Aut constituit seu promisit se tantum responsurum: & tunc si alicubi conuenitur: potest à pacto resilire. ante litis contestationem quod dic ut s. uer. proxi. ibi, Ia. Bal. &c. & hoc in laicis.
21 & iūge hic, quod notatur j. uer. 40. & seq. † Quid si rusticus portat ad forum modicum bladi, & uendit certas mensuras illius bladi: nunquid tenetur ibi mensuras illas tradere: cum ipse fortè sit aliunde? Dic quòd non, quia actio ex empto bonæ fidei est. ff. deposi. si in Asia. §. 1. In clericis autem sic distingue. nam aut agitur de iurisdictione danda, seu prorogāda, aut de iurisdictione non declinanda. si de danda seu prorogāda subdistinguitur: nam aut clericus paciscitur simpliciter tantū, ut ubique uel coram quocunq; possit conueniri: & tunc non ualet sine consensu episcopi, et si coram ecclesiastico conueniatur: ut ex. de fo. comp. significasti. & c. si diligenti. & c. Romana. resp. 1. & si consensus episcopi in ecclesiasticum interuenerit, poterit adhuc ante litis contestationem dissentire: sicut & in laico iam suprà diximus. & s. uersi. 10. & seq. Aut paciscitur se soluturum, & iudiciū subiturum: & tunc iterum subdistingue: quia aut consentit in secularem: quo casu nil agitur: ut in prædicto c. si diligenti. & 11. q. 1. insolita. & c. placuit. Aut in ecclesiasticum: & tunc ualet cum consensu sui episcopi: ut in præ. c. dilecti. secundum quod disiuncta ibi ponitur pro coniuncta, uidelicet tunc, ideo, quia promisit se soluturum: quia uidetur ibi, ubi conuenitur contraxisse: ut s. in uers. quid si sit pactum. Conueniri enim potest quis, ubi contraxit: ut ex. de fo. compe. c. fi. cum suis concor. & non ideo, quia simpliciter promisit se iudicium ubique suscepturum, ut iam dixi. Porrò si agatur de iurisdictione non declinanda, ualet simpliciter consensus, & cogitur respondere: ut s. uers. 10. & seq. ex. de iud. c. 1. & in præ. c. dile-
e cti. ubi Abbas [e] ille promiserat se responsurum coram delegato, & certo loco: & ualuit pactum de iurisdictione non declinanda: & renunciationis priuilegij, & exceptionis fori sui: cùm delegatus ille iam haberet iurisdictionem in eum, postquam ea fuerat ei commissa: quia repræsentabat personam papæ: ut ex. de off. deleg. sanè. cuius uices gerebat. 94. di. c. 1. ex. de rescriptis. super literis. prope finem. Quod autem dixi fori præscriptionem non admitti, ubi agitur de iurisdictione non declinanda. uerum est, etiam si ante consensum iudex ille potuisset declinari: ut patet in prædicto c. de iudi. ubi. Quod uult Deus priusquam promisisset coram concil. respondere, poterat dicere: nolo coram papa causam meam agi. ex. de app. ut debitus. in fine. 18. dist. 2. propter. 17. di. huic sedi. 3. q. 1. in primis. uer. de persona. & 32. q. 5. horrendus. Item in prædicto c. dilecti. potuisset Abbas

declinare

declinare iurisdictionem delegati per exceptionē
priuilegij: nisi priuilegio renunciasset promitten
do alibi soluere, uel respondere: prout ibi dici-
22 tur. † Et nota quatuor esse necessaria [f] ad hoc,
f ut clericus possit in non suum iudicem consenti-
re. Primum, quòd ille præsit ordinariæ iurisdi-
ctioni. Secundum, quòd sit persona ecclesiasti-
ca. Tertium, quòd fiat de consensu sui episcopi:
ut in præ. c. significasti. & c. Romana resp. 1. Quar-
tum, quod fiat de consensu vtriusque partis: ut ff.
de iud. l. 1. & 2. Sed nunquid requiritur consensus
iudicis? Respondeo, non quo ad prorogationem,
sed quo ad iudicium sic: quia cùm non sit aliàs or-
dinarius eorum, non tenetur iudicare, nisi uelit. ff.
g eo. l. 2. §. 1. [g] Verum autem clericus possit foro suo
renunciare? uide infrà de conclu. & renun. uersic.
23 cui autem iuri. † Et breuiter scias, quòd cleri-
cus trahens clericum coram seculari iudice, debet
causam, id est, rem petitam perdere per sententiã:
& dabitur conuento, & priuari communione sa-
cramentorum, uel etiam fidelium: quia excom-
municabitur, nisi super hoc satisfacere uelit: ut ex
tra. de foro compe. si diligenti. & 11. q. 1. inolita.
Item clericus permittens se conueniri coram eo
in causa criminali, etiam si pro eo sit lata senten-
tia, locum suum, id est, beneficium amittat: & hoc
si habet alioquin perdat locum suum, id est, ordi-
nem: quia deponetur: & sic perdet locum, quem
inter cæteros clericos obtinet. Sed si in ciuili:
tunc perdat id, quod euicerit, id est, rem, in qua
sententialiter absolutus fuerat: si locum suum, id
est, beneficium: ut extra. de exces. præla. grauem.
maluerint obtinere. & hæc habetur in præ. c. si di
24 ligenti. & 11. q. 1. placuit. † Sed nunquid idem
est in laico clericum coram seculari trahente, ut
debeat perdere causam? Respon. sic, [illegible] .de episco.
& cleri. authent. statuimus. C. de iurisdictio. om.
iud. in criminali. C. ne filius pro pa. authent. habi-
ta. prope finem. Sed nunquid præmissa obtinent
in eo, qui clericum coniugatum trahit coram iudi
ce seculari? Respondeo, sic, si clericaliter ui-
uit, & actio sit personalis, secundum ea, quæ not.
h infrà, de cleri. coniuga. [h] † Sed cui assignabi-
25 tur res, quam perdit is, qui sic in uetito se patitur
examine conueniri? Respondeo, actori cui facta
est iniuria. nam reus se alibi non patiebatur con-
ueniri: cùm esset potens, & timeretur fortè: &
sic actor metu & inuitus illum ibi conuenit, se-
cundum B. & no. in prædict. l. in criminali. Quid
si uterque fuit in culpa? Respondeo: tunc uter-
que punietur & dabitur ecclesiæ cui facta est iniu-
ria: & eius iurisdictio spreta. Sed quomodo po-
test præmissa pœna locum habere in actore, & non
in reo? Non enim actor incidit in pœnam, nisi
post litem contest. ut no. in præ. decre. si diligen-
ti. in gloss. nunquid. Cum ergo reus clericus pas-
sus sit coram tali secum litem contestari: nonne si
militer & ipse incidet in prædictam pœnam: & sic
non erat absoluendus, imò puniendus? Respon-
i deo sic. [i] Reus enim tractus debet protestari se
esse clericum: & ideo eum non debere coram illo
respondere, & si iudex quærat vtrum hoc propo-
nat excipiendo uel petendo propter hoc à iudicij
instantia se absolui: tunc ille dicat nil peto, nec
excipio, sed protestor si iudex sibi præcipiat quòd
respondeat, vel litem contestetur: tunc protete-
tur quòd ipse respondet, vel litem contestatur
compressus viribus præfecturæ, uel metu terribi-
lis personæ, uel secularis dominij: & super hoc
testes adhibeat, uel confici faciat publicum instru
mentum. Lite ergo negando contestata, non ul-
tra procedat, sed hoc episcopo denunciet, ut illi
iudici inhibeat, ne vlterius in causa procedat:
k quo facto poterit coram episcopō petere, [k] ut
eum absoluat ab eo in quo illi tenebatur. quod e-
piscopus debet facere per præ. cap. & sic actor pœ-
nam incurret, & non reus. quod si nolit ad hoc a-
gere, dabitur sibi exceptio perpetua: & quando-
cunque ab illo conuenietur poterit ei dicere: Tu
me olim super hoc coram seculari iudice traxisti:
ideoque causam perdere debes: unde peto te con-
demnari, & me absolui super hoc quod à me pe-
tis. & super hoc est sententia necessaria, ut not.
in prædict. cap. si diligenti. & hæc habent locum
secundum illos qui dicunt quòd ante litis conte-
stationem, & non post desistere potest impunè.
quandoque tamen post solam querimoniæ deposi
tionem nequit impunè desistere: quæ dic ut in
prædicta glossa nunquid. Quid de illo qui scho-
larem uocat in uetito examine qui similiter per-
dit causam etiam iustam, ut in prædicta authent.
habita. prope fin. nunquid potest ante litis conte-
stationem pœnitere? dic ut in ea. auth. no. Quali-
ter quis se obijciat alterius iurisdictioni, & quali-
ter in eum sententia feretur, notatur infrà, de con-
clu. & renuncia. uersiculo ultimo. Regulariter
l autem tenendum est quòd ipso iure [l] clericus
non potest coram seculari iudice conueniri: quod
dic ut suprà de reo. uersicu. Item clericus. & iunge
26 quod ibi no. † Sed pone: clericus dedit laicum
fideiussorem pro se in contractu mutui: quæritur
utrum fideiussor possit conueniri coram seculari
iudice. Et videtur quòd sic. Ad hoc enim dantur fi
deiussores, ut melius cautum sit creditoribus. ff.
qui satisda. cog. l. 1. & 2. & resp. 1. Hinc est quòd si
pupillus sine tutoris autoritate compromittit, &
fideiussorem præstiterit, peti potest pœna à fideius
sore, ad quam aliàs pupillus non teneretur, nisi fi-
deiussorem præstitisset. argu. ff. de arbi. si pupillus.
Præterea, iste creditor secutus fuit personam fi-
deiussoris, & non clerici cum quo non erat aliàs
contracturus. C. si tu. uel cura. inter. si creditor.
Item hoc est personale priuilegium, unde perso-
nam non egreditur. C. de excu. mu. l. sordidorum.
argum. contra: quia exceptio quæ competit princi
pali, competit & fideiussori. Item non intelligi-
tur obligatus in duriorem causam, quàm principa
lis. ff. de fideiusso. Græcè. §. si quis pro pecuniaria.
& contra legem datus est: unde videtur quòd non
ualet. 10. dist. uides. C. de legi. & constitu. non du-
27 bium. sed prius dictum uerius est. † Quoniam per-
sonales exceptiones ad alios non transferuntur. ff.
de excep. l. exceptiones. respon. 1. Reales verò sic:
& ibi, &c. Vicesimustertius si iudex secularis sit
negligens. extra. de fo. compe. licet. uersicu. dum-
modo. & c. seq. in fi. Vicesimusquartus cùm suus iu
dex recusatur extra. de foro compe. si quis contra.
Vicesimusquintus in compromissis. extra. de ar-

bi. per totum. Vicesimussextus, ratione ultimæ
voluntatis : vnde fideicommissum petitur, vbi re-
lictum est. C. ubi fidcicom. pe. potest. l. vnica. ff. de
iudic. hæres. Resp. & l. si fideicommissum. & lega-
tum petitur vbi est: nisi hæres dolo eum inde sub-
duxerit. Tunc enim dabitur ubi petitur. ff. eo. quod
legatur. Vicesimusseptimus in causis rusticorum
& seruorum ecclesiæ, quorum causæ ad ecclesiam
spectant. Et idem in alijs laicis ad forum ecclesiæ
spectantibus. 89. distinct. iudicatum. 12. q. 2. eccle-
siarum seruos ex. de fo. compe. nullus. Idem etiam
est de colonis ecclesiæ, ut C. de episco. & cler. l. 2.
& C. ubi. causæ fisca. uel di. do. ho. quæ eius agan-
tur. l. si quis. Sed illa possunt intelligi super rebus
quas ab ecclesia tenent. secus autem si conuenian-
tur ex delicto vel contractu, licet prædicta l. si
quis. indistinctè loquatur. An autem conductores
possunt illi priuilegio renunciare habes ff. de iur.
immu. semper. §. conductores. secundum Vber.
Xxviij. in peregrinis & mercatoribus, & agricul-
toribus, & mare nauigantibus. & alijs, ex. de treu.
& pa. innouamus. 24. q. 1. si quis Ro. & cap. sequen.
ex. de peregri. c. unico. ex. de rap. excommunica-
tioni. quod dic ut plenè secundum papam ex. de of
m fic. deleg. significantibus. m Xxix. cum agitur de
28 feudo ecclesiæ ex. de fo. comp. uerum. † Xxx. cùm
clericus impetrat contra laicum, quod de consue-
tudine fit in curia indistinctè. ex. de iudi. c. fina ex.
de alie. iu. mu. cau. fac. c. fi. & sic intellige ex. de fo-
ro compe. ex transmissa. De stricto iure tamen
laicus uel clericus non potest contra laicum im-
petrare. argum. 11. quæst. 1. clericus siue laicus.
argum. contra. ea. q. iudices. & ex. de sen. excom.
graue. ex. de arbi. innotuit. Sed illa intellige secun
dum do. meum. de his quæ ad ecclesiasticum fo-
rum pertinent ratione rerum uel personarum, ut
ex. de uerb. sign. nouimus. §. fi. ut sunt causæ spiri-
tuales siue criminales ecclesiasticæ : de quibus su
prà uersic. secundo dictum est. Sed & hæc secundũ
quosdã uera sunt, cum agitur de proprietate rei.
nam super possessione rei ad forum ciuile spectan-
tis potest laicus impetrare : quia super ea potest
coram quolibet iudice quæstio uentilari : argum.
C. qui legiti perso. ha. l. fi. ex. de fo. compe. ex parte
B. reginæ. & no. ex. de iud. cæterum. & supra. uersi.
20. Alij tamen hoc intelligunt coram ordinario,
& non coram delegato : arg. contra de appel. cùm
29 teneamur. † Sed pone : clericus trahit laicum co-
n ram delegato autoritate apostolica. Dominus n
uel iu lex secularis illius terræ mandat delegato quod
supersedeat : cùm ille laicus sit de sua iurisdictio-
ne, & moretur in terra sua & ipse paratus est cle-
rico reddere de illo iustitiæ complementum: quæ
ritur an delegatus debeat supersedere. Et uidetur
quòd sic, extra de foro. compe. si clericus. ubi de
hoc. & c. ex tenore. dic contra secundum. P. hoc e-
nim introductum est in consuetudinem propter
negligentiam secularium in reddenda iustitia per-
sonis ecclesiasticis, ut eo. tit. cùm sit generale. sed
contra. eo. tit. ex tenore. sed non est contra : quia
causæ uiduarum non spectant immediatè ad eccle
siam : causæ uerò clericorum sic, secundum P. &
uide suprà, uersicu. 8. Xxxj. vacante Imperio co-
gnoscit papa, uel eius delegatus de feudo. extra,
de fo. compe. licet. uel etiam regno uel principatu
superiorem non habentibus : ut 15. quæst. 6. alius.
Item & extra de elect. cùm inter uniuersalis. in fin.
quod ideo est : quia est ordinarius omnium fide-
lium : ut infra, §. proxi. Vel dic quòd regnis uacan
tibus papa se non intromittet, nisi quando in mo-
o dum denunciationis petetur secundum papam o.
Quid de legato sedis apostolicæ? De hoc suprà de
legato. §. nunc ostendendum. uersicul. 19. Xxxij.
cùm quid imminet difficile, uel ambiguum inter
iudices : recurritur ad ecclesiasticum, ut extra. qui
filij sint legi. per uenerabilẽ. §. rationibus. Xxxiij.
si consuetudo, uel etiam priuilegium dat iurisdi-
ctionem domino super familiam, illud seruetur.
extrà, de fo. compet. cùm contingat. de off. arch.
cap. fin. Xxxiiij. ratione pacis : quia tunc intro-
mittit se ecclesia de qualibet causa, ex. de iudic.
nouit. Xxxv. ratione connexitatis cognoscit ec-
clesia & committit, ut patet in dote. ex. de do-
na. inter uirum & uxo. c. 1. & 2. de prudentia. & c.
nuper. & de fo. compe. ex parte. imò etiam iudex
ecclesiasticus cognoscit principaliter de dote.
quod dic ut not. secundum Innocen. in præd. cap.
p de prudentia. p Xxxvj. quando ordinarius re-
cusatur : quia tunc episcopus associatur : in auth.
ut diffe. iudi. columna nona, §. si uerò contigerit.
C. de iudi. authent. si uerò. Xxxvij. ratione lo-
ci : unde Romæ : quia communis patria est, conue
nitur quilibet qui non habet ius reuocandi forum,
ff. ad muni. Roma. quinta quæstione secunda, uoca
tio. ex. de fo. comp. c. fi. de dila. c. fin. 9. q. 3. cuncta.
ff. de iudi. si is qui Romæ. de qua reuocatione uide
supra de reo. uersiculo item legati. & sequen.
Xxxviij. ratione professionis. C. de aduo. diuer. iu
di. l. fi. in auth. col. 6. ut clerici apud proprios episc.
com. Xxxix. ratione administrationis : unde ar-
gentarius ibi cogitur rationem reddere, ubi ar-
gentariam exercuit. ff. de eden. prætor. is etiam
q qui. Xl. ratione domicilij, q ut C. ubi de ratio.
agi opor. l. 1. ff. de bo. authent. iudi. pos. l. prima, &
secunda, scilicet ubi habet maiorem partem fortu
narum suarum, nec inde est discessurus. ex. de foro
compe. c. fi. & c. ex parte B. reginæ. ff. de iud. hæres
absens. §. proinde. & §. seq. & l. fideicommis. §. fin.
C. lib. 10. de incolis. ciues. ff. ad munici. domicilium.
30 † Sed quid si debitor uagatur per mundum : nec
habet certum domicilium? Videtur quòd ubique
conuenietur : alioquin creditor fraudaretur. arg.
ff. de ope. lib. quod nisi. §. fin. ff. de his quæ in frau.
cre. ait prætor. §. si debitorem. unde ubique re-
spondebit & satisdabit. ff. de iud. l. 2. §. pe. arg. præ.
l. ciues. in fi. Super hoc dic ut supra uersicul. 22. &
r seq. r † Sed pone s : quidam Lucanus perpetuò à
31 Lucana ciuitate bannitus, quendam Florentinum
s in districtu Lucano spoliauit : nunc spoliatus inue
nit spoliatorem in ciuitate Pisana : quæritur u-
trum eum ibi possit accusare? Et uidetur quòd
sic : quia criminosus potest vbi inuenitur conueni
ri. C. vbi de crim. agi opor. l. prima, in fin. Cùm e-
nim non possit Lucam uenire, uidetur exilium pas
sus : & sic Pisis poterit conueniri : argum. ff. de eo
quod certo loco. l. prima. Ad idem ff. de excu. tut.
sed & milites. §. scribit autem & Vlp. sed & igno-
minia. quasi uagabundus. arg. C. ubi quis decu. uel
cohor.

cohor. aliaue condi. l. vnica alioquin bannum sibi
datum ad pœnam, esset ei ad præmium: quod esse
non debet. ff. de nego. gestor. siue hæreditaria. ff.
de inter. & releg. l. relegatorum. in fin. ne malefi-
cium remaneat impunitum. ff. ad l. Aquil. ita uul-
neratus. ex. de sen. excom. ut famæ. quia si eum po
nimus relegatum, uidetur Pisis ubi moram trahit
habere domicilium necessarium. ff. ad muni. filij
lib. §. relegatus. Præsertim si ibi spolia reperiun-
tur, ut ff. de iudi. quod legatur. C. ubi de cri. agi
opor. auth. qua in prouincia. Ad idem. C. ubi cau.
sta. si ex possessione. ubi dicitur quòd seruus non
potest dici habere domicilium. & facit C. libro 10.
de decur. generaliter. argum. contra, quòd non ha-
bet Pisis domicilium nec maiorem partem rerum
suarum, nec ibi deliquit, quibus casibus regula-
riter quis forum sortitur. C. libro 10. de incolis. ci-
ues. C. ubi sena. uel cla. l. 2. ex. de foro. compe. c.
32 fi. Super hoc dic ut in quæstione sequenti. † Quid
si aliquis Senensis uult conuenire ciuiliter Senis
aliquem Florentinum propter guerram de Floren
tia expulsum: nunquid potest non obstante fori
præscriptione, cùm ibi moretur? Videtur quòd
sic: argum. ff. de his qui sui uel alie. iu. sunt, l. 2. ff. de
ope. li. quod nisi. §. fin. ff. de his quæ in frau. credi.
quod ait. §. si debitorem. ff. de iud. eum qui. Ar-
gumentum contra: cùm sit in fuga. ff. de ser. ex-
por. si Titius. respon. 1. in fi. imò uidetur quòd so-
lum apud Florentiam conueniet illum, arg. C. ubi
de hæredi. agi. l. prima. Non enim uidetur uaga-
bundus & sine domicilio. ff. ad muni. ei qui. præser-
tim si comparemus eum relegato. ff. de mino. Pa-
pinianus. ff. ad muni. eius. §. fi. Item iste non est de
modis quibus quis sortitur forum. ff. de his qui
sunt sui uel alie. iur. patre. Solutio. Dicunt qui-
dam, quòd si sit spes quòd citò redibit, non conue
nietur Florentiæ sed Senis: aliàs secus. argumen.
t ff. de iudic. si longius. Alij dicunt [t] quòd si bona
Florentini publicata sunt, non poterit alicubi con
ueniri: sed fiscus seu commune Floren. si habet bo
na conuenietur. ff. de capi. di. 50. pertinet. l. tutelas.
§. si libertate. & §. fi. C. de fideius. l. prima, sed si il-
le retinet bona, uel partem eorum: potest Floren-
33 tiæ conueniri. † Quid si debitor [u] tempore con-
u tractus habet domicilium Tholosæ, & postmodum
transfert se Narbonam: nunc creditor uult eum
conuenire Tholosæ ratione contractus: ut extra,
de foro. compe. c. fi. C. de iuris. om. iud. iuris ordi-
nem. ff. de iure dot. plerunque. debitor uult conue-
niri Narbon. ratione domicilij? Respondeo, credi-
toris est electio loci & iudicis. ff. de eo quod certo
loco. non vtique. Item tempus contractus in-
spicitur. ff. de uer. ob. si filius. ex. de elect. dudum. 1.
Sed nunquid sufficit: eum citari Tholosæ ad do-
mum, in qua morari solebat? Videtur quòd sic. ff.
de dam. infec. l. 4. Tu dic eum citari debere, ubi
nunc moratur. C. ubi in rem act. l. 2. & fin. C. de bo.
authen. ind. pos. authen. ei qui. & ille iudex citabit
x prout no. suprà, uersic. sed quomodo. [x] Xlj. ratio-
ne manumissionis, unde libertus sequitur forum
y patroni. ff. ad muni. si quis. §. nisi. [y] & l. assumptio.
§. fin. Xlij. sortitur quis forum ratione originis
propriæ vel paternæ. ut ea. l. 1. §. 1. & C. de munici.
& ori. filios. & l. seq. libro 10. & in prædict. l. assum-
z ptio. §. primo, & l. libertus. §. patris [z]. † Quid er-
34 go si aliquis Narbo. factus est habitator Biteren.
vbi etiam habuit filium, qui filius inuenitur Nar-
bonæ: nunquid ratione paternæ originis ibi pote
rit conueniri? Videtur quòd sic: ut in prædictis
concordantijs. Sed dic uerius, quòd sortitur fo-
rum ratione paternæ originis quo ad honores &
tutelam: ut C. ubi pe. tu. l. prima, nota in præ. l. as
sumptio. §. 1. & summa Azo. de iure immu. prope
fi. Item quod si Narbo. habitauit per decem annos
in ciuitate Biteren. & ibi contraxit cum T. deinum
reperitur Narbonæ: nunquid ibi sortitur forum
ratione suæ originis? uidetur quòd sic. C. de muni.
& ori. continue. lib. 10. & in prædic. l. assumptio. &
hoc tenet Acc. prout ibi notatur. Azo tamen no.
in Summa de iuris. om. iu. §. pe. quòd non. & præ-
missa uera sunt quo ad honores & munera. C. ubi
a pe. tuto. l. 1. [a] Xliij. ratione militiæ. ff. ad muni. mu
niceps. §. fin. Xliiij. ratione matrimonij mulier se-
b quitur forum [b] uiri. C. lib. 10. de incolis. l. fin. ff. de
iuris. om. iudi. cùm quædam. ff. de iudi. exigere. ff.
ad muni. l. fin. §. 2. & l. ea quæ desponsata, secus in
concubina. ff. eo. de iure. §. fi. Xlv. ratione cursus
decennij quo quis moratus est in studio. C. lib. 10.
c de incolis. l. 2. [c] Xlvj. si plures sunt tutores diuer-
sarum iurisdictionum, omnes coram uno iudice
potest pupillus conuenire, ut C. arbi. tute. l. omnes.
35 † Quid si pupillus factus adultus uelit eos coram
diuersis conuenire: nunquid ipsi possunt petere
ut sub uno conueniantur? non uidetur, quasi hoc
sit in fauorem pupilli inductum. 26. q. 2. non exem
plo. ff. de legi. quod fauore. Sed dic contra. ar. ff. de
quibus re. ad eundem iudic. ea. l. fi. ex de rescriptis.
c. dispendia. Qualiter ergo fiet si tutores diuersos
habeant iudices? Respondeo si omnes gesserunt tu
telam in eodem loco, planum est: quia omnes ibi
conuenientur, ut in præ. l. omnes. & ff. de iudi. hæ-
res. §. 1. Si uerò quilibet gessit in suo loco omnes
simul coniunguntur: & omnes loco unius habe-
buntur, ut ar. ff. de excu. tu. iurisperitos. §. 1. & est
ad hoc simile quod dicitur de pluribus super ea-
dem præbenda litigantibus. supra de accu. seu pe-
ti. §. super actionibus. uer. quid si plures. Xlvij. ra-
d tione consuetudinis. ut supra, in prin. huius titu. [d].
Xlviij. sortitur quis forum alienum, & facit suum
ratione actionis. C. ubi in rem actio. l. fi. Xlix. ratio
ne negotiationis. ff. de iud. hæres. §. si quis. L. ratio
ne constitutionis. ff. ad muni. non utique. Li. ra-
e tione temporis. C. lib 10. de incolis. l. 2. [e] Lii. ratio
26 ne dignitatis. ff. ad muni. filij. §. pe. † Licet autem
regulariter uerum sit quòd sententia à non suo iu
dice lata non tenet, ut ex. de iud. at si. C. si à non
comp. iud. l. fi. 11. q. 1. in clericorum. tamen fallit
in præmissis casibus; quia per pactum suum factus
est de iurisdictione iudicantis. quos ideo tam ple-
nè colligimus: quia quandoque magis expedit acto
ri conuenire reum sub eo: de cuius iurisdictione
factus est ille, quàm sub ordinario. Quæ autem hic
desunt, uide supra, de reo, & supra de actore. Vt au-
tem scias qui iudex debeat adiri, uide supra de iu-
ris. om. iud. ad fi. uer. & breuiter. per totum.

ADDITIO.

a Suum. Enumerauit Tancredus primos 14. & 37. & 40. & 44. sed illos non sic prosequitur Hostiensis. de foro compe. §. 2. posuit multos casus, de quibus in principio posuit quinque uersus, sed vltra medium §. propter alios casus addidit 7. versus.

b Sua. De qua sumpta fuit decre. ult. de foro compe. lib. 6. vt ibi no. in 1. gl. omnino uide quod ibi plenè scripsi, super ult. gl. ubi declaratur quomodo est utriusque fori. & hoc ordinarius sequeretur, quod procedit de adulterio.

c C. 1. Vide quod not. de purg. can. c. nos inter. in 1. glo. & quod super ea dixi: & quod not. in clem. de hæreti. ad nostrum. versic. 7. & in 1. glo. & 2. & in quæstione quam posuit super regula, sine culpa. de reg. iur. lib. 6. in solutione tertij articuli in ordine primæ quæstionis.

d Experientia. Et præcipuè si laicus reconuenit. Super quo uide quod scripsi de iudi. at si clerici. super 2. gloss.

e Promisit. Si dicas ubi promisit, s. soluere: uide infra uersi. quid si pactum. Sed si dicas, id est, promissionem fecit: intellige de illo, qui moram traxit: aliàs secus: ut probat §. statim allegatus. & ead. l. §. at si quis. cum duobus. §. seq. & §. fina. ubi si in prouincia habuerit domicilium & prouincia ibi fuit locus promissionis: unde si in loco quo promisit, non habuisset domicilium, uel quasi, non posset ibi conueniri. Facit ff. de arbi. si cum dies. §. penult. Et per hunc modum concordant opiniones in hoc contraria. not. C. ubi conue. qui certo loco soluere promi. l. una. & ff. de bo. auth. iud. pos. l. 3. ubi est expressum non ponderari locum, in quo negotium est: sed ut ibi dicit glos. Tenentes contrarium supplent ibi, tantùm, & hos sequitur Simon Vicen. in l. 2. suprà de iurisd. omnium iud. Allegant etiam ubi de possess. agi. oper. l. una. Sed aliud in delictis, quàm in contractibus: ut ibi per Cyn. Vtraque ergo opinio sic uera, quòd extra domicilium locus, ubi fit promissio, tunc attenditur, cùm ibi moram traxit habendo tabernulam, armarium, officinam, uel aliquid tale: ut in prædicta, l. hæres. aliàs non. Adde secundum Angel. quòd licet ratione contractus iurisdictionis alicuius iudicis sit prorogata: tamen si contrahens conueniatur alibi ratione contractus, non potest declinare forum, si alia ratione ibi conueniatur. allegat glossa in l. fideicommiss. §. tractatum. de iudi.

f Commisit. Quæstionem quando in finibus duarum iurisdictionum duo existentes, quisque in altera simul contrahunt, uel alter in alterum delinquit: uide in regula, in obscuris. de reg. iur. libro sexto, & aliquid per Cy. C. ubi de possess. agi oper. l. una.

g De facto clerico post delictum, uel post conuentionem, plenè dixi de obl. ad ratio. c. uno. super gl. ratiocinijs. Adde Oldra. consil. 4.

h Iurisdictionis. De priuilegio exemptionis impetrato post citationem, scripsi post glo. de priuil. cap. 1. lib. 6. in 1. gloss.

i Concor. De hoc not. in clem. de re iudica. pastoralis. ultra medium. uersicu. quòd si punitio. in gloss. sed nunquid. Et quare in contractibus non fiat remissio, scripsi de foro competen. Romana. §. contrahen. super gloss. dicebat. & per Cynum in auth. quæ in prouincia. in 5. quæst. ubi etiam tenet Guid. de Suzar. quòd siue sit ciuitas, siue castrum habens merum imperium, illuc fiet remissio: & si esset insula, remittetur ad ciuitatem, uel locum, qui habet in illa merum imperium. ff. de iudic. l. insula. ne quid in loco publico. l. litora. ff. de municip. l. qui ex uico. Remissio autem fit non obstante, quòd paratus sit stare iuri Mutinæ, per iura statim allegata. & per authen. quæ in prouincia. & ff. de offic. præsi. l. 3. secundum eum. Dicit tamen, quòd si propter inimicorum potentiam uenire non audeat, nisi Bononiæ index sibi securitatem det, uel locum tutum in sua iurisdictione, ipse non esset contumax. Allegat ff. de excus. tuto. l. sed & milites. §. scrib. autem. & ult. ita, sed & ignominia. ad Treb. de atate. de arbi. si cùm dies. §. si quis. Sed uide quia contraria est sibi. l. ff. si quis caut. l. quarta, §. illud. sed intelligatur ubi non subest talis timor. Adde quòd Barto. in l. sepulcri. ff. de sepulcro uio. dicit, quòd de consuetudine Italiæ non habet locum remissio. Idem tenet Angel. de Aret. in tracta. maleficiorum. in uerbo, iudex commisit quòd Titius. Limita tamen & per Bald. in l. secunda. C. de furt. & uide Angel. consil. 27. ubi ponit de quodam non supposito iurisdictioni Anconæ, qui similiter non suppositum occiderat, & fuerat coram Potestate Anconæ accusatus, & ibi detentus, & homicidium confessus: an per ipsum Potestatem posset puniri. ubi etiam tenet, quòd si ex ludo quis aliquem interficiat, non uenit criminaliter puniendus.

k L. 3. Vide quod scripsi de rescrip. super literis. post glossas, uersicu. quærit Innocen. cum sua remis. & ibi duplicatur hæc quæstio. Prima, quando

do ignoratur, ubi deliquit. Secunda, quando certum est de loco: sed reus negat locum illum esse de iurisdictione eius, uel per eum possessum. Hoc scias, quòd si certus est locus delicti, sed est in finibus, nec ullo modo patere potest, ad quem spectet: tenet Guido in authen. qua in prouincia. quòd uterque cognoscet. Allegat ff. de excus. tut. in iurisperitos. §. 1. de hoc dicam infra de rapto. super uer. sed pone inter. Adde tu hoc etiam uerum & communiter teneri. quòd ubi delictum est commissum in confinibus, uterq; est iudex, & po' est uterq; cognoscere & punire: ut in dicta l. iurisperitos, &c. tamen ne contrarias ferant sententias, debet conuenire, & adinuicem concordare præfati iudices: ut tenet Bal. post alios in dicta l. iurisperitos. §. cum oriundos. ff. de excu. tut.

l D. lectus. Dicebat Gui. de Suza. in litera q. & super authen. qua in prouincia. C. ubi de cri. agi opor. quòd cum accusator teneatur exprimere locum: ut in l. libellorum. ff. de accu. & iudicium reddatur in inuitum. ff. de uerbo. oblig. inter stipulantem. §. 1. accusatus respondebit ibi super crimine, quòd si apparebit alibi commissum, patebit ab incompetenti iudice processum: & non ualebit. C. si à non compet. iudi. l. fina. Adde tu de hac quæstione uidendum do. Abb. Sicu. post alios nouissimos, post ipsum in c. super literis. extra, de rescript.

m Et sequen. Antequam exeamus forum delicti aliquid addamus. Iacob. de Bel. quæstionem disputauit de Florentino, qui Bononiæ bannitus est propter homicidium, quod ibi commisit: & bannum habet, quòd si ueniat in fortiam communis Bonon. sibi caput amputetur, & bannum tale detur propter contumaciam: querebat an de eodem homicidio posset accusari Florentiæ. Et quia in uoluminibus habetur, quod in solutione contrariorum accidit: super l. prima. C. ubi de crimine agi opor. & etiam in uolumine quæstionum suarum, non instabo: sed breuiter solutio eius est, quòd accusari possit Florentiæ: quia per bannum non datur sententia condemnatoria, uel absolutoria. Et meritò: quia nec lis est contestata, nec cognitum de crimine. Est igitur pœna contumaciæ nullum habens effectum, si non redingrediatur districtum Bononiæ: & sic uere crimen remanere posset non punitum. Cum ergo iudex domicilij possit de crimine cognoscere: ut prædicta l. primæ. C. ubi de crimine, & eodem tit. l. 2. & ff. de custo. reo. non est dubium. Nec mirum: quia & hoc potest in contractu, ut infrà dicam, ergo fortius in delicto. Tum ergo, quia iudex congruus: tum quia crimen non est punitum, maximè in aduena: quia si in loco domicilij & originis manere possit, parum curat non ingredi Bono. Item banna ista non sunt de iure communi, sed municipali: de quo quid ad iudicem Florentium? non plus insto. ubi uide. Longe prius Odof. disputauerat de Lucano, qui Pistoriensem Pistorij interfecit: Potestas Lucanus inquisiuit de maleficio, & inuenit per testes & per confessionem partis maleficium fuisse commissum Pistorij: quærebat an condemnare posset illum quòd non posset, inducebat regulam, nullum sine accusatore damnari. ff de mune. & honori. rescripto. § si quis. & qua in prouincia quis deliquit, &c. C. ubi de crimine agi opor. authent. qua in prouincia si ibi debet iuri subiacere: ergo non alibi. ff de fun. instrum. quæsitum. §. idem respondit. Ad idem l. 1. C. ubi sena. uel cla. Item, quia iudex domicilij punire non debet, inuentum est remedium remissionis, de quo supra uersi. 6. Item Pistorien. in cuius territorio factum fuit homicidium, principaliter contingit iniuria, qui & pater ciuitatis dicitur, in authenti. de armis post prin. colla. 6. ut iud. sine quoquo suf. §. eos autem. & §. sciant. col. 2. Ad ipsum ergo pertinet delinquentem punire. in authen. de man. princip. §. quòd si delinquentes. col. 3. ff de iniurijs. quòd si unius. §. quod ait prætor. In contrarium adducit. l 3. ff de offi. præsi. in authen. ut iud. sine quoquo suffra. §. uolumus. Item ut dicit l. 1. C. ubi de cri. sic est per tempora intellecta, quòd crimen tribus locis cognoscitur: & punitur ubi delinquit, ubi domicilium habet, & ubi ex consensu suscepit iudicium, & minimè sunt mutanda, &c. ff. de legi. l. minimè. Item cum hoc sit in contractibus scilicet, quòd iudex domicilij cognoscit. ff. de iudi. l. hæres absens. in fin. fortius, uel saltem æque in delictis: cum hæc duo quo ad ius fori sint paria. ff. de iudic. l. omnem. Nec enim tollitur primi iudicis iurisdictio per accumulationem alterius. C. qui po. in pign. hab. l. assiduis. Cum igitur prædictus §. quod si delinquentes. de mand. princip. simpliciter dicat, quòd iudex puniat delinquentes: ergo ubicunque delinquentes: dummodo sint suæ iurisdictionis. ff. de serui. urba. prædi. l. si seruus. Item sicut per accusationem de hoc crimine cognosceret, sic & per inquisitionem cognoscere poterit. ff. de offic. præsi. l. congruit. in authen. de collato. §. iubemus. authen. colla. 9. per quæ uidetur ex legis præcepto ad id arctari. Soluit per id, quod nunc de tribus locis dixi dubium non esse, quòd coram Lucano iudice poterat accusari. Dicit autem quòd inquirere non potuit, per §. si quis accusatore in princip. allegatum. Plus dici

quòd esset etiam casus, quo iure communi uel municipali posset inquiri sine accusatore, de quibus infra de inquisitio. §. quando autem. in princip. ubi alia remissiones habentur: illud tamen restringeretur ad delicta in sua iurisdictione commissa. Quod sic ostendit: Quando alibi delinquens accusatur coram iudice domicilij, ipse non cognoscit ex eo quòd delinquit, sed ex eo quòd de suo foro audiuit accusantem, & ex eo capite punit illum ex delicto, si prebetur: sed inquisitio delicti principaliter concernit delictum, quod non contingit iudicem, ex quo alibi est commissum. Ille ergo iudex delicti est ille, ad quem spectaret inquirere. Leges ergo uolentes delinquentes puniri, loquuntur per uiam accusationis, uel inquisitionis duobus concurrentibus: quod sit casus quo possit inquiri, & quod delictum in suo territorio sit commissum, secundum eum, & iura canonica, quæ latius permittunt inquisitiones, procedant in suo foro. Adde quo ad q. Iac. de Bel. Bart. in l. sepulcri. ff. de sepulcro uiolat. Quo uero ad q. Odofr. maximè quòd iudex originis uel domicilij inquirere non possit de delicto commisso per eius subditum in alieno territorio: dic quòd uerum tenet Bart. in l. cunctos populos. C. de summa trinitate & fide catho. Bald. consi. 190. incipiente, præfati excellentes doctores. & consi. 418. incipien. Quidam cap. lib. 3. ubi refert Ioan. And. hic, & ibi ponit unam quæstionem de quodam Treuensi, qui in ciuitate Fulginij occidit Fulgentinū: & Potestas Fulginij condemnauit eum in mille: in contumaciamque si non soluerit intra decem dies, postquam in fortiam communis Fulginij peruenisset, amputaretur sibi caput: bona etiam, quæ ibi habebat, fuerunt publicata. Potestas etiam Treui fecit inquisitionem, ac eundem condemnauit in mille in contumaciam: demum captus fuit per officiales Treui, quo capto commune Fulginij intra tres dies ipsum liberauit: quærebatur an Potestas Treui posset facere condemnationem siue executionem. Bal. ubi suprà arguendo ad partes. concludit quòd melior sit conditio occupantis: & quòd ille dicatur occupasse, qui in bonis fecit executionem, & consequutus est solutionem.

n Agere. Supple contra Narbo. propter uer. seq.

o Actor. L. ult. est contrarietas doctorum in expositione istius rubri. uide in pra. decre. dilectus. 2. de rescrip. super fin. 2. glo. & ibi plena remissio communiter tamen neutra illarum expositionum tenetur. quæ dat alteri foro primum conuentionis gradum: sed tenetur, quòd in hac lege not. scilicet quòd actoris sit electio, an coram iudice domicilij, an rei litigiosæ conueniat reum.

p Vber. Vide supra de actione uel petitione. §. in anterioribus. in prin.

q Contrahentes. Vide quæ ibi plenè scripsi super uerb. citati.

r Compe. Post prin.

s Contractus. Hoc ibi scripsi super 1. glo. ubi etiam in fi. remisi ad ea, quæ scripsi, de dila. c. 2. in gloss. hic habes.

t In fi. Ibi uidetur tenere huius contrarium: sed de domino temporali, non de domino feudi loquitur: ut etiam ibi dicam.

u Forum. Melius diceret domum, ut dicit lex, quia de illo foro erat.

x Literis. Non instat in hac propter rubricam specialem, quam de hac ponet infrà.

y Respon. 1. lib. 6.

z Subest. Si dicas reum subesse, non uidetur dubium: cum illius iurisdictio eo casu non fundaretur super consensu partium: sed fundabatur super iure communi. & sic non obstat quod not. in L. si per errorem. in ulti. gloss. ff. de iurisdic. om. iud. & quod not. Azo. eod. tit. in fi. primæ colum. quòd sufficit alterius solius error. Illud enim uerum, quando erratur in non iudice causa. Tunc enim sufficit alterius error, dato quòd alter non erret, scilicet quòd bene scit eum non iudicem. Illo enim casu, cum necessarius sit consensus ambarum partiū, ex quo pendet talis iurisdictio, altero errante deficit iurisdictio: ut in l. 2. ff. de iudi. Adde Bal. consi. 141. lib. 2. & ibi an debeat uti statutis proprijs.

a Requisitus. Albe. Pap. allegat. C. de iure deli. cum aliquis. Adde ut per Abb. in c. nouit. de offi. deleg.

b Pone. Ibi remisi ad decre. nouit. de offic. lega.

c Quid. Iste uer. & sequens fuit additio & ad literā ponit Gui. de Suzar. in l. 1. C. de iurisdict. om. iud.

d Conuenit. Dicunt ergo isti, quòd si quæritur de iurisdictione quærenda iudici, necessaria est contestatio, per hanc legem si de obligatione quærenda parti contra pœnitentem, aut interuenit inter partes stipulatio: & tunc oritur obligatio & actio in stipulatu ad interesse. ff. de re iudi. si quis ab alio. §. fin. Aut non interuenit, nisi nuda conuentio: & tunc non oritur actio. Si quis tamen interest, ageretur de dolo. ff. de dolo. l. fi. Tamen mihi aquè distinguendum uidetur inter iurisdictionem reuocabilem & non reuocabilem: nam si uerum est, eum ante contestationem non habere iurisdictionem: ergo nec ualere deberet contestatio coram eo facta. Item quid dicemus, si coram eo super ineptitudine libelli, uel alia dilatoria litige-

tur

tur per annum, diceturne factum coram non iudice? tu dicis, pœnitere potest. Certe ordinarius delegans pœnitere & reuocare potest etiam post litis contestationem, impeditne hoc quin delegatus fuerit iudex, & ualeat processus eius: & sic dicendo saluatur opinio, quam improbat glo. ult. in l. si per errorem. de qua infra §. fi. Ex quo igitur neutra pars pœnituit, bene procedat hac solutio. Pœnitentiam autem non impediret stipulatio, per hanc l. si conuenerit. & uide infra uer. sed quid si promisisti. & uersi. seq. & quod in eis dicam. & in uer. circa hoc.

e Sancimus. Idem Guli. ubi supra allegat etiam. ff. de iudi. l. uenditor. §. 1.

f Eum. Solue ut not. in regula, factum de regu. iur. lib. 6. in 1. glo.

g Consensu. Intellige de partibus, quarum causa est illi commissa. Alij enim uel etiam tertius cum altero ex litigantibus, non possent iurisdictionē delegati prorogare, ut in decre. P. & G. de offi. deleg.

h Sic. Hoc tenet Cyn. in l. si qui ex consensu. C. de epis. audien. sub uer. ante pen. illa ratione: quia idē iuris esse debet de dotis augmento, quod de dote. ff. de pact. dot. inter socerum, §. si cum pater.

i Finire. Quasi dicat, quòd id esset absurdum, cum non ab eo, sed à partibus illam partem habuerint.

k §. 1. Quaeritur an ordinarius delegans prohibere possit delegato, ne recipiat prorogationem ultra tempus, quo commisit decidendam, uel partibus etiam, ne prorogent ultra terminum ab eodem limitatum. l. 2. ff. de indi. §. fin. & index dicit hanc prohibitionem posse fieri per principem. Videtur ergo per hoc alijs illam esse prohibitam. eo. tit. cum prætor. Gui. de Suzar. in eod. §. tenet contrarium: quia sicut delegatus principis fungitur eius uice: sic & delegatus alterius ordinarij, nec transit in eum plus iurisdictionis uel potestatis, quàm ipse committat. Allegat ff. de offici. eius, cui mand. est iu risdicti. l. 1. C. si à non compe. iud. l. 1. Facit ff. de officio deleg. c. uenerabili. de rescrip. cum dilecta. idem Baga. sui operis charta 1. ad fi. Sed generalius quaero, an ordinarius partiū possit prohibēdo impedire prorogationē alterius iudicis. Cyn. hoc tractat in l. si quis ex consensu. C. de epis. audi. Sed dic ut in 5. q. & breuiter allegationes quas posui, tendunt ad hoc, quod aliquid per id honori uel commode suo detrahitur in sportu. 3. q. 3. induciæ. §. offeratur. forte in sigillo: ut in cle. de elec. statutum. Tenet cum Petro quòd nō poterit beneficiū alijs iudicibus commune impedire uel tollere, nec auferre quod dat lex. ff. de adep. si arrogator. sicut nec impedire posset, ne compromitterent, quæ res libera est. ff. de arbi. l. 3. Hoc non habet locum in clericis, qui sine consensu episcopi non prorogant. de fore compe. significasti. & tamen bene compromittunt: ut uer. eo. tit. si diligenti. in fi. 1. glo. Addebat ibi Cy. post P. non obstare, quòd de sportulis fuit dictum, quia ordinarij illas non recipiunt. Item compensandæ sunt laboribus. & de hoc ultimum dicit etiā Guid. de Suz. in l. 1. ff. de iudi. Allegat quòd pro labore datur, in authen. de iud. §. ne autem. colla. 6. ipse tamen Guid. in l. si conuenerit. dixit quòd poterat iudex suos subditos compescere, ne prorogarent aliorum iurisdictionē in ciuilibus: sed postquā prorogauerant, non poterant impedire. Allegat ff. de acqui. re. do. l. 3. De criminalibus statim dicam infrà uer. sed nunquid 2.

l Iudicibus. Et de offic. delega. super quaestionum. §. uerum. in ulti. glo. fic. & in teste. de hoc de testibus. præsentium. in ult. glo.

m G. Et dic ut ibi ad fin. ultima glo.

n Principio. Per hanc l. dixit Simo. Vincen. in l. 1. C. de iurisd. om. iud. quòd iudex iste scribet iudici illius, contra quem lata est sententia, quòd illam exequatur: cum ipse extra suum territorium illam exequi non possit, nec ei pareretur. ff. de iurisd. om. iud. l. fi. extra de constit. c. ult. lib. 6. Inducit ad hoc ff. de bo. ante. iud. pos. l. cum unus. §. penulti.

o Sensu. Hoc tenuerunt Io. 11. q. 1. inuoluta. & Ber. de fo. comp. si diligenti. ad fi. 1. glo. & uide quod ibi dixit: quia contraria opinio Accur. in l. 1. ff. de iudicijs in fi. glo. & C. de iurisd. om. iud. l. 1. in ult. glo. est uera, scilicet quòd prorogatur in eum, qui habet merum imperium. & idē Inno. & Host. ut ibi dixi. & est casus. l. 1. C. ubi de crim. agi. opor. Sed quaeritur, an prorogationē in criminalibus teneatur index proprius habere ratā: ita quòd super illo crimine non procedat. Gui. de Suza. super l. si conuenerit. allegat quòd sic. Quomodo enim de crimine se intromittent fine accusatore. ff. de mu. & hono. l. rescripto §. si quis. Item de delicto unius hominis sæpe quæri non debet. ff. nau. caupo. stabu. l. licet. in fi. Soluit quòd si tale est crimen, de quo iudex possit inquirere: de quibus infrà de inquisitio. §. quando autem. in prin. & ibi remissiones dantur: non tenebitur habere ratum: nec per factum delinquentis impedietur ipsius officium de cle. coniug. c. penulti. tit. de priuil. ex parte. 2. & cap. autoritate. §. ult. lib. 6. In alijs criminibus, ex quo accusans & accusatus sponte sub alio iudice litigant; ipse ordinarius cōquiescet, sed ut pluries dixi, inter clericos non procedit hæc quæstio, qui sine consensu episcopi prorogare non possunt. de foro compe. significasti.

p Consensit. Fuit quæstio uenerealis 65. hic melius.

q Litem contestatam. Postea non: nec obstant tres leges allegatæ de fo. compe. si diligenti. in glo. nunquid circa medium. uersi. imò etiam. quæ non in declinanda iurisdictione, sed in euitatione pœnæ loquuntur. casus ibi uide in suffragio.

r Scholaris. Et uer. sed quid si scholaris propter id, quod dixi de laico.

ſ Pone. Et not. ff. de iud. l. 2. post princ.

t C. 1. Vbi dixi super glo. sed nonne.

u Alber. Gal. rub. de iudicibus ordi. & delegatis, loquitur de delegato, in quem pars consensit. sic supra uer. sed an.

ω Dixi. Si priuilegiatus de certo iudice agit contra sic priuilegiatum, uide quod plene scripsi de priuile. c. 1. lib. 6. & §. & idipsum.

y Tuam. Vt ibi scripsi super gloss. 2. hoc procedit, cum incidit tibi dubium de matrimonio, an fuerit, uel non, uel an fuerit legitimum. Adde, quia si non ageretur de ualiditate: sed uxor rediret ad uirum suum, & econtra, iudex secularis est competens. uide Abb. Sicu. in cap. non est. in 1. colum. extra, de sponsa.

z In princip. Vide quod scripsi de fo. compe. c. ult. super 1. glo. ratione possessionis. pro qua patet in hoc triplex opi. Azo. Ber. Gof. Innocen. Hosti. & Old. in l. fina. infra alleg. tenent quòd ex re mobili sortiatur quis forum, contraria Hugolini placuit Accur. in pra. l. fin. C. ubi in rem actio. & remissionem quam dedi, uide per quas leges, & quomodo ad illas respondetur. Adiuuatur tamen hæc opinio, quia non mirandum si in sortiendo foro mobilia & immobilia sunt diuersa: cum in his etiam sunt diuersa præscriptionum tempora, iura sunt nota. Item in onere satisdandi differt possessor immobilium à possessore mobilium tantum. ff. qui satisdare cogantur. l. sciendum. In alienatione ab ecclesia facienda. extra de rebus ecclesiæ non alienan. nulli. & in ordine alienandi: ut in authen hoc ius porrectum. & in ordine exequendo: ut lite. non contest. quoniam. § si. ff. de re iudi. à diuo Pio. Simile. C. de rei uxo. actio. l. una. §. cum autem & quando decre. opus non est. l. fi. Tertia opinio Pet. distinguit, an res mobilis sit in loco mansura, uel non: per l. debitor ff. de pign. Iuuatur hæc opi. per decre. præsenti. §. 1. de præben. lib. 6. & eod. lib. de uerbo. signifi. c. ut. facit. §. nunc uid. superius allegatus. & eo. l. 1. uer. nam ubi. ff ex quib. cau. in pos. ea. l. 2. in fi. de in rem uer. si pro parte. §. uersum. 1. q. 1. constat. & quod ibi not. de uerb. sig. c. 3. de tornea. c. 2. de uerb. sig. l. 1. & 2. C. in quib. cau. pig. ta. con. l. 4. ff. de act. emp. l. granaria de acqui. rerum domi si Titius. cum concor. ibi notarius. Adde quòd quis sortiatur forum ratione rei mobilis, tenet Pet. de Ancha. consi. 139. incipiente, primum dubium. Additio. Adde tu Cardi. Zaba. in c. sane. de foro compe. ad fin. ubi dicit, quòd ita communiter tenetur. Et an ratione delicti quis sortiatur forum pœnitentiale, uide Lud. Rom sing. 454. incip. ratione delicti. Hen. Ferran.

a Vber. Mihi charta pe. ubi tractat de arbitris. uersi. quid dices. ergo & ibi duo uer. hic sequentes. subtilitas prius dicti non placet.

b Potest. Accur. contra secundum leges: ut not. ff. de iud. l. 1. in 1. glo.

c Diligenti. Quæstionem de exempto qui promisit nõ declinare forum: uide super reg. scienti. de reg. iur. li. 6. Gui. de Suza. in l. si conuenerit. dicebat renunciari posse foro in contractu per pactum: & tunc non liceret resilire, potissimè si iurasset: & sic soluit contrarium de l. si quis in conscribendo. C. de pact.

d Bononiensi. Placet hoc Pet. de Bel. ut ponit Cyn. in l. si qui ex consensu. in 3. q. dicit enim, quòd hic fallit regula, quod semel placuit. de reg. iur. lib. 6. & similes, hac ratione, quia periculosum est coram iudice litigare suspecto. C. de iudi. apertissimi. extra de appel. cum inter. qua ratione dicit conuentionem, uel stipulationem non obligare etiam ad interesse. arg. ff. de condi. insti. l. quæ sub conditione. §. si quis sub iurisiur. dicit etiã quòd ex quo lex dat sibi quod possit pœnitere: ergo poterit impune. Alleg. l. Gracchus. C. de adulter. Hæc opin. placet: saluo quod de loco contractus dicitur in uer. proxi. Pondero enim primo, iurisdictionis istius origo est à solo consensu partium. Secundo, quòd nullum interesse ipsius iudicis uersatur. Tertio, quia per hoc reditur ad ius commune & ad ordinariam iurisdictionem, quæ est fauorabilis. Quarto, quòd lex generaliter de cõuentione loquẽs permittit pœnitere. Quinto, quòd in multis casibus pœnitentia permittitur, quorũ aliqui notantur in prædicta regula, quod semel. In quibus nõ est maior uel tanta æquitas pp rõnem quã prædixi. Item eo fortius procederet hoc dictum: si uera sit opinio, quòd ante litis contestationẽ iurisdictionẽ non habeat, quæ tamen non placet: ut dixi super uersi. sed quid si a prin. Adde Pet. de Ancha. in proxi. Ale. consi. 139. Quid autem si promisit quis soluere ubicunque inuentus fuerit, si reperiatur eius procurator, an poterit cõueniri, uide Bal. consi. 343. lib. 1. Vt quomodo intelligatur, quando quis promisit posse conueniri in quolibet loco, per eundem consil. 247. eodem libro.

e Abbas.

e Abbas. Errauit autor hic, & infrà, quia Abbas nominatus in textu fuit delegatus episcopus, cui decreta dirigitur, erat debitor ex contractu prædecessoris.

f Necessaria. Nomen specificat Hostien. de foro competen. significasti. quæ ibi scripsi super ulti. gloss.

g §. 1. Et de hoc supra uer. sed annit.

h Coniuga. Vt ibi dicam tenendum est quod habetur. eod. titu. c. uno lib. 6. Adde tu ad huiusmodi materiam, si concessum sit alicui existenti in minoribus, vt non possit trahi pro aliquo debito ciuili coram seculari, si contraxerit cum unica & uirgine, an prosit sibi priuilegium, vide Lap. 126. alleg. Item quid si quis clericus contraxit cum unica & uirgine: & incedit in habitu & tonsura, an pro ciuili debito possit conueniri coram seculari, & detineri etiam inuitus: uide Lapum ibidem. Additio. Adde tu & vide Io. de turre Cremata in cap. clericum. 21. q. 1. vbi dicit quòd clericus coniugatus, qui cum vnica & virgine contraxit, & tonsuram & uestes defert clericales, à iudice seculari, nec criminaliter, nec ciuiliter, scilicet de crimine potest condemnari: & an & quando clericus gaudere debeat priuilegio clericali, vide omnino Alex. consi. 58. incip. quia sapissimè. in 4. vol. & Old. consi. 4 incip. quòd laicus. Hen. Ferran.

i Sic. Secundum Pet. & Abb. in decr. si diligenti. vt partim ibi scripsi super glo. nunquid.

k Petere. Aliquibus videtur quòd coram suo iudice conueniendus sit laicus, in hoc casu per regulam, quod actor, &c. Item quia hoc agitur ad pœnã. Sed pro Gul. facit de for. compe. cum sit. de iniur. olim. & vide supra uer. 30.

l Iure. Nescio quid velit istud ipso iure.

m Significantibus. Vt ibi scripsi in glo. ex quo.

n Dominus. Illius terræ: vt sequitur, non enim loquitur de domino feudi, vt patet in ver. hic allegato in fine.

o Papa. In decre. libet. infra de foro compet. ubi scripsi in gloss. hoc est. prope finem.

p Prudentia. Vt ibi scripsi in 4. glo. Adde quòd Inno. ibi et Abb. tenent quod iudex ecclesiasticus principaliter possit adiri pro causa dotis, cuius contrarium vult ibi gl. Fed. de Sen. consi. 236. tenet glo. Pet. de Anch. consi. 20. tenet quòd sit in electione actoris quem uelit adire: ita quod concordare uidetur cũ opi. Inn. & Abb. in d. c. de prudentia. Bald. Ioa. Pau. de Cast. in l. 1. §. 1. ff. so. ma. & Bal. in l. 1. C. de do. promis. per c. ex literis. extra de pigno.

q Domicilij. Vnius vel pluriũ. De hoc infra. §. prox.

r Sequenti. Nescio ad quid hoc dixerit: cum nec ibi de vagabundo de hoc, nec hic de paciscente, vel renunciante, de quo ibi. Est autem sciendum, quod Pyleus sua q. 19. tractat de hoc: & ponit casum in quodam debitore, qui fugit cum quadam monacha, contra eum inducit l. quod nisi. præalleg. hic autem propter suspicionem personæ: licet aliàs nõ licitum. ff. qui satisd. cog. si fideiussor. de adm. tu. ita autẽ. 1. responso. in fi. ff. so. ma. si cum dotem. §. eo autem. Item periret aliàs actio creditori cum ille ad locum domicilij, uel contractus nunquam veniret. ff. de eo quod cer. lo. l. 1. Interpono quòd Rof. bene assumpsit hanc: & vt fabulari possit, tenuit terminos Pilei, de eo qui fugit cum monacha. & est sua 17. obmissis & pro & contra, qui monacham respiciunt. alleg. ff. de condi. inde. qui cer. loco. & ff de indi. cum qui. C. de in. do. vbi. Coman. si pro ea. extra de fideiuss. cap. fina. Item & si ius scriptum deficeret, suadet hoc æquitas. ff. de qua plu. ar. in summa. §. item Varus. In contrarium dicit Pileus neminem extra suum forum conueniri posse, nisi rescripto principis. C. de iur. om. iud. in criminali. & quod actor sequi debet, &c. & quòd ita iretur in infinitum, si posset vmni loco conueniri quo pergeret, ut l. hæres ab sens. Rofre. allegat ff. de bo. auth. iud. pos. l. 2. & 3. ff. de bon. dam. l. diuus. & remittit ad solut. Pil. qui dicit eum cogendum respondere, nisi idoneè caueat de redeundo ad locum domicilij vel cõtractus. Huius ratio: quia uagabundus aliud forum non habet. Ad hoc quod no. C ubi de crim. agi oport. l. 1. & 2. & quod scripsi suprà eod. cap. fin. super glo. ratione. Adde, quòd uagabundus non possit conueniri vbique si uelit præstare cautionem de redeundo ad locum, uoluit Bald. in l. 1. C. vbi de crim. agi opor. & vide Innoc. in c. si aduersarius extra de eo qui mit. in pos. Io. And. & doc. in c. dilectus el 2. extra de rescrip.

s Sed pone. Iste uersi. & totum quod sequitur vsque ad ver. 40. fuit additio.

t Dicunt. Gui. de Suza. ubi dicam statim: & in quæstione sub litera d. Adde tu quòd ratio istorum potest esse: quia ipsi creditores præferuntur pœnis fiscalibus, ut per Bart. & Bald. in l. 1. §. seruus ff. ad Sylla.

u Debetur. Iste ver. & sequens fuerunt Gui. de Suza super l. 2. C. de iurisdi. omnium iudic.

x Quomodo. Ibi remissiones dedi. Adde quòd voluit Abb. consi. 39. & 54. libr. 2. & Rom consi. 454. vbi ponit quis debet citari, ubi habitat, non ubi solitus est habitare.

y Nisi. Rof. ponit §. nihil hos. §. non inuenio. bene

est ibi

est ibi l. nil. sed nil ad propositum. l. si quis à pluribus manumissus sit, omnium patronorum sequitur originem. non est plus. & quomodo hic procedit quo ad honores & tutelas, non quo ad munera patrimonialia. uel personalia: nota in l. assumptio. §. 1. in glo. magna.

z Patris. *Bene facit decreta. cùm illus. de tempo. ordin. libro 6. Et uide quod ibi scripsi super gloss. Dicitur enim & eodem libro de sepulcro his, qui. super gloss. 2. Istud autem domicilium originis mutari non potest. C. de municipa. & ori. l. penultim. & ultima, lib. 10 ff. ad munici. filij. §. penul. & l. sequenti. Sed contra eodem titu. placent. cum l. sequenti. & l. libertus. §. patris. Vltra solutiones, quas dant ibi gloss. dixit Rofre. ubi suprà. contraria loqui, quando ciuitas originis passa fuit capitis diminutionem: ut Troia.*

ADDE *quando quis sortiatur forum ratione originis propria paterna uel auita. Bartol. in l. assumptio. §. filius. ff. ad municipa. Antonius de Butri. in cap. accedens. el 2. extra ut lite non contesta. Imola in cap. fina. de foro competenti. Cyn. in l. iur. & ibi Bal. contrarium. C. de iurisdi. omn. iudic. & Bal. in l. fin. C. si à non compe. iudice. Adde tu, quod ille dicitur etiam propriè de aliquo loco, qui est de illo loco ratione originis. l. 1. & ibi Bal. ff. de tut. & cur. da. ab his.*

a L. 1. *Gloss. in decreta. ex parte. de foro competen. dicit aliud in muneribus, quàm in honoribus: sed gloss. prima in decretal. ultima, de parochia. de oneribus.*

b Viri. *Et eius domicilium retinet eo mortuo, donec alteri nubat. ff. ad municipa. filij. §. 1. & de sepulcris, qui. in fin. lib. 6. & vide quod ibi scripsi in ultima glo. Adde quòd mulier teneat forum uiri, dixi esse uerum si castè uiuat per §. fin. in authen. de restitu. & ea quae parit in 11. mense.*

c L. 2. *Dicebat Rofre. ubi supra quòd sic multi scholares facti sunt ciues Bonon. ibi etiam in atate decrepita consumentes dies suos. & optabat quòd sic eueniret Aretij, ubi translatum fuit studium.*

d Ti. *Delectauit autorem magnus numerus casuum. Iste enim poterat comprehendi sub 33. sequens sub 7. ubi inducitur eadem lex, alius sub 5. negotiatio est contractus, alius sub 40. loquitur enim de constituente domicilium. Poterat de secundo facere multos casus, etiam quos Hostien. in usibus. de quibus dixi in princip. ut diuersos distinxit quòd eum, scilicet autorem non fecisse commendo.*

e L. 2. *Ponit casum de illo qui causa studij decennio stetit in loco quem posuerat supra uersicul. 45. sed cùm ibi gloss. quarat quid de alio qui non causa studij. & idem dicat in illo hunc casum uoluit autor hoc comprehendere ut diuersum. Adde quando quis sortiatur forum ratione domicilij, Angel. consil. 127. & Bald. consil. 112. libr. 4. Adde tu ad uersicu. sequentem ratione dignitatis, &c. quod ubi quis adipiscitur, uel consequitur aliquam dignitatem, ibi & illius loci efficitur ciuis, in quo hanc dignitatem adeptus est. Bart. in l. 1. ff. ad mu. facit text. in l. municipales. §. miles. ff. eodem. Abb. in cap. quia in tantum. extra, de praeben.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex ordinarius alicuius quis dicatur.*
2 *Roma est communis patria omnium.*
3 *Maleficium uel quasi officialis episcopi commissum in officio, agi debet coram episcopo cuius est officialis.*

SEQVITVR Videre quis sit iudex ordinarius alicuius † & quidem is in cuius territorio uel diœcesi quis domicilium habet: ut ff. de iudic. hæres absens. & 15. quæstio. 2. capitu. ubicunque. §. quia ergo. extra de foro competen. capitu. fina. ff. de iurisdict. omnium iudic. l. fina. Si uerò duo habent domicilia sub diuersis iudicibus utrique subest, ut ff. ad muni. l. eius qui manumisit. §. si quis institutus. a † Item Roma communis patria est omnium. ff. ad munici. Roma. extra de foro competen. capitu. fina. & papa est iudex ordinarius singulorum. 9. quæstio. 3. cuncta. & cap. per principalem, extra de elec. cùm olim. de priuileg. antiqua. de postu. bonæ. secundum T. b &c. dic ut supra in titu. de iudic. ordin. † Item not. quia de maleficio uel quasi officialis episcopi commisso in officio, ut puta in sententia uel processu agendum est coram episcopo, cuius est officialis: & non coram archiepiscopo uel eius officiali: episcopus autem si requisitus nolit cogere officialem suum ad emendam, potest ratione huius maleficij conueniri coram metropolitano seu eius officiali: si tamen episcopus de hoc cognouerit, & officialem ipsum absoluet, uel etiam condemnauerit, non poterit episcopus cõueniri prætextu illius maleficij: poterit tamen ab eius sententia appellari. Si uerò agatur ad reuocationem sententiæ officialis latæ pro iuribus episcopalibus, ipse episcopus huiusmodi causam defendere debet, sicut si pro iure extranei lata esset. & hæc habentur in constitu. Alexan. 4. de fo. compet. venerabilibus. c Quando autem possit metropolitanus absoluere subditos suffraganei, uel excommunicare, uel iurisdictionem exercere, uide plenè in constitu. Alexan. 4. de senten. excommuni. cæterùm. d

ADDITIO

ADDITIO.

a *Institutus. Quid autem si in utroque uocatur ad munera, plenè not. in l. ciues. C. de incolis. lib. 10. in 2. colum. Adde Roma. consil. 161.*

b *Secundum T. ubi supra.*

c *Venerabilibus. Quam non habemus.*

d *Cæterum. Imò fuit Inno. 4. & habetur eo. titu. de senten. excommun. c. uenerabilibus. lib. 6. aliàs incipiebat, Cæterum. ut ibi scripsi in prin.*

SVMMARIVM.

1 *Actor qualiter in adeundo iudice debeat se habere.*

2 *Actor adire debens iud cem à domino papa delegatum, qui est solus & sine mora potest ubicunque eum inuenerit adire.*

3 *Proconsul iurisdictiones non habet ante decreta sibi prouinciæ ingressum.*

a VISO Cuius Iudicium actor debet [a] adi-
1 re: subnectendum est † qualiter adire
debet, in quo talem trado doctrinam,
Nam aut est ordinarius, aut delegatus
is, qui debet adiri. Si quidem sit ordinarius, actor
per se, uel per procuratorem legitimè constitu-
tum, ut ff. de procur. l. 1. accedat ad eum, ut 15. q.
b 3. uxor. & l. de crimine. [b] & accedat hora con-
grua, scilicet de die, non de nocte. ex. de offi. deleg.
consuluit. & cùm sedet pro tribunali. 2. quæstio. 6.
biduum. & quando non est occupatus alijs nego-
tijs: puta quando nõ comedit, quando non inter-
est diuinis, & eo loco quo consueuit ius reddere
seu pro tribunali sedere, non in uia, ut 3. quæst. 3.
induciæ spatium. uersi. à procedente. C. de dila. à
iudice. argum. ff. si cer. pet. lecta est. in princ. ff. de
arbi. si cum dies. §. si arbiter. & se coram eo præsen
tet. & se sibi ostendat. de pœn. dist. 1. c. uoluissent.
§. denique itaque. uersi. Moysi quoque ei reueren-
ter inclinans. quod dic ut s. de aduo. §. hoc dicen-
dum. in princ. & §. nunc de exordijs. demum fa-
ctum suum ex quo ius oritur, ut ff. ad leg. Aquil.
si ex plagijs. §. in cliuo. ex. de spons. de muliere.
per se si est discretus. alioquin per aduocatum, ut
ex. de iudic. pastoralis. uel etiam quæstionem co-
ram iudice discretè proponat. C. de episcop. & cle.
iubemus. in fi. ff. quis ordo in bo. pos. ser. in bono-
rum. §. si præsens. 15. q. 3. de crimine. quo expedi-
to iudex dicat ei: frater da libellum si habes, ut
ex. de libel. ob. cap. 1. & tunc ille offerat iudici, si
habet in promptu, nisi sit casus in quo non sit li-
bellus necessarius. quod dic ut j. de libel. concep.
§. nunc dicendum. uel etiam si actor uelit statim
sine alia arenga offerat iudici libellum facti serië
continentem, ut 4. quæstio. 4. §. aliquando. uersic.
si quis se iniuriam. & petat aduersarium citari, seu
reuocari. extra de iudic. cap. 1. 3. quæst. 3. offera-
tur. quo facto iudex confestim literis uel nuncio
citet reum, quemadmodum j. de cita. edocetur. &
reo aduenienti libellum offerat, ut in authen. offe
2 ratur. † Si autem iudex sit delegatus à domino pa
pa, & est solus siue mora, ubicunque actor eum
inueniat, ad eum accedat: quia is certum locum
seu consistorium quandoq; nõ habet: & se præsen
tet ut inclinet, ut s. deinde literam commissionis
sibi in loco tamen honesto & hora congrua porri
gat, secundum formam, infra. titu. proxi. §. 1. scri-
ptam. ut sit per rescripti præsentationem iurisdi-
ctio iudicis perpetuetur. extra de appel. ut debi-
tus. Si uerò plures sunt delegati singulos eorum
adeat, & quilibet literas commissionis præsen-
c tet, & ostendat [c] petens ut simul personaliter uel
saltem literis, uel nuncio reum citent. ut extra,
de offic. delega. prudentiam. in princ. in authen.
de liti. §. omnem. & mandatum apostolicum exe-
quantur. ut eod. titu. §. 1. ex. de rescrip. sciscitatus.
& sine moræ dispendio procuret citationem fieri,
ne possit per aduersarium fortè secundas literas
impetrantem, & citari procurantem præueniri:
non enim quo ad hoc sufficit sola rescripti præsen
tatio, nisi citatio subsequatur. ex. de appel. ut de-
bitus. ubi de hoc. ex. de rescrip. cap. capitulum.
ex. de offic. deleg. gratum. & c. relatum. tamen se
cundum quosdam non habet hoc casu locum præ
uentio, imò debent primæ ualere, sed secun-
dæ non facientes de illis mentionem prius præsen
tentur. extra de rescrip. cæterùm. nisi primus im
petrans sit negligens & remissus. eod. titu. plerun
d que. ut not. in præ. cap. capitulum. [d] Sed dictum
illorum potest intelligi in literis beneficialibus,
in quibus non habet locum præuentio, secundum
e Vincen. & Gul. Na. [e] Secus in rescriptis ad lites,
ubi non est periculosa præuentio. nam & coram
primis & secundis instantia fiet: & debet etiam
festinare, ideo ne sibi dicatur, non fuisti literis v-
3 sus. † Nam eo ipso quòd præsentas literis: & sta
tim iudex incipit iurisdictionem habere cùm eas
f recipit, & non ante. [f] Nam & proconsul iurisdi-
ctionem non habet, donec est prouinciam sibi
decretam ingressus. de offic. procon. obseruare.
g §. post hoc. argumen. tamen contra in l. sequen. [g]
uel si eam prius in habitu habebat: eius tamen
exercitium dormitabat. eodem. titu. pastoralis. §.
quando autem. & iunge hic quæ habes infra de cõ
paritio. in termino.

ADDITIO.

a *Debet. Hoc posuerat Tancre. ubi supra quod multum ampliat autor.*

b *Crimine. Leges sunt sub rubrica qui accu. non pos. et ad hoc solum inducuntur, quia prima dicit adeat præsidem: secunda dicit adsus præses. ualet hæc ad iustificationem rubricæ.*

c *Ostendat. Facit cle de appel c. 1.*

d *Capitulum. Vide quod scripsi in decre. ut debitus. de appel. super uersi. literas. & quod ibi not. in gl. sed numquid,*

Gul.

e *Gul.Na.Quod dic ut de rescri.tibi qui.& de praben. eum qui. lib. 6. et ut not.de conceff.praben. si soli.lib 6.*

f *Ante.Not.ad materiam quam scripsi post Innoc.& Host.de restitu.spol.ex conquestione in glo. impetrat.uer.refert ipse.& seq.*

g *L.seq.Ibi solutur in glo.*

SVMMARIVM.

1 *Aditio iudicis facit purgari moram.*

2 *Aditio iudicis maioris, uel rei excusat uocatum à minori, uel super minori re.*

3 *Aditio sola facit stipulationem committi, & adeuntem puniri.*

4 *Adoptandi actus expeditur per iudicis aditionē,*

EFFECTVS Autem aditionis multiplex
1 est: pauca tamen commemoremus. † Facit enim aditio iudicis purgari moram,
& contumaciam iam commissam, ut patet in condemnato, propter contumaciam redeunte iudice adhuc pro tribunali sedente. ff. de in
a integ.restitu.diuus.2.quæstio.6.biduum.[a] Item
interrumpit præscriptionem.C. qui admit.ad bo.
pos.l.fin.Institu.de pos.§.fin.ex̄.de offic.ordi.pastoralis. in fin.de eo qui mit. in pos.capitu.1.& 2.
2 † Item aditio maioris iudicis uel rei excusat uocatum à minori, uel super minori. C. ubi de cri.
agi opor.authen. qua in prouincia. §. excipitur.
18.distin. si quis episcopus.ff. de re iudic. contra
b pupillum.[b] Item liberat quem à mulcta quæ
non uenienti infligi poterat. ff. si quis in ius uo-
c ca.non ie.l.2.ex̄.de offic. deleg.consuluit.[c] Item
quia si dum adit impeditur, ex hoc ei actio acquirit.ff.de eo per quem fac. est, quò minus in iudic.
sistat.l.1.Item facit querelam in hæredem transire, qualitercunque denunciatione, uel protestatione secuta.ff.de inoff.testam.Papinianus.§.fin.& l.
quemadmodum. Item facit aduersarium incidere in edictum,de alie.iudi.mut.cau. fac.cùm fit aditio à duriore aduersario, præsertim si libellus
oblatus sit: etiam eo nondum citato.ff.de adulte.
l.2.§.fin.ff. de petit. hære. item ueniunt. §. petitam.& ff.quod ui aut clàm.prohibere.§. fin. Nec
requiritur quòd lis sit contestata.ff.de alie. iudic.
mu.causa fact.ex hoc.§.1.ex̄.eod.cap.1. Item facit quem esse iudicem qui non est. ff. de iurisdict.
d omn.iudicum.si conuenerit. Sed Ioann.[d] contra.
Intelligit enim ibi aditionem per litis contestationem: argu.ff solu.matrimo.si cùm dotem.§.eo
autem tempore.intelligi enim debet cum effectu,
scilicet si adierit & perseuerauerit.argu.ff.ne quis
eum qui in ius uoca.est ui exil.l.si per alium.ex.de
cler.non resi.relatum.Item ad hoc facit ff.de iudi.
3 non uidetur. 2. † Item sola aditio facit stipulationem committi,& adeuntem puniri.ff.de condi.
e ob causam da.l.5.in prin.[e] C. de transact. si quis
maior.quod uerum est: quoniam transigendo cō
uenerat quod nullo modo conueniret. Si autem
dixisset quòd nil amplius peteret: tunc requireretur litis contestatio ad hoc,vt stipulatio committatur.ff.rem ratam habe.amplius.Item facit libe-
f rari, quem ab officio suscepto.[f] ff.deposi.ei apud
g §. 2.Item pleniorem securitatem præstat iudici.[g]
ff.de pigno.l.3.ff.de solu.si stipulatus sum. §. 1. ff.
de mino.ait prætor.§. permittitur. Item tribuit
potestatem manumittendi ei qui aliàs non habe-
4 ret.Instit.ex qui.cau.ma.non pos.§.ea lege. † Itē
per eam expeditur actus adoptandi: qui aliàs expediri nō posset.ff.de adoptio.l.2.Item emancipā
di.C.de eman.l.3.Item per simplicem aditionem,
uel postulationem alicuius interdum suspenditur
iudicium in causis criminalibus & ciuilibus,& differtur.ff.de procu.seruum quoque.§.publicè. Itē
post simplicem postulationem restitutionis in integrum restit.postu.ne quid no.fi.l.unica.

ADDITIO.

a *Biduum.Ibi ho: no.in fi.magna glo.aliàs non competit allegatio.*

b *Pupillum. Maioritas etiam rei excusat uocatum ab eodem.de dila.c.fi.*

c *Consuluit.Et c.de causis.in fi.*

d *Sed Io.& Accur. Et uide quod dixi supra.§.1.super uer.sed quid si à principio.*

e *In prin.Textus ibi distinguit, an dederim ne tractetur,an ut mihi promitteretur,ne irctur ad iudicem.*

f *Suscepto.de sequestro loquitur,quod dic ut ibi.*

g *Iudici. Imò parti.*

Bald.De competen.iudic.aditione.

Quot modis dicatur iudex incompetens, vide infra de senten.§.quot modis.Aretij est consuetudo, quòd clericus trahit laicum ad suum iudicem, & uales consuetudo,quòd reus sequatur forum actoris,in §.1.iuxta princ.p um.G.Exceptio iudicis incompetentis potest opponi usque ad litis contestationem.l si conuenerit.ff.de iud Sed exceptio priuilegij vel exemptionis contra iudicem non potest opponi postquam quis in iudicem consensit. Crimen dicitur ecclesiasticum,quod principaliter pertinet ad forum ecclesiæ.uer.2.G de purg.cano.c. nos inter.per Ber. Ex quo iuramentum interuenit causa pertinet ad forum ecclesia ibidem.G. Quod dic ut in c fi.de fo.comp.lib.6.in Nouell.Exceptio tamen excommunicationis potest opponi coram iudice seculari.infra de excep §.exceptio excommunicationis. Iudex originis debet remittere suum subditum ad locum delicti puniendum.uer.6.G.si hoc petatur alioquin ipse puniet.C.ubi de cri.agi opor.l. 1. & de accu. l. sicut. §. cum sacrilegus. Malefactor non eum sequitur qui in crimine uel fuga capitur, sed quandoque debet remitti præmissa

missa summaria inquisitione, an deliquerit, uersi. quid si conueniunt. G. Item priuati capientes malefactores, non debent occidere, nec detinere, nisi ut eos iudicibus exhibeant. C. de male. & mathe. l. fi. quam primò no. An ratione delicti Perusii cõmissi per Senensem, possit iudex Perusinus citare illum Senensem Senis. uer. sed quomodo iudex. G. Cy. disputando tenuit quòd sic: quia citatio non est iurisdictionis, sed est quoddam factum, quod ubique fieri potest. C. de epis. & cleri. l. omnes. §. is nihilo minus. ff. de offi. praefec. urb. l. quod pro mu. Nam & statutum potest eum citare extra territorium, ergo & uiua uox. ff. de decre. ab or. fa. l. fi. Item in ecclesia potest quem citare. C. de his qui ad eccle. confu. l. praesenti. & tamen ecclesia est locus extra territorium, seu iurisdictionem, & uide quod not. G. ff. de in ius uocand. l. plerique. Sed Canonistae tenent quòd iudex secularis, etiam Imperator non potest citare in territorio ecclesiae, ut in clemen. pastoralis. de re indic. & in l. 1. ff. de acqui. rest. per Bar. Ego credo quòd ille qui est dominus territorij bene potest statuere, si uult: & ista facit ibi papa, & clerici tenaciter utuntur sua iurisdictione: & tamen nolunt quòd Imper. possit migrare in terris ecclesiae, sed sic uolo, & sic iubeo, &c. sed unus officialis ecclesiae posset citare in terris ecclesiae alteri officiali commissis, & in terris Imperij similiter citat unus officialis in terra alterius, quia Imperator hoc concedit, & potest in terris suis, secundum Bar. Adde tu, an & quando iudex unius ciuitatis possit citare existentem in aliena ciuitate sibi non subdita, uide Bel. in l. tempus. ff. de heredi. institu. Sed citatio realis ut persona capiatur, ista extra territorium fieri non potest. de bon. auto. indi. pos. l. cùm unus. §. it secundum omnes. Sed pone quòd malefactor fugit: & sic familia Potestatis ipsum insequitur usque extra fines territorij: nunquid potest? Dic quod non, quia non debet in alienum pedem immittere. ff. de adil. edict. l. quis sit fugitiuus. §. idem Celsus. nisi in terra confoederata. ff. de captiuis. l. non dubito. Bal. Vide infra, de citatione §. non ualet citatio & per me in l. fi. ff. de iurisd. om. iud. Quod in criminali quis non potest consentire in non suum iudicem. uersi. sed nunquid in iudicem. G. Hoc uerum expresse. sed tacitè sic litem contestando. C. ubi de cri. agi opor. l. 1. ubi de hoc. quod no. uide Io. And. in c. P. & G. de offi. delega. post Inn. Sub tribus modis prorogatur iurisdictio, scilicet per pactum quòd possit ubique conueniri, & per pactum quod promisit ubique respondere: & de his duobus casibus habet locum poenitentia usque ad litis contestationem. Tertiò, per pactum de soluendo ubicunque fuerit petitum, & tunc non habet locum poenitentia: quia ubique contractum uidetur, licet certus locus non sit diffinitus. uersi. quid si sit pactum. & uer. circa hoc. C. Fortissima enim est prorogatio per promissionem soluendi. ff. de solu. l. quaero. Quarto modo, fit prorogatio per submissionem. ff. de iur. om. indic. l. est receptum. Cùm autem agitur de iurisdictione non danda, sed de non declinanda, ista non est propriè prorogatio, secundum omnes, sed est fortificatio iurisdictionis, & non habet locum poenitentia, ut l. si quis in conscribendo. C. de pac. & no. in l. si conuenerit. ff. de iurisd. om. iud. nam iurisdictio fundata facilius confirmatur, quàm extendatur, & facilius extenditur usus iurisdictionis, quàm iurisdictio, secundum Inno. Bal. Laicus fideiubens pro clerico conuenitur coram iudice seculari. uersicu sed pone clericus G. Nam fideiussor contractus: imò & iudicij facit eum iudicem. ut not. in l. 1. ff. si quis in ius uoc. non ier. nisi sit fideiussor iudicatum solui, quia tunc sententia lata contra reum mandatur executioni in eum: licet sint diuersi fori l. 1. in fi. C. de execu. rei iudi. Hoc non credo quòd clericus fideiubet pro laico, quòd sententia iudicis secularis mittatur executioni contra eum, uide l. fi. C. de exec. rei iudi. intelligitur quando reus & fideiussor sunt eiusdem fori, uel quando fideiussor potest prorogare iurisdictionem. sed hoc non potest facere clericus, ut hic in uersic. clericis, per G. Vel intelligitur quo ad modum summaria executionis. Bald. An id quod dicitur de aduena habeat locum in reali iudicio, ut si Pisanus cum equo meo transeat per istam ciuitatem possim eum hic conuenire, uel arrestare. uer. quid si quis per locum. & dicit quòd sic. & no. in l. fi. C. ubi in rem ac. De uagabundo dicit quòd in toto orbe ubicunque reperitur potest conueniri, tam ciuiliter, quàm criminaliter. uer. quid si debitor uagatur. G. & not. in l. 1. & 2. C. ubi de cri. agi opor. & l. 4. ff. de dam. infe. per gl. & Dy. Lucanus derobauit Florentinum Florentiae: deinde moratur Pisis cum re derobata, uel fine: an poterit ibi conueniri? Quidã quòd sic, quasi sit uagabundus. Sed iste non dicitur uagabundus, si aliter non apparet. Vnde ista ratio non est bona, secundum G. Dic ergo quòd non potest conueniri nisi rei uendicatione, si ibi rem non possidet. uersi. sed pone quidam Lucanus. Bart. dicit quòd ubi tenet res derobatas, ibi delinquere & contrahere uidetur. ff. de fur. l. si dominũ. & ibi uide per Bart. Licet quis sit exbannitus uel exititius, non propterea dicitur uagabundus, & debet conueniri in lo-

co

co antiqui domicilij, nisi eius bona sint publicata: tunc enim non conuenitur ipse, sed fiscus. Vel quid si aliquis Senen. G. ff. de polli. l. pollicitus. ff. ex qui. cau. in pos. ea l. ad cogni. ubi de hoc per gl. & Ia. ff. de in integ. resti. l. fi. per G. Translato domicilio, non propterea transfertur forum. uers. quid si debitor tempore contractus. G. nisi per l. fiat, ut l. cũ quadam puella. quia tunc in nouo domicilio, nisi ubi esset facta praeuentio transfertur forum & iurisdictio. ff. de excu. tu. l. idem Vlpianus in ratione sui. Bal. Ratione solius originis ab omni domicilio abstracta non sortitur quis forum conuentioni, sed numerum. uer. quid ergo. & seq. Officiales episcopi conueniuntur coram episcopo uer. sequitur. & uersi. item nota. Delegatus papa potest ubique reddere ius, quia non habet sedem determinatã. §. niso. uers. si autem. In literis beneficialibus non habet locum praesentatio uel praeuentio, sicut in rescriptis ad lites. eo. §. & uer. si. Sola aditio iudicis operatur multos effectus. in §. fin. Gul. Cyn. C. qui admit. ad bo. poss. l. 1. Bald. Eo ipso libellus est productus in causa restitutionis in integrum, nil est innouandum. eo. §. uersi. fin. G.

De rescripti praesentatione, receptione, & impugnatione. a Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Exhibitio & receptio rescripti quomodo fieri debeat.*

2 *Cautela notarij in rescripti inspectione diligenter habenda.*

3 *Notarius qua forma instrumentum conficere debeat super rescripti cuiuslibet inspectione.*

4 *Iurisdictio rescripti originalis nulla est, nisi ipsum integre appareat.*

5 *Rescripti praesentatio est de processu, & ideo est per manum publicam in scriptis redigẽda.*

6 *Testis sine actis in causis non statur, nisi legitimis constiterit instrumentis.*



Exhibitio & receptio rescripti, de qua s. tit. prox. §. pe. uer. si. tractauimus, fieri debet hoc modo. Adsit enim publicus notarius, uel duae personę idoneę, & in eorum praesentia impetrator rescriptum apostolicum praesentet iudici, dicens: Dominus papa uos salutat, & hanc literam, & suam benedictionem uobis mittit: & supplicat quòd secundũ eius tenorem procedatur. Iudex autem ipsum re
b uerenter bireto deposito, b & capite incliuato suscipiens, si clausum est quòd quandoque fit cum ubi scribitur, sic cautè ipsum aperiat, ut filum cũ bulla literis ex una parte adhaereat, sicut prius adhaerebat utrique. nam si bulla ex toto à literis separetur nulla prorsus eis fides relinquet. ar. ex.
c de cri. fal. licet. c † Post haec confestim ipsum le-
1 gat & totum tenorem, & bullam & chartam & stylum, & filum inspiciat diligenter: ut inferius dilleretur, quia iudicantem oportet cuncta rimari, & rerum ordinem plana inquisitione discutere, 30. q. iudicantem. ex. de fi. instr. cum Ioannes. & si inuenerit ipsum falsum uel uitiosum aliquo de modis, qui j. dicentur, ipsum reijciat, nec ei fidem adhibeat. 9. dist. si ad sacras. imò si euidens falsitas est, offerentem capiat, ut ex. de cri. fal. ad audientiam. 19. distin. in memoriam. Si uerò de uitio dubitat, delegantem consulat. ex. de rescrip. super literis. prope fi. & e. cum contingat. & de offic. deleg. fanè 1. extra de crimi. fal. super. eod. & in praed. §. in memoriam. in authen. ut nulli iudi. colum. 8. §. & hoc uerò iubemus. ueruntamen in literis de simplici iustitia non praesumitur de facili falsitas. ut extra de crimi. fal. capi. pen. His igitur & alijs diligenter inspectis: si sine uitio illud iudex uiderit ipsum recipiat & praecipiat notario, uel pars eum requirat, ut tam de praesentatione, quàm de receptione faciat publicum instrumentum, uel etiam praesentationis & receptionis totus tenor scribatur inter acta per duas personas idoneas, ut ex. de probatio. quoniam contra.
2 C. qui pot. in pig. hab. scripturas. † Sit quoque cautus notarius, ut & ipse diligenter rescriptum inspiciat: nam cùm oporteat eum in suo instrumento asserere se uidisse ipsum integrum & incorruptum, si post contrarium apparebit, euis instrumentum poterit, nec immeritò, redargui falsitatis, nisi uitium probetur postea subsecutum. Caueat etiam ne falsum asserat. ex. de fide instr. inter. Actorem etiam & reum in hoc cautum esse oportet: nam si falso rescripto utantur grauissimè puniendum. quod dic ut ex. de cri. fal. ad falsariorum. & etiam iudex si scienter talis rescripti autoritate procedit, ut eod. tit. super eo. & e. quàm graui. & reus fatuus est, si per huiusmodi rescriptum se permittat conueniri, ut eo. tit. per totum
3 & ex. de procu. i. nostra. † Notarius ergo super praemissis sic concipiat instrumentum.

FORMA. In nomine Domini amen. anno, mense, die & loco, talibus, &c. in praesentia mei notarij infrà scripti, & testium subscriptorum, talis in praesentia talis domini constitutus, quandam literam apostolicam uel Imperatoris uel Regis uel episcopi, cum uera bula & filo pendentibus, uel eum filo cereo, uel cerę impresso ad chordulam de serico pendenti & habentsin circulo tales literas: intra circulum uerò tale signum uel talem imaginem. Dic formam bullae papalis, & signi imperialis, ut j. sequitur. obtulit, praesentauit & dedit eidem requirens eum solicitè, quòd in causa sibi delegata, procederet iuxta ipsarum continentiam literarum: quam siquidem literam dominus recepit & perlegit, eius autem tenor literae prout ego notarius eam uidi & legi, talis
d erat: Clemens episcopus, &c. d Vel Federicus Dei gratia Romanorum Imperator, & semper Augustus,

ftus, &c. inserat totum tenorem de uerbo ad uer-
bum: in fine autem ipse notarius sic se subscribat:
Ego talis, tali autoritate notarius, præscriptæ
præsentationi rogatus interfui, & de mandato
prædicti iudicis autoritatem præstantis, hoc scri-
psi & trāscripsi, nil addendo uel minuendo, uel mu
tando, & in publicam formam redigi. Acta anno,
die & loco præmissis, præsentibus talibus, &c.
Hanc etiam formam uide j. de citatione. §. iam
4 de citatione. uer. literis autem. † Sed obijcitur,
nam rescriptum originale integrum debet appa-
rere, alioquin nulla erit iurisdictio eius ex̄. de fide
instru. c. 1. C. de eden. auth. si quis in aliquo. ex̄. de
offi. deleg. cum in iure. C. de man. prin. l. unica. Ad
quid ergo prodest huiusmodi confectio instru-
c menti? Respon. c † Rescripti præsentatio est de
5 processu: & ideo est per manum publicam redi-
gendam in scriptis: quia si de ea dubitaretur, in
hoc iudici non crederetur: unde redigitur in scri-
ptis, uel in acta publica, ut sciatur de modo & die
præsentationis, si in dubium uertatur. ex̄. de pro-
batio. quoniam contra. Est & alia ratio, quia si re-
scriptum casu aliquo perderetur, posset facilius
per tale instrumentum comprobari, quàm per te-
stes. Cùm .n. iudicis autoritate fit transcriptum: ei
creditur. Hæc probātur ex̄. de priuileg. cùm olim
f essemus. f & de fideiuss. peruenit. ex̄. de fide. instr.
c. fin. C. de testa. publicati. ex̄. de confir. uti. uel
inuti. uenerabilis. & sic præmissa obiectio procedit.
Super hoc uide quod not. j. de instr. edi. §. nunc
6 dicamus. uer. illud autem. † Hæc quoque cautela
de conficiendo instrumento seruetur, tam in li-
teris apostolicis, quàm in alijs delegationibus &
subdelegationibus, ut semper constare possit de
iurisdictione, si in dubiū reuocaretur: aliàs enim
non statur gestis siue actis in causis, nisi quatenus
legitimis constiterit documentis, ut in præ. c.
g quoniam contra. & no. in præ. c. cùm in iure. g C.
g si à non comp. iud. l. 1. & in præ. uer. illud autem.
Post hæc potestas immediatè petat à iudice, ut ci-
tet, & in causa procedat ut s. tit. proxi. §. pe. uers.
h fin. h Dicto qualiter rescriptum apostolicum est
iudicio offerendum: inde nacta occasione, quia per
rescripta huiusmodi homines frequenter uexan-
tur indebitè: ideo aliqua in eorum præsidium sup
ponamus. Reus ergo habita rescripti copia quæ
fieri debet cum data. cùm sit commune, ut argu.
extra de dila. præterea, & de rescrip. eam te. ubi de
hoc illudeat rescriptum ipsum, modis quibus po
i terit impugnare, quod poterit multipliciter. i
Quandoque ratione falsi. Quandoque ratione for
mæ. Quandoque ratione impetrantis. Quādoque
ratione eius ad quem impetratur. Quandoque
ratione eius contra quem impetratur. Quando-
que ratione defectus. Quandoque ratione causæ,
& alijs modis.

ADDITIO.

a *Prima duo, scilicet præsentatio et receptio quæ cor
relatiua sunt expedit sine diuisione membrorum,
& de his Tan. ru. de iudice adeundo. Bonagu. sua
char. 2 Et. Aegyd. prima & secunda rubr. tertiū
per sex membra distinguit. Pil. autem licet in ru-
br. de dele. causarum tractat de personis, quibus
& de causis quæ delegari possunt: de rescrip. pro-
priè nihil ponit, Baga. nihil. Et breuiter Tan.
Roff. Vber de Bo. in locis quæ expreßi super. rubr.
de deleg. nil de hoc dixerunt. Vbert. de Bona. fecit
rubr. de exce. contra rescri. Idem Ioan. de Deo.
cauil. lib. 3. & ls. iuds parte 3. & hi duo denu
merauerunt aliquot casus. Bonagui. parum de hoc
tertio sub rub. qualiter recusans iudicem det libel
lum. Alber. Gal. posuit certos casus sub rub. de re-
scrip. inordinatè tamen. quia post tractatum sen-
tentiarum. executionum, & appellationum econ-
trà prima rubr. Nepo. de Mon. Alba. est contra
rescriptum sub rubr. contra ponit textus decret.
licet. de cri. fal. & certarum legum quæ habentur
25. q. 2. & hi duo iuuarunt autorem in casibus.
Gui. An prolixam rub. fecit de rescrip. qui posuit
etiam in princip. multos casus. multum autem ad-
iutus fuit autor per Hostien. in summa huius tit.
ut infrà dicam.*

b *Deposito. Secundum Aegyd.*

c *Licet. Secundum Tanc. ubi supra. Adde an ante
præsentationem rescripti reuocātis primus ualeat
processus factus, Bal. consil. 4. de offi. deleg.*

d *Episcopus, &c. Summè miror de Aegydio, qui for-
mam talem posuit uenerabili uiro domino Mar-
chid. Bo. Cle. &c. postposito. & illud domino sunt
miranda. uide supra §. ratione formæ. in prin.*

e *Respondeo. Secundum Aegyd. cuius fuit utraque
ratio. ubi supra.*

f *Essemus. Vbi de hoc ad fin. ulti. glo. & ultra re-
miss. quæ sequuntur, uide infra de proba. §. fin.
post prin. ubi inuenies opinio. Tanc. contrariam
scriptam ubi supra. si pro utraque præsente parte
id factum fuisset. satis accederem huic dicto. licet
Bart. quæstio dominicalis 11. consentiat sub du-
bio fortè: parte autem contra quam impetratum
fuit absente, & ad id non uocata, non puto id suf
ficere præcipuè in principio causæ. Facient etiam
quæ scripsi de testi. Alberic. & de fi. instru. c. ulti.
licet Gof. sua 10. q. distinxerit. an reus opp. falsi-
tatem expresso uel tacito: & tunc secundum eum
sufficiet exhiberi publicatum uel insinuatum, an
opponat ueram falsitatem rescripti, & tunc exhi-
bendum est originale. Saluo quòd si iudex facta
diligenti examinatione, de his sex, de quibus in-
fra. §. proxi. in prin. cùm inuenisset illud legitimū
quo ad illa fecisset illud in acta redigi. Vult enim
quòd tunc non admittatur obiectio falsi, sed stetur
actis. Allegat pra. decr. cùm olim. quæ hoc non pro
bat;*

bat. imò potius probat quod prædixi: cũ ibi in cõtradictorio iudicio, & parte præsente facta fuerit probatio. & eius pace salua nimium potentatum dat iudici in partis præiudicium: & utinam omnes essent tales quibus sic credi posset. Et licet primum dictum aliquid coloris habeat: constat tamen quòd in insinuato posset esse aliquid plus uel minus, prout expediret impetranti. Constat etiã quòd impetrantes laborant ad iudices gratos habendos, & ipsorum uoluntati conformes. Adde quòd Ioan. Andr. sequitur Alex. in d. auth. si quis in aliquo. & Pet. de Anch. licet de eo mentionem non faciat consil. 40. incipiente. prima facie, & an requiratur citatio partis, cùm exemplatur aliqua scriptura, uide Bal. consi. 10. lib. 3.

g *Iura. In glo. unica. & uide quod super ea scripsi.*

h *Ver. si. Habent hic quidam rub. de rescrip. impug. sed non debet esse.*

i *Multipliciter. Quid dixerit Vber. de Bo hot titu. quando iudex omnes exceptiones oppositas repellit, an appellari posit, uide infra, de app. §. in quibus. uer. sed nunquid.*

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum quomodo impugnetur ratione falsi.*
Falsitas rescripti quibus modis cognoscatur.
Corrigens etiam unicam literam uel unum punctum in rescripto apostolico ipso iure excommunicatur, & singulis annis in curia Romana hæc excommunicatio renouatur.
2 *Rescriptum per quæ reddatur nullum.*
3 *Sigillum imperatoris quale esse debeat.*
4 *Falsitas scripturæ ex forma deprehenditur.*
5 *Literæ quædam qualiter debeant in rescriptis diuersimodè formari.*
6 *Dictiones aut propria nomina in rescriptis apposita, qualiter scribi debeant.*
7 *Data in rescripto inserta non debent diuersis lineis diuidi, ut pars contineatur in una linea, & pars in altera.*
8 *Res iudicata habenda est pro ueritate.*

PRIMO Igitur excipitur ratione falsi, quia est falsa bulla uel charta uel filum. Quod dic ut ex. de cri. fal. licet. & c. ad falsariorũ. & de fi. instrumen. inter. † Cognoscitur
1
a autem falsitas istis modis. ª Primò, quando cum
b falso modulo ᵇ falsa bulla formatur quæ literis apponitur falsis. Secundò, cùm filum de uera bulla totaliter trahitur, & per alium filum immissum in ipsa bulla falsis literis inseritur. Tertiò, cùm filum sub plicatura ueræ literæ inciditur, & de ipsa litera excutitur, & pòst uera bulla cum ipso filo falsis literis appenditur, & dictum filum sub eadem plicatura cum filo similis canapis restauratur, quod de facili cognoscitur, si filorum adiunctio & æqualitas attendatur: ut j. uersicul. 10. Quartò, cùm è superiori parte bullæ altera pars chordulæ sub plumbo telcinditur, & per idem filum literis falsis inserta reducitur infra plumbũ secus autem si filum esset à muribus corrosum uel putrefactum, cùm priuilegia sint perpetua C. de diuer. rescrip. l. 1. & 25. q. 2. cap. 1. 2. & 3. Quintò, cùm in literis bullatis aliquid per raturam tenuẽ immutatur. Nam etiam si unica litera, uel punctus corrigitur, excommunicatus est ipso iure corrigens. & hanc sententiam innouat singulis annis
c curia Romana. ᶜ Sextò, cùm scriptura literæ bullatæ deleta, & cum calce dealbata iterum rescribitur. Septimò, cùm chartæ cui bulla adhæret abrasæ altera char. subtilis cum glutino adiungitur: & hæ tres species falsitatis de facili possũnt co-
d gnosci, si quis literam inspiciat contra solem. ᵈ Octauò, cùm is, qui est apud sedem apostolicam, recipit literas ab alio, quàm à papa uel uice cancellario seu bullatore: hoc tamen de consuetudine non seruatur. Nonò, cum quis uenit ad domũ bullatoris & falsam literam ponit inter ueras non dum bullatas: ut sic cum alijs ex improuiso bulle-
e tur. ᵉ Hæ tamen duæ species falsitatis non possunt comprehendi de facili, nisi in modo dictaminis, uel in forma scripturæ uel qualitate chartæ: ut infrà uersic. & quoniam. Decimò, cognoscitur etiam falsitas in adiunctione filorum & in colla-
f tione bullæ diligenter facta cum uera bulla, ᶠ ut attendatur an sit mota alicubi uel obtusa, uel inæqualis, uel depressa. Hæc omnia leguntur ex. de
2 cri. fal. licet. † Vnde uersus:

Forma, filum, stylum, litura, membrana, sigillum:
Hæc sex falsata dant scripta ualere pusillum.

g ᵍ Fiat autem collatio sic: Attendens enim quòd ex una parte bullæ debet esse scriptum nomen papæ literas concedentis: debet etiam habere circui
h tum orbicularem de punctis: ʰ ex alia parte debet esse caput caluum Pauli, & hirsutum cum barba prolixa, & caput Petri granatum & pilosum, cum barba rotunda & granata, & utrunque caput circundatur circulo punctorum: & inter ipsa capita est crux prolixa, habens in summitate unum punctum, & aliud in fine stipitis, sed & supet ipsa capita est linea literarum continens, S. Pa. S. Pe. habet etiam eadem pars circulum orbicularem de pompis: & bene considerandus est numerus pun-
i ctorum. ⁱ † Porrò sigillum Imperatoris tale est:
3
k ᵏ Habet enim in circulo orbicularias literas has, uidelicet S. Fre. Rom. Impe. & semper August. & intra circulum est sculpta imago Imperatoris in solio imperiali sedentis, & in capite regale diadema habentis, in manu dextera sceptrum, & in sinistra pomum rotundum tenentis. Item excipitur contra rescriptum quòd est cancellatum, uel rasum in loco suspecto, uel uituperatum, ut in præ. c. licet. §. quinta. ex. de fide instru. inter. §. instrumentum quoque. ff. si tab. te nul. exta. l. 1. §. penul. ex. de priuil. cum olim propter. puta in data, uel in annis Domini, ut ex. de relig. do. cum uenerabilis

billis. secus si in facti narratione. ex. de fide instru. ex literis. nisi sit modica rasura, quæ sapientis animum non immutat. ex. de cri. fal. cap. fin. ff. de bo.
l pos. secundum tab. l. 1. §. si rosæ. [l] Item quòd literæ in syllabis, & syllabæ in dictionibus, & dictiones in linea magis distinctæ sunt in uno loco quàm
m in alio, uel quòd lues [m] est in charta, ut in præ. decret. inter. §. sed contra priuilegium. circa fin. Defectus tamen syllabæ non uidetur obesse. ff. de manu. test. qui habebat C. de formu. totum. uel etiam literæ, ut extra, de fide instrumen. ex parte. Item quòd bulla uel plumbea est dissoluta, uel destructos habet characteres. C. de edict. diui Adria. tol. l. fina. C. de testi. l. penulti. ff. ad leg. Cornel. de fal. Paulus respon. & l. prima. §. qui in rationibus. & l. qui test. ff. de his quæ in testa. delen. l. prima, in princ. & l. cancellauerat. Item quòd litera est uniformis, sed diuersis manibus est scripta, & in præ. §. instrumentum. & in præ. cap. cùm olim propter.
4 † Et quoniam ex forma scripturæ falsitas deprehenditur, ut supra uersicu. 9. not. quòd secundum
n modum curiæ litera debet esse quadrata, [n] & in
o charta pecorina [o] grossa & non rasa: & nomina propria hominum & locorum extensè scribuntur.
p [p] Et prima litera debet esse capitanea & magna, & solenniter scribi hoc modo: Mar. & Bononia. Item prima litera narrationis quæcunque sit, & etiam quæcunque ponitur in principio cuiuslibet
5 clausulæ solennius scribi debet, † quam aliæ quæ sequuntur. Item hæc litera d. sic debet esse retorta, nisi quando ponitur in principio clausulæ, quia tunc debet formari solenniter, ut prædixi, non autem debet scribi sic D. Item hæc litera I. debet semper scribi sine tractu, nisi quando concurrit cum alia: ut patet cùm scribitur idem. Item ultima pars literarum M. & N. nunquam trahitur, nisi cùm sunt in fine dictionis: tunc enim sic, hoc modo m, n: uel nisi in principio dictionis solenniter scriptæ. Generaliter autem hæ literæ, g. f. h. l. e. p. sic formari debent curatis superius & inferius capitibus, nisi ponantur in principijs clausularum nominum, uel locorum, seu rerum, ubi solennius formari debent, ut dixi. Item non debet una litera super aliam poni causa abbreuiandi, puta sic,
6 m. t. s. igitur, & similia. † Circa dictiones autem illud notandum est, quòd propria nomina impetrā
q tium extensè [q] scribi debent: secus de nominibus eorum, contra quos impetrantur. Item certæ dictiones sub certis abbreuiationibus scribi debent: & si aliter scribentur, est litera corrigenda: puta hę, hoc modo, episcopus diœc. salu. & apostolicam bene. dat cal. nonas, idus. Item non debet aliqua dictio diuidi, ut principium sit in fine unius lineæ,
r & finis in principio alterius. [r] Præterea 2. idus, uel 3. cal. uel 4. non̄. cum occurrunt, hoc modo scribenda sunt, & non extensè: sic uidelicet pridie id. uel tertio calen. uel quarto non̄. & sic de alijs. Item circa lineas nota quòd ultima linea debet compleri, & fieri cum alijs æqualis, nec debet pars eius uacua remanere, & debet continere hoc, dat. Lugd. 2. idus, pontificatus nostri anno primo, uel secundo, vel tertio, & non debet sic abbreuiari, an
7 no 1. uel 2. uel 3. † Et nota quòd tota data debet compleri in linea, in qua scribitur dictio pontificatus, & non debet in alia linea terminari. Item data non debet duas lineas integras continere: imò in initio penulti. lineæ necesse est ad minus duas dictiones præcedentis clausulæ contineri. Item titulus siue salutatio priuilegiorum est talis: Clemens episcopus, seruus seruorum Dei, dilectis filijs abbati talis loci, eiusque fratribus, tam præsentibus, quàm futuris, regularem uitam professis in perpetuum. Et debet hæc salutatio scribi literis longis: & tota debet poni in una linea, ita quòd tria ultima puncta retorta, quæ consueuerunt poni post in perpetuum: non fiant extra, sed intra lineam lateralem. Item in fine priuilegij ante signa, & subscriptiones ponitur bis amen, & finis priuilegij, usque ad amen, amen, debet continere ad minus duas partes lineæ, tertia parte remanente pro prædictis amen, & si minus remaneat, non est nis, dummodo recipiat prædicta, amen, amen. Hæc igitur & alia diligenter sunt consideranda in literis apostolicis. Item excipitur, quòd est obtentum per falsi suggestionem, uel ueri suppressionem. ex. de rescrip. super literis. &
s cap. ex parte. [s] Item quòd non est ibi subscriptio principalis. C. de diuer. rescrip. sacri afflatus, uel gloriosi quæstor. in authenti. ut diui. iusti. colla. 9. hoc tamen in desuetudinem abiit, nisi in priuilegijs sedis apostolicæ, in quibus singulis cardinales
t subscribunt. [t] Subscriptiones autem sæpe in instrumentis fiunt. Item quòd charta est uetus, & litera recens: ut in præ. cap. inter. sed contra priuilegium. Item quòd non fuit sigillum appositum. Super quo dic, ut infrà de instrum. edi. §. postremò. uersic. item quòd non est sigillatum. & seq. Quid iuris sit de his, quæ fiunt per literas subre-
8 ptitias, not. ex. de rescript. super literis. † Quid si excipitur de falso contra literas: & iudex de hoc cognoscens pronunciat eas esse ueras, cùm tamen sint falsæ, & per eas procedit ad sententiam: nunquid ualet processus? Dicunt quidam quòd sic, propter errorem litigantium. argum. ff. quod cum falso tu. l. 1. §. fin. ff. de offic. prætor. l. Barbarius. 3. quæst. 7. §. infamis tria. prope prin. & quia res iudicata pro ueritate accipitur. ff. de sta. ho. ingenuū. 2. q. 6. ei, qui. §. item si sententia extra, de re iudi. cùm inter. prope fi. Item quia ratione dubij habet iurisdictionem. ff. de iud. si quis ex. & in præd. cap.
u super literis. [u] prope fin. Tu dic quòd nec prima sententia, nec processus postmodum per eum habitus, ualet propter defectum iurisdictionis. extra, de offic. uica. tua. C. si à non competenti iudice. per totum. Nam etiam post sententiam de falso quæritur. C. de fal. querela. infra senten. §. fi. uersic. & not. quòd de hoc not. secundum papam
x in præ. cap. super literis. [x] Sed quid si dico instrumentum contra me productum falsum esse, & iudex pronunciat esse uerum, cum tamen sit falsum, & per illud contra me fert sententiam: nunquid ualet sententia? Respondeo sic, si ab ea non fuerit appellatum, quoniam hoc casu iudex erat. C. de fide instrum. l. ultim. §. fin. & in præd. c. cum inter. secus autem si instrumentum procuratoris, falsum pronuncietur esse uerum: quia tunc processus cum tali procuratore habitus, non præiudicat ei, cuius procuratorem se esse asseruit, nisi for-

tè id ratificauerit. C. de procur. licet. extrà, eo. in nostra. ff. de iudi. licet. ff. rem ra. ha. l. tertia, §. Celsus. quia iudex non habuit iurisdictionem in illum dominum absentem. Quidam tamen
y contra y propter iudicis autoritatem. ff. quod
z cum fal. tu. l. 1. §. pe. z & uide infrà, de cita. l. 1. uersic. item pone, & c.

ADDITIO.

a *Modis. Hic est sciendum quòd Hostien. titulum de rescriptis, commendabiliter & ualde plenè prosecutus est in Summa, faciens de illo 14 membra. & penultimum fuit quæ possent obyci contra rescriptum. Et cùm circa dimidiam partem §. prosecutus fuisset certos obiectus, dedissetq; nouem uersus, & illos exposuisset continens 28. casus de tacita veritate demum in uersicu. sed vt simplicibus: inter illos & alios enumerauit centum duos obiectus. Autor autem hic pulchrè diuisit, & secundum materias illos locauit sub sequentibus, §. & de illis plures sunt coniuncti infrà, sub §. ultimo. Vtinam per numeros sub singulis §. posuisset ut Hosti. quia per id facilius haberentur. Item dicam de instrumẽtorum edit. §. nunc uerò. in princip. & quia habuit autor multum cordi nos informare de ceremonijs cancellariæ circa bullam, notarios & scriptores, in his principalibus laborauit, quæ omnes sunt utiles ad falsitates euitandas, & si fierent cognoscendas. Alia uerò etiam ad iustitiam præseruandam. & quia multos ex suis obiectibus latè prosequitur Hostien. ad illos sæpe remittam. Secundò, sciendum est, quòd ut hic patet in princip. ad rescrip. apostolica restringit se autor: & quicquid de ceremonijs infrà subditur, habet locum in rescriptis apostolicis: sed quia, ut dicitur suprà parte proxi. in fi. etiam rescripta maximè delegationum emanant à legatis, delegatis papæ & ordinarijs: & impugnationes, quæ sequentur ultra speciales curiæ, ut dixi, etiam locum in illis habebunt. Exemplum, quòd falsum fuit expressum, quod delegans mortuus re integra, & similia. Tertiò, nullus miretur si multæ impugnationes infrà ponentur, contra quas papa priuilegiare potest, quia non tractamus materiam priuilegiorum, quæ dantur contra ius commune. 3. distinct. priuilegia. de uerbor. significationib. abbate. uersiculo hic autem. Sed materiam rescriptorum, quæ debent esse consona iuri communi. 25. q. 1. rescripta & cap. dicenti. Prima dari possunt principes legibus non subiecti, scilicet papa & Imperator, de concessio. præben. proposuit. C. de legi. digna uox. & inferiores quandoque. de hoc de religio. domi. constitutus. Item sciendum est, quòd iste sequens §. scribendus est literis distinctis, cùm allegatur scripto: & tunc & etiam uerbo addendum esset sic. Modis. Dicit Uber. de Bo. quòd quædam uitia rescriptorum erãt uisibilia quædam intellectiua, id est, quædam percipiebant uisus: & quædam intellectus, quod etiam dicit Gof. in Sum. huius titu. 4. colum. uersic. item tollitur.*

b *Modulo. Verbum Hostien. in Sum. de crim. fal. §. secundo. uersiculo porrò. Et est sciendum, quòd instrumentum quod sculpitur bulla, curia uocat typarium. quod nomen deriuatores mei non habuerunt notum, nec alibi memini me legisse. Est autem sciendum, quòd pars bullæ, quæ habet nomen papæ, de qua infrà, quia sæpe mutatum non deficit: sed pars habens capita sæpe deficit: & in stylo Romanæ curiæ quem habeo, inuenio quòd fracta illa parte fabricata fuit alia: & quædam aliæ literæ ex illa bullata, ex quibus fuit magna in diuersis partibus suspicio falsitatis, quia corpulentiores effigies capitum exprimebat noua bulla quàm uetus: propter quod alterius opificis ministerio fabricatum fuit aliud typarium aptius: & habeo formã literæ, quam papa scripsit ad uniuersos, episcopos, archiepiscopos, prælatos, clericos & uniuersos Christi fideles, cum illa noua bulla ad finem, ut exprimit, ut per illam cognoscerent ueras bullas: & credendum est multas literas illius formæ & bullæ ad loca multa transmissas.*

c *Romana. Hoc plenius scripsi post Hostien. de fide instr. ex literis. in ulti. gloss. ubi inuenies quòd hæc pœna locum habet etiam in nota iam formata per notarium, & signata, ac etiam in literis pœnitentiarij maioris. Item quanta est difficultas in habenda absolutione.*

d *Solem. Nimis largè recepit autor verba ultimæ glossæ decreta. licet. fateor enim quòd in prima istarum & trium specierum experientia est uera, sed in secunda & tertia non: & hoc si in tertia glutinum sit bene uniformè: posita enim inter solem & oculos tota erit obscura uniformiter, sed oportebit illud discerni per latera literæ diligenter inspecta propter suspicionem obscuritatis, propter quam ego modicum absciderem de charta, per quod id discernerem de facili, & sic semel feci.*

e *Bulletur. Quomodo circa hoc prouideant bullatores: ibi scripsi super uersiculo proijciunt, & audiui quoddam commendabile: quòd si bullatori portanti literas de cancellaria ad bullantem, una caderet sibi uidenti: non tamen recipe-*

ret

ret illam bullandam, nisi de nouo illam haberet à cancellario.

f Bulla. Vt ibi scripsi super uer. collatione. non erit dare quod per talem collationem non discernatur falsitas.

g Pusillum. Hic versus posuerat Ioan. de Deo loco supra, prius allegato in fin. Gul. And. dat alios uersus: Bullatura, stylus, manus altera, rasio, filum, Si sapis: hoc papa faciunt cognoscere scriptum.

h Punctus. In hac addita sunt 6. rosa. quòd licet quidam reprehendant, posset multum conferre proposito, scilicet falsitatis inuenienda.

i Punctorum. Habet hac quadam signa secreta, quorum unum est mihi notum, per quod ipso primo aspectu cognoscerem falsam bullam.

k Est. Quomodo post coronationem utitur etiam bulla aurea, uide in cle. de iureiur. Romani. in fin. & quod ibi not.

ADDE tu, quia ante coronationem non dicitur Imperator, ut uoluit Bald. in l. Publius. ff. de condi. & demon. Ad quod facit item in c. uenerabilem, extra de elec. & ibi domin. Anton. & domin. Abb. qui dicunt quòd quis primò eligitur in regem Romanorum: & demum per coronationem & confirmationem summi pontificis consecratur in Imperatorem. ibi uide.

l Rosa. Hæc fuit quinta in numero Hostien. §. penultimo de quo suprà remittit etiam ad summam de fide instrumen. §. quibus instrumentis. uersicul. quòd si instrumento. ubi dicit se alias exceptiones posuisse.

ADDE quòd non est necesse, quòd annus Domini sit in plica bullarum, ut uoluit Rom. consil. 353.

m Lues. Id est, macula uel sordes Iob 20. lues quæ fecit omnia.

n Quadrata. Quantum percipio plus abhorret curia formam longam, quàm latam. Vnde sæpe uidemus modica scriptura literas multum latas & curtas: quare hodie fit pulchrior forma chartarum quàm olim. scripsi in prædicto decre. licet, super uersi. charta.

o Pecorina. Non dixit pecudina, quia secundum deriuatores plus continet pecus pecoris, quàm pecus pecudis: Dicunt etiam quòd pecus pecudis continet omnia animalia quæ sunt ad usum hominum ad uescendum, uel utendum: sed pecus pecoris maiora, ut equos, boues, asinos, & similia. Hoc dico, quia in hædinis & uitulinis, quando sunt magni processus, uidemus literas scribi. pecus autem corripit primam. Ouidius de Arte, charta antepe-nult. Turpe, pecus, mutilum, turpis sine gramine campus. De his ff. de lega. 3. l. legatus seruus §. pecoribus. & l. seruis legatis. §. pecudibus. qui facit contra prædicta.

p Scribuntur. Bene conuenit. C. de uet. iur. enu. l. 2. ante fi. ubi præcipitur nomina prudentum, qui leges composuerunt, scribi per consequentiam literarum. Cessabit ergo secundum hæc q. 12. libro Ioan. de Deo fundata super litera apostolica, in qua ponebantur literæ pro nomine. facit de accu. qualiter. 2. § debet.

q Extensè. Id est, sine titulo.

r Alterius. Constitutio Io. cùm ad sacrosancta. quo ad salaria pro literis soluenda taxat lineas 150 literarum uel 25. dictionum.

s Parte. Hoc latè prosequitur Host. in præ. §. pe. in 1. & 2. colum. Adde per Feli. plenè in c. super literis. in primis folijs.

t Subscribunt. Id est, subscribam olim. 12. q. 2. cùm redemptor. sed hodie non subscribunt: ut dixi de testa. cùm à nobis. super ulti. glo.

u Literis. Plenius eo. tit. ad audientiam. 2. sed fortè de Compo. intellexit.

x Literis. Vbi post glossas plenè scripsi, quàm hic, & in seq. uer. dicitur in uersi. sed quid si contra. & uer. seq. Adde, ut per Felin. in d. c. 1. 16. colum. uer. nemo fallit.

y Contra. Et de seipso dicere poterat, ut patet infra, de excep. §. nunc dicendum. ad finem. uersic. in summa.

z §. penult. Ad solutionem huius uide supra, de syndico. uersic. quid si iudex.

SVMMARIVM.

1 Rescriptum quomodo impugnatur ratione formæ.

Clausula in Christo non debet in salutatione literarum papæ describi.

2 Dominus papa rescribens sibi familiari, qua forma utatur respectu nominis proprij.

3 Papa uocat episcopos & superiores uenerabiles fratres, abbates uerò inferiores, etiam reges & principes, indifferenter filios.

4 Clausula illa, sine canonico, in qua causa solet apponi in rescripto.

5 Clausula specialiter in rescripto apostolico inserenda.

6 Is, cui scribitur, quòd studeat reuocare, quæ ipse alienauit, an erit iudex in causa sua.

7 Quæstio criminalis propriè dicitur causa, ciuilis uerò siue pecuniaria dicitur lis.

f 2 8 Ex.

8 *Exceptio contra literas, quòd sunt impetrata tacita veritate, vel suggesta falsitate, qualiter concludatur.*

9 *Forma proponendi & narrandi exceptionem rei iudicatæ est peremptoria.*

10 *Exceptio super impetratione literarum, quòd aliquid non est expressum, quod si expressum fuisset non esset impetratum: quomodo, seu qua forma proponatur.*

11 *Impugnare nitens rescriptum, non est passim & semper admittendus.*

12 *Præventus ab appellato, quomodo debeat exceptionem proponere.*

13 *Forma, qua de nimium procurente in causa appellationis, possit excipi.*

14 *Sententia excommunicationis à cardinali ferenda, qua forma fiat, & si petatur executioni mādari, quomodo dicatur.*

15 *Rescriptum, per quod quis conqueritur se excommunicatum ab episcopo, qui non habet iurisdictionem in eum, quomodo fieri debeat.*

16 *Delegatus excommunicans usurarium, quia diffinitiuæ non paret, an debeat excommunicationis sententia confirmari.*

17 *Excommunicatio petita apostolico munimine roborari, debet cum omnibus requisitis exprimi.*

18 *Conquerens se à iudice, coram quo conueniebatur, excommunicatum sine causa rationabili, nulla monitione præmissa, quam conclusionem habere debeat.*

19 *Conquerente aliquo, quòd prælatus eum excommunicauit contra formam concilij generalis, non sunt literæ concedendæ in curia antequam excommunicatori scribatur.*

20 *Simpliciter dicendo, quòd talis in eum manus iniecerit violentas, quomodo sit concludendum.*

21 *Forma narrationis in casu, quo quis verberatur, uel incarceratur, uel aliàs iniuriatur.*

22 *Forma conclusionis, ubi quis conqueritur de iniectionem manuū, & incarceratione & spoliatione & pecuniæ extorsione, &c.*

23 *Forma concludendi, ubi episcopus dicitur iniecisse manus in personam ecclesiasticam, uel excommunicatus celebrasse diuina.*

24 *Delictum personæ non debet in eccle. damnum redundare.*

25 *Hæres episcopi impropriè dicitur hæres.*

26 *Præponi debet in rescripto id, de quo agitur.*

27 *Clausula, præterea, uel idem quoque, & quidam alij super terris, &c. an addantur, ubi laicus impetrat contra laicum, super usuris extra terras ecclesiæ Romanæ proprias.*

28 *Dictio, prouiso, quando debeat in literis apostolicis apponi.*

29 *Priuilegium & confirmatio, qua forma concedatur.*

30 *Confirmatio ex certa scientia, quomodo fiat, & qua forma.*

31 *Decima concessa à laico cum consensu diœcesani alij ecclesiæ, quàm cui pertinent, non confirmantur.*

32 *Confirmatio non datur super numero unico, uel binario.*

33 *Forma petendi sententiam diffinitiuam, cum serico confirmari, & eam executioni mandari.*

34 *Compositio non confirmatur inter mortuos, etiam super rebus temporalibus.*

35 *Dare conseruatores in omnibus priuilegijs, est consuetudo cancellariæ.*

36 *Literæ citatoriæ non recipiunt contradictionem: licet transeant per audientiam.*

37 *Excommunicatus ratione causæ, quæ inter se & alium uertitur, si impetrat non tamen contra me: an ille alius possit eum repellere obiectu huius excommunicationis.*

38 *Literæ contentiosæ non sunt contra reges dandæ nec eis est scribendum, per mandamus quatenus, &c.*

39 *Rescribendo tribus iudicibus, quibus uerbis, seu quo clausularum ordine sit utendum.*

40 *Clericus secularis conquerens de iniuria sibi illata super ecclesia: quibus uerbis in suo rescripto uti debeat.*

41 *Literæ quo modo, uel quo pacto dari debeant mulieris pro dotibus.*

42 *Clausula, partibus conuocatis, &c. in rescripto, ubi de spiritualibus agitur, quomodo sit apponenda.*

43 *Papa rogans pro aliquo monachando, uel canonicando, cuius forma rescripto uti debeat.*

44 *Rescriptum pro monacho debet fieri abbati, & conuentui, loco, ordine, & diœcesi expressis.*

45 *Forma conclusionis ubi contenditur arbitrium esse nullum.*

46 *Quæstio amicabili compositione decisa, qua uerborum forma narranda sit.*

47 *Papa, si petatur prouideri, ubi causa expediri non potest, quo rescripto uti debeat.*

Ratione

a RATIONE [a] Formæ quoque contra re
scriptum opponitur, quòd non est secun
dum formam, seu stylum curiæ: ut su-
pra §.proxi. uersi. 9. puta, si papa uocat
episcopus, uel superiores, dilectos filios: uel si uo
cat reges uel principes uel quoscunque clericos
inferiores episcopis fratres: uel si se ponat in sin-
gulari numero, uel si scribit uni, quicunque sit
ille, in plurali: ut ex̄. de crimi. fal. quàm graui.
b Item quod alium sibi præponit in scribendo: ut
ibi. [b] arg. contra. C. de summa Trinit. inter claras.
c & l. uictor. in princip. in subscriptione. 99. distinct.
1 nullus. & c. seq. & 97. distinct. uictor. in princip. [c]
† Et not. quòd in salutatione literarum papæ non
ponitur, in Christo: puta, Venerabili in Christo
fratri, uel dilecto in Christo filio, alioquin est fal-
sa litera: ut in præ. c. quàm graui. quod uerum est,
nisi scribatur abbatissæ & monialibus: quia tunc
bene apponitur, in Christo, ut ex̄. de rescript. cum
dilecta. & de confir. uti. uel inuti. cum dilecti. & de
excep. dilectæ. Item bene dicitur hoc modo: Dile
ctis in Christo filiabus abbatissæ, & conuentui: &
nisi quando scribit regibus, uel reginis, quia tunc
ponitur sic: Charissimo in Christo filio, uel charis
simæ in Christo filiæ: ut ex̄. de conuer. coniu. cha-
rissimis. Item in salutatione non ponitur: pu-
2 ta, Venerabili fratri nostro, uel, dilecto filio no-
stro. † Nisi fortè sit familiaris domini papæ, tunc
enim dicitur: Dilecto filio tali capellano nostro,
uel subdito nostro salutem. Item ubi in salutatio-
ne nomen proprium non exprimitur: puta, scri-
bitur episcopo, debent poni duo puncta, prius-
quam ponatur nomen eius, cui scribitur sic: epi-
scopo, præposito, abbati, & sic de alijs. Vbi autem
scribitur episcopo, uel abbati, debet semper poni
locus, unde est, sic: episcopo Biteren. Abbati Vil-
læ magnæ talis diœcesis. Similiter si scribitur epi
scopo, uel canonico maioris ecclesiæ: saltem po-
nitur proprium nomen ciuitatis. Si uerò abbati,
uel alij clerico non maioris ecclesiæ, cuiuscunque
ecclesiæ clericus sit in ciuitate, semper exprimi-
tur nomen ecclesiæ & ciuitatis sic: abbati, uel A.
canonico sancti Pauli Narboñ. Item ubicunque de
aliquo ordine fit mentio in litera, semper debet
præponi ordo diœce. in qua est. uerbi gratia, Prior
de Cassiano, ordinis S. Augustini, diœce. Biter.
Aliud autem est in ciuitate, quæ debet ordini præ
poni, hoc modo: Abbati S. Iacobi Biter. ordinis
S. Augustini: & sic de similibus. Item in nomine
rei non ponitur dilectus, sed solum in nomine a-
ctoris. licet sit argum. contra, 15. quæst. ulti. c.
d fin. in fin. & 2. q. 1. multi. in fi. [d] Item semper po
ni debet ciuitas uel diœce. unde est reus. Item
cum scribitur episcopis uel superioribus, dicitur
fraternitati: ut ex̄. de regula. ex parte. & de con
uer. coniu. sanè. Cum uerò minoribus, ponitur
3 discretioni. eod. tit. accedens. † Et nota quòd papa
uocat episcopos & superiores, uenerabiles fratres:
abbates uerò & inferiores, & etiam reges, & prin
cipes, & alios inferiores barones, indifferenter fi-
lios appellat: ut ex̄. de cri. fal. quàm graui. Item
principium & finis salutationis, nunquam mutan
tur, nisi quando scribit excommunicatis: quos,
nec fratres, nec filios appellat; sed loco salutatio-
nis & benedictionis, dicit: Spiritum consilij sa-
nioris. Item si generale sit rescriptum, derogatur
ei per speciale. ex̄. de rescrip. c. 1. & cap. pastoralis.
e [e] Item non est ibi locus inscriptus, ubi litera fuit
data. C. de contrahen. stipu. optimam. 2. q. 8. libel-
lorum. in authen. de nup. in fi. infrà de instru. edi.
f §. instrumentũ. uersi. quid si locus. [f] Item quòd
non est ibi indictio, neque data, neque anni Domi
g ni. [g] ex̄. de fide instr. inter dilectos. uer. sed si pri-
uil. ex̄. de rescrip. eam te. & c. constitutus. & in au-
then. de nup. in fi. col. 4. 25. q. 2. si quæ beneficia. in
authen. ut nomen Impera. præpo. doct. col. 5. C. de
diuer rescrip. l. fi. ex̄. de præben. dilectus filius. G.
Item quòd est ibi falsa Latinitas. ex̄. de rescrip. ad
audientiam. 1. Item excipitur, quòd duæ commis-
siones in eadem causa, sub eadem forma, & eadem
die, ad diuersos iudices, uel sub diuersis formis ab
eodem sunt obtentæ: unde non ualent. ex̄. de re-
h scrip. ex tenore. [h] & c. fin. & de offic. deleg. c. 2.
ex̄. de fide instr. imputari. nisi forte fiat ad caute-
lam. arg. ff. de bo. pos. secundũ tab. l. 1. Item quòd
in primis literis dictum est, ne ualeant secundæ,
nisi totam rei seriem contineant: unde non ualēt
secundæ, si hoc non contineant. ff. de leg. 3. si
quis in princ. ex̄. de rescrip. c. 2. ex̄. qui fil. sint leg.
causam quæ. secundum G. Na. Item excipitur,
quòd continet dispensationem contra canones.
25. quæst. 1. contra statu. ex̄. de consanguin. & affi.
quia circa. Item quòd non præcesserunt monito-
riæ, de quibus fit mentio in executorijs. ex̄. de re-
script. ex insinuatione. Item quòd rescriptum re
pugnantia continet. Est enim ibi oppositio in o-
biecto. ad hoc ff. de reg. iur. ubi repugnantia. 25.
4 q. 2. si ea. ex̄. de appel. solicitudinem. in fi. † Item
quòd ubi debet esse, sine canonico termine, ap-
ponitur, sine debito. Nam si causa est spiritualis,
& maxime matrimonialis, consueuit apponi clau
sula illa, sine canonico: ut ex̄. de offic. deleg. cau
sam matrimonij. in fi. & ex̄. ut lit. non contest. acce
dens 2. in fi. ex̄. de restitut. spol. ex conquestione.
i [i] & c. ex parte. in fi. Si uerò sit ciuilis uel esset cri-
minalis, consueuit poni, sine debito, &c. Verumta-
men sæpe etiam in spiritualibus ponitur, sine debi
to: ut ex̄. de offi. deleg. cum causam. in prin. & de
restit. spol. cum ad sedē, in prin. de rescrip. causam
quæ. & ēt in matrimonialibus: ex̄. de rescrip. ex tē
nore. in prin. Itē quòd ibi non sunt annotationes
5 quæstoris. in auth. ut diui. iuf. † Itē quòd in rescri-
pto apostolico inserta est clausula illa, ea, quæ de
bonis eiusdem ecclesiæ alienata inueneris, studeas
ad ius, & proprietatem eiusdē ecclesiæ reuocare:
ex̄. de rebus eccle. alienan. uel non. episcopi. in fin.
K [k] ex̄. de elec. nosti. & is, cui scribitur, uult per
modum inquisitionis procedere, quòd fieri nō po-
test: sed solum per formam iudicij. Et not. quòd
talis potest cognoscere non solum de proprietate
sed ēt de possessione. Nam quod inuasum est, alie
natum dicitur. Item ēt est in formis illis, quic-
quid post iter arreptum, & quicquid post litem
cœptam inueneris attentatam, studeas in sta-
tum legitimum reuocare. Nam in his ordine iu-
diciario procedendum est, & per eas procedi po-
l test super petitorio & possessorio: quæ dic secun-
6 dum papam, & not. in præ. c. episcopi. [l] † Quid si

ſcribitur alicui, quòd ſtudeat reuocare, quæ ipſe
alienauit: nunquid erit iudex in cauſa ſua? Item,
nunquid ſeruabit iudiciarium ordinem? De hoc
m ſecundum papam in præ.c.noſti. [m] Poſſet etiam di
ci, quòd ſi prælato eccleſiæ, cuius bona alienata di
cuntur, ſcribitur ſub forma illa: ſtudeas reuocare,
non habet poteſtatem, niſi in notorijs, ubi non ha-
bet ordinem iudiciarium obſeruare, ſed ſola mo-
nitione præmiſſa excommunicabit: ut 16. q. 1. in
canonibus. De his uerò quæ iudicialē cognitionē
exigunt, ſe nō intromittet, ſicut nec conſeruator:
ut ex. de offi.deleg.ſtatuimus.lib.6. Si uerò ſcribi
tur alij, quam prælato ſecundum illam formā: ille
bene ſeruabit iudiciarium ordinem, niſi in noto-
rijs. Quidā tamen his clauſulis multipliciter abu-
tuntur. Item quòd in reſcripto continetur clauſu
la illa, uocatis, qui fuerint uocandi, ſuper propoſi-
tis, & alijs ueritatem inquiras: & ipſe uult, ut in-
quiſitor, & non ut iudex, procedere: ut ex. de
7 iudi. exhibita. † Item quòd quæſtio eſt ciuilis, &
in reſcripto dicitur, cauſam, quam talis, &c. nam
criminalis dicitur proprie cauſa, ciuilis uerò ſiue
pecuniaria, dicitur lis. arg. C. de tranſact. cauſas.
ff. de uerbo.ſignifi.litis nomen. ff. de eeſti. l. 1. ſed
n certe hoc non ſeruatur. [n] Quidam autem dicunt
cauſam, dici tantum ante litis conteſt. litem ue-
ro poſt lit. conteſt. arg. in authen. de litig. §. ad
excludendas. ubi dicitur, etiam ſi lis cœpta non
ſit, &c. ex. de uerborum ſignificat. ex parte 2.
o [o] Item clauſula illa, nullis literis ueritati & iuſti-
tię præiudicantibus. habetur extra, de confirm.
uti.uel inuti.bonæ. De clauſulis, quæ in literis be
neficialibus apponuntur. not. ſecundum papam.
p ex. de præſum, c. fina. [p] quæ autem hic deſunt,
dic ut nota. ſupra §. 1. Porrò licet hic articulus
quo ad materiam de appellationibus, ſecundum
uſum Romanæ curiæ ſit plenius expeditus infra de
app. §. de offic. quoque. uerſi. ut autem. & ſeq. ta-
men hic aliqua ſecundum eundem uſum ſuper
8 alijs annectemus. † Obijcitur ergo frequenter con
tra literas, quòd impetratæ ſunt tacita ueritate,
uel ſuggeſta falſitate, in qua exceptione, cum ſit
multum generalis, nō poteſt una eandemque con-
cluſio in literis aſſignari. Nam poteſt eſſe quan-
doque peremptoria, quandoque dilatoria. Si enim
alias ſuit in cauſa proceſſum, & pro me lata diffi-
nitiua ſententia nulla prouocatione ſuſpenſa, &
adhuc iterum ſuper eodem negotio aduerſarius
meus literas impetrat, & ego uelim excipere con-
tra eas, quòd ſunt ueritate tacita impetratæ, ut
pote non facta mentione de proceſſu & ſententia
promulgata, non debeo hoc in tum dilatoriæ, ſed
peremptoriæ exceptionis proponere: ut infrà de
excep. §. nunc uidendum. uer. hoc quoque. De-
beo enim exceptionem rei iudicatæ, quæ eſt pe-
remptoria, ſimpliciter proponere, & narrare ſic.
9 FORMA. † Cum ſuper tali negotio, talis con-
tra talem, ad talem, literas apoſtolicas impetraſ-
ſet. Idem excipiendo propoſuit coram eo quòd
cum in cauſa ipſa pro eo eſſet diffinitiua lata ſen-
tentia, nulla prouocatione ſuſpenſa, non erat in ea
dem cauſa ſeu negotio eius aduerſarius audien-
dus: & quia, &c. ut in præ. §. de offi. quoque.
uer. ſi autem non ſit appellationi. & concluditur
ſic: mandamus quatenus, ſi eſt ita, reuoces in ſta
tum debitum, quicquid poſt appell. huiuſmodi
inueneris temere attentatum: alioquin partes ad
priorum, &c. Idem eſt, ſi uelim dicere, tacita ue
ritate de cauſa, tranſactione, uel amicabili com-
poſitione ſopita, uel tale quid ſuppreſſum, de quo
ſi conſtaret, liqueret de negotio principali: quia
in his caſibus debet obſeruari quod dixi de perem
ptorijs, in præd. uerſi. ſi autem non ſit. Non enim
in his omnibus, cum per obiecta tangatur totum
negotium principale, uerba ſunt in modum dila-
toriæ proponenda, ut dicatur per reſcriptum hu-
iuſmodi non debere procedi, quaſi ſit impetratum
10 tacita ueritate. † Si uerò tale quid dico ſuppreſ-
ſum, quo expreſſo non fuiſſent literæ impetratæ:
ut ex. de reſcrip. ſuper literis. de quo ſi conſtaret,
ſupereſſet nihilominus quæſtio & cognitio ſuper
principali negotio dirimendo: talis exceptio in
modum dilatoriæ proponatur: puta, dicitur ab
aliquo ſuper eadem cauſa, iam coram ordinario
uel delegato proceſſum: lite pendente huius ueri-
tate ſuppreſſa, impetrauit reſcriptum ad delegat.
non poſſum dicere & excipere per literas huiuſ-
modi non debere procedi: ſed me ad alium iudi-
cem remittendum, cum ſint impetratæ tacita ue
ritate: & ſi non admittar, appellabo: & erit con-
cluſio, prout patet infra de remiſ. §. ſequitur. uer.
porrò. & in præ. §. de offi. uer. ſi igitur fori. quòd
ſi ille nihilominus poſt appellatio. me excommu
nicauit, ſic concludetur.

FORMA. Mandamus quatenus, ſi dictam ex-
communicationis ſententiam poſt huiuſmodi ap-
pellationem inueneris eſſe latam, denuncies eam
penitus eſſe nullam, ac reuocans in ſtatum debitū,
quicquid poſt appellationem ipſam temere inue-
neris attentatum, partes ad dicti ordinarij, &c. alio
quin ad ipſius dele. & ut ex. de appel. ad præſentiā.
15 &c. dilecti filij. j. & c. ut debitus. † Illud quoq; dili
genter eſt attendendum, tam à iudice, coram
quo exceptio de tacita ueritate & expreſſa falſita-
te proponitur, quàm ab officialibus curiæ Roma-
næ: ut cum nititur quis impugnare reſcriptum,
non ſemper & paſsim illum admittent, ſi plura, ſu-
per quibus eſt, uel eſſe poteſt quæſtio, fuerint in
modum huius exceptionis obiecta. Quid enim ſi
impetratum fuerit reſcriptum ſuper terris & re-
bus alijs, quas Imperator dixerat ad ſe pertinere:
uel ſub debitis aſſeuerat ſibi aliquem obligatum:
poteritne reus obijcere contra literas, dices: res
ipſas ad aduerſarium non pertinere, uel ſe minimè
obligatum: & per hoc reſcriptum ſuggeſta falſita-
te, uel tacita ueritate obtentum, ut per talium pro
poſitionem uerborum, iudicis iuriſdictionem elu-
dat: & in cauſa debitus impediatur proceſſus? cer-
tè non: imo lis eſſet ſimpliciter conteſtanda, & hæc
poſtea in cognitione principalis negotij deducen-
tur: ut extra, de lit. conteſt. exceptionis. lib. vj. ſu-
per quo uide infra. de except. §. nunc uiden-
dum. uerſic. hoc quoque notandum. & ſeq. Hæc
autem omnia, prout negotiorum emergentium
oſtenderit qualitas, melius declarentur. ut ff. de
ſol. ratum. extra de dona. apoſtolicæ. prope fin. ut
cùm aliquid contra reſcriptum obijcitur, ſi contin
git principale negotium, ut de ipſo quaſi de prin-
cipali

cipali supersit cognitio, & eo probato foret diffinitiua sententia proferenda: non admittatur obijciens, si in modum exceptionis dilatoriæ propo-
12 natur. † Est & casus in quo quis dicit se ab appellato præuentum: & obijcit literas ab eo impetratas fuisse tacita ueritate. Verbi gratia: appellatum fuit à diffinitiua: appellatus præuenit appellantem, & impetrauit super confirmatione sententiæ. Si enim nimium præcurrit, possum excipere: ut ex. de confir. uti. uel inuti. bonæ. & de appel. oblatæ. & ĵ. de appel. §. nunc breuiter. uer. licet autem & narrabitur sic.
13 FORMA. † Cum inter A. & B. quæstio uerteretur, iudex perperam in causa procedens contra A. iniquam sententiam promulgauit, à qua idem A. duxit ad sedem apostolicam appellandum. Cumque postmodum prædictus B. ad tales intra tempus à iure ad prosequendum appellationem concessum, cum satis de ipso tempore superesset, ipsum nimium malitiose præueniens, ac super commissione impetranda supplantare intendens contra eum, super confirmatione ipsius sententiæ, uel super hoc nostras literas impetrasset, idem A. excipiendo proposuit coram eis, quòd per huiusmodi literas ueritate tacita impetratas, quæ de appellatione sua non faciebant aliquam mentionem, procedere de iure non poterant, nec debebant: sed quia dicti iudices exceptionem huiusmodi contra iustitiam admittere denegabant: ipse sentiens indebite se grauari, nostram audientiam appellauit, & conclusio erat talis: Mandamus quatenus, si est ita, reuocatio, &c. usque, attentatum. iunge, prædictam diffinitiuam confirmare, uel infirmare curetis, &c. nam reuocato, quod per istos iudices ultimos factum est post appellationem ab hoc illato grauamine interpositam, scilicet super exceptione de literis impetratis ueritate tacita non admissa: debet procedi in causa appellationis interpositæ à diffinitiua, ut confirmetur, uel infirmetur, in cuius appellationis prosecutione nunc impetrans non fuit trepidus, uel remissus: alioquin remissio facienda est ad ultimos iudices, à quibus nunc ultimo fuerat appellatum: ut infrà de remis. §.
14 sequitur. † Nunc circa sententias excommunicationis, & alias aliqua discutiamus, unde nota quòd quando à cardinali fertur sententia excommunicationis, & petitur executioni mandari, dicitur sic.

FORMA. Mandamus quatenus, dictam excommunicationis sententiam proinde latam, faciatis autoritate nostra, &c. Idem est etiam quando à capellano domini papæ audito, refertur in curia Romana. Idem quoque est in alijs sententijs à cardi. latis. Item omnes sententiæ domini papæ, siue diffinitiuæ, siue interlocutoriæ, cum se-
15 rico debent bullari. † Item quando quis conqueritur, ꝙ episcopus qui nõ habet in eum ordinariã, uel delegatã iurisdictionẽ, excõmunicauerit eundem, apponi debet, cuius diœce. sit impetrans: nã si est alterius diœce. planum est: si uero sit diœce. ipsius episcopi, dicat se exemptum. 4. quæst. 6. peregrina. & c. seq. 11. quæst. 1. clericus. & c. sequen. Item super excommunicationibus latis ab alijs, quàm ab episcopis & superioribus, uel archidiachonis, uel abbatibus in monachos suos, uel alijs ordinarijs, uel à delegatis domini papæ, uel aliorum non dantur literæ super obseruatione ipsarum, uel contra ipsas non seruantes, nec peti possunt confirmari, nisi latę sint à prædictis. Vnde si à prępósito secularis ecclesiæ autoritate ordinaria in presbyterum, uel clericum sibi subiectum excommunicationis feratur sententia confirmatio denegatur, & si quãdoque concedi contingat, non debet poni, exigente iustitia, sed exigentibus culpis suis: argumen. tamen contra quòd debeant
16 confirmari. † Nam Papa mãdat ꝙ sententia excommunicationis, uel interdicti, rationabiliter lata per plebanum sancti Pancratij in clericos uel laicos parochianos suos inuiolabiliter obseruetur, ne relaxetur sine congrua satisfactione, & absque eiusdem plebani conscientia: ut ex. de offi.
q ord. cùm ab ecclesiarum. q Ad idem 2. q. 1. nemo. Item si delegatus excommunicat usurarium, quia diffinitiuæ non paret: excommunicationis sententia confirmari non debet, quia iudex in hoc fines mandati excedit: cùm non possit aliam pœnam infligere, q̃ editam in concilio Lateranensi, quæ in literis apostolicis frequenter apponuntur. ex.
17 de rescipt. cum dilecta. † Si igitur excommunicatio petitur apostolico munimine roborari, quæ propter contumaciam contra usurarios lata dicitur: non sufficit simpliciter poni, propter contumaciam, nisi dicatur quòd uocatus comparere contempsit contumaciter coram eo. Nam si fuisset contumax in non restituendo laicus non debuisset excommunicari, sed aliàs puniri pœna contra usurarios promulgata. ex. de usuris. quia in om
r nibus. & c. præterea. r † Si autem conqueritur
18 quis se à iudice, coram quo conueniebatur, excommunicatum esse sine causa rationabili, nulla monitione præmissa, contra statuta concilij generalis, ex. de sentent. excommunicationis. sacro. sic concluditur:

FORMA. Mandamus, quatenus, si est ita, sententiam ipsam intra octo dies, post receptionem præsentium sine qualibet difficultate relaxes, in causa ratione præuia processurus. iuxta priorum continentiam literarum: alioquin tali damus nostris literis in mandatis, ut ipse ex tunc, sufficienti ab eo super his, pro quibus excommunicatus habetur, cautione recepta: sententiam iuxta formã ecclesię relaxet eandem, uel ei iuxta formam ecclesiæ obsolutionis beneficium impendat: & iniunctio ei, quod de iure fuerit, iniungendum: in causa ipsa procedat iuxta traditam sibi formam, prouiso attentius, quòd si pro manifesta offensa, dicta sententia sit prolata, nisi prius ab excommunicato sufficienter præstetur emenda, nullatenus relaxetur. Hæc forma probatur ex. de rescrip. ab excommunicato. & de uerb. sig. ex parte.
19 & c. seq. & de sent. excom. solet. † Et scias quòd quando quis conqueritur, quòd episcopus uel alius prælatus eum excommunicauit contra formam concilij generalis, non conceduntur in curia literæ, nisi prius excommunicatori scribatur. & hoc etiam est de iure: ut ex. de rescrip. ab excõmunicato. ex. de sent. excom. per tuas. de offic.

 ord.

ord. ad reprimendam. quòd si non. trahebatur in iudicium, sed ex aliqua causa se excommunicatum, & terram interdictam esse asserit, sic concluditur.

FORMA. Mandamus, quatenus, si est ita, sententiam ipsam intra octo, &c. ut supra usque, beneficium impendat: iunge, & relaxet sententiam interdicti: ac iniuncto, quod de iure fuerit iniungendum, audiat si quid fuerit quæstionis, & faciat quod decreuit autoritate nostra firmiter obseruari proniso, &c. ut supra. Si autem laicus excommunicationem in eum latam: quia non paterebat sententiæ diffinitiuæ animo sustinuerit indurato, & supplicatur ut contra illius proteruiam congruum adhibeatur remedium, sic concludetur.

FORMA. Mandamus, quatenus, si tibi constiterit de præmissis contra præfatum laicum ad molliendam eius duritiam, ut ad ecclesiasticam ueritatem redeat: & super his satisfaciat, ut tenetur: auxilium inuoces brachij secularis, contradictores, &c. extra, de pœnis. c. fin. suprà de offic. delega. §. sequitur. uersi. sed nunquid potest.

f † Item si dicat quis simpliciter, quòd P. in eum
20 manus iniecerit uiolentas: sic narrabitur, & concludetur.

FORMA. Conquerente A. clerico, nobis innotuit, quòd talis, diœcesis talis, manus in eum iniecit uiolentas. Mandamus, quatenus, si est ita, dictum manuum iniectorem, uel dictum sacrilegum tam diu appellatione remota excommunicatum publice nuncietis, & faciatis ab omnibus arctius euitari, donec passo iniuriam satisfecerit compe-
t tenter, & t donec cum uestrarum testimonio literarum ad sedem apostolicam absoluendus uenerit & tunc non ponitur clausula ista, testes autem,
21 &c. extra de senten. excom. c. de cætero. † Quid si uerberauerit & incarcerauerit, & alios iniuriatur, sic dicetur.

FORMA. Conquestus est nobis talis decanus, quòd A. miles, & B. & C. laici ciuitatis & diœcesis talis, eum non sine iniectione manuum uiolenta, Dei timore postposito, carceri mancipauerunt. Præterea E. & D. laici, diœcesis talis, super decimis, terris, & rebus alijs iniuriantur eidem: ideoq; discretioni tuæ, per apostolica scripta mandamus, quatenus, si de huiusmodi manuum iniectione, ac incarceratione uobis constiterit, dilectos tales, appellatione remota, &c. ut suprà proxi. usque ad absoluendum. iunge, super alijs uerò partibus cōuocatis, &c. ut ʒ. uer. proxi. in forma pe-
22 titio. &c. † Si autem quis conquereretur de iniectione manuum, & incarceratione, & spoliatione, & pecuniæ extorsione pro liberatione, & quòd coactus est iurare, & fideiussores dare, & pœnam promittere, super hoc non deponeret quæstionē: literis inde confectis sic concludas:

FORMA. Mandamus, quatenus, si est ita, dictum talem iurasse, scilicet, quòd iuramentum ipsum omnino relaxet, & fideiussores ab eodem tali datos ab huiusmodi fideiussione absoluat, monitione præmissa per censu. eccle. appellatione remota compellas, & iuramento relaxato eosdem dictisque fideiussoribus absolutis huiusmod sacrilegos tam diu, &c. ut suprà usque, absoluendi. iunge, eos quoque. quod non obstantibus literis & pœnis eisdem pannos, bona & pecuniam prædictam ipsi tali, cum integritate restituant monitione præmissa, per censuram eādem usuris cessantibus, appellatione remota, præuia ratione compellas. Sed si mulier manus uiolentas iniecit, non dicitur, donec cum uestrarum testimonio literarum, &c. sed donec per diœcesanum suum absolutionis beneficium consequatur, ut extra, de senten. excommunic. c. mulieres. Item si monachus in alium monachum sui monasterij manus uiolentas iniecit: tunc dicitur, donec per abbatem suum, &c. Si uero in monachum alterius monasterij, dicitur, donec per abbatem iniuriam passi, &c. ut eod. tit. cum illorum. Item si monachus uerberatus, dicatur: conqueritur abbas & conuentus, ut eodem titil. porrò. & non dicetur tunc, donec iniuriam passo satisfecerit: sed donec super his satisfecerit competenter. Item si monachus clericum uerberauerit, dicetur: donec super his satisfecerit competenter, & absolutionis debitæ obtinere beneficium mereatur: ut
23 in præd. c. cum illorum. † Item cum episcopus dicitur iniecisse manus in personam ecclesiasticā, uel dicitur excommunicatus celebrasse diuina, cōcluditur sic in communi forma.

FORMA. Mandamus, quatenus, partibus conuocatis: nec debet tunc dici, uenerabilis fra-
u ter noster: sed tantum, talis episcopus. u † Cir-
24 ca materiam usurarum uerò & pignorum, notandum est quòd si rector alicuius ecclesiæ conquæritur, quòd res ad eandem ecclesiam pertinentes detinentur titulo pignoris obligatæ, de quibus est ultra sortem perceptum, non debet dici, attentius prouisurus, quòd dictus conquerens, &c. eò quòd personæ delictum in ecclesiæ damnum non debeat redundare. 16. quæst. 6. si episcopus. ex. de except. cum uenerabilis. Si uerò iuramentum dicatur exortum de non repetendis usuris, ut ex. de iureiur. debitores & c. ad nostram 1. & 3. sic narrabitur.

FORMA. Ad audientiam nostram noueris peruenisse, quòd B. ciuis Senen. ab M. multa extorsit, & adhuc extorquere nititur per usurariam prauitatem: de soluendis usuris & non repetendis eisdem, extorto ab eodem nihilominus iuramento: mandamus quatenus, si est ita, dictum usurarium, & huiusmodi iuramentum relaxet, mo. præ. per cen. eccle. & ut sua sorte contentus dicto M. sic extorta restituat per pœnam in Lateran. concilio, contra usurarios editam appellatione remota compellas, attentius prouisurus, ne autoritate nostra in negotio procedas eodem: nisi conquerens restituerit, uel adhuc restituat, si quas aliquando ipse uel pater suus extorsit usuras: cum ei legis auxilium suffragari non debeat, qui committit in legem: ut cum frustra legis inuocet auxilium, qui committit in legem. Testes autem, &c. ex. de usuris. quia frustra. & cap. Michael. Et est notandum, quòd in huiusmodi forma non debet poni hoc participium, conquerens, in
x aliquo casu suo. x Item si dicatur à P. quondam patre suo, sequi debet, cuius hæres existit, multa extorsit, & tūc dicitur, attētius prouisurus, ne, &c. si quas.

si quas ipse uel eius pater extorsit usuras:& hoc di
citur de quocunque,cui tanquã in re sua actor suc
cedit:ut probatur in præ.c.Michael.Itẽ si dicatur,
quondã B.ab eius patre,fratre,uel alio, cuius hæ-
res existit,multa extorsit per vsurariam prauitatẽ
sequitur : sed R. filius uel nepos eius de perceptis
vsuris satisfacere contradicit : licet ad eum huius-
modi lucra peruenerint vsurarum.Si tamen repe-
tit usuras,quas aliquis ab episcopo fratre suo, no
scitur extorsisse,non põt dici cuius hæres existit.
25 † Eò quòd frater impropriè dicitur hæres episco
pi.ex̃.de pœnis.c.2.de testa.relatum.& de suc. ab
inte.c.1.& 2.Item contra Iudæos dicitur,quòd gra
ues & immoderatas extorserunt ab eo, & adhuc
extorquere nituntur usuras. Mãdamus, quatenus
si est ita, præfatos Iudæos,ut de immoderato gra-
uamine satisfaciant,& de cætero abstineant ab eo
dem,per pœnã in generali concilio contra Iudæos
usurarios editam:uel per subtractionem cõmmu-
nionis fidelium appellatione remota,compellas:à
qua fideles quolibet per cẽsuras ecclesia.uolumus
y cohiberi.ex̃.de Iudæis post miserabilem. y Et non
ponitur tunc,attentius:sed testes aũt,&c. apponi-
tur.Item si Iudæi tenent aliquas possessiones, uel
domos, de quibus ecclesiæ consueuerunt recipe-
re decimas à fidelibus, ante quàm peruenissent ad
ipsos: dicitur sic:Mandamus,quatenus,si est ita,di
ctos Iudæos, ut eidem ecclesiæ de possessionibus
ipsis decimas,ut tenent,persoluant, per subtractio
nem cõmunionis fideliũ. ad quod Christianos, si
necesse fuerit,compelli uolumus, & mãdamus,ap
pellatione postposita compellatis,ar. ex̃.de deci-
z mis.commissum. z † Itẽ cùm de vsuris & alijs re-
26 bus agitur,semper præponi debet de vsuris.Vnde
primò ponendũ est de pignoribus, secundò de vsu
ris:tertiò de terris & rebus alijs.Nec dicatur tunc
aliàs iniuriosi existentes, &c. nisi dicatur, super
quibus.Item cùm de vsuris præmittitur,& sequi-
tur quòd super hoc iniuriatur,sic narrabitur.

FORMA. Petro laico accepimus conqueren-
te,ꝙ S. presbyter, T.miles, & quidam alij clerici
& laici ciuitatis & diœce.talis multa extorserunt,
& adhuc extorquere nituntur ab eo per vsurariam
prauitatem:idem quoq; & quidam alij eorundem
ciuitatis & diœce.super terris, uineis, & rebus a-
lijs iniuriantur eidem.& sic concludetur:Manda-
mus quatenus, si de huiusmodi extorsione vsura-
rum tibi constiterit dictos usurarios, ut sua sorte
contenti,sic extorta restituant,& ab usurarum ex
torsione vel exactione desistant,clericos monitio
ne præmissa per cen.ec. laicos verò per pœnã in
Lateran.concilio contra vsurarios editã,&c.vt s̃.
vsque,committit in legem.iunge,super alijs verò
partibus conuocatis, audias cãm : & appellatione
remota debito fine decidas: faciens,&c.usque,ob-
seruari.Et idem est cùm de pignoribus : uel etiam
de manuũ iniectione præmittitur,& sequitur,ꝙ su
per alijs iniuriatur:vt s̃.ver. prox. in forma illa,
Conquestus est : quia tunc debet poni clausula il-
la,super alijs verò,&c. Si autẽ nihil in narratione
sequitur:tunc dicta clausula in conclusione non se
quatur.Item si in præmissis casibus de eisdem per
sonis tantùm conqueritur impetrans: tunc debet
sequi dicta clausula, super alijs uerò audias cãm.

Si verò de aliis,vel de eisdem & alijs conqueritur
& sequitur, super alijs uerò partibus conuocatis,
&c.Item si clerici & laici conueniuntur super v-
suris & pignoribus,debet dici:Mandamus, quate-
nus,si est ita,dictos pignorũ detentores,uel dictos
vsurarios clericos, uidelicet monitione præmis-
sa,&c.ex̃.eo.c.quia.& c.præterea. & si in huiusmo
di literis de alijs grauaminibus inseratur, debet
subdi:super alijs verò cãm audiatis, & quòd cano
27 nicum fuerit,&c.vt s̃.ver.prox. † Sed notandum
est,quòd si laicus impetret contra laicũ super vsu-
ris ex.terras Romanæ ecclesiæ proprias,non addi-
tur in narratione illa clausula,præterea.uel, idem
quoq;.&,quidã alij super terris,&c.Si uerò dicatur,
ꝙ unus receperit vsuras, & alius iniuriatur super
terris & rebus alijs: tunc poni debet. Super alijs
verò,partibus conuocatis,&c.qñ.n.dicitur in nar
ratione,præterea.uel idẽ quoq;.&,quidã alij super
terris,&c.debet in cõclusione sequi, Super alijs ve
rò partibus conuocatis.Si aũt non dicatur in nar-
ratione,& quidã alij dicetur in conclusione tãtũ,
super alijs uerò cãm audias,&c.nec dicetur,parti-
bus cõuocatis.Item licet in literis cõtra vsurarios
ponatur,attentius prouisurus, ne autoritate no-
stra,&c.tñ cũ scribitur pro episcopo,uel collegio,
uel ecclesiæ nomine:nõ debet poni: quia delictum
personæ,&c.ut s̃.nec etiã, si conqueratur aliquis
a de Iudæis. a Itẽ cũ super debitis,uel summa pecu-
niæ,scribitur pro laicis,poni debet in conclusione
post uerba illa,appellatione remota:usuris cessan
tibus.Si verò pro episcopo,uel alio magno præla
to,siue nomine ecclesiæ,aut pro collegio, uel pro
aliquibus religiosis,uel pro aliquo de curia Roma
na,non debet poni : quia iura pro eis, non contra
eos.præsumunt.ex̃.de præsum. cùm in iuuentute.
& ex̃ de no.ope.nun.cùm ex iniuncto.Item si dica
tur in narratione, & adhuc extorquere nituntur:
dicetur in conclusione, & ab usurarum exactione
desistant.Si uerò illud in narratione non ponitur:
nec hoc in conclusione sequatur. Itẽ si super usu-
ris agatur contra nobilẽ,& postea sequatur,Idem
quoque,& alij,& cæte.in cõclusione ponetur clau
sula illa,prouiso,ne in terrã,&c.quæ est infra,uer.
prox ex̃.de sponsa.non est nobis. Item si quis con
queritur de clerico,pro quo fideiussit pro aliqua
summa pecuniæ:nec eũ uult seruare indemnem ab
huiusmodi obligatione:non ponitur in hac forma
vbi de pecunia agitur,clausula illa, usuris cessanti
28 bus.ex̃.de fideiussoribus.c.2.† Nunc dicamus qñ
hæc dictio,prouiso,debet in literis apostolicis ap-
b poni. b Et quidem in literis obtentis contra nobi
les,seu balliuos,uel castellanos,maiores, iuratos,
potestates,& communia : poni debet hæc clausu-
c la, c prouiso,ne in terram, uel uniuersitatem, de
tali loco excommunicationis uel interdicti sentẽ-
tiam proferas:nisi à nobis super hoc mandatum re
ceperis speciale.ex̃.de sent.excom. c. Romana.§.
fi.Item cum dicitur,quod nobilis vir.A.& M.eius
uxor debet in fine dici: prouiso, ne in terram di-
cti nobilis & uxoris eius excommunicationis,&c.
Aliàs autem erit litera rescribenda.ex̃.de spon.nõ
est nobis.extra de postul.præla.cap. 1. Item quo-
ties agitur super censibus contra clericos, dici-
tur. Prouiso tamen,ne pensio ipsis contra statu-
ta Late-

ta Lateran.concilij fit imposita, uel adaucta. Nec possunt haberi literæ simul contra clericos & laicos: quia hæc clausula non datur contra laicos. Et idem est in pensionibus. ex. de censibus, prohibemus.& c.significauit.ex. de pactis. cum clerici. & de rescript.ad audientiam. Item cùm Archidiacono uel rectori ecclesiæ, uel alicui alij personæ conceditur audire theologiam, dicitur sic: Prouiso, ne in fraudem constitutionis ipsius aliquid attentetur: & quòd dictus talis interim eidem ecclesiæ per idoneum uicarium faciat deseruiri. Si uerò sit decanus, dicatur: Ecclesiæ, in decanatus officio, &c. ex. de præben. licet. de priuile. super specula. quæ est constitutio, de qua hic fit mentio. Item cùm conceditur præmissis, si cruce signati sunt, percipere fructus suos ecclesiasticos: ut ex. deiuoto. c. fina. ponitur: Prouiso, quòd eidem ecclesiæ, &c. ut suprà. Si uerò canonicus uult audire theologiam: tunc tantum ponitur: Prouiso, ne in fraudem, &c. Item cùm scribitur contra usurarios, ponitur: prouiso, uel, attentius prouisurus. ut suprà. sub uersi. circa. Item pro excommunicatis contra formam concilij generalis, dicitur sic: Pro uiso, attentius, &c. ut in eodem uersi. ibi: si autem conqueritur quis. Item ponitur, prouiso: in casu posito infrà, uersi. prox. ibi: quando confirm. &c.

29 † Sequitur uidere de confirmationibus & priuilegijs. Et scias quòd confirmatio sicut iustè, &c. conceditur in hac forma.

FORMA. Iustis petentium, &c. usque, complere ea, propter, &c. usque. assensu: iunge, ecclesiam talem cum pertinentijs suis: quia nobis ueue rabilis frater episcopus talis capituli sui accedente consensu, concessit, sicut eam iustè ac pacificè possidetis, uobis, & per uos plebi uestræ autoritate apostolica confirmamus, &c. Nulli ergo, &c. extra de confirmat. uti. uel inuti. examinata.

30 † Confirmatio uerò ex certa scientia fit hoc modo.

FORMA. Quoties à uobis petitur, quod religioni & honestati conuenire dignoscitur, animo nos decet libenti concedere, ac petentium desiderijs congruum suffragium impartiri. Cùm igitur dilectus filius talis capellanus noster, de mandato nostro dederit, tradiderit, permutauerit, transtulerit & concesserit in perpetuum monasterio uestro monasterium sancti Crispoliti, talis Diœcesis, cum omnibus ecclesijs, possessionibus, iuribus & pertinentijs, quocunque modo, uel iure ad dictum monasterium sancti Crispoliti spectantibus, tam in capite, quàm in membris: talis episcopi & ecclesiæ iure saluo, pro permutatione, seu concessione ecclesiæ talis, quàm monasterio tali fecistis, prout in instrumento exinde confecto perspeximus plenius contineri: nos concessionem seu permutationem eandem ratam & gratam habentes, ipsam autoritate apostolica cõfirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus, tenorem instrumenti prædicti præsentibus ad cautelam de uerbo de uerbum, inseri facientes; qui talis est, &c. Nulli ergo, &c. extra

31 de confirm. uti. uel inuti. capitu. peu. † Et nota quòd decimæ concessæ à laico cum consensu diœcesani alij ecclesiæ quàm cui pertinent, non confirmantur. extra de his quæ fiunt à prælat. sine cõ. cap. cùm apostolica. Item ecclesiæ regulares uel monasteria, uel prioratus ecclesiarum regularium non confirmantur. extra de confirma. uti. uel inuti. ad nostram. & cap. sequen. Item nunquam datur confirmatio beneficij in monasterio obtenti. extra de sta. mo. ea. quæ. Item præstimonia Hispanorum non confirmatur: quia conferentes ea

32 possunt reuocare. † Item super numero unico uel binario, non datur confirmatio, quòd uidelicet sit tantùm unus uel duo clerici, uel canonici in ecclesia. Item quoties uilla, pecunia, fundus, domus, seu uinea clericò petitur confirmari: debet ibi poni, quo ad uixeris. nam aliàs non confirmatur huiusmodi. Item quando confirmantur ecclesiæ in proprios usus, ponitur: prouisus, ut in ecclesijs ipsis per idoneos uicarios seruiatur. Item in confirmatione de ecclesijs in usus proprios retinendis, ponitur hæc clausula: ita tamẽ quòd perpetuo uicario, qui pro tempore seruiet, in eadem, ad sustentationem suam, & subeunda episcopalia & ecclesiæ onera, congrua portio de ipsis prouentibus. relinquatur. extra de sup. neg. præ. capitu. 2. extra de præben. de monachis. Item nunquam dantur literæ personæ contra uicarium quod tantum de bonis, &c. sed econuerso, uicario contra personam, sicut quidam dicunt: ut in præ. concor. Item nunquam datur forma illa, debita sibi seruitia facere contradicit: nisi aliqua specificentur. Quandoque uerò uidimus talem formam.

FORMA. Conquesti sunt nobis talis Abbas & conuentus, quòd tales eorum homines se ab ipsorum dominio subtrahere, temerè molientes, eis debita & consueta seruitia contra iustitiam denegant exibere. aliàs super quadam pecuniæ summa, &c. Item nunquam debet poni in genere super iuribus episcopalibus, uel archidiaconalibus: nisi unum specificetur. argum. tamen con-

33 tra. extra, de offi. ord. conquerente. † Item quando petitur sententia diffinitiua cum sẽ rico confirmari, sic dicetur.

FORMA. Sententiam ipsam, sicut est iusta, nec legitima prouocatione suspensa, autoritate apostolica confirmamus. ex. de testa. Raynu. in fi. & c. Raynaldus. in fin. Si uerò petatur executioni mandari, conclusio erit talis.

FORMA. Mandamus, quatenus sententiam ipsam, sicut iusta est, facias autoritate nostra usque ad satisfactionem condignam, appellatione remota, inuiolabiliter obseruari. Nec tunc fiet mentio de prouocatione. Item si petitur excommunicationis sententia confirmari, conclusio erit talis.

FORMA. Mandamus, quatenus sententiam ipsam, sicut rationabiliter est prolata, facias autoritate nostra, &c. ut supra proxi. & hoc in delegato. Nam si fit ab ordinario lata, non confirmabitur, nisi causa excommunicationis exprimatur. Si autem simul diffinitiua sententia & excommunicationis petantur executioni mandari, conclusio erit talis.

FORMA. Mandamus, quatenus sententiam ipsam diffinitiuam: sicut est iusta, per cen. ec. excommu-

communicationis uerò, sicut rationabiliter est
prolata, faciatis autoritate nostra usque ad satisfa
ctionem, &c. ut suprà. Item in omnibus confirma-
tionibus, quæ bullantur cum serico, debet poni il-
la clausula: sicut est prouide facta. & in alicuius
præiudicium non redundet: autoritate apostoli-
ca confirmamus: & talis confirmatio parum iu-
ris tribuit. ex. de confir. uti. uel inuti. examinata.
Item in compositionibus habitis super rebus spi-
ritualibus, oportet exprimi, quo mediante facta
fuerit: & à tali persona, quæ habuerit iurisdictio-
nem in causa: ut pote diœcesanus uel delegatus: vt
ex. de confirma. vti. uel inuti. c. pe. de præben. nisi.
34 † Item compositio non confirmatur inter mu-
tuos, etiam super rebus temporalibus, nisi expres
so aliquo mediatore. sed tunc dicitur, medianti-
bus bonis uiris. Item nota, quòd in priui. concessis
monasterijs, & locis exemptis ponitur clausula il
la: quod ad ius & proprietatem Romanæ ecclesiæ
noscitur pertinere: ut ex. de priui. recepimus. Itē
in priui. confirmationis, si monasterium habet ec-
clesias & capellas, castra etiam & uillas, illa per
hunc ordinem sunt alijs omnibus præponenda,
quando in eis specificantur. Item sententiæ super
causis matrimonialibus latæ, non confirmantur
cum serico: sed in forma illa. s. de sententia ipsa
cognoscens, quod canonicum, &c. & ex. de off. de
35 leg. causam matrimonij. † Item no. quòd consue
tudo cancellariæ est dare conseruatores in omni-
d bus priuilegijs, etiam si non petantur: [d] non autē
concedit conseruatores in confirmationibus, in
quibus dicitur: Confirmamus tibi ecclesiam, sicut
iustè possides & quietè. Si verò dicatur quicquid
de te ad talem ecclesiam canonicè factum est. sicut
iustè & prouidè factum est, confirmamus: tunc cō
cedit conseruatorem. de conseruatoribus uide s.
de iudi. dele. §. fi. uer. item quòd non estis. & se. In
quibus autem casibus non ponatur in commissio-
nibus clausula illa: testes autem, &c. dixi s. de re-
ste. §. de testium. uer. illud autem. Nunc igitur ad
instructionem simplicium aliquam doctrinam su-
per hac materia sub regula tradamus. Nota ergo
quòd in qualibet causa matrimoniali scribitur ali
cui episcopo: ut in præ. c. causam. & de re iudi. la-
e tor. & c. consanguinei. [e] Et si diffinitiua senten-
tia feratur super matrimonio, & appelletur: simi-
liter causa appellationis alicui episcopo commit
tetur. & eadem erit conclusio hinc & inde, scilicet
mandamus, quatenus de causa uel sententia ip a le
gitimè cognoscentes, quod canonicum fuerit, &c.
ut in præ. concor. Item, si uxor reclamatur à uiro,
debet scribi diœcesano, uel officiali, aut alteri per
sonæ maioris ecclesiæ. ex. de consan. & affi. c. 1. in
fi. Item, quando uir non tractat uxorem maritali
affectione, uel econuerso: semper scribitur diœce-
sano rei: uel, si uacat ecclesia cathedralis, archidia
cono, uel alij personæ de capitulo. Causa uerò ap-
pellationis super matrimonio, potest committi a-
f lijs, tam episcopo, quàm diœcesano, [f] & alijs cum
eo. Item, cùm agitur de duabus sororibus uiduis,
dici debet: A. uxor quondam B. & C. relicta D. suā
ad nos, &c. Item debet dici, relicta quondam D. si
ipsam impetrat: sed in reo non curatur. Item si mu
lier conqueritur, quòd uir eius ea inscia se fecerit
ad sacrum ordinem promoueri, nec eam curat ma
ritali affectione tractare: quare supplicat, ut suspē
datur ab executione ordinum taliter suscepto-
rum: & cogatur eam maritali affectione tractare:
sic concludetur.

FORMA. Mandamus, quatenus partibus cō
uocatis audias causam, & appellatione remota
quod canonicum, &c. faciens, &c. testes, &c. Si ue-
rò dicit, quòd ea inscia religionem intrauit: cæte-
ris præmissis concludetur sic: Mandamus, quate-
nus conuocatis, &c. Quidam tamen aliter dicunt
de iure in his duobus casibus. De hoc uide secun-
dum Io. & Hug. 27. q. 2. desponsatam. & plenius in
summa domini mei in titu. de conuer. coniuga. §.
g & utrum. uer. sed quid si. & seq. [g] Sed si post ma-
trimonium consummatum uir uxore inuita uel
ignorante religionem ingreditur, uel ordinem sa
crum suscepit, uxori repetenti est restituendus: &
exactus debitum reddere tenetur. arg. ex. de con-
36 uers. coniu. coniugatus, & c. seq. † Item literæ ci-
tatoriæ bene transeunt per audientiam, non tamē
h recipiunt contradictionem. Sed [h] quid si contra
procuratorem impetrantem, uel contra dominū
eius, pro quo impetrat, opponitur coram audito-
re contradictarum exceptio excommunicationis?
Respondeo, admittetur exceptio: ut ex. de rescri-
ptis. dilectus. 1. ex. de procu. c. fi. & melius in decr.
i Inno. quarti [i] extrauag. de rescriptis ipso iure. [k]
K non tamen admittitur ad probandum exceptionē
ex. curiam per testes: ne sic malitiosè impetratio
differatur, secundum doctrinam traditam j. de di
la. §. 1. uer. illud quoque. Et sic fecimus obseruari
in litera inquisitionis, quæ contra abbatem sanctæ
Iustinæ de Padua, per quosdam monachos impe-
37 trabatur. † Sed pone, tu es excommunicatus ra-
tione causæ, quæ inter me & te uertitur: nunc im-
petras, non tamen contra me: quæritur utrum o-
biectu huius excommunicationis te repellere pos
sum, uel potero ab impetrando. Respondeo, obti
nuit quòd non: quia cùm contra me non agas, nec
impetres, contra te excipere non possum: quia ex-
ceptio est actionis exclusio: ut ff. de excep. l. 2. Itē
is, qui non nominatur in litera, sed sub generali
clausula. Quidam alij: comprehendi uel tangi po
test, non admittitur ad conuenientiam iudicum se
cundum usum curiæ: sed datur ei cautio, quòd si-
bi non præiudicetur, uel conueniri non possit per
literam ipsam. ar. ex. de rescriptis. pastoralis. Si ue
rò nomen eius in litera exprimitur: tunc admitte
tur, ut ex. de causa pos. & proprie. cum olim. Item
plures, quàm tres diœceses, non debent poni in li
teris apostolicis, computatis illis, quæ in salutatio
ne ponuntur. & si quarta ponatur, erit gratis lite-
l ra rescribenda. [l] Item cùm dicitur à cruce signa-
tis, non debet dici ciuis Narbon. sed laicus Narbō.
& tunc post uerba illa, iniuriatur eidem. debet po
ni hæc clausula, quare uoti sui executio impedi-
tur. Item quando ponitur, super terris & rebus a-
lijs: non debet poni, aliàs sibi damna grauia, &c.
uel, iniuriātes eidē. Item cùm diœce. dicitur subdi
tum spoliasse. non dicitur: cùm igitur spoliatus.
uel clausula similis: quia præsumitur pro eo: ut ex.
38 de renun. in præsentia. † Item contra reges non
dantur literæ contentiosæ, & literis, quæ eis desti-

nantur, nõ ponitur, mandamus quatenus. Itẽ quo
ties de tribus vel pluribus in diuersis specialibus
fit mentio, poni debet: vocatis, &c. Item bene di-
citur, dilecta in Christo filia abbatissa & conuen-
tus talis loci, nobis conquerendo, &c. Sed cũ quis
de his cõqueritur, postponi potest, dilectæ in Chri
sto filiæ. & sufficit dicere, abbatissa & conuentus
de tali loco: non facta mentione de monasterio vel
ordine earum. Securè etiam dicitur, abbas & con-
uentus de tali loco: ita quòd non debet dici, mona
sterij talis: vel, ordinis talis. Item cùm dicitur,
quòd priorissa & conuentus de tali loco, nobilis
vir comes talis: dici potest, & quidam alij cleri-
ci & laici, non facta mentione de clerico. argu. ta-
m men contra, ex̃. de rescript. sedes. & 16. q. 1. legi. m
Item cùm dicitur, quòd A. mulier, & quidam alij
laici dioecesis talis, debet unus de laicis nominari.
Item presbyter est laicis præponendus, cùm que-
rela nomine proponitur utrorumque. ff. de albo
scri. l. 1. ex̃. de maio. & obe. c. 1. 95. dist. ecce. Itẽ plu
ribus, qui non sunt fratres, uel collegium, seu pa-
ter & filius, uel auunculus & nepos, non dantur li
teræ, nisi cum illa clausula, super terris & rebus a-
lijs communiter pertinentibus ad eosdem. Item
cùm scribitur contra episcopum uel alios superio
res, non ponitur, per censuras ecclesiasticas: sed au
toritate nostra, etiam si alij ponantur in literis. ex̃.
de off. dele. sanè. & quia tunc clausula illa, testes
autem, &c. ibi dicitur per censuram eandem, vel
censura simili, dicatur simpliciter, per censuras ec
clesiasticas. Item Cistercienfibus non dantur lite-
ræ super ecclesijs, castris, hominibus, seu uasallis:
nisi ponatur quòd habuerunt ea antequam ipsorũ
monasterium Cistercienfis ordi. reciperet institu-
ta. ex̃. de sta. mo. c. recolentes. & ideo debet expri-
mi eiuus ordinis. ex̃. de rescrip. cùm ordinem. Itẽ
tribus personis eiusdem monasterij non scribitur
puta Abbati, Priori & alij tertiæ. sed nec simplici
monacho causa committitur. quod dic vt supra
de iud. dele. §. excipi. uer. nunquid ergo. Item nul-
li officiali scribitur, nisi sit officialis ecclesiæ ca-
n thedralis. n Item contra monachos, uel quencun-
que officialem alicuius monasterij, literæ non dan
tur. Item quando non ponitur in litera debitum:
non debet poni pecuniæ summa: & econuerso. Itẽ
quando dicitur in eleemosina sibi collatis, uel in
pios vsus erogari præcepit, non debet dici, super
39 debitis: sed quandam pecuniæ summam. † Item
quando scribitur tribus iudicibus: post clausulã
illam, testes autem, &c. debet poni clausula illa,
quod si non omnes his exequendis interesse pote-
ritis: duo vestrum ea nihilominus exequantur.
ex̃. de off. dele. prudentiam. §. adijcimus. de rescri.
sciscitatus. Sed si unus illorum sit episcopus, ubi
dicitur, duo vestrum: dicetur, tu frater episcope
cum eorum altero, eam nihilominus exequaris.
ex̃. de off. dele. c. fi. §. 1. Si autẽ sint duo episcopi, &
tertius est Abbas uel Decanus, seu alia persona: sic
non mutatur clausula illa, quod si non omnes, &c.
Item cùm Rector alicuius ecclesiæ, se illa p̃ patro-
num eiusdem ecclesiæ conqueritur spoliatum, di-
cens quòd alteri sit collata: non debet dici, parti-
bus conuocatis: sed, uocatis qui fuerint euocan-
di, &c. Item cùm dicitur, magistro scholarium: de-
bet poni ecclesiæ de tali loco, & si omittatur, gra-
40 tis erit litera rescribenda. † Item cùm aliquis cle
ricus secularis conqueritur de iniuria sibi illata su
o per ecclesia, o non debet dici super ecclesia ad eũ
de iure spectante: sed, super ecclesia ad præbendã
suam de iure spectante. Super quo uide quod not.
s̃. de acto. ad si. uer. monachus. Item non debet di-
ci, super decimis noualium, uel alterius rei: sed de
bet dici, super decimis, simpliciter. & sic dicendo
comprehendit decimas noualium, & quaslibet a-
lias de iure debitas: ex̃. de priui. quia circa. de deci.
ad audientiam. & c. peruenit & c. cùm contingat.
Item si is, cui causa committitur, non procedit in
tra annum: nunquã committitur alteri, nisi ad pe-
titionem eius, qui primò literas impetrauit: nisi
esset in causa processum. ar. ex̃. de rescrip. plerun-
que. Item nunquam pro clericis sanis scribitur, in
domibus leprosorum, uel alijs hospitalibus: nisi
p sint alicuius ordinis: ex̃. de sta. mo. ea quæ. p † Itẽ
41 mulieri non dantur literæ pro dotibus, nisi pona
tur nomen uiri: uel nisi dicatur uidua: nec debet
addi, super rebus alijs: uel clausula illa, alias gra-
ues, &c. ne hac occasione obrepat quis ad alia quæ
ad forum ecclesiasticum non spectant. ex̃. de fo. cõ
pet. ex parte. Sed & quando mulier conqueritur
pro dote de laicis ex̃. terras ad Romanam ecclesiã
spectantes, siue per se sola, siue simul cùm viro: post
verba illa, terris, possessionibus, & rebus alijs: de-
bet iungi, ad dotem ipsius mulieris spectantibus:
nisi fortè sit uidua, uel orphana, pauper: quia hi
habebunt contra omnes indifferenter. ex̃. de for.
compe. ex parte. dum tamen diuisim impetrent:
quia non possunt simul contra clericos & laicos
impetrare: & quando contra laicos, sic concludi
debet. Mandamus quatenus illos, &c. quando
verò contra clericos, sic: Mandamus, quate-
42 nus partibus conuocatis, &c. † Item quoties
de spiritualibus agitur, ubi dicitur in rescripto,
partibus conuocatis, audias causam: debet di-
ci, uocatis qui fuerint euocandi, audias causam:
& appellatione remota, debito fine decidas, &c.
Vt autem, quæ prædiximus, clarius pateant,
simplicem formam contra clericos & laicos su-
per terris & rebus alijs supponamus, quæ ta-
lis est.

FORMA. Clemens episcopus seruus seruo-
rum Dei, uenerabilibus fratribus archiepisco-
po Narbon. & episcopo Tholosano salutem &
apostolicam benedictionem. Gul. clericus no-
bis conquerendo monstrauit, quòd A. presbyter,
& B. miles, & quidam alij clerici & laici Nar-
bon. & Tholos. & Carcasson. ciuitatum & dioece-
q sium q super dictis terris debitis possessionibus &
rebus alijs, iniuriantur eidem: ideoque frater-
nitati uestræ per apostolica scripta mandamus,
quatenus partibus conuocatis audiatis cau-
sam: & appellatione remota, usuris omnino
cessantibus, fine debito decidaris: facientes
quod decreueritis per censuras ecclesiasticas fir-
miter obseruari. testes autem, qui fuerint nomi-
nati, si se gratia, odio, uel timore, subtraxerint
per censuram eandem appellatione cessante, co-
garis ueritati testimonium perhibere. Data Vi-
terbij. 6. kal. Martij, pontificatus nostri anno
tertio

tertio. Si autem iniuriātur super decimis & oblationibus: uide formam infrà, de citatio. §. iam de
43 citatione. uer. literis. † Item si Papa rogat pro aliquo monachando, uel canonicando, sic narrabitur & concludetur:

FORMA Cùm filius dilectus A. pauper clericus, lator præsentium, cupiat (sicut asserit) unà uobiscum in monasterio uestro sub regulari habitu uirtutum domino famulari, uniuersitatem uestram rogamus & hortamur attentè per apostolicā uobis scripta mandantes, quatenus ipsum ob reuerentiam sedis apostolicæ & nostram, recipiatis in monachum uel canonicum, & in fratrē, & syncera in domino charitate tractetis. Data,
44 &c. † Nota quòd quando scribitur pro aliquo monacho, debet scribi Abbati & conuentui simul, loco, ordine, & diœcesi, in rescripto expressis. Hoc etiam scias quòd quando datur executor contra religiosos, ut recipiat aliquem, qui eos ad hoc inducat: executor, ut quidam dicunt, habet coercitionem: licet non dicatur quòd eos per censuram ecclesiasticam compellat. & sic obtinuisse
r dicunt. [r] † Item quandoque contenditur arbi-
45 trium nullum esse, puta quia dicitur latum post tempus compromisso appositum, uel super eo, de quo non extitit compromissum: & huiusmodi conclusio erit talis:

FORMA. Mandamus, quatenus partibus conuocatis audias causam, &c. quòd si petatur eius confirmatio, [s] sic concluditur. Mandamus quatenus arbitrium ipsum (sic est æquum) facias per pœnam in compromisso expressam appellatione remota, firmetur obseruari: ut ex̄. de arb. c. 2. in fin. & c. dilecti. in fi. ex̄. de cōfir. uti. uel inuti. c. examinata. Si autem non sit apposita pœna, tūc debet dici arbitrium fuisse à partibus acceptatū: ut C. de arbi. l. fi. & in conclusione sic dicetur, Facias arbitrium ipsum monitione præmissa per cēsuram ecclesiasticam appellatione remota firmiter obseruari: semper tamen debet dici arbitrium iuramento, uel pœna esse uallatum: aliàs non de-
46 bet litera dari. ex̄. de arbi. c. 2. & 4. † Item si quæstio sit amicabili compositione decisa, eodem modo dicetur:

FORMA. Mandamus, quatenus eundem ad obseruationem compositionis ipsius, sicut ritè sine prauitate, & prouide facta est, & ab utraque parte spontè recepta, monitione præmissa per censuram ecclesiasticam appellatione remota compellas, sic ex̄. de transact. c. 1. de præben. nisi de con si. uti. uel inuti. c. pe. de deci. ex multiplici. Quòd si transactio sit illicita, dicetur: Mandamus, quatenus reuocata transactione in irritum, causam
47 audiatis, &c. ex̄. de transact. constitutus. † Item si lite contestata & attestationibus publicatis corā arbitris assumptis, ut intra certum terminum litem de iure dirimant, & intra eundem terminum causa expediri non potest: propter quod petitur à domino Papa, ut super hoc paterna solicitudine prouideat: ipse uolens finem litibus imponere, sic concludetur:

FORMA. Mandamus, quatenus uocatis, qui fuerint euocandi, (si tibi constiterit ita esse) causam huiusmodi seruato legitimo processu coram eodem habito, nihilominus parti contra quam attestationes productæ sunt, etiam si publicatæ fuerint: nisi aliud in compromisso sit actum, optione concessa utrum depositionibus testium, si supersunt, esse contenta, uel iteratò produci uelit, eosdem audias, eamq; debito fine decidas, faciens quod decreueris per censuram ecclesiasticam firmiter obseruari testes, &c. ex̄. de testi. c. præsentata. C. eo. l. fi. Quæ autem hic desunt, uide j. de ap. §. de officio quoque. uer. ut autem & seq.

ADDITIO.

a *Ratione. Quia difficile est inuenire uersi. huius. §. cum allegantur: quia non sunt sicut alij signati: ideo de §. faciam partes octo, & durat prima usque ad uersi. porro sed quæ satis conuenit §. supra proximo. Secunda durat usque ad uer. nunc circa. in qua tractat de clausulis & formis in causis appellationum. In tertia ubi supra, tractat de formis & clausulis circa sententias excommunicationis usque ad uersiculum circa materiam. Ibi quarta, tractans prædicta circa causas usurarum & pignorum. usque ad uersiculum nunc dicamus. Ibi quinta, tractans de clausula, prouisione usque ibi, sequitur uidere. ibi sexta tractans de literis confirmationum, & priuilegiorum usque ad uersiculum nunc ad instructionem. Ibi septima, mensis diuersarum causarum & personarum obseruantias inscribendo, usq; ad uersiculum ut autem. Vbi exempli gratia describit quinque formas. Adde, quòd Plutarchus in uita Pyrrhi regis Epirotarū narrat, quòd propter styli diuersitatem cognouit literas sibi missas à Lysimacho tanquam missas à Ptolemæo rege: quia non scriptæ erant ut consueuerant, scilicet Pater filio saltem. sed Ptolomæus rex Pyrrho regi salutem.*

b *Ibi. Nil ibi.*

c *In prin. Ibi soluitur. & dixi in proœmio Gregorianæ compilationis in princi. tamen lex illa, uictor. & c. uictor. non probant ad quod inducuntur, scilicet quòd papa se postponat, sed probāt, quòd postponitur per Imperatorem: sed illud bene probatur 12. q. 1. dilectissimis.*

d *In fi. Verum est, ut in contrarijs, quòd qui impeditur, non per hoc reus est culpæ uel sceleris. de uer. sig. forus. uer. reus tamen. quia ut talis impeditur, ideo dictio, talis, omittitur. Facit infra, eod. §. Bi uer. item cùm episcopus Ponit autem hic autorem illum, qui impetrat, etiam si sit reus originalis puta qui appellauit. Patet hoc de rescriptis. dilectus. 2. de procur. dilectus. de appellatio. dilecti. 1. 2. & 3 cum simi.*

e *Pastoralis. Ho. de hoc remittit ad. §. quod cui. eodtitu-*

situ. Et nota quòd iste est de casibus, quibus rescriptum perditur. De his no.eo. tit.u.caterum.& aliquos ibi addidi. sunt alia rescripta, qua non ualent à principio, quadam ipso iure, quadam ope exceptionis: & de his omnibus mistim prosequitur.

f Locus. Ibi dabo remissionem,& ibi paulò antè remittam de indictione.

g Domini. Ab his incipit Ho. qua continet iste uersic.& pracedens uersi. reassumpsit casus, ut suprà dixi.

h Tenore Vide quod ibi dixi super I. glo post prin. Adde tu, quid si aliquis impetrauit plures similes literas,& utatur secundis antequam primis, an primarum literarum uigore poterit aliquid consequi.& quid uigore secundarũ,ex quo non faciunt mentionem de primis? Dicas quòd non, secundum do. Abb. Sic.in cap.in nostra. in 3.col.circa principium. extra.de rescri.

i Conquestione. Vbi de hoc in ultima glo.

k In fine. Ibi de hoc,ut statim remittam.

l Episcopi. Ibi scripsi in 1.gloss.sumitur hoc. & de hoc suprà de deleg.§.si uersi.item quòd datus. Adde,ut per Ro.consi.344.quem sequitur Feli.in rubrica de rescri.in 3.col.uer. caterum.& ibi latius uide. & an ille,cui commissa est causa petitorij,possit cognoscere de petitorio:uide Pau.de Ca. quod sic,consi.262. Vide tamen postquam uideris Fel.ubi supra.Io. And.in 1.§.si.uersic. quid si indubitatè.in add.incipiente,imitatus est do.meũ. & uide consilium Bald.quod ibi allegaui contra Io. And.

m Nosti. Vt ibi scripsi super gl.sed quid.qua est ult. ut ibi patet in fi seq.quod dictum fuit Compostel.

n Seruatur. Et merito: quia fere omnes decre. qua incipiunt, causam,cum causa,cum in causa, licet causam,loquuntur in ciuili. An uerò ex simplici commissione causa, actio criminalis possit agi ciuiliter, uide supra de deleg.§.fi.uersi. quid si princeps.cum suis remissionibus. Adde tu,quòd uerum est, quòd causa propriè dicitur criminalis, & lis ciuilis:ut per iura hic allegata, ut etiam hoc tenet expressè glo.in uerbo, criminalis in auth.de test.§. si uerò quis dicatur odiosus.colla.7. Et adde quod dicitur,hodie non seruatur, etc.non est inconueniens quòd sit assumptum hoc nomen causa,tanquam generalius,licet impropriè. Nam hoc multoties fit, ut aliquid impropriè assumatur ut no.in c.intelligentia,extra,de uer sign. & prasertim: quia etiam lis multoties assumitur pro causa & sic unum pro altero: tamen hoc non tollit proprietatem uacabulorũ.ideo est: quia sic usus communis obtinuit.arg.c.inter corporalia extra, de transla. episcopi,cum simi.Et faciunt ad hac qua dicuntur per Bal.in auth. habita. C. ne filius pro patre.ubi dicit, quòd quando in dispositione apparet uerbum lis, & uerbum negotium, denotatur potius causa ciuilis, quàm criminalis. Refert & sequitur Abb.Sic.in quadam sua disputatione incipiente.Gandulfus in 3.col.circa fi.

o Ex parte 2.facit eo.tit.forus.in prin.

p C.fin. Et sumuntur eius dicta in cle.de eff.deleg. c.uno. in gl.sed nunquid.

q Ecclesiarum. Ibi scribit episcopo. & est litera iustitie: confirmatoria uerò dirigitur parti:ut patet infrà uer.sequitur.

r Praterea. Vide quod ibi scripsi de usuris, clerici. super glo.supra eodem quia.

s Potest. Et ibi remissi.dedi.

t Competenter. Statim sequentur casus,quibus clausula ista non ponitur.

u Episcopus. Simile supra eo.§. post. prin. uersi item in nomine.

x Suo. De casu declinationis loquitur,scilicet nominatiuo,genitiuo,datiuo, &c. & sic fit de ceremonys & obseruantijs styli: quòd clausula ponatur per participium:ut iacet in decre. Michael.

y Miserabilem. Et c.quanto.

z Commissum. Non egebat argumento: quia textus est in pra.c.quanto.in fi.

a Iudais. Vt dixerat suprà uer.contra Iudaos.

b Apponi. Hodie per extrauagan. Bonifa.prouisum est per ordinarios, uel delegatos pro pecuniario debito generale interdictum ferri non posse.quod dic ut in sua extraua.prouidè attendentes.

c Clausula. Quandoque omittitur hac clausula in literis contra uniuersitatem, qua aliàs coerceri nõ posset:ut scripsi eo.tit.c.2.super 5.gl.lib.6.

d Petantur. Nescio si à principio, cùm priuilegia conceduntur, uiget hac consuetudo: sed super olim concessis multum euanuit:ut scripsi de offi.deleg. c.ulti.lib.6.super uerbo.dietam.

e Consanguinei. Nil facit ad propositum: quia nil ibi committit,sed querenti respondes. Sed alia iura ad hoc pro & contra,scripsi de rescriptis.statutum.§.cùm uerò super casibus. libr.6. ubi uide propter id quod dicitur infra.2.uersi. in fi.
Adde,quid si in literis continetur, conquestus est nobis, &c. Titius,quod Petrus iniuriatur eidem. quo circa discretioni tua de utriusque partis consensu,&c. & unus uult probare: quod erat absens à curia tempore data literarum, an debeat admitti ad probandum: uide Fed. consi. 18.

f Diœcesano. Et sic contra decre.statutum.uide quod ibi nunc supra,remisi.

g Et

g Et seq. Expeditæ sunt per extrauaga. Io. quæ incipit, antiquæ. quæ approbat quod notaui, de uoto capi. uno. lib 6. scilicet per sacrum ordinem non dissolui sponsalia de præsenti.

h Sed quid. De hac quæstione & sequentibus scripsi eo. tit. nonnulli super glo. sic ergo.

i Innoc. quarti. Imo fuit Gregorij noni: ut ibi patet: & hoc ipse fatetur. infra. §. proximo ante finem.

K Ipso iure. Lib. 6.

l Rescribenda. Videtur contra de off. delega. cùm causa. ubi quinque archiepiscopos una litera nominabat. scilicet actorem, reum & tres iudices: sed non nominabat diœceses, quas nominari curia ponderat si non esset illud, computatis, qui in salutatione ponuntur facilius intelligerem, & maximè ex uerbis, quæ legi in minori ordine rubrica 2. quæ dicunt notandum, quod in petitione solæ tres diœceses exprimi debent: & rubrica sequens ponit formam literæ talem: Conquestus est nobis A. quòd B & quidam alij Senon. Parisien. & Carnoten. diœ. tam clerici, quàm laici, &c. secundum id, quod de salutatione dicitur, si daretur abbas uel prælatus diœcesis Tornacen. aut non transiret litera, aut diœcesis subijceretur. nescio quid seruet Cancellaria. Sub eadem autem rub. ante fin. subdit autor id quod prædixerāt de tribus, & nō de pluribus diœcesib. in literis apostolicis nominandis, terminatum non esse in toto corpore iuris. De ceremonijs igitur cancellariæ, & rationem potest habere si dicamus illas esse debere contiguas. Poterāt enim facile illo tempore retrahi intra duas dietas propter uicinitatem. Et uide quod statim dicam super 1. forma, propter decre. statutum. eo. tit. lib. 6.

m Legi. Solut. stylus id approbat: quia licet clerici ordinati dicantur maiores religiosis, ut in c. legi. tamen uerum est, religiosos includi sub appellatione clericorum. 12. q. 1. duo sunt. Adde tu hoc esse uerum in materia fauorabili, sed in odiosa secus: quia nec tunc penitus includuntur omnes seculares, sicut in primo casu, iuxta notata per do. Abba. Sicu. in rubri. de ui. & ho. cle. extra. & aliquid per eundem post glo. in c. 2. extra, de coha. cler. & muli. uerbum tamen, religiosi, potest capi. large, largissimè, & strictè. de quo uide per eundem domi. Abb. in c. ecclesia. in 4. not. extra, de consti.

n Cathedralis. Vt in clemen. de rescrip. c. 2.

o Ecclesia. Puto. quòd deficit annexa præbenda.

p Quæ. Vide clemen de præben. per literas.

q Diœcesum. Vide propter id, quod dixi supra super uer. item plures. etiam si ponderamus diœceses iudicum quasi tacitè inclusas, non sunt tamen nisi tres, & secundum id loco Narb. & Tholosana, non potuisset ponere Parisi. & Carnoten. aliàs potuisset, si sola expressio ponderatur. Et aduerte; quia, ut omnes isti uno loco conueniantur, oportet, actorem esse quartæ diœcesis, id est. quòd neutra illarum sit sua: & sic illa sua nominata non uenirent nisi duo reorum: per decr. statutum.

r Dicunt. Fuit quæstio Io. de Deo, & Aegidij, de qua satis scripsi de præben si pauper. lib. 6.

s Confirmatio. Idem obseruatio, uel executio hoc dico propter ea, quæ dicta sunt supra. §. eod. uersi. sequitur.

SVMARIVM.

1 Rescriptum quomodo impugnatur, ratione impetrantis.

2 Affinis collateralis, an sit in impetratione rescripti admittendus.

3 Canonicus an possit pro ecclesia impetrare, sine mandato.

4 Procurator habens mandatum sufficiens ad agē dum & defendendum in aliqua cā, an super ea poterit literas impetrare ad aliquos iudices.

5 Constitutus ad appellationem prosequēdam, an super ipsa appellatione poterit impetrare.

6 Impetrans quo casu cogatur mandatum ostendere.

7 Impetratio mandati, quibus modis possit probari.

8 Literis de communi cōsensu impetratis, si postponitur uti per annum, & postea impetrantur alia, an primæ lapsu anni elidantur.

9 Id quod de anno dicitur, an locum habeat in certo tempore.

10 Hæreticus non potest impetrare: nec seruus. Monachus non potest impetrare, sine consensu abbatis.

11 Supprimens nomen suæ dignitatis, an possit impetrare.

12 Impetrans tacito de dignitate, si ipsam dignitatem perdat, priusquam literas præsentet, an ipse literæ prosint.

13 Impetratio ipso iure expirat, si is, cuius nomine impetratum est, mortuus erat tempore impetrationis.

14 Opponi an possit rescripto pro scholari, quòd non sit scholaris.

15 Processus habitus per literas, ab excommunicato ad lites obtentas, an ualeat, si nō excipiatur

16 Literæ impetratæ ab excommunicato ignorāte an ualeant.

Ratione

a RATIONE[a] autem impetrantis impugnatur rescriptum: ut quia impetratum sine domini speciali mandato: nisi impetrans sit talis, à quo non sit exigendum de iure mandatum: ut ex̄. de rescri. nonnulli. & c. ex parte. ff. de mino. illud. ff. de procu. sed & hæ personæ ff. iud. l. 2. Sed quæ sunt illæ personæ? Respon. ascendentes & descendentes, in infinitum. ff. de uerb. sig. liberorum. ff. de in ius uoc. l. quinque. §. parentes. & aliæ personæ. quæ numerantur.
1 ff. de proc. sed & hæ personæ. † Quid de collateralibus? Respon. solus frater admittitur, in prædict. l. sed & hæ. De consuetudine tamen Romanæ curiæ, admittetur filius fratris & sororis, & frater patris & matris, & consobrinus, & filius consobrini, & omnes consanguinei usque ad tertium gradum inclusiuè: ultra uerò non. Sed quid de affinibus? Respon. ascendentes, ut socer, prosocer & descendentes: ut gener, & progener, admittuntur. ff. de postu. l. 1. §. fi. & l. seq. & in præ. l. sed & hæ.
2 † Quid de affinibus collateralibus, puta de sororio? Et uidetur admittendus. quia sicut affinis ascēdens & descendens admittitur ut coniunctus, ut dixi: ergo sic coniunctus collateralis admittetur: ut in l. sed & hæ. & sic sororius, qui est coniunctus affinis, debet admitti. Super hoc dixit B. Compost. quòd non debet admitti: & sic papa decreuit: ut dicit: quia licet de fratre lege caueatur non ta-
3 men de sororio. † Sed nunquid canonicus impetrabit pro ecclesia sine mandato? Dicit Gof. quòd non. Sed an pro concanonico? Et uidetur quòd sic: quia quædam spiritualis proximitas est inter eos, quæ maior est carnali. 30. q. 3. c. 1. & 2. & inter eos est uinculum fraternitatis. ff. pro soc. uerum. Ad idem ff. de procu. non solum. §. ueterani. licet Gof. contra. Canonicus autem bene potest concanonicum constituere suum procuratorem ad im-
4 petrandum super absolutione. † Sed nunquid procurator habens sufficiens mandatum ad agendum & defendendum in aliqua causa, poterit super ea impetrare literas ad aliquos iudices? Respon. obtinuit quòd non, si legitimus appareat contradictor: quoniam ad impetrandum requiritur speciale mandatū, non dico ad causam specialem: si tamen causa esset in curia, bene sufficeret prædictus procurator ad impetrandum literas super pertinentibus ad causam ipsam cœptam: pu-
b ta super recipiendis testibus. [b] † Sed nunquid
5 constitutus ad prosequendam appellationem poterit impetrare super ipsa appellatione ubi causa non est in curia? Respon. obtinuit quòd sic: quia impetrare, est prosequi. Sed nunquid habens generale mandatum ad causas uel negotia, potest impetrare? Respon. non: quia hoc exigit speciale mandatum: ut in præ. c. nonnulli, & eo. tit. ex par-
6 te. † Sed cui incumbit probatio, nunquid utenti literis, ut probet eas cum mandato fore impetratas: an uerò aduersario, ut probet quòd sine mandato? Respon. curia seruat quòd si ante impetrationem contradictor neget mandatum, impetranti incumbit probatio quòd habeat mandatum: sed tunc si contradictor est procurator, oportet quòd ipse de suo mandato prius doceat. alias non cogitur impetrans ostendere mandatum. post impetrationem uerò, præsumimus literas cum mandato fuisse obtentas: cui præsumptioni statur, nisi contrarium constet per confessionem utentis
7 literis. † Cùm enim sit negatiua. probari non pos-
c sit aliter. [c] ex̄. de elect. bonæ. 1. Et si etiam posset indirectè probari, non tamen expedit hac occasione causas differri. Item excipitur quòd impetrans non fuit usus dolo uel negligentia intra annum, postquam habuit copiam iudicis. ex̄. de re-
d scrip. si autem. & c. plerunque. [d] quo casu ualent secundæ literæ, licet de primis non facias mentionem: ut ibi. Et præmissa intellige, cùm aliud secundum rescriptum impetratur: alioquin primū, perpetuū ualet. C. de diuer. resc. l. 2. Quid si primus postposuit uti suis per annum, & secundum similiter suis: nunquid conualescunt primæ? Dicit Vin-
8 cen. quòd sic: C. de diuer. rescr. falso. † Quid si literis de communi consensu impetratis, postposuimus uti per annum: & postmodum tu impetras: nunquid primæ lapsu anni eliduntur? Respon. nō: quia ambo negligentes inuenimur: dolus enim cum dolo, & culpa cum culpa, compensantur. ff. pro socio. l. si ambo. & hoc si utraque pars habue-
9 rit rescriptum. † Item nunquid id, quod de annô dicitur, locum habet literis, quibus causa intra certum tempus committitur decidenda? ut ex̄. de off. deleg. de causis. Respon. sic. Annus enim iste nec arctat nec prorogat iurisdictionem iudicis: quia tempus in literis comprehensum computatur à tempore, quo rescriptum iudicibus præsen-
e tatur. ex̄. de app. super eo. [e] Quid si quis utitur literis, & statim eas supprimit: nunquid intelliguntur perpetuatæ? Dicit Vin. quòd non: sicut est, quando quis fraudulenter litem contestatur, ut interrumpat præscriptionem: quia non fit interruptio: uel etiam si interrupta est, nō prodest. ar. C. de præscri. 30. an. l. fi. Sed nunquid ecclesia restituetur ad utendum hoc rescripto? ar. quòd non. C. si aduer. deli. l. 1. 16. q. 3. placuit. ex̄. de præsc. c.
f 1. secundum Vinc. Alij. contra, si læsa sit. [f] † Item
10 quòd si impetrator est hæreticus. C. de sum. tri. l. 2. Item quòd est seruus. C. de preci. impe. offe. l. 1. C. qui admit. ad bo. pos. l. bonorum, pro alio tamē seruus indistinctè impetrat. C. e. uniuersis. Item quòd est monachus uel canonicus regularis: qui non potest impetrare sine consensu abbatis. 16. q. 1. monachi. ex̄ de postu. ex parte. C. de preci. Impe. of. uniuersa. & idem dico in eo, quòd in seruo. Item quòd impetrator dixit se clericum, cùm nō esset, licet postea se tonsurauerit. ex̄. de transact.
11 ex literis. ex̄. de rescr. cum adeo. † Item quòd suppressit nomē suæ dignitatis. ex̄. de rescri. ad aures.
g [g] Quid si impetrator duas habet dignitates & nomen unius tantùm exprimit? Dicunt quidā quòd si exprimit nomen illius, ubi literas impetrat, be-
h ne ualet. C. ubi tu. uel cu. l. 1. Vin. ar. contra, [h] in præ. c. ad aures. & ex̄. de præben. cum teneamur.
12 † Quid si impetrans tacito de dignitate, perdit ipsam dignitatem priusquam literas præsentet? Dic quòd non ualet. nam tempus datæ consideratur ex̄. de rescri. eam te. ex̄. de proba. post cessionem 3. §. fi. uer. in summa. Obest enim dolus in
i initio adhibitus. 16. q. 3. §. potest. [i] Sed quid econuersò si tempore impetrationis non habuit dignitatem,

tatem, & simplici nomine appellauit: tempore ue-
rò motę litis dignitatem adeptus est? Et uidetur ꝙ
ualent literæ: quia beneficijs conuenit nos iuuari.
ex̄. de commod. cap. unico. ff. eod. incommo. ff. de
consti. princip. beneficium. ex̄. de do. cum dilectus.
Sed Vin. dicit ꝙ rescriptum aliàs canonicũ sic per-
dit effectum, ne minores à maioribus super bene-
k ficijs uexentur. quod prohiber prædi. c. ad aures. k
Prohibetur ergo tacendi fraus, & obest in benefi-
cijs, ut ibi, siue sint cum cura, siue nõ. ex̄. de præ. de
multa. siue sint simplicia, siue dignitates: ut eo. tit.
l cùm teneamur. l Item in rescriptis. ex̄. de rescr. cũ
adeò. Itẽ in promotionibus. ex̄. de ele. c. innotuit.
Item in ordinationibus: quia tunc non debet uitiũ
celari, ut 50. distinc. ex pœnitentib. ff. de act. emp.
& uen. l. 1. §. ideo. Itẽ quod dicit se de diœcesi, cùm
sit de ciuitate uel econtra, uel tacuit. ex̄. eo. Rodul
phus. & c. significante. Item quòd impetrans obiit,
priusquã citatio sequeretur. ff. quæ sent. sine app.
rescin. l. fin. ex. de off. deleg. cùm olim. & c. P. & G.
uel et is, cuius nomine impetratum est mortuus e-
m rat tẽpore impetrationis. ff. de reg. iu. Neratius. m
13 † Sed nunquid tunc expirat ipso iure? Respon. nõ,
sed ope exceptionis. ex̄. de test. cùm uenisset. & est
n quæstio uenerealis. n Itẽ ꝙ dixit se pauperem: cũ
esset diues. ex̄. de off. deleg. significantibus. ex̄. de
rescrip. ad aures. de fo. compe. ex parte. & c. ex te-
o nore. Item ꝙ renunciauit rescripto. o ex̄. de pact.
cum pridem. C. de fide instr. l. 3. ex. de renun. sanè.
p & c. ueniens. p Item ꝙ nimis præuenit terminum
legis: ut aduersarium impetrando supplãtaret. ex̄.
de app. oblatæ. §. licet igitur. Item ꝙ impetrãs præ
bendã, est puer. ex̄. de præben. super inordinata. Itẽ
ꝙ impetrans dignitatem uel beneficium cum cura
est minor 25. annis, uel patitur defectum in mori-
bus, scientia, uel ætate. ex̄. de ætate & qualitate. eã
te. & de elect. dudum 2. Item quòd impetrans bene
ficium non potest facere seruitium. ex̄. de cle. non
resi. quia nonnulli. & c. conquerente. & de præben.
super inordinata. Itẽ quòd est uxoratus. ex̄. de cle.
coniu. cum decorem. & c. diuersis. Item ꝙ non est
indigena. 71. di. hortamur. C. de epi. & cler. in eccle
sijs. Sed hoc de honestate. aliàs enim est cõtra. ex̄.
de insti. ad decorem. & uide j. de tractatu libellorũ:
in tit. de insti. Item quòd non est dignus. ex̄. de re-
scri. cùm adeò. de ætate & qualitate. accipimus.
Item ꝙ non uult residere. ex̄. de cle. non resi. rela-
tum. Item quòd facultates ecclesiæ, in qua scribi-
tur, non sufficiunt. ex̄. de insti. c. 1. & c. autoritate.
& de uit. & ho. cle. quoniam. Item ꝙ non est cleri-
14 cus, ut s̄. † Sed ubi scribitur pro scholari, nunquid
potest opponi quòd non sit scholaris? Rñ. sic. argu.
s. ex̄. de præsum. c. fi. Et dicit Io. de Deo in quæstio
q nib. suis, q ꝙ merus executor nõ admittet hãc ex-
ceptionem: mistus uerò sic: nisi is, pro quo scribi-
tur, sic Papæ familiaris. De hoc de ac. seu peti. §.
r pe. uersi. pe. r Item excipitur quòd impetrans fuit
excommunicatus: ut ex̄. de proba. post cessionem.
ex̄. de rescri. dilectus. & de ætate & qualitate. cum
bonæ. vel ab excommunicato constitutus: ut ex̄. de
procu. cap. fi. nisi impetret super appellatione, uel
s super ipsa excommunicatione. s ex. de excep. signi
ficauerunt. & c. fi. de rescriptis. ab excõmunicato.
& in decr. extrauaganti. Greg. noni, eo. tit. ipso iu-
re. & hoc secũdum dominum meum in Summa in
tit. de excep. §. & quando. uer. illud etiam. De hoc
t s̄. §. poxi. uersi. sed quid si contra t † Quid de pro-
15 cessu habito per literas ab excommunicato ad li-
tes obtentas, nunquid ualet si non excipiatur? Rñ.
sic, cùm iudex per eas iurisdictionem recipit: sed
contra. ex̄. de rescri. dilectus. sed ibi non fuit proce
sum per eas: imò ante quàm procederetur per ip- s
sas, papa consultus dicit quòd si per excommuni-
catum sint obtentæ, & de processu mentionẽ non
faciunt, decernantur uiribus carere, scilicet quo
ad effectum: quia per eas non proceditur. & uide se
u cundum Papam ex. de off. dele. cap. prudentiam. u
16 † Sed pone, episcopus habẽs suspectum clericum,
ꝙ ipsum accusare debeat, eum coram quibusdam
clericis secretis excommunicat. clericus hoc igno
rans, contra eum impetrat: nunquid ualent literæ
taliter ab excommunicato impetratæ? Dic quòd
sic in odium episcopi. ar. ex̄. de renun. quod in du-
bijs. ex̄. de accu. olim. Sed nunquid talis excom-
municatio tenet? Potest dici quòd sic: sed episco
pus tenetur excommunicato ad interesse: ex̄. de
sent. excom. sacro. Si autem clericus prius iter ar-
ripuisset ad sedem apostolicam, ueniendi contra e-
piscopum: non teneret. ex̄. de appel. dilecti. quæstio
x dominicalis est utraque. x

ADDITIO.

a *Ratione. Quod nota. hoc in Summa huius titu. uer. sed nunquid canonicus. & ibi etiam quod sequitur. Host. autem ubi supra sub uersi. 97. hoc princ. huius §. plenè prosequitur, habuit à domino auditore contradictarum, episcopo Bono. quod curia non admittit canonicum ad impetrandum pro ecclesia. uel cum canonico sine mandato, si apparet contradictor cum mandato, ad contradicendum autem & conuenendum de iudicibus cùm admittitur ipse sine mandato.*

b *Similibus. Quid si super his consecutiuis iudicij, impetrat excommunicatus: remittam infrà, prope finem §.*

c *Aliter. Vt scripsi in decre. nonnulli. super gloss. Sic ergo posset probari per inhibitionem uel reuocationem.*

d *Plerunque ibi scripsi post Vin. quæ sequuntur usque ad uers. item quòd impetrator.*

e *Eo. 2. in fin. Et hoc intellige ut ibi dixi de termino statuto per numerum dierum, mensium, uel annorum.*

f *Sit. De hoc infra de test. in inte. §. qualiter. uersic. pe. & uide quod dixi in præd. decre. plerunque. in glo. quid erit.*

g *Aures. Hic instat Host. distinguens. uersi 98. sufficit quod dicam in seq. uersic.*

h *Contra. Vin. cuius fuit iste uers. cũ duob. sequentib. in decr. ad aures. dixit, ego credo quòd non ualet.*

quod uerum intelligas in litera beneficiali: secus in rescriptis ad lites, ut ibi scripsi secundum Gof. qui sic soluit in sua quæst. 29. ubi dicit simile de illegitimo, qui impetrat hoc tacito: quia ualet super iustitia. secus si super beneficio. quod intellige de illo, cum quo non fuerat dispensatum. super quo uide quod scripsi de filijs presbyt. cap. secundo libro sexto.

i Potest. Fuit quæstio uenerealis. 6. & dist. 9. & illa hic sufficit.

k Aures. Tu distinguas inter formam pauperum & gratiosam, de quo satis uideas de presb. si pauper. lib. 6. in 1. glo & in cle de rescrip. gratiæ.

l Teneamur. Siue sint magna uel modica. eo. titu. si motu proprio. lib. 6.

m Neratius. Hoc repetitur cum quadam exceptione infra §. 2. uer. pe.

n Venerealis. Quinta quæstio tractat de hoc, sed non in his terminis: sed quando moritur delegans re integra. Et de illa plene scripsi in princip. decre. cùm uenissent super 2. gl. in quæstionibus autem quæ procedunt, quæ non sunt in persona diuersæ. nil enim refert inter impetrantem, & eum cuius nomine est impetratum: quia uterque est actor. sed in hoc differunt, quia primus uiuens impetrauit, sed decessit antequam citaretur: secundus uerò mortuus erat ante impetrationem: & sic ille impetrare non potuit, sed alius pro eo impetrauit: & de isto minus est dubium. Scias quòd decre. cùm olim. & capit. P. & G. alleg. ad primum casum, parum faciunt, imò nihil, nisi in quantum loquuntur de prorogatione non facienda. Vides autem quòd in his casibus tenet, quòd ope exceptionis finiatur iurisdictio. quod difficile est tenere, saltem in secundo casu per l. Neratius. quam allegat, per quam non teneret priuilegium: multò minus rescriptum. Item apertè dicit l. 2. ff. quæ sent. sine app. rescin. quòd si detur iudex aduersus eum, qui in rebus humanis non est, non tenet datio. Quomodo ergo dici potest, exceptionem necessariam, quo ad primum casum, quo à principio tenuit rescriptum: sed antequam ex eo fieret citatio mortuus est impetrans. dicere quòd exceptio sit necessaria, non esset absurdum. Super quo uideri potest quod scripsi in regula, is, qui in ius. de reg. iur. libro sexto, & dicetur infrà, §. secundo in princip.

o Rescripto. Contrarium Hosti. in quo aliquantulum instat.

p Veniens. Io. de Deo libro secundo, quæstio. ultim. quærit an litigans coram delegato, qui composuit cum aduersario, renuncians rescripto & omni suo iuri, hoc acto, quòd si non seruetur compositio sit sibi ius suum integrum, possit uti rescripto, si compositio non seruetur. Allegat quòd non possit. de officio deleg. significantibus. ubi delegata iurisdictio extincta non reassumitur, etiam si consensu partium soluit. quod non: si tradidit parti rescriptum. de renuncia. sanè. de pact. cum pridem. Si non tradidit, distinguit an compositio fuerit conditionalis, an modalis. Primo casu utetur rescripto: secundo non, sed agat ut modus seruetur, secundum not. de condi. appo. uerum. sed quia hoc procederet etiā si pactum illud non fuisset appositum de resoluendo: tu distinguas ut ibi scripsi super gloss. secundam inter conditionem constituentem. quo casu procedit quod dictum est. & adimentem. & hoc casu optionem habet an uelit agere ut seruetur compositio, an repetere litem: ut in præ. decret. uerum. & iura ibi allegata probant prædicta. C. de donati. quæ sub mo. l. prima. & uide quod ibi no. in decre. significantibus. purè fuerat extincta iurisdictio.

ADDE quod uoluit Roma. consil. 331. scilicet quòd Papa dat mihi executorem contra Titium meum debitorem, quem excommunicare facio: deinde papa alteri scribit, quòd ipsum debitorem absoluat, si est mecum in concordia. & non sumus concordes quòd soluat certo termino: quapropter absoluitur: sed si terminus solutionis labitur, quòd primus executor non poterit iterum illum excommunicare.

q Suis. lib. 9. q. 9. de qua statim dicam.

r Versi. pe. Corrige uersicu. sed nunquid scholaris. Allegatio tamen uera erat ante additiones. nam uersic. ibi sequens, qui incipit, item nota quòd si usque ad finem, §. fuit additio, ut ibi assignaui. Est autem sciendum quòd ista quæstio, & illa non conueniunt. ibi enim tractatur de scholari non clerico, qui impetrauit super beneficio. In hac uerò quæstione Ioannis, non erat dubium de clericatu. Impetrauerat enim prouisionem annuam de decem à quodam monasterio ut scholaris: & hoc negabatur, scilicet eum esse scholarem, qui in rescripto dicebatur scholaris. Huic enim plus conuenit ista solutio, quàm illi. Allegat autem ad primum membrum solutionis, secunda quæstione sexta, ab executore. de app. nouit. Ad secundum de Papa notitia allegat 94. dist. c. 1. centesima di. in ea. extra de præsum. mandata. Quæstionem autem Compo. de illo, qui impetrat sibi prouideri in diœcesi Bono. dicens se scholarem Bon. cùm esset origine Paduanus: uide per me. eo. tit. significante. super uer. Leodiensi.

f Excom-

f Excommunicatione. De ligato duabus excommunicationibus, qui impetrat super una, scripsi in decre. eo. tit. lib. 6. in 4. glo.

g Contra. De grauato etiam in iudicio, qui sine appellatione impetrat rescriptum super illo grauamine: distingue ut scripsi eo. tit. cap. 1. in gloss. pen. Item de impetrato super consecutiuis iudicij: puta super receptione testium per excommunicatum cum aduersario non excommunicato: dixi su per regula, vtile. de reg. iur. lib. 6. Item sciendum quòd Rof. quæstio. 42. disputauit an rescriptum ualeat impetratum ab excommunicato de consensu procuratoris rei: contra quem impetrabat. Ad partem quòd non ualeat, instat quòd excommunicatus æquatur hæretico: item deportato. Et breuiter multa interdicta excommunicato, unde in regula, dolo facit. de reg. iur. libro sexto. In prima parte quæstionis instat secundum quod ueritas talis fuit tacita: qua expressa, rescriptum non habuisset: ergo in totum debet illo carere. eod. titu. super literis. Tertiò consensus procuratoris mei, non potest quod meus non posset: inducens multos casus, quibus partis consensus non proficit in aduocato. ff. de postu. quis prohibet. in milite procuratore. ff. de procura. filius. §. ueterani. Ad idem, C. de leg. l. ab administratione. C. de quæstio. l. seruos. C. de testi. l. parentes. C. de iurisdi. om. in. l. priuatorum. Quartò, quòd dominus id specialiter mandaturus non fuisset. ff. de pign. l. obligatione ergo, &c. In contrarium multa quæ licent excommunicato collecta in secunda parte quæstionis, de qua supra. Item C. de procu. ita demum. C. de adil. edic. cùm mancipium. 1. respons. ff. de contrahen. emp. in huiusmodi. & ui de Imol. C. de preci. Impe. off. l. 1. & l. uniuersis, ff. de pet. hære. item ueniunt. §. à quo. Item sibi imputet, qui talem procuratorem eligit. ff. man. cum mandato. Ad idem ff. de exercito. l. prima, ff. si mens. falsum modum dicat. Soluit ex rescripto agi non posse, cùm procurator illum illegitimare non poterit ad illum actum, ad quem habilis uel legitimus non erat: nec etiam per suum consensum, potuit ius publicum immutare. ff. de oper. liber. l. Cerdonem. de admini. tut. quidam decedens. & per prædictam decre. super literis. Pro solutione, bene facit: quia iste non est casus, in quo requiratur exceptio, cuius omissio ualidat quandoque quod poterat uitiari: sed ipso iure est nullum, per præ. decre. primam. eo. tit. lib. 6. Addo quid si duo impetrant & alter excommunicatus est, an ualeat rescriptum? Roma. consil. 406. & ibi quid de occulto excommunicato.

u Prudentiam. Expeditum est, quod non ualet, per præ. c. ipso iure.

x Vtraque. Tamen unica. & est lis. & satis sufficit ille uersiculus, pro illa quæstio. & huic remisi in decre. prima. de rescriptis. libro sexto, in fin. 4. glo. ibi no.

SVMMARIVM.

1 Rescriptum impugnari potest, ratione eius, ad quem impetratur.

2 Impetrari non potest rescriptum ad iudicem, extra prouinciam morantem.

3 Rescriptum iudicis de nouo excommunicati, an, & quomodo perdatur.

4 Rescriptum, in quo causa remittitur ad eum, à quo noscitur appellatum.

5 Litera impetratæ ubi episcopus extra suam diœcesim existens causam delegat, an ualeant.

1 RATIONE † quoque eius, ad quem impetratur, impugnatur rescriptum: puta si sit talis, qui non possit esse iudex. Quod dic plenè ut supra de iudi. dele. §. pe. & fi. Item excipitur, quod est obtentum ad iudicem ultra duas diætas à diœcesi distantem, in qua reus moratur, uel in qua res est sita. extra de

a resc. nonnulli. de excep. olim. [a] Et sic poterit excipi, etiam si post litem contestatam ultra duas diætas trahatur. C. de consor. eiusdem litis. l. 2. argu.

b contra. ff. quod quisque iur. l. 3. respo. 1. [b] † Item

2 quòd est obtentum ad iudicem, extra prouinciam morantem: licet infra duas diætas: quod dic ut

c no. 3. q. 6. neminem. [c] † Item quòd iudex de nouo

3 est excommunicatus: & sic rescriptum perditur ad tempus extra de offi. dele. prudentiam. §. sexta. de exce. pia. lib. 6. uel suspectus. extra de offic. dele.

4 insinuante. † Item quòd causa remittitur ad eum, à quo noscitur appellatum, extra de appel. hæc si in una. & c. accepta. argum. tamen contra extra de

d matrimonio contra inter. ec. contra. c. 1. [d] † Item

5 si episcopus uel archiepiscopus extra suam diœcesim uel prouinciam existens, causam delegant, non ualent tales literæ impetratæ, secundum quosdam arg. ff. de offic. præsid. l. 4. ff. de iur. om. iud. l. fi. extra de off. deleg. c. excommunicatis. & c. fi. ff.

e de off. præfect. urb. l. fina. [e]

ADDITIO.

a Olim. Hodie dic ut in decre. statutum. de rescrip. lib 6. & ut ibi not. in glo.

Olim dicemus contra, secundum dictum de reali.

b Respon. 1. Hoc contrarium nil facit. Conueniret enim potius actori trahenti, quàm reo tracto. De principali dicto satis scripsi de rescrip. dilectus. 2. &

& gl. ante litem. & hoc infra titu. 1. uersic. quid si reus. & uide quod dicam in principio.

c Neminem. *Et scripsi de iudi. c. fi. in princ. ubi uide cum sua remissio quæ est ad id, quod no. Hostien. in præ. §. pe. uersic. centesimo. ubi plenè tractat materiam huius uer. & præcedentis.*

ADDE *ut per Feli. in c. nulli. de rescrip.*

d C. 1. *Ibi soluitur in gl. penul.*

e L. fi. *Dic contra, ut no. ff. de off. leg. nouit.*

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum impugnari potest, ratione eius, contra quem impetratur.*

2 *Rescriptum contra priuilegiatum obtentum, nec de priuilegio mentionem faciens, an sit ualidum.*

3 *Impetratio contra abbatem, nulla de conuentu facta mentione, an ualeat.*

RATIONE [a] etiam eius contra quem impetratur rescriptum, impugnatur, unde per clausulam, quidam alij non trahũtur meliores, quàm sint in litera expressi: ut infra. §. ratione causæ. in uersi. itẽ quod in eo.
1 † Item excipitur quòd est impetratum contra prædecessorem mortuum: nec per illud fuit citatus: quare per eum non debet successor conueniri. extra de rescrip. significauit. de offi. dele. gratum. ar. contra. extra de iud. quia V. & C. de contrahen. & commit. stip. l. fin. Et dic quòd si impetretur super actione reali, tunc successor potest conueniri: quia res transit cum suo onere: ut extra de deci. pastoralis. ǂ. uer. item quòd is, contra quem. Si super personali, & re integra moritur is, contra quem fuit impetratum, expirat: ut in cap. significauit. Si uerò moritur re non integra: tunc successor per illud poterit conueniri: ut in c. gratum. & in c. significauit. ibi: cum nec per ipsas, dum uiuit, &c. uel dic ut ibi no. Item successor uniuersalis pôt cõueniri per rescriptum contra prædecessorem obtentum, illo re integra mortuo. ar. bonum. extra de fo. compe. dilecti. de hoc in præ. c. quia V. ubi etiam not. secundum papam utrum fiet nouus processus cõtra suc-
b cessorem. [b] Item excipitur, quia est contra priuilegiatum obtentum: nec facit de priuilegio men-
2 tionem: extra de rescrip. cum ordine. † Item ꝙ is, [c]
c cõtra quem impetratum est, tempore impetrationis non erat in rebus humanis. ff. quæ sen. sine app. re. l. 2. extra de rescri. c. fi. nisi fortè sit tale illud, super quo impetratur, ꝙ hæres possit hæreditario iure conueniri. C. de contrahen. & commit. stip. ueteris. ff. de fideicõ. lib. cum quasi. in prin. in auth. de iureiur. à mor. præst. col. 5. Item ꝙ mater, contra quam impetratur nomine filiorum, ad secunda no
3 ta transiuit. ex. de app. ex parte M. † Item ꝙ ubi impetratur contra abbatem, non fit mentio de conuentu: cùm tamen sint bona communia. extra, de rescriptis. edoceri. & ǂ. de actore. uersi. item etiam
d obijcitur. & sequen. [d]

ADDITIO.

a Ratione etiam. *Dic ut scripsi in quæstione, quam disputaui, posita super regula, is qui in ius. de reg. iur. lib. 6.*

b Successorem. *Vt ibi scripsi in ul. gl.*

c Quod is. *Ad literam fuit iste uersi. Vber. de Bobio ubi supra post prin.*

d Et sequen. *Dic ut ibi: quia ualet, nisi essent capitula omnino discreta. Hostien. autem hoc membrum plenè prosequitur, sub uer. 99. quærebat Guid. An. q. 1. huius tituli, an ualeat rescriptum impetratũ per conuentum, de abbate mentione non facta. Allegat quòd sic. l. 1. C. de diuer. rescript. ubi rescriptum prodest fratri impetranti. Si hoc in carnali fraternitate, fortius in spirituali. de transla. cap. 2. Facit quod ex sola affectione dicitur quis frater. ff. de hæ. insti. l. nemo dubitat. Alle. etiam extra, de iudi. causam. In contrarium alle. ff. de min. l. denique. §. sed utrum. ubi restitutio datur filio, non patri. unde cùm patrem contingeret, non datur. Ad idem eo. titu. quod si minor. §. si seruus inducit etiam l. ait prætor. ff. de iur. deli. ubi qui non potest alienare, &c. distinguunt ut si bona sint communia, ualeat per præ. l. 1. Nec obst. l. denique. quia restitutio minoris est beneficium personale, & sic personam non transgreditur. de re. iur. priuilegiũ. libro sexto, cùm concord. Et aduerte, quia propter hoc dictum hanc q. hic scripsi, decre. præ. causam. si dicatur quòd illi fratres Duneb. essent rei, destruere uidebatur distinctionem quã posuit Hostien. ubi suprà, & ideo ipse ibi tamen in uersi. hæc tamen distinctio. quòd sibi ipsi erant actores, & monachi rei, hoc satis præsumo: quia præponuntur. & quia ibi dicit, ingrediantur & antiqua dicebat aggrediantur. in antiqua autem patet, ut ibi scripsi, quòd quæstio erat super quadam ecclesia, & delegata erat abbati de Euescan. audienda & finienda appellatione remota. secundum hoc illa decr. determinat q scilicet quòd etiam causa sit talis, quòd conuentus sine prælato in iudicio tractare non possit: impetratio tamen rescripti tenet super illa facta per conuentum: eo fortius, quando causa esset conuentus, ita quòd etiam administratio esset diuisa: ut dixi in c. edoceri. de resc. & hoc etiam conuertitur, ut s. in communibus, & his quæ prælatus tractare non posset in iudicio sine conuentu, teneret impetratio rescripti facta à solo prælato. sicut teneret in illis facta contra solum prælatum. & in prædicto c. edoceri.*

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum an ratione defectus sue taciturnitatis possit impugnari.*
2 *Clausula illa, si preces ueritate nitantur, aut æquiualens. quid operetur.*
3 *Absolutiones an tot requirantur, quot præcesserunt excommunicationes.*
4 *Restriptum non continens causam, propter quã persona cõueniri debet, nullã dat iurisdictionẽ.*
5 *Impetrans, quo casu dicatur falsarius.*
6 *Rescriptum seu mandatum generale, ad quæ extendi dicatur.*
7 *Exceptiones peremptoria seu dilatoria, an contineri debeant in quolibet rescripto.*

1 RATIONE uniusque † defectus, seu taciturnitatis, rescriptum impugnatur: quia
secundum de primo non facit mentio-
a nem: [a] ut extra de rescrip. cæterum in
auth. ut sponsal. lar. §. si quis. coll. 9. extra de of. de
le. c. 2. ff. de leg. 3. si quis. in princ. C. de testa. hoc
inter. Valet tamen tunc ipso iure, nisi fuerit ex-
ceptum, ut ibi probatur, uel non contineet seriem
prioris. extra de dolo & contu. c. ex literis. Secus
si de prioribus faciant mentionem, quia tunc ua-
lent secundæ: ut in præ. c. ceterum. & ff. de procu.
si quis eum procuratore. § fi. ff. de iud. iudic. sol.
2 ff. de iure codicil. diuus. §. licet. † Item quòd non
est ibi clausula illa, si preces ueritate nitantur. 20.
q. 2. uniuersa. sed hæc secundum canones subin-
telligitur. licet non apponatur extra de rescrip.
b c. 2. [b] Et tamen quasi semper æquipollens poni-
c tur, scilicet si est ita. eo. ti. [c] in fi. Item excipitur.
quòd non facit mentionem de appellatione à se
interposita: ut extra de confir. uti. uel inutil. bo-
d næ. uel aduersario. extra, de rescrip. ex parte. [d] Itẽ
licet dicatur in secundis literis, ueritati & iustitiæ
præiudicantibus. non tamen ualent, nisi expres-
sam mentionem faciant de confirmatione præce-
denti: ut extra de confir. uti. uel inuti. bonæ. §.
uerum. Item excipitur quòd faciunt mentionem
in genere, non in specie de possessionibus uel ec-
clesijs, super quibus sunt obtentæ. extra de dolo
& contu. ex literis. Item quòd literæ absolutionis
sunt generales: nec faciunt mentionem de articu
lo, pro quo fuit quis excommunicatus: uel unam
causam quis expressit, aliam tacuit. extra de sen.
excom. cùm pro causa. & c. officij. extra de offi.
3 ord. ex parte. † Quia tot absolutiones sunt ne-
cessariæ: quot præcesserunt excommunicationes.
ff. de noui ope. nun. de pupillo. §. si in pluribus.
2. quæst. 3. §. notandum. uersi. si plura crimina.
Item quòd in literis, quibus committitur abso-
lutio, non fit mentio de idonea cautione de pa-
rendo mandatis ecclesiæ præstanda: extra de se-
questra, posses. cap. 1. in fi. extra, de sen. excom. ad
hæc. quia hæc forma siue mos ecclesiæ in absol-
uendo: ut extra, de off. delegat. prudentiam. §.
sexta & infrà §. proxi. uer. item quòd imperator.

4 † Item quòd articulus, super quo reus conuenitur,
uel persona, quæ debet conueniri, non exprimi-
tur in literis: unde non dant iurisdictionem. ex-
tra, de officio delega. cum olim. & c. P. & G. Item
quòd tacuit negotij processum, super eadem re.
ex. de re iudica. inter monasterium. 2. q. 6. §. diffi-
nitiua. ff. de iudi. l. 2. C. quomodo & quando iud. in
authen. qui semel. Item quòd tacuit seriem facti:
ut extra de coha. clem. & muli. super eo. in fi. ex.
de rescript. dilectus filius abbas. Item transactio-
nem. extra de decimis. ex multiplici. Item iura-
mentum, seu numerum canonicorum. extra de
rescrip. constitutus. de præbendis. pro illorum.
de appellat. dilecto. Item dispensatione extra de
fil. presbyte. cap. ex tua. Item exceptionem pro-
positam. extra de procurat. in nostra. §. nos ue-
rò. Item priuilegium. extra, de præscrip. ne-
miens. extra, de priuileg. ex parte. Item confir-
mationem. extra de constit. ex parte. de præben.
dilecto. prope finem. Item statutum uel indul-
gentiam. extra de constitut. ex literis. de cleri.
non resi. cap. penulti. Item beneficium, & im-
petrauit super alio habendo: siue suum esset suf-
ficiens: ut extra de rescrip. cum adeò, siue non.
eod. tit. si proponente. extra de præbend. cum
e teneamur. [e] siue esset perpetua uicaria: extra de
rescrip. postulasti. Item quod pater eius in ea-
dem ecclesia ministrasset. extra, de rescrip. in-
ter cæteras. de fil. presby. cap. 2. Item quòd ta-
cuit terminum præfixum ab homine ad prosequẽ
dum appellationem statutum. extra de appellat.
sæpe. §. fi. de renun. ueniens. Item quod tacuit or
dinem siue religionem eius, contra quem impe-
trat. extra de rescrip. cum ordinem defectum na-
talium. extra de fil. præsby. per totum. 56. dist.
per totum. Item quod tacuit, fuisse à capitulo di
gnitatem reuocatam. extra de constit. cum acces
sissent. Item quod tacuit præbendam non uacare
de facto. extra de concessi. præben. cum nostris.
& cap. literas. §. fin. Item quòd alius de manda-
to Papæ fuisset receptus. extra de rescrip. man-
datum. & duobus cap. seq. Item quod tacuit uel
expressit tale quod expresso uel tacito literas non
obtinuisset. eod. tit. super literis. & c. ex parte.
C. si contra ius uel uti. pu. præscriptione, quæ po
nitur 25. quæst. 2. & l. & si legibus. & l. rescripta.
5 † Et taliter impetrans, est falsarius: ut C. de fal-
sis. si quis obrepserit. Item quod non fit mentio
in posteriori, quod primum de consensu partium
fuerit impetratum: licet dicatur in eo, non ob-
stantibus prioribus literis. extra de rescrip. cæ-
f terum. in fi. [f] Item quod tacuit in secundis arti-
culum, in primis principaliter delegatum. ex. de
rescriptis. cum dilecta. Itẽ quod tacuit ius episco
pale. extra de deci. dudum. §. fi. de offic. delega. su-
6 per eo. † Itẽ excipitur quòd rescriptũ est nimis gene
rale, uel nimis eneruat ordinariam iurisdictio-
nem: extra de rescrip. ad hæc. de for. compe. ex te
nore. & cap. ex parte. Per mandatum enim gene-
rale non prohibentur nisi illicita. extra de restit.
spo. audita. & de uerbo. signi. super quibusdam.
g 11. quæst. 3. quod prædecesso. [g] Nec propter eum
Papa intendit alicui præiudicare. extra de maio.
& obe. cum uiscerior. in fin. Item excipitur quòd

impetrator tacuit sententiam fuisse latam, extra de fide instru. inter. §. instrumentum quoque. uer. in omnibus, extra, de don. inter ui. & uxo. per nostras. C. de erro. aduoca. l. fi. C. sen. re. non pos. l. fi. uel interlocutoriam: ut ex̃. de re iudi. cum olim. Item tacuit, quòd ipse alibi foret receptus. ex̃. de rescrip. in nostra. uel quòd alias literas uendidisset ut eod. tit. ad audientiam. Item quòd impetratæ sunt ante terminum appellationi præfixum: ut ẽ.
7 de appel. §. qualiter. uer. licet. † Vtrum in rescripto debeat fieri mentio de peremptorijs uel dilatorijs exceptionibus, & quid iuris sit, de hoc not.
h secundum Papam ex̃. de rescrip. super literis.[h] Sed quid si procurator non contradicens literis consensit in iudices cum impetrante: nunquid dominus poterit postmodum obijcere contra literas? de ueritatis suppressione, uel falsi suggestione, uel de alijs? uidetur quòd non. ut ex̃. de cau. pos. & proprieta. cum olim. Sed dic contra. Consensus enim procuratoris ad hoc ualet ut iudicem in quem ipse consensit, dominus recusare non possit: ut in cap. cum olim. non autem quin dominus possit contra literas exceptiones proponere,
i quas forsan procurator ignorauit.[i]

ADDITIO.

a *Mentionem. Nisi primum ope exceptionis possit elidi, secundum Ber. qui hoc not. eo. tit. ex tenore. in fi. 1. glo. uide quod ibi dixi.*

b *c. 1. Vide quod ibi dixi super glo. pe. propter prædi. l. uniuersa. canonizatam.*

c *Eo. tit. olim in fi. Ita ibi Host. adde & cap. Rodulphus. & c. seq.*

d *Ex parte. Vide quod ibi dixi super glo. forte. Adde Rom. consi. 330. & ibi, quòd si quis impetrat à diuersis iudicibus plurima rescripta, & utatur: an careat commoditate omnium, & de supprimente ueritatem, & non faciente mentionem de litis pendentia & quãdo dicatur lis pendere: & quando expires iuris actio primi iudicis per intimationem factam à secundo. & quod si in literis dicitur discretione tua, de qua plurimum confidimus uidetur electa industria personæ ibidem.*

e *Teneamur. Et eo. tit. si motu proprio. lib. 6.*

r Praesens. De hoc in decr. cum in multis. in gloss. quod de literis. & tene quod super ea dixi ut procedat haec opi. in literis legatorum: in literis autem episcoporum, non.

s Excipitur. Secundum Vber. 2.

t Item. Secundum eundem.

u Vinc. Qui hic & statim sequitur not. de rescrip. cap. ultimo

cap. ultimo. in fin. & ibi etiam Compo. post eum.
u Intentione. Facit quod not. de offic. delega. quoniam abbas. in 4. glo.
y Alios. Eiusdem nominis.
z Quod erant. Secundum Vber. 2.
a Item. Secundum eundem.
b De lega. 3. In Vber. primo habebam de leg. 1. cor tige de legationibus.
Adde, ut plenè per Oldr. consi. 44 incip. queritur utrum citatio. ubi tenet quòd nec citatus tenetur comparere: sed tenet de familiaribus alicuius potentis, licet probabiliter de ipsius potentis odio non appareat.
c Sequenti. Hoc repetitur in fi. tit.
d Peperit. De mulieribus dic ut de iudic. cap. mulieres lib. 6.
e Habes. Hac de causa Pileus ubi suprà, noluit eos recitare.
f Item. Secundum Vber. 2.
g Parati. Vbi dictum eius scripsi super glo. 2.
h Item. Secundum eum.
i Mutauit. Secundum Vber. & idem si per obreptionem mutata esset dies. de resti. in integ. ex literis.
k Procurasset. Facit cle. de pœnis. multorum.
l Esset. Intellige quia tunc citatio arctat eum, sed actionem habet aduersus detinentem in id, quod eius interest: ut ibi. Si tamen ille soluendo esset, detentus restituitur ff. de eo, per quem fact. est. l. fi. 1. resp. Patet per hoc quòd cum non sit contumax, quia aliàs non daretur sibi actio nec restitutio, & subiectum excommunicationis sit contumacia, ergo excommunicari non potest: cum pœna sit spiritualis & personalis, nec recipiat interesse. Super hoc tamen dic ut de sen. excom. uenerabilibus. § idem est. lib. 6. & ut ibi not. in glo. 2. Adde an carceratus citatus ad audiendam sententiā, teneatur mittere procuratorem? Ange. tenet quòd sic, eius consi. 65. & uide Bart. consi. 228.
m Infirmus. Vide supra de procu. §. 2. in fi.
n Item. Secundum Vber. 2.
o Venire. Hoc dictum Io. & illud infra uer. item quòd rescriptum. & uer. item euidens. quę ponit Io. 3. q. 3. si episcopus. & posuit in decre. uenient de accus. ut ibi scripsi super glo. fin. Tanc. improbat & autor: ut in his patet & idē Host. in Sum. de contu. §. 2. uer. item non uidetur.
p Frequens. Lib. 6.
q Spoliatum. Hoc intellige ut in pra. c. frequens.
r Rescrip. Simile quod not. in cle. de sta. mo. attendentes. in glo. pen. & quod dixi de elect. commissa in prin. lib. 6. & de offic. deleg. cum plures super ult. glo. & uide infra de remis. §. uidendum. & uersi. hoc etiam notandum. & uersi. sequen.
s Certum. Sol. si ibi exponitur canonice, id est, cum expressione causę, cessat contrariū. & primū dictum tenet Io. 3. q. 2. si episcopus. & bene facit e. ult. 5. q. 7. superius allegatū, qđ incipit si primates. Ad idē 3. q. 9. indicas. allegatur supra l. 1. de ferijs. & aque facit l. 2. quę ponunt certas causas, ad quas citari possunt aliqui in ferijs fauore hominum introductis. Sunt ergo causę exprimendę. ut sciat uocatus, an citatio arctet. Bene facit etiā lex, ex quacunque causa. ff. si quis in ius uoc. non ie. quę dixit, uocatū per iudicē ex quacunque causa, ire debere. ergo exprimēda est causa. Ad idem de dila. c. ult. in prin. & de do. & contu. cum dilecti. & de accu. licet in quibus papa citando expressit causam: ergo & alij citantes tenentur. Ad idem extra de re iud. in censis. inducitur ad idē. multa fore, quę requirunt expressionē causę: ut libellus. C. de anna. excep. si ex multis. ubi de hoc. & extra de libel. ob. c. 2. & cautio. & extra. de fide instru. si cautio. & transactio. ff. de transa. cum hi. § prętor. contradictio. C. de edi. di. Adri. tollen. l. fi. appellatio ante diffinitiuā. de app. ut debitus. uel contra electiones, &c. de elec. c. 1. & c. ut circa. lib. 6. Item in procuratorio ad illas interponēdas. eo. tit. procurator. Itē dimissoria Vltramontani ordināndi per episcopū Italicū de temp. or. c. 1. eo. lib. excommunicato. de sent. excommu. c. 1. lib. 6. & suspēsio & interdictum: ut eo. c. § & hec eadem. in cessationibus diuinorum. de offi. or. si canonici. ea. l. Itē non parens mandato papę, debet exprimere causam. de rescrip. si quando. & factum indicatur ex causa. ff. de fur. uerum. 2. & extra de act. cum dilecti. ubi scripsi post Host. super gloss. causa. nouem modos, quibus sumitur causa.
t Feriatam. Dicit Vber. 2. extra casus pręmissos alleg. eadem iura. Adde huiusmodi citatio quando ualeat, uide Bal. in l. circa eos. ff. de hæ. instit.
u C. fi. De hac quęstione & seq. uide quod ibi plenè dixi in glo. non solum.
x Circa. Vide quod de dictione usque, scripsi de ordi. ab episcopo, qui renun. c. 1. super 1. glo.
y Io. de Deo lib. iudi. par. 1. in principio.
z Concor. Ibi inter errorem expressum & nō expressum diuersum ins statuitur. sed ibi de errore intolerabili, ut exprimit tex. hic de tolerabili, ut patet per superius allegata.
a L. fi. Per quam l. dicit Guido de Suza in l. 2. ff. si quis in ius uoca. non ie. quòd tutius est dicere citationem non ualere. Adde quòd Fede. consi. 48. tenet citationem ualere sed Paul. de Cast. consi. 25. tenet contrariū quod non ualeat. Adde. Bal. in l. in tempus

tempus ff. de here. institu. ubi ipse tenet ex mente Old. quòd si sit facta in ferijs introductis in fauorem hominum ualeat: secus tamen in introductis in honorem Dei. ubi ipsum uide. In hoc ultimo casu intelligas dictum Inn. in ca. preterea. extra, de dila. quòd citatio facta die feriata, est ipso iure nulla, licet aliquo casu possit saluari. refert & sequitur Felin. in c. 1. in 3. col. in princ. extra de re iudica.

b Nunciatio. Testatio omnibus diebus fieri potest supra remisi.

c Presenti. Quam hodie non habemus. sed uide in decre. statutum. §. 1.

d In fin. De hoc nota in pred. decre. Statutum. super uer. copia.

e Iurisdictionis. Hoc uerum saluo quod habetur in cle. quamuis. de fo. compe. Dic tamen ut habetur de off. or. cùm episcopus. li. 6. nec placet quòd hic subdit autor, quod puto inconsideratè dictum, quia si ex consensu episcopi loci, ad quem citat, posset ibi cognoscere causam proprij subditi uolentis: non tamen posset trahere inuitum, nisi in casu cle. predicta, ut etiam ibi no. in glo. in duobus. & bene facit decre. statutum. §. in nullo de rescri. li. 6. ne scilicet demus episcopo, quod delegato papa negatur, idem ponderato suo principio. Optimè facit decre. ut litigantes. de off. or. ea l. & iura, quae infrà allegat autor, non probant quod sequitur, sed precedens respiciunt dictum: imò plus, quia faciunt contra secundum, quia primi duo canones. ut possit iudex trahere extra territorium, solùm excipiunt, cùm id fit autoritate apostolica. Errat ergo, qui alium casum addit. decre. nouit. facit contra: quia ibi legatus erat in subdelegatione. decre. ex tuarum. etiam contra, quia ultra licentiam papa requiritur consensus illius, cui preiudicatur: per quod tenendum est quòd etiam si exprimeret citatus, quòd subdit autor, tamē citatus ire non tenetur. Est etiam aduertendum quòd sequens uer. loquitur de eo, qui citat in loco non sue iurisdictionis. h. d. ad locum. & ponderata remissione, quam dat, intelligit quòd existens in loco sue iurisdictionis, edictum citationis poni facit in loco non sue iurisdictionis: & in hoc differt ab hoc primo: quia edictum uocalis citationis, bene fit in loco subiecto citanti, sed ad locum non subiectum: ibi uerò fit in loco non subiecto ad locum subiectum. Tamen in hoc primo casu, nonnunquam preceptum de citando ad locum non subiectum, faciat episcopus etiam in loco subiecto. ut si existens Bonō precipi faciat subdito, quòd tali die sit coram eo Florentie. Adde, quòd inuitis partibus quis non possit trahere aliquem extra iurisdictionem suam, etiam si ille, cuius est iurisdictio, consentiret: ibi in d. c. nouit. Et ita dicit tenere Bal. in l. si quis ex cōsensu. de epi. audi. & communiter doct. Sed uide Old. pulchrè eius consi. 88. incip. Tertiò queritur. ubi Io. Andr. predicta uerba furto subtraxit.

f Item. Secundum Vber. 2. ubi supra.

g Item. Iste ver. fuit Tan. ubi supra.

h Iuris. Lib. 6.

i Videtur. Secundum Io. 3. q. 3. si episcopus. Et uide quod scripsi de dila. c. 2. in glo magna. ante fi. uersi. uel dic melius. & uide quod scripsi de sent. excom. cap. Romana. lib. 6. super uersi. innoxios. cum suis remis.

K Presenti. Vt supra.

l L. 2. Et ut ibi not. in predicta l. si quis ex aliena. non dicitur hec propria causa iudicis, sed actoris. De hoc etiam ff. ad municip. l. de iure per quas leges & ff. de iudi. l. 2. §. sed si dubitetur. dicit Pil. ubi supra, quòd bene cognoscit & iudicat iudex, an sua sit iurisdictio. & idem not. in pre. l. si quis. in fi. 1. glo. idem dicit post Gof. de off. deleg. significantibus. super uer. pronunciauerunt. Idem Rofre. ubi tractat de edicto, si quis in ius uo. non ie. dicens ibi quòd Placen. & docto. tenebant contrarium, scilicet quòd bene estimabat iudex an esset sua iurisdictio, eo casu. sed non pronunciabat ne iudicaret in causa propria contra id, C. ne quis in sua causa. sicut fit in incidentibus, de quibus iudex cognoscit; sed non pronunciat. de quo facit de or. cognitio. cap. 1. Item Rof. plus dicebat quòd etiam si aliquod salarium reciperet iudex, putanduos aureos in principio & duos in fine, in authe. de iudi. §. audient. colla. 6. illud salarium non faciet dici causam suam: inducit quòd de legatario dicitur, Insti. de temp. ora §. legatarijs. & de uenditore. ff. de contrahen emptio. l. fistulas. Sed Pileus querit quis iurabit de calumnia ex parte iudicis? Respondet, quòd ipse idem nihil alleg. Item hoc conseruatur: ex hoc. etiā sequeretur quòd in causis, quibus procedit ex officio, iurare deberet: quod est falsum nec est iurare statutum nec seruatum. Et sic ratio, quia ius presumit à iudice abesse calumniam. extra de renun. in presentia. ff. de off prefe. ur. l. 1. post prin. Ratio autem illa, quòd eius officium est necessariū ff. de mune. & ho. munerum. §. iudicandi. non placet. pro ea faciat, quod not. de officio delega. ab arb t. iibr. 6. & super ultimam gloss. sequeretur enim per illam, quod tutores, & curatores, & prelati, non iurarent: quod est falsum. de hoc infra de iura. calum. §. restat. in prin. An autē ab

inter

interlocutoria qua pronunciauit se iudicem competentem, ipse citans appellari possit secundum leges: dicam infra de appel.§.in quibus. uersicu. sed nunquid potest.

m *In fi. Et per Io.3.q.3.si episcopus.*

n *Et fin. Vide quaestionem, quam posui super regula, scienti. de regu.iu.libr.6.maximè in solutione.*

o *Esse. Ad literam fuit hec additio Inno.& Compo. in decre.super literis.de rescri.ut scripsi post glo. uer.item quarunt.*

p *Contingat. Vide supra de actore.§.1.uer.sed quid si iurauerit.& ibi remis. Adde simile de eo,qui iurauit alicui non reuelare suum secretum: quia hoc non procedit, si producatur in testem: nam tunc in iudicio dicas quòd tenetur, nec iuramento impeditur: ut notant docto. & praesertim Abb. Sicu. cap.2.extra de offic.ord.*

SVMMARIVM.

De temporum interstitijs, inter unam citationem & aliam.

1 *In ciuilibus & criminalibus, an secundum leges idem iuris esse debeat.*

2 *In arduis & criminalibus, cautè est agendum, ne à seueritate iuris recedatur.*

3 *Citatio qualiter fieri debeat in criminalibus.*

4 *Inducia qualibet à iure statuta sunt arbitraria.*

NVNC De temporum interstitijs inter
vnam citationem & aliam, uideamus.
Super quo notandum est, quòd si hi, qui
uocantur ad iudicium, sunt in eodem lo
co, ubi est iudex, uel ibi de uicino uocandi sunt ad
iudicium literis, uel nuncio, per interualla septen
a norum [a] & binorum, & unius dietum, ita quòd
19.dies compleantur: ut 5.q.2.praesenti. Si uerò
sunt in alia ciuitate uel loco non multum remo-
to, datur mensis ad ueniendum, & si allegauerit
iustum impedimentum, dabitur alius mensis: tamen remanebunt excommunicati, donec probent
impedimentum: ut 4.q.5.quisquis. & etiam tertius mensis dabitur ex causa, si iudici expediens
uideatur: ut 5.q.3.si aegrotans. Caeterum si sunt
ualde remoti, uocabuntur tribus edictis, uel uno
pro omnibus peremptorio: ut ff.de iudi.ad perem
ptorium. & l.sequen.24.q.3.de illicita.C. quomo
do & quando iu.l.consentaneum.& l.tres.& quod
libet illorum edictorum debet continere 30. dies
tantum: ut C.eod.titu.auth.qui semel.in authen.
de litig.§.omnem. sed secundum leges antiquas
tantum 10.dies: ut ff.de iudic.per interualla. C.de
iud.properandum.§.& si quidem. Aliter autem facta citatio non ualet, nec citatus cogetur respon-
dere si uenerit.5.q.2.uocatio.& §.fi. Vel dic quòd
ille canon, praesenti. loquitur in clericis inferioribus accusatis. illa autem c. quisquis. & c. si aegrotans. in episcopis accusatis: ut ibi expressè habetur
presbyteris autem & diaconibus accusatis, eaedem
dantur induciae. arg.15.q.7.quod autem. Nec mirum si diuersa tempora statuuntur in episcopis &
inferioribus. nam aliter agitur cum maioribus, &
aliter cum minoribus.ex.de iud.c.nouit.§.sed forsan.& ex.de off.deleg.pastoralis.§.1.Item c.de illicita.non specificat certum numerum dierum: sed
determinatur per dictos canones.arg.ff. de le. sed
posteriores.auth.uerò, & consequenter loquitur
in causis ciuilibus. ideo tamen reprobat hunc in-
1 tellectum.3.q.3.in summa.† Sed nunquid idem iu
ris est, secundum leges in ciuilibus & criminalibus? Non uidetur: nam in criminalibus debet interponi triduum inter unam citationem & aliam:
ut ff.de pu.iu.inter accusatorem. Sed illud antiquatum est: unde dic quòd hodie 30.dies dantur in vtrisque: ut in praedi.auth. & C. de exhib. & intro.
reis.l.1.& C. de poenis.si uindicari.& sic sentit Azo, argu.C.de iud.properandum.§.1.& C. quomo
do & quando iu auth.qui semel. Vel dic ut j.de ac
b cu.§.1.ver.qualiter autem. Io.autem de Deo [b] in-
telligit prae.c.praesenti.in minimis causis. illud.c.
2 de illicita. † in arduis & criminalibus, in quib.
cautius est agendum: non à seueritate iuris recedendum, secundum eum.24.q.4.est iniusta.4.q.2.
& q.3.per totum. Sed hoc non placet: quia idem
iuris est in ciuilibus & criminalibus: ut iam dixi.
3 † Qualiter in criminalibus fiat citatio, not.j.de
ac.§.1.uersi.qualiter.ubi uide quod hic deest. Ve-
c runtamen [c] quicquid de iure scripsimus: & licet
aequum sit quod diximus, generalis tamen ecclesiae, & causarum consuetudo in criminalibus uel
4 ciuilibus, hic non seruat, & bene. † Nam omnes
induciae à iure statutae arbitrariae sunt: non quòd
iudex eas possit penitus denegare: sed consideratis locorum distantijs & personarum, tempore
uiarum, & negotij qualitatibus, potest eas cùm
expedire uiderit, moderari uel prorogare: ut probatur ex.de re iudic.quod ad consultationem.ex.
de appel.personas.& c.cùm sit Romana.& c.oblatae.3.q.2.si episcopus, & q.3.de inducijs.ff. de iud.
nonnunquam.ff.de re iud.l.2.ex.de in integ.resti.
tum ex literis.in fin.26.q.vl.tempora. & est casus
expressus in hoc articulo.in prae.c. si aegrotans. in
fin.ubi dicit, intra spatium duorum uel trium mensium. uel eo amplius, prout causa dictabit.argum.
tamen contra in authen.de leg. §. omnem uerò.
d col.8.per quam l. Accur. [d] dicit contra, ex eo quod
ibi dicitur, non minus,&c.& nisi iustè moderetur
potest appellari. & nota quòd omnes termini possunt in una litera poni: ut dicam infrà. §. proxi.
uersi.sed quid si tres.

ADDITIO.

a *Septennorum. Super his & his binorum.*

b *De Deo. In canil. parte.2. rubr.de interstiti.temporum.*

Tamen.

c Tamen. Secundum Tan. ubi suprà. cuius sunt uerba sequentia. Idem Pileus ubi supra. 2.

d L. Acc. In auth. qui semel. C. quomodo & quando iudex. ibi tamen de consuetudine non. Item tenet contrarium in præ §. omnem. in fin. magna gloss. per præ. l. nũquam. ubi tendit ad idem Iac. de Bel. in præ. §. dicit in dilationibus, quæ dantur ante litis contesta. procedere primum dictum, in his quæ post litem contest. procedere secundum dictum: ut not. de regu. iur. indultum. l. br. 6. quod placet ibi Dyn. Item Iac. de Aret. ut ponit Cyn. C. de dila. l. 1. in fin. contra dictum Iac. de Bel. est quod not. infra. de dila. §. nunc uideamus. versicu. nunquid ergo. Adde, quod per Bar. in l. 1. C. de dila. quẽ communiter ibi sequuntur doctores. Adde tu quòd dilationes omnes regulariter sunt arbitrariæ: & si quid contrarium reperitur, casuale est. Ita Host. in Summa extra de dilatio. §. quis ipsas. & plenè videas per scribentes in cap. cùm sit Romana. extra de appel. per Abba. Sicu. in cap. quod ad consultationem. extra de re iudic. Extinguat. Verbũ est canonis alle. sed melius utebatur uerbis le. huius dicentis, eo quòd perimit disceptationes: & ultra non patitur aduersarium tergiuersari. Quæ uerba bene faciunt ad quæstionem not. in decre. si. de elect. lib. 6. in glo. nunquid. quæ remittit ad decre. cùm in tua. qui ma. accus. poss. & super illum remitte ad quæstionem, secundum quam scripsi super regula, mora. lib. 6. ut si dicamus secundum utranque literam, quòd peremptorium illius decr. extinguat uel perimat ius opponendi post illud. aliàs frustra peremptorium uocaretur, ex quo uiam opponendi non precluderet, & sic nil perimeret: sicut dicitur tugurium, quia tegit: aliàs non esset tugurium. ff. de verb. signi. tugurii. & uerba debent aliquid operari. de priuile. si papa. §. 1. in fin. lib. 6. & ibi concordantia, ne sint inutilia, & frustra membranas occupent. 19. dist. cap. 1. ff. de municip. l. 1. item patet in decre. coram. de restitutio. in integrum. quòd post peremptorium. non admittitur de iure communi: posset tamen de æquitate admitti per beneficium restitutionis: ut ibi. Sed ad proponendum crimina uel defectus contra electum, non restitueretur in ecclesia: ut not. infrà, de restitutio. in integrum. §. 2. uersicu. sed pone ecclesia. Facit ff. de mino. auxilium. Item non parens peremptorio, uidetur prætorem uel iudicem contemnere. Et pœna contemnentis est, ut prætor illi suam iurisdictionem deneget. ff. ex quibus cau. ma. sed & si. §. sed & si dum. & quod ibi not. in 1. glo. Facit extra de appell. cùm parati. Item constat quòd etiam ad accusandum, potest terminus per iudicẽ statui. De hoc uide infrà de dilatio. §. 1. in fin. post quem terminum non auditur accusans. Patet utrunque ff. de accusatio. l. cum Titia. Sed obiectus illo casu contra electum, habent instar accusationis: ut scripsi de electio. super eo. super 1. gloss. & de pur. ca. c. pen. in gloss. forsan. uer. de except. ergo, ut suprà. Item qui post accusationem inchoatam desistit, non auditur repetens reũ. extra de acc. licet. ff. ad Turp. qui desistit. & C. eo. quamuis. idem qui in principio negat se accusare uelle. ff. de adul. si maritus. §. si negauerit. sed non ueniens intra terminum per iudicem statutum, negare uidetur se velle accusare. C. qui accus. non pos. l. si ea. & facit quod not. ff. de neg. gest. si ego. in fi. pe. glo. non audiatur ergo post terminum. Facit ff. ad Turpil. ab accusa. §. destitisse. maximè in hoc casu, quo obiectus statum & famam hominis deturpant uel infamant: & in his lapsus temporis per iudicem statuti præcludit uiam accusanti. C. de inge. ma. diffamari. Et non solùm in istis; sed etiam in illis, qui ius uel interesse propriè concernunt, procedit quod lapsus termini per iudicem præfixi, præcludit uiam agendi. ff. de lega. 2. si tamen quibusdam. & ibi not. de bon. autor. iudic. poss. l. 4. Ad contraria inducitur. ff. de optio. leg. l. mancipiorum. & decret. si tibi absenti. de præben. lib. 6. ubi post terminum datum à iudice re integra, licet optare: ut in l. & consentire. ut in decretali. Euasio horum fieri potest: quia in neutro prædictorum dicitur quòd fuerit expressum peremptorium. decre. talis autem finalis de qua loquitur, id exprimit. Vel solue quòd in utroque casu, qui neglexerat optando uel consentiendo, ueniebat ad ius suum uel sibi debitum. Sed in terminis quæstionis, opponens non ad rem familiarem, sed ad alterius læsionem uel repulsionem intendit. Et hæc sunt ualde disparia. ff. de sepul. uiol. l. sepulcri uiolati. in fi. Secundò inducitur ad contrarium, quod not. in præ. decre. cum in tua. in ultima glossa. Sed illud procedit in matrimonio carnali: in quo etiam sententia non transit in rem iudicatam. de re iudicata. lator. & capitu. consanguinei. non sic in spirituali, ubi transit in rem iudicatam: ut scripsi post Innocentium de dolo & contuma. cùm olim, super uerbo canonicè. antè finem glo. Dici etiam potest ibi non fuisse peremptorium, sed simpliciter bannum. Tertiò dicitur, termino peremptorio certæ personæ assignato, prius dicta procedere: sed secus in generali edicto. Ad hoc respondetur negando per leges, C. de remissio. pigno. si tempore & C. si ut ab hered. abstin. authen. si omnes. ff. ubi pupil. educa-

educa. debeat. l. si. ff. ex quibus causis maio. l. ergo sciendum. & ff. ex quibus causis in possess. eatur. l. hac autem. §. prime. & quod ibi nota. Hinc est *quòd ipsa dec. si. de qua loquimur, æquiparat peremptorium speciale, & generale: ut quod ualet speciale quo ad speciem, ualeat suo casu generale quo ad genus. De hoc de officio ordi. cap. secundo. in secunda glossa. & de his edictis specialibus & generalibus infra, §. sequitur. uersicu. & nota. & uersi. quod si papa. cum uersiculis sequentibus. Quæ prius dixi, procederent in eo, qui post peremptorium se opponeret electo, ne confirmetur: quia repellitur saluo iudicis officio, ut ibi nota. Post confirmationem autem non audiretur prosequens suum interesse: puta contemptum, uel ius quod prætendebat in beneficio, ad quod facta est confirmatio, Audiretur autem agens de nullitate, iuxta ea, quæ scripsi in prædicta regula, mora. in fine, libro sexto.*

ADDE, quòd hæc sunt formalia uerba. Oldra. consilio. 3. incipi. cum causa electi. ubi dicit ita per duas char. sententiatum, & à toto collegio ipsorum approbatum.

SVMARIVM.

De peremptorio mittendo.

1 *Peremptorium quid dicatur, & an iudex ordinarius delegatus, aut subdelegatus possit peremptoriè citare.*

Peremptorium non debet in prima citatione, uel præmaturè mitti.

2 *Terminus breuis in peremptorio, quis dicatur.*

Peremptorium quoties possit mitti, ad malitiã conuincendam.

3 *Peremptorium fit tribus edictis, uel uno pro omnibus peremptorio.*

Citatus ter, intelligitur peremptoriè citatus, licet nihil exprimatur de peremptorio.

4 *Contumax non debet censeri, qui non est peremptoriè citatus.*

Citandus non est ulterius, si constare potest in prima citatione nolle uenire.

5 *Absentem citare ad certum & specialem articulum an post peremptorium sit necesse.*

6 *Appellans an dicatur contumax, si ante sententiæ prolationem recedat, & an iterum debeat ad sententiam uocari.*

7 *Appellans protestari censetur, de cætero nolle sub eodem iudice litigare.*

8 *Sententia parte absente lata non ualet, nisi ad hoc terminus peremptorius sit statutus.*

9 *Iudex debet eum, quem peremptoriè citat, comminari, quòd si non comparuerit, nihilominus procedet in causa, quantum de iure debebit.*

10 *Termini tres si in una citatione inserantur, an si taliter citatus non ueniat in primo uel secundo uel tertio termino. sit in omnibus expensis pro quolibet termino condemnandus.*

11 *Terminis pluribus in citatione expressis, si in primo termino reus cõpareat, non actor: an actor prius quã audiatur, expensas restituere debeat.*

12 *Clausula illa, quantum de iure poterimus, procedemus: in citationibus inserta, an uicem obtineat peremptorij.*

13 *Actor faciens reũ temerè & indebitè uocari, si reus inutiliter ueniat, an teneatur ad expẽsas.*

14 *Sententia lata contra citatum, non peremptoriè, an teneat.*

15 *Sententia partibus non citatis lata, an ualeat, etiam si sit pactum inter partes, quòd iudex ordinarius uel delegatus possit partibus non citatis pronunciare.*

16 *Citatio prima dicitur conuentionale, secunda monitorium, tertia peremptorium.*

Peremptorium, an possit fieri antè litis contestationem.

17 *Præpositio à, in citatione cõtenta, quid importet.*

VISO De temporum interstitijs, consequens est uidere de peremptorio mit-
1 tendo. † Scias ergo quòd peremptoriũ dicitur, eo quòd causam seu disceptationem extinguat. cap. 24. quæst. 3. de illicita. ff. de iudi. & tertium. quilibet autem iudex ordinarius delegatus, & subdelegatus potest peremptoriè citare. extra de re iudic. cap. cùm Bertholdus in parte decisa. de offic. delega. ex literis. & c. consuluit. Quidam tamen dicunt contra in authen. de litig. §. omnem. de hoc no. in prædicto cap. de illicita. & ff. de iudic. & post. Item peremptorium mitti non debet in prima citatione uel præmaturè: ut C. quomodo & quando iudex. & l. consentaneum. & authen. qui semel: nisi ex causa necessaria: tunc sic. ff. de re iudic. contumacia. puta propter distantiam uiarum, uel si res celeritatem desideret. ff. eodem. l. a. ff. de iudic. nonnunquam. extra de in integ. resti. Cùm ex literis. in fin. de dolo & contuma. cùm dilecti. in princip. & cap. fin. & capitu. cùm olim. 24. quæstio. 3. de illicita. imò debet primò & secundò citari, siue duobus edictis per interualla. 30. dierum ut suprà. §. proxi. & in constitut. Greg. 10. de senten. exc. constitutione, in
2 fin. [a] & postmodum peruenitur ad peremptorium: ut in præ. cap. de illicita. ff. de iudic. ad peremptorium. & l. sequen. Sed opponitur: nam in omnibus formis sequentibus, unicus tantum assignatur terminus peremptorius: & minus spatium quàm 30. dierum continet dilatio, ibi est data.

est data. Respondeo hoc fieri potest ex causa, ut dixi: & sic generalis consuetudo seruat. Nec ob. præ. decre.de dila. ubi dicitur quòd ad hoc potest appellari: quia ibi iudex grauauerat in duobus, scilicet in dando peremptorium & dando nimis tempus breue: quod fieri non debet, ut ibi dicitur. Debet ergo iudex in citatione causam exprimere: quare maturat peremptorium: ne pars causam habeat appellandi: ut in præ. c.tum ex literis. in
2 fi. † Quis autem terminus dicatur breuis, hoc relinquitur arbitrio iudicantis, considerata locorum distantia, & qualitate personarum: & causa. ff. de uerbo.obligat.continuus, & dixi. §.proxi.& est cautela quòd super hoc index interloquatur, scilicet quòd iusta est causa: ut no. secundum papam ex.de accu. ad petitionem. sed si malè arbitretur, poterit appellari. Item peremptorium potest bis mitti, ter & quater ad malitiam conuincendam: uel de gratia si iudici expedire uidetur: non tamē cogitur. ex. de do. & contum. prout. & ca. cùm olim. ff.de iudi.l.2.& l. nonnunquam. ex.de offic. delega.consuluit, & quod dicitur in l.& post. de-
b bet exponi, id est, potest. b † Fit ergo perēptoriū
3 tribus edictis, uel uno pro omnibus peremptorio: ut in præ. c. de illicita. & C.quomodo & quando iudex, consentaneum. sed & citatus ter, licet non exprimatur aliquid de peremptorio, tamen intelligitur peremptoriè citatus. C.eodem, tres denun ciationes. & contumax est, nisi ueniat. argumen. extra, de consang. & affi.ex literis. de rescriptis.
c olim. & hoc probat c præ.ca. de illicita. dum dicit alternatiuè, uel uno, &c. Sufficit ergo alterum, uidelicet uel trina citatio uel unum perēptorium, argumentum extra, de rescriptis inter cæteras. cū suis similibus. & hoc probat. l.tres & hæc est ue
d ritas, quicquid quidam somnient. d † Dicunt etiā
4 quidam e quòd nisi quis sit peremptoriè citatus
e non debet censeri contumax. quod intelligunt uerum esse ante litis ingressum. argum. in præ. cap.de illicita. & extra.de officio delegato, consu-
f luit. f post ingressum uerò litis quilibet terminus intelligitur peremptorius: ut in eadem decret. consuluit. ubi si quis contumax est, potest contra eum sine citatione procedi. quod dic
g secundum papam, ut not. extra, de accusatio. ad petitionem. Item si constare potest g in prima citatione citatum nolle uenire, non est ulterius citandus. ff. de re iudi contu. ff. de uerb. obl. continuus. §. cùm ita. in fin. §. & not. ex. de officio delega. consuluit. & in præ. l. tres. & de hoc secundum papam, & in præ. c. ad petitionē. infrà, ner. quid si quis. Item licet in die peremptorij iudex posuit, si uelit procedere ad id, super quo absens citatus erat, nulla alia citatione nel expectatione facta: tamen æquitate suadente, debet diem alteram expectare, & iterum citare, si eius iurisdictio
h durat. quæ æquitas seruatur h ex. de dolo & contuma. cùm dilecti. uer. expectantibus. 45. di. licet plerunque. & in præ. c. consuluit. & in præ. l. & post. & iam dicam. Si uerò expiret, expectet usque in horam congruam, ita quòd ante noctis tene-
i bras, possit perficere quod incumbit: i ut ibi. Dominus autem meus notat in Summa in titulo de contumacia. quòd post peremptorium, absentem citare non tenetur: ut in præ. c. consuluit. Tu dic quòd si citatus ad certum & specialem articu-
5 lum. † Puta ad uidendum iurare testes, & huiusmodi, non uenit: nihilominus ad publicationem attestationem & ad sententiam, & ad alios articulos est citandus iterum: ut ex. de test. cum olim. in fi. arg. C. quomodo & quando iudex. ea, quæ. & arg. in præ. c. consuluit. ibi perficere quod incumbit. & de re iudi. cùm olim. Secus secundum quosdam, si non fuerit citatus ad certum articulum: sed generaliter ad procedendū in causa, uel etiam ad certum articulum, & generaliter ad procedendum. Nam tunc ad omnia & etiam ad sententiam potest procedi semel contumace amplius non citato. C. de iudi. properandum. ex. de dolo & contumacia. c. fina. dum tamen iudex fuerit in peremptorium comminatus, se cognitiurum & pronunciaturum. Et sic intelligi potest quod no. infrà, de sen. §. iuxta. uers. est etiam nulla. & sequenti. & ff. de iud. in peremptorio. & l. post edictum. De
6 hoc secundum papā in præd. c. consuluit. † Quid si quis recessit appellans? Dicunt quidam nihilominus ipsum ad sententiam uocandum: & quod aliter, lata sententia non tenebit: cùm non sit contumax in audienda sententia: quia ad hoc uocatus non fuit, licet fuerit in aliquo articulo contumax, quando recessit appellatus. argumento in prædicta l. ea, quæ. & sic intelligunt ex. de accu. ad petitionem. Aut enim causa appellationis est iusta & uera: & sic non ualet quod fit per iudicem: tum quia appellatus non fuit contumax, contra quem sententia fertur: tum quia fertur post legitimam appellationem. Aut est illegitima & falsa: & tunc aut defert appellationi, quo casu ulte-
k rius procedere nō potest. ex. de app. cordi. k Aut non defert: & sic non est reuocata causa ad superiorem. imò apud eum, à quo malè appellatum est, remanet procedendi potestas. Debet ergo procedere iustè: non autem procedit iustè, si procedit ad sententiā uel ad aliquē articulum sine nouatione, licet in alio articulo primò fuerit contumax, ut prædixi. Appellatio enim sua mala, non plus fecit, nisi quia fecit eum contumacem, ut iam dictum est. Et hoc obtinet in appellationibus iudicialibus, & etiā in extraiudicialibus. Alij dicunt quòd appellans in nullo uocandus est ulterius, nisi sponte renunciet appellationi. arg. 2. q. 6. si quis
7 libellos. † Appellando enim uidetur protestari, quòd de cætero non uult litigare sub eo. & in incertis, non est locus coniecturis. ff. uer. item quòd si constare. Secus autem est in contumace: licet enim sit in uno articulo contumax, non tamen protestatur quòd in alijs uelit contumax esse: maximè quia non dicit se uelle effugere suam iurisdictionem: licet peccet contumax existendo. Itē appellans defendit suam contumaciam, dicens quòd non est in contumacia: sed se iustè facere. Contumax autem, qui non appellat, non defendit suam contumaciam de iure: & ideo minus puniendus est: ut not. Papa ex. de cle. excom. c. latores. &
l in prædic. c. ad petitionem. l † Aliàs autem regu-
8 lare est, quòd non ualet sententia parte absente lata, nisi ad hoc terminus peremptorius sit statutus. ff. quæ sen. sine ap. re. l. 1. §. itē cùm ex edicto. u etiam

etiam si contumax fuerit in processu : ut ĩ. uersi. item licet. Nec sufficit quem citari ad sententiam, m nisi dicatur, peremptoriè, secundum quosdam. m Alij contra, arg. in præ. l. ea, quæ. & eo. tit. auth. qui semel. in præ. l. ad peremptorium. & l. seq. C. ubi in rem ac. l. 2. ff. de requi. re. l. 1. & ĩ. uer. quid si lata, tres tamen denunciationes sufficiunt, licet de peremptorio nil dicatur : ut ĩ. Et adde hic quod no. in præ. §. iuxta. uer. quid ergo. & uer. item etiã n non tenet. n & ĩ. de dil. §. uidendum. uer. termini. Quid si in sententia dicitur, aliquem fuisse citatum uel præsentem? De hoc ĩ. de sent. §. ut autem. 9 uer. & not. quod secundum. † Item iudex debet cùm peremptoriè citat, comminari quòd si non comparuerit is, qui citatur, procedet in causa, quantum de iure poterit, & debebit: licet hæc cõ o minatio non sit de substantia, citationis. o ff. de iud. l. in peremptorio. ex. de in. integ. resti. cum ex literis. in fi. ex. de do. & contu. cùm dilecti. circa prin. de ma. & obe. humilis. & mittitur sub præmissa conditione : ut C. li. 12. de corporali. si apparitor. ĩ. uer. sed quæritur. Item dicunt quidam ut p Accur. p quòd peremptorium debet tantùm spatium continere, quantum si quodlibet edictum per se proponeretur: ut in præ. auth. qui semel. ubi de hoc, & in decr. Greg. 10. de sen. excom. consti- q tutione. q Ego relinquo hoc iudicis arbitrio, ut dixi ĩ. eo. §. proxi. Item licet pars sit tertiò citanda, ut dixi: tamen si non uenerit in prima citatione, punitur in sumptibus litis : & etiam si uenerit in secunda uel tertia. De hoc ĩ. de expen. §. iuxta. 10 uer. sed quæritur quando. † Sed quid si tres termini, in una citatione inserantur : ut patet exemplum ĩ. §. iam de citatione. uer. sed præmisit. nunquid si non uenit in proximo uel secundo uel tertio termino, est in omnibus expensis pro quolibet termino condemnandus? Videtur quòd non. r Et hoc tenet Vber. r quia in primo & secundo uidetur in autoritate iudicis remanere. nam cùm illa aut illa res promittitur, rei est electio. ff. de iure do. l. plerunque. §. si. & arg. ad hoc ex. de rest. in integ. ex literis. & de do. & contu. c. 1. & c. cùm dilecti. in fi. Tu dic contra, arg. C. de iudi. sancimus ex. de appella. reprehensibilis. §. si autem & ex. ſ de procu. c. 2. ſ Nec obstat l. plerunque. quæ loquitur cùm duo sub alternatione debentur : ubi soluendo quod uoluerit, liberatur: ut ibi : & ex. de plus peti. c. unico. Hic autem mandat iudex sub copulatiua coniunctione : & ad ueritatem copulatiuæ, oportet utraque partem eius esse ueram, ut not. ex. de rescrip. inter cæteras. unde nisi uenerit ad omnes terminos, debet condemnari, cum uenerit, pro omnibus : quia dolo non caret, qui magistratui non obedit. ff. de re iudic. non potest. & quia semper interest actoris, eum in quolibet termino non uenisse, ex quo ipse in quolibet uenit, & facit quod no. ĩ. de contuma. §. 11 nunc. dicamus. uer. sed pone. † Quid si in primo termino reus comparuit, sed non actor : nunquid actor. restituet expensas prius quàm audiatur? Dic quòd sic, ex. de dolo & cõtu. actor. lib. 6. Nam t in alternatiuis, citati t est electio : ut in præ. l. plerunque. & C. de condi. inde. si quis. Quid si in primo u mo & secundo u reus comparuit, non tamen in tertio, in quo actor comparuit : nunquid poterit fieri missio in possessionem? Videtur quòd non, propter alternatiuam, ut ĩ. & ff. de contrahen. emp. & uen. si in emptione. l. pe. ff. de eo quod cer. lo. l. non utique. in prin. argumen. contra : quia ultima mora nocet. ff. de arbi. Celsus & §. idem x ait. ff. de peri. & com. rei uen. illud. & hoc placet x & uide ĩ. tit. proxi. §. nunc. dicamus. uer. sed pone 12 iudex & sequen. † Sed quæritur an clausula illa, quantum de iure poterimus, procedemus : de qua habes ex. de rescrip. c. causam quæ. uicè obtineat peremptorij? Et uidetur quòd sic, argumen. ex. de in integ. resti. tum ex literis. in fin. & de do. & contum. cùm. dilecti. Sed dic contra. imò huiusmodi comminationes post peremptorium fieri consue- 13 uerunt : ut ĩ. uersi item iudex. † Quid y si aliqua y istarum trium dilationum, in diem incidit feriatam: & uocatus, illa die dilationis feriata se præsentet, nunquid uidetur iudici paruisse, ut etiam uideatur alias dilationes consumpsisse? Videtur quòd sic, argum. præ. l. plerunque. §. si res. ff. de uerbo. obligat. ubi autem non apparet. §. qui illud. ff. de eo, quod certo loco. l. 3. §. qui. Stichum. C. de Institu. & substitu. sub conditio. fac. l. fin. & l. generaliter. ff. de solutio. qui certa die. ff. de uer bo. obligat. l. continuus. §. cùm ita. imò uidetur quòd possit consequi expensas ab actore, qui eum fecit tali die uocari temerè. ff. de iudic. eum, quẽ temerè. C. de episcop. & cler. omnes, qui. §. sane. quanquam uocatus uenire in iudicium, non cogeretur: ut ff. si quis in ius uoca. non ierit. l. 3. in fi. ff. de fer. l. 1. nec poterit ea die, qua iudici se præsentauerit, alius terminus assignari, uel aliquid fieri uel quicquam sibi præcipi. C. de fer. l. fi. Vnde uidetur, quòd actor & iudex sunt elusi, & quòd sit iterum citatio facienda arg. contrà. ff. de opt. leg. l. 2. §. data igitur. & ff. qui satisda. cogan. l. quo- z ties. z per quæ iura probatur, quòd non sunt aliæ a dilationes consumptæ. Et hoc puto. a quod dic ut suprà. §. 1. uer. item excipitur quòd citatio fit. 14 † Quid si lata est sententia contra citatum non peremptoriè? Videtur quòd non tenet: ut arg. 24. q. 4. de illicita. uersic. de conuentione. ubi de hoc. C. quomodo & quando iudex. ea, quæ. 6. q. 4. eorũ. ex. de constitutio. ecclesia. in fine. argumentum b contra. C. eo. b cessante. sed ibi constabat citatum nolle uenire. De hoc in prædicta l. tres. & suprà. c uersi. item licet. post alias autem. c & se. secundum 15 papam ex. de accusatio. ad petitionem. † Sed pone quòd partes faciant adinuicem pactum, quòd iudex ordinarius uel delegatus possit pronunciare partibus non citatis. Et uidetur quòd non ualet sententia partibus non citatis lata. arg. C. de sent. & inter. om. iud. prolatam. 2. q. 6. §. diffinitiua. ff. de re iudi. de unoquoque. Dicunt quidam quòd ualet: quia hoc pactum ualet in arbitrijs, quæ sunt redacta ad instar iudiciorum. ff. eo. l. 1. & probatur C. de tempo. ap. l. fi. in fine. & ff. de fer. l. 1. unde infrà de senten. excom. §. iuxta. uersi. quid si de par- 16 tium. † Et no. d quòd prima citatio uocatur con d uentionale: quia in ea dicitur, uenias tali die coram tali. Secunda dicitur monitorium, quia iudex dicit, uade, mone eum quòd ueniat. Tertia, peremptoriũ quia dicitur quòd nisi uenerit, procedet

cedet condemnando uel absoluendo: ut 7. Sed nun
quid peremptorium potest fieri ante litem conte-
statam? Et uidetur quòd non, quia non uidetur
quòd fiat, nisi pro diffinitiua sententia, quæ non
fertur nisi lite contestata. ex̄. ut lit. non contesta.
per totum. nisi in casibus: ut eo. tit. quoniam. &
not. C. de his, qui ad ec. confu. l. fina. §. itaque. Dic
contra, ut ex̄. de dila. c. 1. & in præd. c. de illicita.
C. quomodo & quando iu. consentaneum. ibi: etiā
si lis cœpta. & auth. qui semel. ex̄. de in integ. resti-
17 tu. tum ex literis in fin. † Item nota [e] quòd si ci-
e tatio fit sic: Mandamus, quatenus post hanc cita-
tionem, uel harum præsentationem seu receptio-
nem, die 20. compareas coram nobis usque ad 20.
diem, uel 20. die à receptione præsentium: dies re
ceptionis literarum, in hoc numero non compu-
f tatur. arg. ex̄. de app. super eo. 2. in fi. [f] cum suis
concor. ff. de uerb. signifi. l. anniculus. & 2. q. 6. bi-
duum. uersi. sed aduersus. ex̄. de except. pia. §. si
quis igitur. 35. q. 3. progeniem. & de resti. spo. fre-
quens. §. sed si in ciuilibus. Nam tunc hæc præpo-
sitio, à, tenetur, primatiuè: ut scilicet dies rece-
g ptionis non includatur: [g] uerum ubi dies certus
assignatur, ut cùm dicitur, post Epiphaniam com
pareas tali die, tunc non attenditur dies citatio-
nis, sed terminus assignatus. Et iunges quod no.
J. de dila. §. 1. uers. sed pone iudex. & de appella.
§. restat. uersicu. sed nunquid dies. Vltimò not.
quòd. ubi quis de contumacia uel culpa notatus
est, non est necesse quòd peremptorium perue-
niat ad eum: ut expressè patet ex̄. de exces. præla.
c. ex literis. ibi: perquisitus non potuit, &c. cum
h concor. ibi secundum papam positis. [h]

A D D I T I O.

a *In fin. Lib. 6.*

b *Potest. Vt ibi no.*

c *Probat. Secundum Aegid. rub. 94. Adde, ut per Bar. in l. si finita § Iulianus. ff. de dam. infecto.*

d *Somnient. Puto hoc dictum propter illos, qui dicunt peremptorium ante litem contestatam mitti non posse: dicentes illud proponi propter diffinitiuam, quæ regulariter ante contestationem fieri non potest. Iac. Bald. ubi supra dicit Azo. & communiter omnes tenere contrarium. & sic Ioannes de Deo, de primo decret. 2. colum. per l. consentaneum. C. quomodo & quando iudex & authenti. qui semel. quæ expresse dicit, etiam si lis cœpta non sit: secundum hoc intendit autor quòd etiam in princip. litis hoc sufficiat: aliàs non uideo quare somniantes expressissent & uide infrà uer. sed nunquid.*

e *Quidam. Aegi. Rubri. 94.*

f *Consuluit. Vbi de hoc dixi in prin. & in fine. Et hoc omnino uide infra. de dila. §. nondum in prin. Adde, ut per Bar. & nouissimos in l. si finita §. Iulianus. ff. de dam. infec. uer. quare dixi.*

g *Potest. Ad intellectum huius uer. & sequentium omnino uide quod plenè dicam infrà tit. infra. §. 1. super uersi. & not. per totum. & maximè in 6. & 7. quæstio. & infra, uer. proxi.*
Adde, ut per Bar. in d. l. consentaneum, & in apostilla ibi per Alex. & in l. si finita. §. Iulianus ff. de dam. infecto.

h *Seruatur. Dicebat Aegid ubicunque, à quolibet probo uiro, hæc rubri. 96.*

i *Incumbit. Super illo uerbo posui dictum Innoc. quod statim sequitur, cum determinatione Host. quæ est ibi duntamen. Et post eos etiam de hoc scripsi de procur. auditis. super uerbo, conclusum. & hæc etiam scripsi de dolo & contu. eum qui. lib. 6. super glo. uidebatur. Sed hoc simpliciter intellectum, nimis sonat in absurdum. Summa enim esset iniquitas, si iudices sic citando ut sequitur, possent ex una contumacia tantum partibus ferre dispendium ut principale simul cum app. remedio periret eisdem. secundum hoc enim contumacia in non ueniendo, quæ faceret ualere sententiā, pariter tolleret illis beneficium appellandi. Procedant igitur quæ sequuntur in casu decre. si statim allegata. ubi iudicium est in loco remoto à diœcesi citati, puta curia. sicut ibi fit citatio hominis ut ibi. uel in. & in c. 1. & c. cupientes. de elect. lib. 6. de offi. or. quamuis. eo. lib. uel quæ bene facit ibi: ut præsentibus partibus, &c. tunc enim quia difficilimū esset citationes pro singulis actibus ad partes mitti: locus erit opinioni prædictæ, ut ad examinationem causæ, & diffinitionem procedatur ipsius. Si autem uenit pars uel procurator, ad singulos actus citabitur, etiam si in uno fuerit contumax: ut suprà. Idem in legato quo ad prouincias sibi commissas. Idem in Archiepiscopo, quo ad causas extra, diœcesim suam sibi delatas per appellationem, uel aliter. & idem in Præsidibus prouinciarum, de quorum prouinciis molestum habet princeps, si causæ principales uel appellationum deferantur ad ipsum priusquam ad libellos. in authentica de mandatis prin. §. sit tibi. uersi. si uerò. ff. de appellationi. Imperatores. His enim casibus citati ad totam causam debent esse præsto parati ad prosecutionem ipsius causæ: aliàs si est causa, quæ diffiniri non possit lite non contestata, etiam ipsius diffinitio fieri poterit. Secundum hæc potest intelligi. l. properandum & hic bene conueniunt quæ scripsi in decret. auditis. Vbi autem dominus uel principalis uenit ad causam, uel est lis in domicilio rei: absurdissimum esset dicere quòd citatus ad uidendum iurare testes, uel ad ipsorum aperturam, uel aliquid simile, licet uenire contempserit,*

pſerit, non eſſet tunc citandus ad reliqua, licet citatus fuiſſet à principio ad totam cauſam.

ADDE quod uolunt Paulus de Caſt. conſi. quinquageſimo. & Federicus de ſenis. conſi. 171.

K Cordi. Et c. cùm appellationibus. lib. 6.

l Petitionem. Et ſic eſt hodie terminatum de dolo & contu. eum, qui. libr. 6. Et uide quod ibi notat gl. uidebatur. & quod not. de elect. & auaritia. lib. 6. in ulti. gl. & quod ſuper ea dixi.

m Quoſdam. Pro quibus facit cle. de uerbo. ſignifica. ſepe. uerſic. ſententiam. & remiſſiones ibi uide in glo.

n Tenet. Vide quod ibi dicam.

o Citationis. Secundum Aegid. rub. 4. in prin.

p Vt Accur. in l. nonnunquam. ff. de iudic.

q Conſtitutione. Lib. 6.

r Vber. De Bobio ubi ſupra. & idem Gui. de Suza. ſuper l. ſancimus.

s C. 2. Facit de te. co. c. 2. Tamen reſponderi poſſet, ut ibi ſcripſi poſt Vin. & omnino uide quod ſcripſi in præ. decre. 2. de procur. ſuper glo. ſi ei. ad quam remittit Aegid. & ibi diſtinguit expenſas citationis: quæ quando eſt unica ſufficit uni pareri. Idẽ in præceptis executorum, quando intra tres terminos iubent aliquid fieri, in quibus ubi aliud non exprimitur, ſolùm poſt ultimum locus erit pœna. In præceptis autem de ueniendo, conſtat quod intereſt partis quæ uenit in primo termino aduerſarium tunc ueniſſe: & huius intereſſe habebitur ratio, licet ueniat in ultimo: tunc tamen una citatio remanet gratuita, ſiue ſit prima uel ultima. & uide infra, de expen. §. iuxta. uerſi. ſed quæritur. quando.

ADDE, ut per Abb. in c. 2. de procur.

t Citati. Quaſi dicat, non citati facient. hic tamen electio non eſt libera, ut dixi ſupra, uerſi. proxi. Adde, extante ſtatuto quòd ſi reus non compareat in termino, quod habeatur pro contumace & exbannito, quòd ſi actor non accuſauerit eius contumaciam, non habebitur pro contumace, ſecundum Pet. de Anch. conſi. 96.

u Et ſecundo. Vnius citationis, de qua prædixi.

x Placet. Et idem Gul. de Suz. in l. ſancimus. Sed hoc mihi non placet, & facit ſupra uer. proxi. Item ſecundus terminus datus cenſetur, ſi non uenerit in primo. de teſti. co. c. 2. Facit etiam præ. decr. actor. Non obſtat. l. quæ. in contrarium allegatur, quia ego moram interueniſſe, cùm ſecunda & tertia dilatio ſint conſumptæ. faciunt allegata infrà uer. 2. parte prima.

y Quid. Iſte uer. fuit Vber. de Bo. tit. de exceptio. contra reſcrip. & dele. in fi. ſaluo quod infrà dicã.

z Quoties. Inducit etiam Vber. illud generale, utile, &c.

a Puto. Autoris eſt uerbum, non Vber. qui non elegit.

b C. eo. Scilicet, quomodo & quando iudex.

c Autem. Et ibi allegaui de cleri.

d Et not. Secundum Iac. Bal. in tract. de primo & ſecundo decre. quod etiam ſub eodem tractatu ponit Ioan. de Deo. cauil. 54.

e Not. ſecundum Aegid. cuius fuit totus iſte. uerſi. reſcrip. 27.

f Inſi. Contrarium probat, ut ibi dixi ſuper ult. gloſſ. quia non dicit à die receptionis, ſed receptione.

g Includatur. Vt ſic præpoſitio, à, faciat ſeparationem: ut no. ff. de actio. emp. l. 3. in fi. & facit cle. appel. ſicut. Et de hoc ſatis ſcripſi. de præben. ſtatutum. lib. 6. ſuper gl. eſt ergo. Et uide quod dicam de dila. §. 1. ſuper uer. ſed pone quòd cauſa. in prin.

h Poſitis. Quæ ponuntur per Ber. in glo. not. quod. & ſuper ea dixi.

SVMARIVM.

1 Citatio quot modis & qualiter ſit fienda, per uiuam uocem.

2 Citatio an poſſit fieri per partem.

3 Credere an teneatur quis dicenti ſe contra eum ad ſedem apoſtolicam appellaſſe.

4 Appellatio, uim citationis habere dicitur.

5 Citatio, an per nuncium ſeu edicta fieri poſſit.

6 Iudex citare poteſt in minoribus cauſis per unũ nuncium: in maioribus autem conſulitur quòd duos mittat.

7 Citatus an teneatur credere unico citantĩ, diſtinguitur.

8 Nuncius dicitur certus, quando eſt certæ & probatæ fidei.

Nuncio iudicis proprio, credendum eſt.

9 Committens actum citationis, qua forma inſtrumentum publicum conficiat.

10 Nuncio publico alicuius curiæ citante, an eius dicto ſimpliciter, & abſq; aliqua ſolennitate ſtandum ſit.

11 Relatio nuncij ab actu citationis redeuntis, quæ eſſe debeat, & ſub qua forma in actis ſit ſcribenda.

12 Proclamationes in actu citationis factæ ſunt per nuncium referendæ, & ſub forma. ſpeciali ſcribendæ.

13 Minores ordinarij, & delegati à principe in minoribus cauſis, citare poſſunt per edicta.

Pedaneu

Pedaneus uel delegatus à iudice, an per seipsos possunt citare.

14 *Citatio, ad actoris instantiam est facienda.*

15 *Citatum se non fuisse, quis dicere non potest, ubi citatio publicè & solenniter est facta, etiam absque nuncio: licet etiam citatio ad eum non peruenerit.*

16 *Citatio alicuius domi uel familiæ facta, an sit sufficiens, si non uenit ad illius notitiam.*

17 *Nuncius ad citandum missus, an reo inuito possit domum eius intrare causa eum in ius uocandi.*

18 *Iudex an possit his, qui non sunt sub eius iurisdictione, uel extra locum, ubi ius est, aut res agitur, præcipere.*

19 *Notoriè contumax, an & quomodo sit citandus.*

20 *Citatio, in qua non præfigitur terminus, seu dies certa, an sit sufficiens: & an sic citatus debeat comparere.*

21 *Præcisè & simpliciter citari nemo debet, sed sub forma & modo.*

22 *Opponentes se post datam literarum, uel qui de nouo se opponere uolunt, an per tales literas possint citari.*

23 *Præses confusum, præsentis non tenet usum.*

24 *Superiori, ad quem causa remissa est, citanti appellantem in causa principali, non facta mentione de appellatione sufficit mittere excusatorem.*

SEQVITVR videre, qualiter sit citatio facienda. Ad cuius rei euidentiam notandum est quòd citatio fit quandoque per uiuam uocem: de quo prius uidebimus. & quandoque per literas. Per uiuam uocem pluribus modis. Nam quando iudex ore proprio citat, si citandum inuenit & ualet, & arctat citatio talis, si
a legitimè fiat [a]. Nam assignando partibus terminum ad comparendum uel procedundum, citare intelligitur. argum. infrà, eod. uersic. & not. secun-
1 dum Vbert. † Quandoque per notarium seu tabellionem. argumen. 23. quæstione quinta circuncelliones. in princip. sicut sæpe faciunt auditores palatij domini papæ. Nam si hoc potest per nuncium, ut iam dicetur, multò fortius per istum, qui est publica persona & iurata: unde pro eo præsumitur. extra. de præscript. ad audientiam. de præsumptio. illud. & prima quæstione septima sancimus. & ipse idem poterit scribere se Titium tali die, ad talem horam citasse. argumen. ff. de adopt. si patre. §. 1. & l. si consul. & l. sequen. & in au
2 thenti. de tabel. §. si præter hoc fiat. † Quandoque citatio fit per partem, ut sæpe facimus, dicentes actori uel reo, dic aduersario tuo ut compareat tali hora, & tu etiam tunc compareas. Sed hoc po-
b tius retorqueretur ad factum [b], quàm ad ius. Non enim quis tenetur credere suo aduersario. unde in Ecclesiastico, cap. secundo. Non credas inimico tuo in æternum. Sicut enim atramentum erugi nat nequitiam illius. & arg. ex. ut lit. non contesta. accedens. 1. extra, de in integ. rest. ex literis. & de proba. ex literis. Nam aduersarij & inimici, facilè mentiuntur. ff. de quæst. l. 1. §. præterea. & in authen. de testi. §. si uerò odiosus. nec debet quis nimis esse credulus: ut ff. quod cùm falso tuto. authen. l. secunda. ff. de eo per quē fac. l. prima, §. primo. 86. distinct. si qui uerò. ex. de simo. licet. uersic. nam iusta. 16. quæstio. 2. uisis. circa fi. 50. dis. si quis præpostera. arg. contra. quòd tenetur uenire, quicunque sibi denunciauerit, & ei credere: nam à quo denunciatum sit, Senatus non exigit: ut ff. de peti. hæred. Item ueniunt. §. petitam. Ad idem. C. de rei uend. l. si fundum. ff. de his, quæ in frau. cre. ait prætor. §. si quis particeps. Et hoc dicimur scire, quod ab alijs audiuimus: ut 22. quæstione 5. hoc uidetur. prope princip. Debet ergo quis credere cuilibet citanti uel denuncianti, argumen. 22. quæst. 4. innocens. ex. de cleri. excom. illud. de coniu. ser. proposuit. maximè ubi citatio uel denunciatio cōcurrit cum ueritate: ut ff. de peti. hæred. cùm quidam. & in dubio tenetur quis uenire ad iudicium: ut ff. de iud. si quis ex aliena. & ex. de appel. cum parati. sed primum uerius. Et sunt hæc in argu-
3 men. † quòd non tenetur quis credere alicui, dicenti se contra eum ad sedem apostolicam appellasse: nisi instrumentum appellationis osten-
4 datur appellato: † cum appellatio uim citationis habeat: ut ex. de appel. sæpe. de electio. statuimus. nec etiam pluribus hoc dicentibus, quia sæpe talia falsò contingunt. ff. de eo, per quem fac. est. l. 1. ff. de custo. & exhi. re. diuus. ff. de acqui. hære. l. fin. ex. de in integ. rest. ex literis. & uide infrà, in titu.
c de appel. §. qualiter autem. uersic. cautus etiam [c]. Fit quoque citatiò quandoque per præconem. & hoc sufficit ad citandum reum: ut C. ubi de cri. agi opor. auth. qua in prouincia. C. de fer. l. fin. non tamen sufficit ad citandum actorem: imò specialiter est ad eum nuncius mittendus: ut in auth. col. 8. de litig. §. omnem uerò. Sed contra, quia non debet actori licere, quod reo non licet. ff. de reg. iur. l. non debet. ex. de mutuis pet. cap. 2. Sed hoc ideo est, quia reus frequenter citatur per nuncium, unde ad conuincendam eius malitiam, sufficit citatio per præconem. actor autem rarò citatur, sed per alium facit citari: ideoque per nuncium, &
5 non per præconem citandus est. † Quandoque fit per edicta: ut infrà, uer. & no. Quandoque per nuncium: ut ex. de offi. dele. prudentiam. respon. 1. ex. de app. cum parati. ff. de re. eorum, qui sub tut. uel cu. sunt. l. mag. §. illud. uers. ne tamen. In quibusdā enim locis, quidam nuncij cum insulis rubeis, uel baculis depictis, uel alio signo deputantur ad citandum. Et hi quandoque uocantur missi. ex. de immu. eccle. c. 1. Quandoque nuncij: ut in prædictis concordan. Quandoque officiales. 4. q. 4. §. aliquando. in prin. C. de accusa. ea quidem. Quandoque notarij. 23. q. 5. circuncelliones. in princ. Quandoque apparitores. ex. de homi. tui. prope fin. & C. lib. 12. in multis ti. de apparitoribus. Quandoque execu-

tores: ut C.de sportu.l.secunda,& ibi dicitur quòd
tales possunt pro iudicis uoluntate remoueri.
Quandoque portarij: ex.de priuil.cùm olim pro-
d pter. Quandoque Cæsariani siue catholicani [d]. C.
e de bo.proscrip.l.pe. in fi. [e] Quandoque ministri.
f 33. quæstione 5. si homicidæ. & c. cum ministri [f].
De istorum officio & potestate uide suprà, de exe-
6 cutore. † Et dicit Vber. de Bonacur. [g] quod per
g unum nuncium potest iudex citare in minoribus
causis: in maioribus autem consuluit quòd fiat
per duos. C.de appel.in offerendis.4. quæstione 3.
uersicu.ubi numerus.ex.de test.in omni.Sed nun-
quid credetur soli nuncio, uel officiali seu exe-
cutori dicenti se citasse aliquem, etiam in magno
negotio,ad hoc ut ille teneatur uenire, uel repu-
h tetur contumax, nisi uenerit [h]? Et uidetur quòd
sic: ut in præ.l.mag.§.illud potest.& C. lib. 10. de
exactoribus. apparitores. & in præ.c. cum parati.
& c. prudentiam.& 65.distinct. si fortè. in fin. ex.
de testi.co.cap.1.Nam ante hoc sunt inuenti & iu-
rati, nec præsumitur quòd deierent. 1. quæstio. 7.
sancimus. Alioquin si eis non crederetur, quæ es-
set eorum utilitas: si semper cogerentur secum ha
bere testes, quos etiam semper non possunt habe-
re, nec eos cogere adesse: argum. C. de fide instr.
iudices.& facit ad hoc ff.de off.præfe.urbi.l.1.§.cu
ra carnis.argum.contra.ex.de offic. de leg.cùm in
iure.C.de man.princ.l.unica.ex.de rescriptis. cum
contingat. quia uox unius nec iustificat, nec con-
demnat. 23. quæstione secunda admonere. uersus
princip. ex. de testib. licet ex quadam. Nam nec
in talibus iudici uel arbitro creditur. C. de arbitr.
ne in arbitris.§.penultimo. in authenti. de hære-
di.& fal.§. si uerò absunt. collat. prima. extra, de
probatio.quoniam contra. Et talibus officialibus,
etiam iuratis, non creditur,nisi eorum assertio a-
lio adminiculo fulciatur.C.lib.11. de bo. uacan.l.
fin.C.lib.12. decurio. l. prima puta si habeant lite-
ras.C.lib. 10.de iur.fis.prohibitum. imò contra ta-
les præsumitur.de pœnis.ne diu. Solutio. Dicunt
quidam simpliciter, quòd nuncio publico iurato
habenti infulam uel baculum, creditur in citatio-
nibus: ut in primis concordant. & sic ubique ser-
uatur. In denunciando autem crimina, eis non
creditur: ut in contrarijs, nisi essent notoria,quæ
denunciant.C. de accusa. ea, quæ. 4. quæstione 4.
aliquando.C. de custod.re.l. secunda.ff. ad Turpil.
ab accusatione. §. nunciatores. Sunt enim qui-
dam officiales deputati ad crimina denuncianda
iudicibus: ut in prædic.cap. circumcelliones. uer-
sus principium. sicut & aliàs sunt testes synodales,
qui deferunt crimina episcopis. 35. quæstione 6.
episcopus. extra, de testib. cog. præterea. & uide
infrà de accus. §.primo uersic. hoc autem scias.E-
go dico quòd nuncio publico non creditur, nisi a-
lijs constet legitimus documentis, sicut nec iudi-
ci.ex.de probatio.quoniam contra. ff. de custo. &
exhi.reo.l.diuus.in fin. ueruntamen propter suum
officium publicum, & propter præmissas ratio-
nes,statur eius dicto, & pro eo præsumitur: ut sal
tem id negans, cogatur iurare se non fuisse cita-
tum.argum.extra,de in integ.restit. ex literis. ex-
trà de rescript. ad audientiam.de præsumpt. illud.
in fi.& hoc concordat. Ioan. Vinc. Si uerò non est
publicus, non est ei credendum. argumen. tamen
contra ex.de dolo.& contum.cùm dilecti, uersicu-
lo scribebat. sed ille erat cursor domini papæ, seu
nuncius: & consulo quòd si non potest haberi nun
cius publicus & iuratus,mittantur duo, quia in o-
re duorum stat omne uerbum. secunda q. 4. §. 1.
ex.de testib.in omni.ff.de testib.ubi extra.de pro-
i batio. quoniam. [i] † Vtrum autem citatus teneatur
7 credere nuncio citanti: dubitatur. Super quo di-
k stingue [k] an mittatur ab ordinario, ut tunc cita-
tus sibi credere teneatur. Si à delegato mittatur,
non tenetur credere ei, secundum B. quantumcunque sit certus & fidelis, sine literis citationis
seu commissionis.argumen.in præd. c. prudentiã.
in princ. ubi: literatoriæ, &c. Et potest esse ratio.
Delegatus in citatione, debet tenorem commis-
sionis inserere: ut reus possit instrui & delibera-
re,quid debeant in termino respondere. ex. de di-
la.præterea.7.q.secunda cap. primo, ex. de confir.
uti.uel inuti.c.pen.de offi.deleg.cum in iure.& ut
agnoscat citantem,& eius iurisdictionem. & ex.de
offi.deleg.cum in iure. Quomodo ergo posset hoc
fieri,si dele.per nuncium citaret. de quo dic ut in-
frà,uer.& not.secundum Vbert.Nam & si causa sit
criminalis,inserenda sunt crimina in literis, super
quibus quis est accusatus.5.q.2.si primates, ex.de
accu.qualiter.2.§.debet ergo. præterea magis cer-
ta & firma est iurisdictio ordinaria, quàm delega-
ta. & magis astringitur subditus. argumen. ex. de
appel.ad hoc.de rescri.ad hæc.de offic.ordin. signi
ficauit.& quia de facili potest adiri:ut infrà,de pro
ba uidendum.uer.quid de auditoribus. Non ergo
debet citare delegatus per nuncium, præsertim in
primo citatorio. Vel subdistingue in delegato:
quia aut citas per certum & notum nuncium: &
tunc debet ei credi. Aut per ignotum: & tunc nõ.
argum.ex.de appel.cum parati. ibi: suus nuncius,
&c. & in prædict.cap.prudentiam. ibi: per certum
nuncium,&c.97.distinct. nobilissimus. & in præd.
l.magis. C. de summa Trin. liquet. §. fina. Et hoc
l uidetur sentire Gof. [l] † Certus autem intelligi-
8 tur, quando est certæ & probatæ fidei: ut in præ-
dict.cap.nobilissimus. & 94. distinct. ualde. & qui
ad hæc & ad alia, quæ in negotio occurrent, est à
delegatis communiter constitutus: & de quo non
dubitant iudices: nam si dubitetur de hoc, est eis
fides facienda.ex.de rescript. scíscitatus.& cap.in-
ter cæteras.ff.rem ra. hab.§.ne satisdatio. Si autem
dubitant, tunc non creditur sine literis: tutum
est ergo, secundum quod not. Innoc. quòd iudi-
ces proprium mittant nuncium, & illi creditur.
argumen.in præ.c.cum parati.Sed certè salua eius
reuerentia, non sufficit quòd constet eis tantum:
imò & partibus debet de hoc constare, saltem po-
stea.argumen.in præ.decret. cum in iure. Vnde ut
m omnis dubietas amputetur, [m] iudex quilibet, &
maximè delegatus, præsente & actore & tabellio-
ne, uel duabus personis idoneis, ut ex. de proba-
tionib. quoniam contra. C. qui pot. in pigno. ha.
scripturas. in fin. Iniungat nuncio, quòd ipse ta-
lem reum ex parte sua citet, & quòd præcipiat si-
bi, quòd tali die & loco peremptoriè compareat
per se uel per procuratorem legitimum, ad omnia
sufficienter instructum coram eo responsurus de
iure

iure tali, in tali causa, quam contra eum mouet
seu monere intendit, quòd si venire vel mittere
contempserit, & ipse iudex contra eum procedet,
quantum de iure poterit & debebit, & hoc incon-
tinenti scribatur in actis. Debet enim præmisso
modo, iudex comminari cùm peremptoriè citat:
ut suprà, §. uiso. Quis autem iudex possit cita-
tionis actum committere? dixi suprà, de iudic.
deleg. §. iam nunc. & si necesse fuerit, de hoc
instrumentum publicum sub hac forma confi-
ciatur.
8 FORMA. † In nomine, &c. in præsentia
mei notarij infrà scripti, & testium subscripto-
rum talis in causa, quæ uertitur inter talem & ta-
lem iudex, a sede apostolica delegatus, facit & con
stituit R. clericum suum nuncium, ad citandum ta
lem: uel præcipit tali nuncio, quòd citet talem, in
tali die & loco, &c. ut suprà. proxi. usque, & debe-
n bit. [n] & pòst subijciat notarius: Acta sunt hoc an-
no, die & loco talibus: & ego talis, tali autoritate
notarius, his interfui, & de mandato prædicti iudi-
cis hoc scripsi & publicaui, & signo meo signaui.
Quo facto, idem nuncius incontinenti accedat
cum eodem notario uel alio ad domum rei, quam
inhabitat, licet domos plures habeat. extra, de re-
script. dilectus. 2. de foro compet. ex parte. & citet
eum iuxta mandati sibi traditi formam, non trans-
grediendo ipsam. extra, de rescrip. cùm dilecta. ff.
man. l. diligenter. & hoc si inueniri potest: alio-
quin procedat ut infrà, uersicu. illud. De citatione
autem facta, notarius publicum instrumentum
conficiat in hac forma:
9 FORMA. In nomine, &c. R. clericus nuncius,
talis delegati, citauit talem, ex parte eiusdem: &
præcepit eidem peremptoriè, ut tali die & loco,
&c. ut in præcedenti instrumento, usque in fin.
10 † Hoc autem nota, quòd cum aliquis publicus
nuncius alicuius curiæ ordinariæ citat, non sunt
necessariæ hæ solennitates: cùm dicto eius stetur,
nisi citatus contrarium iuret, ut dixi: sed nec e-
tiam secundum B. cum delegatus citat, cum non
possit citare per nuncium sine literis, ut prædixi,
quod non placet. Nam potius tenetur citatus cre-
dere instrumento publico, quàm literis delegati.
Facta igitur citatione, idem nuncius redeat ad iu-
dicem, & præsente notario referat iudici qualiter,
ubi, & quando, & quibus præsentibus reum cita-
uitquæ quidem relatio est in actis scribenda, pro-
ut fit sub hac forma:
11 † FORMA Relationis: [o] Titium inuentum
o uel non inuentum, ut hodie uel cras, hora uel lo-
co tali, coram tali iudice ueniret ad procedendum
in tali causa, uel ad respondendum tali, uel ad ui-
dendum iurare testes, uel aperturam attestationũ,
uel ad iurandum de calumnia, uel ad audiendam
sententiam, & huiusmodi: in tali causa, quæ inter
eum & talem uertitur, uel uerti speratur: talis cur-
sor domini papæ, uel talis curiæ retulit se citasse, &
dixisse eidem uel procuratori suo uel familiæ eius,
quòd si non ueniret, ex tunc procederetur in cau-
sa, uel reciperetur iuramentum alterius partis,
&c. ipsius præsentia non obstante, &c. Quali-
ter autem fiet citatio rei, ut ueniat defensurus te-
nutam bonorum, ex interlocutoria datam: dicam

infrà de primo decret. §. secundo, uersicu. interpo 11
12 sito. † Cæterum fiunt quandoque quædam pro-
clamationes, quarum relationes sic scribantur: si
enim proclamatio defensionis alicuius publicè fiat,
sicut moris est fieri in ciuitatibus Italiæ, sic relatio
scribetur:
FORMA. Titius cursor uel præco seu nun-
cius communis Viterbij, retulit se de præcepto ta
lis iudicis ad petitionem Sempronij, alta uoce cla
masse & cridasse talibus testibus adhibitis in con-
trata Seij, quòd si quis ipsum Seium defendere uo
luerit in causa tali, tali die & hora compareat co-
ram iudice suprà dicto. Hæc forma proclamatio-
nis faciendæ per præconem probatur in auth. de li
tigio. §. omnem uerò. col. 8. argumen. contra: quia
uox præconia paucis innotescit: ut ibi, & C. quomo
p do & quan. iud. auth. qui semel. [p] Si uerò subhasta
tio rei pupillaris uendendæ proclametur, sic rela-
tio scribatur:
FORMA. Titius præco seu nuncius commu-
nis Viterbij, retulit se de mandato talis iudicis, ad
petitionem Seij tutoris Bertæ pupillæ filiæ quon-
dam P. præconia uoce clamasse in palatio commu
nis Viterbij, necnon in contrata pupillæ eiusdem,
quòd cum domus eiusdem pupillæ in tali contra-
ta sit, an necessariò habeat distrahi, & ex ea pos-
sit haberi pretium centum librarum: si quis eam
emere, & plus dicto pretio dare uult, hinc ad ta-
lem diem compareat coram dicto iudice, nam
plus offerenti dabitur. argumen. C. lib. 10. de fide
instr. & iure hastæ fis. l. fin. infrà, de primo & secun
do decre. §. nunc dicamus. uersiculo, sed qualiter.
13 † Et nota secundum Vbert. & Ioan. de Deo, [q]
q quòd minores ordinarij & delegati à principe in
r minoribus causis, citant per edicta, [r] quod non
est in usu: & per nuncium uel simplicem episto-
lam, quod frequentatur. Pedanei uerò & delega-
ti ab alio quam à principe, duobus posterioribus
modis tantum, quia coram eis & in paruis cau-
sis non debet nimia solennitas obseruari. C. de iu-
dic. sancimus. in fi. C. quomodo & quando iud. in
authenti. qui semel. ff. de petitio. hæredi. item ue-
niunt. §. cum autem. & §. seq. 5. quæstione secunda
præsenti. & §. fina. Quidam tamen dicunt peda-
neum uel delegatum à iudice, non per nuncium,
sed per seipsos citare posse: alij contra, per præ-
s dictam, l. sancimus. in fi. [s] & ff. ne quis eum, qui in
ius uoca. est, ui exi. l. 3. §. si quis ad. non enim iu-
dex debet ire ad litigatores, uel eos citare. C. de e-
piscop. & cler. iubemus. in fin. ff. quis or. in bo.
t pos. ser. l. secunda, §. in bonorum. [t] Vnde cum Lo
tharius & Azo essent delegati in quadam causa,
dicit Lotharius, eamus ad domum rei, quia non
debemus citare per nuncium, sed requirere tan-
tum prædict. l. sancimus. Azo respondit, imò pos-
sumus bene requirere, id est, nuncium mittere.
Nam & arbiter citare potest per nuncium uel e-
pistolam: ut ff. de arbitr. l. diem proferri. in
princip. & l. sed & si interpellatur. unde & nos
hoc possumus. ff. de regulis iur. ait prætor. in
princip. Nec obstat prædicta. l. sancimus. quæ lo-
quitur de minoribus iudicibus, qui non citant
per edicta, sed per nuncium bene. Azo tamen
fecit ei gratiam, & iuit cum eo ad reum, qui erat

u quædam pulcherrima domicella. [u] Cùm uerò agi-
tur de maioribus causis ciuilibus & criminalibus,
cum maiori solennitate debet fieri citatio, scili-
cet trinis edictis continentibus 30. dies, uel uno
peremptoriè pro omnibus. 34. quæstione tertia,
de illicita. quod dic ut suprà, §. nunc de tempo-
rum. Citatio autem prædicta olim hoc modo fie-
x bat: Si quis enim coram prætore uel ordinario [x]
de aliquo conquerebatur. Prætor in albo, quod e-
y rat quidam locus in muro palatij dealbatus, [y] fa-
ciebat tale edictum scribi: Talis compareat die ta-
li ad respondendum tali, in quæstione tali: Hoc
probatur ff. de iur. om. iudi. si quis in prin. & in-
frà de do. & con. §. restat. Hodie autem hæc edicta
non fiunt, sed de consuetudine fiunt citationes per
præconem uel nuncium: ut in præd. authen. qui se-
mel. & ff. de iudic. ad peremptorium. & duabus le-
gibus sequenti. & in præ. c. de illicita. & supra eo.
14 §. propè princip. † Illud autem nota, quòd cita-
tio facienda est ad actoris instantiam. in auth. de
z man. princ. C eo. permittente. [z] ex̄. de accu. licet.
ex̄. de deci. dudum. Item hoc ordine facienda est:
Semper enim est citandus quis si inueniatur. 4. q.
5. quisquis. ex̄. qui ma accu. pos. capit. 1. ex̄. de eo
qui mit. in pos. causa rei ser. cap. fina. quòd si non
reperiatur, citatur procurator, si quem dimisit,
quem tenetur dimittere, qui se intendit absenta-
re, maximè postquam est citatus: ut ibi, & de proc.
c. dilectus. quòd si non dimisit, fiant denunciatio-
nes in eius domo uel ecclesia, uel præconizetur in
uico eius: si quis est, qui eum defendere uelit, ut
prædixi, & si non uenerit, contra eum procedatur
tanquam contra contumacem. C. de an. excep. l.
ut perfectius. §. si autem. ex̄. de do. & cōtu. causam
a quæ [a]. & c. 3. ff. de excu. tu. scire. ff. de dam. infec. l.
4. §. prætor ait. & §. seq. ff. ex qui. cau. ma. item ait.
b §. hoc autem [b]. ex̄. qui fil. sint leg. causam. ex̄. de
cle. non resi. ex tuæ. ff. quib. cau. in pos. ea. l. hæc au
15 tem. § quæri potest. † Sed nunquid sufficit fieri
citationem solenniter & publicè, nec sit necesse
per nuncium uel per literas singulorum auribus
inculcare? Videtur quòd sic, nec poterit quis asse-
rere se non fuisse citatum, licet citatio ad eum non
peruenerit. ex̄. de postu. præla. cap. 1. cùm suis con-
cor. & hoc quidam dicunt. Alij dicunt citationem
non ualere, nisi fiat ad personam uel domum: ut
not. plenè secundum papam, ex̄. de eo qui mit. in
poss. causa rei ser. cap. fina. Tu dic ut supra, de hoc
secundum papam in præd. cap. 1. de postu. præla. &
16 de cle. non resid. ex tuæ. † Sed nunquid sufficit
denunciare domi uel familiæ, si non uenit ad eius
notitiam? Videtur quòd non. ff. quæ sen. sine ap.
re. non pos. l. prima. §. item cum ex. ff. de pet. hæ-
red. hæredes. & l. item ueniunt. §. petitam. Dic con-
tra, dummodo publicè cum testibus uel tabellio-
ne, uel literis denuncietur: ut in prima concor. ff.
de dam. inf. l. 4. §. prætor. ff. quod ut aut clam. l. aut
c qui. §. 1. [c] ex̄. de eo qui mit. in posses. causa rei ser.
cap. fin. De hoc not. ff. de iudic. & post. C. de anna.
excep. ut perfectius papa dicit quòd licet sufficiat
citatio ad domum facta, ubi uxor agit contra ui-
rum, uel in ecclesia contra clericum: ut extra, qui
ma. accus. post. cap. primo, & de cle. non resi. ex
tuæ. non tamen sufficit, si quis agit contra aliq. f,

personali uel reali actione, uel in modum inqui-
sitionis de crimine: ubi non proceditur lite non
contestata, quod prosequere secundum eum, pro-
ut not. extra de eo qui mit. in pos. c. fin. Item & a-
mici & cognati sunt requirendi, ut eum defen-
dant, ut prædi. §. prætor. 16. quæstione 3. §. potest,
2. uersic. is autem. ff. de liber. agnos. l. prima respō.
primo. ff. ex qui. cau. in pos. ea. l. hæc autem. Sed
nunquid id, quod de citatione ad domum dixi,
obtinet in causa criminali? De hoc infrà, de accu.
17 §. 1. uersicu. sed nunquid. † Sed an reo inuito in-
trabis domum eius, causa uocandi eum in ius?
Respon. non, quia faceres iniuriam. ff. de in ius uo
can. plerunque. aliàs, plerique. ff. de iniurijs. quo
inuito. ff. de adulr. quod ait. ff. de reg. iur. nemo.
d Fiat ergo denunciatio ante fores. ff. de institu. sed
18 & si. §. 1. [d] † Sed nunquid consanguinei & amici
amissi absentis, etiam aliarum prouinciarum, qui
fortè uolunt illum defendere, sunt ad defensio-
nem eius requirendi, si propinqui, qui sunt in
prouincia, in qua lis agitur, nolunt defendere? Vi
detur quòd non: quia ibi debet iudex præcipere
tantùm, ubi res agitur, ff. de rebus eo. qui sub tut.
uel cu. l. magis. §. illic. & quia illi non sunt de iu-
dicis iurisdictione, unde non potest eos reuoca-
re. ff. de iur. om. iud. l. fin. & ff. de bo. auth. iud. pos-
si. l. cùm unus. §. his. & quia per hoc causa differ-
retur, quod esse non debet. ff. de procu. l. sed &
hæ. §. non solùm. & ff. de oper. lib. quod nisi. ex̄. de
do. & contu. c. finem. & cap. fina. Alij dicunt om-
nes consanguineos requirendos, ubicunque sint:
e quæ sententia uidetur uera [e]; nam dicit lex om-
nes esse uocandos, quos non sit uerisimile nolle
f defendere causam [f] ut in præ. l. hæc autem. uersi ta-
g men dicam [g], nullum debere proprio nomine
requiri: sed sufficit publicè proponi edictum: ut
quicunque uoluerit eum defendere, ueniat, &
defendat. ff. de instit. act. sed & si pupillus. §. pro-
scribere. & §. præc. extra, de postu. capit. 1. uersus
princ. extra, de do. & contu. cap. fina. & sic hodie
19 obseruatur. † Sed nunquid notoriè contumax,
est citandus? Non uidetur, argumen. extra, de
h procur. auditus [h]. & de iureiuran. ad nostram. 3.
Dic contra, ut ibi not. quòd si iudex citans, fa-
ctis quibusdam citationibus moritur, uel impedi-
tur, successor illas computabit in numero cita-
tionum: sed si primus numerum compleuerit,
i secundus iterum potest [i] unum edictum propo-
nere. ff. de iudic. capit. edictum. Quid si papa, uel
quiuis alius, mandat tibi ut cites omnes qui se no-
lunt opponere Titio, ut ex̄. de excep. dilecti. & de
elect. statuimus? Respon. debes edictum publi-
cè proponere, ut quicunque uult se opponere
super facto, super quo citatur, compareat die ta-
li: ut extra qui ma. accus. pos. cùm in tua. extra,
20 de cleric. non resid. ex tuæ. † Quid si non præ-
fixeris diem certam? Respond. debet ueni-
re citatus. argumen. extra de do. & contu. cùm di-
lecti. & hoc intra modicum tempus, quod tamen
est cum quodam temperamento intelligendum.
ff. de solu. quod dicimus. ff. ex qui. cau. ma. ab ho-
k stibus. §. fin. [k] & hoc ne contumax, sed potius
obediens uideatur. secunda quæst. 5. quanto. ex̄. de
l postu. c. primo. [l] Quidam tamen coram me defen-
dere

dere nixi sunt, quòd nullo modo tenetur eò pârete taliter citatus. argum. ex. de rescrip. cap. fina. Potes etiã nominatim quos uolueris citare, ut compareant ad opponendum se Titio, si uoluerint, in facto, de quo agitur: & nisi comparuerint, præiudicatur eis. argum. in prædict. decret. eum in
21 tua. † Illud autem certo certius est, quòd præcise & simpliciter neminem citare potes, sed sub modo rescripto, scilicet si uult. argum. extra de elect. statuimus. in princip. & eod. tit. quia propter. in princip. Cæterum, si tibi mandetur, quòd cites omnes, qui se opponunt, id est, super electione sua, uel super tali facto. Hic dicunt quidam, quòd habens aliquam cognitionem, debet enim uocare eos, quos T. petit citari, & ab eis quærere, utrum se uelint opponere, uel non. Et si responderent quòd nolunt, eos absolues à citatione. Omnia enim iudicia sunt absolutoria: Instit.
m de offic. iud. §. fina. Innocen. 4. contra, m quia cum hæc clausula, cites omnes qui se opponunt: intelligenda sit de his, qui ante datam literarum se opposuerunt, & sua interfit, eos se non opposuisse, non sunt absoluendi à citatione, qui se opposuerunt, nisi prius satisfacto de interesse. Sed certe non uideo qualiter fiet hæc absolutio, nisi de facto solum, desistendo scilicet à citatione,
22 quia tu iudex non es. † Quid de illis, qui se post datam literarum opposuerunt, uel qui de nouo se opponere uolunt? Dicunt quidam quòd per literas tales, non poteris eos citare: quia data literarum inspici debet, propter uerbum opponunt, quod est ibi, quod est præsentis temporis. extra, de rescript. eam te. Alij dicunt, & hoc uerius uidetur secundum mentem scribentis, quòd omnes contradictores, & ante datam & post, & cum modo prædicto, scilicet si uolunt, & sine modo,
23 citare potes. † Quia præsens confusum, præsentis non tenet usum. Et si dicatur, Ergo si citator debet citare quos uult actor: multi poterunt fatigari iniuste? Respondeo, hoc non procedit: quia etiam papa, si nominasset ei multos, eos citasset. Item quia iudex condemnabit actorem in expensis, si eis comparentibus non appareat iusta causa citationis: & etiam his non comparentibus, non condemnabuntur statim ad expensas, uel ad aliud: imò summaria cognitione & iuramẽto de calumnia præmissis, alias non. Item nota quòd ipse citator moderabitur, qui, & quot sint citandi: sicut & delegatus moderaretur. extra de rescrip. super literis. ad fi. Et sunt hæc contra quosdam delegatos, qui sic scribunt aliquibus: Mandamus uobis, quatenus citetis eos, quos talis uobis duxerit nominandos. Ex quo multas uexationes, & redemptiones sequi uidimus, contra quos dominus S. ti. sanctæ ecclesiæ presbyter cardinalis in regno Franciæ apostolicæ sedis legatus, nuper in concilio Bituricen. in quo interfuimus, per suam constitutionem remedium adhibuit optimum. papa not. extra de rescript. eum in multis. quòd si dicatur in literis, cita illos, quos tibi talis nominauerit, non poterit ille citare ultra quatuor. Idem etiam dicit, si in litera dicitur. Cita omnes, qui ei contradixerint, uel qui eum
n super tali re molestauerint. n Vtrum contra talem citationem possit aliquid probari: not. extra de elect. bonæ. infra c. eum dilecti. & de testi. eum à nobis. C. de relatio. l. 1. in fin. C. de appel. quoniã.
24 in fin. † Postremo notandum est, quòd si superior, ad quem causa remissa est, citet quòd appellantem causa principali, non facta mentione de appellatione, sufficit illi mittere excusatorem, dicentem, quòd citatio super principali facta nõ tenet, uel quòd superior non potest in ea procedere, quia appellatum est: & quod intendit prosequi appellationem. Sed si transisset tempus prosequendæ appellationis: tunc bene teneret citatio facta super principali negotio, tam à delegante, quàm à delegato. Alij tamen aliter dicunt. Hoc prosequere secundum papam, prout not. extra de
o accusa. c. fin. o

ADDITIO.

a *Fiat. Idẽ Pil. ubi supra secund. calleg. l. 2. C. quomodo & quando iudex. Adde tu, quòd citatio seu monitio iudicis parti præsenti, habet uim trina citationis. glo. & ibi doct. in c. consuluit. extra de offi. deleg. Abb. Sicul in c. eccle. in 4. col. extra de testi. Idem in c in 5. notabili. extra de mutu. pet. Lanfran. in re. in r. quoniam contra. in 2. col. uer. sed quaro. extra de probat.*

b *Factum. Interdum hoc accidit, & uidi multoties, quòd duo litigantes ex discretione & conscientia puritate, amicabiliter tractant causas suas expectantes finem iuridicum: & hoc casu uidi tales commissiones fieri & recipi, & fideliter impleri.*

c *Etiam. Ibi remitto ad Cle.*

d *Catholicani. Id est, uniuersaliter seruientes. Azo.*

e *In fi. glo. ibi aliter.*

f *Ministri. Quandoque uiatores. Instit. de act. §. tripli. Quandoque causas preparãtes. in auth. d. iud. §. audien. uer. his, qui causas praparant.*

g *De Bonacur. De Bobio debet dicere. & hæc ubi supra sit etiam continuatur uer. sequens.*

h *Venerit. Quando nuncius negat se citasse, cuius contrarium notarius scripsit eum retulisse. uide infrà de instrum. edi. §. restat. super uers. sed quid si unus.*

i *Quoniam. Hunc articulum breuiter glo. expediuit in decre. cum parati. & ego ibi breuiter dictũ Host posui, & quatuor remissiones dedi: quarum hæc fuit ultima, qua ut, cum additione sit plenissima, exprimam breuiter quicquid dictum est per doctores uel practicos propter misturam & breuitatem, promissum ordinem non tenendo. Primò, uidimus opinionem quam recitat auter, quòd nuncio publico iurato, in citationibus credatur, in alijs non: & hoc placuit Bernar. in decre. cum parat. Idem Ioan. de Deo. 2. caul. rubri. de citatione in ecclesiastici. in fi. & lib. 4 sub rub. de primo*

mo decreto. 2. col. ubi consuluit quòd si iudex non habet publicatam personam, mittat duos nuncios. Idem Aeg. ubi supra rub. 2. in prin. Guid. de Suza. tenet idem, rub. de capitulis, super quibus testes producit: consuluit tamen duos mitti. alleg. l. ubi numerus ff. de testib. ff. de offic. praefec. ur. l. 1. §. quies. in fi. addit quòd is, qui negat se citatum, be ne poterit hoc probare per modū illius l. optimam. C. de contra & com. stipu. Ad idem de testib. ex te nore. Quid ultra hac addit in l. ea quidē. C. de actu. infrà dicam. Rolandinus & Gandinus ipsorū quisq; sub tit. de citationibus. hoc dictū Gandinus non furtiuè, sed sub ipsius nomine pro solutione de derunt. Secunda fit autoris, qui dicit ei non credi sic, quòd eius dicto non audito stetur, sed propter praesumptionē publici officij creditur ei, nisi praesumptio praesumptionem tollat. Ad dictum inducit quòd non creditur iudici ad exceptionem: inducit tres decret. subdit etiam opinionem Ioan. & Vin. Contra autorem dicamus falsum esse quod Io. hoc tenuerit. nam in cap. proposuisti. 83. distinct. in gloss. ex hoc. & 4. quaest. 3. testes. uer. patroni. in gloss. sed nonne. dicit stari dicto nuncij, nisi probetur contrarium? Requirit ergo probationem plenam: & autor uult stari semiplena, uel praesumptioni. Verum est quòd Io. in decret. quoniam contra falsam. de proba super uer. citationes. tenuit illud dictum, scilicet quòd iuramentum eius, qui dicit se non citatum, sufficiat ad fidem nuncij tollendā, quòd appareat eum sic intellexisse glossas priores de probatione loquentes: apertius etiam posuit idem Io. in decre. quod sicut de elec. super uer. uocatos. quod signaueram alibi ponendum, & omisi, nunc suppleo: & quòd suo sacramento is, qui dicitur citatus, probet contra. alleg. de procur. ex insinuatione. addens quòd in causa absentiae non requiritur plena probatio. de re iud. c. cum Bertoldus. & facit quòd not. 4. q. 5. c. 1. in ult. gl. inducit ēt 35. q. 3. extraordinaria. ubi dicit probaris quòd unius sacramentū elidit praesumptionem ualidam. Hoc tamē nego: cum ibi loquatur de sacramento duorum. Poterat tamen sic inducere quòd insufficiens probatio. s. quae fit per criminosos, & suam turpitudinem allegantes, elidit praesumptionē: ut ibi not. de euict. Scire debes quòd ponendo glo pra. Io. in decre. quoniā contra. & non consistendo, uidebatur accedere illi dicto. & hoc forsan ponderauit autor. Sed ueritas habet quod in pra. decre. quod sicut. Vinc. posita glo. Io. illi restitit dicens, citationem esse probandam legitimè duobus testibus, uel publico testamento, siue fiat personaliter, siue ad domum: ut in decre. ult. de eo. qui mit. in poss. ut sic quod in alijs factis probandis requiritur, requiratur in isto. Goffre. ut scripsi in decre. predi. quod sicut. super glo. praesumitur. tenet stari nuncio, nisi ualidae probationes offerantur ex aduerso. alleg. de testam. cum à nobis. Vber. de Bobio, ubi suprà dicit in iudicio ecclesiastico non credendum nuncio. cum ibi non creditur iudici: in seculari dixit quòd in Italia creditur, quia sic habet consuetudo: in alijs uerò prouincijs sequenda est illarum consuetudo. Bernardus accedit primo eius quòd dicto, scilicet in iudicio ecclesiastico non credatur. in decre. quoniam contra. in fin. 4. glo. Sed ratio istorum, quae est hac: ideo quod non creditur iudici infringitur: ut ibi scripsi. Innoc. etiam ibi. ut scripsi super uer. citationes accedit huic dicto, quod non credatur, dicendo quòd nuncius adhibere debet testes cum citat: per decre. sacro. de sentent. excommunic. Albertus Gal. Vbi supra pralegit quòd non credatur: propter quod consuluit quòd sint duo in citando: demum tenet quòd in minoribus causis, in quibus credetur uni, credatur sibi. in alijs non. Allegat C. de testib. iurisiurandi. uide supra de teste. §. restat. uer. hoc autem fallit. Vber. etiam de Bo. & Ioannes de Deo hanc distinctionem ponebant ubi suprà, per uiam consilij. Iacob. Bald. in tracta. de primo & secundo decreto. post principium. dicit soli nuncio uel officiali non credi per praedictam. l. primam, de curiosis. libro 12. Consuluit ergo duos nuncios simul mitti. Hostiensis in Summa, in Rubr. de contumacia. §. secundo. uer. quid si absens. tenet non credi nuncio, etiam iurato, contra negantē: nisi dictum eius iuuetur per alium, qui citationi fuerit praesens. Item quod in partibus, in quibus creditur, hoc procedit ex praesumptione, quae tollitur per iuramentum negantis. allegat praedic. decreta. ex literis. Item una praesumptio tollitur per aliam. de electio. cùm inter R. & per iuramentum 24. quaestio. 2. in lectum. de testib. praesentium. cum concordan. tenet finaliter hoc arbitrarium: ut iudex, personarum & negotij qualitate pensata, uel credat nuncio, uel ad innocentiam suam ostendendam neganti deferat iuramentum. Allegat de procurato. ex insinuatione. & capitulo seq. de iureiuran. cap. fina. Hoc dictum placuit Archidiacono 82. distinct. proposuisti. in decreta. tamen uenerabilibus. de sentent. excommunica. §. idem. tenet opinionem Ioan. Hoc etiam addit Guido de Suzaria, forsan uiso Hostien. quem uidere potuit ad suam solutionem antiquam, in pradic. l. ea quidem. ubi dicit distinguendum, cuius opinionis sit nuncius: ut dictum

dictum ex persona pensetur. C. si quis Imperato. maledic. l. una. in fin. & ibi concordan. in ult. glo. Facit ff. de re milita. non omnes. §. à Barbaris. C. de susce. & arca. l. si aliquid. libro 10. & ff de edendo. si quis ex argentarijs. §. 1. uersic. quid enim. ubi ex edentis persona, fides editionis elicitur. Et facit quod ibi not. & facit de praeben. nisi essent. in principio. & quod not. 37. distinct. qui de mensa. Hoc dictum placet propter graue periculum quod imminuret probo uiro non citato, ex dicto uiri ribaldelli: ut aestimatus contumax, non posset etiam appellare, ut dicebat Hostien. Sed hoc addo, quod non intelligas hoc esse arbitrarium: sicut illud de officio delegat. consuluit. de scriptis. statutum. §. assessorem. lib. 6. de quibus non liquet querelari. Nam Deo per mittente, pessimos iudices, sic & nuncios saepe uidemus. Si igitur iudex peruersus male arbitretur, poterit per grauatum appellari, & iudex appellationis reuocabit grauamen: probatis coram eo circunstantijs, per quas patebit primum debuisse contrarium arbitrati. Nam & si uerus arbiter iuris esset, ab eo grauanto appellari posset. de offic. deleg. ab arbitris. lib. 6. Aliorum etiam arbitrorum grauamina reuocantur. extra de arbit. per totum. de iureiuran. ueniens. & cap. Quintauallis. Hoc etiam not. quòd licet circa citationem factam per ipsum, suo dicto credatur: circa commissionem tamen sibi factam de citando, ei non creditur: de quo statim sequetur. Adde quòd Paulus de Castro, consilio 287. tenet quod nuncio iurato, dicenti se aliquem citasse, debeat dari fides. dominus Antonius de sancto Georgio, in cap. cum parati. in antepenultima columna, tenet hic opinionem Ioannis Andreae. & ibi ponit quid si per statutum imponitur quòd nuncio iurato detur fides: an poterit probari contrarium? Et tenet quòd sic. Et ibi uide de materia huius tituli, multa.

k Distingue. Secundum Aegid. sua Rub. 3.

l Gof. In pra. c. prudentiam. ubi scripsi super 3. glo. & ibi etiam de Innoc. quod seq.

m Amputetur. Secundum Aegid. sua rub. 3. unde dicebat Rofre. ubi tractat de edicto, si quis in ius uoc. non ie. ut illi edicto sit locus, sex fore necessaria: quorum secundum ponit, quòd de mandato iudicis fuerit facta uocatio uel citatio: quod dixit se dicere propter malos nuncios, qui sine man dato uocant interdum. Et nota, quia per hoc & id, quòd infra sequitur, reprobatur, quod in multis foris seruatur, quod praeceptum nuncio factum de citando non scribitur, sed dum scribitur citationis relatio, dicitur? Retulit talis nuncius se de mandato iudicis, citasse talem, &c. cum tamen ipsius officium non sit circa mandatum, sed circa executionem mandati: & uide quod scripsi de probatio. quoniam contra. super uersi. citationes. Adde Roma. idem tenentem consi 497.

n Debebit. Praecedere uel saltem inserere debuerat iuramentum, scilicet quomodo instituerat illum nuncium ad citationes in tali causa faciendas: qui nuncius iurauit corporaliter libro tacto, omnes ambasiatas & citationes sibi impositas uel imponendas fideliter facere & referre.

o Relationis. Hanc & duas sequentes habuit à Rolandino, lib. 10. ultra medium.

p Semel. Et ideo ubi certa persona requiritur, non sufficit pactio, ut ibi: sed quando generalis est citatio, ut hic, oportet fieri per praeconem.

q Ioan. de Deo. Ambo ubi supra in prin.

r Edicta. Alij delegati non, ut scripsi de foro competen. si quis contra super glo. hoc ideo.

s In fi. Ista l. facit contra. sed ibi respondetur in ulti. gloss.

t Bonorum. Secundum Alber. Gal. ubi supra.

u Domicella. Ab Odof. habuit hoc, ut etiam refert Cy. in l. sancimus.

x Ordinario. Vel delegato principis, fit in princip. huius uer. & forsan habebant olim loca deputata ad id, uel in domibus suis ponebant album.

y Dealbatus. Et tam amplius quòd omnium citationum capax erat: uel lapso termino delegabatur: ut not. in authen. qui semel. & in corpore unde sumpta est, de liti. §. omnem. Item lex, si quis infra allegata, loquitur de alio albo in quo scribebantur citationes & generalia edicta. Erat & tertium album, locus, scilicet dealbatus, quo scribebantur nomina Curionum. ff. de albo scrib. l. 1. & 2.

z Permittente. Versi. est sub § sit tibi. ibi princeps indignatur praesidi, qui per actorem aditus per eum non fuit exauditus. Si uero illum, non audiuit, illum correctum remittit ad praesidem.

a Quae. Vbi iste uer. in prin. glo.

b Autem. Cum. l. seq.

c §. fin. in fi. 1. glo.

d §. 1. Idem scripsi in §. contrahentes super uer. trahere. in fi.

e Vera. Secundum Accu. cuius fuit iste uer. in l. hac autem statim alleg. & idem Iac. Bal. ubi supra.

f Causam. Nescio quare fecerit hanc reuolutionem. tex. dicit, quos uerisimile sit defensionem non omissuros.

interlocutoria qua pronunciauit se iudicem competentem, ipse citans appellari possit secundum leges: dicam infra de appel.§.in quibus. uersicu. sed nunquid potest.

m *In fi. Et per Io.3.q.3.si episcopus.*

n *Et fin. Vide quaestionem, quam posui super regula, scienti. de regu.iu.libr.6.maximè in solutione.*

o *Esse. Ad literam fuit haec additio Inno.& Compo. in decre.super literis.de rescri.ut scripsi post glo. uer.item quaerunt.*

p *Contingat. Vide supra de actore.§.1.uer.sed quid si iurauerit.& ibi remis. Adde simile de eo,qui iurauit alicui non reuelare suum secretum: quia hoc non procedit, si producatur in testem: nam tunc in iudicio dicas quòd tenetur, nec iuramento impeditur: ut notant docto.& praesertim Abb. Sicu. cap.2.extra de offic.ord.*

SUMMARIUM.

De temporum interstitijs,inter unam citationem & aliam.

1 *In ciuilibus & criminalibus,an secundum leges idem iuris esse debeat.*
2 *In arduis & criminalibus,cautè est agendum,ne à seueritate iuris recedatur.*
3 *Citatio qualiter fieri debeat in criminalibus.*
4 *Induciae qualibet à iure statutae sunt arbitrariae.*

NVNC De temporum interstitijs inter vnam citationem & aliam, uideamus. Super quo notandum est,quòd si hi,qui uocantur ad iudicium, sint in eodem loco,ubi est iudex,uel ibi de uicino uocandi sunt ad iudicium literis,uel nuncio,per interualla septen
a norum a & binorum, & unius dierum, ita quòd 19.dies compleantur: ut 5.q.2. praesenti. Si uerò sunt in alia ciuitate uel loco non multum remoto, datur mensis ad ueniendum, & si allegauerit iustum impedimentum,dabitur alius mensis: tamen remanebunt excommunicati,donec probent impedimentum: ut 4.q.5. quisquis. & etiam tertius mensis dabitur ex causa, si iudici expediens uideatur: ut 5.q.3. si aegrotans. Caeterum si sunt ualde remoti,uocabuntur tribus edictis, uel uno pro omnibus peremptorio: ut ff.de iudi.ad peremptorium. & l.sequen.24.q.3.de illicita.C. quomodo & quando iu.l.consentaneum.& l.tres.& quodlibet illorum edictorum debet continere 30. dies tantum: ut C.eod.titu.auth.qui semel.in authen. de litig.§.omnem. sed secundum leges antiquas tantum 10.dies: ut ff.de iudic.per interualla. C.de iud.properandum.§.& si quidem. Aliter autem facta citatio non ualet, nec citatus cogetur respondere si uenerit.5.q.2.uocatio.& §.fi. Vel dic quòd ille canon, praesenti. loquitur in clericis inferioribus accusatis.illa autem c. quisquis. & c. si aegrotans.in episcopis accusatis:ut ibi expressè habetur presbyteris autem & diaconibus accusatis,eaedem dantur induciae.arg.15.q.7.quod autem. Nec mirum si diuersa tempora statuuntur in episcopis & inferioribus.nam aliter agitur cum maioribus, & aliter cum minoribus.ex.de iud.c.nouit.§.sed forsan.& ex.de off.deleg.pastoralis.§.1.Item c.de illicita.non specificat certum numerum dierum:sed determinatur per dictos canones.arg.ff. de le. sed posteriores.auth.uerò, & consequenter loquitur in causis ciuilibus.ideo tamen reprobat hunc in-
1 tellectum.3.q.3.in summa.† Sed nunquid idem iuris est, secundum leges in ciuilibus & criminalibus? Non uidetur: nam in criminalibus debet interponi triduum inter unam citationem & aliam: ut ff.de pu.iu.inter accusatorem.Sed illud antiquatum est: unde dic quòd hodie 30.dies dantur in vtrisque: ut in praedi.auth.& C. de exhib. & intro. reis.l.1.& C. de poenis.si uindicari.& sic sentit Azo,argu.C.de iud.properandum.§.1.& C. quomodo & quando iu.auth.qui semel.Vel dic ut j.de ac
b cu.§.1.ver.qualiter autem.Io.autem de Deo b intelligit prae.c.praesenti.in minimis causis. illud.c.
2 de illicita. † in arduis & criminalibus, in quib. cautius est agendum: non à seueritate iuris recedendum, secundum eum.24.q.4.est iniusta.4.q.2.& q.3.per totum. Sed hoc non placet: quia idem iuris est in ciuilibus & criminalibus: ut iam dixi.
3 † Qualiter in criminalibus fiat citatio, not.j.de ac.§.1.uersi.qualiter.ubi uide quod hic deest. Vo-
c runtamen c quicquid de iure scripsimus: & licet aequum sit quod diximus, generalis tamen ecclesiae, & causarum consuetudo in criminalibus uel
4 ciuilibus, hic non seruat, & bene. † Nam omnes induciae à iure statutae arbitrariae sunt: non quòd iudex eas possit penitus denegare: sed consideratis locorum distantijs & personarum, tempore uiarum, & negotij qualitatibus, potest eas cùm expedire uiderit,moderari uel prorogare: ut probatur ex.de re iudic.quod ad consultationem.ex. de appel.personas.& c.cùm sit Romana.& c.oblatae.3.q.2.si episcopus.& q.3.de inducijs.ff. de iud. nonnunquam.ff.de re iud.l.2.ex.de in integ.resti. tum ex literis.in fin.26.q.vl.tempora. & est casus expressus in hoc articulo.in prae.c. si aegrotans. in fin.ubi dicit,intra spatium duorum uel trium mēsium.uel eo amplius, prout causa dictabit.argum. tamen contra in authen.de leg. §. omnem uerò.
d col.8.per quam l. Accur. d dicit contra,ex eo quod ibi dicitur,non minus,&c.& nisi iustè moderetur potest appellari. & nota quòd omnes termini possunt in una litera poni: ut dicam infrà. §. proxi. uersi.sed quid si tres.

ADDITIO.

a *Septenorum. Super bis & bis binorum.*

b *De Deo. In cauil. parte.2. rubr.de interstî.temporum.*

Tamen.

c Tamen. Secundum Tan. vbi suprà. cuius sunt uerba sequentia. Idem Pileus ubi supra. 2.

d L. Arc. In auth. qui semel. C. quomodo & quando iudex. ibi tamen de consuetudine non. Item tenet contrarium in præ §. omnem. in fin. magna gloss. per præ. l. nũquam. vbi tendit ad idem Iac. de Bel. in præ. §. dicit in dilationibus, quæ dantur ante litis contesta. procedere primum dictum, in his quæ post litem contest. procedere secundum dictum: ut not. de regu. iur. indultum. l. br. 6. quod placet ibi Dyn. Item Iac. de Aret. ut ponit Cyn. C. de dila. l. 1. in fin. contra dictum Iac. de Bel. est quòd not. infra. de dila. §. nunc uideamus. versicu. nunquid ergo. Adde, quòd per Bar. in l. 1. C. de dila. quē communiter ibi sequuntur doctores. Adde tu quòd dilationes omnes regulariter sunt arbitrariæ: & si quid contrarium reperitur, casuale est. Ita Host. in Summa extra de dilatio. §. quis ipsas, & plenè videas per scribentes in cap. cùm sit Romana. extra de appel. per Abba. Sicu. in cap. quod ad consultationem. extra de re iudic. Extinguat. Verbũ est canonis alle. sed melius utebatur uerbis le. huius dicentis, eo quòd perimit disceptationes: & vltra non patitur aduersarium tergiuersari. Quæ uerba bene faciunt ad quæstionem not. in decre. si. de elect. lib. 6. in glo. nunquid. quæ remittit ad decre. cùm in tua. qui ma. accus. poss. & super illum remitto ad quæstionem, secundum quam scripsi super regula, mora. lib. 6. ut si dicamus secundum utranque literam, quòd peremptorium illius decr. extinguat uel perimat ius opponendi post illud. aliàs frustra peremptorium uocaretur, ex quo viam opponendi non præcluderet, & sic nil perimeret: sicut dicitur tugurium, quia tegit: aliàs non esset tugurium. ff. de verb. sign. tugurij. & uerba debent aliquid operari. de priuile. si papa. §. 1. in fin. lib. 6. & ibi concordantia, ne sint inutilia, & frustra membranas occupent. 19. dist. cap. 1. ff. de municip. l. 1. item patet in decre. coram. de restitutio. in integrum. quòd post peremptorium, non admittitur de iure communi: posset tamen de æquitate admitti per beneficium restitutionis: vt ibi. sed ad proponendum crimina uel defectus contra electum, non restitueretur in ecclesia: ut not. infrà, de restitutio. in integrum. §. 2. uersicu. sed pone ecclesia. Facit ff. de mino. auxilium. Item non parens peremptorio, uidetur prætorem uel iudicem contemnere. Et pœna contemnentis est, ut prætor illi suam iurisdictionem deneget. ff. ex quibus cau. ma. sed & si. §. sed & si dum. & quod ibi not. in 1. glo. Facit extra de appell. cùm parati. Item constat quòd etiam ad accusandum, potest terminus per iudicē statui. De hoc uide infrà de dilatio. §. 1. in fin. post quem terminum non auditur accusans. Patet utrunque. ff. de accusatio. l. cum Titia. Sed obiectus illo casu contra electum, habent instar accusationis: ut scripsi de electio. super eo. super 1. gloss. & de pur. ca. c. pen. in gloss. forsan. uer. de except. ergo, ut suprà. Item qui post accusationem inchoatam desistit, non auditur repetens reũ. extra de acc. licet. ff. ad Turp. qui desistit. & C. eo. quamuis. idem qui in principio negat se accusare uelle. ff. de adul. si maritus. §. si negauerit. sed non ueniens intra terminum per iudicem statutum, negare uidetur se velle accusare. C. qui accus. non poss. l. si ea. & facit quod not. ff. de neg. gest. si ego. in fi. pe. glo. non audiatur ergo post terminum. Facit ff. ad Turpil. ab accusa. §. destitisse. maximè in hoc casu, quo obiectus statum & famam hominis deturpant uel infamant: & in his lapsus temporis per iudicem statuti præcludit uiam accusanti. C. de inge. ma. diffamari. Et non solùm in his, sed etiam in illis, qui ius uel interesse propriè concernunt, procedit quod lapsus termini per iudicem præfixi, præcludit uiam agendi. ff. de lega. 2. si tamen quibusdam. & ibi not. de bon. autor iudic. poss. l. 4. Ad contraria inducitur. ff. de optio. leg. l. mancipiorum. & decret. si tibi absenti. de præben. libr. 6. ubi post terminum datum à iudice re integra, licet optare: ut in l. & consentire. ut in decretali. Euasio horum fieri potest: quia in neutro prædictorum dicitur quòd fuerit expressum peremptorium. decre. talis autem finalis de qua loquitur, id exprimit. Vel solue quòd in vtroque casu, qui neglexerat optando uel consentiendo, ueniebat ad ius suum uel sibi debitum. Sed in terminis quæstionis, opponens non ad rem familiarem, sed ad alterius læsionem uel repulsionem intendit. Et hæc sunt ualde disparia. ff. de sepul. uiol. l. sepulcri uiolati. in fi. Secundò inducitur ad contrarium, quod not. in præ. decre. cum in tua. in ultima glossa. Sed illud procedit in matrimonio carnali: in quo etiam sententia non transit in rem iudicatam. de re iudicata. lator. & capitu. consanguinei. non sic in spirituali, ubi transit in rem iudicatam: ut scripsi post Innocentium de dolo & contuma. cùm olim, super uerbo canonicè. antè finem glo. Dici etiam potest ibi non fuisse peremptorium, sed simpliciter bannum. Tertiò dicitur, termino peremptorio certæ personæ assignato, prius dicta procedere; sed secus in generali edicto. Ad hoc respondetur negando per leges, C. de remissio. pigno. si tempore & C. si ut ab hered. abstin. authen. si omnes. ff. ubi pupil. educa-

educi debeat. l. si. ff. ex quibus causis maio. l. ergo sciendum. & ff. ex quibus causis in possess. eatur. l. hac autem. §. primo. & quod ibi nota. Hinc est quod ipsa dec. si. de qua loquimur, æquiparat peremptorium speciale, & generale: ut quod ualet speciale quo ad speciem, ualeat suo casu generale quo ad genus. De hoc de officio ordi. cap. secundo. in secunda glossa. & de his edictis specialibus & generalibus infra, §. sequitur. uersicu. & nota. & uersi. quid si papa. cum uersiculis sequentibus. Quæ prius dixi, procederent in eo, qui post peremptorium se opponeret electo, ne confirmetur: quia repellitur saluo iudicis officio, ut ibi nota. Post confirmationem autem non audiretur prosequens suum interesse: puta contemptum, uel ius quod prætendebat in beneficio, ad quod facta est confirmatio, Audiretur autem agens de nullitate, iuxta ea, quæ scripsi in prædicta regula, mora. in fine, libro sexto.

ADDE, quòd hæc sunt formalia uerba. Oldra. consilio. 3. incipi. cum causa electi. ubi dicit ita per duas char. sententiatum, & à toto collegio ipsorum approbatum.

SVMARIVM.

De peremptorio mittendo.

1 Peremptorium quid dicatur, & an iudex ordinarius delegatus, aut subdelegatus possit peremptoriè citare.

Peremptorium non debet in prima citatione, uel præmaturè mitti.

2 Terminus breuis in peremptorio, quis dicatur.

Peremptorium quoties possit mitti, ad malitiā conuincendam.

3 Peremptorium fit tribus edictis, uel uno pro omnibus peremptorio.

Citatus ter, intelligitur peremptoriè citatus, licet nihil exprimatur de peremptorio.

4 Contumax non debet censeri, qui non est peremptoriè citatus.

Citandus non est ulterius, si constare potest in prima citatione nolle uenire.

5 Absentem citare ad certum & specialem articulum an post peremptorium sit necesse.

6 Appellans an dicatur contumax, si ante sententiæ prolationem recedat, & an iterum debeat ad sententiam uocari.

7 Appellans protestari censetur, de cætero nolle sub eodem iudice litigare.

8 Sententia parte absente lata non ualet, nisi ad hoc terminus peremptorius sit statutus.

9 Iudex debet eum, quem peremptoriè citat, comminari, quòd si non comparuerit, nihilominus procedet in causa, quantum de iure debebit.

10 Termini tres si in una citatione inserantur, an si taliter citatus non ueniat in primo uel secundo uel tertio termino. sit in omnibus expensis pro quolibet termino condemnandus.

11 Terminis pluribus in citatione expressis, si in primo termino reus cōpareat, non actor: an actor priusquā audiatur, expensas restituere debeat.

12 Clausula illa, quantum de iure poterimus, procedemus: in citationibus inserta, an uicem obtineat peremptorij.

13 Actor faciens reū temerè & indebitè uocari, si reum inutiliter uexat, an teneatur ad expēsas.

14 Sententia lata contra citatum, non peremptoriè, an teneat.

15 Sententia partibus non citatis lata, an ualeat, etiam si sit pactum inter partes, quòd iudex ordinarius uel delegatus possit partibus non citatis pronunciare.

16 Citatio prima dicitur conuentionale, secunda monitorium, tertia peremptorium.

Peremptorium, an possit fieri antè litis contestationem.

17 Præpositio à, in citatione cōtenta, quid importet.

VISO De temporum interstitijs, consequens est uidere de peremptorio mittendo. † Scias ergo quòd peremptoriū

1 dicitur, eo quòd causam seu disceptationem extinguat. cap. 24. quæst. 3. de illicita. ff. de iudi. & tertium. quilibet autem iudex ordinarius delegatus, & subdelegatus potest peremptoriè citare. extra de re iudic. cap. cùm Bertholdus in parte decisa. de offic. delega. ex literis. & c. consuluit. Quidam tamen dicunt contra in authen. de litig. §. omnem. de hoc no. in prædicto cap. de illicita. & ff. de iudic. & post. Item peremptorium mitti non debet in prima citatione uel præmaturè: ut C. quomodo & quando iudex. & l. consentaneum. & authen. qui semel: nisi ex causa necessaria: tunc sic. ff. de re iudic. contumacia. puta propter distantiam uiarum, uel si res celeritatem desiderret. ff. eodem. l. 2. ff. de iudic. nonnunquam. extra de in integ. resti. Cùm ex literis. in fin. de dolo & contuma. cùm dilecti. in princip. & cap. fin. & capitu. cùm olim. 24. quæstio. 3. de illicita. imò debet primò & secundò citari, siue duobus edictis per interualla. 30. dierum ut suprà. §. proxi. & in constitut. Greg. 10. de sentent. exc. constitutione, in

2 fin. ² & postmodum peruenitur ad peremptorium: ut in præ. cap. de illicita. ff. de iudic. ad peremptorium. & l. sequen. Sed opponitur: nam in omnibus formis sequentibus, unicus tantum assignatur terminus peremptorius: & minus spatium quàm 30. dierum continet dilatio, ibi est data.

est data. Respondeo hoc fieri potest ex causa, ut dixi: & sic generalis consuetudo servat. Nec ob. præ. decre. de dila. ubi dicitur quod ad hoc potest appellari: quia ibi iudex grauauerat in duobus, scilicet in dando peremptorium & dando nimis tempus breue: quod fieri non debet, ut ibi dicitur. Debet ergo iudex in citatione causam exprimere: quare maturat peremptorium: ne pars causam habeat appellandi: ut in præ. c. cum ex literis. in
2 fin. † Quis autem terminus dicatur breuis, hoc relinquitur arbitrio iudicantis, considerata locorum distantia, & qualitate personarum: & causa. ff. de uerbo. obligat. continuus, & dixi. e. §. proxi. & est cautela quòd super hoc iudex interloquatur, scilicet quòd iusta est causa: ut no. secundum papam eã. de accu. ad petitionem. sed si malè arbitretur, poterit appellari. Item peremptorium potest bis mitti, ter & quater ad malitiam conuincendam: uel de gratia si iudici expedire uidetur: non tamẽ cogitur. ex. de do. & contum. prout. & ca. cùm olim. ff. de iudi. l. 2. & l. nonnunquam. ex. de offic. delega. consuluit, & quod dicitur in l. & post. debet exponi, id est, potest. [b] † Fit ergo peremptoriũ
b
3 tribus edictis, uel uno pro omnibus peremptorio: ut in præ. c. de illicita. & C. quomodo & quando iudex, consentaneum. sed & citatus ter, licet non exprimatur aliquid de peremptorio, tamen intelligitur peremptoriè citatus. C. eodem. tres denuũ citationes. & contumax est, nisi ueniat. argumen. extra, de consang. & affi. ex literis. de rescriptis.
c olim. & hoc probat [c] præ. ca. de illicita. dum dicit alternatiuè, uel uno, &c. Sufficit ergo alterum, uidelicet uel trina citatio uel unum peremptorium, argumentum extra, de rescriptis inter cæteras. cũ suis similibus. & hoc probat. l. tres & hæc est ueritas, quicquid quidam somnient. [d] † Dicunt etiã
d
4 quidam [e] quòd nisi quis sit peremptoriè citatus
e non debet censeri contumax. quod intelligunt uerum esse ante litis ingressum. argum. in præ. cap. de illicita. & extra. de officio delegato, consu-
f luit. [f] post ingressum uerò litis quilibet terminus intelligitur peremptorius: ut in eadem decret. consuluit. ubi si quis contumax est, potest contra eum sine citatione procedi. quod dic
g secundum papam, ut not. extra, de accusatio. ad petitionem. Item si constare potest [g] in prima citatione citatum nolle uenire, non est ulterius citandus. ff. de re iudi. contu. ff. de uerb. obl. continuus. §. cùm ita. in fin. §. & not. ex. de officio delega. consuluit. & in præ. l. tres. & de hoc secundum papam, & in præ. c. ad petitionẽ. infrà, uer. quid si quis. Item licet in die peremptorij iudex possit, si uelit procedere ad id, super quo absens citatus erat, nulla alia citatione uel expectatione facta: tamen æquitate suadente, debet diem alteram expectare, & iterum citare, si eius iurisdictio
h durat. quæ æquitas seruatur [h] ex. de dolo & contuma. cùm dilecti. uer. expectantibus. 45. di. licet plerunque. & in præ. c. consuluit. & in præ. l. & post. & iam dicam. Si uerò expiret, expectet usque in horam congruam, ita quòd ante noctis tene-
i bras, possit perficere quod incumbit: [i] ut ibi. Dominus autem meus notat in Summa in titulo de contumacia. quòd post peremptorium, absentem citare non tenetur: ut in præ. c. consuluit. Tu dic quòd si citatus ad certum & specialem articu-
5 lum. † Puta ad uidendum iurare testes, & huiusmodi, non uenit: nihilominus ad publicationem attestationum & ad sententiam, & ad alios articulos est citandus iterum: ut ex. de test. cum olim. in fi. arg. C. quomodo & quando iudex. ea, quæ. & arg. in præ. c. consuluit. ibi perficere quod incumbit. & de re iudi. cùm olim. Secus secundum quosdam, si non fuerit citatus ad certum articulum: sed generaliter ad procedendũ in causa, uel etiam ad certum articulum, & generaliter ad procedendum. Nam tunc ad omnia & etiam ad sententiam potest procedi semel contumace amplius non citato. C. de iudi. properandum. ex. de dolo & contumacia. c. fina. dum tamen iudex fuerit in peremptorium comminatus, se cogniturum & pronunciaturum. Et sic intelligi potest quod no. infrà, de sen. §. iuxta. uersi. est etiam nulla. & sequenti. & ff. de iud. in peremptorio. & l. post edictum. De
6 hoc secundum papã in præd. c. consuluit. † Quid si quis recessit appellans? Dicunt quidam nihilominus ipsum ad sententiam uocandum: & quod aliter, lata sententia non tenebit: cùm non sit contumax in audienda sententia: quia ad hoc uocatus non fuit, licet fuerit in aliquo articulo contumax, quando recessit appellatus. argumento in prædicta l. ea, quæ. & sic intelligunt ex. de accu. ad petitionem. Aut enim causa appellationis est iusta & uera: & sic non ualet quod fit per iudicem: tum quia appellatus non fuit contumax, contra quem sententia fertur: tum quia fertur post legitimam appellationem. Aut est illegitima & falsa: & tunc aut defert appellationi, quo casu ulte-
k rius procedere nõ potest. ex. de app. cordi. [k] Aut non defert: & sic non est reuocata causa ad superiorem. imò apud eum, à quo malè appellatum est, remanet procedendi potestas. Debet ergo procedere iustè: non autem procedit iustè, si procedit ad sententiã uel aliquẽ articulum sine nouatione, licet in alio articulo primò fuerit contumax, ut prædixi. Appellatio enim sua mala, non plus fecit, nisi quia fecit eum contumacem, ut iam dictum est. Et hoc obtinet in appellationibus iudicialibus, & etiã in extraiudicialibus. Alij dicunt quòd appellans in nullo uocandus est ulterius, nisi sponte renunciet appellationi. arg. 2. q. 6. si quis
7 libellos. † Appellando enim uidetur protestari, quòd de cætero non uult litigare sub eo. & in incertis, non est locus coniecturis. e. uer. item quòd si constare. Secus autem est in contumace: licet enim sit in uno articulo contumax, non tamen protestatur quòd in alijs uelit contumax esse: maximè quia non dicit se uelle effugere suam iurisdictionem: licet peccet contumax existendo. Itẽ appellans defendit suam contumaciam, dicens quòd non est in contumacia: sed se iustè facere. Contumax autem, qui non appellat, non defendit suam contumaciam de iure: & ideo minus puniendus est: ut not. Papa ex. de cle. excom. c. latores. &
l in prædic. c. ad petitionem. [l] † Aliàs autem regu-
8 lare est, quòd non ualet sententia parte absente lata, nisi ad hoc terminus peremptorius sit statutus. ff. quæ sen. sine ap. re. l. 1. §. itẽ cùm ex edicto. etiam

etiam si contumax fuerit in processu : ut s. uersi.
item licet. Nec sufficit quem citari ad sententiam,
m nisi dicatur, peremptoriè, secundum quosdam. m
Alij contra, arg. in præ. l. ea, quæ. & eo. tit. auth.
qui semel. in præ. l. ad peremptorium. & l. seq. C.
ubi in rem ac. l. 2. ff. de requi. re. l. 1. & j. uer. quid
si lata. tres tamen denunciationes sufficiunt, licet
de peremptorio nil dicatur : ut s. Et adde hic quod
no. in præ. §. iuxta. uer. quid ergo. & uer. item etiā
n non tenet. n & j. de dil. §. uidendum. uer. termini.
Quid si in sententia dicitur, aliquem fuisse citatum
uel præsentem? De hoc j. de sent. §. ut autem.
9 uer. & not. quod secundum. † Item iudex debet
cùm peremptoriè citat, comminari quòd si non
comparuerit is, qui citatur, procedet in causa,
quantum de iure poterit, & debebit: licet hæc cō-
o minatio non sit de substantia, citationis. o ff. de
iud. l. in peremptorio. ex. de in. integ. resti. tum
ex literis. in fi. ex. de do. & contu. cùm dilecti. circa
prin. de ma. & obe. humilis. & mittitur sub præmis
sa conditione : ut C. li. 12. de corporali. si appari-
tor. j. uer. sed quæritur. Item dicunt quidam ut
p Accur. p quòd peremptorium debet tantùm spa-
tium continere, quantum si quodlibet edictum
per se proponeretur: ut in præ. auth. qui semel. ubi
de hoc, & in decr. Greg. 10. de sen. excom. consti-
q tutione. q Ego relinquo hoc iudicis arbitrio, ut
dixi s. eo. §. proxi. Item licet pars sit tertiò citan
da, ut dixi: tamen si non uenerit in prima citatio-
ne, punitur in sumptibus litis : & etiam si uenerit
in secunda uel tertia. De hoc j. de expen. §. iuxta.
10 uer. sed quæritur quando. † Sed quid si tres ter-
mini, in una citatione insertantur : ut patet exem-
plum j. §. iam de citatione. uer. sed præmisis. nun
quid si non uenit in proximo uel secundo uel ter
tio termino, est in omnibus expensis pro quoli-
bet termino condemnandus? Videtur quòd non.
r Et hoc tenet Vber. r quia in primo & secundo ui-
detur in autoritate iudicis remanere. nam cùm il-
la aut illa res promittitur, rei est electio. ff. de iure
do. l. plerunque. §. fi. & arg. ad hoc ex. de rest. in in
teg. ex literis. & de do. & contu. c. 1. & c. cùm di-
lecti. in fi. Tu dic contra, arg. C. de iudi. sancimus
ex. de appella. reprehensibilis. §. sin autem & ex.
s de procu. c. 2. s Nec obstat l. plerunque. quæ. lo-
quitur cùm duo sub alternatione debentur : ubi
soluendo quod uoluerit, liberatur : ut ibi : & ex.
de plus peti. c. unico. Hic autem mandat iudex
sub copulatiua coniunctione : & ad ueritatem
copulatiuæ, oportet utraque partem eius esse ue-
ram, ut not. ex. de rescrip. inter cæteras. unde nisi
uenerit ad omnes terminos, debet condemnari,
cum uenerit, pro omnibus : quia dolo non caret,
qui magistratui non obedit. ff. de re iudic. non
potest. & quia semper interest actoris, eum in
quolibet termino non uenisse, ex quo ipse in quo-
libet uenit, & facit quod no. j. de contuma. §.
11 nunc. dicamus. uer. sed pone. † Quid si in primo
termino reus comparuit, sed non actor : nunquid
actor. restituet expensas prius quàm audiatur?
Dic quòd sic, ex. de dolo & cōtu. actor. lib. 6. Nam
t in alternatiuis, citati t est electio : ut in præ. l. ple-
runque. & C. de condi. inde. si quis. Quid si in pri-
u mo & secundo u reus comparuit, non tamen in

tertio, in quo actor comparuit : nunquid poterit
fieri missio in possessionem? Videtur quod non,
propter alternatiuam, ut s. & ff. de contrahen.
emp. & uen. si in emptione. l. pe. ff. de eo quod cer.
lo. l. non utique. in prin. argumen. contra : quia
ultima mora nocet. ff. de arbi. Celsus & §. idem
x air. ff. de peri. & com. rei uen. illud. & hoc placet x
& uide j. tit. proxi. §. nunc. dicamus. uer. sed pone
12 iudex & sequen. † Sed quæritur an clausula illa,
quantum de iure poterimus, procedemus : de qua
habes ex. de rescrip. c. causam quæ. uicē obtineat
peremptorij? Et uidetur quòd sic, argumen. ex. de
in integ. resti. tum ex literis. in fin. & de do. & con
tum. cum. dilecti. Sed dic contra. imò huiusmodi
comminationes post peremptorium fieri consue-
13 uerunt : ut s. uersi. item iudex. † Quid y si aliqua
y istarum trium dilationum, in diem incidit feria-
tam: & uocatus, illa die dilationis feriata se præ-
sentet, nunquid uidetur iudici paruisse, ut etiam
uideatur alias dilationes consumpsisse? Videtur
quòd sic, argum. præ. l. plerunque. §. si res. ff. de
uerbo. obligat. ubi autem non apparet. §. qui il-
lud. ff. de eo, quod certo loco. l. 3. §. qui. Stichum.
C. de Institu. & substitu. sub conditio. fac. l. fin. &
l. generaliter. ff. de solutio. qui certa die. ff. de uer
bo. obligat. l. continuus. §. cùm ita. imò uidetur
quòd possit consequi expensas ab actore, qui eum
fecit tali die uocari temerè. ff. de iudic. eum, quē
temerè. C. de episcop. & cler. omnes, qui. §. sane.
quanquam uocatus uenire in iudicium, non coge-
retur: ut ff. si quis in ius uoca. non ierit. l. 3. in fi.
ff. de fer. l. 1. nec poterit ea die, qua iudici se præ-
sentauerit, alius terminus assignari, uel aliquid
fieri uel quicquam sibi præcipi. C. de fer. l. fi. Vnde
uidetur, quòd actor & iudex sunt elusi, & quòd sit
iterum citatio facienda arg. contra. ff. de opt. leg.
l. 2. §. data igitur. & ff. qui satisda. cogan. l. quo-
z ties. z per quæ iura probatur, quòd non sunt aliæ
a dilationes consumptæ. Et hoc puto. a quod dic ut
suprà. §. 1. uer. item excipitur quòd citatio fit.
14 † Quid si lata est sententia contra citatum non
peremptoriè: Videtur quòd non tenet: ut arg. 24.
q. 4. de illicita. uersic. de conuentione. ubi de hoc.
C. quomodo & quando iudex. ea, quæ. 6. q. 4. eorū.
ex. de constitutio. ecclesia. in fine. argumentum
b contra. C. eo. b cessante. sed ibi constabat citatum
nolle uenire. De hoc in prædicta l. tres. & suprà.
c uersi. item licet. post aliàs autem. c & se. secundum
15 papam ex. de accusatio. ad petitionem. † Sed po-
ne quòd partes faciant adinuicem pactum, quòd
iudex ordinarius uel delegatus possit pronuncia-
re partibus non citatis. Et uidetur quòd non ualet
sententia partibus non citatis lata. arg. C. de sent.
& inter. om. iud. prolatam. 2. q. 6. §. diffinitiua. ff.
de re iudi. de unoquoque. Dicunt quidam quòd
ualet: quia hoc pactum ualet in arbitrijs, quæ sunt
redacta ad instar iudiciorum. ff. eo. l. 1. & probatur
C. de tempo. ap. l. fi. in fine. & ff. de fer. l. 1. uide in-
frà de senten. excom. §. iuxta. uersi. quid si de par-
16 tium. † Et no. d quòd prima citatio uocatur con
d uentionale: quia in ea dicitur, uenias tali die co-
ram tali. Secunda dicitur monitorium, quia iu-
dex dicit, uade, mone eum quòd ueniat. Tertia,
peremptoriū : quia dicitur quòd nisi uenerit, pro-
cedet

cedet condemnando uel absoluendo:ut 7. Sed nunquid peremptorium potest fieri ante litem contestatam? Et uidetur quòd non, quia non uidetur quòd fiat, nisi pro diffinitiua sententia, quæ non fertur nisi lite contestata. ex. ut lit. non contesta. per totum. nisi in casibus: ut eo. tit. quoniam. & not. C. de his, qui ad ec. confu. l. fina. §. itaque. Dic contra, ut ex. de dila. c. 1. & in præd. c. de illicita. C. quomodo & quando iu. consentaneum. ibi: etiā si lis cœpta. & auth. qui semel. ex. de in integ. resti-
17 tu. tum ex literis in fin. † Item nota e quòd si ci-
e tatio fit sic: Mandamus, quatenus post hanc citationem, uel harum præsentationem seu receptionem, die 20. compareas coram nobis usque ad 20. diem, uel 20. die à receptione præsentium: dies receptionis literarum, in hoc numero non computatur. ar. ex. de app. super eo. 2. in fi. f cum suis
f concor. ff. de uerb. signifi. l. anniculus. & 2. q. 6. biduum. uersi. sed aduersus. ex. de except. pia. §. si quis igitur. 35. q. 3. progeniem. & de resti. spo. frequens. §. sed si in ciuilibus. Nam tunc hæc præpositio, à, tenetur, primatiuè: ut scilicet dies receptionis non includatur: g uerum ubi dies certus
g assignatur, ut cùm dicitur, post Epiphaniam compareas tali die, tunc non attenditur dies citationis, sed terminus assignatus. Et iunges quod no. J. de dila. §. 1. uers. sed pone iudex. & de appella. §. restat. uersicu. sed nunquid dies. Vltimò not. quòd ubi quis de contumacia uel culpa notatus est, non est necesse quòd peremptorium perueniat ad eum: ut expressè patet ex. de excess. præla. c. ex literis. ibi: perquisitus non potuit, &c. cum
h concor. ibi secundum papam positis. h

ADDITIO.

a In fin. Lib. 6.
b Potest. Vt ibi no.
c Probat. Secundum Aegid. rub. 94. Adde, ut per Bar. in l. si finita § Iulianus. ff. de dam. infecto.
d Somnient. Puto hoc dictum propter illos, qui dicunt peremptorium ante litem contestatam mitti non posse: dicentes illud proponi propter diffinitiuam, quæ regulariter ante contestationem fieri non potest. Iac. Bald. ubi supra dicit Azo. & communiter omnes tenere contrarium. & sic Ioannes de Deo, de primo decret. 2. colum. per l. consentaneum. C, quomodo & quando iudex & authenti. qui semel. quæ expressè dicit, etiam si lis cœpta non sit: secundum hoc intendit autor quòd etiam in princip. litis hoc sufficiat: aliàs non uideo quare somniantes expressissent & uide infrà uer. sed nunquid.
e Quidam. Aegi. Rubri. 94.
f Consuluit. Vbi de hoc dixi in prin. & in fine. Et hoc omnino uide infra, de dila. §. nondum in prin. Adde, ut per Bar. & nouissimè in l. si finita §. Iulianus. ff. de dam. infec. uer. quare dixi.
g Potest. Ad intellectum huius uer. & sequentium omnino uide quod plenè dicam infra tit. infra. §. 1. super uersi. & not. per totum. & maximè in 6. & 7. quæstio. & infra, uer. proxi.
Adde, ut per Bar. in d. l. consentaneum, & in apostilla ibi per Alex. & in l. si finita. §. Iulianus ff. de dam. infecto.
h Seruatur. Dicebat Aegid ubicunque, à quolibet probo uiro, hac rubri. 96.
i Incumbit. Super illo uerbo posui dictum Innoc. quod statim sequitur, cum determinatione Host. quæ est ibi duntamen. Et post eos etiam de hoc scripsi de procur. auditis. super uerbo, conclusum. & hoc etiam scripsi de dolo & contu. eum qui. lib. 6. super glo. uidebatur. Sed hoc simpliciter intellectum, nimis sonat in absurdum. Summa enim esset iniquitas, si iudices sic citando ut sequitur, possent ex una contumacia tantum partibus ferre dispendium ut principale simul cum app. remedio periret eisdem. secundum hoc enim contumacia in non ueniendo, quæ faceret ualere sententiā, pariter tolleret illis beneficium appellandi. Procedant igitur quæ sequuntur in casu decre. si statim allegata. ubi iudicium est in loco remoto à diœcesi citati, puta curia. sicut ibi fit citatio hominis ut ibi. uel in. & in c. 1. & c. cupientes. de elect. lib. 6. de offi. or. quamuis. eo. lib. uel quæ bene facit ibi: ut præsentibus partibus, &c. tunc enim quia difficilimū esset citationes pro singulis actibus ad partes mitti: locus erit opinioni prædictæ, ut ad examinationem causæ, & diffinitionem procedatur ipsius. Si autem uenit pars uel procurator, ad singulos actus citabitur, etiam si in uno fuerit contumax: ut suprà. Idem in legato quo ad prouincias sibi commissas. Idem in Archiepiscopo, quo ad causas extra, diœcesim suam sibi delatas per appellationem, uel aliter. & idem in Præsidibus prouinciarum, de quorum prouinciis molestum habet princeps, si causæ principales uel appellationum deferantur ad ipsum priusquam ad libellos. in authentica de mandatis prin. §. sit tibi. uersi. si uerò. ff de appellationi. Imperatores. His enim casibus citati ad totam causam debent esse præsto parati ad prosecutionem ipsius causæ: aliàs si est causa, quæ diffiniri non possit lite non contestata, etiam ipsius diffinitio fieri poterit. Secundum hæc potest intelligi. l. properandum & hic bene conueniunt quæ scripsi in decret. auditis. Vbi autem dominus uel principalis uenit ad causam, uel est lis in domicilio rei: absurdissimum esset dicere quòd citatus ad uidendum iurare testes, uel ad ipsorum aperturam, uel aliquid simile, licet uenire contempserit,

Pedaneus uel delegatus à iudice, an per seipsos possunt citare.

14 *Citatio ad actoris instantiam est facienda.*

15 *Citatum se non fuisse, quis dicere non potest, ubi citatio publicè & solenniter est facta, etiam absque nuncio: licet etiam citatio ad eum non peruenerit.*

16 *Citatio alicuius domi uel familiæ facta, an sit sufficiens, si non uenit ad illius notitiam.*

17 *Nuncius ad citandum missus, an reo inuito possit domum eius intrare causa eum in ius uocandi.*

18 *Iudex an possit his, qui non sunt sub eius iurisdictione, uel extra locum, ubi ius est, aut res agitur, præcipere.*

19 *Notoriè contumax, an & quomodo sit citandus.*

20 *Citatio, in qua non præfigitur terminus, seu dies certa, an sit sufficiens: & an sic citatus debeat comparere.*

21 *Præcisè & simpliciter citari nemo debet, sed sub forma & modo.*

22 *Opponentes se post datam literarum, uel qui de nouo se opponere uolunt, an per tales literas possint citari.*

23 *Præses confusum, præsentis non tenet usum.*

24 *Superiori, ad quem causa remissa est, citanti appellantem in causa principali, non facta mentione de appellatione sufficit mittere excusatorem.*

SEQVITVR videre, qualiter sit citatio facienda. Ad cuius rei euidentiam notandum est quòd citatio fit quandoque per uiuam uocem: de quo prius uidebimus. & quandoque per literas. Per uiuam uocem pluribus modis. Nam quando iudex ore proprio citat, si citandum inuenit & ualet, & arctat citatio talis, si
a legitimè fiat [a]. Nam assignando partibus terminum ad comparendum uel procedundum, citare intelligitur. argum. infrà, eod. uersic. & not. secun-
1 dum Vbert. † Quandoque per notarium seu tabellionem. argumen. 23. quæstione quinta circuncelliones. in princip. sicut sæpe faciunt auditores palatij domini papæ. Nam si hoc potest per nuncium, ut iam dicetur, multò fortius per istum, qui est publica persona & iurata: unde pro eo præsumitur. extra. de præscript. ad audientiam. de præsumptio. illud. & prima quæstione septima sancimus. & ipse idem poterit scribere se Titium tali die, ad talem horam citasse. argumen. ff. de adopt. si patre. §. 1. & l. si consul. & l. sequen. & in au
2 thenti. de tabel. §. si præter hoc fiat. † Quandoque citatio fit per partem, ut sæpe facimus, dicentes actori uel reo, dic aduersario tuo ut compareat tali hora, & tu etiam tunc compareas. Sed hoc po-
b tius retorqueretur ad factum [b], quàm ad ius. Non enim quis tenetur credere suo aduersario. unde in Ecclesiastico, cap. secundo. Non credas inimico tuo in æternum. Sicut enim atramentum erugi nat nequitiam illius. & arg. ex. ut lit. non contesta. accedens. 2. extra, de in integ. rest. ex literis. & de proba. ex literis. Nam aduersarij & inimici, facilè mentiuntur. ff. de quæst. l. 1. §. præterea. & in authen. de testi. §. si uerò odiosas. nec debet quis nimis esse credulus: ut ff. quod cum falso tuto. authen. l. secunda. ff. de eo per quē fac. l. prima, §. primo. 86. distinct. si qui uerò. ex. de simo. licet. uersic. nam iusta. 16. quæstio. 2. uisis. circa si 50. dis. si quis præpostera. arg. contra. quòd tenetur uenire, quicunque sibi denũciauerit, & ei credere: nam à quo denunciatum sit, Senatus non exigit: ut ff. de peti. hæred. Item ueniunt. §. petitam. Ad idem. C. de rei uend. l. si fundum. ff. de his, quæ in frau. cre. ait prætor. §. si quis particeps. Et hoc dicimur scire, quod ab alijs audiuimus: ut 22. quæstione 5. hoc uidetur. prope princip. Debet ergo quis credere cuilibet citanti uel denuncianti, argumen. 22. quæst. 4. innocens. ex. de cleri. excom. illud. de coniu. ser. proposuit. maximè ubi citatio uel denunciatio cõcurrit cum ueritate: ut ff. de peti. hæred. cùm quidam. & in dubio tenetur quis uenire ad iudicium: ut ff. de iud. si quis ex aliena. & ex. de appel. cum parati. sed primum uerius. Et sunt hæc in argu-
3 men. † quòd non tenetur quis credere alicui, dicenti se contra eum ad sedem apostolicam appellasse: nisi instrumentum appellationis osten-
4 datur appellato: † cum appellatio uim citationis habeat: ut ex. de appel. sæpe. de electio. statuimus. nec etiam pluribus hoc dicentibus, quia sæpe talia falsò contingunt. ff. de eo, per quem fac. est. l. 1. ff. de custo. & exhi. re. diuus. ff. de acqui. hære. l. fin. ex. de in integ. rest. ex literis. & uide infrà, in tit.
c de appel. §. qualiter autem. uersic. cautus etiam [c]. Fit quoque citatiò quandoque per præconem. & hoc sufficit ad citandum reum: ut C. ubi de cri. agi opor. auth. qua in prouincia. C. de fer. l. fin. non tamen sufficit ad citandum actorem: imò specialiter est ad eum nuncius mittendus: ut in auth. col. 8. de litig. §. omnem uerò. Sed contra, quia non debet actori licere, quod reo non licet. ff. de reg. iur. l. non debet. ex. de mutuis pet. cap. 2. Sed hoc ideo est, quia reus frequenter citatur per nuncium, unde ad conuincendam eius malitiam, sufficit citatio per præconem. actor autem rarò citatur, sed per alium facit citari: ideoque per nuncium, &
5 non per præconem citandus est. † Quandoque fit per edicta: ut infrà, uer. & no. Quandoque per nuncium: ut ex. de offi. dele. prudentiam. respon. 1. ex. de app. cum parati. ff. de re. eorum, qui sub tut. uel cu. sunt. l. mag. §. illud. uersic. ne tamen. In quibusdã enim locis, quidam nuncij cum insulis rubeis, uel baculis depictis, uel alio signo deputantur ad citandum. Et hi quandoque uocantur missi. ex. de immu. eccle. c. 1. Quandoque nuncij: ut in prædictis concordan. Quandoque officiales. 4. q. 4. §. aliquando. in prin. C. de accusa. ea quidem. Quandoque notarij. 23. q. 5. circuncelliones. in princ. Quandoque apparitores. ex. de homi. tui. prope fin. & C. lib. 12. in multis ti. de apparitoribus. Quandoque execu-

tores: ut C.de sportu.l.secunda,& ibi dicitur quòd
tales possunt pro iudicis uoluntate remoueri.
Quandoque portarij: ex̃.de priuil.cùm olim pro-
d pter. Quandoque Cæsariani siut catholicani [d]. C.
e de bo.proscrip.l.pe. in fi. [e] Quandoque ministri.
f 33. quæstione 5. si homicidæ. & c. cum ministri [f].
De istorum officio & potestate uide suprà, de exe-
6 cutore. † Et dicit Vber. de Bonacur. [g] quod per
g unum nuncium potest iudex citare in minoribus
causis: in maioribus autem consuluit quòd fiat
per duos. C.de appel.in offerendis.4. quæstione 3.
uersicu.ubi numerus.ex̃.de test.in omni.Sed nun-
quid credetur soli nuncio, uel officiali seu exe-
cutori dicenti se citasse aliquem, etiam in magno
negotio,ad hoc ut ille teneatur uenire, uel repu-
h tetur contumax, nisi uenerit [h]? Et uidetur quòd
sic: ut in præ.l.mag.§.illud potest.& C. lib. 10. de
exactoribus. apparitores. & in præ.c. cum parati.
& c. prudentiam.& 65.distinct. si fortè. in fin. ex̃.
de testi.co.cap.1.Nam ante hoc sunt inuenti & iu-
rati, nec præsumitur quòd deierent. 1. quæstio. 7.
sancimus. Alioquin si eis non crederetur, quæ es-
set eorum utilitas: si semper cogerentur secum ha
bere testes, quos etiam semper non possunt habe-
re, nec eos cogere adesse: argum. C. de fide instr.
iudices.& facit ad hoc ff.de off.præfe.urbi.l.1.§.cu
ra carnis.argum.contra.ex̃.de offic. deleg.cùm in
iure.C.de man.princ.l.unica.ex̃.de rescriptis. cum
continget. quia uox unius nec iustificat, nec con-
demnat. 23. quæstione secunda admonere. uersus
princip. ex̃. de testib. licet ex quadam. Nam nec
in talibus iudici uel arbitro creditur. C. de arbitr.
ne in arbitris.§.penultimo. in authenti. de hære-
di.& fal.§. si uerò absunt. collat. prima. extra, de
probatio.quoniam contra. Et talibus officialibus,
etiam iuratis, non creditur,nisi eorum assertio a-
lio adminiculo fulciatur.C.lib.11. de bo. uacan.l.
fin.C.lib.12. decurio. l. prima puta si habeant lite-
ras.C.lib.10.de iur.fis.prohibitum. imò contra ta-
les præsumitur.de pœnis ne diu. Solutio. Dicunt
quidam simpliciter, quòd nuncio publico iurato
habenti insulam uel baculum, creditur in citatio-
nibus: ut in primis concordant. & sic ubique ser-
uatur. In denunciando autem crimina, eis non
creditur: ut in contrarijs, nisi essent notoria, quæ
denunciant. C. de accusa. ea, quæ. 4. quæstione 4.
aliquando.C. de custod.re.l. secunda.ff. ad Turpil.
ab accusatione. §. nunciatores. Sunt enim qui-
dam officiales deputati ad crimina denuncianda
iudicibus: ut in prædic.cap. circuncelliones, uer-
sus principium. sicut & alias sunt testes synodales,
qui deferunt crimina episcopis. 35. quæstione 6.
episcopus. extra, de testib. cog. præterea. & uide
infrà de accus. §.primo uersic. hoc autem scias.E-
go dico quòd nuncio publico non creditur, nisi a-
lias constet legitimus documentis, sicut nec iudi-
ci.ex̃.de probatio.quoniam contra. ff. de custo. &
exhi.reo.l.diuus.in fin. ueruntamen propter suum
officium publicum, & propter præmissas ratio-
nes,statur eius dicto, & pro eo præsumitur: ut sal
tem id negans, cogatur iurare se non fuisse cita-
tum.argum.extra,de in integ.restit. ex literis. ex-
trà de rescript. ad audientiam.de præsumpt. illud.
in fi.& hoc concordat. Ioan. Vinc. Si uero non est

publicus, non est ei credendum. argumen. tamen
contra ex̃.de dolo.& contum.cùm dilecti, uersicu-
lo scribebat. sed ille erat cursor domini papæ, seu
nuncius: & consulo quòd si non potest haberi nun
cius publicus & iuratus,mittantur duo, quia in o-
re duorum stat omne uerbum. secunda q.4. §. 1.
ex̃.de testib.in omni.ff.de testib.ubi extra.de pro-
i batio. quoniam. [i] † Vtrum autem citatus teneatur
7 credere nuncio citanti: dubitatur. Super quo di-
k stingue [k] an mittatur ab ordinario, ut tunc cita-
tus sibi credere tenteatur. Si à delegato mittatur,
non tenetur credere ei, secundum B. quantum-
cunque sit certus & fidelis, sine literis citationis
seu commissionis.argumen.in præd. c. prudentiã.
in princ. ubi: literatoriæ, &c. Et potest esse ratio.
Delegatus in citatione, debet tenorem commis-
sionis inserere: ut reus possit instrui & delibera-
re,quid debeant in termino respondere. ex̃. de di-
la.præterea.7.q.secunda cap. primo, ex̃. de confir.
uti.uel inuti.c.pen.de offi.deleg.cum in iure.& ne
agnoscat citantem,& eius iurisdictionem. & ex̃.de
offi.deleg.cum in iure. Quomodo ergo posset hoc
fieri,si dele.per nuncium citaret. de quo dic ut in-
frà,uer.& not.secundum Vbert.Nam & si causa sit
criminalis,inserenda sunt crimina in literis, super
quibus quis est accusatus.5.q.2.si primates, ex̃.de
accu.qualiter.2.§.debet ergo. præterea magis cer-
ta & firma est iurisdictio ordinaria, quàm delega-
ta. & magis astringitur subditus. argumen. ex̃. de
appel.ad hoc.de rescri.ad hæc.de offic.ordin. signi
ficauit.& quia de facili potest adiri:ut infrà,de pro
ba uidendum.uer.quid de auditoribus. Non ergo
debet citare delegatus per nuncium, præsertim in
primo citatorio. Vel subdistingue in delegato:
quia aut citas per certum & notum nuncium: &
tunc debet ei credi. Aut per ignotum: & tunc nõ.
argum.ex̃.de appel.cum parati. ibi: suus nuncius,
&c. & in prædict.cap.prudentiam. ibi: per certum
nuncium,&c.97.distinct. nobilissimus. & in præd.
l.magis. C. de summa Trin. liquet. §. fina. Et hoc
l uidetur sentire Gof. [l] † Certus autem intelligi-
8 tur, quando est certæ & probatæ fidei: ut in præ-
dict.cap.nobilissimus. & 94. distinct. ualde. & qui
ad hæc & ad alia, quæ in negotio occurrent, est à
delegatis communiter constitutus: & do quo non
dubitant iudices: nam si dubitetur de hoc, est ei
fides facienda.ex̃.de rescript. sciscitatus.& cap.in-
ter cæteras.ff.rem ra. hab.ne satisdatio. Si autem
dubitant, tunc non creditur sine literis: tutum
est ergo, secundum quod not. Innoc. quòd iudi-
ces proprium mittant nuncium, & illi creditur.
argumen.in præ.c.cum parati.Sed certè salua eius
reuerentia, non sufficit quòd constet eis tantum:
imò & partibus debet de hoc constare, saltem po-
stea.argumen.in præ decret. cum in iure. Vnde ut
m omnis dubietas amputetur, [m] iudex quilibet, &
maximè delegatus, præsente & actore & tabellio-
ne, uel duabus personis idoneis, ut ex̃. de proba-
tionib. quoniam contra. C. qui pot. in pigno. ha.
scripturas. in fin. Iniungat nuncio, quòd ipse ta-
lem reum ex parte sua citet, & quòd præcipiat si-
bi, quòd tali die & loco peremptoriè compareat
per se uel per procuratorem legitimum, ad omnia
sufficienter instructum coram eo responsurus de
iure

iure tali, in tali causa, quam contra eum mouet seu mouere intendit, quòd si venire vel mittere contempserit, & ipse iudex contra eum procedet, quantum de iure poterit & debebit, & hoc incontinenti scribatur in actis. Debet enim præmisso modo, iudex comminari cùm peremptoriè citat: ut suprà, §. uiso. Quis autem iudex possit citationis actum committere? dixi supra, de iudic. deleg. §. iam nunc. & si necesse fuerit, de hoc instrumentum publicum sub hac forma conficiatur.

8 FORMA. † In nomine, &c. in præsentia mei notarij infrà scripti, & testium subscriptorum talis in causa, quæ uertitur inter talem & talem iudex, a sede apostolica delegatus, facit & constituit R. clericum suum nuncium, ad citandum talem: uel præcipit tali nuncio, quòd citet talem, in tali die & loco, &c. ut suprà. proxi. usque, & debe-

n bit. ⁿ & pòst subijciat notarius: Acta sunt hoc anno, die & loco talibus: & ego talis, tali autoritate notarius, his interfui, & de mandato prædicti iudicis hoc scripsi & publicaui, & signo meo signaui. Quo facto, idem nuncius incontinenti accedat cum eodem notario uel alio ad domum rei, quam inhabitat, licet domos plures habeat. extra, de rescripr. dilectus. 2. de foro compet. ex parte. & citet eum iuxta mandati sibi traditi formam, non transgrediendo ipsam. ex: ra, de rescrip. cùm dilecta. ff. man. l. diligenter. & hoc si inueniri potest: alioquin procedat ut infrà, uersicu. illud. De citatione autem facta, notarius publicum instrumentum conficiat in hac forma:

9 FORMA. In nomine, &c. R. clericus nuncius, talis delegati, citauit talem, ex parte eiusdem: & præcepit eidem peremptoriè, ut tali die & loco, &c. ut in præcedenti instrumento, usque in fin.

10 † Hoc autem nota, quòd cum aliquis publicus nuncius alicuius curiæ ordinariæ citat, non sunt necessariæ hæ solennitates: cùm dicto eius stetur, nisi citatus contrarium iuret, ut dixi: sed nec etiam secundum B. cum delegatus citat, cum non possit citare per nuncium sine literis, ut prædixi, quod non placet. Nam potius tenetur citatus credere instrumento publico, quàm literis delegati. Facta igitur citatione, idem nuncius redeat ad iudicem, & præsente notario referat iudici qualiter, ubi, & quando, & quibus præsentibus reum citauit: quæ quidem relatio est in actis scribenda, prout fit sub hac forma:

11 † FORMA Relationis: ᵒ Titium inuentum

o uel non inuentum, ut hodie uel cras, hora uel loco tali, coram tali iudice ueniret ad procedendum in tali causa, uel ad respondendum tali, uel ad uidendum iurare testes, uel aperturam attestationū, uel ad iurandum de calumnia, uel ad audiendam sententiam, & huiusmodi in tali causa, quæ inter eum & talem uertitur, uel uerti speratur: talis cursor domini papæ, uel talis curiæ retulit se citasse, & dixisse eidem uel procuratori suo uel familiæ eius, quòd si non ueniret, ex tunc procederetur in causa, uel reciperetur iuramentum alterius partis, &c. ipsius præsentia non obstante, &c. Qualiter autem fiet citatio rei, ut ueniat defensurus tenutam bonorum, ex interlocutoria datam: dicam infrà de primo decret. §. secundo, uersicu. interpo

12 sito. † Cæterum fiunt quandoque quædam proclamationes, quarum relationes sic scribantur: si enim proclamatio defensiōis alicuius publicè fiat, sicut moris est fieri in ciuitatibus Italiæ, sic relatio scribetur:

FORMA. Titius cursor uel præco seu nuncius communis Viterbij, retulit se de præcepto talis iudicis ad petitionem Sempronij, alta uoce clamasse & cridasse talibus testibus adhibitis in contrata Seij, quòd si quis ipsum Seium defendere uoluerit in causa tali, tali die & hora compareat coram iudice suprà dicto. Hæc forma proclamationis faciendæ per præconem probatur in auth. de litigio. §. omnem uerò. col. 8. argumen. contra: quia uox præconia paucis innotescit: ut ibi, & C. quomo

p do & quan. iud. auth. qui semel. ᵖ Si uerò subhastatio rei pupillaris uendendæ proclametur, sic relatio scribatur:

FORMA. Titius præco seu nuncius communis Viterbij, retulit se de mandato talis iudicis, ad petitionem Seij tutoris Bertæ pupillæ filiæ quondam P. præconia uoce clamasse in palatio communis Viterbij, necnon in contrata pupillæ eiusdem, quòd cum domus eiusdem pupillæ in tali contrata sit, an necessariò habeat distrahi, & ex ea possit haberi pretium centum librarum: si quis eam emere, & plus dicto pretio dare uult, hinc ad talem diem compareat coram dicto iudice, nam plus offerenti dabitur. argumen. C. lib. 10. de fide instr. & iure hastæ fisc. l. fin. infrà, de primo & secundo decre. §. nunc dicamus. uersiculo, sed qualiter.

13 † Et nota secundum Vbert. & Ioan. de Deo, ᵠ

q quòd minores ordinarij & delegati à principe in

r minoribus causis, citant per edicta, ʳ quod non est in usu: & per nuncium uel simplicem epistolam, quod frequentatur. Pedanei uerò & delegati ab alio quam à principe, duobus posterioribus modis tantum, quia coram eis & in paruis causis non debet nimia solennitas obseruari. C. de iudic. sancimus. in fi. C. quomodo & quando iud. in authenti. qui semel. ff. de petitio. hæredi. item ueniunt. §. cum autem. & §. seq. 5. quæstione secunda præsenti. & §. fina. Quidam tamen dicunt pedaneum uel delegatum à iudice, non per nuncium, sed per seipsos citare posse: alij contra, per præ-

s dictam, l. sancimus. in fi. ˢ & ff. ne quis eum, qui in ius uoca. est, ui exi. l. 3. §. si quis ad. non enim iudex debet ire ad litigatores, uel eos citare. C. de episcop. & cler. iubemus. in fin. ff. quis or. in bo.

t pos. ser. l. secunda, §. in bonorum. ᵗ Vnde cum Lotharius & Azo essent delegati in quadam causa, dicit Lotharius, eamus ad domum rei, quia non debemus citare per nuncium, sed requirere tantum prædict. l. sancimus. Azo respondit, imò possumus bene requirere, id est, nuncium mittere. Nam & arbiter citare potest per nuncium uel epistolam: ut ff. de arbitr. l. diem proferri. in princip. & l. sed & si interpellatur. unde & nos hoc possumus. ff. de regulis iur. ait prætor. in princip. Nec obstat prædicta. l. sancimus. quæ loquitur de minoribus iudicibus, qui non citant per edicta, sed per nuncium bene. Azo tamen fecit ei gratiam, & iuit cum eo ad reum, qui erat

u quædam pulcherrima domicella. [u] Cùm uerò agi
tur de maioribus caufis ciuilibus & criminalibus,
cum maiori solennitate debet fieri citatio, scili-
cet trinis edictis continentibus 30. dies, uel uno
peremptoriè pro omnibus. 34. quæstione tertia,
de illicita. quod dic ut suprà, §. nunc de tempo-
rum. Citatio autem prædicta olim hoc modo fie-
x bat: Si quis enim coram prætore uel ordinario [x]
de aliquo conquerebatur. Prætor in albo, quod e-
y rat quidam locus in muro palatij dealbatus, [y] fa-
ciebat tale edictum scribi: Talis compareat die ta-
li ad respondendum tali, in quæstione tali: Hoc
probatur ff. de iur. om. iudi. si quis in prin. & in-
frà de do. & con. §. restat. Hodie autem hæc edicta
non fiunt, sed de consuetudine fiunt citationes per
præconem uel nuncium: ut in præd. authen. qui se-
mel. & ff. de iudic. ad peremptorium. & duabus le-
gibus sequenti. & in præ. c. de illicita. & supra eo.
14 §. propè princip. † Illud autem nota, quòd cita-
tio facienda est ad actoris instantiam. in auth. de
z man. princ. C eo. permittente. [z] ex. de accu. licet.
ex. de deci. dudum. Item hoc ordine facienda est:
Semper enim est citandus quis si inueniatur. 4. q.
5. quisquis. ex. qui ma accu. pos. capit. 1. ex. de eo
qui mit. in pos. causa rei ser. cap. fina. quòd si non
reperiatur, citatur procurator, si quem dimisit,
quem tenetur dimittere, qui se intendit absenta-
re, maximè postquam est citatus: ut ibi, & de proc.
c. dilectus. quòd si non dimisit, fiant denunciatio-
nes in eius domo uel ecclesia, uel præconizetur in
uico eius: si quis est, qui eum defendere uelit, ut
prædixi, & si non uenerit, contra eum procedatur
tanquam contra contumacem. C. de an. excep. l.
ut perfectius. §. si autem. ex. de do. & côtu. causam
a quæ [a]. & c. J. ff. de excu. tu. scire. ff. de dam. infec. l.
4. §. prætor ait. & §. seq. ff. ex qui. cau. ma. item ait.
b §. hoc autem [b]. ex. qui fil. sint leg. causam. ex. de
cle. non resi. ex tuæ. ff. quib. cau. in pos. ea. l. hæc au
15 tem. § quæri potest. † Sed nunquid sufficit fieri
citationem solenniter & publicè, nec sit necesse
per nuncium uel per literas singulorum auribus
inculcare? Videtur quòd sic, nec poterit quis asse-
rere se non fuisse citatum, licet citatio ad eum non
peruenerit. ex. de postu. præla. cap. 1. cùm suis con-
cor. & hoc quidam dicunt. Alij dicunt citationem
non ualere, nisi fiat ad personam uel domum: ut
not. plenè secundum papam, ex. de eo qui mit. in
pos. causa rei ser. cap. fina. Tu dic ut supra, de hoc
secundum papam in præd. cap. 1. de postu. præla. &
16 de cle. non resid. ex tuæ. † Sed nunquid sufficit
denunciare domui uel familiæ, si non uenit ad eius
notitiam? Videtur quòd non. ff. quæ sen. sine ap.
re. non pos. l. prima. §. item cum ex. ff. de pet. hæ-
red. hæredes. & l. item ueniunt. §. petitam. Dic con
tra, dummodo publicè cum testibus uel tabellio-
ne, uel literis denuncietur: ut in primis concor. ff.
de dam. inf. l. 4. §. prætor. ff. quod ui aut clam. l. aut
c qui. §. 1. [c] ex. de eo qui mit. in possess. causa rei ser.
cap. fin. De hoc not. ff. de iudic. & post. C. de anna.
excep. ut perfectius papa dicit quòd licet sufficiat
citatio ad domum facta, ubi uxor agit contra ui-
rum, uel in ecclesia contra clericum. ut extra, qui
ma. accus. post. cap. primo, & de cle. non resi. ex
tuæ. non tamen sufficit, si quis agit contra aliq [?],
personali uel reali actione, uel in modum inqui-
sitionis de crimine: ubi non proceditur lite non
contestata, quod prosequere secundum eum, pro-
ut not. extra de eo qui mit. in pos. c. fin. Item & a-
mici & cognati sunt requirendi, ut eum defen-
dant, ut prædi. §. prætor. 16. quæstione 3. §. potest,
2. uersic. is autem. ff. de liber. agnos. l. prima respô.
primo. ff. ex qui. cau. in pos. ea. l. hæc autem. Sed
nunquid id, quod de citatione ad domum dixi,
obtinet in causa criminali? De hoc infrà, de accu.
17 §. 1. uersicu. sed nunquid. † Sed an reo inuito in-
trabis domum eius, causa uocandi eum in ius?
Respon. non, quia faceres iniuriam. ff. de in ius uo
can. plerunque. aliàs, plerique. ff. de iniurijs. quo
inuito. ff. de adult. quod ait. ff. de reg. iur. nemo.
d Fiat ergo denunciatio ante fores. ff. de institu. sed
18 & si. §. 1. [d] † Sed nunquid consanguinei & amici
amissi absentis, etiam aliarum prouinciarum, qui
fortè uolunt illum defendere, sunt ad defensio-
nem eius requirendi, si propinqui, qui sunt in
prouincia, in qua lis agitur, nolunt defendere? Vi
detur quòd non: quia ibi debet iudex præcipere
tantùm, ubi res agitur, ff. de rebus eo. qui sub tut.
uel cu. l. magis. §. illic. & quia illi non sunt de iu-
dicis iurisdictione, unde non potest eos reuoca-
re. ff. de iur. om. iud. l. fin. & ff. de bo. auth. iud. pos-
si. l. cùm unus. §. his. & quia per hoc causa differ-
retur, quod esse non debet. ff. de procu. l. sed &
hæ. §. non solùm. & ff. de oper. lib. quod nisi. ex. de
do. & contu. c. finem. & cap. fina. Alij dicunt om-
nes consanguineos requirendos, ubicunque sint:
e quæ sententia uidetur uera [e]: nam dicit lex om-
nes esse uocandos, quos non sit uerisimile nolle
f defendere causam [f] ue in præ. l. hæc autem. uerùta
g men dicam [g], nullum debere proprio nomine
requiri: sed sufficit publicè proponi edictum: ut
quicunque uoluerit eum defendere, ueniat, &
defendat. ff. de instit. act. sed & si pupillus. §. pro-
scribere. & §. præc. extra, de postu. capit. 1. uersus
princ. extra, de do. & contu. cap. fina. & sic hodie
19 obseruatur. † Sed nunquid notoriè contumax,
est citandus? Non uidetur. argumen. extra, de
h procur. auditus [h]. & de iureiuran. ad nostram. 3.
Dic contra, ut ibi not. quòd si iudex citans, fa-
ctis quibusdam citationibus moritur, uel impedi-
tur, successor illas computabit in numero cita-
tionum: sed si primus numerum compleuerit,
i secundus iterum potest [i] unum edictum propo-
nere. ff. de iudic. capit. edictum. Quid si papa, uel
quiuis alius, mandat tibi ut cites omnes qui se uo-
lunt opponere Titio, ut ex. de excep. dilecti. & de
elect. statuimus? Respon. debes edictum publi-
cè proponere, ut quicunque uult se opponere
super facto, super quo citatur, compareat die ta-
li: ut extra qui ma. accus. pos. cùm in tua. extra,
20 de cleric. non resid. ex tuæ. † Quid si non præ-
fixeris diem certam? Respond. debet ueni-
re citatus. argumen. extra de do. & contu. cùm di-
lecti. & hoc intra modicum tempus, quod tamen
est cum quodam temperamento intelligendum.
ff. de solu. quod dicimus. ff. ex qui. cau. ma. ab ho-
k stibus. §. fin. [k] & hoc ne contumax, sed potius
obediens uideatur. secunda quæst. 5. quanto. ex. de
l postu. c. primo. [l] Quidam tamen coram me defen-
dere

drre nixi sunt, quòd nullo modo tenetur cōpârere aliter citatus. argum. ex. de rescrip. cap. fina. Potes etiā nominatim quos uolueris citare, ut compareant ad opponendum se Titio, si uoluerint, in facto, de quo agitur: & nisi comparuerint, præiudicatur eis. argum. in prædict. decret. cum in
21 tua. † Illud autem certo certius est, quòd præcise & simpliciter neminem citare potes, sed sub modo rescripto, scilicet si uult. argum. extra de elect. statuimus. in princip. & eod. tit. quia propter. in princip. Cæterum, si tibi mandetur, quòd cites omnes, qui se opponunt, id est, super electione sua, uel super tali facto. Hic dicunt quidam, quòd habens aliquam cognitionem, debet enim uocare eos, quos T. petit citari, & ab eis quærere, utrum se uelint opponere, uel non. Et si responderint quòd nolunt, eos absolues à citatione. Omnia enim iudicia sunt absolutoria: Instit.
m de offic. iud. §. fina. Innocen. 4. contra, m quia cum hæc clausula, cites omnes qui se opponunt: intelligenda sit de his, qui ante datam literarum se opposuerunt, & sua interfit, eos se non opposuisse, non sunt absoluendi à citatione, qui se opposuerunt, nisi prius satisfacto de interesse. Sed certe non uideo qualiter fiet hæc absolutio, nisi de facto solum, desistendo scilicet à citatione,
22 quia tu iudex non es. † Quid de illis, qui se post datam literarum opposuerunt, uel qui de nouo se opponere uolunt? Dicunt quidam quòd per literas tales, non poteris eos citare: quia data literarum inspici debet, propter uerbum opponunt, quod est ibi, quod est præsentis temporis. extra, de rescript. eam te. Alij dicunt, & hoc uerius uidetur secundum mentem scribentis, quòd omnes contradictores, & ante datam & post, & cum modo prædicto, scilicet si uolunt, & sine modo,
23 citare potes. † Quia præsens confusum, præsentis non tenet usum. Et si dicatur, Ergo si citator debet citare quos uult actor: multi poterunt fatigari iniuste? Respondeo, hoc non procedit: quia etiam papa, si nominasset ei multos, eos citasset. Item quia iudex condemnabit actorem in expensis, si eis comparentibus non appareat iusta causa citationis: & etiam is non comparentibus, non condemnabuntur statim ad expensas, uel ad aliud: imò summaria cognitione & iuramēto de calumnia præmissis, aliàs non. Item nota quòd ipse citator moderabitur, qui, & quot sint citandi: sicut & delegatus moderatetur. extra de rescrip. super literis. ad fi. Et sunt hæc contra quosdam delegatos, qui sic scribunt aliquibus: Mandamus uobis, quatenus citetis eos, quos talis uobis duxerit nominandos. Ex quo multas uexationes, & redemptiones sequi uidimus, contra quos dominus S. ti. sanctæ ecclesiæ presbyter cardinalis in regno Franciæ apostolicæ sedis legatus, nuper in concilio Bituricē. in quo interfuimus, per suam constitutionem remedium adhibuit optimum. papa not. extra de rescript. cum in multis. quòd si dicatur in literis, cita illos, quos tibi talis nominauerit, non poterit ille citare ultra quatuor. Idem etiam dicit, si in litera dicitur. Cita omnes, qui ei contradixerint, uel qui eum
n super tali re molestauerint. n Utrum contra talem citationem possit aliquid probari: not. extra de elect. bonæ. infra c. cum dilecti. & de testi. cum à nobis. C. de relatio. l. 1. in fin. C. de appel. quoniā.
24 in fin. † Postremo notandum est, quòd si superior, ad quem causa remissa est, citet quòd appellantem causa principali, nor facta mentione de appellatione, sufficit illi mittere excusatorem, dicentem, quòd citatio super principali facta nō tenet, uel quòd superior non potest in ea procedere, quia appellatum est: & quod intendit prosequi appellationem. Sed si transisset tempus pro sequendæ appellationis: tunc bene teneret citatio facta super principali negotio, tam à delegante, quàm à delegato. Alij tamen aliter dicunt. Hoc prosequere secundum papam, prout not. extra de
o accusa. c. fin. o

ADDITIO.

a *Fiat. Idē Pil. ubi supra secund, oalleg. l. 2. C. quomodo & quando iudex. Adde tu, quòd citatio seu monitio iudicis parti præsenti, habet uim trina citationis. glo. & ibi doct. in c. consuluit. extra de offi. deleg. Abb. Sicul in c. eccle. in 4. col. extra de testi. Idem in c in 5. notabili. extra de mutu. pet. Lanfran. in re. in c. quoniam contra. in 2. col. uer. sed quæro. extra de probat.*

b *Factum. Interdum hoc accidit, & uidi multoties, quòd duo litigantes ex discretione & conscientia puritate, amicabiliter tractant causas suas expectantes finem iuridicum: & hoc casu uidi tales commissiones fieri & recipi, & fideliter impleri.*

c *Etiam. Ibi remitto ad Cle.*

d *Catholicani. Id est, uniuersaliter seruientes. Azo.*

e *In fi. glo. ibi aliter.*

f *Ministri. Quandoque uiatores. Instit. de act. §. tripli. Quandoque causas preparātes. in auth. d. iud. §. audien. uer. his, qui causas praparant.*

g *De Bonatur. De Bobio debet dicere. & hæc ubi supra sic etiam continuatur uer. sequens.*

h *Venerit. Quando nuncius negat se citasse, cuius contrarium notarius scripsit eum retulisse: uide infrà de instrum. edi. §. restat. super uersi. sed quid si unus.*

i *Quoniam. Hunc articulum breuiter glo. expediuit in decre. cum parati. & ego ibi breuiter dictū Host posui, & quatuor remissiones dedi: quarum hæc fuit ultima, qua ut, cum additione sit plenissima, exprimam breuiter quicquid dictum est per doctores uel practicos propter misturam & breuitatem, promissum ordinem non tenendo. Primò, uidimus opinionem quam recitat auctor, quòd nuncio publico iurato, in citationibus credatur, in alijs non: & hoc placuit Bernar. in decre. cum parat. Idem Ioan. de Deo. 2. caul. rubri. de citatione in ecclesiastici. in fi. & lib. 4 sub rub. de pri-*

mo decrete. 2. col. ubi consuluit quòd si iudex non habet publicatam personam, mittat duos nuncios. Idem Aeg. ubi supra rub. 2. in prin. Guid. de Suza. tenet idem, rub. de capitulis, super quibus testes producit: consuluit tamen duos mitti. alleg. l. ubi numerus ff. de testib. ff. de offic. praefec. ur. l. 1. §. quies. in fi. addit quòd is, qui negat se citatum, bene poterit hoc probare per modũ illius l. optimam. C. de contra & com. stipu. Ad idem de testib. ex tenore. Quid ultra hac addit in l. ea quidẽ. C. de accu. infrà dicam. Rolandinus & Gandinus ipsorũ quisq; sub tit. de citationibus. hoc dictũ Gandinus non furtiuè, sed sub ipsius nomine pro solutione dederunt. Secunda fit autoris, qui dicit ei non credi sic, quòd eius dicto non audito stetur, sed propter praesumptionẽ publici officij creditur ei, nisi praesumptio praesumptionem tollat. Ad dictum inducit quòd non creditur iudici ad exceptionem: inducit tres decret. subdit etiam opinionem Ioan. & Vin. Contra autorem dicamus falsum esse quod Io. hoc tenuerit. nam in cap. proposuisti. 83. distinct. in gloss. ex hoc. & 4. quaest. 3. testes. uer. patroni. in gloss sed nonne. dicit stari dicto nuncij, nisi probetur contrarium? Requirit ergo probationem plenam: & autor uult stari semiplena, uel praesumptioni. Verum est quòd Io. in decret. quoniam contra falsam. de proba super uer. citationes. tenuit illud dictum, scilicet quòd iuramentum eius, qui dicit se non citatum, sufficiat ad fidem nuncij tollendã, quòd appareat eum sic intellexisse glossas priores de probatione loquentes: apertius etiam posuit idem Io. in decre. quod sicut. de elec. super uer. uocatos. quod signaueram alibi ponendum, & omisi, nunc suppleo: & quòd suo sacramento is, qui dicitur citatus, probet contra. alleg. de procur. ex insinuatione. addens quòd in causa absentiae non requiritur plena probatio. de re iud. c. cum Bertoldus. & facit quòd not. 4. q. 5. c. 1. in ult. gl. inducit ẽt 35. q. 3. extraordinaria. ubi dicit probaris quòd unius sacramentũ elidit praesumptionem ualidam. Hoc tamẽ nego: cum ibi loquatur de sacramento duorum. Poteras tamen sic inducere quòd insufficiens probatio. s. qua fit per criminosos, & suam turpitudinem allegantes, elidit praesumptionẽ: ut ibi not. de euict. Scire debes quòd ponendo glo prae. Io. in decre. quoniã contra. & non consistendo, uidebatur accedere illi dicto. & hoc forsan ponderauit autor. Sed ueritas habet quod in prae. decre. quod sicut. Vinc. posita glo. Io. illi resistit dicens, citationem esse probandam legitimè duobus testibus, uel publico testamento, siue fiat personaliter, siue ad domum: ut in decre. ult. de eo. qui mit. in poss. ut sic quod in alijs factis probandis requiritur, requiratur in isto. Goffre. ut scripsi in decre praedi. quod sicut. super glo. praesumitur. tenet stari nuncio, nisi ualidae probationes offerantur ex aduerso. alleg. de testam. cum à nobis. Vber. de Bobio, ubi suprà dicit in iudicio ecclesiastico non credendum nuncio. cum ibi non credatur iudici: in seculari dixit quòd in Italia creditur, quia sic habet consuetudo: in alijs uerò prouincijs sequenda est illarum consuetudo. Bernardus accedit primo eius quòd dicto, scilicet in iudicio ecclesiastico non credatur. in decre. quoniam contra. in fin. 4. glo. Sed ratio istorum, quae est haec: ideo quod non creditur iudici infringitur: ut ibi scripsi. Innoc. etiam ibi. ut scripsi super uer. citationes accedit huic dicto, quod non credatur, dicendo quòd nuncius adhibere debet testes cum citat: per decre. sacro. de sentent. excommunic. Albertus Gal. Vbi supra praelegit quòd non credatur: propter quod consuluit quòd sint duo in citando: demum tenet quòd in minoribus causis, in quibus credetur uni, credatur sibi, in alijs non. Allegat C. de testib. iurisiurandi. uide supra de test. §. restat. uer. hoc autem fallit. Vber. etiam de Bo. & Ioannes de Deo hanc distinctionem ponebant ubi suprà, per uiam consilij. Iacob. Bald. in tracta. de primo & secundo decreto. post principium. dicit soli nuncio uel officiali non credi per praedictam. l. primam, de curiosis. libro 12. Consuluit ergo duos nuncios simul mitti. Hostiensis in Summa, in Rubr. de contumacia. §. secundo. uer. quid si absens. tenet non credi nuncio, etiam iurato, contra negantẽ: nisi dictum eius iuuetur per alium, qui citationi fuerit praesens. Item quod in partibus, in quibus creditur, hoc procedit ex praesumptione, quae tollitur per iuramentum negantis. allegat praedic. decreta ex literis. Item una praesumptio tollitur per aliam. de electio. cùm inter R. & per iuramentum 24. quaestio. 2. in lectum. de testib. praesentium. cum concordan. tenet finaliter hoc arbitrarium: ut index, personarum & negotij qualitate pensata, uel credat nuncio, uel ad innocentiam suam ostendendam neganti deferat iuramentum. Allegat de procurato. ex insinuatione. & capitulo seq. de iureiuran. cap. fina. Hoc dictum placuit Archidiacono 82. distinct. proposuisti. in decreta. tamen uenerabilibus. de sentent. excommunica. §. idem. tenet opinionem Ioan. Hoc etiam addit Guido de Suzaria, forsan uiso Hostien. quem uidere potuit ad suam solutionem antiquam, in praedic. l. ea quidem. ubi dicit distinguendum, cuius opinionis sit nuncius: ut

dictum

dictum ex persona pensetur. C. si quis Imperato. maledic. l. una. in fin. & ibi concordan. in ult. glo. Facit ff. de re milita. non omnes. §. à Barbaris. C. de susce. & arca. l. si aliquid. libro 10. & ff de edendo. si quis ex argentarijs. §. 1. uersic. quid enim. ubi ex edentis persona, fides editionis elicitur. Et facit quod ibi not. & facit de praeben. nisi essent. in principio. & quod not. 37. distinct. qui de mensa. Hoc dictum placet propter graue periculum quod immineret probo uiro non citato, ex dicto uiri ribaldelli: ut aestimatus contumax, non posset etiam appellare, ut dicebat Hostien. Sed hoc addo, quod non intelligas hoc esse arbitrarium: sicut illud de officio delegat. consuluit. de scriptis. statutum. §. assessorem. lib. 6. de quibus non liquet querelari. Nam Deo permittente, pessimos indices, sic & nuncios saepe uidemus. Si igitur iudex peruersus male arbitretur, poterit per grauatum appellari, & iudex appellationis reuocabit grauamen: probatis coram eo circunstantijs, per quas patebit primum debuisse contrarium arbitrati. Nam & si uerus arbiter iuris esset, ab eo grauante appellari posset. de offic. deleg. ab arbitris. lib. 6. Aliorum etiam arbitrorum grauamina reuocantur. extra de arbit. per totum. de iureiuran. ueniens. & cap. Quintauallis. Hoc etiam not. quòd licet circa citationem factam per ipsum, suo dicto credatur: circa commissionem tamen sibi factam de citando, ei non creditur: de quo statim sequetur. Adde quòd Paulus de Castro, consilio 287. tenet quod nuncio iurato, dicenti se aliquem citasse, debeat dari fides. dominus Antonius de sancto Georgio, in cap. cum parati. in antepenultima columna, tenet hic opinionem Ioannis Andreae. & ibi ponit quid si per statutum imponitur quòd nuncio iurato detur fides: an poterit probari contrarium? Et tenet quòd sic. Et ibi uide de materia huius tituli, multa.

k *Distingue. Secundum Aegid. sua Rub. 3.*

l *Gof. In pra. c. prudentiam. ubi scripsi super 3. glo. & ibi etiam de Innoc. quod seq.*

m *Amputetur. Secundum Aegid. sua rub. 3. unde dicebat Rofre. ubi tractat de edicto, si quis in ius uoc. non ie. ut illi edicto sit locus, sex fore necessaria: quorum secundum ponit, quòd de mandato iudicis fuerit facta uocatio uel citatio: quod dixit se dicere propter malos nuncios, qui sine mandato uocant interdum. Et nota, quia per hoc & id, quòd infra sequitur, reprobatur, quod in multis foris seruatur, quod praeceptum nuncio factum de citando non scribitur, sed dum scribitur citationis relatio, dicitur? Retulit talis nuncius se de mandato iudicis, citasse talem. &c. cum tamen ipsius officium non sit circa mandatum, sed circa executionem mandati: & uide quod scripsi de probatio. quoniam contra. super uersi. citationes. Adde Roma. idem tenentem con si 497.*

n *Debebis. Praecedere uel saltem inserere debuerat iuramentum, scilicet quomodo instituerat illum nuncium ad citationes in tali causa faciendas: qui nuncius iurauit corporaliter libro tacto, omnes ambasiatas & citationes sibi impositas uel imponendas fideliter facere & referre.*

o *Relationis. Hanc & duas sequentes habuit à Rolandino, lib. 10. ultra medium.*

p *Semel. Et ideo ubi certa persona requiritur, non sufficit pactio, ut ibi: sed quando generalis est citatio, ut hic, oportet fieri per praeconem.*

q *Ioan. de Deo. Ambo ubi supra in prin.*

r *Edicta. Alij delegati non, ut scripsi de foro competen. si quis contra super glo. hoc ideo.*

s *In fi. Ista l. facit contra. sed ibi respondetur in ulti. gloss.*

t *Bonorum. Secundum Alber. Gal. ubi supra.*

u *Domicella. Ab Odof. habuit hoc, ut etiam refert Cy. in l. sancimus.*

x *Ordinario. Vel delegato principis, fit in princip. huius uer. & forsan habebant olim loca deputata ad id, uel in domibus suis ponebant album.*

y *Dealbatus. Et tam amplius quòd omnium citationum capax erat: uel lapso termino delegabatur: ut not. in authen. qui semel. & in corpore unde sumpta est, de liti. §. omnem. Item lex, si quis infra allegata, loquitur de alio albo in quo scribebantur citationes & generalia edicta. Erat & tertium album, locus, scilicet dealbatus, quo scribebantur nomina Curionum. ff. de albo scrib. l. 1. & 2.*

z *Permittente. Versi. est sub § sit tibi. ibi princeps indignatur praesidi, qui per actorem aditus per eum non fuit exauditus. Si uero illum, non audiuit, illum correctum remittit ad praesidem.*

a *Qua. Vbi iste uer. in prin. glo.*

b *Autem. Cum. l. seq.*

c *§. fin. in fi. 1. glo.*

d *§. 1. Idem scripsi in §. contrahentes super uer. trahere. in fi.*

e *Vera. Secundum Accu. cuius fuit iste uer. in l. hac autem statim alleg. & idem Iac. Bal. ubi supra.*

f *Causam. Nescio quare feceris hanc reuolutionem. tex. dicit, quos uerisimile fit defensionem non omissuros.*

Dico. Secundum prædictos & Io. de Deo. de primo decre. in 3. col.

b *Auditis. Ineptus est iste uer. Illa decr. loquitur de notario contumace, scilicet qui reuocauerat procuratorem, & alium non miserat: iste non citatur super articulo processum, sed super principali sic. decr. sequens non loquitur in notario contumace, sed in delicto, uel facto notorio: & uerum est ibi notatum in glo. 2. quòd in eo requiritur citatio, sed nil ad casum quæsitum.*

i *Potest. Et debet, ut ibi not.*

k *§. fina. & ff. de statu liber. l. si peculium. §. 1. Adde quod Bar. in l. liber homo. §. 1. ff. de uerb. obligat. tenet quòd citatio sit nulla, in qua non est dies certa, uel terminus certus. unde ibi Ang. quem refert, & sequitur Paul. de Cast. dicit quod opinio Bart. est uera, quantum ad hoc, ut possit fieri aliquod præiudicium, citato ad instantiam partis aduersæ: & opinio Spec. est uera, quantum ad hoc ut possit puniri de contemptu ciuitatis, si non comparet. alleg. pro prima parte l. 2. C. ubi in rem actio. & l. si de iure dos. de quo uide Paul de Cast. consi. 52. & plenissime per Præpositum sancti Ambrosij, in cap. cum parati. extra, de appellationibus.*

Adde tu, quòd citatio non habens expressum tempus, ualet, Bal. in l. circa. ff. de hæredi. instit.

Additio. Circa id quod. tenet Bar. in l. liber homo §. 1. supra allega. quòd citatio non con inens diem, in qua citatus comparere debeat tanquam obscura non tenet: uide copiose ibi per Alex. ubi reiecta concordia Ang. dicit opin. Specula. indistincte esse ueram: & respondet ad iura allegata in contrarium: de quo etiam per Canc. in cap. eos. de senten. excommu. in 6. & in c. cum parati. de appel. Sed pro opi Bar. uide do. Iaso. in d. §. 1. in fi. Hen. Ferran.

l *C. 1. Ad hoc de appel. cum parati. & ibi satis scripsi in ult. glo.*

m *Contra. Vide post eum & Host. plene scripsi de excep. dilecti. in glo. 2. per quam aliquid de inferioribus melius intelliges.*

n *Molestauerint. Tu dic contra, ut ibi super 5. glo.*

o *C. si. Qua uide infrà §. fi. uer. quid si altera.*

SVMMARIVM.

1 *Citatio qualiter fit per literas facta, uel facienda.*

Literalis citatio cuiuslibet iudicis, quæ continere debeat.

2 *Litera delegati debent continere de uerbo ad uerbum tenorem commissionis.*

3 *Ordinarius citare potest per literas, duobus modis.*

4 *Forma citationis, ubi ipse idem ordinarius citat, quæ esse debeat.*

5 *Forma citationis, ubi ordinarius alteri committit ipsam citationem quæ sit.*

6 *Laici citatio, si alteri committatur ab ordinario, sub qua forma debeat fieri.*

7 *Peremptoria non debet fieri citatio, cum una tantum facta fuerit.*

8 *Citator, qualiter se habere debeat in citationibus diuersarum personarum.*

9 *In actu iudiciali, an uni soli citatori credendum sit.*

10 *Delegatus citans per literas, qua forma uti debeat.*

11 *Clausula necessariæ apponi in literis citatorijs delegati, quæ sint.*

12 *Citatio à pluribus delegatis, qualiter sit facienda.*

13 *Sigillum iudicis proprium non alienum, debet literis citationis debitè formatis apponi.*

14 *Apponens suum sigillum literis citationis, debet in eadem dicere se illud apposuisse: aliàs nulla sufficit protestatio.*

15 *Citatio plurium delegatorum, facta uno delegato absente, nec se excusante, an teneat.*

16 *Sententia lata à iudice, nulla præcedente delegatione, an per ratihabitionem ordinarij confirmabitur.*

17 *Is, cui committitur citatio facienda, si nolit citare, nisi fiat ei copia iurisdictionis, an tunc sufficiat tenorem rescripti apostolici in literis citationis inseri: aut necesse sit originale ostendi.*

18 *Delegato mandante alicui, ut denunciet talem excommunicatum, qualiter sit procedendum.*

19 *Iudex mandans alicui, quòd ueniat die tali, uel quòd talem citet, alias noueris se excommunicatum, an non ueniens, nec citans, sit excommunicatus.*

20 *Citatus sub pœna excommunicationis, an non ueniens, & habens iustam causam non ueniendi, sit excommunicatus.*

IAM de citatione, quæ fit per uiuam uocem, aliqua edocuimus. Restat ergo ut de ea, quæ fit per literas, pertractemus. Ad cuius rei euidentiam illud prænotandum est, quod Iudicum, Alij sunt ordinarij, Alij delegati, Alij auditores: de quorum singulis, aliqua clarioris doctrinæ gratia, perstringamus. Quòd aût quis possit citari per literas, probatur. ex. de offi. deleg. prudentiã circa prin. ibi: literatoriæ, &c & c. ex literis. 18. dist. si episcopus. 4. q. 5. quisquis. & 5. q. 2. uocatio. & q. 3. si ægro-

§ ægrotans.extra, de tempo. ordin. nec episcopi. C.quomodo & quando iudex.consentaneum.s.§.
1 proximo. † Illud quoque regulariter sciendum
a est, a quòd cuiuslibet iudicis liberalis citatio, continere debet quis citat. & eius nomen & cognomen, quem, & super quo, ubi, & ad quem diem, & ad cuius instantiam citat, & quòd per se uel legitimum responsalem & idoneum, ad causam sufficienter instructum compareat: & an peremptoriè uel non. Et quando præcipitur alicui, quòd citet aliquem in litera commissionis debet continere præmissa, & quòd committentem per suam literam, aut per publicum instrumentum super hoc
b certificet, & clarè, non obscurè fiat. b Hæc omnia probantur extra, de dolo & contuma cap.fin. & cap.cùm causam.de in integr.restitu.tum ex literis.ad fin.C.qui accu.non pos.qui crimen.ff. de no.op.nun.l.de pupillo.§.qui opus.ff.quod ui aut
c lá m.l.at qui.in princip. † Cæterùm literæ delegati, debent etiam continere de uerbo ad uerbum tenorem commissionis: ut reus, qui citatur, sciat quis, & qua autoritate citat: ut prædixi.& suprà. proxim.uersicu.uel distingue. Hoc quoque notandum est secundum T. c quòd ipsemet iudex,
c d qui reum citat ad causam, cognoscere debet, d an sua sit iurisdictio: ut ff.de iudi. si quis ex aliena.ff.ad mu.l.penultim.extra, de rescript.super literis. & cap.dilectus. secus si fuerit recusatus: ut
e s.in tit.de recusat.diximus. e Primò igitur de citationibus literalibus ordinariorum, uideamus.
3 † Et est sciendum, quòd ipsi duobus modis citant per literas. Nam quandoque dirigunt literas eis quos uocant, & hoc in clericis. Quandoque uerò committunt alicui, qui eos citet: & hoc in laicis, qui nesciunt legere: ut ff.de requi.reis.l.1.§.præsides. Si tamen fieret econtra, non ideo minus citatio teneret: ut extra, de dolo & contum.c.fi.in fi. ubi clericus citatur per alium: & etiam laico quandoque literæ citatoriæ destinantur.arg. ex.ut lite non contest. accedens.2. licet tutius sit citationē fieri per alium, ne citatus citationem occultet: sed tamen is, ad cuius instantiam fit, de præsentatione citationis debet ad cautelam facere fieri instrumē
4 tum: ne ille possit se fuisse citatum, negare. † Si igitur ipse idem citat, hæc erit forma citationis.

FORMA. T. permissione diuina, sanctæ Narbon. ecclesiæ episcopus, dilecto in Christo tali, &c. salutem in domino. Querelam C. clerici, recepimus continentem, quòd cùm ecclesiam talem, idem clericus ex nostra collatione diutius possedisset, tu eum absque causa rationabili pro uoluntatis libito, post appellationem ad nos interpositam temerè spoliasti, eiusdem ecclesiæ possessioni, de facto incumbens: ideoque tibi districtè præcipiendo, mandamus quatenus (si est ita) intra spatium octo dierum, post receptionem præsentium, præfatam ecclesiam cum fructibus medij temporis, eidem restituere non omittas. Alioquin si de iure confidis, tali die, quam tibi peremptoriam assignamus coram nobis, per te uel per procuratorem idoneum, sufficienter instructum ad causam coram nobis in tali loco compareas, eidē clerico de iustitia responsurus: sciturus quòd si in præfixo termino comparere neglexeris, nos in dicto negotio quantum de iure poterimus, procedemus. Quod si terminus præstitutus, in diem inciderit feriatam, sequenti die non feriata, quam tibi peremptoriam assignamus, studeas comparere: in cuius rei testimonium, præsentes literas sigilli nostri munimine, fecimus communiri. Hæc forma probatur ex.de in integ.rest.tum ex literis.
5 in fi.ex.de do.& contum c.fi. † Si uerò alteri citatio committatur, hæc erit forma.

FORMA. Gul.permissione, &c.tali salutem. Querelam T.clerici accepimus, &c.ut s.mandamus quatenus.uerbis secundæ personæ in tertiam decenter mutatis: iunge, dictum clericum ex parte nostra monere & inducere curetis, quòd si est ita, eidem T.præfatam ecclesiam restituere non moretur: alioquin peremptoriè iniungatis eidē, quòd tali die coram nobis, &c.ut s.uerbis, ut dixi, mutatis. Hęc probantur ex.de offic.deleg.ex literis. Sed & utrunque potest simul fieri, scilicet ut ipse citet, & etiam faciat per alium citari. Retenta enim tota prima forma usque ad uerbum, procedamus, iungatur sic.

FORMA. Nos quoque nihilominus, tali damus nostris literis in mandatis, ut & ipse T.ad eūdem terminum autoritate nostra, iuxta præmissam formam, peremptoriè citare procuret: quòd si non poterit inueniri, facias ut citationis edictū per se uel per alium apud ecclesiam tuam publicè proponatur. Hæc clausula ponitur ex. de do. &
6 contum.cap.fi. † Porrò, f si committatur laici ci
f tatio, hæc erit forma:

FORMA. Gul. Dei gratia, &c.salutem. Sua nobis H.lacrymosa quæstione monstrauit, quòd licet I.eius uir, secum matrimonium contraxerit p uerba de præsenti, carnilique copula interuenerit inter eos, ac per annos plures tidem, uelut uxori legitimæ, affectu adhæserit coniugali: nūc tū Dei timore postposito, à suo consortio abiecit eandē: nec erubescit cuidam superinductæ publicè adhærere: ideoque discretioni tuæ præsentium autoritate mandamus, quatenus, si est ita, præfatum I.ex parte nostra monere ac inducere procures: ut muliere superinducta, uel cui adhæret, omnino dimissa, præfatam H.uxorem suam recipiat, & eam maritali affectione pertractet: alioquin autoritate nostra iniungas eidem, ut tali die per se uel per procuratorem idoneum peremptoriè compareat coram nobis: alioquin contra ipsum procedere curabimus, quantum postulauerit ordo iuris. Quod si terminus, &c.ut s.ex.de spon.ex parte A. & cap.ueniens.1.ex.de offi.ordin.significauit. Vel dic.quòd si non fecerit, tu autoritate nostra fretus, eum & superinductam excommunicationis studeas uinculo innodare, faciens eos tanquam excommunicatos ab omnibus uestræ diœcesis ar-
7 ctius euitari. † Sed præmissis opponitur, quia cū una tātùm citatio facta fuerit, non debet fieri peremptoria. Dē hoc s.§.uiso.uel si item peremptorium.unde si uelis hanc uitare obiectionem, poteris concipere sub hac forma.

FORMA. Gul.&c. ut supra proxim.usque compareat coram nobis: iunge, & si tunc non uenerit, ueniat tali die, quòd si nec tunc uenire curauerit, ueniat tali die, quam sibi peremptoriam assi-

asignamus. Multi quidem utuntur hac forma, ut probatur extra de testibus. cog. cap. 2. Et hæc forma frequentatur in his, quorum præsentia de facili haberi non potest. & de hac supra. §. uiso. uersicu. sed quid si. Caueat tamen is, qui sub hac forma citat, ut inter unam diem & alteram sint cōpetentia interualla, nisi facti necessitas aliud suadeat. supra. §. uiso. uersicu. primo. & uersicu. item dicunt. Literis autem huiusmodi sigillatis, actor eas statim recipiat, & in actis redigi faciat ad cautelam: deinde deferat ad citatorem, uel ad eum, qui per literas ipsas citatur: in quarum præsentatione eum cautum esse oportet, ne sigillum frangatur uel cadat: & ut præsente notario, eas porrigat eidem, uel etiam ipsi citato: cùm eidem scribitur sub præscripta forma, de qua præsentatione habeat testes, uel confici faciat publicum instrumentum. C. de anna. except. l. ut perfectius. extra de probat. quoniam contra. Cuius tenor talis erit.

FORMA. In nomine, &c. Anno, &c. talis præsentauit & dedit tali, quandam literam apertam in mei notarij præsentia, & testium subscriptorum, ex parte talis iudicis à sede apostolica delegati: sigillatam uerò sigillo & integro, in cuius circulo erant tales literæ, & intra circulum tale signum, supplicans instanter eidem, vt citare deberet reum, iuxta traditam sibi formam. Tenor autem prædictæ literæ erat talis: Guil. &c. tali, salutem, &c. & toto tenore inserto. Notarius in fin. subiungat: Acta fuerunt hæc, tali die & loco, præsentibus talibus: & ego talis, tali autoritate notarius, præsentationi dictarum literarum interfui & hoc ad præsentatoris instantiam in scriptis redegi, & publicaui, & meo signo signaui. Hanc formam etiam uide supra, de impug. rescript. §. pri-
8 mo. † Porrò citator receptis & perlectis literis, si citandus est aliàs eius subditus, eum ad suam aduocet præsentiam. Si uerò non est eius subditus, uel est magna persona, ipsemet accedat ad eum, & præsente notario uel testibus idoneis, per quos possit probari citatio: & si necesse fuerit, legat præfatam literam coram illo, & postmodum citet eum iuxta traditam sibi formam: de qua citatione fieri faciat publicum instrumentum, sub illa forma quæ est s. §. proxi. uer. quo facto, hoc saluo, quòd ubi dicitur in princip. R. clericus nuncius, &c. dicatur, dominus talis, &c. Quod autem dixi de notario & testibus, cautela est: nam & sine hoc sibi asserenti se citasse creditur, si sit in literis illa clausula, diem autem, &c. quæ est infrà proxi. uersicu. si uerò. nam ministro creditur in facto sibi commisso. ff. de re. eorum, qui sub tuto. uel curato. sunt. l. magis. §. ne tamen. licet sit argumen. contra in ead. l. §. item prætor.
g uersicu. nec nimium. g † Vni tamen non credi-
9 tur in actu iudiciali. extra de probatio. quoniam contra. in princip. Hoc autem facto, reus sic citatus petat copiam, tam de citatione, quàm de literis citatorijs, quæ fieri debent, originalibus remauentibus penes eum. ex. de proba. cap. fina. & c.
10 quoniam contra. † Viso de citatione ordinarij: sequitur uidere de citatione delegati, quæ fit per literas. Ad quod notandum est, quòd aut est unus subdelegatus, aut plures. Si est unus delegatus, citabit per literas sub hac forma.

FORMA. Titius archi. Narboñ. uel canonicus, uel M. sanctæ Narboñ. ecclesiæ archiepiscopus, iudex à domino papa in tali causa delegatus: tali salutem in domino Iesu Christo. Mandatum apostolicum, uel literas à sede apostolica nos recepisse noueritis in hac forma. Clemens episcopus seruus seruorum Dei, &c. ueniens ad præsentiam nostram G. presbyter, nobis significare curauit, quòd V. de Podiomissione, & quidam alij ciuitatis, & diœcesis Bitereñ. super iure parochiali, scilicet decimis, oblationibus & rebus alijs iniuriantur eidem: quocirca mandamus quatenus, si est ita, partibus conuocatis causam audias, & eam fine canonico decidas: faciens quod decreueris, per censuram ecclesiasticam appellatione remota firmiter obseruari, testes autem, &c. data Viterbij. 4. calend. Octobris, pontificatus nostri anno quarto: quas, si petieritis, uobis præcipimus exhiberi: uolentes igitur, ut decet mandatis apostolicis humiliter obedire, uobis autoritate, qua in hac parte fungimur, præcipiendo mandamus quatenus, præfatum A. & omnes alios, quos causa ipsa contingere potest, & quoscunque prædictus G. presbyter, uobis duxerit
h nominandos, h ex parte nostra citare curetis, ut decima die post receptionem præsentium, coram nobis Narbonæ, apud talem ecclesiam uel domum, per se uel per procuratorem suum se præsentet: quem terminum ei pro duobus edictis, & tertio peremptorio, propter uiarum distantiam, ut partium parcamus expensis & laboribus asignamus: uel quem terminum sibi pro omnibus terminis peremptorium asignetis responsuro de iure presbytero ante dicto: alioquin secundum formam mandati nobis traditam, in causa ipsa, quantum de iure poterimus, procedemus, cuiusquam absentia non obstante. Quòd si idem terminus in diem inciderit feriatā, &c. ut supra. uersicu. si igitur. iunge etiam si nis, diem autem uestræ citationis, &c. vt infra proxi. §. uersicu. si uerò mandet, uel sic. In signum autem factæ citationis, sigilli nostri impressionem præsen-
i tibus apponatis: i in cuius rei testimonium, &c. ut suprà in prædic. uersicu. si igitur. Quidam etiam ad cautelam, in citatione inserunt formam & tenorem libelli: ne ulterius reus petere ualeat inducias deliberatorias: ut probatur 5. quæstio. secunda, si primates. & not. extra, de dilationi. capi
k tu. primo. k Quòd tenor commisionis sit inferendus, probatum est suprà §. proxi. uersicu. sed nunquid. 1. sed in secunda citatione non est necesse inseri. Quod autem delegatus debeat se præmittere in literis, probatur: quia repræsentat personam domini papæ: ut 94. distinctio. capitu. primo. &, ut ipse papa, honorandus est, quo ad causam sibi commissam. 93. distin. capitu. fin. 7. quæstio. prima. omnis qui & maior est illis, quorū causa sibi committitur: ut extra de offic. delegat. sa-
l nè. & cap. pastoralis. l & uide infra. uersicu. porrò. Item quòd possit citationem committere, probatur extra de offic. delega. pastoralis. in principio. & dixi supra de iudice delegat. §. iam nunc.

Quod

Quod autem pro omnibus terminis, unus terminus peremptorius posit ex causa in initio assignari, notatur supra. §. uiso. uersicu. primo. Item quòd in peremptorio debeat iudex comminari, ibidem dictum est. uersicul. item iudex. Quod autem certum diem & locum posit assignare, probatur extra, de rescript. cap. olim. & capitu. fina.

11 † Quidam m etiam in fine citationis ponunt,

m quòd reus ueniat paratus proponere quicquid uoluerit, tam contra rescriptum, quàm contra personam iudicis uel impetrantis: ne alia detur dilatio huiusmodi proponenda. extra de except. pastoralis. Item si in rescripto apostolico continetur clausula illa, quidam alij: debent in citatione exprimi nomina eorum, quos per illam conuenire intendit. supra. §. 1. uersicu. item quod per

n clausulam. n Actor autem cautè præsentet hanc literam, & tam de præsentatione, quàm de citatione faciat fieri publicum instrumentum, ut iam dictum est, continens citationis tenorem: & de sigillis iudicũ, & alijs debitis circunstantijs faciens mentionem. In locis uerò, ubi non est tabellionum usus, id fiat per duas personas iuratas. ex. de probatio. cap. quoniam contra. Si autem uelis quòd litera sit publicum instrumentum sigillatum, dicas sic.

FORMA. In cuius rei testimonium & futuram memoriam præmissorum, hoc præsens instrumentum publicum de nostro mandato scriptum, & in publicam formam per talem infrà scriptum notarium redactum, fecimus nostri sigilli munimine roborari. Actum in tali loco, anno, mense, die & indictione talibus. Pontificatus domini Clementis papæ anno quarto, talibus testibus præsentibus, uocatis & rogatis. Postmodum notarius sic subscribat: Et ego talis, tali autoritate notarius, prædictis interfui, & ut supra legitur, autoritate & mandato prædicti domini Titij fideliter scripsi, & in publicam formam redegi, & meo signo rogatus, signaui. Si uerò subdelegatus citat, dicat sic.

FORMA. Talis, à tali, in causa tali, subdelegatus tali, salutem in Domino. Noueritis dictum talem à domino papa recepisse literas in hac forma: Clemens, &c. ipse uerò alijs negotijs impeditus, nobis causam subdelegauit eandem sub hac forma: Titius, &c. sicut constat per eius literas uel publicum instrumentum inde confectum: quæ si petieritis, uobis præcipimus exhiberi. Volentes igitur eiusdem delegati mandatis: imò uerius apostolicis humiliter obedire, charitatem uestram, &c. ut suprà. §. uiso. Formam autem commissionis uide suprà, de iudice delega. §. sequitur. uersi-

12 culo commissio autem. † Porrò si sunt plures delegati, subdistingue: quia aut si omnes eiusdem dignitatis, puta sunt episcopi: & tunc maior & dignior in salutatione præponatur, dicendo: M. Tholosanus, & P. Biteren. & R. Londonien. miseratione diuina episcopi, iudices à sede apostolica, &c. C. de offic. ma. offic. nemo. Vitium enim est præposterare. 74. distinct. episcoporum, & capit. fina. & C. de testa. præposteri. Vel si de hoc dubium sit, prior in ordine episcopatus præponatur, & qui plus cæteris laborauit; ut 17. distinctione §. fina. extra, de ma. & obed. capit. primo. C. de consuli. libro 12. l. prima, & C. de castrensiarijs. lib. eod. l. prima, & de re milita. contra publicam. ad fin. & de præpo. sacri cubi. l. prima. & de præfec. præto. l. secunda, lib. eo. & in concordan. quæ sunt supra, de aduoca. §. nunc dicendum. uersicul. minores tamen. uel ille, qui à principe dignitatem uel ordinem recepit ff. de albo scri. l. secunda extra de ma. & obedi. per tuas. extra, de tempo. ordina. cùm in distribuendis. uel seruetur ordo in rescripto apostolico retentus. 43. distinc. sit rector. in fin. ex. de rescriptis. cùm dilecta. Sed & si sint omnes simplices canonici: ut ex. de rescrip. præ-

o senti. o dic idem quod iam dixi. Vel dic antiquiorem tunc proponi: secundum ea quæ not. in prædict. uersicu. minores tamen. Vel ille, qui maioris est ordinis, ut iam dicam. Si uerò unus est episcopus, & alij inferiores prælati: unus est metropolitanus, & alij episcopi: uel unus in dignitate, alij simplices canonici: maior præponatur, etiam si posterius fuerit ordinatus: ut in prædic. l. nemo. & 17. distinct. §. fina. & in prælega. cap. placuit. extra de ma. & obed. statuimus. Delegatus quoque, qui talibus committet, hoc diligenter attendat: nam prælati & clerici nostri temporis, multùm sunt naturæ indignantis: na-

p turaliter homo appetit honorari, iuxta illud: p Gloriam tuam alteri ne dederis. & uide suprà.

13 §. uiso. † Literis igitur citationis, ut præmissum est, formatis, iudex sigillum suum appouat, si habet: nec tunc ualet, si cum alieno sigillat: quia nec cum suo ad aliud officium deputato, sigillare posset: ut extra de appellatio. infra. de edic. instrumen. §. instrumen. uersic. item quòd sigillum non est eius. & supra de procura. §. ratione autem. uersicu. Sed si non habet proprium, uel habet, sed cùm sigillari oportet, secum non habet, uel est ad aliud officium deputatum: tunc cum sigillo alterius sigillet, dicens in fine literarum. Nec miretur uestra discretio, quòd cum sigillo talis signaui, cùm proprium non habeam: uel, cùm meum mecum tempore confectionis præsentiũ, non haberem: uel, cùm non haberem nisi ad tale officium deputatum. Debet enim dicere cuius sigillo, & quare alterius sigillo, sigillat. Alioquin turbatum esset signum. ff. de testam. ad testium. Et præterea sigilla & subscriptio diuersis ex causis apponuntur in literis: ut infrà. de probatio. §. uidendum. uersicu. etiam. Quare debet dici, ad quid apponantur: nisi enim sic diceretur, citatus uidens alium citare, & uidens sigillum alterius apponi, credere posset literas esse fal-

q sas: nec teneretur secundum Aeg dium q comparere. protestatio enim ad id, & ad alia ualet, extra, quod met. cau cap. 1. de censi. olim. Et est hoc contra quosdam officiales, literas suas familiares sigillo officialitatis sigillantes. Si ergo tertius iudex, uel duo ex tribus, sigilla non habent, & cum alienis sigillant, de hoc nulla in literis facta mentione: dicunt quidam, & bene, non ualere citationem: imò præsumunt literam esse falsam. Sed si in literis dicitur: A. B. & C. canonici Narbon. iudices à sede apostolica, &c. in literis uerò sigillorum appositorum habetur, R. P. & M. canonici

nonici Narboñ.constat quòd literæ sigillorum, di scordat à literis citationis : ideoq; falsæ præsumun tur.ex̃.de elect.cùm inter R. seniorem.& de appel latio.significauit.& de fide instrumen. inter dile-
14 ctos. † Sed nec uidetur præmissa protestatio sufficere,nisi & is, cuius sigillum apponitur,dicat in ipsa charta se illud apposuisse.argum. ff. de test.l. pen.& l.ad testium.§.si quis ex̃.C. eod. si unus. & l.hac consultissima. & l. in testamentis & l.iubemus.ex̃.de re iudic.cùm inter uos.§.primo.uersicu.pen.& fin.C.de his, qui.ut indi.l.pen.ff.de edẽ. l.1.§.fin.nam cùm sigillum ponatur in testimonium rei gestæ, non potest is , in cuius fauorem apponitur in causa propria testis esse.4. quæstion.3. uersic.nullus.Sed credo cõtra,scilicet quòd charta fidem faciat,quamuis is, cuius sigillum apponi tur,non subscribat,uel hoc non dicat, ex quo sigil lum integrum apparet & incorruptum. argu. C. arbit.tut.l. fina.ex̃.de fide instrum.inter dilectos. & c.2.ubi de hoc secundum papam,nec talis est te stis in re propria : cùm huius acta sint communia, & huiusmodi subdelegationes probantur per sigilla iudicum : ut j̃. de instrumen. edit.§.nunc di camus.uersicu.illud autem. Hinc est etiam , quòd si quis procuratorem constituat, uel aliquid fiat coram persona authentica , & exinde fiat scriptura,in qua ipse constituens uel faciens,loquitur, & sigillum eius apponitur : nulla de hoc per ipsum constituentem,uel ipsam personam authenticam , facta in litera mentione , satis facit fidem tale sigillum : ut ex præmissis apparet. Nec est necesse quòd persona loquens in instrumento,siue sit con trahens,siue aliud signum apponens, dicat, signũ meum apposui. Item non est uis, an promittens uel contrahens loquatur in litera,an sigillans: argumen.extra,de conuer.coniu.dudum. Sufficit er go, quòd litera citationis, sit sigillo iudicis sigilla ta: quia non est de actis iudicij,sed ante iudicium. Si autem sunt plures iudices, quilibet etiam suo si gillo signet.argum. Institu.de testamen.§.sed cùm paulatim. Si uerò alter coniudicum sigillum non habeat proprium : sigillet cum sigillo alterius: su prà scripta tamen protestatione præmissa, cum qua etiam omnes cum uno possent sigillare sigil lo : ut Institu.eod.titu.§.possunt autem.ff. eodem l.ad testium.§ si ab ipso.ubi est argu. quòd etiam cum sigillo actoris , possit iudex signare, cùm sit alienum . De hoc j̃. de edi. instrum.§.postremò. uersicu.item quod sigillum non est eius.Quòd au tem sigillum dicatur authenticum , not.in præ.§.
15 uidendum.uersicu.10. † Hoc autem nota,quòd citatio duorum facta,tertio delegato absente,nec se excusante, non tenet nisi scribatur cum clausula illa,quod si non omnes,&c.ex̃.de offic.delega. prudentiam.in princ.& cap. cum causa. Quòd sic ostendo.Constat enim quòd citatio est de processu iudicis: ex̃.de proba.quoniam contra.de offic.delega.gratum.& c.relatum. Constat etiam quòd si duo iudices procedunt,tertio nec ueniente,nec se excusante , nec uices suas alij committente : duo nil agere putantur , nisi aliàs de eius impotentia constet : ut in prædic,cap. prudentiam.§.1.extra, de rescriptis.scilicet citatus,2. quæst.6. §.diffinitiua. uersi.si plures.Ergo nec citatio duorum ullius est

momenti.Veruntamen si duo protestentur in suis literis id factum esse de tertij licentia,consulo citato quòd uadat,saltem suum priuilegium allegaturus.ex̃.de appellatio.cùm parati. & cap. si duo-
r bus.de offic. delega.cùm causa. ubi de hoc. r Hoc prosequere.ut not.in prædic.cap. prudentiam.respon. 1. In eodem etiam cap. not. secundum papam, utrum tertius coniudex possit ratum habere, quod à duobus factum est : siue sit processus , siue sententia excommunicationis , uel alia ? Sed uidetur quòd tertius coniudex possit ratificare citationem à duobus factam eo absente : quia ratihabitio retro, &c. C.ad Maced.l.fin.ff. de pign. si fundus. Quæ regula uidetur etiam locum habere in iudicibus.ff.de iud.l.licet.argum. contra.ff.de arbit.l.si in tres.& ff.de offic.proconsul.l.obserua re.§.fin.quod nerius uidetur. De hoc j̃.de sen.§. 1
16 sequitur.uersicu.sed & si.cum sequen. † Quid si iudex tulit sententiam nulla præcedente delegatione,nunquid per ratihabitionem ordinarij con firmabitur sententia? argu. quòd sic.ff.de re iudi. duo.9.q.2.§.fin.C.de iure fis.l.2.lib 10.Sed dic cõ tra, prout ibi no.& arg.ea.q.c.1.idem iuris est, si tertius coniudex sententiam à duobus præsentibus latam ratificat, ut ibi not. Quid si tertius non uenit,nec se excusat, qualiter tunc duo citabunt partes: uel qualiter illum absentem uocabunt? Re spon.do.meus no.in Sum.de offic.delega.§ quòd si eius officium. quòd fine delegatione collegæ possunt duo citare hoc modo.

FORMA. Vice nostra & collegę nostri, citamus te, qui cùm multum distet à nobis, in citatione hac non poterat interesse : quasi dicat , habet hic locum clausula illa, quod si non omnes. & de hoc tangitur in præ.cap.cum causam quæ. Ad hoc facit quod not. j̃. de primo & secundo decre. §.iam de effectu. uersicu. & nota quòd pręs. Item etiam dicit, si duo sunt, scilicet quòd unus uice sua & absentis,citare ualeat causa simili allegata : põt enim absens ratificare quod suo nomine gestum est:& in his casibus ratione dubij, citatus uenire tenetur : tamen ulterius non tenetur procedere,nisi facta sibi copia iurisdictionis, nec est decens eam sibi fieri , nisi ueniat coram iudice, ad quem potius , quàm iudex ad ipsum,uenire tenetur.Sed dices : ergo quisque potest pro libito me uexare, dicens se iudicem, cùm non sit ex quo sic citatus debeo comparere. Sed respondeo,ipse sibi ad interesse condemnabitur, & aliàs punietur. Quæ dic secundum dominum meum, ut in præ.§.quod sit eius officium.Caueat tamen citans prædicto modo , quòd is,cuius nomine citat, non multum distet.Aliàs dictans,scribens,& sigillans, quæstionem falsi poterunt formidare : ut ex̃. de his, quæ fiunt à præla.quanto. secundum dominũ meum . Aliqui tamen quandoque faciunt hanc literam scribi nomine omnium, & in fine dicunt: Data anno , mense tali : nihil de loco uel die dicentes, sicque suas (quod non approbo) palliant falsitates. Tutius est ergo in prædictis casibus, quòd unus committat alteri uices suas sub hac forma . 1

FORMA. Talis tali,salutem in domino.Cùm causa,quæ uertitur seu uerti speratur inter A.& B. nobis

uobis & mihi simul à sede apostolica sit commissa
sub hac forma: Clemens episcopus, &c. posito to-
to tenore subiungat: præfatus A. à me instanter
petijt, quòd dictum B. citare deberem, ut coram
me comparere deberet. Attendens igitur me ad
hoc sine uobis non debere procedere: uolens etiã
litem abbreuiare, partiumque occurrere laboribus & expensis, uestræ discretioni quo ad dictam
citationem tantummodo faciendam, & in his, quæ
ad ipsam pertinent, meas uobis committo uices,
iurisdictione ac potestate mihi in omnibus alijs
reseruata: scituri quòd dante Deo die ac loco in-
terero per uos partib. assignatis. Quòd si tres fue
rint, duo tertium eodem modo committant, qui
tertius citabit hac forma:

FORMA. Tales, tali, salutem in domino. Li-
teras apostolicas me & talem recepisse, sub hac
forma, Clemens episcopus, &c. Cùm igitur dicti
mei tales collegæ, quo ad citationem huiusmodi
faciendam mihi commiserint uices suas: idcirco
uice dictorum collegarum, & mea, autoritate do-
mini papæ, qua fungimur in hac parte, uos cito,
& coram eis & me die & loco. talibus per uos, aut
per procuratorem idoneum, &c. uel committatur
hæc citatio committenda alicui: ut suprà, uersic.
uiso. Sinautem unus committat alteri uices suas
in causa, dicet prout nota. ẽ. de iudice delega. §.
17 sequitur. uersicu. & sic sunt, in fine. † Sed pone
quòd is, cui citatio committitur facienda, petit
sibi fieri copiam iurisdictionis, nec aliter uult ci-
f tare: dixit, Gu. Na. f sufficere tenorem rescripti
apostolici, in litera insertum esse: nec est necesse
originale ostendi: argumen. extra, de dilatio. præ-
terea. Nec obstat extra, de offic. delega. cùm in iu-
re. quæ loquitur in executione sententiæ, in qua
magnum fit præiudicium, quod non est in citatio-
ne: ideoq; debet obedire citatori. Pars enim corã
delegato ueniens, poterit, si uoluerit, rescripti
copiam petere & habere: ut in prædic. cap. præte-
rea. nec a citatore appellari ex hoc poterit, cùm sit
merus executor: ut ẽx. de appellatio. nonit. maxi-
mè autem obedire debet, si delegati persona sit
autorizabilis & bonæ famæ. arg. 92. distinct. nobi-
lissimus. 63. distin. miramur. prope finem. & secun
dum quosdam, etiam minoribus obedire tenetur:
ff. de iudicijs: si quis ex aliena. Dominus meus
not. in tit. de offi. delega. §. quod sit eius officium.
uersic. tertio, quòd talis potest cogi coram iudice
uenire: & tunc ostenso sibi rescripto, eum coge-
re. Et per præmissas etiam rationes not. papa in
prædicto c. præterea. quòd ex quo delegatus in-
serit in citatione apostolici rescripti tenorem, ci-
tatus per ipsum delegatum comparere tenetur,
quanquam apostolicum non uiderit rescriptum,
nisi fortè ipse delegatus uilis persona, uel nimis
remota sit. Et si non comparet: & ille in ueritate
iudex sit, tenet excommunicatio, uel in possessio
nem missio, & quælibet alia mulcta per eum pro-
pter hoc illi inflicta. Debet ergo comparere, cum
per hoc nullum fiat sibi præiudicium, uel modi-
cum. Nam saluum sibi remanet ius petendi co-
piam iurisdictionis illius, & fori priuilegium alle
gandi. & aliàs procedere non cogetur. ff. de iudi. si
quis. extra, de iudic. cap. primo. ẽx. de dilatio. ca-
pitulo fin. Sed si ille iudex non sit: uel nullum uel
falsum rescripti tenorem, uel nullam causam qua
re super citatum iurisdictionem habeat, in citato
rio inseruit: nec aliàs est iudex ordinarius, non
tenetur comparere: nec tenet, si contra eum non
comparentem procedit. argumen. ff. si quis cau. si
seruus. & l. quoties seruus. ff. de in ius uocan. l. s.
t Sed Pet. de Samp. dicit, t quòd nec citatus per ip-
sum delegatum comparere, nec is, cui mandatur
quòd citet, comparere tenetur, nisi prius de illius
iurisdictione certificetur, argumen. in prædic. ca.
cùm in iure. & in his quæ not. infrà de probationi
bus. §. uidendum uersicu. quid in auditoribus. uel
nisi citans sit persona autorizabilis, ut præmis-
sum est. Citatus tamen non debet dicere se de il-
lius iurisdictione dubitare, ubi dubitandum non
18 est. ẽx. de rescrip. cùm contingat. † Sed quid si
delegatus mandet alicui, ut denunciet P. excom-
municatum? Respond. not. papa in præ. c. cùm in
iure: quòd prudenter agit, etiam si nullo aposto-
lico rescripto uiso exequitur quod mandatur: præ
sertim si delegatus sit approbata persona, nec te-
netur deferre, nisi uelit, appellationi partis appel
lantis, ne exequatur. Nam huiusmodi appella-
tiones coram delegatis, non coram executoribus
sunt interponendæ. ẽx. de offic. deleg. super quæ-
stionum. §. quem uerò. & §. fin. non tamen cogi-
tur, nisi uelit: ut in prædic. c. cùm in iure. & si pro-
pter hoc excommunicetur, non tenet excommu-
nicatio: quia hic agitur de magno præiudicio. Ha
bet enim ille tantùm iurisdictionem in rebus, uel
personis in rescripto contentis, & nõ in alijs, nisi
eius iurisdictionem impediant uel mandatum cõ-
temnant, ut not. secundum eum ẽx. de offi. dele.
c. 1. at iste non impedit, nec contemnit, cum sibi
non constet ipsum iudicem esse: non ergo, secun-
dum eum, tenet sententia, tanquam à non suo iu-
dice lata, licet pòst reperiatur ipsum iudicem fuis
19 se: argumen. ẽx. de offic. deleg. ex literis. † Quid,
si iudex ita dicit, Mando tibi quòd uenias die ta-
li, uel quòd talem cites, alioquin te noueris ex-
u communicatum? Dicit G. Na. u quòd non ueniẽs,
uel non citans, non est excommunicatus: necesse
est tantùm sententiam excommunicationis in il-
lum dictari. C. de senten. ex breuic. reci. arbitri. &
ore proprio proferri. 2. q. 1. de manifesta. in fi. ibi:
iam diiudicaui ut præsens, &c. & est argum. in his,
quæ not. ẽx. de simo. sicut tuis. in glo. arg. quòd ab
bas. & de eo, qui fur. ord. rece. c. 1. nec talis litera
probat sententiam. C. de eden. auth. si quis in ali-
quo. ẽx. de fide instru. cap. 1. quia nec creditur iu-
dicis assertioni. ẽx. de probationibus, quoniam
contra. arg. contra. 63. dist. solennitate. & 22. q. 5.
x comperimus. ẽx. de simo. accusatum. x Sed illa, ut
y dicit ibi papa loquitur, qui solo uerbo y aliquem
absoluere potest: ut ẽx. de sente. excom. si aliquan
do. Vnde dicit quòd iudex sic procedere debet:
nam præsentibus aliquibus absentem uel citare
nolentem, excommunicabit hoc modo: quia talis
à me legitimè citatus comparere contempsit, uel
ad mandatum meum citare talem neglexit, eum
z excommunico, in his scriptis. z Deinde illum cita
bit hoc modo: Mando tibi ut compareas tali die,
uel talem cites, alioquin te noueris excommuni-
catum

catum. Cuius excommunicationis forma talis: Quia talis à me,&c.ut supra, & sic postea talis nõ poterit appellare:ex̄.de appella.prӕterea.Alij dicunt quòd bene est excommunicatus per talia uerba.arg.in his,quӕ no.j̄.de sententia.§. ut autem.
20 uer.porrò quia ibi.ueruntamen iudices. † Quid si non ueniens, habuit iustam causam absentiӕ? Dicunt quidam simpliciter, quòd non est excommunicatus. Non enim iudex intendebat ipsum excommunicare in omnem euentum, sed in casu contumaciӕ.argum.ff.de solu.si seruus decem. in fin. Vnde cùm non sit contumax, pœnam contumaciӕ sentire non debet.ex̄. de procu.querelam. 3.q.6.quanto. de maio. & obed. inter quatuor.ff. de re iudi.contumacia. 11.q.3. non debet is. imò debet iudex pronunciare sententiam nullam: ut ex̄.de re iudic.cùm Bertholdus.& c.tenor.circa finem. Nec debet etiam iste satisfacere de expensis:
a ut in prӕ.c. querelam. [a] Illud autem certum est, quòd si iudex excommunicat propter contumaciam, eum de quo sibi constat,quòd non sit de ipsius iurisdictione,non tenet sententia,quia ille nõ tenetur uenire:ut ex̄.de appel.si duobus.ff.si quis
b in ius uo.non ie.l.2.secus si hoc ignorat, ut ibi. [b] Sed nunquid idem erit in exempto, ut sit excommunicatus, si iudex ignorat eum exemptum? Respon.non: quia talis ignorantia non potest eum facere iudicem,qui non est.de hoc supra.§.1.uer.
c item generaliter.& seque. [c] De citatione autem, quӕ fit per edicta, nota.s̄.§.proxi.uer.& no. & j̄. de dolo & contu.§.restat. Item quando unus potest absoluere excommunicatum ab alio: nota.secundum papam extra, de officio delega. pruden-
d tiam.§.sexta. [d]

ADDITIO.

a Sciendum est. secundum Vber. de Bo.ubi supra in fi.eius tamen uerba ampliat autor:bene tamen inducebat tres leges hic in fi.allegatas.

b Fiat.Ponitur forma infra §.proxi.uer.si uerò.ibi: dicit autem,&c.

c Secundum T.ubi supra uer.& nota.

d Debet.Sup.& pronunciare,ut dixi §.1.ad.fin.super. uer. item generaliter.

e Diximus.Et no.de appel.solicitudinem.in glo.sed quare.in fi.

f Porrò.Ver.totus. Aegid. usque ibi: sed premissis super rubr.7.

g Nimium. Ibi non credit tutori dicenti quòd est necessitas distrahendi. in §. ne tamen. credit ministro,quem ad id misit,ut referret.

h Nominandos.Hӕc forma non procedit ex ui clausulӕ, quidam alij:ut dictum est supra.§.proxi.in fin.& infra seq.

i Apponatis. Respicit hoc consuetudinem Gallicanã, de qua scripsi de proba.quoniam cõtra.super uer. citationem.

k C.1.in 2.gloss.Et uide quod super ea scripsi. Est sciendum quòd Io. de Deo lib. iudicum, parte 1. rub.3.improbat, quòd libellus ponatur in citatione, maximè per delegatum,sub quo lis contestata non est. extra, de appellatio. significante. Dicit enim quòd iudex reddit se suspectum,& tales non debent esse iudices.3.q.5. quia suspecti. & dicit quòd esset locus appellationi, & multum subtilizauit. Tenet contra, quòd nec recusari per hoc, nec appellari potest seruato quod scripsi super prӕ.1.glo.

l Pastoralis.Secundum Aegid.rub.4.

m Quidam. Secundum Aegid. cuius totus iste uersi.rub.4.

n Clausulam. Ergo patet quòd proxima forma non fuit congrua.

o Prӕsenti.Quam non habemus.

p Illud.In prima persona habetur Isa.42.& 48.

q Secundum Aegid.sua rubrica 7.

r Hoc.In 1.gloss.& fuit quӕstio uenerealis 8. & quicquid ibi dicatur, hic tene quod dicitur hic.Et si dicas tertium uerè impeditum,dic ut in quӕstione, quӕ est super regula, eum qui certus.de regu. iur.lib.6.

s G.Na.in c.statim allegato.

t Dicit.In c.cùm in iure.

u G.Na. Vt scripsi in decre.prӕterea.hic allega. in eius prin.

x Accusatum. Ibi dicebatur in antiqua prӕscripta nostra prohibere. & idem in capi.ibi seq. ut ibi dixi.

y Verbo.Si intendit de uerbo. absoluo te: quid speciale in papa,si de alijs uerbis:tene quod dicit cle. si summus. de senten.excom.

z Scriptis.Ridiculosum est hoc consilium, quod ante culpam feratur excommunicatio pura.

a Querelam. Vide quod notatur de test. cog.c.2.in ult.glo.& quod super ea dixi,& emisi.

b Ibi.Statim innuit contra.sed distingue ut in q.de qua statim.

c Et seq.Ibi remisi ad q. quam scripsi super regula, scienti.

d Sexta. Vbi scripsi super uerbo,malitiam.

SVMMARIVM.

De citationibus auditorum domini papӕ.

1 Auditor generalis domini papӕ, quis & quare dicatur? & citatio in eius audientia cuius forma debeat esse?

2 Litis contestatio,dicitur litis initium,& quibus uerbis

uerbis sit ante eam utendum.

3 *Auditor domini papæ. mandans extra curiam intra duas dietas aliquem citari, qualiter debeat literas concipere.*

4 *Altera parte appellante à delegato, si ipse delegatus causam remittat ad superiorem, qui eam sam delegauerat: superior uerò, ad quem causa remissa, si citat appellantem, ut ueniat processurus in causa principali, nulla facta mentione de appellatione, quid iuris?*

5 *Mittere debens excusatorem, si non mittat, an teneat processus contra ipsum super principali habitus.*

6 *Auditori domini papæ rescribens, post factam citationem, secundum formam sibi traditam, qua forma utetur.*

7 *Auditor domini papæ, suscepta causa appellationis, uel negotij principalis inhibens ordinario, ne de ipsa causa se intromittat, quo rescripto utetur.*

8 *Delegatus qui causam cognouit, si citat partes peremptoriè ad sententiam audiendam, & postea committit alteri sententiæ prolationem: an is, cui commissum est debeat iterum partes citare.*

9 *Plures iudices habens, si ab omnibus citatur, coram quo comparebit.*

DICTO De citationibus literalibus ordinariorum, uisum est decens, ut etiam de citationibus auditorum generalium palatij domini papæ (quas frequentamus) aliqua supponamus. Qui ideo auditores generales dicuntur, quia eis generalis audientia appellationum totius orbis commissa est: non tamen diffinitio, sine speciali domini papæ mandato, sibi facta prius relatione fidei: ut dixi s̄. de iudi. delega. §. secundo. uersic. item non obstat. Et scias quòd quandoque citant in audientia, quandoque etiam extra curiam. Nam de consuetudine diutius obseruata, citant extra curiam usque ad duas dietas. ex̄. de rescrip. nonnulli. & eorum literis obeditur, & sigillis eorum creditur in causis per appellationem, & etiam per simplicem querelam ad apostolicam sedem delatam.
1 † Forma autem citationis, in audientia talis est.

FORMA. Mandat magister Gul. Durandus, canonicus Beluaceñ. & Narboñ. domini papæ capellanus, subdiaconus, ac ipsius palatij causarum generalis auditor, citari primò, uel secundò, uel tertiò peremptoriè, uel quartò ad malitiam conuincendam, in audiencia publica, talem, seu eius procuratorem legitimum, si quis est in Romana curia pro eodem, & quoscunque alios, qui sua crediderint interesse: ut tali die facta audientia, si curia fuerit, alioquin proxima sequenti die, qua curia fuerit, compareat in palatio coram eo ad procedendum, uel ad libellum recipiendum, uel litē contestandum, uel ad iurandum de ueritate seu calumnia, uel ad respondendum positionibus, uel ad audiendum iurare testes partis alterius, uel ad audiendum sententiam: & sic de alijs, in causa seu causis appellationis & negotij principalis, quæ uertitur, seu uerti speratur inter dictum P. ex parte una, & talem ex altera super præbenda talis ecclesiæ, uel beneficio, uel fundo, uel uinea, & huiusmodi, uel super tali accusatione, prout postulat iuris ordo: alioquin in causa ipse, uel ad libelli re-
a ceptionem, uel ad litis contestationem, [a] non obstante cuiusquam absentia, quantum suadebit iustitia, procedetur. Data Viterbij, die 6. mensis Octob. pontificatus domini Clem. papæ 4. anno. 4.

2 † Et nota quòd semper ante litis contestationem utimur in citationibus hoc uerbo: In tali causa quæ uertitur, seu uerti speratur, &c. quia litis contestatio est litis initium: ut ex̄. de uerb. sig. ex parte 2. & de offi. deleg. super quæstionum. §. 1. uersi. quòd si delegatus. & c. relatum. ante litem contestatam, non dicitur quis agere, sed agere uelle: ut
3 ff. rem ra. ha l. amplius. † Si uerò mandat extra curiam intra duas dietas aliquem citari, sic literæ concipientur.

FORMA. Magister Gul. Durandus, &c. ut supra, usque, auditor. iunge, tali plebano, & tali canonico, talis ecclesiæ, salutem in Domino: Cùm causam appellationis & negotij principalis, quod uertitur uel uerti speratur inter G. ex una parte, & T. ex altera. uel quam mouet uel mouere intendit, super tali re, uel accusatione, & rebus alijs, ad instantiam ipsius G. uel eius procuratoris, uel de mandato summi pontificis, sicut occurret, recipimus audiendam, & fine debito terminandam: discretioni uestræ autoritate domini papæ, qua fungimur in hac parte, districtè percipiendo, mandamus quatenus uos, uel alter uestrum per uos, aut alium per alios, eum ex parte nostra peremptoriè citare curetis: ut die decima à die uestræ citationis connumeranda, uel in proximo sequenti non feriata (si dies ipsa fuerit feriata) per se uel per procuratorem legitimum compareat in Romana curia coram nobis, facturus & recepturus in dicta causa, quod ordo dictauerit rationis. alioquin, &c. ut s̄. in proxi. forma. mandatum nostrum, imò uerius, apostolicum taliter impleturi, quòd de inobedientia uel contemptu nequeatis aliquatenus reprehendi. Diem autem uestræ citationis, & formam, & quicquid inde feceritis, nobis per patentes literas harum seriem continentes, aut per publicum instrumentum fideliter rescribatis.
b Data, &c. [b] † Quid si altera parte appellante à de-
4 legato, ipse delegatus causam remittit ad superiorem, qui causam delegauerat: superior uerò, ad quem causa remissa est, citat appellantem, ut ueniat processurus in causa principali, nulla facta mentione de appellatione? Respon. dicunt quidam, quòd sufficit mittere executorem, qui solùm dicat: Domine, non tenet citatio uestra super causa principali: uel non potestis in ea procedere, quia appellatum est, & appellans intendit prosequi appellationem tempore competenti. Si autem transisset tempus prosequendæ appellationis, tunc be-

ne

ne tenere citatio super principali causa, tã à dele
c gante, quàm à delegato facta. c 2.q.6.ei, qui.ex.de
d appell. cum sit Romana. Papa uerò d quòd debet ostendere talem qualem appellationem fuisse admissam.ex.de testi.c.ueniens. quia si aliud diceretur, sequeretur absurditas: quia cuilibet facile esset deludere quemlibet iudicem, si non teneretur probare ueritatẽ causæ appellationis. Tunc enim non prosequitur causam appellationis, quia nec super ea citatus est. Si autem in citatione facta super principali, fieret mentionem de appellatione, non teneret. nec excusatorem mittere teneretur: quia expressit errorem in sententia, scilicet quòd ueniret agere causam principalem, omissa appellatione: quod uerum est in illis causis, in quibus ante omnia debet articulus appellationis expediri, prius quàm de principali agatur: ut ex. de appel. ut debitus. & c. cordi. Secus est autem ubi appellatio simul cum principali expeditur: ut est quando super prouisione appellatur: ut ex. de
e appel. statuimus. e † Item certum est, quòd ubi
5 debet quis excusatorem mittere, nec mittit, tenet processus contra eum super principali habitus: si iudex appellatum esse ignorauit, & aduersarius nil dolosè egit. Secus autem si scienter appellatũ ex. de appella. si duobus. uel si aduersarius dolosè subticuit de appel. ff. de iudi. si prætor. Porrò in citatione facta à delegato, non tenetur quis excusatorem mittere: licet securius sit mittere. Alij dicunt, & bene, ut uidetur, quòd citatio delegantis tenet etiam non facta mentione de appellatione: quia sicut citatus comparere debet, ut proponat suas exceptiones: ita & iste, ut proponat suam, scilicet appellatum esse. ff. de iud. l. quis ex aliena. ex. de appel. cum parati. & nisi ueniat, tenet processus habitus contra eum, secundum papam, qui hoc
f not. ex. de accus. c. si. f † Cæterùm is, cui sub for-
6 ma præscripta scribitur, rescriptum reuerenter recipiat, & iuxta formam sibi traditam citet: quo facto, sic auditori rescribat:

FORMA. Viro uenerabili, discreto, &c. literas uestræ reuerentiæ recepimus sub hac forma, &c. Magister Gul. Durandus, &c. posito toto earũ tenore subiungat sic: Vestris igitur uolens humiliter obedire mandatis, talem ex parte uestra, die tali, in tali loco, talibus præsentibus, peremptoriè citare curaui: ut tali die coram uobis. in Ro. curia per se uel per procuratorem legitimum, &c. ut s. in litera præcedenti: quod si de citatione factum fuerit publicum instrumentum, subiungitur sic: prout in instrumento publico exinde confecto, quod ad uestram transmitto præsentiam, uidere poteritis contineri. Si uerò is, cui citatio demandatur, citare noluerit auditor, mandatum suũ sic poterit aggrauare:

FORMA. Magister G. Duranti, &c. meminimus nos uobis literis nostris dedisse in mandatis, ut talem, de tali loco, ex parte nostra peremptoriè citaretis, quòd coram nobis, tali die & loco, super tali causa, &c. ut s. quod quidem (prout nobis asseritur) facere contemptibiliter non curastis: quocirca uobis sub pœna excõmunicationis strictè præcipiendo, mandamus quatenus eundem ex parte nostra citare curetis, iuxta priorum continentiam literarum: quod si fortè contemptum super addentes contemptui mandatum nostrum imò uerius apostolicum, in hac parte contempseritis adimplere: contra uos proculdubio propter inobedientiam & contemptum huiusmodi ad pœnam duriorem, & ad alia, sicut magis expedire ui-
7 debimus, procedemus. † Porrò quandoque auditor suscepta causa app. uel negotij principalis, inhibet ordinario ne de causa ipsa se intromittat: & tunc ei sub hac forma mandabit:

FORMA. Venerabili in Christo patri tali episcopo, Magister G. Duranti, domini papę cappellanus, ac palatij eiusdem domini causarum generalis auditor, reuerentiam cum honore. Peruenit ad nos, quòd licet causa quæ uertitur inter tales, super hoc pendeat uel agitetur, seu agitari speretur in Ro. curia coram nobis: uos tamen non sine sedis apostolicæ iniuria & contemptu, in causa huiusmodi: nam tam ad unius partis instantiam, quàm in alterius graue præiudicium autoritate ordinaria procedere attentatis: quocirca paternitati uestræ tenore præsentium, autoritate domini papę qua fungimur in hac parte, reuerenter tamẽ, præcipiendo mandamus quatenus in dicta causa supersedere curetis, cum ad maius tribunal mediante iustitia sit delegata. Si uerò mandat inhiberi alteri parti, ne aliquid in præiudicium alterius partis attentet, sub hac forma scribet:

FORMA. Magister, &c. Cùm causa appellationis & negotij principalis, quæ uertitur seu uerti speratur inter P. & H. super hoc pendeat in Ro. curia coram nobis autoritate domini papæ, qua fungimur in hac parte, uobis strictè præcipiendo, mandamus quatenus eidem P. ex parte nostra arctius inhibere curetis, ne dicta causa coram nostro pendente examine, cuiquam in partis alterius præiudicium innouet uel attentet. Quid iuris sit de huiusmodi inhibitione, dicam j. de appella. §. de officio quoque. & se. Item not. quòd priusquam fiat citatio, debet actor cauere. quod dic ut infra. de accus. §. 1. Ibi etiam habes qualiter in crimini-
8 bus fiant citationes. † Item quæritur, ecce delegatus qui de causa cognouit, citauit partes peremptoriè ad sententiam audiendam: demum committit alij cui sententiæ prolationem: quæritur an is, cui commisit, debeat iterum partes citare. Et uidetur quòd sic, argumen. ff. d. iudic. edictum. & facit quod no. C. quomodo & quando iudex. consentaneum. in glo. scilicet præside, &c. argumen. contra, ex. de of
g fic. deleg. consuluit. ff. de iudic. mortuo. g † Item
9 pone quòd aliquis habet plures iudices, ut scholaris, uel quia est de foro alterius ratione domicilij uel contractus, uel alia de causa, citatur ab omni-
h bus iudicibus: h quæritur coram quo comparebit? Dic quòd primo citanti prius parebit. argumen. de foro competen. proposuisti. & de appella. ut debitus. & c. cum parati. ff. de iudic. qui prior. extra. de o. cog. capit. secundo. 18. distinct. si episcopus. In summa not. quòd iudex pensatis circumstantijs & qualitate personæ citandæ, negotij & temporis, quòd locorum distantia: debet inducias & terminos moderari. ex. de appel. cùm sit Romana. de dila. c. 1. de offi. dele. sane defert cõquestus. de transact. c. si. de dolo & contu. cùm dilecti.

Additio,

ADDITIO.

a Litis contesta. Inepta uidetur comminatio contestationis, parte non ueniente. Sed dic quòd respicit partem illam, qua citantur hi, quorum interest: & eis non uenientibus, fiet contestatio cum principali, &c.

b Et cætera. Addidit uer. seq. quia hic continuatur uer. cæterùm.

c Facta. Hucusque posuerat supra. §. sequitur. in fine.

d Dicit. Vbi declarat in fine.

e Statuimus. Lib. 6.

f C. fi. Et ibi scripsi post hæc uerba, quæ ad literam fuerunt ipsius. per hunc finem uidetur Innocen. recedere à priori dicto: ut sic non sufficiat mittere excusatorem.

g Mortuo. Decreta. probat quòd iudex non tenetur ultrà citare: & lex dicit, quòd iudice mortuo successor iudicabit, quod ille iudicaturus erat. Ergo pronunciabit sine noua citatione. Cessat dubium, si uterque compares paratus audire sententiam. Procedit quidam cùm alter comparentium petit copiam subdelegationis, uel contra illum opponit aliquid probabile. Tunc enim cùm ea hora sententia ferri non possit, certum est quòd nouum peremptorium erit necessarium. Procedit ergo dubium, cùm alter non comparet: & tunc puto nouum peremptorium necessarium, per præallega. l. edictum. nisi index citasset ad sententiam ferendam per se, uel per eum, cui committeret. Facit ff. iudi. sol. cùm apud. & uide quod scripsi de accus. licet. post princip. lex. mortuo. determinat quid iudicandum, sed non quando.

h Iudicibus. Intelligas super una causa: si enim super diuersis, coram omnibus comparebit, per procuratorem saltem. Et uide quod dixi in cap. cùm parati. super 2. glo. & de rescript. cap. fin. super uerbo, comparuerit. Et scias quòd in scholari minus est dubium, cùm possit quem uult eligere. de quo satis suprà de reo. post princ.

Bald. De citatione.

QVAE possunt excipi contra citationem, & de interuallis temporum inter unam citationẽ & aliam, & de peremptoria mittenda, & qualiter est fienda per unam uocem, & qualiter per literas: uide plenè in Spec. de reo. per totum. Citari faciens aliquem, & non comparens in termino, non auditur, nisi prius restitutis expensis, & idonea cautione præstita, quòd in alia citatione fideliter comparebit in Specul. de satisd. §. fina & uide de dolo & contum. cap. 1. in 6. Citatus non excipiens de loco tuto, uel fore, an in alia citatione poterit de hoc excipere. in Specu. de appella. §. restat uidere. uersicu. & not. secundum Vincentium, ubi dicit quòd præiudicas sibi, saltem in illa instantia: sed si reus iterum citetur ad eundem locum uel forum, semper potest excipere quasi de nouo. Et uide de ista exceptione, quod not. in Specul. de appellationib. §. de offic. in prima columna ubi cauetur. Constitutio de duabus diætis non habet locum in ordinarijs, sed solum in delegatis papæ per textum, qui dicit per literas apostolicas. §. contra. uersicu. illud quoque. G. Quid autem in arbitro: uide infrà, uersicu. sed nunquid arbiter. Ordo mandati papæ est seruandus hoc modo: ut si mandat aliquem moneri, ut soluat intra 15. dies, aliàs citetur: quod compareat coram papa: primò est monendus, subsequenter citandus, non tamen simul monendus & citandus. uersicu. sed pone, papa. In contrarium facit quod nota. in cap. 2. de test. cog. sed ibi in ordinario. G. Præsens non est citandus: ut in cap. fina. de elect. lib. sexto. in Nouella. sed monendus: ut l. cessante. uide suprà de teste. §. ualet dictum. & de reo. §. præsumitur quis. Aliud est citare ad diẽ feriatam & aliud usque ad diem feriatam: quia dictio usque, tunc excludit. uersicu. item excipitur quòd citatio facta ad diem festum. C. ff si quis in ius uocat. non ie. l. secunda, in fi G. & §. uiso. uersicul. quid si aliqua citatio. Nam citatio est de processu: & ideo die feriata emanare non potest. G. uersicu. item excipitur quòd facta. subaudi à iudice, sed citatio quatenus residet in nuncio, uel in exhibitione epistolæ, non est de processu, sed de executiõe processus seu mãdati iudicis: quæ executio potest fieri tempore feriato gratia hominum non Dei reuerentia l. dies festos. C. de ferijs. ubi uox fileas. secundum Barto. sunt tertiæ feriæ quæ non sunt propter ueram religionẽ inductæ, sed de cõsuetudine, fortè propter nundinas, uel ex beneplacito: ut erant olim dies calendarum: & dic ut in l. feriatis. ff. de arbit. Sunt & quartæ feriæ repentinæ, ob publicam causam introductæ: de quibus dic ut not. in clem. sæpe. de uerbo signifi Et nota quòd in compromissis potest renunciari omnibus ferijs etiam in honorem Dei inductis. Secus in ueris & solennibus iudicijs: & hoc uidetur uerum in arbitratore, aliàs non: ut not. Ioan. An. in c. R. de fer. Bal. Non ualet citatio nec processus contra clericum, etiam si iudex ignoret. de clericatu. uersic. sed pone quòd iudex etiam si communiter

muniter haberetur pro laico: quia quo ad eum, iudex nulli submittitur iurisdictioni: & ita fuit disputatum. Bal. nisi fortè dolosè tacuerit de clericatu. argumen. C. ad Vellei. l. siue infrà. §. iam de. uersic. antepenult. G. Si tamen clericus est bannitus à iudice seculari, potest impunè offendi, quia autoritas iudicis excusat. l. penult. ff. de adult. per Dy. & ita fuit disputatum. alleg. gloss. ff. de arbit. l. 1. in fi. & de iureiuran. l. illud. §. si quis hominem. Bal. An eodem modo fiat citatio in ciuilibus & criminalibus. §. nunc de tempore. uersi. sed nunquid idem iur. per G. Ante uerò litis ingressum, quilibet terminus intelligitur peremptorius. uersic. dicunt etiam quidam, sub. §. uiso. G. Sed Accur. dicit quòd non est differentia in citatione ante lit. contest. uel post. ff. de iudic. l. & post edictum. quod est uerius, secundum Pe. Vide infrà, de dilatio. post lis. contest. An comminatio aliquid operetur? no. C. de cohorta. l. apparitor. uer. item iudex debet. & uersic. sed quid si tres. B. & quid si non uenit in altero terminorum, ibidem. G. & uide ff. de dam. infe. l. prætor. §. si aliquando per Iac. Bal. Vbi ponitur dictio à, uel ab: dies citationis alle. & prima dies, qua citatus recipit citationem, non computatur in termino. uersicu. item not. quòd sic citatio. G. facit quod not. ff. de ast. empt. l. ratio. in fi. & uide in Specul. in addi. quæ fuit domini Ioan. And. Bal. Citatio potest committi parti, ut citet aduersarium. tamen citatus non tenetur ei credere, nisi ostendat schedulam in §. sequitur. post prin. G. Item non tenetur quis credere aduersario dicenti se appellasse ad sedem apostolicam: quæ appellatio habet uim citationis, nisi ostendat instrumentum appell. G. arg. ff. depo. l. si quis infìciatus. secundum Bart. & facit ff. de fur. l. cum qui §. si epistola. An stetur relationi nuncij in citatione in paruo uel in magno negotio. uersi. sed nunquid. G. & an credatur iudici dicenti se monuisse, dic quòd non: ibidem per G. nuncio ordinario creditur. uersic. hoc autem not. G. præsertim infulato, sicut fit Perusii, quia habent birretum rubeum. §. sequitur. uer. in quibusdam locis. circa princip. ibi uide per G. in multis locis seruatur contra. tamen in causa criminali cautius est agendum. Et facias quòd appareat commißio. Sed an præsumatur facta commißio, ex quo apparet facta relatio? Dic quòd non. C. de custod. reo. l. neminem. per Cynum. & infrà uer. seq. § utrum. ibi uide G. Vtrum citatus teneatur credere nuncio non portanti literas, sed uiua uoce citanti. uersic. utrum autem citandi. G. uide infrà, eodem. §. litera. Vtrum credatur nuncio si referat quòd citatus dixit, nolo uenire. de senten. excommunic. cap. venerabilibus. §. secus in gloss. Ioan. Andr. libr. 6. uide infrà, de senten. §. citatio debet. Forma qualiter scribatur subhastatio & relatio excußionis, uide formam in uer. cæterùm. & uer. si uerè. Citatus ad unum actum non tenetur super alio respondere. de officio delegati. cap. licet per Innocen. Dominus Azo iuit cum literis personaliter ad citandum, ut uideret puellam. uersiculo, & nota secundum Vbert. Quicquid dicat Innocen. Specula. dicit quòd sufficit citatio ad domum, non clandestina, sed publica. uersicu. sed quid sufficit. G. Fallit quando ad testes litem contesta. petuntur recipi & publicari: ut not. in l. 4. ff. de damno infect. per Dynum in mercuria. in regula, præsumitur. Item fallit in inquisitione, secundum Innocentium. sed Specula. non approbat dictum Innocentij hic uide G. & uide infrà, depositi. §. nota quòd terminus. An nuncius poßit ingredi domum inuito citato? Dic quòd non, nisi in causa criminali. G. ut lege, plerique. ff. de in ius uocando. uersiculo, sed nunquid reo. Et quod dicitur, quem cogi posse pignoribus captis, intelligitur extra domum: non enim ostia trahi possunt, nec domum ingredi, nec etiam persona potest de domo extrahi, nisi pro maleficio, scilicet masculus, non fœmina. ff. de in ius uocande. l. sed & in his. in glossa ordinaria. Quando citatus non comparet, an sint citandi consanguinei, & amici per proclama generale? Dicit quòd sic. uersicu. sed nunquid consanguinei. G. Hoc uerum, quando proceditur contra aliquem, tanquam contra indefensum. l. hoc autem. §. 1. ff. ex quibus cau. in poßeßionem eatur. ubi de hoc. ff. ex quibus causis ma. l. ergo. Facit quòd nota. in l. 3 in fine. ff. iudica. sol. quia nemo præsumitur carere defensore, nisi appareat contrarium. ut ibi nota. & iste, contra quem proceditur, hac sola ratione quia defensus puta cùm sit extra prouinciam, & ad eum citatio non potest peruenire: non patitur secundum decretum, quia non latitat. Si autem proceditur contra aliquem, tanquã contra contumacem uerum uel præsumptum, tunc non sunt citandi consanguinei uel amici: tamen si ueniunt, audiendi sunt: & filius citati auditur, etiam si est minor uigintiquinque annis, & & periculum sit in promptu. C. de procurato. l. exigendum Bal. Vide suprà, eodem. §. quicquid. Vide Innocentium, de elect. cap. consultationibus. & infrà, de sentens. excommunic. §. sententia lata contra curatos. Citati omnes, qui se opponunt, intelligitur de oppositoribus tempore data: secundum

dum Innocentium. dic ut eodem. §. versicu. caeterùm. per G. An citatio possit fieri conditionaliter. C. si mancipium ita fuerit alienatum. l. ea quidem. in gloss. ordinaria. Bald. Quis citatus dicatur, reus necessarius, vel voluntarius. de exceptionib. cap. cùm inter. per Innocentium. Inhibitio potest fieri, non praemissa citatione: dummodo iustificetur per clausulam, si senseris te grauatum, &c. quod est uerum, ubi potest incipi à facta executione: secus si requiritur ordo iuris. ff. de operis noui nunciatione. l. de pupillo. §. meminisse. in glossa, & Bartol. ibi. Item secus, si factum necessariò grauet, vt datio possessionis, quia tunc iustificari non potest. C. si per uim uel alio modo. l. fina. Baldus. Literae citatoriae debent esse munitae sigillo proprio iudicis, vbi non sunt per manum publicam scriptae. §. iam de. uersicu. literis. uide suprà, eodem. §. utrum citatus. & infrà, eodem. §. litera. Si sint tres iudices delegati simpliciter, duo non citant absente tertio: nec prodest ratificatio, versic. hoc autem no. G. In ordinarijs collegijs simul ad lites. secus etiam, ut not. de re iu. l. duo. & l. Pompo. & arg. in l. 1. ff. de off. consul. Bald. Clausula, alioquin te noueris excommunicatum: non continet sententiam excõmunicationis: uersiculo quid si iudex ita. In citatione à delegato facta, non tenetur quis mittere executorem. §. fi. uersic. quid si altera. Gulliel. An designatio diei, sit de substantia citationis. Specula. quòd non in §. uiso. uersiculo quid si non praefixeris. sicut nec de substantia praecepti. Cynus tenet contrarium, secundum Petrum & facit l. fina. C. de iure do. impe. cautius est apponere certum terminum. Idem quod Cynus, Bar. in l. liber homo. ff. de uerborum obligationibus. allegat. ff. quod ui aut clã. l. aut qui aliter. §. 1. & in authent. de exhi. reis. §. si uerò etiam quidam. & C. de distra. pignorum. l. 4. Idem etiam tenet Cynus in l. dies festos. C. de fer. Videtur etiam casus in cle. 2. de appel. In contrarium uidetur casus in fin. de sen. excom. lib. 6. & hoc tenet hic Spec. Io. And. nihil super isto puncto decidit, & ponit in c. cùm parati. de appel. Tu autem conclude secundum dominum Ang. quòd quantum ad mulctandum citatũ, propter contemptum maiestatis praetoriae, sufficit citatio sine termino: nam tenetur citatus comparere quàm primum potest. Et haec practica utũtur assessores. Et ita intelligo dictum Specul. Sed quantum ad hoc ut possit contra eum, tanquam contra contumacem procedi ad reliquos actus sibi praeiudiciales. ut ad sententiam diffinitiuam, nõ. & sic intelligo iura contraria. Non obstat. c. eos. in fin. quia ibi assignatur terminus per canonem, scilicet ut absolutus ab excommunicatione reconualescens, & monitus per superiorem. vt vadat ad petendum absolutionem, compareat cùm primum potest, post monitionem. unde non est necessarius alius terminus. Et qua hora diei quis teneatur comparere: & an possit illicentiatus recedere: & an si post terminum ambae partes per plures dies coram iudice steterunt praesentes, nec est terminata causa, propter quam comparent, an dicatur ille terminus circunductus? Dic ut plenè no. Inn. in c. consuluit. de off. deleg. Bal. An ualeat generalis commissio citandorum, vide C. de iure do. l. 1. per Bar. Litera citationis non est de actis iudicij ante iudicium. §. iam de uersi. literis. ad fi. Impedito ideo succurritur, quia iudex non debet saeuire cõtra eum, nisi in causa contumaciae. §. iam de. uer. quid si nonne. G. Interdum succurritur ipso iure, quando iudex sciebat impedimentum. ff. de re iu. l. quaesitum. Interdum per restitutionem. C. de resti. in integ. l. non ignoras. per Cy. scilicet quando iudex ignorat, quo casu est defectus in iure agentis: aut est solum impedimentum ex parte rei. Primo casu ipso iure non valet decretum. l. 1. §. haec verba. ff. ne uis fiat ei. sed diffinitiua ualet: sed datur restitutio. ff. de pac. l. eo tempore. ff. de iudi. l. praetor. §. Marcellus. nisi sit obtenta contra absentem & impeditum, ex falsis probationibus, uel falsis actis: quia tunc est ipso iure nulla: ut ibi, & ff. de fal. l. si quis obrepserit. in uers. nihil agit. Si autem non est defectus in iure agentis, sed est mera rei excusatio: tunc valet decretum & sententia. ff. de dam. infec. l. si finita. §. si forte. secundum Dy. sed datur restitutio secundũ Dy no. ff. de in integ. resti. l. fi. Bal. Nuncius potest referre ambasiatam, etiam elapso termino. arg. ff. de contrahen. empt. l. qui fundum. Die feriata potest offerri libellus iudici: tamẽ ista oblatio parum operatur, si vlterius non procedatur. ff. de in ius uo. l. libertus. ff. de fur. l. Sempronia. Et ideo pars potest citari hac forma, quòd compareat receptura libelli oblationem sibi fiendam, nõ autem citabitur quòd veniat ad opponendum uel respondendum: ut no. 4. q. 5. c. placuit. §. 1. uer. item excipitur quòd citatio fiat ad idem: aliàs idẽ per G. Nota quòd in criminalibus per citationem non interrũpitur praescriptio: sed per libelli oblationem parti facta. ff. de adult. e. l. miles. §. 60. nõ iudici tantùm. arg. C. quando lib. prin. da. l. 1. et 2. Nam si ibi est speciale: ergo in contrarium est ius commune. Sed si reus non compareat ad recipiendum libellum, tunc perinde est, ac si recepisset: quia contumax in nullo

melior est præsente: ut in auth. qua in prouincia. & probatur ff. si quis cau. l. si eum. in fin. Libellus tamen malè conceptus non interrumpit præscriptionem. ff. de adul. l. accusaturus. nec inualida citatio. C. ne de sta. defun. l. si pater. ergo nulla contestatio: ut no. in authen. offeratur. Bal. uide infra, §. pe. & fi. Citatio est nulla, quando continet euidenter iniustum, uel iniquum, uel impossibile, prima facie. extra, de dilatio. c. præterea. per Inn. quòd potest esse ratione iudicis: ut quia citat non subditum uel clericum uel exemptum: hoc expresso quòd sit exemptus. Item & ratione actoris: ut si Iudæus petat mancipium Christianum: uel bigamus beneficium: uel laicus ius decimarum, uel monachus uxorem. Item & ratione conuenti: ut si citatur morbo uel ui detentus: & sic it impedimentum. Item & ratione temporis: ut si ei dat pro die feriato, uel quod in una die ex Roma compareat Carthagini. Item ratione loci, ut si citatur ad locum inhonestum uel notoriè suspectum, uel extra prouinciam. & generaliter quis non comparens, non dicitur contumax. ff. iudic. sol. l. uir bonus. Secus si sit uitium latens. l. sed eximendi. in fin. ff. ne quis eum. Tunc enim ad iudicis iudicandum contemptum pro contumace habendus est, secundum Oldr. Bal. uide infra de appel. §. nota quòd habens priuilegium. & de noto. crimi. §. citatus. Citatio rei per capturam personæ, non debet esse prima citatio nec ab ea inchoari, ut est consentaneum: nisi in maleficijs. in auth. ut nulli iu. §. si quis uerò comprehensorum. tamen ibi loquitur in fugitiuis. Item nisi propter suspicionem fugæ. facit l. ait prætor. §. si debitorem. ff. de his, quæ in frau. credito. Suspicio tamen ista non debet esse sibi parti sed iudici, & debet probari post capturam, uel ante. ff. de priuilegijs cred. si debitores. Bald. quia lis ibi inciperet ab executione, post factum potest fieri probatio, secundum Bart. quod nota. Etiam debitor fisci debet primò moneri, quàm rapi. C. de exact. tribu. l. nemo carcerem. lib. 10. facit ff. de uerbo. signifi. l. qui neque. C. de pac. l. si pacto quo pœnam. in fin. Nunquam tamen legi quòd citatio realis interrumpat præscriptionem. Bene tamen credo quòd inducat præuentionem. unde is, qui incipit, debet formare processum: ff. de ea re. aliàs, de requiren. re. l. 1. in fi. quia ex pluribus iudicibus, melior est conditio præuenientis. in Spec. de rita. §. si uersi, item pone. arg ff. de offi. consul. l. 1. quia satis tamen uidetur nouum esse edictum apud alterum per captionem. & sic illam l. induco. Facit ff. de iudi. l. si quis postea. cum sua materia. Bald. uide infra de appel. §. casus talis. Citatio circumducta non interrumpit præscriptionem: quia non constat ex omnibus suis partibus. C. de præscript. 25. anno. l. sicut per Gul. de Cu. argum. not. extra, de testi. c. significauit. per Inno. ff. ad l. Aquil. l. in lege Aquilia, si deletum. Bal. uide supra, eo. §. not. quòd inter. & uide Bal. post Inno. extra de præscript. c. ex trasmissa. aliàs est. c. illud. Citatio peremptoria non requiritur, ut ueniat ad illum, qui iam de contumacia, culpa uel dolo notatus est: ut in uer. fin. Citatio debet in se continere causas: ut not. in l. 4. §. prætor ait. uer. denunciari. ff. de dam. infecto. Citatio peremptoria, potest mitti ante litis contestatio. quod not. & uide in Spec. de acto. §. uiso. uer. antepen. Quæ sit differentia inter citationem hominis & legis. infra, titul. seq & quot sunt, quæ non requirunt citationem, ibi uide regulam. §. an absolutio. Bald. An citatus ut intra octo dies compareas: si compareat prima die, teneatur expectare aduersarium per totũ terminum, uide de dila. §. 2. Et an parte absente, id est non citata potest iudex præfigere terminum. infrà, de dila. §. an parte. Iudex potest citare sine causa cognitione. infra, de dila. §. iudex potest. Tres sunt partes citationis. & in qua parte credatur nuncio. infrà, de sententia. §. citatio debet. Ad substantiam citationis non est necesse quòd libellus primò offeratur iudici: sed est ad bene esse. infrà, de appellatione. §. sed pone, dicit statutum quòd ille.

a De contumacia. Rubrica.



VIA. Peremptoriè uocati ad iudicium, sæpe uenire contemnũt contumaciter: ideo de contumacia dicamus ostendẽtes. Quis sit contumax. Qualiter cõtra actorem contumacem procedatur. Et qualiter contra reum. Et de pœnis contumaciæ. b

b

ADDITIO.

a *Tancredus hoc ordine posuit hanc Rubricam, scilicet post proximam. Ros. in libel. iuris cano. parte secunda posuit Rubricam de contumacia accusatoris, & accusati Vber. de Bobio & fine Rubrica, mihi charta 7. ponit de contumacia & eius pœna. Ioan. de Deo duas rubricas posuit libro secundo: de contumacia rei, & de contumacia actoris. Aegid. multas Rubric. posuit. scilicet 94. usque ad titulum de cautelis aduocatorum. Guido de Suza. Rubric. quomodo procedatur contra reum contumacem.*

macem Gull. An continuauit ad tractatum proximum. Sciendum etiam, quòd hæc Rubrica reperitur in tractatu libellorum. Item quòd Host. in Summa Rubricam hanc separatam à Rubrica de dolo, prosequitur: & multum inuit autorem.

b *Contumacia. Host. primò diffinit contumaciam, dicens quòd est erga iudicem uel prælatum commissa inobedientia. Ideo dicit commissa: quia non semper obediendum est, de quo remittit ad Summam, de maio. & obe. §. & ad quid. in fi. & not de t:mp. or. ad aures. in glo. 2. & quod super ea scripsi.*

SVMMARIVM.

Contumax quot modis quis dicatur.

1 *Parti conuenta recedere non licet à iudicio sine licentia, siue sit actor siue reus.*

2 *Contumacia, est duplex.*

Ficte contumax, quis dicatur.

3 *Contumacia diuiditur in notoriam aut ueram, aut fictam siue interpretatiuam, & qualibet istarum, qualiter cognoscatur.*

CONTVMAX est, qui trinis edictis uel uno peremptorio citatus, non uenit, uel uenit, sed non obedit: seu illicentiacus recedit. 11 q. 3. certum. 17. dist. si quis autem. ex. de excessi. præ. ex literis. 24. q. 3. de illicita. C. quomodo & quãdo iudex. tres. ex. de dolo. & cõ cu. causam quę. ff. de priui. cre. si creditores. ex. de præsump. nullus. ff. de re iudi. contumacia. ex. de iudi. c. 1. de procu. constitutus. in authen. de litig. §. omnẽ uerò. item is, qui latitat, ne citatio possit ad eum peruenire: uel impedit seu procurat, per se, uel per alium, ne citari possit. ex. ut lit. non con te. quoniam. §. 1. 5. q. 1. quidam. ff. de euic. si edictũ. §. si præsentem. & in prædicto c. certum. de pœ. di. 4. in domo patris. ubi: quia subtrahit se & latet, &c. quibus casibus pro citato debet haberi. ff. de reg. iur. ad ea. §. semper. & l. iure ciuili. ff. de condi. & demon. & cum lædat per dolum aduersarium infamis est. ff. de his, qui not. infami. l. 1. ff. de don. l. 1. item is, qui uenit ad iudicis præsentiam, sed se non exhibet, seu præseniat: sed post columnas uel ostiũ latitat, ne iudex eum cognoscat. ff. ex quibus cau. in pos. ea. l. Fulcinius. §. quid sit latitare. & §. illud sciendum. Item is, qui uenit, sed nimis tempestiue uel illicentiatus recedit: ut s. non enim debet pars præsens, sine iudicis licentia recedere: & si aduersarius non comparuerit. ar. in præ. c. certum. Nam cum iudex possit in sequentem diem expectare. ut
a ex. de offic. deleg. consuluit. [a] merito & ipse expectare tenetur, quo ad hoc ut ipse petere possit sumptus, quos petere põt si ad uoluntatem iudicis expectat. C. de iudi. sancimus. non tamen quo ad hoc,
b quòd aliquam pœnam subeat: [b] quia et si non uenisset: aduersario non ueniente, non puniretur in expensis, uel alıter. ff. de arbitris. l. arbiter. §. fi. & s. de expensis. §. postremo. uer. in autem. licet forte secus sit: ut ubi quis uocatur ad electionem faciendam. quod dic secundum papam, prout not. in
c præ. c. consuluit. [c] Ipse etiam dicit quòd nunquã partibus præsentibus circunducitur edictũ: quamuis sine aliqua speciali prorogatione partes expectent per plures dies, post terminum assignatum.
1 † Nec licet alicui parti recedere sine licentia, siue sit actor, siue reus: ut in concor. s. in prin. huius. §. positis. quod si fecerit, & pars altera, quæ abfuit, docuerit, quòd absens fuerit ex probabili & necessaria causa, iuste petet omnes expensas. ar. præ. l. sancimus. Ille enim ad duo tenebatur, scilicet comparere & in termino comparere. unde si alterum complere non potest, scilicet in termino comparere, tenetur ad alterum, scilicet comparere. argum. ff. de arb. l. Celsus. & l. præce. §. fi. & ex. de dolo. & contu. cum dilecti prope fi. Patet ergo quòd ad hoc ut pereat instantia termini assignati, & circunducatur edictum, de quo legitur. ff. de iudi. & post oportet per iudicem circunduci, & licentia obtineri. Si autem iudex absit, & partes ueniant, uel non. de hoc in præ. uer. tu. autem. Item et contumax est is, qui non uult respondere: uel qui obscurè respondet. ar. ex. de iur. calum. c. fi. ex. ut lite non contesta. accedens. de mu. pe. c. 2. ff. de interro. acti. de ætate. §. nihil. Item is, qui rem ad mandatum iudicis restituere non uult. ff. de rei uend. qui restituere. & ff. ne uis fiat ei, qui in posses. missus est. si quis missus. ex. de fo. compe. conquestus. & de spons. eum locum. & in prædi. c. causam quæ. uel mulus non exhibet. ff. de appellat. creditor. §. iussus. puta si non exhibet usuras extortas. ex. de usur. quia in omnibus. de iure iuran. debitores. & c. ad nostram. Item is, qui non uult iurare. ff. de iureiuran. manifeste. ex. de iura. calum. c. fin. Item is, qui non defendit. ff. de procur. l. omni-
d no. & l. mutus. §. pœna. [d] † Et nota quòd duplex
2 est contumacia, scilicet uera & præsumpta. Vere contumax est is quem citatio apprehendit, & dicit: non portabo pedem: & contra eum potest procedi nulla alia citatione facta. ff. ex qui. cau. in possess. ea. Fulcinius in fi. nec talis potest appellare. ff. de in integ. resti. diuus. in fi. & l. seq. in quibus not. De hoc 2. quæst. 6. §. sunt etiam, quorum ff. de iudi. l. & post. in fi. C. quomodo & quando iudex. ab eo. & C. delibera. causa. si is, quem 24. q. 3. illicita. nisi ueniat adhuc sedente iudice pro tribunali: ut l. diuus. licet quidam illam intelligant de præsumpto contumace, contra quos est ff. de appel. ex consensu §. fi. & nisi præsens sit iam con-
e tumax. [e] ff. de appe creditor. §. iussus. ficte autem siue præsumptiue contumax dicitur (ut quidam dicunt) is, qui respondit se uenturum, uel nil dicit: non tñ uenit, ad quem debet termitti. ff. de re iudi. l. contumacia. §. contumax. quod non placet.
f Vnde dic [f] quòd ficte contumax est is, ad cuius domum trina citatio facta est, licet non fuerit inuentus. quod dic ut supra proxi. §. sequitur. uer. illud etiam not. contra talem enim proceditur: sed post probata iusta causa absentiæ, sine difficultate restituitur: ut ex. de re iu. cum Bertoldus. Alij tñ dicunt talem nõ fieri cõtumacẽ, ex quo nõ
3 inuenitur. ff. quæ sen. sine ap. re. l. 1. §. 1. † Quod nõ

g placet g. unde breuiter distingue, quòd contumacia, alia euidens siue notoria, ut cum citatus inuentus respondet se non uenturum. Alia uera: ut cum apprehendit eum citatio, & nil dixit, uel dixit se uelle uenire, non tamen uenit: ut in præ. l. ex consensu. §. si. maximè ubi bis uel ter citatus fuit, nec unquam uenit, nec excusationem proposuit. Alia ficta siue interpretatiua, puta cum citatum citatio non apprehendit: ut supra sicut aliàs est simile. Nam uera citatio dicitur facta ab homine, ficta seu interpretatiua, quæ fit à iure: ut not.
h ex. de ele. statuimus. h uere autem contumax non auditur appellans, & multo minus notorie: ut s. fictus autem potest appellare intra decennium postquam sciuerit sententiam contra se latam. C.
i quomodo iu. ab eo. i Item contumax auditur appellàs, si iusta causa eum uenire prohibuit: ut in l. ex consensu. §. eum qui. ubi de hoc. ff. de re iu. contumacia. ex. eo. cum Bertoldus, uel si sit contumax in non exhibendo. ff. de app. creditor. §. iussus. Si autem procurator contumax est in sententia, utrum poterit appellare, not. infrà de appel. §. 1. Item ter citatus uidetur contumax. quod dic ut s. tit. prox. §. uiso. uer. quid ergo. & quæ hic desunt, uide in eo.

ADDITIO.

a *Consuluit. Ibi de hoc satis scripsi in glo. ex hoc. & quo modo de licentia conficiendum est instrumentum, uide infra de comparitione. uer. hic quoque.*
b *Subeat. Sup. aduersario non ueniente.*
c *Consuluit. Vide finem prædictæ glo.*
d *Pœna. Hic sequuntur uerba Hostiensis ubi supra: ad quorum intellectum, omnino uide quod plene nota in clemen. de dolo & contuma. si ante. ut ibi dixi. autor hic uariat. Primo ponendo duplicem cõtumaciam tenendo uerba Host. ut prædixi. Secundo, in uersi. unde breuiter ponit triplicem: sed excusari potest autor scilicet quòd sunt dua: sed prima subdiuiditur. Item hic dicit ueram contumaciam, ibi autem euidentem illius, qui dixit citatus se non uenturum. Hoc autem pono pro indubitato, quando id dixisset in iudicio per decreta. uenerabilibus. § secus. de sententia excommunicationis. lib. 6. Sed remanet dubium, de quo ibi nota. an sit idem si extra iudicium nuncio citanti sic dixit. Ad declarationẽ aũt illius glossæ, & eorum, quæ hic sequuntur, & ad ampliandam materiam prædic. decreta. si ante. circa istum, qui citatus respondit se non uenturum. de quo multæ gloss. loquuntur, ut infrà patebit, quærendum est de septimo. Primo, quid si extra iudicium respondeat sic citanti. Secundo, an nuncio soli referenti eum sic rẽspondisse, credatur. Tertio, posito quòd de hoc constet, & in termino non uenerit, quale sit nomen huius cõtumaciæ. Quarto, an talis appellet? Quinto, an saltẽ beneficio uelocis reditus uel aduentus, appellare possit. Sexto, an talis in prima citatione non peremptoria respondens, ulterius sit citandus ad idem. Septimò, an talis citatus in uno articulo in alys sit citandus. De primo certum est quòd illa uerba non obstarent citato, si uenisset in termino, etiam si in iudicio illa dixisset. Si enim ex illis uer bis insurgit contumacia: sed sequens contumacia non uenientis, qualificatur per illa præcedentia: ut sic ex præterito, præsentem contumaciam, dicamus manifestam, ueniant not. de præsum. scribam. cum sua remis. & si in iudicio dicta fuissent: nullum dubium, per præ. §. secus. sed ut ibi patet, qualitercunque de uera contumacia in iudicio constet, idem quo ad qualificationem: ut si ipse in iudicio confiteatur se contempsisse, & contumacem fuisse, qualificata est: ut supra idem si aliter constat: ut ibi. Hæc autem qualificatio insurgit ex præsumptione causata à uerbis dictis in iudicio uel extra sed non est necessaria: quia potuisset uerba dixisse & non contempsisse. unde si talis probaret se captum fuisse ad iudicem ueniendo, uel graui infirmitate detentum, uel aliquid tale: constat quod per hoc probatum, tolleretur contumacia. ergo & eius qualitas nequit esse sine subiecto. Hoc patet eo. c. §. idẽ est. cum suis glo. Nunc ad declarationẽ sequentiũ, est uidendum quid aggrauet ista qualitas. & dico quòd in duobus, scilicet in restitutione expensarum non dico facienda sed permittenda, si excommunicatus fuit ob id, & petit absolui: ut in præ. §. secus. sola ergo contumacia obligat eum ad restitutionem expensarum faciendam: tamen post absolutionem si non probauerit iustam excusationem: sed qualificatio talis, obligat eum ad prius soluendum. Secunda aggrauatio est in eo, quod non habet beneficium uelocis reditus, ut dicam super 5. membro. Concluditur ergo quòd quia nemo æstimandus est dicere, quod mente non agitauit. ff. de supel. leg. Labeo. & iudicium humanum causatum à uerbis 22. q. 5. humana. factis fide in iudicio de his uerbis dictis citati, contumacia dicetur sic qualificata, ut dicatur euidens, ut subdam. Circa secundum nullum dubium est secundum opinionem dicendam, & super citatione non credi nuncio, de quo satis dixi supra tit. proxi. §. sequitur. uer. sed nunquid. nam secundum illam, multominus credetur de responsione citati: idem uidetur secundum opinionem contrariam quod super citatione credatur: quia ad hunc casum non uidetur ipsius iuramentum extendi. Iurat enim fideliter citare, & citationes referre. sicut ergo sibi nõ creditur super omissione iudicis: ut not. & dixi in uer-*

uer. ibi seq. sic nec credatur super responsione partis. Factum ergo suum habet referre, non alienum: & sicut non crederetur ei, si se dicat à citato uerbis iniuriatum uel percussum: sic nec credatur, quid ab eo sibi sit dictum. Nec dici potest citati responsionem esse citationi connexam: cum certum est citationem esse omni suo gradu perfectam etiã citato tacente. secundum hoc ergo oporteblt etiã aliter hoc probari id: quã probationem per testes oportebit uocari illum, qui fertur id dixisse. extra de test. c. 2. & sic non erit facilis exitus huius rei. Super hoc iterum uide quod dicam infrà super 6. membro. Tertium, scilicet quod sit nomen huius contumaciæ, expeditum est per superiora: quia dicitur euidens uel uera uerior uel uerissima: ut infrà subdam. hoc tamen ad opinionem refertur: quia opinamur illam talem hoc dico per id, quòd dixi super 1. membro. u. r. hac autem. Quartum ẽt certum est, ut statim ponit autor: ut not. in gloss. cle. alleg. prius, & in sui prin. In quinto, an saltem beneficio uelocis reditus uel aduentus. appellare possit, & uti beneficio illius legis, diuus. ff. de in inte. restit. quæ post sententiam admittit contumacẽ uenientem iudice adhuc pro tribunali sedente, diuersificant doctores. Nã opinio Azonis fuit. l. diuus loqui in ficto contumace. & quòd de illo uerissimo contumace, de quo tractamus, non loquatur: patet ibi ex textu. quo dicitur citatum non respondisse. & sic opponitur quòd ficte contumax, poterat appellare. ff. de iudi. & post edictum. §. fi. unde nõ egebat restitutione. Ad id respondet quòd restituitur non ad appellandum, sed ad totam causam. ut ibi nota. Hac opinio placebat domino meo, placet ibi. & in ordina. uide ubi dispernenda appellatio. uersi. sed si citatus. Guidoni de Suza. & Iac. de Aretio hac pars opinionis non placet, scilicet quòd non loquatur in uerissimo contumace lex illa, sed Ioannes contra ibi notat: & mouetur illa ratione: quia fictus non egebat restitutione: & ibi dicit non respondet. exponit ut ibi not. id est, non uenit: & hac omnino placet hic autori quòd etiã uerissimus gaudeat illo beneficio uelocis reditus, post latam sententiam. & si dicatur pro ista opinione quòd licet pœnitere. Respondet Guido illud uerum tempore debito, Inducit. ff. de procuratori. l. ante litem, & l. post litem. Est sciendum quòd de contumace in non exhibendo, nullum dubium quòd appellat. ut infrà sequitur: nec in absente sine culpa sua: & maxime dolo aduersarij: quia certum est quòd restituitur: ut in l. diuus. 2. respond. sed circa contumacem in non ueniendo, de quo loquimur, distinguit sic Iac. de Aret. super l. diuus. quòd aut est uerus contumax, & uere: ut quia dixit se non uenturum. Aut uerus contumax præsumptiuè: ut quia personaliter citatus non uenit. Aut fictus: ut citatus ad domum. Primo casu reprobat opinionem Ioan. per l. continuus. ff. de uerbo. obligatio. §. cum ita. in fi. quia in certis non est locus coniecturis. approbat opinionem Azonis quòd non gaudeat beneficio illo; & quòd lex de illo non loquatur, probatum est suprà. Secundo casu, si ueniat iudice sedente pro tribunali: gaudet beneficio, & appellat: ut ibi: quia per uelocem reditum, tollitur præsumptio contumaciæ, ut dicit ibi: extus, & simile. ff. de his, qui sui uel alie. iuris sunt. l. filium. Si ueniat iudice non sedente, non appellat ff. de appellatio. ex consensu. §. ult. & de iudi. & si post. §. fi. in princip. Tertio casu, si fuit defensus per procuratorem, non appellat. ff. quando appel. sit l. 1. in fi. si non fuit defensus, appellat sine restitutionis auxilio: ut ibi & præ. l. & si post. in fi. & hoc quandocunq; ueniat, iudice sedẽte uel non. dummodo intra decem dies à tempore scientiæ: ut infrà sequitur. nec placet sibi uel Gul. quòd ueniens iudice sedente pro tribunali, restituatur ad totam causam. Nam, ut dicit Iacob. non debet esse melior conditio illius, in quo saltem præsumptiuè fuit delictum contumaciæ, quàm præsentis. sed præsens nil plusquam appellare potest: ergo nec ille. Concludit ergo in solo uero contumace præsumptiuè legem illam loqui. ergo non in uerissimo, ut est dictum, & hac est secunda aggrauatio, de qua in prima quæstione remis. Ego in remissione, quam in prin. dedi, pondero contemptũ, qui posset esse in ficto contumace, qui citationis ad domum facta habuit plenam notitiam: & non esse in uero contumace præsumptiuè, qui potuit nõ contemnere: sed impeditus in ueniendo, uel saltem excusari. ibi uide in uer. & ex his concludi posset. De sexto sciendum Ioan. tenuisse 24. q. 3. de illicita in magna glo. talem ulterius non citandum. Idẽ autor hic in prin. Idẽ Inno. de accu. ad petitionem, ut ibi scripsi in magna glo. uer. si autem. Idẽ Hostien. in Sum. huius tit. §. 2. uer. item ter debet. Idem Accur. ff. de in integ. resti. l. fi. in ult. glo. C. quomodo & quando iudi. tres denunciationes. Idẽ Guido de Suza. in l. diuus. ff. de in integr. restitut. Ioan. de Deo tenet contrarium cauil. lib. 2. uersi. de peremptorio. dicit enim talem peremptorie citandum, ad malitiam comminendam 3. q. 9. decernimus. de dolo & contumacia. prout, & cap. cum dilecti. & c. cum olim. Allegat etiam. C. quomodo & quãdo iud. l. ea. quæ. Huic sub dubio forte, concordant Iac. de Ra & Petrus, ut scripsi in

10 sumpta & de manifesta. † Sic ergo ad duo tenetur notarius contumax: uidelicet quòd satisfaciat, & quòd caueat priusquam absoluatur: ut in præ. §. in alijs. in fi. capituli, ubi dicit procedi prout in d. §. dicitur. nam & hoc hodie statuitur in actore: ut ex. de dolo & contu. actor. Nec actor & reus quo ad hoc, ad imparia debet iudicari. ff. de reg. iur. nō debet. ex. de mut. pet. c. 2. Potest tamen in hoc reus ab actore differre, ut actor etiam præsumptiuè contumax, ad hæc duo teneatur: ut in prædi. c.

di.c.actor reus uerò tantum,cum est notorius. Et
secundum hoc potest intelligi prædi.c. qua fron-
te.& quod no.do.meus in Summa, de offi.deleg.
§.quę iurisdictio.uer.si.& de sen.excom.§.& qua
liter.sub §.secundum etiam. Sed adhuc est cōtra
ex̄.de do.& contu. prout in prin.sed ibi contuma
cia præsumpta. Vel dic quòd licet ibi solū de cau
tione dicatur, non ob hoc excluditur, quin & sa-
tisfactum fuerit de expensis.Et sic etiam responde
ri potest ad præ.decre.qua fronte. sicut & lex,di-
cendo Spiritum sanctum à patre procedere:nō ob
l hoc excludit, quin & à filio pariter [l] procedat.C.
de sum.trini.l.1.de consec. dist. 5.c. pe.& fin. sed
nec in præ.c.prout. aliquid de excommunicatio-
ne dicitur: unde & per ipsam decre.fortè dici pos
set,quòd qui reputatus est cōtumax , sed non ex-
communicatus,debet cauere:excōmunicatus ue-
rò debet prius satisfacere.quod non placet. Cau-
tio autem de parendo iuri,debet esse sufficiens:ut
in præ.§.in alijs.& in præ.c.ex parte.& de seque.
pos.c.1.in fi.puta pignora, uel fideiussores.ff.mā:
si mandato §.fi.uel iuramentum, si illa desint : ut
in præ.c.prout.& ex̄.de sol.Odoardus.ex̄. de offi.
dele.prudentiam.§.6.de hoc in præ.c. qua frōte.
Et no.quòd expensæ in citationibus factæ, resti-
11 tui debent:ut C.de indi.sancimus. † Sed pone, [m]
m excommunicatus pro contumacia petit absolui,
offerens cautionem de stando iuri: nūquid iudex
parte absente nec uocata, potest eum absoluere ?
Videtur quòd sic: arg. extra de rescri. olim. circa
prin.& de app.qua fronte.de offi.dele. cum cōtin
gat.Præterea iura non distinguunt,an ad hoc uo-
candus sit aduersarius uel nō: ergo nec nos distin
guamus.2.q.5.consuluisti.ex̄.de transla.inter cor
poralia.uersus finem.ex̄. de deci.ad audientiam .
Nec enim absenti uidetur fieri præiudicium:quia
& si præsens esset, eius contradictio non obesset :
ut in præ.c.qua fronte.& de offi.dele.cum contin
n gat.de sen. excom.solet. [n] Et hoc dicit Io. contra
credo,ut ex̄.de sen.exc.uenerabili.& c.sacro.& de
sequest.pos.c.1.& de eo, qui mit.in pos. causa rei
ser.c.1.& c.cum uenissent.11.q.3.excommunica-
o tos.ubi de hoc [o] arg.ex̄. de causa pos. & proprie.
c.1.extra de in integ. resti. ex literis.de te.in no-
p mine.ex̄.de appel.Romana.§.pe. [p] 3.q.9 chartæ.
Nam ubi petitur aliquid,uocandi sunt omnes qui
q læderentur,si fieret quod petitur. [q] ff.de adop.nā
ita. & aduersarius eius læderetur si absolueretur,
cùm teneatur sibi soluere expēsas excōicatus. ex̄.
de dolo & contu.ex literis.in fin.C.de iudi. sanci-
mus ff.de re iud.contumacia.Item restitutio non
est,nisi partibus præsentibus,dāda:ut ff. de mino.
12 in causæ. † Aut absolutio est quædam restitutio:
tamen si eo non uocato iudex absoluat,tenet abso
r lutio. [r] arg.ex̄.de iudi.c.cùm inter uos.ad fi.quia
multa fieri prohibentur,&c.ex̄.de regula.ad apo-
s stolicam.Vel distingue [s] vtrum fuerit excommu-
nicatus,pro manifesta offensa:ut tunc quia debet
absolutionem præcedere satisfactio , non debeat
absolui parte altera non uocata, quæ habet æsti-
mare offensam . alias enim non posset satisfieri ,
nisi de hoc constet : sed constare non potest,alte-
ra parte absente: facta tamen absolutio tenet : ut
no.ex̄.de offi.or.cum ab ecclesiarum. an uerò pro
contumacia : vt tunc præstita cautione de paren-
do iuri, & de soluendo aduersario expensas , pos-
sit illo absente absolui? Et secundum hanc distin-
ctionem possunt prædicta intra intelligi . Nec ob.
præ. decr. venerabili. quia ibi in præsentia partis
cauit:nec decr.Romana.tangit hunc casum . Inn.
papa 4.aliter uidetur dicere.ex̄.de offi. dele. pru-
t dentiam.§. sexta. super uerb. malitiam. [t] Quid si
tunc altera pars se absentat?de hoc infra.ti.proxi.
13 §.iam de effectu.uer. quid si ipse.& se. † Sed nun
quid absens, ex hoc poterit appellare . Videtur quod
non.ar.in præ.c.qua fronte.dic contra, ut in præ.
c.cum inter uos.quia contra iura iudex procedit,
ut dixi.& ideo locus est appellationi : ut ex̄.de ap.
c.pastoralis.in prin.& c.ut debitus . quod intelli-
ge secundum prædi. distinct. qualiter autem fieri
debet absolutio,uide infra de sententia. §. ut au-
tem.uersic.porrò quia de excommunicatione. &
14 seq. † Sed nunquid facta missione in pos. iudex
poterit etiam mulctare non uenientem ad iudi-
cium , præter interesse aduersarij , in quo absens
condemnatur?Respon.sic secundum l.ff.si quis in
ius uoc.non ie.l.1.ff.si quis ius di.non ob.l.unica.
§.fi.secundum canónes tamen,hæc mulcta locum
non habet ex̄.de do.& contu.cap.1.ubi de hoc.de
qua dic ut J. de sententia.§.species uer.est & 4.&
seq. Hinc est quod si missus propter dolum & poten-
tiā rei,nequit nancisci possessionē rei, cuius pos-
sessio est sibi adiudicata:& reus ueniat intra annū,
audietur,præstita cautione, nisi iustitia periclita-
retur:ut ex.de do.& contu.c.1.Si autem periclita
retur,tunc ad interesse condemnabitur:ut ibi no.
Periclitatur aūt iustitia,perempta re,in qua facta
est missio:quę apud missum non esset peritura.nā
tunc in subsidium agetur (etiam secundum cano-
nes)quāti interesset missi fuisse in corporalē pos
sessionē.ff.ne uis fiat ei,qui in pos. mis.l.1.§. hæc
verba.ff.uti pos.si duo.§.fin.sicut aliàs re perēpta
uel usucapta,agitur in subsidiū act.nego.ge.ff. de
neg. ge.l.fi.Qualiter aūt hoc casu,interesse consi-
derari debeat,no.ff.ex qui.cau. in pos.ea. l. pe. &
15 in præ.l.ne uis fi.ei. † Sed pone,reus missionē pas
sus nolens intra annū pos.recuperare, uult satisfa
cere de expēsis & cautionem idoneā præstare. mis
sus uerò obijcit ei quod excommunicatus est:& ideo
non est audiendus . quæritur an sit excipiens au-
u diendus.Et uidetur quod nō: [u] quia inspecta rei ori-
gine,aduersarius eius, contra quem obiicitur ex-
cōicatio,reus est: & ideo quod facit , ad suam de-
fensionem facit . & licet petat detentionem suæ
pos. sibi restitui , per hoc nil petit ab aduersario ,
sed officium iu.implorat.3.q.1.redintegranda.&
arg.ex̄.de eo qui mit.in pos. causa rei ser.cùm ue-
nissent.& c.2.ubi soli iudici cautio præstatur : li-
x cet sit ar.in eo.tit.c.1.quòd parti sit præstanda. [x]
ar.tamen contra 11.q.3.cum excommunicatio.&
y de hæreti.excōicamus.§.credentes. [y] Quando au
tē, & qualiter sit facienda condemnatio expensa-
rum propter contumaciā:no.J de expen.§. fin.ad
fi.Item expensæ factæ circa curam & custodiā rei,
restituentur.quod dic ut in li.Ros.in tit.si credi.
mis.in pos.causa rei ser.Verū propter contumaciā
procu.possit dominus excommunicari uel suspē-
di,uel missionem pati,dicam J.tit.proxi.§.restat.

ver. quid si reus. Item quando contumacia procu. noceat domino, no. ex. ut li. non contest. c. 1. & ff. de doli exce. apud. §. quæsitū. & l. si procura. Quid si procu. propter contumaciam condemnatus est, nunquid dominus poterit appellare? Respon. nō: vt infrà, de app. §. primo, in princ. uer. cæterum.
16 † Sed nunquid minor sciens tutoris contumaciam, & eam non purgans, potest excommunicari? Et uidetur quòd sic. extra, ut lite non contest. cap. primo, in fi. tales enim bene incidunt in canonem latæ sententiæ. ex. de sent. excom. cap. primo, & fi. & possunt etiam delinquere: ut ex. de deli. pue. c. 1. & C. si aduersus deli. l. 1. & propter curatoris contumaciam, minor patitur missionem in pos. bo. suorum: ut ff. ex quib. cau. in poss. ea. l. in possessionem. §. 1. & l. apud Iul. §. fin. & etiam venditionem, si sit adultus. ff. de bo. auth. iud.
17 pos. l. si minor. ar. contra, † quia peremptorium contra pupillum indefensum propositum, nullius momenti est. ff. de re iu. contra pupillum. & si tutor vel curator contumax est, pupillus ob hoc non punitur: ut ff. si quis ius di. non ob. l. vnica. §. primo. nec dolus eius pupillo nocet. ff. de re.
18 iu. l. neque. † Nam & minor non potest esse contumax, cum non possit se defendere. ff. de mi. minor etiam. vt ibi not. argumen. ex. de consti. cognoscentes. nec ipse est talis, qui possit ratam habere contumaciam. ff. rem ra. ha. bonorum. nec etiam potest eam purgare, cum non possit in iudicio esse: ut C. qui legi. perso. stan. in iudi. ha. l. prima. & C. de auth. præstan. l. clarum. sicut aliàs dicitur, ubi nulla petitio est, nulla mora fit. ff. de re iu. nulla. Dominus meus super hoc interrogatus, respondit quòd potest. Ego dico & si sit talis causa, in qua censeatur maior, tunc potest & debet excommunicari. argu. ex. de rest. spol. ex parte. Si uerò non sit talis causa, & sit adultus, tenebit sententia in eum lata: licet ferri non debeat: arg. in præ. l. si minor. nam & adultus, de calumnia iurat ut infrà de iura. cal. §. restat. uer. sed num quid. Si verò sit impubes, nec est doli capax: tunc nec ferri debet, nec lata tenet, ar. C. de fal. uno. l. 1. §. fin. Insti. de inuti. sti. § pupillus. de iniius uocando cuique. respon. 1. & uide infra tit. prox. §. restat.
z uer. sed pone quòd pupill. z & uide infrà, de sen. excom. §. sequitur. uersic. sed pone. Vtrum iudex possit in præiudicium partis parcere contumaci: z no. ex. de offi. de leg. consuluit.

ADDITIO.

a *Mulctam. Ingreditur, quod plenè tractat Rof. in edicto, si quis ius dicen. non obtempera.*

b *Duumuiris. & e. exponit ibi gl id est defensoribus municipiorum uel ciuitatum.*

c *Audient. Hic tractat Rof. & quærit quæ dicatur modica mulcta. Respondet hoc iudicari secundum qualitatem iurisdictionis contempta & secundum conditionem personæ. narrat quomodo in Lombardia magnam potestatem habent rectores ciuitatum. unde magnas mulctas imponunt. in Tuscia in certis ciuitatibus per eorum statuta, non possunt mulctare ultra 20. solidos. Non insto in materia: quia Host. in Summa de mulcta fecit specialem rubri. in medio rubrica de sen. & re iudic. docens quod docuit Azo in Summa C. de modo mulctarum, §. quid sit mulcta, quis possit mulctare. in quantum, pro quibus, quis sit effectus: & an remitti possit. Modus autem ipsarum habetur C. de modo mulctarū. l. eos. l. ulti. est superius alleg. autor autem de mulcta tractat infrà de sen ten. prola. §. 2. uersi. est & quarta. Adde, ut per Alex. in d. l. 1. si quis ius di. non ob. & Ang. consi. 8. incip. regulares.*

ADDITIO. *Et an delegatus possit mulctare, vide Panor. in c. de causis. colum. 3. uersi. nec faciunt. & ibi latè per Card. Zaba. in illis col. fi. uel q. de offi. dele. Et an mulcta uel pœna possit imponi per iudicem ultra l. fi. C. de mod. mulc. quando imponitur pro contumacia furti uel aliorum criminum maiorum, uide Old. consi. 15. incipien. circa processum. Hen. Ferrand.*

d *In banno. Hostien. ubi suprà, §. secundo dicit quòd iudex ecclesiasticus potest mulctare. ff. si quis ius di. l. vna & ad illius executionem poterit exercere censuram, de qua de uerb. sign. quarenti. Hoc tamen intelligit in ordinario quia delegatus, etiam papæ, non mulctat. Facit de off. deleg. de causis. & ibi dixi in fi. Archi. 11. q. 3. certum. uide infrà de sen prola. §. 2. uersi. est & quarta. ubi no. contrarium. Adde in alio consi. Ang. an delegatus mulctet.*

e *Exigere. Quando præceptum à nuda voluntate procedit, uide quod dixi de iurisf. om. iud. in fine.*

f *L. 1. Facit extra de pœnis. cap. primo ubi etiam hoc remisi.*

g *Vno. Facit quod no. in ele. de priui. c. 1. in glo. & no. & quæ qualis.*

h *Tres. Vide infrà de sen. prola. §. secundo uersi. pe. & remis. quam ibi dabo.*

i *Absoluatur. Tene quod habetur de sen. excom. uenerabilibus. §. idem. & §. sequentibus. lib. 6. per quam, in opinionibus non est instandum.*

k *G. Na. contrarium habeo post eum in decre. quoniam frequenter. in fin.*

l *Pariter, id est, unica spiratione, non pluribus. de sum. trini. c. uno. libro 6.*

m *Pone. Quæstio fuit Aegidii. Rubrica 101.*
ADDE, ut per Fede. consi. 98.

n *Sol. l. lib. 6.*

o *De hoc. Ibi Io. distinguit an ad alicuius querelam, an uerò proprio motu iudex excommunicauerit.*

p §. pe-

p §.penul.lib. 6.
q Petitur. Forsan enim aliquid proponeret, per quod impediretur quod petitur. & facit quod no. infra proxi.titu.§.iam de effectu.uls. col.uersicu. quid si ipse.
r Absolutio. De sen. excommuni.uenerabilibus.§. ubi autem.lib 6.
ſ Distingue. secundum Aegid. ubi suprà.
t Malitiam. Et ibi scripsi super eodem uerbo.& uide ibi post Host.dixi in fi.
u Non. Hoc placet Ia.de Are.ff.de no.ope.nun.l.de pupillo.§.pe.per rationem quæ sequitur.alle.etiã ff. de priui.cred. si pupillo.§.1.& de in ius uoc.li bertus. per quæ iura dicit, excommunicatum uel bannitum ad id admitti.
x Præstanda. Et ibi de hoc in 4.gl.
y Credentes. Et hoc contrarium placet Hostien. de uer. sig.dilectos.ut ibi scripsi post prin.
z Pupilli. & uide quod ibi dicam.

Bald. De Contumacia.

CITATIO legalis dicitur ficta. Citatio hominis dicitur uera.§.1.ad fi. G. Et no.in cle. si an. de dolo & cont. Et ideo qualiscunque contumax citatus à iure appel, C de iudi. l. properandum.§.cùm autem. per Cy.præsens potest absolui à citatione,altera parte non citata: sed non à tota instantia.§.nunc uidendum.ad fi.G. etiam ubi sit plena probatio, & causa est summaria sine cognitio, iura absentis non discutiuntur. §. sequitur. uersic.& si obijciatur.G.Et an priuata scriptura,credatur contra contumacem. tangit quòd fit ibidem. G. A pœna inflictiua ex contumacia absentis,uide infrà de iura.calum.§.à pœna. Ex contumacia non habetur quis pro confesso in criminali, nec condemnari potest super crimine infrà,de sen.§.sententia condemnatoria potest.Qualiter minor potest esse contumax,uide infrà de sen ten. excom.§.qualiter minor. Qualiter fit missio in uti posside.uer. sed pone,Titius.G.ff.de no.ope. nun.l. si prius. per glo.& Dy. & infrà ti.1.§.restat.uersic. sed pone, age. per G. Excusatur dominus propter morbum, uel mortem procu.l.cùm à matribus. C.qui pet.tut.& de pig. ac. signi. de ap. l. præses. sed non propter eius stultitiam uel ignauiam.ff.man.l.idemq;.§.si tutores.§. sequitur.in fi.G.Valent banna, quæ dantur secundum consuetudinem Italiæ.§. nunc dicamus.uersiculo, sed nunquid si etiam.G. Et ualet statutum quòd bannitus ex contumacia non audiatur. ff. quibus ex cau. ma. l. sed & si per prætorem.§. sed si dum decre.in glo.& per Bar.An l.à diuo Pio.habeat locum in executione interlocutoriæ. uer. sed an maior.G. An sæpius monitus ad idem,teneatur ad plures mulctas,sentit quod non: quia est idem delictum specie & nume. & unum factum reputatur, quod fit uno impetu, etiam quòd pluries sit circa eandem rem,etiam quòd habet unam speciẽ delinquendi,etiam quòd habet unum finem, etiam quòd habet unum nomen. G. uersiculo, sed pone iudex. G. de hoc dic ut l. nunquam plura. per Dyn. Et si ultimò paret, dicunt quidam ab omnibus excusari. uersicu. sed quid si iste.G. An excommunicatus pro contumacia sit absoluendus ea uendo de expensis: an uerò præmissa solutione uersicu. sed nunquid excommunicatus G. Dic ut no. ff de statu.lib.l. status,rationem. per Ia. Et idem in detentis in carcere, quòd propter expensis non liquidis non dicunt detineri, si nolunt cauere: secus si pro liquidis uel statim liquidandis. Facit ff. de euic. l. minori. in princ. in gloss. An absolutio præmissa cautione possit fieri aduersario non citato.uersic. sed pone quòd.G. Quædam sunt, quæ non requirunt citationem, ut no. ff. de bo.pos.l.3.§.pe.quia non habent figuram iudicij, ut ibi no.B.el An ueniens ad recuperationem contumaciæ possit repelli tanquam excommunicatus. uersi. sed pone reus.G. non quia est reus originarius & defensor: nisi quando esset factus de reo actor.ff. de no.op. nunc.l. de pupillo.§. meminisse. & l. si prius. Bald. minor non dicitur esse uerus contumax,ubi non habet legitimam personam.uer. sed nunquid minor. G.

a De primo & secundo decreto.[a] Rubrica.



VONIAM supra ti.proxi.§.sequitur uersi. si uerò agitur.& sequẽtibus, aliqua de primo decreto tractauimus: utile putamus ad huc ad doctrinam pleniorem aliqua de primo & secũdo decreto annectere,& prius de primo decreto discutiamus dicentes. Quot modis dicatur decretum. Quando & qualiter debeat interponi. Et in quibus rebus uel actionibus. A quibus iudicibus. Et quis sit effe b ctus primi decreti.[b]

ADDITIO.

a Roffre. Posuit hanc rubricam immediatè ante ciuiles actiones, materiam etiam prosequitur sub tractatu de officio iudicis rubrica de bo.autoritate iudicis pos.Ioan.de Deo cautela.lib.4. Rubric. antepenult. de his duobus prosequitur ex practicis,in proœmio nominatis non inuenio quod aliis

expresseris haut rubri. licet Vber. de Bo. & Gul. de Suzaria de materia tractauerunt, ut dixi suprà titu. proxi. Bagarotum etiam sape allegat hic autor: ipsius tamē tractatum de hoc non uidi. Sūmista de materia tractāt. Azo in Summa de bon. autor. iudi. pos. Roffr. de eo qui mit. in posses. causa rei ser. Hosti. licet de hoc non feceris rubricellam, per modum tamen Sūmæ tractat de his duobus sub rubric. de contu. & forsan à prin. sic fecit autor quare dicā uide suprà de cita. ideo. §. sequitur. uersi. qualiter autem. Ia. Bal. de his primò fecerat breuem tractatum, quem postea auxit: & in materia multum iuuit autorem. & incipit, nopleuè quòd Acc. posuit de hoc plenam gl. ff. de dā. infec. si finita. §. si plures. sed Dy. ibi pleniorem pulchram, & breuem, secundum materiam Simo. Vicen. in l. consentaneum. C. quomodo & quando iudex. Cy. in l. cum proponas. C. de bo. auth. iudi. pos. de primo tantùm. Adde Bar. in §. Iulianus.

b *Decreti. Pramittendū erat ad próximè sequentia, quot sunt decreta Dei. 3. Regum 8. Sit cor nostrū cum Deo, & ambulemus in decretis eius. Item Apostolorum e Actuum 16. Et custodite dogmata decreta ab Apostolis: Item patrum de transla. quanto. Legatorum de loca. c. 1. de of. l. præsentis libro sexto. Episcoporum. de maio. & obe. si quis delegatorum uel executorum. Gratiarum, de con. pre. si soli. libro sexto. Sunt etiam decre. Cæsarum, actuum 17. quæ contra decreta Cæsarum faciunt & regum. Daniel. 3. di. Tu rex posuisti decretum. de Christo dicitur ad col. 2. quòd deleuit chirographum decreti, quod est aduersum nos. Est autem in hac materia decretum, supinum uerbi, decerno decernis, non illius uerbi decresco decrescis, utrique enim congruit, sicut & præteritum, scilicet decreui.*

SVMMARIVM.

1 *Decretum, quot modis dicatur.*
2 *Primum decretum dicitur, quasi primus missus.*

DICITVR Ergo decretū sententia diffinitiua, quandoq;. ff. de re iudica. decreta: uel interlocutoria: ut ff. de assessor. l. 1. in fine. Quandoque quòd papa de fratrum consilio, nulla facta cōsultatione statuit, &
a in scriptis redigit: ut ex̄. de rescri. præsenti. [a] 20. di. si decreta. Quandoque conseosus eligentiū, in rescriptis redactus, ut 2. q. 1. legum. ex̄. de elec. innotuit. Quandoque quod capitulum, uel ordo, uel uniuersitas, seu maior pars ordinat: ut ff. de decre. ab or. faci. per totum. ff. quod cuiusq; uniuer. plane. & quasi per totum. Quādoq; iudicis autoritas in alienationibus uel alijs interposita: ut ff. de præ di. mi. per totum. Quādoque ponitur proprio iussu iudicis, quo mandat bona alicuius propter eius contumaciam in pœnam contumaciæ possideri: cùm actū est actione reali uel personali: ut s̄. titu. proxi. §. sequitur. & de hoc decreto præuidimus
1 hic tractare. † Dicitur autem primum decretū,
b quasi primus iussus, [b] & licet aliàs primum dicatur, respectu secundi: ut 13. q. 1. §. quia ergo. uers. nos sumus. & ff. de re. dub. qui duos. non tamen semper mit extra de uerb. sig. Ioseph. quia quando-
2 que interponitur † primum decretum, & non se-
c cundum: ut infrà dicetur. [c]

ADDITIO.

a *Præsenti. Quam hodie non habemus: sed patet de elect. licet canon. lib. 6. & de hoc 3. distinct. in summa.*

b *Iussus. Quia Accur. ubi supra addit, uel prima missio. Dynus illud dictum impugnat, dicens quòd missio habet se ad iussum per modum executionis: sicut aliud est sententia, & aliud eius executio. ff. de re. iur. si cum nulla. C. de exe. rei iudi. l. 1. & sæpe alius pronunciat, alius exequitur. ff. de re iud. à diuo. in princ. sicut aliud est iussus, & aliud est iussio, & plerunque alius fit per alium, ut per inferiora patebit. Cynus in l. cum proponas. C. de bon. au. ind. pos. ponit quando diffinitionem decreti, quam dicit fuisse Rof. s. quod decretum est detentatio uel possessio, quæ habetur de iussu iudicis. & dicit hanc reprehendi per Dy. in meis scriptis, quæ habeo duplicata, nec diffinitionem habeo nec reprehensionem: ipse tamen excusat Ro. per legem Instit. de iu. perso. §. seruitus est constitutio, &c. Fateor tamen Rofre. de primo decre. in 1. colum. uersi. & sic uo. de ea dictione, primum dixisse quòd possessio, quæ datur causa rei seruandæ, dicitur primum decretum: quia primū decernitur per iudicem. Sed Cy. ponit diffinitionem talem, quòd decretum est rei regulariter non permissæ, certo casu facta prohibitio uel permissio. & quomodo prosequitur, ibi uide Host. ubi suprà de diffinitione se non intromisit, sed dixit, quòd primum decretum est, quando iudex primò decernit aliquem mittendum in possessionem: & quomodo prosequitur, ibi uide. Obijcit etiam Dy. de eo quod dicitur primus iussus: cum & alius iussus præcedat, s. in multis casibus de cauendo: ut satis infra patebit. uel saltem de comparendo. Necessariò enim contumacia habet præcedere missionē: ut lite nō contesta. quoniam. §. in alijs. Sol. quo ad missionē iste est primus, ad quem, ut dixi. peruenitur per contumaciam non comparentis uel non cauentis intra terminum statutum à iudice, de quo*

statim

statim sequitur. Adde quòd Alex. in d. §. Iulianus, uidetur transire contra opi. Sali. ad diffinitionem primi decreti, qua de ibi uide.

ADDE tu, quòd decretum aliud dicitur permissorium, pro futuro actu faciendo: aliud est confirmatorium, de quibus uide plene per Bal. in l. magis puto. §. non passim. ff. de re. eo. qui sub tute. Item an decretum dicatur sententia interlocutoria, uide Abb. Sicu. in c. 1. in quinta col. extra de re iudi. & ibi per nouissimos.

Dicetur. Vide quod dicā §. iam de effectu. in prin.

SVMARIVM.

1 *Primum decretum, quando & qualiter sit interponendum.*

2 *Iudex non præsumitur in scriptis errare, nisi expresse & manifeste appareat.*

3 *Boni iudicis est, lites minuere: & calumniose petens, non est à iudice audiendus, nec est malitijs hominum indulgendum.*

4 *Primi decreti forma, quo ad missionem in possessionem qua esse debeat. & nu. seq.*

6 *Missus in possessionem per primum decretum conditionale, uel ubi apponatur clausula illa ut sit communiter, quia & sic communiter loquimur: an possidebit.*

7 *Imperitia iudicantis, an possit mutare formam iurisdictionis.*

8 *Summaria causæ cognitio, an sit facienda, cum fit missio in possessionem in actione reali.*

9 *Iudex uolens actori reo absente dare possessionem, quomodo se habere debeat.*

10 *Forma banni, in quo ponendus est reus, si non in ueniatur de bonis, unde actori detur possessio seu tenuta.*

11 *Creditor quiuis siue pure siue in diem, siue sub conditione, aliquid ei debeatur, potest postulare, ut in possessionem mittatur.*

SEQVITVR uidere, quando & qualiter sit interponendum. Et quidem ante litis contestationem & post. 1 Quod dic ut supra tit. proxi. §. sequitur. uersi. si uerò agitur. & seq. non tamen iudex nimium debet festinare, ad interponendum primum decretum: aliàs daretur restitutio contra eum. ff. de dam. infec. l. si finita. §. si forte. Sic ergo procedatur: nam reo peremptorie citato, & contumace existente: quia non uult uenire nec satisdare, & actore eius contumaciam incusante: ut C. de iudic. properandum. §. & si quidem. iudex eum debet declarare, & reputare per suam interlocutoriam contumacem. quod dic ut supra tit. proxi. §. sequitur. in princip. deinde actore petente se mitti in possessionem rei petitæ propter contumaciam rei: ut extra, de eo qui mit. in possess. causa rei ser. per totum. secundum formam, quam habes infra in tractatu libel. de eo, qui mit. in possess. causa rei ser. in princip. iudex summatim negotium examinabit: ut in præ. decre. quoniam frequenter. §. quod si super. C. ubi in rem actio. l. 2. recipiendo uidelicet ab actore,
a calumniæ sacramentum. arg. ff. ad exhi. thesaurus. extra, de restit. spol. literas, de elect. cum dilectus.
b de quo iam infra dicetur: b & placuerit uidendo instrumenta si extent. quod non obseruamus ut alterum tantum recipiat. non autem testes, cum
c non sit lis contestata. c Vin. tamen not. extra, ut lite non contest. tuæ. unum testem recipi posse. Verum autem debeat quis citari, & qualiter priusquam fiat missio in not. plene secundum papam extra, de eo, qui mit. in pos. c. fina. Item qualiter formabitur petitio, quando creditor petit possessionem bonorum debitoris non soluentis, uel quando petitur fieri separatio bonorum: dic ut infra, de eo, qui mitti. in possess. uersi. item cre-
1 ditor. & seq. † Post hoc iudex in scriptis, quam-
d uis quidam scripturam non exigant, d interponet ipsum decretum hoc modo: nam præsentibus par-
e tibus, e ut dicunt quidam, prout not. secundum papam extra, de eo, qui mitti. in possess. causa rei ser. c. 1. decernet ipsum actorem mittendum esse in possessionem rei petitæ: ut ex. ut lite non contesta. quoniam. §. in alijs. & de foro competen-
f ti. Romana. §. contrahentes, f uel etiam alterius pro modo debiti declarati, cum agitur personali actione: ut in præ. c. quoniam. in fine. quæ dic ut not. suprà, tit. proxi. §. nunc nobis. uersi. porrò. & sequen. ut sic tædio affectus, ueniat responsurus: ut ff. ut in posse. le. l. is, cui. §. 1. & in præ. §. in alijs. Caueat ergo iudex ut non procedat ad dandam possessionem, antequam actor summatim declaret debitum in personali: ut in præce. uersic. porrò. uel antequam doceat summatim de iure suo, in reali: ut infrà uersi. sed nunquid iam di-
g ctum est. g Item ubi citatus non inuenitur, citandi sunt affines: ut supra de cita. §. sequitur. uer.
h sed nunquid. h † Sed pone quòd actor est suspecta
2 persona, nec habet aliquod publicum instrumentum? Respond. si non uidetur quòd calumniose petit, idem erit. Nam ita scriptum esse sufficit licet per quam durum sit. ff. qui, & à qui. ma. li. non prospexit. 6. q. 3. scriptum est. Nec præsumendum est, quòd errauerit in si expresse appareat. arg. C. ad l. Iul. repe. l. fi. sed & si actor iurare noluerit, non audietur. C. de iur. cal. l. 2. §. si actor. ex. eod.
3 tit. c. fi. † Quid si constat iudici, illum nullam causam agendi habere? Dic nihilominus missionem procedere in odium latitantis: uel dic quòd in certis non est locus coniecturis ff. de uerb. obliga. continuus. §. cū ita. quia boni iudicis est, lites minuere. ff. si cer. pet. quidā. ex. de do. & contu. finē. Nec est hominū malitijs indulgendū. ff. de rei uen. in fundo. ex. de rescri. sedes. in fi. Itē calumniose petens, non est audiendus. ar. ff. de Carbo. edi. l. 3. §. causæ. ff. ut in pos. le. si is, à quo. §. necnon. C. de procu. eum qui. ex. de pœnis calumniam. & facit
4 ex. de iud. examinata. † Huius quidem decreti seu interlocutorij forma, talis erit.

i FORMA. [i] in Dei nomine amen. Cum nos magister Gul. Durandi domini papæ capellanus, &c. Causam, quæ inter A. & B. super hoc uertitur tali autoritate suscepimus audiendam, & fine debito terminandam: demum ad dicti A. instantiã dictum B. citari fecimus primo, secundo & tertio, ut die tali [k] in nostra præsentia compareret, responsurus tali de iure in quæstione præfata. uerum eum per se uel per responsalem idoneum minime comparente, nec aliquo eius defensioni se offerente, & dicto A. eius contumaciam accusante, ipsum exigente iustitia reputauimus contumacem, & in eius contumaciam libellum partis alterius, recepimus continentiæ talis: Coram uobis, &c. posito toto libelli tenore, subiunge sic: porrò eodem B. in sua contumacia perdurante, & post ipsum terminum per nos diutius expectato, idem A. instanter à nobis petijt, se in rerum petitarum in libello possessionem reduci: & hoc cum realiter agitur. Si uero personaliter, dicet sic: petijt se in possessionem bonorum ipsius pro modo debiti in libello petiti, primò mobilium si appareant: alioquin immobilium: ut infra §. proxi. rei seruandæ causa induci. Nos igitur recepto prius ab ipso A. calumniæ iuramento, quo asseruit uera esse in sua petitione contenta, & se credere ea posse rationabiliter petere, interloquendo pronunciamus, decernimus dictum A. fore mittendum ob contumaciam dicti B. in possessionem talis rei in libello petitæ: & hoc cum reali actum est. Si uero personali, dicat, in possessionem talis equi uel iument, uel talis pecuniæ. ut si non habet mobilia: dicat, talis fundi, uel domus, uel talis debiti quod ei debetur causa rei seruandæ, uel causa custodiæ, & missum seu inductum in dicta possessione censemus, qua conuenit, debere defendi, eundem absentem nihilominus eidem in expensis legitimis condemnantes: quarum taxationem nobis in posterum reseruamus. Hæc forma probatur in præcedentibus. & extra, de eo qui mit. in pos. causa rei ser.

l c. 1. [l] Addunt etiam quidam. Et ideo damus talem nuncium, qui eum mittat in tenutam, seu possessionem rerum ipsarum. Hanc formam seruamus, & eam communis approbat usus & ius: ut extra, de so. compe. Romana. §. contrahen-

m tes. [m] Sed opponitur: nam nil aliud est dictum, decerno dictum A. fore mittendum, nisi dicere

n quòd sit de iure mittendus. [n] Præterea per hæc uerba, potius uidetur sibiipsi legem imponere, & contra se sententiare, quàm contra aduersarium. unde alij dicunt sic:

FORMA. Quia talis legitimè citatus à nobis, non comparuit coram nobis: uel quia talis noluit tali delegato eidem relicto satisdare: uel noluit de damno infecto cauere: ideo remittimus in pos. bonorum eius & talem nuncium damus, qui eum mittat in pos. uel tenutam. lata fuit hæc sen-

o tentia loco & die tali, &c. Sed certe [o] hæc sententia est falsa & inutilis: & primo in eo quod dicit mittimus, cum actualiter non mittat. ar. extra, de causa pos. & proprie. cum ecclesia. prope finem. nisi intelligas, id est, mitti iubemus: ut ff. de rei uend. si, a quo. Item si ipse mittit, quare dat ad hoc nuncium uel executorem. Itẽ quomodo potest mittere in poss. rei per decem milliaria forte distantis. Non enim constituitur illud prætorium pignus: nec possessio seu tenuta acquiritur, antequam in possessionem uentum sit ut ff. de pig. ac. non mirum. & ideo alij, ut Innoc. papa 4. dicunt quòd sic dicere debet iudex.

5 FORMA. † Decerno, uel constituo, uel iubeo, te esse uerum possessorem talis rei, causa custodiæ: & postmodum debet actorem mittere actualiter in corporalem eiusdem rei possessionem

p per suos executores. Sed & si non mittatur, [p] ex hoc decreto, illud cõsequitur: quia elapso termino, uerus efficiet. possessor, ac si possideret, ut. ĵ. §. iam de effectu. uer. sunt & alia. uel etiam sic dicet iubeo tali absenti & contumaci: uel condemno ipsum, ut A. recipiat secum in possessionem talis rei custodiæ causa. sed prima forma magis frequentatur: sed non uidetur in prædictis formis bene dici causa rei seruandæ, uel causa custodiæ: ubi reali agitur actione: cum tunc missus possideat: ut infra §. iam de effectu. uer. si uero.

q & seq. unde secundum Hos. [q] debet dici simpliciter. decerno te mittendum in possessionem rei petitæ: nec debet adijci, causa rei seruandæ uel

6 causa custodiæ. † Sed quid si apponatur, ut sit communiter: quia & sic communiter loquimur: ut supra & infra patet in pluribus locis, licet improprie? Respon. uidetur quòd tunc missus non possidebit: nam iudex quod potuit scilicet dare possessionem: noluit: quia dixit causa rei seruandæ, uel custodiæ: & quod noluit scilicet quòd missus in reali, custodire tamen non potuit: cum mis-

r sus in reali possideat, ut dixi [r] ex. de offi. delega. cum super. C. si quis alteri uel sibi. multum. Sed dic quòd imò possidet: nam ex quo dixit, mitto, uel decerno te esse in possessionem mittendum, ex quo uentum est in possessionem: possidet iste missus: ut in præ. l. non est mirum. Licet ergo prædicta obijciat, non uitiant quæ præcedunt, licet superabundet. ff. de re. iu. non solent. & ff. de uer. ob. quæ extrinsecus. nec utile per inutile uitiabitur. C. de transact. si ex falsis. 12. q. 2. si quos. ex. de ele. illa. nec imperitia iudicantis mutare potuit formam iurisdictionis. ff. sa. erc. si filia. nec formam antiquitus institutam. ar. ff. de admi. tu. quidam decedens.

7 † Quid si hoc fuit petitum: & iudex secutus petitionem, ita pronunciauit? Respon. tunc imputet sibi qui fatue petijt. ex. de iud. examinata. In actione autem personali, locum habent uerba ista, causa custodiæ, & etiam, causa rei seruandæ: ut tædio affectus, &c. ut infra. §. iam de uer. sed quæ est. & sonant hæc, causa rei seruandæ. quasi dicat, ut serues rem, nec deijciatur de possessione qui primo possidebat. ff. de dam. infec. si finita. §. Iulianus. sed serues & custodias eam ut facias tædium missionem passo. Alij exponunt

s [s] causa rei seruandæ, & causa custodiæ: quia missus per hoc sibi conseruat ius suum. Nam ex hac missione, habet interdictum ne uis fiat ei, &c. &

8 sic quodammodo rem suam conseruat. † Sed nunquid procedat summaria causæ cognitio, cum fit missio in actione reali? Respond. non uidetur: quia in decret. quoniam. §. in alijs. ubi tractat de reali,

de reali, non fit mentio de huiusmodi cognitione. quod fecisset, si eam adhiberi uoluisset: ut extra, de deci. ad audientiam. & quia non exprimit: nec nos supplere debemus 2. q. 5. consuluisti. Item dicendo ibi in §. quòd si super. quòd cum lis est quasi contestata, debet interuenire: per consequens in alio, scilicet, in casu illius §. in alijs. uidetur negare. extra, de præsump. nonne. Respond. dominus Accu. interrogatus dicit quòd debet præcedere. Constat enim quòd in personali debet præcedere: ut C. de bo. auto. iudi. poss. auth. ei qui iurat ergo multo fortius in reali, in qua maius præiudicium generatur reo, quàm in personali: quia in reali expellitur de possessione tempore missionis. in personali non, ut infra §. iam de effectu. in prin. Nec obstat quòd in prædicto §. in alijs. hoc non dicitur: quia nec etiam ibi in §. si autem. ubi agitur de personali, hoc dicitur: & tamen per præd. authenticam suppletur: unde & eodem modo debet §. in alijs. suppleri. Non enim omnes articuli possunt in legibus comprehendi. ff. de legi. non possunt. & in hoc etiam concor. Rof. dicens, quòd actor necesse habet summatim docere de iure suo, quòd ad eum pertineat res iure dominij uel quasi, uel quòd habeat ius in re,
t quia creditor. C. ubi in rem act. l. 2. [t] dominus Odof. uero requisitus respondit contra, quia per huiusmodi missionem modicum præiudicium paratur aduersario: cum recuperare possit possessionem intra annum: sed in §. quòd si superfit, maius præiudicium: quia per talem missionem amittit possessionem: ut supra titulo proxi. §. sequitur. uer. si autem lis est quasi. dictum Ac. magis pla-
u cet: ut s. eo. §. in prin. [u] Quid si iudex, non uocato reo, dat actori possessionē? De hoc j. §. iam de
y effectu. uer. sed quid si iudex. † Interposito igitur tali decreto, siue in reali siue in personali, citabitur de gratia absens iterum per nuncium, ut ueniat, defensurus possessionem seu tenutam ex interlocutoria dandam corporaliter actori, cuius nuncij relatio sic scribitur.

FORMA. Titius cursor talis curiæ Narboñ. retulit se inuenisse & citasse B. ut hodie ueniat coram tali iudice, defensurus possessionem seu tenutam corporaliter dandam A. ex decreto seu ex interlocutoria lata contra eum: alioquin dabitur ipsa tenuta in bonis eius, iuxta formam interpositi decreti. quo facto aut B. absens ueniet, aut non: si uenerit retractabitur sententia, & satisfaciet de expensis, & satisdabit de lite suscipienda, ut dicetur infra, de satisdat. §. dicto. uer. porrò. & j. eo. §. iam de effectu. uer. ult. & ipse B. iurabit de calumnia, & non A. qui iurauit tempore missionis, ut iam dictum est. quod intellige prout not. in præ. decret. quoniam frequenter. §. quod si super
x in glo. sic C. ubi in rem act. &c. [x] & deinde ordinario iudicio procedatur. Si autem non uenerit: dabitur ad iussum iudicis, possessio seu tenuta bonorum ipsi A. per executorem: ut supra tit. proxi. §. sequitur. plenius est discussum. De qua missione consulo quòd fiat publicum instrumentum, uel saltem nuncij relatio sic scribatur.

FORMA. Titius nūcius talis curiæ Narboñ. retulit die tali, se de mādato talis iudicis exequēdo interlocutoriam ab ipso latam dedisse A possessionem corporalem, seu tenutam in infra scriptis bonis B. uidelicet de tali & tali re. Porrò ueniens intra annum recuperare poterit harum rerum possessionem, præstita satisdatione de iudi-
y cio sisti, & restitutis expensis. [y] Post annum uero non audietur super possessione, sed tantum super proprietate: ut in præ. §. sequitur. & in pre. uer. ult. & hæc satisdatio præstanda est aduersario, si præsens sit: alioquin coram iudice uel publicis personis, ex. de eo, qui mitti. in poss. c. 1. & de offi. ordi. pastoralis. 3. q. 3. §. spatium. Si uero non sit qui recipiat, non imputatur ei, ar. ff. de leg. 1. si fundum. ex. de appel. ex ratione. ex. de eo qui mit. in pos. cum sicut. Formam huius satisdationis uide infrà, de satisdat. §. dicto. uer. porrò. Si uero nuncius ipse, nil de bonis B. absentis inuenerit, referat hoc iudici, cuius relatio sic scribatur.

FORMA. Titius nuncius talis curiæ. Narboñ. retulit die tali, quòd cum de mandato talis iudicis, exequendo interlocutoriam ab ipso iudice latam iussisset dare tenutam A. in bonis B. & diligenter inquisitionem fecisset, in contrata inter uicinos & notos ipsius B. & nihil de bonis eius inuenit, de quo tenutam prædictam seu possessionē dare posset: unde nihilominus in eadem contrata, præconia uoce clamauerit, quòd si quis sciret aliquid de bonis ipsis habere, ad tertium diem dicto iudici renunciaturus ueniret. Verum in quibusdā locis post talem nuncij relationem iudex consueuit interloquendo pronunciare, nihil inueniri de bonis absentis, unde possit possessio seu tenuta dari: & hoc duplici ratione. Prima est, ut per huiusmodi sententiam appareat diligentem discussionem bonorum extantium, factam fuisse, unde cum de dictis bonis non inueniatur, poterit actor agere & petere bona obligata. Secunda ratio est:
z [z] quia ex quo non inuenitur de bonis, iudex faciet reo dari bannum, de quo non cancellabitur, donec satisfaciet creditori. Huius autem interlocutoriæ forma talis est.

FORMA. In Christi nomine amen. Cum nos talis iudex olim B. per nos citatum legitime exigente iustitia reputauissemus contumacem, & decreuissemus A. actorem in possessionem talium bonorum eiusdem B. usque ad quantitatem centum librarum, fore mittendum causa custodiæ: demum uolentes benigne agere cum eodem, ipsum iterato citari per Titium cursorem fecimus, ut possessionem seu tenutam ex huiusmodi interlocutoria, corporaliter dandam defensurus ueniret. eo autem, uenire non curante ipsam sententiam exequendo mandauimus ipsum A. in possessionem induci talium bonorum eiusdem B. uel pro mensura debiti declarari, per talem executorem. Cumque executor ipse iussisset dictam possessionem corporalem seu tenutam dare: & facta inquisitione diligenti in contrata ipsius B. absentis inter notos & uicinos eius nihil inuenisset de bonis eius, executor ipse in dicta contrata uoce præconia proclamauit, ut si quis de bonis illius quicquam sciret, certo die, nobis nunciaturus ueniret: nullus tamen comparuit, qui de dictis bonis aliquid nunciaret, idcirco interloquendo

pronuncio nihil inueniri in bonis & de bonis B.
unde in aliquo dicta tenuta & possessio dari posit:
& ideo dicto actori contra bonorum possessores,
10 integra iura reseruo. Lata fuit, &c. † Hoc autem
scias quòd in quibusdam locis in Italia, de con-
suetudine seruatur quòd si non inueniatur de bo-
nis absentis, unde detur possessio seu tenuta: reus
ipse in banno ponitur ciuitatis: cuius banni for-
ma hæc erit:

FORMA. Quia facta diligenti inquisitione,
non fuit inuentum de bonis B. unde posset A. dari
ex primo decreto pro eo prolato, possessio seu te
nuta in quantitate centum librarum, quam ab eo
petebat, & quia post dictam inquisitionem, eo le-
gitime citato, & eius defensione legitime pro-
clamata non uenit ipse, uel alius pro eo ad eius
defensionem: ideo ex nunc sit in banno commu-
nis Viterbij: in quo quidem banno cridatus fuit
de mandato talis iudicis, tali die, per talem præ-
11 conem. † Et nota [a] quòd omnes creditores, siue
a pure aliquid eis debeatur, siue in die, siue sub con
ditione, possunt postulare ut in possessionem mit
tantur, & mittentur in poss. in omnibus his casi-
bus, in quibus constat eos agere posse: ut ff. ex
qui. cau. in poss. ea. l. in possessione. in princ. ff. de
iudi. in omnibus. ff. ad l. Aqui. l. in lege. sed his,
quibus pure debetur, mittentur in possessionem
ad hoc ut bona uendant. ff. ex qui. cau. in poss. ea.
si quis creditorem. §. creditori. Alij uerò, quibus
debetur in diem, uel sub conditione, ut non uen-
b dant, sed ut posideant, [b] nisi caueant de debito
soluendo, die uel conditione existente. Sic intel-
ligitur. ff. ex qui. cau. in poss. ea. l. in possessione. re-
spon. 1. & l. Fulcinius. §. si in diem. & ad hoc ff. de
re iudi. in omnibus. Hi aut m creditores, si reus
non ueniat, nec defendat, & instanter postulant,
ut mittantur in possessionem bonorum aduersa-
rij: ad eorum instantiam iudex debet eos posside
re iubere. qui iussus dicitur decretum: ut supra §.
1. dictum est. Si autem aliquis compareat, qui de-
fendat, non fit missio in possessionem causa custo
diæ. ff. ex qui. cau. in pos. ea. hoc autem. ff. de iud.
recte. ff. ex qui. cau. ma. in integ. resti. item. §. fi. &
l. ergo. ex. de offic. deleg. c. consultationibus.

ADDITIO.

a *Post. Et quandoque post sententiam. C. qui pot. in pig. ha. l. 2.*

b *Diretur. Versi. interposito igitur. ibi uideas. & etiam uide supra tit. 1. §. sequitur. uersi. porrò. ibi item quod dicitur & quod ibi dixi.*

c *Lis contest. Super principali deponant. sed hoc non obstat quia ad alium finem, non ad diffinitionem deponerent extra, de testi. ueniens. Item non est imputandum actori, per quem non stat, quominus contestatio litis fiat. Nec ad sententiam potest forte aliter peruenire, nisi per informationem testium.*

d *Exigãt. s. Iac. Bal. in fi. Facit ad hoc qd tenet Dyn. ibi supra q. 6. qd interponi pôt à iudice nõ sedente pro tribunali. Eius ratio, quia ius nõ tribuit in possessione uel proprietate: ut ff. ex quibus cau. in possess. eatur. l. cum legati. & de acquirenda possessione. l. 3. §. ult. Itẽ requiris summariã cognitionẽ: ut C. ubi in rẽ acti. l. 2. in fi. ut lite nõ contest. quoniã. §. quod si super. in fi. Et per hæc duo coniuncta, illud cõcluditur: sic ẽt datur bonorũ possessio, quam ius non tribuit ff. quis ord. in bo. posses. seruetur. l. 2. §. dies. De secundo uerò decreto, tenet contrariũ in q. 10. per præ. §. dies. & per l. 4. §. si fortè. ff. de dam. infect. & l. prætoris. ff. de bonorũ posses. l. 3. §. penul. Ex quib. cõcludit, qd cognitionẽ requirit. & quòd ius tribuit: ergo iudice pro tribunali sedente, expediri debet. sed de his ẽt quærit an ab illis possit appellari: & de hoc tenet q. 8. ẽt ut supra. quòd in primo credit, quòd nõ possit: in secundo quòd possit. Ad primũ inducit quòd interlocutoria est, & fertur, lite non contestata: nec absorbet ius alterius ut in authentica. ei qui iurat. & in l. si finita. § non aũt. & §. item uideamus. Item quia regulariter non appellatur, nisi post sententiam. C. quorũ appellat. non reci. l. ante sententia. in secunda q. 13. Quòd non possit, allegat l. si finita. §. postea autem. & quia est interlocutoria, ut supra, tenet contrariũ: quia ius alterius absorbet. Allegat. ff. de minoribus. intra utile. & de appella. reci. lege secunda. De iure canonico ubi contumacia in non ueniendo, non impediat: certum est ab utraque appellari posse: maximè quia & in reali & in personali satis grauatur, qui patitur missionem, ut ex inferioribus plene patebit. Facit de appellat. super eodem secunda, sed cum primum decretum detur propter contumaciam, si contumacia est in non ueniendo utroque iure uidetur quòd appellare non possit, per notata & addita suprà tit. proximo. §. 1. & in clemen. de dolo & contumacia. si ante. Si uerò contumacia est in non cauendo, puta de damno infecto, de legato uel fideicõmisso soluendo, & his similibus, pôt Legista sequi dictũ Dyni, & Canonista in suo foro qd prædixi: & est simile quod dicam infrà. §. restat ante finẽ. ADDE quod Bart. (cũ quo cõmuniter transeunt doctores) dicit in dict. §. Iulianus. credere quòd Speculator non dicat uerum. uide ibi per Alex.*

e *Partibus. Intelligas ut supra, hoc fieri etiam reo cõtumaciter absente ut est expressum in l. consentaneum. C. quomodo & quando iudex. & in decretali, quoniam. §. in alijs. & in duobus sequentibus Dynus allegat ff. ad Trebellianum recusare. in principio. & l. ille à quo in prin.*

f *Contrahentes. lib. 6.*

g *Dictum est. Hæc allegatio cum toto eo quod sequitur,*

tur, usque ad formam, fuit additio, & ideo sic loquitur: & scias quòd iste uer. caueat ad literã fuit Rof. ubi de off. iu. Rubric. de bonis auto. iudic. poss. in uer. sed illud quaeritur.

b Nunquid. Quo ad casum de primo & secundo decreto interponendis, non putat Pet. de Bel. illam citationem necessariam per l. consentaneum. C. quo modo & quando iud. & iura ibi allegata loquuntur quando procedendum est contra pupillos uel minores quando in eis tractatur de iure speciali: quod facilius denegatur, quàm ius commune. Adde quod Bal. consi. 35 1. lib. dicit quòd tutor uia est, quòd amici citentur. licet in d. §. Iulianus communiter teneatur contrarium.

i Forma. Rolandinus materiam tractat parte 9. Rub. de processu aduersus reum contumacem: formas autem ponit ultra per quatuor chartas.

k Die tali. Melius diceret ut certis diebus elapsis, ne triplex citatio restringatur ad unam diem.

l Cap. 1. Et ibi post Inno. scripsi mentem horum, quae sequuntur usque ibi: sed non uidetur.

m Contrahentes. lib. 6.

n Mittendus. Ad hanc obiectionem respondetur per decre. super eo. de off. delega. & per cle. de rescri. auditor. de iureiur. Romani. post uersicu. praefatis igitur.

o Sed certè. Quae sequuntur, fuerunt etiam uerba Rof. ubi de interdictis, Rub. ne uis fiat ei, qui in possess. mit ante finem.

p Mittatur. Si dicas in casu decre. contingit. bene procedit. Hoc dico, quia decretum iudicis non facit aliquem possessorem, nisi re ipsa in possessionem ueniatur: ut bene patet e. cùm postulassem. in fi. 1. respon.

q Secundum Rof. Cuius fuit hoc dictum. & uersicu. qui sequitur, tit. de bon. auth. iu. possi. ultra medi. & ubi suprà.

r Vt dixi. Multum habet molestum Rofr. illud dictum quòd non possideat, potissimè coniunctũ cum opinione quòd in realibus non fit necessarium secũdum decretum: uide infrà. §. uidendum. in fin. ubi plenè dicam. Instat autem Rof. quomodo iudex uel eius nuncius possessionem, quam non habent, tradere possunt: & hoc facit in titu. de bon. auth. iud. pos. tu ul. co. uersi. item quaeritur. Solutionem uide no. ff. de fe. iu. nemo plus & eo. titu. nemo potest. lib. 6.

s Exponunt. secundum Rof.

t L. 2. Et in his uerbis suis continuauit ipse uer. caueat ergo: qui est supra eod. §. ult. in princ. & ibi dixi. Vbi sunt haec eius uerba.

u In prin. Et mihi placet per rationem, quam dixi in prae. §. quod si super. in decre. quoniam. super gl. fic, C. scilicet quia per id contingeret sine aliqua sui iuris cognitione, per lapsum anni fieri possessorem incommutabilem: & sic occludit contra Odo. diuersitatis ratio quam allegat.

x Et caetera. Quae placet, ut durante actoris instantia puta quia uenit reus intra annum prosecuturus iudicium inchoatum: actor ultra non interet: sed secus cùm post annum reus efficitur actor, uel intra annum facta missione, lite non contestata, uel quasi contestata ut ibi. sed quod plus est Cyn. ubi supra. 11. quaest. dicit quòd si rei contumacia interuenit post litem contestatam, & praestitum calumniae iuramentum in summaria cognitione, qui interuenire debet secundum l. secundam. C. ubi in rem actio. & §. quod si super. ipse actor iterum iurabit de calumnia: quia non modo calumniari posset ff. de dam. infe. l. qui bona. §. si quis stipulaturus. Non obstat C. de iur. calum. l. 2. & auth. hoc sacramentum. quia, ut dicit, haec est noua instantia, quae ex nobili iudicis officio petitur fieri missio. de quo infrà. §. pe. in fine Adde quòd hanc additionem sequitur Alex. in d. §. Iulianus. in 10. col.

y Expensis. Quod iudex intra annum cogere possit passum missionem in reali, intelligo ut possessionẽ recuperet. Scripsi de eo qui mit. in pos. super rub. lib. 6. Et intellige secundum istos, quòd cogere potest talis quòd reo non parente, constituet actorem intra annum possessorem incommutabilem. Et hanc opi. ponit Simon in l. consentaneum. C. quomo. & quando. pro qua alleg. ff. de dam. infect. l. à quo. de no. ope. nun. si prius. Ipse autem dicit se nũquam id legisse, & quòd de necessitate iudex & actor habent expectare per annum: per l. si quis emptionis. in fi. C. de praescri. 30. ann. & per decr. quoniam. §. in alijs. & hoc placet. Facit de re. iu. indultum. in fi. li. 6. Fateor tamen quòd requirere posset super hoc reum, sed poenam illam non posset imponere, quae nullo iure conceditur. Et per hoc respondetur ad id, quod ibi allegaui de decre. licet causa non. & eius glo. Item super prae. rubr. inuenies si reus contra quem agebatur super tribus, propter contumaciam passus est missionem, demum transegit de duobus, quod sufficit ei soluere expensas pro rata illius tertiae: de qua non fuit transactũ, nisi de expensis transactum fuisset.

z Ratio est. Proximam rationem respicit prima forma: sequens, hanc secundam.

a Et not. secundum Iac. Bal. in uer. est notandum.

b Possideant. Hoc est quod dixit Rof. hoc titu. ultra prin. quod in his non datur secundum decretum, quia

quia sola spes est in debitum iri. De hoc infrà. §. uidendum. uersi. quod autem.

SVMMARIVM.

eundo, uel de aqua quotidiana & æstiua.

33 *Missio in possessionem qualiter sit facienda, ubi petitur ut caueatur de euictione in duplum.*

34 *Vbi agitur ad exhibendum aliquã rem uel scripturam fieri debet missio in possessionem iuxta æstimationem interesse.*

35 *Agens contra tutorem uel alium in dignitate uel officio constitutum ut remoueatur, & contumaciter abest: quomodo procedere debeat, quo ad missionem in possessionem.*

36 *Agens ad thori separationem, & uocatus sit contumax, qualiter sit procedendum.*

37 *Agens contra aliquem coram iudice seculari interdicto uti posſidetis, ille autem contumaciter se absentat, an & qualiter actor mittetur in possessionem rei petitæ.*

38 *Possessio facilius perditur, quàm dominium.*

39 *Primum decretum generaliter interponitur, quotiescunque quis non defenditur tam in realibus quàm in personalibus actionibus.*

40 *Rei plures si nomine alterius rei conueniantur quorum vnus tantùm sit contumax: an propter illius contumaciam alijs non uocatis, fiet missio in possessionem.*

41 *Vbi agitur personalibus actionibus pro temporalibus, an fiet missio in possessionem spiritualiũ pro mensura debiti declarati.*

RESTAT Videre in quibus rebus uel actionibus primum decretum postulatur
a seu interponatur. Super quo no. [a] quòd uarijs ex causis fit sæpe missio in bonis alicuius. Quandoque enim fit propter legata: ut ff. ut in pos. le. per totum. Quandoque causa damni infecti. l. si finita. §. fi. ff. de acqui. pos. posſideri. §. fi. ff. quorum leg. l. 1. Quandoque propter contumaciam conuenti in reali, uel personali actione. ex. ut lite non conte. quoniam frequenter. & de eo, qui mitti. in pos. cau. rei ser. per totum. & C. de bo. autho. iud. posſi. per totum. C. de præscrip. 30. uel 40. an. si quis emptionis. §. fin. qui omnes non posſident, sed detinent: ut in præ. concor. præter quam in conuento actione reali, in quo est dissensio an posſideat intra annum. quod dic ut j. §. iam
1 de effectu. † Et scias quòd cùm agitur personali actione, primò mittetur actor in possessionem mobilium, si extent: alioquin immobilium: tertiò etiam nominum, sicut fit in executione rei iudicatæ. ff. de re iudi. ex. ut lite non contesta. quo-
b niam. §. fi. in fi. [b] nisi sint serui, & boues aratores, qui non capiuntur, quandiu alia supersunt. C. quæ res pig. ob. pos. executores. & l. seq. ex. de treu. & pa. c. fi. ar. tamen contra, quòd primò fiat missio in immobilibus C. de his, qui ad eccl. confu. l. fi. §. cũ autem, sed ibi erant tantùm immobilia. Baga. ta-
c men & Azo [c] non multum curãt de hoc ordine. [d]
d † Quia ergo si reus non habet res mobiles uel im
2 mobiles, sed habet tantùm nomina uel actiones contra suos debitores: quæritur qualiter fiat mis-
e sio in possessionem in omnibus actionibus? Dic [e] quòd iudex uocabit debitores: etsi confiteantur se debitores ipsius conuenti, ut C. quando fiscus uel priua. l. 2. interdicet eis ne soluant creditori, sine eius licentia: & quòd respondeant isti, qui agit. & sic prouidet actori, ut habeat in quo missio fiat. Et est simile extra, ut lit. pen. c. 1. in fi. & habebit actor hæc nomina sibi obligata ex tali iudicis
3 autoritate. † Licet nomina & alia incorporalia spiritualia & temporalia non posſideantur, ut ff. de acqui. re. do. l. seruus. §. incorporales. ex. ut lit. pen. c. 1. cùm suis concor. ex. de renun. cùm inter P. de fo. compe. conquestus. & est arg. ad hoc C. de præto. pig. l. 1. & 2. & in præ. l. à diuo. §. sic quoque super quo dic ut no. papa ex. de eo qui mit. in pos. c. 1. Si uerò debitores diffiteantur, non fiet missio
f in nominibus: [f] sed curator dabitur bonis, qui exigat debita. ff. de cur. bo. dam. l. 2. ff. de Car. edi. sed & si is. §. 1. Tamen si hoc malitiosè negent, fit contra eos missio in nominibus. ff. ad l. Cor. de fal. l. 2. & hoc iudicis arbitrio relinquitur. ff. de iud. non quicquid. & uide infrà §. uidendum. uer. sed quid
4 si reus. & seq. † Quid si apud eum, in cuius bonis peto missionem pro mensura debiti declarati, nil inuenitur de ipsius bonis, sed illa per alium posſidentur: nunquid sum in illorum possessione mit-
g tendus? [g] & si mittar: nunquid possum illa iure pignoris retinere, illo possessore petente ea sibi restitui, uel ne in illis debeat inquietari, cùm non fuerit citatus, & dicat se paratum respondere de
h iure, restituta sibi prius possessione? [h] Et uidetur quòd sum in bonorum illorum possessione mittẽdus: ut ff. de re iud. à diuo. §. si super. & §. seq. & §. si C. de his, qui ad ecc. confu. præsenti. §. 1. & §. pe. præsertim si de pignore controuersia non sit. arg. contra non debere capi bona illa, non seruato iuris ordine, de quo habetur in auth. de fideiusso. §. sed neque: quòd si factum sit. & ille uelit respondere de iure, uidetur restituendus ad commodum possessionis, qua non debuit priuari. ff. de re iud. si cum nulla. & C. si per uim uel alio modo. l. fina. etiam si sit uiolentus possessor: ut extra de restit. spo. in literis. & 3 q. 1. §. pater. ff. de ui & ui arma. l. 1. §. qui à me. Ad idem 2. q. 6. argumenta. & q. 1. notum. & quòd sit restitendus, & postea causa tractanda prius quàm de exceptione cognoscatur: facit C. locati. l. si quis conductionis. ff. quorum leg. l. 1. §. 1. C. de donatio. inter uirum & uxorem. si maritus. C. de rei uxo. act. §. 1. Possessio enim mihi dari debuit, alterius iure saluo, ex. de re iud. quã
5 uis. † Sed qualiter probabit ille de sua possessione, me nõ restituente? Dicunt quidam quòd summatim, id est, per iuramentum. ff. ad exhiben. thesaurus. Alij contradicentes, quòd prædi. l. loquitur in iuramento calumniæ, non in iuramento, quod est loco probationis: alioquin inueniretur actor & testis in causa sua: contra l. 1. C. de testibus. omnibus. 4. quæstion. 3. §. item in criminali. uersicu. item nullus. In hoc autem erit summa-
i ria, quia procedetur lite non contestata. [i] & poterit probare de possessione per unum testem, uel per priuatam scripturam, secundam ea, quæ nota. suprà de officio omnium iudicum. §. postremo.

k mo.uersi.3. [k] † Quid si ego nolens restituere, uo
6 lo incontinenti de iure meo docere, [l] dicens ad im
l pediendum restitutionem, dolo petis, quod incon
tinenti restituturus es: nunquid sum audiendus?
Respon. fortè sic. argum. ff. ad exhiben. l. 3. §. ibi-
dem. ff. ut in posses. le. si is, qui. ex. de restitu. spol.
literas. & argumen. in præ. §. si super. ibi: si cogno
uerit eius fuisse, &c. & facit C. de lega. creditor. &
C. de edic. di. Adria. tol. l. fina. Vel dic contra: cùm
non sit iuris ordo in possessione seruatus, ut su-
7 prà. † Quid si ille negat rem fore debitoris illius:
uel putat possessionem esse suam, uel sibi obliga-
tam? Dicunt quidam, non dari contra eum actio-
nem in factum ex edicto, ne uis fiat ei, qui in pos-
sess &c. si supinè me missum non admittit. ff. ne uis
fiat ei, qui in poss. l. 1. §. si quis ideo. Sed nunquid
ipse habebit probare suam, uel se ius in ea habere?
Respond. sic: si se ad hoc obliget. ff. de proba. cir-
ca. Imputet enim sibi, qui se ad hoc adstrinxit:
quia sufficiebat ei probare se tempore missionis
possidere. Sed contra in præ. §. si super ibi: puta
uerit admittendam, quasi eius sit. Sed dic quòd
præsumitur eius esse, nisi contra probetur. C. de
rei uendicatio. l. fin. & argument. in præ. §. si quis
ideo. Quid si filiusfamiliàs uocatus in causa, in
qua exigatur consensus patris, contumax sit:
nunquid fiet missio in possessionem, & in qui-
bus rebus? De hoc supra de actore, uersicu. sed
8 ecce. & sequen. † Quid si [m] reus non habuit nisi
m usumfructum in aliquibus prædijs, qualiter sub-
uenitur actori seu creditori? Dic quòd iudex iu-
bebit eum quasi detinere prædia, usufructus gra
tia: & hic missus, habebit simplicem custodiam:
usufructuarius autem habebit illam naturalem
possessionem, quam semper habuit. ff. de acqui
ren. pos. naturaliter. Et idem in uasallo reo,
seu debitore & feudatario, & similibus dici
potest. ff. de pignor. l. si is qui usufructu. & l.
obligatione generali. Potest enim creditor mit
ti in possessionem feudi, ut percipiat fructus, pos
n sidente tamen uasallo, ut non extraneo: [n] ut ff.
de leg. 2. peto. §. prædium. ff. de dam. infect. si fi-
nita. §. si de uectigalibus. & argumen. ff. de bon.
auth. iudic. possi. in uenditione. Sed quid faciet
dominus feudi? Dic quòd semper remanet uasal
lus: unde domino seruiet, argumen. extra de feu
dis. cap. primo. Et idem iuris est in superficiarijs
uectigalibus. ff. de damno infecto. l. si finita. §. si
de uectigalibus. ff. de uectigali. & com. l. uectigalia.
extra de sequestratio. cap. penultim. & fina. & iun-
ge quod est infrà. §. uidendum. uersicu. quid si
9 reus. & sequen. † Quid si reus non habet nisi re-
ditus uel beneficium ecclesiæ, puta præbendam?
o Respond. [o] possunt reditus assignari in causa
pignoris: ut dixi in nominibus uel actionibus. ff.
de re iudic. in commodis C. de execu. rei indi-
ca. stipendia. extra de fideiusso. constitutis. &
capitu. peruenit. in fine. extra de appellat. pa-
storalis. in fine. 32. distinctio. præter hoc. argum.
contra. C. quæ res pigno. ob. poss. l. spem eo
rum. Solut. in pœnam debitoris si non habet un-
de soluat, fructus dantur ad tempus: ut in præd.
concordan. Pignorari autem res uel fructus non
debent: ut in contrario. & extra de pigno. cap. 1.

p & 2. [p] Sed & cùm agitur super ecclesia, tanquàm
de proprietate fit missio in ea: ut dixi supra titu
10 lo proximo. §. penultim. uersi. illud autem. † Sed
pone quòd pupilli uel adolescentes, uel absentes
Reipublicæ causa absunt: nunquid fiet missio
in possessionem contra eos in bonis eorum? Re-
spon. sic, si non defendatur. ff. ex quibus causis
in possessionem eatur. l. 3. & l. in possessione. §.
cùm dicitur. C. de restitut. mili. l. ignorare. bo-
na tamen non uendentur. ff. de priuileg. credit.
q eum qui. [q] pupillus etiam aletur ex illis bonis, ad
r tempora pubertatis, ut eodem titu. [r] l. fina. Hic
ergo distingue: nam minor conuentus, aut est
infans, aut maior infante. Si infans, non potest
esse in iudicio, quia parum distat à furioso: ut
Institu. de inuti. stipulat. §. quod dixit. Si maior
infante, citari potest, & esse in iudicio. tutoris au-
toritate: ut ff. de administra. tuto. l. 1. §. primo, se-
11 cundo & tertio. † Quid si, maior sit, aliàs? Re-
spondeo, si habet curatorem, idem est quod in pu
pillo. nam si habet curatorem, non potest esse in
iudicio sine illo. Et si feratur sententia, non uale-
bit contra eum: sed pro eo, sic suprà, de actore.
in princip. uersicu. porrò. Primò ergo citandus
est tutor uel curator, si habet: alioquin, amici &
consanguinei. l. 3. in princip. uersicu. non defendi.
ff. quibus ex cau. in poss. eatur. Quid si non repe-
riantur? Respondeo, tunc fiet missio. ff. ex quibus
s causis in possessionem eatur. l. hæc autem. §. 2. [s]
12 † Quid si reus agit per procuratorem, qui contu-
max est? Dic quòd fiet missio in possessione in
bonis ipsius rei petitæ ff. de procu. sed & hæ per-
sonæ. §. fin. & l. sequen. C. lib. 12. de digni. quoties.
Culpa enim sua est, quòd malũ elegit. ff. nau. cau.
sta. l. fi. §. si seruus. & etiam condemnabitur in ex-
pensis, propter procuratoris contumaciam. ff. cõ-
mo. eum, qui. §. fina. & l. sequen. ff. de procurat.
non cogendum. Excommunicari autem, suspen
di uel interdici non posset: ut extra, ut lite
non contesta. cap. 1. in fin. Et est ratio diuersita-
tis: nam procurator datus est ad litem: unde
quantum ad litem, domino præiudicat. Secus
tamen est in dictis sententijs, quæ ferri non de-
bent sine canonica monitione: extra, de sent. ex-
com. sacro. & cap. cùm medicinalis. & ex causa pro
t bata. 2. quæst. 1. nemo. Secundum papam [t] melior
ratio est, quia licet uendiderit illi potestatem a-
gendi temporalia, non tamen spiritualia. 38. dist.
sedulo. C. de sacrosan. eccle. l. fina. ex. de restitut.
u spoli. frequens. §. fina. [u] Si autem dominus sci-
ens, non purgat contumaciam sui procuratoris,
bene potest excommunicari: ut in præce. decre.
ut lite non contesta. cap. 1. & no. C. lib. 12. de exe-
x cutoribus. l. 1. in fin. papa no. ex. de procura. c. 3. [x]
quòd licet nuncius probet iustas causas absentiæ
domini, nihilominus fiet missio contra domi-
num. & iunge hic quod not. suprà. titu. proxi-
13 mo. §. fina. uersi. quid si procurator. † Hoc au-
y tem notandum est, [y] quòd missus in possessionem
ex primo decreto non utetur bonis illis uel fru-
ctibus, in quorum possessione missus est. ff. ex qui
bus. cau. in pos. ea. Fulcinius. in principio. & l.
prætor. in princi. imò eos restituet intra annum
cum ipsa re. ex. de sequestra. posses. cap. 2. nisi mis-
sus

sus id specialiter impetret, propter nimiam con-
z tumaciam deb toris: ut in l. Fulcinius. §. fin. z & l.
14 Celsus. † Est autem nimia contumacia: quia di-
cit, non ueniam. uel, secundum alios, si stetit bien
nio quòd non uenit. Alij dicunt illud quod sequi
tur in prædicta l. Fulcinius. §. fi. speciale esse in pe
titione hæreditatis, ubi non possidet titulo. Vin.
no. ex. de eo, qui mit. in possess. cùm uenissent. se-
cundum canones nimiam contumaciam esse, si
steterit in ea per annum. nam post annum faciet
fructus suos. argum. in prædic. decret. quoniam. §.
in alijs. & 11. q. 3. rursus. & uide infra, de eo, qui
mit. in poss. causa rei ser. uersi. cæterum. In casibus
tamen missus utitur fructibus: ut si mulier uętris
nomine mittatur in possessionē: nisi per calumniā
missa fuerit: ut ff. si mulier uen. no. in pos. mit. l. 1.
& 2. ff. de uen. in pos. mit. l. 1. §. 1. & in fin. l. 3. Item
in alio, scilicet quando missus est coniuncta perso-
a na, a ff. ut in possessione le. uel fideicommis. l. quæ
b legatorum. Item cùm filius b mittitur in possessio
nem ex Carboniano edicto, ut. C. de Carbo. edicto.
l. 2. Sed in his casibus non fit missio in possessionē
propter contumaciam, sed propter fauorem: un-
de non tangunt præsentem tractatum. Item mis-
sus locabit prędia. & fructus custodiet. nisi debitor
id faciat. ff. eodem. is, cui. §. qui legatorum. & ff. de
bon. auth. iudi. possi. in uenditione. §. 1. Item secū
dum statutum Bonon. missus facit fructus suos. M.
autem dixit quòd cùm missus in possessionem ex
primo decreto possideat, facit fructus suos. C. de
præscri. 30. uel 40. ann. si quis emptionis. in fi. ibi:
possessor, &c. & C. de bo. auth. iud. pos. cùm propo
nas. ff. de dam. infe. à quo. C. quomo. & quan. iudi.
consentaneum. ibi: possessionem, &c. quod non pu
to, ut suprà: sed eos solùm percipit & detinet: ut
infrà. §. iam de effectu. uersi. missus ergo. expensas
tamen factas circa curam rei, retinet: ut suprà tit.
proxim. §. fina. uersicul. sed nunquid facta.
15 † Quid si in reali actione, intra annum post mis-
sionem in possessionem missus percepit fructus,
deinde reus reuertatur intra annum postulans sibi
possessionem & fructus inde perceptos, restitui.
missus uerò obijcit exceptionem dominij: uel
fortè compensationem aliorum fructuum, quos
reus ante litem motam perceperat: nunquid po-
test? Respon. non. nam non uidetur res restitui,
nisi fructus restituantur. ff. de rei uen. l. ex diuerso.
§. 1. & quo iure statuitur in principali, idem & in
accessorijs esse debet. C. de usur. eos, qui. in prin.
Compensatio tamen non admittitur, quia debi-
tum non est liquidum. C. de compensa. l. fi. & quia
per eam fieret aliquod præiudicium principali,
quod esse non debet. ff. de excep. fundi. & l. si fun-
dum. infrà. §. iuxta. uer. sed quid si ille. Post secun
dum autem decretum quis utitur fructibus. Quæ
prosequere ut not. ex. de do. & contu. contingit.
ubi no. alij casus. & in li. Ros. in tit. de secundo de-
16 creto. & secundum papam in præ. §. alijs. † Hoc
etiam not. quòd si conuentus, qui nomine alieno
c possidet, id denunciet domino, c fit missio in pos
sessionem rei petitæ nisi dominus uenerit in ter-
mino ad hoc à iudice statuto: ut dixi suprà titu. 1.
§. sequitur. uersi. si uerò agitur. ibi: si autem lis est
quasi contestata. quod uerum est, siue quis conue
niatur super re immobili: ut in præ. decre. quoniā
d frequenter. d & §. quod, si super. & C. ubi in rem
actio. l. 2. siue etiam super re mobili hodie: ut C.
ubi de crimi. agi opor. auth. qua in prouincia. uer.
eo autem absente. argum. tamen contra. ff. de rei
e uen. officium. in fi. e Item quod dicitur in præ. §.
quod si super. & in l. 2. C. ubi in rem actio, quod de
bet nominare exponunt quidam, ut Accur. debet,
id est, potest. ff. an per alium causæ app. l. fin. ff. de
offi. præsi. solent in prin. Alij, ut B. dicunt quòd cū
quis super immobilibus rebus, quas nomine pos-
sidet alieno, in quibus nullum ius habet, conueni
tur: debet, & potest nominare, secundum eos expo
nitur debet, idest potest: ut in præ. §. & in præ. l. C.
si enim haberet ius in re, illud tenetur defendere.
unde non prodest dominum nominare, ut iam di
cetur. Ad præmissa tamen fortiter exponitur. nā
uidetur quòd qualitercunque quis detineat rem
ecclesiæ: ipse semper conueniri debet, quantum-
cunque nominet uel exhibeat dominum, seu auto
rem suum: ut 12. q. 2. quicunque. 1. & 16. q. 1. in ca-
nonibus. ex. de fot. compe. cum sit generale. & ca.
si clericus. Sed illa loquuntur in possessorio: quo
casu non prodest nominare dominum uel autorē:
ut ex. eo. conquestus. not. in præd. §. quod si super.
f in glo. secus. &c. f Nunc autem prodest nominare
dominum, cum agitur petitorio. Vel intellige prę
dicta iura, cùm quis aliquid suo nomine possidet:
ut tunc ipse sit conueniendus: nec sit necesse no-
minare eum, cuius autoritate possidet. Sed prædi
ctus §. loquitur, cùm quis nomine alterius possi-
det. Si autem is, qui nomine possidet alieno, do-
minum non nominat, sed tanquam possessor se
offert liti, & propter eius contumaciam posses-
sio decernetur actori, non nocet domino. quod
g dic ut not. in prædict. § quod si super. g
17 † Debet autem statim fieri nominatio ista, ante
libelli oblationem, uel prius, quam respondeat
reus: ut no. in præ. §. quod si super. Item missus in
casu isto, statim efficitur uerus possessor: nec is,
qui passus est missionem, ueniens intra annum au
dietur super possessione. licet aliud sit quando
quis suo nomine conuenitur. ut ibi nu. Sed quis
est is, qui nomine possidet alieno? Respon. depo-
sitarius & commodatarius rei mobilis, colonus &
inquilinus, qui non habet ius in re. ff. de rei uend.
l. officium, rei enim commodatæ, depositæ, & colo
no uel inquilino traditę, proprietatem & posses-
sionem retinemus. ff. deposi. l. 1. ff. commo. in cō-
18 modato. † Sed nunquid est idem in his, qui ius
habent in re: ut est emphyteuta, feudatarius, ma-
ritus in rebus dotalibus, ut usufructuarius, feuda-
h tarius, superficiarius, creditor, h & similes, ut ipsi
possint dominum in iudicium nominare? P. & Y.
dicunt quòd nō: nec liberantur hoc faciendo, imò
defendere coguntur, ratione iuris, quod habent.
Quòd autem maritus per se agat uel defendat in
rebus dotalibus ratione iuris, quod ibi habet, pro
batur ff. de re iudi. sæpe. §. sed scientibus. De usu-
fructuario probatur ff. ad exhiben. Celsus. §. 1. De
emphyteuta. ff. qui satisda. cogan. sciendum. §. 1.
Domini Io. & Azo. contra, nam cum præ. l. C. ubi
in rem act. l. fi. & præ. §. quòd si super, non distin-
guant, habeat quis ius in re, uel non: nec nos de-
bemus

bemus distinguere. 2. q. 5. consuluisti. ex. de transi
i la. inter corporalia. uersus finem. i Idem etiam est in procuratore ad administrãdum dato, ut no.
k papa in præ. §. quod si super. k † Quid si colonus
19 sit contumax: nunquid eius contumacia præiudicabit domino? Respondeo, non C. si per uim uel ali. mo. possess. tur. fu. l. fi. Quid si non est cõtumax, sed in se suscipit iudicium? Respon. dico quòd potest pœnitere ante litis contestationem, & dominum in iudicium nominare, restitutis aduersario expensis. ff. de rei uendi. is, qui se. & duabus legib.
20 sequenti. † Quid si nominans, nominato non ueniente, uult pœnitere, & iudicium rei uendicationis suscipere? Et uidetur quod non audiatur: ut in præ. l. is, qui. & ff. de noxali actio. Sed dic quòd si
l ex persona sua uelit suscipere, l tanquam mendax efficietur de possessore petitor: ut ff. de rei uendi. l. fi. sed si tanquam defensor, bene admittitur. infra, uer. sed quid si actor. Prædictam quoque pœnam nominans patietur nominato dicente quòd ille eius nomine possideat: ut in præ. l. fi. ff. de rei uen. Quid si dominus ius suum alteri uendidit: sed emphyteuta nihilominus primum dominum nominat? De hoc uide infra, de loca. §. nūc
21 aliqua. uersi. 174. † Quid si emphyteuta, uel feudatarius, uel uir in causa dotis, nominauit dominum in iudicio, & dominus fuit contumax: nunquid paratur præiudicium emphyteutæ, feudatario, uel uiro? Dicunt quidam quòd sic. Imputet enim sibi quòd eum nominauit: quia de uoluntate sua fuit hoc, & permisit sequentem agere. ff. de re iudi. sæpe. ex. eo. tit. quamuis. C. res inter alios acta. per totum. ex. de præben. dilecto. in fi. Sed nunquid nominans dominum in iudicio, tenetur semper comparere, & adesse causæ, si dominus uelit eam defendere? Respon. non: sed dimittendus est. ff. de in ius uocan. neque impubere. §. 1. & uide quod no. secundum papam. ex. de sponsa. uenie-
22 ens. 1. & de re iudic. cùm super. † Quid si feudatario uel emphyteuta rei uendicatione conuento, dominus uult hoc iudicium suo nomine subire, agens uerò potius uult agere contra illos, qui possident, & plenam habent facultatem restituendi rem? Respon. si dominus conueniatur ratione ciuilis possessionis, potest suo nomine iudicium suscipere: cùm suo nomine conueniatur: quia ipse ciuiliter possidet: ut ff. commodo. l. si ut certo. §. si duob. sed naturaliter possidenti, scilicet feudatario & emphyteutæ: ut ff. de acqui. possess. naturaliter non fit præiudicium per hoc: ut supra, uer-
23 si. proxi. † Sed quid si actor nolit conuenire dominum ratione ciuilis, quam habet, sed feudatarium ratione naturalis, & dominus uelit suo nomine iudicium suscipere? Respo. non audietur, quamuis eius intersit, ut dicunt quidam: quia ipse non habet naturalem possessionem, ut dixi. & hoc facit ff. de ap. sententia. §. 1. ff. quando appel. sit. l. 1. §. in propria. & §. tutores. Si autem uelit non suo nomine, sed ut defensor, feudatarij iudicium suscipere: audietur. Nam in ciuilibus, potest quilibet alium defendere, etiam inuitum. ff. de procu. l. 1. §. usus. & l. seruum. §. publicè. ff. de solu. solu-
24 tionem. † Quid si dominus clericus est, qui ut defensor uult iudicium suscipere sub iudice secu-

lari, sub quo conueniebatur feudatarius uel em-
m phyteuta? m Et quidē non uidetur admittendus ut in auth. de san. epis. §. alium autem. C. de procura. militem. C. de episco. & cleri. placet. ex. de foro competen. si diligenti. etiam si expressè renunciet priuilegio fori sui: ut ibi. ff. qui satisda.
25 cog. quot. † Quid si syndicus alicuius capituli, ueniat ad defensionem feudatarij uel emphyteutæ? Respon. si clericus est, non admittetur coram iudice laico: ut supra. Si uerò ut laicus uult defendere nomine capituli, similiter non admittitur, sicut nec capitulum admitteretur, ut quidam dicunt. ff. de re iudic. si cum procuratore. ff. de procu. sed & hæ. §. defendere. & l. minor. §. quoniam. Sed si syndicus laicus uelit defendere ut ipse, non ut syndicus, bene auditur: ut in præ. §. publicè. dummodo aliud non obuiet. & semper debet possessor in suo foro defendi. C. ubi in rem actio. l. 1. ff. de iudi. uenditor. 11. quæstio. 1. experientiæ. Vtrum nominans alium in iudicio, iurabit de calumnia, uide infrà, de iura. calum. §. restat. uersi. sed illud. Sed nunquid in seruitutibus, uel cùm negatoria uel cùm de electione ad dignitatem agit, fit missio in possessionē? De hoc & de alijs dicam infrà. §. uidendum. uersic. quid si electus. & se
26 quenti. † Verum si petitur hæreditas ex testamento, uel ab intestato: fit missio in possessione totorum bonorum. C. de peti. hære. l. hæreditas. C. de edi. di. Adri. tol. l. fi. in fi. & in præ. l. Fulcinius, §. fi. & iunge quod est suprà, titulo proximo. §. se-
27 quitur. uer. quod si fortè. † Quid n si agatur actio
n ne præiudiciali: ut puta, petit quis aliquem tanquam filium, & in potestate constitutum, uel tanquam seruum, uel tanquam libertum, uel tanquā uasallum, uel tanquam colonum, uel tanquam adscriptitium, & similes: & uocatus non uenit. Respon. generaliter, quia in talibus non potest fieri missio, iudex per remedia generalia & excogitata occurrat: puta per excommunicationem, per bannum, & per missionem in possessionem: ut infrà. §. uidendum. uer. in actione autem finium. & uersi. in omnibus tamen personalibus. Item specialiter. Respon. ad singula. nam si constat quòd quis sit filius, & ab eo petatur reuerentia uel pietas: Iudex potest ad uoluntatem patris procedere: ut C. de pat. pote. si filius. 86. dist. non satis. 35. distin. sexto. 30. dist. c. 1. & c. si quis dereliquerit. Si uerò negatur filius: nec est fama: tunc iudex potest recipere probationes patris super filiatione in patria potestate, & super hoc etiam pronunciare, secundum Vbe. quia extraordinarium negotium est. C. de usu. pupil. pupillus. ff. de offic. proconsul. nec quicquam. §. de plano. 2. q 7. quæritur Et est ratio: quia non præsumitur patrem filium odire. 23. q. 1. paratus. & q. 4. est iniusta. & c. ea in dicta 5. q. 5. c. 1. & 2. q. 1. non est putanda. Quid ecō uersò, si filius dicit se non esse filium, uel esse emãcipatum: Non enim uidetur quòd filius sit mittendus in possessionem libertatis: quia nec ille, qui se patrem dicebat, possidebat. ff. de acquir. pos. l. 1. §. 3. Respon. occurratur per præmissa remedia generalia, uel recipiantur probationes, ut dixi: uel procedatur sicut in negatoria & confessoria dicetur in præ. §. uidendum. uersi. quid si agatur.

Si

Si uerò petatur quis in seruitutem: dic ut ibi in
28 uer. sedis, quem. † Quid si agatur contra libertum pro operis præstandis uel non præstitis: tunc æstimabuntur operæ: & fiet missio in possessionem bonorum eius pro æstimatione operarum: ut de uerb. obli. in stipulationibus. ff. de oper. liber. quoties. Si uerò agatur de ipso iure patronatus, procedetur prout in confessoria: ut in causa filiationis dictum est. Sed si de libertinitate proclamet in ingenuitatem, & uocatus non ueniat, iudex, saluis præmissis generalibus, poterit procedere, prout habetur C. de inge. ma. diffamari. & C. de remis. pign. si eo tempore. ex. de testi. cùm olim. & qui fi. sint leg. lator. Porrò si dominus petet à uasallo ut eum dominum, uel certam possessionem ab eo recognoscat, uel ut eam dimittat pro feudo, uel eam ut ab ingrato reuocet: ut C de reuocan. donat. his solis. ex. de dona. c. fina. 22. q. ulti. de forma. Et si contumaciter absit, potest dominus mitti in possessionem eiusdem rei, si eam habet: uel si non habet, in possessionem aliorum bonorum eius pro æstimatione interesse facta, ex eo quòd præmissa non fiunt. Cæterum si peto colonum tanquam seruum cum peculio, & contumax sit, peculium per iudicem annotabitur. Quod intellige prout habetur ff. de diuer. & tempo. præscr. longe. & C. de agric. & cen. cùm satis. §. fi.
29 & l. cùm scimus. † Sed quid si iudicio noxali aga
o tur? Respô. o si agitur ad damnum, uidetur quòd fiat missio pro rata damni petiti: & fortè est actoris electio, in quo uelit mitti in possessionem. Super quo uide ff. si ex noxa. cau. aga. l. 2. ff. de re iud.
30 miles. §. 1. ff. de sol. l. 1. 2. & 3. † Quid si agatur confessoria pro usufructu, uel alijs seruitutibus personalibus turbatis? Dic quòd ratione illius iuris fiat missio, propter contumaciam rei, in possessionem eius rei, in qua actor petit illud ius. ff. de usuf. l. 3. & stabit in ea usque ad annum: & postea fiet uerus possessor: prout in alijs realibus. ℑ. §. fi. dictur. idem iuris est etiam si agatur de decima, se-
p cundum Vber. p imò secundum papam statim est uerus possessor, & non causa custodiæ. & iudex prohibebit reo, ne illum turbet, donec reus de
q iure suo ostendat, q & super hoc ipse caueat, & faciat illum interim gaudere quasi possessione pacifica seruitutis, uel alterius iuris petiti. ff. de oper. no. nuncia. si priusquam. ff. si serui. uend. is, cuius famil. ff. de usufru. cuiuscunque. ff. de opt. lega. mancipiorum. C. de inge. ma. diffamari. Et hæc etiam locum habent in iuribus incorporalibus, spiritualibus & temporalibus: quæ prosequere secundum papam, ut not. extra de eo, qui mit. in pos. causa rei seruan. c. & s. eod. uersi. 1.
31 † Item si agatur pro personalibus præstationibus, puta fructuum uel interesse nomine, decernetur missionem esse faciendam in possessionem rerum ipsius debitoris pro rata interesse sui, ut dicunt quidam. Alij contra, cùm aliud, & non interesse petitum sit. argu. C. de fideicom. liber. l. fin. nisi fortè petitionem mutet: quod facere potest ante litis contestationem: ut C. de eden. edita. & iunge hic quod est in præ. §. uidendum uersi. quid.
32 si agat negatoria. † Quid si agatur interdicto de itinere actuq. priuato, eundo, uel de aqua quotidiana & æstiua? Respond. si ratione possessionis agitur, & res non capit dilationem, & aduersarius non ueniat, iudex permittet ire agere, & aquam ducere sine præiudicio iuris quærendi possessionē & proprietatem: actore nihilominus cauete, quòd si apparuerit eum iniustè egisse, resarciat damnū absenti. ff. de testa. tu. l. idem. ff. de dam. infect. hoc amplius. §. Alphenus. ff. ad exhi. si quis merces. §. si rate. & l. Iulianus. §. 1. Vel procedatur, ut iam dicam in interdicto uti possidetis: uel ut dixi in confessoria pro seruitutibus, secundum Vber. Quid si agatur de damno infecto? Dic quòd & tunc fiet missio. ff. de dam. infe. prætor. §. 2. & per totum. & iunge quod est infra. §. ultimo. Quid de legato uel fideicommissario? Respon. & hoc etiam est expeditum: ut C. ut in poss. lega. uel fideicom. l. legati. ff. quando dies lega. 'ce. per totum: & ℑ. §. uiden-
33 dum. uersi. sed nunquid. † Sed quid si petitur, ut caueat de euictione in duplum? Dic quòd ibi præmissa generalia remedia sunt fortè necessaria: uel dic quòd fiet missio in possessionem dupli pretij dati uel pretij rei. ff. de euict. l. 2. quod uidetur absurdum, cum hoc non petatur. Vnde dic quòd fiet missio in possessionem tanti, in quanto posset periclitari: ut de act. empt. & uend l. exempto. §. 1. ex. de eo. qui mit. in poss. causa rei seruan. cum
34 uenissent. † Quid si agitur ad exhibendum aliquo iure, puta ut exhibeatur aliqua res, uel scriptura. Dic quòd non fiet missio in possessionem rei uel scripturæ: aliàs plus haberet ex contumacia
r cia quàm ex sententia. r ff. de uerbo. signi. plus est. ex. de accusa. ueniens. 11. q. 3. certum. Fit ergo missio iuxta æstimationem interesse, sicut si diffinitiuè condemnaretur, & non exhiberet, fieret missio in interesse. ff. de in litem iur. in actionibus. ff. ad
35 exhibendum. per totum. † Quid si agitur contra tutorem, uel alium in dignitate uel officio constitutum, ut remoueatur uel deponatur, & contumaciter abest? Respon. procedatur contra eum, secundum præmissa generalia, uel etiam per specialia: ut sibi interdicat interim administratio, quasi suspecto. ff. de procur. quæ omnia. C. de suspec. tu. l. penulti. Instit. eo. in fin. ff. de solu. quod si fortè. §. 1. ex. de simo. licet Heli. de accusa. c. fin. de offi. deleg. uenerabilis. uerumtamen in hoc casu poteris contra eum procedi, ut suprà ei. proxi. §. sequitur. uersi. si uerò. poterunt enim recipi probationes su per principali: & procedetur secundum l. impube-
36 res. ff. de suspe. tuto. † Quid si agatur ad thori separationem, & uocatus sit contumax? Respon. tūc est recurrendum ad sępe dicta remedia generalia, uel etiam ad specialia: ut præsens absoluatur à debiti coniugalis redditione. Si uerò uir uel uxor agat possessorio, non fiet missio in possessionem: sed recipientur probationes, ne detur occasio fornicandi. Causa enim matrimonialis non obest or-
s dinariæ cognitioni, secundum Vber. s Ergo dico in præmissis casibus, absentem excommunicandum, & non ad sententiam procedendum. ex. de restit. spol. literas. cum autem agitur super fœdere matrimonij: tunc potest etiam lite non contestata procedi. ex. ut lite non contesta. ca. 1. & c. quoniā. §. porrò. Quid si uxor agat contra uirum ad inopiam uergentem? De hoc infrà de dona. inter ui- & uxor

& uxor.§.formatis.uersi. quid si uir. In criminali autem causa qualiter procedatur & infra, de accu.
37 §.sequitur. † Sed pone ago contra te coram iudice seculari, interdicto uti possidetis, quia mihi turbas possessionem i tu contumaciter te absentas: quæritur qualiter iudex contra te procedet? non enim potest me mittere in possessionem rei petitæ, cum nulla petatur. Item non potest te ex-
t communicare, cum sit laicus. 96. dist. bene quidē. t G. Na. uo. ex̄. ut lit. non contesta. tux. quòd iudex assignabit tibi terminum, intra quem uenias, uel à mea inquietatione cesses: ut ex̄. de resti. spo audi-tas. ex̄. de natis ex lib. uen. c. unico. Quod si neutrū facies, procedet contra te ex officio suo: ut ex̄. de pign. ex literis. Idemq; dici potest secundum eū, in quæstione illa, cum quis potens aliquem spoliat, nec uult comparere, nec excommunicari potest: uel si potest, parum de excommunicatione curat: tunc enim iudex contra eum ex officio pro
u cedet, ut ibi ex̄. de postu. c. t. u & 2. q. 5. quanto. & infra, uersic. proxi. papa not. ex̄. de eo, qui mitt. in pos. causa rei ser. ca. 1. quòd siue agatur interdicto uti possidetis, siue interdicto unde ui, pro incorporalibus: quia secus si pro corporalibus, ut infra, in fin. huius. §. siue quocunque alio modo agatur pro incorporalibus, non fit missio in possessione quia non potest, cùm dicat se possidere: ut extra, de probat. licet. & de iudi. examinata. Sed cauebit reus de non molestando. secundum ea quæ not. suprà uersicu. quid si agatur confes. & in concor. ibi positis. & probatur extra, de sequest. poss. c. 1. & ff. de iti. actuq; priua. si pro nia. & iunge quod not. supra eo. §. uer. 1. & uide. 7. eo. §. uidendum uersi. in omnibus. Baga. dixit, quòd si reus contumax est, ubi agitur interdicto uti possidetis, uel utrobi: iudex pronunciabit actorem non esse in possessione inquietandum à reo, donec reus probauerit possessionem suam esse: & fortè coget reum cauere se id seruaturum: quemadmodum fit in seruitute: ut ff. de no. oper. nunc. si prius. ff. de dam. infe. is, à quo. ff. si seru. uen. is cuius. Nam interdicta licet personalia sint, uidentur tamen in rem scripta, ff. de inter. l. 1. in fin. Diffinitiua enim sententia de non inquietando in perpetuum, ante litis contestationem ferri non posset: ut extra ut lite non contesta. per totum. Sed nonne hoc casu reus ueniens intra annum, recuperabit possessionem, restitutis expensis, & præstita cautione de lite prosequenda? Et uidetur quòd sic. C. de bonit auth. iudi. poss. auth. et qui iurat. ex̄. ut lite non contest. c. quoniam. §. in alijs. Sed dic contra, nisi prius probauerit possessionem ad se pertinere. alias nil uideretur operari interlocutoria iudicis, imò delusoria uideretur. quod esse non debet. ff. de iud. si prætor. ff. ne quid in lo. pub. l. fi. quia & sine ea idem ius possidendi haberet. nam intentat interdictum uti possidetis quare non petit, ut adipiscatur possessionem, sed ut iam adepta, defendatur: ut Insti. de interdictis. §. retinendæ. extra, de probat. licet. unde nil uidetur reuerso restituendum: cum in nullo de eius possessione constet. Secus autem est, ubi agitur iudicio petitorio: quia tunc reo missionem passo, res est restituenda. sed quare hoc in possessione potius contingit, quàm in
38 alijs casibus? Respon. † Quia possessio facilius perditur, quàm dominium. ff. de acq. poss. l. 3. §. domini. Vnde nec à sententia possessionis appellari potest, secundum leges, licet aliud sit in alijs, 2. q. 6. sunt etiam, quorum. uer. si de pos. & C. si de momen. pos. fue. ap. l. 1. Quidam autem dicunt quòd in præmisso casu reuersus, restituendus est, ut res restituatur in pristinum statum, in quo erat ante latam interlocutoriam, quo ad hoc, ut idem subducatur decretum, & ut per illud nulla detur actio, uel exceptio, quæ aliter dari posset. ff. de acqui. possess. iustè. & ff. ne uis fi. ei, qui in pos. miss est. l. t. & hoc cùm agitur pro ipsa possessione, ne quis inquietetur in ea. Si autem agitur pro æstimatione possessionis (quod fieri potest) ut ff. uti pos. l. pe. & ff. quod me. cau. si mulier. §. qui possessionem. tunc pronunciabitur, ut in alijs sim-
x plicibus personalibus actionibus. x † Generaliter
39 autem primum decretum interponitur, tam in realibus, quàm in personalibus actionibus quotiescunque quis non defenditur. ex̄. ut lite non contes. quoniam. §. in alijs. & §. fi. C. de iudic. l. properandum. §. finautem. C. de præscri. 30. an. si quis emptionis. §. fi. Quod dic ut s̄. tit. proxi. §. sequitur. uer. si uerò agitur. & seq. Item interponitur in his, quæ uicem obtinent actionum: ut cùm cautiones postulantur de damno infecto, uel de delegatis, uel cum mulier petit se mitti in possessionem causa uentris. nam hæ actiones, instar obtinent actionum: ut ff. de ac. & ob. l. obligationes uerborum. Et quòd his casibus fiat missio in possessionem, probatur ff. ex qui. cau. in pos. ea. l. 1. 2. 3. & 4. & in præ. l. si quis emptionis. §. fi. & ff. de dam. infec. l. 4. §. 1. & ff. ut in pos. leg. uel. fideicō.
y is, cui. y Item habet locum quando agitur interdicto unde ui ad possessionem recuperandam. Item in interdictis in rem scriptis, habet locum missio in possessionem causa rei seruandæ: ut probatur & no. secundum papam ex̄. de eo, qui mit. in
z pos. causa rei ser. c. 1. z Et scias quod quando agitur interdicto unde ui, uel actione exempto, de qua infrà, §. uidendum. uersi. sed nunquid. uel alia personali actione, ubi fit missio pro mensura debiti declarati: decens est, ut primo fiat missio in possessionem illius rei, de qua agitur: & si ratione interesse aliquid plus debetur. faciat etiam in possessione aliarum: licet ex causa aliud fieri possit quandoque. In realibus autem & mistis actionibus, fit missio tantum in possessionem rei petitæ,
a nisi quando latitat, uel dolo desinit possidere: a ut ex̄. ut lite non conte. quoniam. §. quod si super. & ff. ex quib. cau. in pos. ea. l. Fulcinius. §. item uidea mus. & §. seq. & C. de præscri. 30. an. si quis. §. fin. Sed nunquid in hypothecaria fiat missio in possessionem? de hoc no. suprà tit. proxi. §. sequitur. uer.
40 sed nunquid. † Quid si nonnne alterius rei, plures conueniuntur. quod fieri potest: ut suprà de actore. ad fi. & unus tantùm contumax sit? Respon. non uidetur quòd propter eius contumaciam, alijs non uocatis, fit missio facienda. ff. de mino. l. Aemilius & ar. ff. ex qui. cau. in pos. ea Hoc autem hic no. papa ex̄. de reli. do. cùm ueuerabilis. Sed quid si agitur commun dividundo, uel fami. ercis. iudicio, & reus contumax est. De hoc infrà, §. uidendum

dendum.uer.sed nunquid in duplicibus.& uer.itē queritur.ꝙ iussus aūt possidere per se ingrediatur possessionē, uel si formidat impediri, per nūcium iudicis, seu officialem seu viatorē in possessionē inducatur: ut in prę.l.is, cui.§.missus in possessio.
41 † In summa not. quòd ubi agitur personalibus actionibus, pro tēporalibus non fiet missio in possessionem spiritualium, pro mensura debiti declarati: ut probatur ex.de excep.frequens.§.fin.& in cōstitu.Grego.10.de iniur.c. & si pignorationes.
b b tum quia cum eis nequeunt permutari: ut ex. de rerum permu.ad quæstiones. tamen quia spiritualia æstimationem nō recipiunt: ut C. de sacrosan. ecc. nemo martyres. & ff. de uar. & extraor. cog.l.1.§.medicinam.quare cum debito commensurari nō possunt. Sed ubi agitur personali actione pro spiritualibus, puta ex permutatione, uel donatione rerum spiritualium, & huiusmodi: tunc bene potest fieri missio in possessionem aliorum spiritualium: & etiam fortè in possessionem temporalium: præsertim si spiritualibus erant temporales annexæ, secundum papam, qui hoc not.extra de eo, qui mit. in pos. cap. primo. Item not.quòd in realib.& mistis actionibus, fit
c missio in possessionem rei petitæ tantum: nisi c quando latitat, vel quando dolo desijt possidere:
d d ut ff.ex quib.cau.in pos. ea.l.Fulcinius. §. item uideamus.& §.seq.C.de præsc.30.an. siquis.§. fi. In personali uerò fit pro mensura debiti declarati: ut s. uersic. & scias.

ADDITIO.

a *Restat videre. No. secundum Ros. cuius fuit hoc principium si.de actione in factum, quæ datur cōtra missum, super damnis & fructibus. Adde tu quòd primum & secundum decretum interponi potest in iuribus inseparabilib. à persona, & in obligatione facti propter inopiam debitoris. gl. Bar.& Bal.in l.pro herede.§.1.ff.de acqui.her.*

b *In fine. Illud posuit Ia. infrà, sed autor melius locauit hic.*

c *Et Azo. Ia. Bal. dixit quòd Azo non tractat de ordine.& verum est in summa, de bo. auto. iu. pos. Tene quòd dixi in decr. quoniam.§.quòd si. super gl. hoc ordine.*

d *Ordine. Quid si agitur contra uniuersitatem personali actione, & nihil habet in bonis nisi forum, uias publicas, fontes, & similia. dicā infrà, de sen. execu.§.sequitur, super uer. quod si uniuersi.*

e *Dic secundum Ia. præ. cuius fuit iste uer. & huic continuus erat uer. quid si reus hic sicut in Iac. interposita fuit additio.*

f *Nominibus. Facit quod no. Cy. C. quando fis. uel pri.l.2.*

g *Mittendus. Vide quod no. infrà, §. nunc videamus. in fin. an, scilicet reus præsens cogatur iudicare. Adde an secundum decretum impediatur per ius tertij conditionale uide Bal. in l.peto.§.prædiū. in fi.ff.de leg. secundo. quod non & hoc magis facit ad rubricam sequentem de secundo decreto.*

h *Possessione. Est sciendum quòd dominus meus in legibus disputauit quæstionem, quæ incipit, queritur an primum, quæ quæsiuit an primum decretum procedat contrarium in re, cuius ipse habet dominium, sed alius est possessor: & an ipse possessor ueniens obtinere possit illud reuocari, solam possessionem probando. In prima tenuit valere primum decretum in re tali, & quòd per illud parabitur via ad secundum: ex quo secundo decreto acquiretur dominium sine possessione eius. Ratio, quia aliter creditori consuli non posset contra debitorem, qui non habet nisi tale dominium. Item constat quòd nuda proprietas potest obligari ex conuentione. ff. de pigno. actio. si conuenerit.§. si nuda. ergo & in ea pignus prætorium constitui potest. Nam inuicem conuenta obligationis, succedit decretum iudicis. C. si causa in di.pig.captum sit.l.1. Item ex contractu sine possessione dominium queritur, quando verus dominus rem penes alium constitutam uendit & in rē inducit emptorem. ff. de fun.dot. si fundum. Sic ex secundo decreto acquiretur dominium sine possessione, quod habeat debitor contumax: sed possessionem nunquam ille non habebat. illo enim iure utitur missus, quo is, contra quem facta est missio. Sic ff. de dam. infec. si finita.§. si de uectigalibus. Fatetur tamen quòd per missionem ex primo decreto, creditor nō fit possessor. Nec mirum: quia etiam si possideret debitor sic esset: acquiritur ergo misso pignus prætorium: & paratur sibi uia ad secundum decretum, per quod etiam cùm dabitur contra debitorem non possidentem, non auferetur possessio tertio possidēti. sed creditor missus ex domino quæsito, uēdicabit rem à possessore, qui possessionem suam non poterit tueri. Non obstat ff. de reg. iur. à diuo Pio.§. si super rebus. ubi super rebus pignori captis de proprietate fiebat controuersia. Nam, ut ibi not. in 1. glo. etiam de possessione fieri potest ad superius dicta inducit eandem l. §. sit quoque. Vbi igitur certum est, dominium fuisse debitoris, propter controuersiam possessionis non dimittet missus pignora. aliàs, ut in princ. dixi, nō esset consultum creditori contra debitorem, habentem solum rei dominium sine possessione. Voluit ergo primum decretum quo ad duo suprà dicta, & ex quo interuenit traditio in secundo, licet non possideat, rei uendicationem uel Publicianā poterit intentare. Adde ut per Bar. & nouissimos in d.l. si finita.§. si de uectigalibus.*

i Lite non contesta. Vide infrà de libel.con.§. fin. uers. hoc autem notandum.

k Versi. tertio. Suprà titulo proximo. §. sequitur. vers. porrò. circa medium.

l Docere. Non intelligas, id est, de debito quia illud solum non sufficeret: sed vult probare fuisse & esse rem debitoris.

m Quid si. Reassumit. verba Iacob.

n Extraneo. Vnde si uasallus infeudasset feudum: non ponetur tunc creditor in possessione fructuũ: quia illi nunquam fuerunt sui. ff. de pigno. l. 1. §. cum prædium. & l. Paulus.

o Respon. Secundum Iaco.

p C. 1. & 2. Et ibi no. in glo. pe.

q Qui. Secundum Iaco.

r Eodem tit. Scilicet de priuileg. credito.

ſ §. 2. & 1. respon. & l. 2. §. fina. & l. 3. §. si uere. & §. contractum. Sed ad intellectum huius uersic. & præce. & eius quod not. suprà tit. proxi. in fin. & infrà de sententia excommunica. §. sequitur. uersic. sed pone. lite contestata. & suprà de actore. in princ. quæro, si minor 25. citatus non uenit, & ob id agens, missus est in possessionem rei petitæ vel bonorum ipsius: in personali ueniens vult recuperare possessionem: missus petit expensas, quas minor dicit se non debere, cùm processus contra eum factus sine curatore, non tenuerit: pot issimè suprà scripta forma non seruata. Quæritur quid iuris? Respondeo quatuor opiniones circa hoc haberi. Prima quòd non teneatur minor ad expensas: quia iura de hoc loquentia, indistinctè loquuntur. C. de iudi. sancimus. de bonis autori. iudic. possid. cùm proponas. & auth. & qui iurat. vt lite non contestata. quoniam. §. in alijs. Cum ergo non distinguant inter maiorem & minorẽ: ergo nec iudex distinguet. ff. de officio præsi. l. 3. de publicia. de pretio. Nam si iure de maioribus tantum intellexissent, id expressissent. extra, de decimis ad audientiam. Facit ff. de alea. l. 1. §. quod autem. Item frustratorium aliàs esset legis auxilium, de accipienda tenuta contra minorem: ut in legibus in prin. allegatis: nec debet actor à lege decipi C. de his, qui ue. æta. impet. l. 1. nec iudicium fieri delusorium. ff. de iudi. si prætor. ff. de electio. commissa. §. porro. lib. 6. Secũda opinio est contraria, ut non teneatur. Expedit enim minori litibus & sumptibus non uexari. ff. de mino. l. minoribus. Item & si quasi contumax condemnetur, restituitur. eod. titul. l. minori. & sic quasi contumax. Tertia fuit Vber. de Bobio, qui dat prærogatiuam minori, plusquam maiori, si ueniant ipsi intra annum uel post, dicens quòd ueniens maior intra annum recuperat possessionem, & restituit expensas. Minor uerò recuperat non solutis expensis, si ueniat post annum maior non recuperat possessionem etiam restitutis expensis: minor recuperat, sed restituit expensas & sic intelligitur l. si quis emptionis. C. de prescri. 30. uel 40. annorum. Ex contrario sequeretur quòd non esset melior conditio minoris, quàm maioris, quod esse non debet: cùm eius beneficium debeat aliquid operari, sicut priuilegium, testamentum & uerba. ff. ad munici. l. 1. ff de lega. 2. l. si quando. de usur. l. si stipulatus. de priui. si papa. §. 2. ad fi. lib. 6. Quarta fuit opinio Iac. de Are. distinguentis aut minor tempore data tenuta non habebat tutorem vel curatorem vel legitimum defensorem. aut habebat & hoc casu aut illi administratores sunt soluendo aut non. Primo casu principali quando non habebat dicit tenutam restituendam minori, licet expensas non soluat, per l. ultimam. C. si aduer. rem iudi. ubi dicit textus, nullum nobis præiudicium. & ff. de re iudi. acta. §. fin. & l. contra pupillum. & C. qui legi. perso. l. 1. per quas leges. & l. in causa. 2. ff. de mino. dicit restitutionem minori non esse necessariam: uel secundum eum distinguitur, aut minor non habens defensorem legitimum tempore data tenutæ, erat pupillus, aut adultus. Primo casu cùm non teneretur sibi petere tutorem. ff. qui pe. tu. l. 2. recuperabit tenutam, non solutis expensis. Secundo casu cùm erat adultus, tenebatur sibi petere curatorem. ff. qui pet. tut. l. 3. §. tutores. C. qui pet. tut. l. prima non petijt: videtur fuisse in dolo, contra quem etiam non restituitur. ff. de mino si est causa. §. nunc uidendum. Non recuperabit ergo possessionem, nisi restitutis expensis. Mihi plus placet quod dicit autor, in non habente curatorem requirendos amicos, vel saltem requirendum prius ipsum, vt veniat petere curatorem. Pro quo facit prædic. l. prima. C. qui petant tuto. & maximè secundum lecturam Iac. de Rauen. quam ponit ibi Cyn. quæ vult admonitionem, de qua lex loquitur, esse necessariam, & petendam à iudice. vt vocetur ad hoc minor, scilicet ad petendum curatorem. Hoc intendo quòd non sufficit actori ad iustificandam tenutam, facere uocari minorem non habentem defensorem super principali. Secundum quod intelligo etiam quod not. in præd. l. fi. C. si aduer. rẽ iudic. Redeo ad verba Iaco. qui dicit secundo casu, quòd habeat tutorem vel curatorem, si sunt soluendo, cum teneri ad expensas, quas recuperabit à prædictis. ff. de leg. 2. qui solidum. §. etiam aliàs non tenebitur

tur ad illas, & recuperat tenutam. ff. de minor. cum mandato. ff. de pecul. summa cum ratione. §. si dolo. ff. de administra. tut. l. fi. ne uti fi. ci. l. 1. §. hoc edicto. Hic etiam præmittendum erat; an tutor vel curator vocatus fuerit vt debuit, vt etiã dicit autor hic. Quod dixi de tenuta, tenet Guid. de Suzar. super l. ff. si quis ius di. non ob. scilicet quòd non teneatur ad expẽsas, ex quo vocatio nõ fuit debitè facta. Et idem dicit de banno dato, scilicet quòd si propter contumaciam fuit bannitus, expensas banni vel cancellationis non soluit. Citari enim debuerant propinqui, amici, & affines ipsius, & omnes, quos non est verisimile omissuros defensionem ipsius minoris, per leges in prin. allegatas. Ponderat etiam, quòd circa principale ius actoris non est factum deterius: quia & si venisset, non subiret sine curatore iudicium: quia minor. Hoc etiam attenditur, in citatione facta die feriato. ff. si quis in ius vo. non ie. l. 2. in fi. & ff. de arbitris. l. arbiter calendis. Adde requisita ad hoc vt contra minores possit perueniri ad primum & secundum decretum. Ro. consi. 454. Abb. consi. 43. 2. lib.

t Secundum papam. Vt lite non conte. c. 1. ad fin. in glo. magna. versi. idem est dicendum.

u §. fi. Lib. 6.

x C. secundo. Vbi scripsi in glo. hac missio. uers. hoc autem.

y Notandum est. Secundum Iac. versicu. & est notandum.

z §. fin. Et hoc ibi tenet glo. & placet Iacob. de Are. vt ex speciali iussu iudicis mittentis in possessionem, hoc expresso quòd fructus lucretur propter nimiam rei contumaciam, procedat id in qualibet actione.

Adde quòd hoc idem tenet Bar. & Bal. in dicto §. Iulianus. & idem est si de consuetudine debet arbitrari fructus, secundum glo. in auth. de exhi. & intro. reis. §. si uerò. quam glo. sequitur Bal. in l. acceptam. C. de vsur. & in consi. 54. 2. lib. vbi dicit quòd minor vigore consuetudinis vel statuti, patietur illam pœnam amissionis fructuum eo casu, quo contra ipsum fiat missio. Bar. tamen non tenet illam glo. de qua ibi uide per Alex. qui tamẽ de Bal. in d. consi. mentionem non facit.

a Persona. Nimis latè loquitur. Primò, quia lex illa non habet locum in maribus. Item nec in fœminis vlterioris gradus quàm sunt ibi expressa. Hoc tamen dicit ibi gloss. sub dubio fortè: ibi autem exprimit filia neptem & proneptem & vxorem, quæ non nupsit. Item iste uersus istius casus & sequentis, est solùm pro alimentis: & cùm non habente aliàs vnde alantur: ut ibi.

b Filius. Sup. impubes. & idem de quolibet descendente, cui competere posset contra tabulas. ff. ad Carbo. l. 1. in prin.

c Domino. Vide quod dixi in §. quod si super. in gl. per illum.

d Frequenter. Opiniones & ipsarum rationes. de hoc uide in §. quod si super. super 1. glo.

e In fi. Dic vt ibi in ult. gl. & facit quod no. de iudi. examinata. in gloss. & quod scripsi in §. quod si super. in gl. quid si non. ad fi. & §. fi. super uerbo. possessionem.

f Secus, &c. Apertius est præ. c. quicunque.

g Si super. Quomodo autem factum violenti, expellentis colonum præiudicat domino, & non factum iudicis possessionem ei auferentis, cùm plus operari deberet actus iudicialis, quam violentus: ibi plene scripsi post Inno. & Hosti. super uerb. nominare. Item ibi super verbo, tardabit. scripsi post Hostien. de illo, qui de præcepto domini sui, damnum dedit & conuentus nominat dominum, qui scit causam præcepti: an sit sibi danda dilatio ad dominum præsentandum: & quid si detur, & dominus non venit: ibi vide.

h Creditor. In isto satis videtur quòd procedat nominatio, per l. si pigno. ff. de pign. act. & de vsuc. l. pign. c. quod no. C. de fur. in ult. §. pen.

i Versus finem. Dominus meus in legibus sic distinguebat, an tales conueniantur super re: & tunc seruatur prima opin. vt non possint declinare iudicium, tales naturaliter possidentes, cùm sibi possideant. Ad quod facit in vsi. feud. de contro. feu. inter vas. & alium. cap. 1. Si verò conueniuntur super censu, reditu, vel seruitio quod debetur domino, quod tertius petit ab emphyteuta, vasallo vel simili: tunc quisque talium denunciare potest domino & illum nominare: quia principaliter ad eum pertinet huius rei defensio. Si non vult nominare ipse litiget: nec nocebit sententia domino, nisi sciat & patiatur. ff de reg. iu. sæpe. extra. eo. tit. cap. pen. Alleg. ad prædicta C. de agri. & censi. litibus lib. 11. & l. in causa. ff. de procu.

k Super. Et ibi satis scripsi de hoc super verbo, alieno. Ipse etiam ibi no. nominationem hanc facere posse eum, qui super obedientia conuenitur: & an non veniente nominato, sit tunc locus missioni, plenè scripsi de ma. & obe. quatuor. super glo. vnde sententia.

l Suscipere. Vide quod dixi in §. quod si super. super ver. possidet.

m Emphyteuta not. quia de habente ius in re lo-

quitur. & vide quod dixi in §. quod si super. super. uer. excipiat.

n Quid. Hic ingreditur uerba Vber. de Bo. ubi supra, & sic ibi ut hic incipit uersicu. & sit duplex responsio, ut hic. et quantum durent, infra dicam. Adde quòd quando agitur actione praeiudiciali, quòd possit dare bannum: quia Spec. nihil alleg. in isto tex. in l. 1. §. quod ergo. uersi. multi. ff. de uen. inspi. & glo. fina. in l. 1. ff. de admini. tut. & in l. preces. C. de suspec. tu. Bal. in c. 1. de pace tenen. & Bart. in l. 1. ff. si quis ius di. non ob. ubi dicit hoc esse uerum in uero contumacè, non in ficto: quia tale bannum habetur pro mulcta: & mulctari non potest fictus contumax: ut habetur in glo. d. l. pen.

ADDITIO. Adde tu quòd bannum equiparatur mulctae, & pro mulcta habetur: & sicut mulcta non irrogat infamiam, ita nec bannũ: ut per Pau. de Cast. consi. 467. incip. super hoc puncto. in 2. col. uersic. Secundo premitto. in 1. parte consi. Hen. Fer.

o Respondeo. Dicit Vber. uidetur quòd iussu pretoris ducẽdus sit seruus. ff. si ex nox. cau. aga. l. 2. §. ult. ubi sic iacet tex. subdit, uel si agitur, &c. & quod sequitur, fortè est actoris elect. dixit Vber. propter contumaciam rei, hoc expressè, ne credatur quòd agens noxali possit eligere seruum uel emendam: cùm sola emenda ueniat in petitione: licet serui datio sit in liberatione. Insti. de nox. §. 1. & dixi de emp. & uen. cap. 3. super uerbo, induxit.

p Secundum Vber. Interponit quod sequitur: & eius uerba reassumit infrà. uer. quid si agatur interdicto.

q Ostendat dicebat Dyn de primo decre. in 4. quaestio. quòd quando actor possidet: tunc poena contumacis est quòd transfertur onus probandi in cũ: alle. ff. de no. ope. nun. si prius. si uerò non possidet procedit primum dictum quòd fit missio quasi in possessionem. alleg. ff. de dam. infecto. l. à quo fundus.

ADDE vt per Bar. & Alex. in d. l. si prius.

r Sententia. Incumberet enim hoc possessori, & per sententiam sufficeret exhibere praesentiam.

ſ Vber. Et hic finiuntur eius uerba.

t Quidem. De hoc etiam supra tit. 1. §. sequitur. uer. sed pone, Titius.

u C. 1. Vbi scripsi in glo. magna. uersi. hoc eodem modo.

x Actionibus. Verba Ia. Bal. uersi. hoc autem decretum.

y Cui. Scire debes quòd Ia. de Are. in l. si finita. ff. de dam. infe. §. item uideamus. tenuit per ipsum §. & §. ibi praecedentem, quòd quoties quis mittitur in possessionem, quia sibi non cauetur, uel aliquid ab aduersario non praestatur, non aliter de possessione discedit, quam sit sibi cautum uel praestitum, etiam si aduersarius petat ut discedat, & ipse sibi uult expensas restituere: ut ibi alleg. etiam. ff. qui satisd. cog. l. de die. §. hares quoque. Secus si fiat missio propter contumaciam aduersarij: quia non uenit coram iudice: quia tunc missus de possessione discedit restitutis expensis. C. de praescrip. 30. an. l. si quis sub. & praestita cautione de stando iuri: ut in decre. quoniam frequenter. §. in alijs. Procedit ergo primum dictum Iac. quando uenit ad iudicium: sed ad praeceptum iudicis noluit cauere uel praestare quod petebat actor. & est simile quod dixi supra, §. 2. post princ. ubi de appel. loquor.

z C. 1. Et quod sequitur ibi, uide per me in uersic. aliqui tamen. ante si. magna glo.

a Possidere. Hoc in si. repetit, & ibi dicam.

b Pignorationes. Lib. 6.

c Nisi. Istud nisi, uidetur incongruè poni: quia & tũc fit missio in possessionem rei petitae: licet olim in omnia. & patet per leges sequen. Super quo uide quod no. in §. statim alle. sed seruatur si illud tantum, quod procedit, respiciat non rem, sed missionem, uel dicat missio tantùm. Et hoc intellige infrà. §. 2. in prin. uersi. est & alius.

d Possidere. Tunc enim si pro re corporali agatur, per omnia proceditur ut in personali: ut patet per iura infra alle. Idem Azo in Summa, ubi suprà, §. ubi autem. Facit quod no. et dixi in regula, pro possessore. de reg. iur. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 Primum decretum, à quibus iudicibus sit postulandum.

2 Iudex Bonon. coram quo quidam Mutinensis conuenitur, ratione contractus, uel alia causa, an possit mittere actorem in possessionem bonorum, quae reus habet Bononiae, & decernere missionem in possessionem esse faciendam in bonis, quae conuentus habet Mutinae, propter eius contumaciam.

3 In contractibus & delictis potest fieri remissio ad locum, ubi quis contraxit uel deliquit.

4 Iudex an possit cogi ad iudicandum, si dubitatur ubi sint debitores conuenti.

NVNC

1 NVNC uideamus † à quibus iudicibus primum decretum postuletur? Et quidem à maioribus & minoribus,& etiam à magistratibus municipalibus & à delegatis.ff.de dam.infect.dies.§.1.uersi.dies.ex.de offi. deleg.ex literis.ex.de eo qui mit.in pos.causa rei seruan.per totum. De hoc not. in §. restat. quod uerum est, quòd potest pronunciare, si citatus sit de eius iurisdictione. Mittere enim in possessionē magis est iurisdictionis,quàm imperij. ff. de officio eius, cui manda. est iurisd. l. cognitio. §. fin. Si autem certum est, eum non esse eius iudicem: non poterit pronunciare. Secus autem si dubium sit. Re autem ipsa mittere non minor, sed maior iudex potest. ff. ad municip. magistratibus. & ff. de iurisd. om. iud. iubere. nisi in causa damni infecti.ut ff.de dam.infect. l.dies.§.duas.quæ celeritatem desiderant: ut eo.tit.l.1. Iudex autem dele-
2 gatus, possessionem à se datam tueri debet: [a] ut ex.de test.ex parte.ubi de hoc. & de simo querelam.saltem usque ad annum. ut ex.de offi. deleg. quærenti. licet alij dicant illum functum officio suo esse: ut eo.tit.literis. nisi ei specialiter fuerit mandatum: ut in præ.c.ex parte.quia hoc ad ordinarium spectat,ut dicunt. ff. ne uis fiat rei, qui in pos.mis.est.l.1.in prin. & §.1. & l. si quis missum. respon.1.& uide infra § proxi. uersi. & noc. quòd si missus. & infra de execu. senten.§. nunc dicen-
3 dum. prope prin. † Et not. [b] quòd iudex Bono-
b nien. coram quo aliquis Mutinen. conuenitur ratione contractus uel domicilij uel alia quauis causa: ut ex.de fo.compe.c.fi.potest mittere actorem in possessionem bonorum,quæ reus habet Bononiæ & decernere missionē in possessionem esse faciendam in bonis, quæ conuentus habet Mutinæ propter eius contumaciam: licet quidam dixerint, quòd si reus nihil habet Bononiæ, iudex Bo-
c noniens. ulterius non procedit: [c] quod falsum est,
d hæc probantur eo.tit.Romana.§ contrahentes [d].
e Et dicunt quidam [e] quòd Bononien. iudex quo ad bona,quæ sunt Mutinæ,exequetur suum officium per iudicem Mutin. & quantum ad hoc, maior est iudice Mutinen. licet aliàs in officio sint æquales. C. de iud. properandum. §. sin autem reus. ff. de bo.auto.iudi.pos.cum unus.§.pen. & fi. Alij dicunt quòd iudex Bononien. per se dabit possessionem bonorum, quæ sunt Mutinæ. quod ego
f non credo: [f] nisi esset à principe delegatus: cum non sint res sub eius iurisdictione.ff de iurisdictio. omni.iudi. l.fi. C. qui pro sua iurisdictio.l.1.16.q. 6.placuit.ad fi.ex.de fo. comp. fane. Potest tamen decernere, ut dixi. Quidam etiam dicunt, quòd si Mutinensis non pareat iudici Bononiensi, tunc iudex Bononiensis mittet literas ad iudicem Mu-
5 tinensem ut mittat ei reum. † Nam & in contractibus & delictis, fit remissio ad locum, ubi quis contraxit uel deliquit: ut dicitur C. ubi de crimi. agi opor. authen. qua in prouincia. Et si iudex Mutinensis non miserit, punietur in tribus libris auri: & eius officiales in tantundem: quod si propter lucrum id Mutinensis faciat, etiam eius cingulo priuetur. in authen. ut nulli iudi. §. si uerò quis comprehensorum. & C. ubi cau. status agi. deb.l.1.C.de equi. re. l. 2. Quandoque etiam aliter punitur.ff.de fer. fugi. l.1. §. hoc autem. Sed hodie standum est in hoc illi. §. contrahentes.
4 † Quid si dubium sit, ubi sint debitores conuenti, & ipse comparet: nunquid cogi potest eos iudicare? Dicunt quidam quòd non, argum. ff. qui bo. ce.possest.l.in omnibus.nam hoc committitur inquisitioni executoris,& solicitudini iudicantis, secundum Pileum. argum. C. de his, qui ad eccle. confug.l.fin.§.cum autem.Nec debet hoc eius sacramento committi. Alij tamen contra. nam & de inquisitione & diligentia erit, ut faciat eum satisfacere de conscientia sua: ut in ea. l. §. fine. & arg.C.de iur.de lib. scimus.§.licentia.& arg.in authen.de test.§.si uero deducens.

ADDITIO.

a *Debet. Sic etiam audiet tertium, qui dicit rem, cuius data est tenuta, ad se pertinere: & eam, si de hoc constiterit, reuocabit secundum Io. de Deo lib.2.q.12.alle.de re iu.cum super.& c. seq. de test.ueniens.2. Tertium autem rem uendicantem delegatus ille non audiet.de offi. deleg. P. & G. An autem uendicans agat contra missum, uel contra missionem passum? dixi suprà decre. contingit.in fi.de do.& contu. Adde tu ad id quod dicitur hic per Spe. de delegato, uidelicet quòd non possit, per doc. Host. in c. quo ad consultationē. extra de re iudi. ut refert eum, & sequitur Abb. Sicul.in ult.col. in fine, quòd iudex delegatus habens expedire causam intra mensem: si intra ipsum mensem contumacem reum excommunicauit, potest post mensem absolui. Vnde à simili dicendum in casu nostro. Posset tamen responderi,quòd id habet locum in iurisdictione redacta ad certum tempus: hic uerò de quo hic in simplici commissione causæ: de quo tamen uide per scribentes in c. quærenti. extra de officio delega.*

b *Not. Secundum Benedictum,quem in hoc tractatu esse autor. & secundum.Iac.Bal.*

c *Procedit. Sed uadat actor Mutinam iustitiam petiturus. & hoc dictum prædicti duo attribuunt Azoni.*

d *Contrahentes.Lib.6.*

e *Quidam. Prædicti duo.*

f *Credo.Idem Io.de Deo in ult.col.*

SVMARIVM.

Primi decreti effectus quis sit.

1 *Effectus primi decreti,in personali actione quis sit.*

2 *Missus in possessionem ex primo decreto, an lucretur fructus.*

3 *Primi decreti effectus multiplex est, in reali actione.*

4 *Obligationem habere non dicitur quis, in re sua.*
5 *Missus in possessionem alicuius rei, si ipsam intra annum alienat, deinde intra eundem annum reus uenit, quid iuris.*
6 *Missus in possessionem ex primo decreto, an possideat.*
7 *Possessor rei mobilis, an in personali actione debeat expelli.*
8 *Missione facta in possessionem terrarum, quis eas debeat excolere.*
9 *Missus in possessionem ex primo decreto, quomodo in actione reali dicatur possidere.*
10 *Probare nolens de domino, quandiu audiendus sit.*
Missus in possessionem si scit rem esse alienam, an praescribat.
11 *Non domino bona fide tradente, an quaeratur usucapio bona fide accipienti contra omnem dominum.*
12 *In personali actione missus in possessionem qua ratione non possideat, in reali autem sic.*
13 *Missus in possessionem, uerè possidet, & fructus percipit, tanquam creditor conuentionalis.*
14 *Missus in possessionem ex primo decreto si deijciatur, an possit petere restitutionem, aut agere interdicto unde ui.*
15 *Decretum iudicis ubi ad postulationem actoris sibi dedit possessionem, reo non citato an sit ualidum.*
16 *Praetoris edictum prodi potest, ubi missus in possessionem ex primo decreto non admittitur, mandato iudicis ad possessionem.*
17 *Auxilium quotuplex surgere dicatur ex praetoris edicto.*
18 *Haeres, à quo legata petuntur, an, & quo pacto teneatur legatarijs ex edicto praetoris, si eos prohibuerit in possessionem uenire, &c.*
19 *Auxilia ex praetoris edicto surgentia, intra annum dantur ad interesse tantum.*
20 *Remedia competentia misso in possessionem, & non admisso, ad possidendum, quae sint.*
21 *Primi decreti effectus in actione personali, quis sit.*
22 *Missionem in possessionem patiens, si intra annum uenerit coram iudice, an & quo pacto poteris possessionem recuperare.*
23 *Praescriptio quomodo fiat aut interrumpatur, ubi quis patitur missionem in possessionem.*
24 *Possessio usque ad quod tempus repeti possit, post interruptionem praescriptionis.*
25 *Missus in possessionem post interruptionem praescriptionis illius, an poterit praescribere.*
26 *Praescriptio an currat sine possessione.*
27 *Cautionis sola praestatio, non restituit possessionem: sed tantum interrumpit praescriptionem annalem: & cui, aut quibus danda sit talis cautio. & nu. sequenti.*
28 *Decretum pastoralis, coram quocunque factum, an teneat: aut quas personas publicas interpellet.*
29 *Aduersario absente, protestari debet cum solennitate tabellionum, quòd ageret, si aduersarius praesens esset.*
30 *Ordo scripturae, semper est seruandus.*
31 *Misso in possessionem an per iudicis aut tabellionis actum acquiratur actio contra patientem se mitti.*
32 *Annus datus ad recuperandam possessionē, quando currere incipiat.*
33 *Iudex si restituat possessionem rei, non citato actore: an teneat restitutio.*
34 *Excommunicatus uel missionem in possessionem passus, si intra annum ueniat offerens cautionem idoneam & expensas: missus uerò uocatus contumaciter se absentat: an iste missionem passus mitti possit in possessionem rerum, de quibus agitur.*
35 *Beneficium iuris, nemini est negandum.*

IAM de effectu primi decreti, primo uidendum restat. Super quo not. quòd aut est actio realis, aut personalis: si quidem est personalis, multiplex est primi decreti effectus: & 2 primo. a nam per illud habet missus & custodiā, & defensionem rerum: quod dicitur iudiciale uel praetorium pignus. Videtur enim sibi constitutū, postquam inductus est in possessionem. ff. de pign. act. non est mirum. & C. qui po. in pigno. habe. l. 2. C. ut in possess. lega. si postea quām: & l. qui legatum. C. de praeto. pigno. l. 6. contra, infrà, uers. b sed quaeritur. b Et hoc dico propter quosdam fatuos nuncios seu executores iudicum, seu curiarum, qui quando mittunt aliquem in tenutam seu possessionem causa rei seruandae, mittunt illum duntaxat in possessionem unius rei, dicentes: Non mittimus te in possessionem pro ista, & pro omnibus alijs: uel, damus tibi haec, & omnia alia causa rei seruandae. Et quandoque ostendunt illa omnia, & quandoque non. Sed quando ostendunt, uidetur posse eorum error subleuari per l. ff. de acqui. possess. quod meo. §. si uenditorem. Sed certe illa lex loquitur in possidente, qui per oculorum inspectionem possessionem transfert: at nuncius nullam habet pos- 3 sessionem, ideoque nullam transfert. † Est & alius effectus in personali actione, quia nisi debitor satisfaciat creditori misso in possessionem, poterit ipse creditor sine libello, petere à iudice bona uendi, in quorum possessionem missus est, si debitor latitat, ut no. infra. §. nunc dicamus. uers. illud

illud etiam.& sequen. Alius autem hoc impetrare
c non posset, ut ibidem. Tertio, [c] quia habet custodiam, non tamen ueram possessionem: ut infra dicam. Est enim in possessionem sed non possidet. nam longe aliud est possidere, & aliud in possessione esse: ut ff. de acquir. possess. si quis autem. Quarto, quia pro illius possessionis defensione competit interdictum uti possidetis, ex quo competit ei actio in factum, quanti ea res erit: ut infrà uersi. & not. quod. Quinto, ut ipsam possessionem alij, loca & fructus eius custodiat, & interdum eos uendat, & pretium seruet: ut suprà.
d §. restat. uersi. hoc autem. [d] Sextò, ut ex ipsis re
2 bus alatur: ut in eo. uersi. † Septimo, quia lucratus fuit fructus secundum quosdam: ut in l. Fulcinius.§.fin.ff.de leg.1.filiusfamil. §. diuus Seuerus & Antoninus in fi. Alij contra: ut ff. ut in poss. leg. uel fideicommis. is, cui. §. qui legatorum. ut in præ. l. Fulcinius. in princip. De hoc in præ. uersi. hic autem. Octauo, quia missus potior est alijs postea uenientibus, quia nullam habent hypothecam: & etiam his, qui postmodum simili iussu iudicis capiunt: quia qui potior est tempore, potior est iure: ut extra, de iure pa. quod autem. C. qui po. in pigno. hab. si decreto. Quod intellige de his tantum creditoribus, qui non sunt eiusdem tituli: ut in præ. l. is, cui. §. si plures. Si enim essent eiusdem tituli: omnes concurrerent eodem iure scilicet posteriores cum prioribus. ut ff. de priuileg. cre. priuil. ff. de bo. auto. iudi. pos. cum unus. C. eo. tit. l. fi. in princ. Sunt & alij effectus primi decreti: ut infrà uersi. est & alius. & uer. porrò. † In reali autem actione, si-
3 militer multiplex est effectus primi decreti. & primo, quia quæritur misso actio ex illo edicto, ne uis fiat ei, &c. nam hoc edictum pertinet ad omnes missos in possessionem. ff. ne uis fiat ei qui in poss. mis. est. l. 1. §. 1. Secundo, quia statim incipit possidere: ut infrà uer. si uero agatur. Tertio, circa fructus eodem modo, ut supra in personali dictum est. Quarto, quia loca percipit & custodit, & quandoque uendit fructus: prout in personali actione dictum est. Alij etiam
4 effectus in hoc tractatu inueniuntur. † Sed quæritur, an propter hoc contrahatur aliquando prætorium pignus. Et uidetur quòd sic: ut supra in prin. huius.§. Sed dic quòd non: quia in re sua non potest quis obligationem habere. ff. de reg. iu. neque pignus. ff. de pig. act. si rem. licet casualiter contrarium obtineat. ff. ad Treb. debitor si pignore. & secundum quosdã. C. eo. authen. contra rogatus. De alijs autem effectibus non uidetur dubiũ, quia ad hoc nõ pertinent. Non enim ideo potior est: quia missus est autoritate iudicis, sed quia est rei dominus. Res. n. sua, eo inscio, non potuit ab alio obligari. C. ad Velleia. si fine. Item in solutum danda non est: quia quod meum est, amplius fieri non potest meum. ex. de fide instru. inter dilectos. prope fi. ff. de re. iu. ex pluribus. Item quòd uendere possit: hoc est ex eo, quòd est dominus, non ex eo
5 quòd est in possessionem missus. † Sed pone quòd missus intra annum alienat rem ipsam: deinde intra eundem annum reus ueniet: quæritur qualiter ei consuletur. Respon. iudex ex officio suo restituet ei possessionẽ emptore excluso: uel saltem per triticariam actionẽ. ff. de triti. act. l. 1. §. fi. & l. 2. & ipsum alienatorem, qui habebat tantũ custodiam, quia intrauerit alterius possessionem, condemnabit ad omne damnum, quod ex eo reuersus passus est. C. de acqui. pos. ex libris. §. sed ipse. Sed contra hoc quod dixi de triticaria, facit: quia reuersus tempore alienationis non possidebat:
e imò missus: [e] ut infra uer. si uerò agatur. Vnde dic dari actionẽ in factũ contra illum ratione possessionis: quia æquitas hoc suadet ff. de præs. uerb. l. quoties. infra. uer. ult. not. Alij dicunt dari utilẽ actionem ex lege illa. C. de acquiren. pos. ex libris. Sed ibi loquitur quãdo tradens alij uel perdens, habet causam à me, & nomine meo possidet: sed missus in possessionem suo nomine possidet. Item contra alienam rem datur actio in factum ex illo
6 edicto, de ali. iu. mu. causa facta. † Sed utrum missus ex primo decreto, possideat: super hoc distingue. nam aut agitur personali actione, aut reali.
f [f] Si personali, missus non possidet indistinctè, sed detentat, secundum omnes. ff. de acqui. pos. possideri. §. fi. ff uti possi si duo. §. creditores. ff. de dam. infect. si finita. §. Iulianus. & dixi supra tit. proximo. §. sequitur. uer. porrò si agatur & detinebit, donec aduersarius tædio affectus, ueniat responsurus: ut in præ. l. is cui. resp. 1. & ex. ut lit. non conte. quoniã. §. in alijs. nam licet actor siue creditor mittatur in possessionem: non tamen dominus seu reus eijcitur de illo loco: ut in præ. l. is, cui in prin. & in præ. l. possideri. in fi. & in præ. §. Iulianus. & ff. quorum legatorum. l. 1. §. quæsitum. nisi iudex ex officio suo, illum iubeat recedere: ne actor & reus ad rixas ueniant, si ambo possiderent.
g ant. [g] ar. ff. de usu. si cuius. §. sed si inter duos. aliàs incipit, l. æquissimum. & aliàs, si ususfruct. & tunc iudex poterit constituere, quis bona illa de-
7 beat tollere. † Sed cum in personali actione, possessor expelli non debeat de possessione, ut iam dixi: quæro qualiter fiet missio in re mobili? Respond. Dicunt quidam, quòd cum fit missio in re mobili, debet expelli: secus si in immobili. ar. in præ. l. is,
h cui. [h] ubi dicitur quod missus in possessionem custodiet fructus, ne dissipentur: & distrahet eos, qui non possunt seruari: & eodem modo uidetur quòd missus custodiet rem mobilẽ ne dissipetur. Veruntamen in ciuitate Bon. res huiusmodi sequestrantur, cum inter ciues & scholares est quæstio quod fieri uidetur contra iura: siue agatur reali, siue personali actione: ut ex. de sequestra. pos. c. 1. prope fi. Sed hoc ideo fit ibi: quia de scholariũ formidatur recessu. ff. qui satisd. cogan. si fideiusso. §. fin. Cum aũt est quæstio inter ciues, tũc bene fiet missio in re mobili: nec expellitur de possessione, sed possessor habet rei custodiã, & facit tædium super ea. Sed qualiter põt facere tædiũ super ea, si alius est in possessione rei mobilis? Dic de hoc & de alijs circa hoc, ut infra uer. porrò. in personalibus.
8 † Sed quis excolet terras, cum facta est missio in possessionem? Dico quòd dominus & debitor si uult: aliàs missus id faciat. ff. ut in pos. leg. is, cui.
i §. qui legatorum. [i] † Si uero agatur reali, tunc
9 missus in possessionem ex primo decreto possidet uere, non tamen incommutabiliter: quia si reus

intra annum uenerit, restituetur ei possessio: ut in
præd. decre. quoniam. §. in alijs. & C. de præscrip.
30. uel 40. an. si quis emptionis. §. pe. & ex̄. de eo
qui mittitur in pos. causa rei ser. per totū. Verun-
tamen licet possideat, nō tamen usucapit, nisi post
k annum, secundum Azo. M. Io. Gof. & Rof. [k] Alij
l autem, ut Bul. & Iac. [l] & Hu. & Ber. & quasi om-
nes Canonistæ, dicunt quòd nō uere possidet, sed
custodit, sicut & in personali dictū est. ff. de acqui.
pos. possideri. §. fi. ff. ut in pos. lega. is, cui. in prin.
& in præ. §. in alijs. & ex̄. de offi. ordi. pastoralis. in
fi. & de do. & contu. contingit. in quibus dicitur ꝙ
post annum, uerus efficiatur possessor: ergo uide-
tur quòd prius non erat. ex̄. de eo qui mit. in pos.
causa rei ser. c. peo. & fi. ubi dicit, causa custodiæ.
Ad idē facit eo. tit. c. 1. & secundū istos anno ela-
pso incipit possidere quasi secundum decreto in-
terposito. Nam tantum operatur in realibus trans-
scursus anni, quantum in personalibus secundum
decretum. Prima opinio mihi magis placet, & qđ
dicitur in præ. decre. uerus efficiatur. debet expo
ni idest incommutabilis: quia uere possidebat in
tra annū, sed commutabiliter. & hoc probat præ.
dec. pastoralis. in fi. ibi, ubi dicit post annū recupe
rare pos. &c. ergo patet quòd eam miserat. & idē
habetur in præ. §. in alijs. Et ad hoc ēt facit præ. l.
si quis emptionis. ex̄. de sequestra. pos. c. 1. in fi. si
igitur uere possidet, anno elapso non cogitur re-
stituere rem reuerso: nisi probet ille de iure uel
10 de dominio suo: ut in præ. §. in alijs. † Sed quan-
diu audietur, uolēs probare de dominio? Respon.
usq; ad decē annos inter præsentes, uel 20. annos
inter absentes: quia ex eo tēpore fuit possessor do
minus, uel saltē habuit iustū titulū possidendi, se-
cundum Bag. ff. de publi. l. 3. in fi. Si .n. titulū non
haberet, nō fieret dominus. C. de præscrip. 10. uel
m 20. an. l. 1. ī. uersi. sed usque. [m] Quid si missus scit
rem alienam esse? Dicit Bag. quòd præscribet præ
dicto tēpore, si tēpore missionis habuit bonā fidē,
licet postea habuerit rei conscientiā alienæ. ff. de
usucap. l. is, qui. §. fi. C. de usuca. transfor. l. 1. Si aūt
à principio habuit malā fidē, secus esset. ar. ff. de iu
n di. si prætor. §. fi. Tu dic ut ex̄. de præscrip. c. fi. [n].
11 † Quid si res illa erat tunc alterius, & non rei? Di-
xit quòd non præscribet contra eum: ar. ff. de nox
electio. §. fi. ff. de re. iur. non debet. & l. quod no-
strum. ar. contra, quòd non tam facio alterius, quā
iure publico ei præiudicatur. ar. ff. de usur. l. 1. ff. de
dam. infect. damnum. §. 3. nam & non domino bo-
na fide tradente, quæritur usucapio bona fide acci
pienti, aduersus omnē dominū: ut Instit. de usuc.
§. quod autem. & arg. ff. de re iudi. sæpe. & in auth.
12 ut sponsali. lar. §. rursus. † Sed quæ est ratio quòd
missus in personali non possidet, in reali uero sic?
o [o] Respondeo, [p] quando ago personali, ago con-
p tra illum, qui mihi obligatus est ex contractu uel
quasi, maleficio uel quasi. Vnde si mittor in pos-
sessionē pro quantitate debiti declarati, ut ī. tit. pro
xi. §. sequitur. uer. porrò. quodā extraordinario iu
re mihi subuenitur: quia (ut ita dicam) mitten-
dus essem in possessionem personæ, quæ obligata
est: & non in poss. rei quæ obligata non est, sicut
& aliàs in delictis persona punienda est: non res,
quæ non deliquit: ut in authen. de man. prin. §.

oportet. col. 3. sed quia persona libera possideri
non pōt: ut ff. de acqui. pos. cum hæredes §. fi.
& ex. de pig. c. 2. ideo mihi succurritur in rebus,
non ut eas possideam, sed ut custodiam, donec te-
dio affectus, &c. ut in decre. quoniā frequenter. §.
fi. & ubicunque ius dicit aliquē mitti in pos. causa
rei seruandæ, & quòd custodit, & quòd tædio affe-
ctus, &c. intellige in personali loqui, non in reali,
q secundum Rofre. [q] Sed certe non est ita in præ.
decre. quoniam. §. in alijs ubi dicit, tædio affectus:
r & tñ loquitur in reali. [r] In reali aūt ideo missus
possidet, quia qñ ago in rem, dico rem meam esse,
sicut in rei uendicatione: uel ius in ea mihi com-
petere, sicut in hypothecaria & in confessoria, &
in alijs realibus: & sic tunc agēdo cōtra personā,
ago cōtra illū, qui nullo iure mihi obligatus est:
sed ideo ago quia tenet rem, ut Insti. de act. §. 1. &
ideo si persona citata non compareat, dignū est ꝙ
mittar in possessionē rei petitæ: & quòd possidea
cum hoc sit ordinariū, ut ex quo nō est qui defen-
dat, ꝙ rem illā possideā: quia dico meā, uel me in
ea ius habere, præsertim adhibita solennitate, de
qua dixi ī. §. sequitur. in prin. sicut in noxali, nul-
lo defendente seruū noxiū, datur mihi abducendi
facultas. ff. si ex nox. cauf. aga. l. 2. in fi. & ff. de no-
xa. electio. §. fi. in fi. male ergo pronunciant iudi-
ces, qñ dicunt mitto te in possessionē cā rei seruan
dæ, secundū Rof. quod dic ut præ. §. sequitur. uer.
13 sed non uidetur. † Missus ergo uere possidet, &
fructus rei percipit, sicut & creditor conuentiona
lis: ut C. de pig. ac l. 2. licet hic non teneatur de per
cipiendis ut ille: sed de perceptis tantū, si contu-
max intra annum recuperet possessionē: ut arg. ff.
de bo. auto. iu. pos. prætor. §. 2. & §. est præterea. se
cundum Rof. nō tñ facit suos, ut dixi s. §. restat.
14 uer. hoc aūt. † Sed quid si missus in possessionem
ex primo decreto, deijcitur: nunquid pōt petere
restitutionē, siue agere interdicto unde ui? Et qui
ſ dem in reali pōt [ſ] secundū nos, qui diximus ꝙ uere
possidet. In hoc cōcordat papa, prout no. in pred.
c. contingit. Alij uero, qui dicunt ꝙ solū custodit,
dicunt quòd petere pōt restitutionem cōdictione
ex lege illa. C. de præto. pig. l. fi. 16. q. 6. placuit. 3.
q. 1. redintegranda. non tñ aget interdicto unde
ui: ut ff. de acqui. pos. possideri. §. fi. quod nō datur
nisi possidēti deiecto. ff. de ui & ui ar. l. 1. §. nō aūt
alij. & §. hoc interdictum. Et eadē rōne uidetur se
t cundum eos [t] quòd nec cōdictio ex l. si quis in tan
tam. C. unde ui. De hoc & an agat interdicto uti
possidetis, not. in præ. decre. contingit. & secun-
dum Vin. ex̄. de sequestra. pos. c. 1. Si ergo missus
expellitur, uel impeditur, uel nō admittitur, ha-
bet ius quo ad petitoriū & possessoriū, secundum
u Rof. Quo ad petitorium: quoniam habet hypo-
thecariam: ut ff. de pigno. actio. l. non est mirū.
Habet enim ex tali possessione, prætorium pi-
gnus: ut ibi, & supra in prin. huius §. quare ha-
bet hypothecariam: ut C. qui po. in pign. hā. l. 1.
& C. ut in pos. le. si postquam. & l. qui legatis. Pos-
sessorium autem habet, siue expellatur, siue non
admittatur: ut ff. ne uis fi. ei. qui in pos. mis. est. l.
1. ff. ut in pos. leg. is, cui. §. missus ff. de dam. infec.
dies. §. 2. in quo format libellum, ut infra, de eo
qui mit. in poss. causa rei ser. uer. porrò. & sequen.

In per-

In personali autem, missus in possessionem ex
primò decreto non tenetur rei uendicatione,
cùm non habeat facultatem restituendæ rei,
quia tantum custodit, secundum papam. Alij
contra, prout not. in præ. capitu. quoniam. §.
x si autem. x Est & alius effectus primi decreti.
nam missio unius creditoris prodest omnibus.
15 C. de bon. auth. iud. pos. l. fin. † Sed quid si iu-
dex ad postulationem actoris, dedit sibi posses-
sionem, reo non citato legitimè: nunquid pro-
y derit actori tale decretum? Dicunt quidam y
quòd sic: quia licet decretum sit iniustum, ta-
men tenet. argument. 11. quæst. 3. cap. 1. nec mis-
sus est prohibendus. nam iustè possidet: qui au-
tore prætore possidet, ff. de acquiren. poss. l. pci-
ma. ff. de reli, & sump. fu. & si quis impediat. §. pri
mo. & præterea functus est officiò suo, bene uel
malè decernendo. extra de officio delega. in lite-
ris. ff. de re iudic. iudex. & conuentus petet in
integrum restitutionem contra iniustum decre-
tum. argumen. ff. de iudic. si prætor. §. Marcellus.
& de damno infec. si finita. §. si fortè. & de pri-
uil. cre. imperatores. & iunge quod est infra uer-
sicu. quid si ipse. Dic contra: & reus sua autori-
tate potest impunè missum prohibere: cùm fa-
ctum iudicis, nisi sit legitimum, non teneat. ff.
de re. iur. factum à iudice. extra de constitu. eccle-
sia. in fi. C. lib. 10. de iure fisci. prohibitum. Decre
tum enim huiusmodi interpositum, uidetur ipso
iure non ualere. ff. de re. eorum, qui sub tu. uel
cur sunt. l. mag. §. si æs alienum. ff. de transac. cù
hi. §. si prætor. unde uidetur quòd iudex illud pos-
sit reuocare. ex. de accu. qualiter. 2. Item dixit lex,
quòd si iudex uendit bona non latitantis, tanquam
si latitaret: non tenet uenditio ipso iure. ut in præ.
l. Fulcinius. §. si quis bona. Talia enim, quæ in fa-
cto consistunt, & præcepta iudicum quoties malè
facta sunt, possunt per ipsos iudices reuocari.
Quod dic secundum Innocen. 4. not. in præ. cap. in
16 literis. † Et not. z quòd si missus in possessionem
z ex primo decreto, non admittitur ad possessionē
iuxta mandatum iudicis, super hoc proditum est
ei auxilium, scilicet prætoris edictum, siue mis-
sus sit in possessionem causa rei seruandæ, siue no
mine legatorum, siue nomine uentris. ff. ne uis
fi. ei, qui in pos. missu. est. l. 1. §. est autem gene-
17 rale. & §. hæc uerba. †. Ex quo nempe prætoris
edicto, triplex surgit auxilium. Primum, ip-
sum edictum prohibitorium, per quod prohibe-
tur, ne uis fi. ei, qui in pos. mis. est. ff. eod. l. 1. in
princ. §. hæc uerba. Secundum est, iudicis officiū
cuius potestate induci debet in possessionem, uel
a per officiales seu per milites ad hoc deputatos. a
ff. eo. si quis missum. in princ. & l. suo. & habet
actor optionem, quod illorum beneficiorum
malit eligere: ut in præ. l. si quis missum. & ff.
ut in pos. legat. ii, cui. §. missus. & hæc duo
dantur ei, qui missus est nondum tamen in pos-
sessionem uenit, siue sit prohibitus suo nomi-
ne, siue alieno. ff. ne uis fi. ei, qui in pos. mis. est
l. suo quis. Tertium est, actio in factum ex eo
edicto procedens, qua fuit prohibitus: & datur
misso in possessionem si expellatur: quia frustra
in possessionem mittitur, nisi missus defenda-
tur: ut in præ. §. est autem. & §. hæc uerba. ex. de
simo. querelam. in fin. & de testi. c. ex parte A. uer.
Mandamus quatenus. ex. ut li. non conte. c. 3. uer.
restituentes. & etiam deleg. potest missum facere,
ut no. s. proxi. uersi. 1. Competit etiam quartò cū
ipsa actione, interdictum restitutorium, scilicet ut
per illud restituatur in possessionem: ut in præ.
b l. si quis missum. §. cùm prætor. Quidam tamen b
dicunt illud speciale, cùm mulier causa uentris
c mittitur in possessionem: c quia dicit se prægnan
tem ex testatore. Competit autem præmissum edi
ctum prohibitorium contra doli capacem: unde
pupillus, qui non est doli capax, & furiosus, hoc
edicto non tenentur. ff. eod. l. 1. §. hoc edicto. & l.
suo quis. & arg. 15. q. 1. illud per æquè. & §. 1. & §.
si quis Item competit, siue dominus, siue alter e-
ius nomine prohibeat, siue expellat: ut in præ. §.
est autem. & §. hæc actio. ex. de rest. spol. cùm ad se
dem. & ex. de do. & contu. contingit. siue quis suo
nomine, siue alieno nomine prohibitus sit, ut s.
18 uer. proxi. † Porrò hæres, à quo legata petuntur,
non tenetur legatarijs ex hoc edicto, si eos prohi-
buerit in possessionem uenire, quando non satis-
dedit de præstandis legatis: nisi elapsi sint sex mē-
ses à tēpore quo satisdatio fuit petita. C. ut in pos.
le. uel fideicommiss. l. certa est forma. ff. eo. is, cui.
ff. de iud. sed & si. 2. & ff. qui satis. cog. de die. ff ne
uis fi. ei, qui in pos. mis. si quis missum. §. primo.
19 † Hoc quoque notandum est, quòd hæc auxilia
intra annum dantur ad interesse tantùm. ff. eodem
l. prima. §. hanc autem actionem. Actio tamen in
factum, duobus casibus perpetua est. Primò,
quando hæres nolens satisdare de legato præstan
do, prohibuit legatarios, ut in eodem. §. Secun-
dus, cùm prohibitus ex causa damni infecti fuit
missus in possessionem: ut ff. de dam. infect. si
quis missum. §. hæc actio. & l. 4. §. non autem.
Argumen. tamen contra quòd perpetua sit hæc
actio. 3. quæstio. prima redintegranda. Sol ut not.
d extra, de restitut. spol. cap. 2. d Item datur hæc a-
ctio hæredibus prohibiti: non contra hæredes
prohibentis, nisi inquantum ad eos peruenit.
in præ. §. hanc autem actionem. Item secun-
dum Rofre. missus eiectus, uel non admissus,
habet ius quo ad petitorium, & possessorium.
20 quod dic ut supra. uersi. sed quid si. † Sunt & alia
remedia competentia misso, qui non admitti-
tur, scilicet quòd prohibens in expensis puni-
tur. extra, ut lite non contest. quoniam. § in alijs.
extra, de seque. possess. cap. primo. & ad interesse.
ff. uti pos. ide. si duo. §. fina. ff. ne uis fi. ei, qui in
posses. missus est. l. prima. in princip. Item quòd eo
non obstante quòd non admittitur post annum,
ipso iure efficitur uerus possessor. extra, de dol.
& contum. contingit. ff. de bo. auto. iudi. pos. quam
uis. Item quòd non admittens potest excommu-
nicari, ut in prædic. cap. quoniam. in fi. & eod. titu.
e tua. e Itē q pōt aduersariū conuenire, quāti eius
interest possessionē nō habuisse. ff. uti pos. si duo.
§. fi. ff. ne uis fi. ei, qui in posses. mis. est. l. 1. in prin.
Itē q manu militari reus eijci pōt. ff. eo. si quis mis
sum. & ff. de rei uē. qui restituere. Itē q præstet cau
tionē de iudicio sisti: ut ex. de dol. & contum. c. 1.
21 † Porrò in personalibus, effectus primi decreti
est,

est, f quòd missus erit onerosus debitori, propter cuius contumaciam missus est: ut in præd.l.1s, cui & in præd.decre.quoniam.§.in alijs. quia si domi nus intrabit cameram, & missus similiter: si intrabit cellarium, & iste similiter: & sic erit ei onerosus, non tamen missus possidet, nec dominus de possessione eijcietur: ut i. in prin. huius §. In re autem mobili faciet tædium. nam si est missus in possessionem equi, cum dominus uoler illum ad aquam ducere, missus eum poterit deuiare, & eû ad aliam aquam ducere saniorem: cùm ipse habeat equi custodiã. Item si missus est in possessionem libri, cùm dominus uolet legere in titu. de treu. & pace, ille uoluet ad titulum de raptoribus, uel de sagittarijs, uel de iniurijs. Seruabit etiam fructus missus, & colet terram, & alia quæ dic ut i. sed nõ uidetur quòd iste missus hoc tædium debeat facere, cùm sibi non prosit, & alteri obsit: ut ff. de rei uen. in fundo. Respond. imò multum sibi prodest: quia per hoc cogetur aduersarius respondere uel

22 satisdare. † Vltimò g no. quòd si is, qui passus est

g missionem, uenerit intra annum coram iudice, poterit recuperare possessionem: satisfacto tamen prius actori de damnis & expensis, quæ propter eius absentiam pertulit, & fine dolo fecit. ff. de bo. auth. iu. pos. l. prætor ait. §. quod ait prætor. & §. itaque. & in præ. decre. quoniam frequenter. §. in alijs. ex. da. offi. or. pastoralis. iu fin. ex. de eo qui mit. in pos. causa rei seruan. & actoris iuramento declarandis: ut C. de iudi. sancimus. & authen. post iusiurandum. Expensis dico, utilibus & necessarijs. ff. de bon. auto. iudic. poss. prætor ait. §. quod ait. & factis à tempore missionis: ut ex. de sequestra. pos. capitu. 1. in fin. uel etiam citationis: ex. de dolo & contuma. cùm dilecti. in fin. de quo dicam i. tit. de expensis. Sed si missus fructus rei percepit, uel in ea damnum dedit, datur contra eum actio in factum: quod dic ut i. de eo qui mit. in pos. causa rei ser. uersi. cæterùm. & per eandem etiam actionem, missus expensas recuperat, quas fecit in re ipsa: ut ibidem in sequen. uersi. & i. uersi. sed pone. Præstabit etiam reus cautionem de lite prosequenda. C. de bo. auto. iudi. pos. auth. ei, qui iurat. & in præd. §. in alijs. etiam si sit possessor immobilium, quod contingit propter eius contumaciam, quia aliàs non teneretur. ff. qui satisd. cogan. sciendum. & etiam si fit clericus, eam præstabit. ex. de sequestra. pos. ca. 1. in fi. licet aliàs sit ab ea immunis. in auth. de sanc. episc. §. si quis, & §. pro pecuniaria. Erit autem sufficiens cautio ista: ut in præ. decre. de sequest. pos. cap. 1. in fi. & sic dabit pignora uel fideiussores. ff. man. si mandato. §. fi. & ff. de fideicommiss. lib. rogo. §. adijci se-

h cundum Ber. h Vel dic sufficere hic iuratoriam cautionem. ex. de dolo & contum. prout. & de sol. Odoardus. Cui autem præstabitur: not. i. §. sequitur. uer. porrò. Et adde hic quod no. i. ti. proximo. §. nunc dicamus. uersi. sed nunquid ex communi. Formã autem huius cautionis, ponam i. de satisd.

23 §. dicto. uersic. porrò. † Et not. quòd præmissa coram iudice sunt facienda, qui decreuit actorem in possessionem mittendum, & partibus præsentibus ex. de offic. archi. ad hæc. quòd si eius copia nequit haberi: puta, quia absens uel mortuus est, ne huiusmodi annalis præscriptio currat, sed eam interrumpat, debet coram alio iudice, uel coram publicis & honestis personis protestari, & offerre cautionem, ac protestari quòd iuri parebit: ut sic post annum recuperare ualeat possessionem amissam. Quòd si decernens erat delegatus, fiat protestatio coram ordinario. Hæc leguntur in prædicta decretali, pastoralis. in fin. uel coram papa. ex. de eo, qui mit. in pos. causa rei seruandæ. cap. 1. de concef. præd. quia diuersitatem. Et iunge hic, quod est i. uersicu. sed cui. Si uerò plures erant delegati, qui decreuerunt, & unius uel duorum copia nequit haberi, coram præsentibus fiat, & illi eam recipiant, absente aduersario nomine eius, non tanquàm iudices, sed tanquam personæ honestæ. eod. tit. c. 2. & in prædic. decre. pastoralis.

i & i. uersicu. quid si ipse. & sequen. nisi i essent dati

24 cum clausula illa, quod si non omnes, &c. † Sed usque ad quod tempus poterit repetere possessionem post talem interruptionem? Dic quòd usque ad 40. ann. secundum canones. Secundum leges uerò usque ad 30. ut nor. in præ. cap. pastoralis. & i. uersic. proxi. Dominus Benedictus dixit quòd passus missionem, quando lis est quasi contestata recuperabit possessionem post talem interruptionẽ intra spatium decem annorum inter præsentes, uel 20. inter absentes. Postea non. cum sit res præscripta & à sciente: ut ff. de noxa. & generaliter.

25 16. quæst. 3. §. penultim. † Sed nunquid iste missus post talem interruptionem poterit præscribe-

k re? no. Ber. in eo. c. k & in decre. quoniam frequẽ

l ter. §. quod si super, l quòd sic: quia iustè possidet qui autore prætore possidet. ff. de acquir. possess. iu ste. Alij dicunt contra, secundum canones. Ex quo enim talis annalis præscriptio interposita, uel interrupta est per præmissam protestationem & cautionis præstationem: perinde est, ac si ille nunquam fuisset missus in possessionem: ut i. uersicu. quid si excommunicatus. Vnde uerè non possidet, licet adhuc detineat: donec dominus possessionem recuperauerit, ac præscriptio & usucapio non procedit sine possessione. ff. de usucap. sine possessione. ex. de probationi. ex literis. de præscriptio. causam sicut. uide secundum leges quòd cùm missus ex primo decreto in personali, non possideat, sed solùm detineat, non præscribit: ut ff. de dam. infect. si finita. §. Iulianus. ergo multò minus secundum canones præscribere poterit, secundum P. de Samp. cùm post præstitam huiusmodi cautionem non possideat, ut prædixi. Sed certè hæc ultima ratio non procedit, secundum Ros.

m m Nam secundum eum si missus in actione personali, qui non possidet, detineat rem per 30. annos sine interpositione secundi decreti, dominus postea non auditur: imò missus habet condictionem ex illa lege. C. de bon. auto. iud. pos. authen. ei, qui iurat. & in corpore, unde illa su-

26 mitur. † Et omnis condictio est personalis: ut Institut. de actio. §. sic itaque. & omnes personales ferè durant usque ad 30. annos: ut C. de constitu. pecu. l. 2. unde non audietur post 30. annos. Nec obstat quod dicitur suprà, quòd non possidet, sed detentat, & præscriptio non currit sine possessione: quia illud uerum est secundum

quosdam

n quosdam[n] in realibus: in personalibus autem bene procedit præscriptio, sine omni possessore. Et præterea quicquid suprà dicatur, sola cautionis præstatio non restituit possessionem, sed solùm interrumpit annalem præscriptionem: imò post eam præstitam est possessio restituenda: ut ex. de eo, qui mit. in poss. causa rei ser. capitu. 2. ad fin. & an prædic. cap. pastoralis. ad fin. & missus tandiu in reali possidet, donec restitutio fiat. Itē non debet missus esse deterioris conditionis, quia iudicis autoritate possidet uel detentat. Post secundum autem decretum bene præscribit, quis, ut J. §. nunc dicamus. uersicu. & nota quòd post. in fine. Hæc autem personalis competit isti ex legis conditione, ut dixi, secundum ea, quæ not. J. uersicu. quid si missus. Sed esto quòd missus nequeat post 30. annos expelli: quod commodum habet inde, cùm non possideat? De hoc in lib. Roffr. in tit.
o de secundo decreto.[o] † Sed cui præstabitur cau-
27 tio præmissa? Dic quòd iudici. Dixi suprà, uersicu. & not. quòd præmissa, & hoc si potest haberi. ex. de eo, qui mit. in poss. causa rei ser. capitu. 2. & 3. quod si præsens non est iudex, præstetur parti. eodem. titu. capitu. 1. Si uerò uterque absit præstetur publicis seu honestis personis, qui recipiant nomine absentis: ut in præ. cap. pastoralis. 3. q. 4. §. spatium. ex. de appel. si iustus, & J. de satisdationibus. §. uiso. uer. sed si quis. Quod si non sit qui recipiat, non imputatur ei. argumen. ff. de lega. 1. si fundus. ex. de appellatio. ex ratione. ex. de eo. qui mit. in possessio. causa rei seruan. cùm si-
28 cut. † Sed nunquid coram ecclesiastico iudice tantùm poterit hæc cautio præstari? Dic quòd coram quocunque habente iurisdictionem: & quilibet iudex acquirit ipsi misso utilem actionem, ut infrà iam dicetur. Si enim hoc fit coram tabellione: ut in cap. pastoralis. multò fortiùs coram quolibet iudice, qui est & publica & authentica persona. Sed quis iudex recipiet eam, cùm coram delegato causa uertitur, nec ipse haberi potest? Dic quòd coram ordinario, ut dicit decre. pastoralis. quod intellige de illo, in cuius iurisdictione res est sita, & qui aliàs de causa illa cognosceret, nisi specialiter commissa foret. ex. de foro compe. licet. & cap. sanè. ueruntamen co-
29 ram quocunque factum tenet, ut iam dixi. † Sed quas appellat prædic. decret. publicas personas? Dic quòd tabelliones, qui habent publicum officium. C. de episcop. & cleri. orphanotrophos. uel episcopum. C. de episcop. audien. sancimus. & 1. distinct. ius publicum. uel defensorem loci. 16. quæstion. 3. §. potest. C. de anna. except. l. ut perfectius. uel quemlibet, qui est in dignitate uel officio constitutus, puta archid. decanum, & huiusmodi, habentes tamen iurisdictionem. ex. de offic. archid. ad hæc. de appellatio. si iustus. & melius extra, de usur. in constitu. Greg. 10. quan
p quam.[p] Honestas autem dicit propter testes, quos debet adhibere, qui præsumuntur digni, nisi
30 contra probetur, ex. de præsump. cap. fina. † Sed nunquid sufficeret hoc fieri coram una publica persona? Resp. nō uidetur: quia dicit publicas, in plurali. 4. quæst. 3. ner. ubi numerus. Sed dic unam sufficere: testibus tamen adhibitis, ut iam dixi, & probatur. C. de anna. excep. ut perfectius. ubi dicitur, quòd cum solennitate tabellionum debet quis protestari, quòd ageret, si aduersarius præsens esset, Et exponitur ibi tabellionum, id est, tabellionis. Ad idem C. de iure delib. sancimus. §. sin autem dubius. & in constitut. Greg. 10. de elect. ut
q circa.[q] ibi coram personis, &c. † Sed nunquid
31 ordo præmissus debet seruari, ut uidelicet primò præstetur hæc cautio coram ordinario, & demum coram publicis personis, si eius copia haberi non potest? Videtur quòd sic: quia ordo scripturæ seruandus est. 43. distinct. sit rector. in fin. ex. de rescript. cum dilecta. Sed illud de ordine substantiali: unde dicit satis esse, quòd coram publicis personis caueat; quia æquè per eos misso quæritur
r utilis actio, ut per ordinarium.[r] † Sed præmis-
32 sis opponitur, & uidetur quòd nec iudex, nec tabellio deberet huiusmodi recipere cautionem. Nam ex facto eorum, non uidetur quæri misso actio: quia per liberam personam nobis non acquiritur obligatio. ff. de uerborum oblig. si ita stipu. §. 1. Institu. per quas perso. no. acquir. obligat. Sed dic quòd ipsi coram testibus idoneis recipiūt huiusmodi cautionem, & stipulabuntur ab illo, & recipient fideiussores, quòd parebit iuri coram iudice, coram quo quæstio agitatur: & qui decreuit actorem mittendum in possessionem ex primo decreto: & ex illa stipulatione acquiritur misso, cessis sibi actionibus, utilis actio ex stipulatu, ut aliàs contigit: quia magistratus uel seruus publicus, id est, tabellio, C. lib. 10. de iure fis. l. facultas stipulatur à tutore rem pupilli saluam fore, & acquirit utilem actionem pupillo contra tutorem, cedendo illi actiones. ff. de magist. con. l. 1. §. exigat autem. ff. rempub. sal. fo. l. 2. 3. & 4. in princip. Verum sacerdos sit persona publica, quo ad hoc, uide J. de instrum. edit. §. nunc uerò. uersicu. item
33 pone. † Vltimò quæro. quando incipit currere annus, qui datur ad recuperandam possessionem.
s Respondeo, dicit Vber.[s] quòd ex quo re ipsa uen-
t tum est in possessionem.[t] ut ff. de pig. act. non est mirum. ueruntamen si propter dolum & contumaciam rei nequeat nancisci possessionem, nihilominus currit: & missus efficitur uerus eo lapso possessor: ut ex. de dolo & contuma. contingit. Quid si minor uel ecclesia post annum ueniat: nunquid auditur? Respon. sic, per in integ. restitut. non iure communi. Alij uerò audiuntur intra annum iure communi: ut ex. & lite non contesta. quoniam. §. in alijs. ex. de eo qui mit. in pos. causa
34 rei seruan. capit. 1. & 2. † Quid si ipse iudex restituit possessionem rei non citato actore? uidetur quòd non ualet restitutio: ut 2. uersicu. sed quid si iudex. argum. ff. de aqua plu. arcen. in concedendo. C. de auto. præclarum. ff. de mino. in causa. §. causa. ex. de offi. archidiac. ad hæc? Super hoc di-
u cit Vbertus,[u] quòd si ille uenit in fine anni, puta ultima die, non debet iudex uocare actorem, maxime cum eius nullum damnum uersetur. Si uerò in medio anni, tunc debet uocare. argumen. ex. de offic. delega. consuluit. Dicunt alij, quòd si præsens sit, debet citari: si absens, non. ff. de usuris. pendente. eodem. & C. eod. l. 1. & 3. Ego puto semper uocandum, si uocari potest. argumen. ex. de uer.

de uerborum. signific. dilecto. & de eo qui mit. in pos. causa rei ser. cap. 1. & cap. fin. ex. de elect. quod sicut. §. 1. & 7. uer. proxi. & in his, quæ not. 7. titu. proxi. §. nunc dicamus. uersi. sed pone, excommunicatus. quem iunge hic. Tunc autem dico non esse necesse missum uocari, cùm reus offert cautionem, uel proponit protestationem: de quibus 7. præmissum est, ut in not. 7. uersicu. & no. quòd quia ei non nocet, imò prodesse potest, si non interfit: nam aut sufficienter & idoneè cauebit, & tunc nullum præiudicium fit misso. Aut non idoneè: & tunc pro non cauto habetur. ff. qui satisda. cog. quoties. Et si pro non cauto habetur, nulla fit interruptio præscriptionis, & sic sibi proderit: quia fiet post unum uerus possessor: & nisi alter probet de proprietate, non cogitur rem restituere. C. de rei uen. res alienas. Consulo tamen, quòd uocetur ad cautelam: quia fortè proponet aliqua, merita enim causarum, &c. C. si per uim uel alio modo. l. fin. ex. de in integ. restitut. cum ex literis.
35 in fin. † Quid si excommunicatus, uel missionem passus ueniens intra annum, offert cautionem idoneam & expensas: missus uerò uocatus contumaciter se absentat? Respon. not. Ber. ex. de uerb. sig.
x ex parte. 2. x quòd iste missionem passus, mittetur in possessionem rerum, de quibus agitur, in quarum possessionem actor missus fuerat: & sic earum possessionem recuperabit propter contumaciam aduersarij, quam perdiderat propter suam. Tu dic quòd hoc casu, uel etiam cum multum missus distat, uel ubi non inuenitur præmissa satisfactione idonea expensarum, & præstita cautione idoneæ de parendo iuri, absoluetur, uel possessio ei restituetur: ut ex. de senten. excom. sacro. uersi. quod si absque periculo, &c. ex. de iudi. cap. fina. nec aliter postea per transcursum anni uerus constituetur possessor. ex. de offic. ord. pastoralis. in fi. ex. ut lite non contesta. quoniam. §. fina. ex. de eo qui mit. in pos. causa rei ser. cap. 1. & 2. ne de fraude sua commodum reportet. ex. de rescriptis. sedes. Nam & si præsens esset, restitueretur isti, uel absolueretur, etiam illo contradicente. ex. de appellatio. qua fronte. & contumax in nullo debet esse maior præsente. in authen. ut omnes obe. iudi. prouin. §. si uerò neque dolum. ut extra, de postu. cap. 1. 2. quæst. 5. quanto. & de expēsis, quas missus fecerat, quas debebat recuperare ob illius contumaciam, deducentur, quas fecit iste, uolens recuperare ob illius contumaciam. Verùm si
y missus absens sit iusta de causa dicit G. Na. y quòd non est passo missionem restituenda possessio. Ego non puto quòd eius absentia, quantuncunque iusta, obsit uolenti satisfacere iuri, & possessionem intra annum recuperare: licet uocandus
36 sit, ut 7. uer. proxi. † Quid si postquam quis recuperauit possessionem, interim contumax est, sicque iterum patitur missionem: & iterum satisfacit, & cauet, & possessionem recuperat, & sic in infinitum facit, ne principale negotium ualeat diffiniri? Respon. dixerunt multi, quòd iste satisfacit iuri, quod ei pœnam aliam non imponit, nisi quòd expensas restituat, & satisdet, & beneficium iuris nemini est negandum. 28. distin. de his. ex. de secun. nup. cap. pe. & fi. & sic coram me dixi sunc defendere. Videtur tamen, quòd potest excommunicari. ex. ut lite non contesta. quoniam. in fin. Vel dici potest, & non improbabiliter. quòd acto-
z res iudicis officio prouidebitur: ut ex. de restitut. spol. frequens. §. solet. z

ADDITIO.

a *Primò. Verba sunt Ros. ff. de bonis aut. iu. pos. uersi. in primis quæritur. & hoc usque ad uersic. tertio. reliqua sumpta de rubrica de primo decre. Dyn. ubi supra, ad infrà scriptos effectus addebat istum, quòd ordine perueniatur ad interpositionē secundi decreti. ff. de dam. infec. dies. §. si fortè daretur. unde tenet de secundo decre. ubi suprà. quæstio 14. quòd non teneret secundum, non præcedente primo, per l. qui duos. ff. de reb. dub. & C. de exe. rei iud. l. 1. & ff. de re iud. si cum nulla.*

b *Quæritur. Sed in reali loquitur.*

c *Tertiò. Iste uersicu. fuit additio, usque ad uersicu. sed utrum. & hoc inducit errorem in uer. sed pone.*

d *Autem. Si ponderasset author quod ibi dixi, sed in his casibus non miscuisset casus, quibus fit missio ob contumaciam ad illos, quibus fit ob fauorem.*

e *Missus. Suprà proximè dicit contrarium: quare uidetur autor fuisse somnolentus. quod patet etiam ex allegatione sequenti, qua allegat §. in quo sumus. quis dederit illum errorem, dixit supra. uer. 3 quia intendit autor hic, quòd licet possessio possit condici per triticariam per illum, qui ui deiectus est: illud tamen locum habet in possidente: ut dicit l. 2. superius allegata. Sed iste possessit missionem non possidebat tempore quo missus alienauit: ergo, &c. Circa triticariam autem sciant Canonistæ, quòd eius condictio irregularis est, id est, certa regula non comprehenditur: quia circa contractus uel quasi, & circa maleficia uel quasi, circa mobilia & immobilia, corporalia & incorporalia suam potestatem extendit: ad quorum alterum regulares restringuntur: & habet locum ubicunque res petitur, sumpto largissimè nomine rei, ut corporalia & incorporalia comprehendat: excepta sola pecunia numerata. Sola dico: quia licet non comprehendat ea, quæ consistunt in numero: bene comprehendit ea, quæ sunt in pondere uel mensura: quæ licet sub largo nomine pecuniæ cōprehendantur. 1. quæs. 3. totum. ff. de leg. 1. talis scriptura. non tamen comprehenduntur sub nomine pecuniæ numeratæ.*

f *Reali. Sunt hæc uerba Iac. Bal. usque ad uersi. sed cum. æquè breuius ponit in uer. missus autē. Adde quòd*

quòd missus in possessionem ex primo decreto, in personali nō possideat, quod scripsit Rof. cōsi. 150.

g Possideant. Idem Io. de Deo 4. col.

h Cui. §. qui legatorum. uer. in cateris. & Dy. dicit ibi esse casum quaestionis, per id quòd hic sequitur dicit etiam ibi textus, quòd legatarius missus in pos. sic res hareditarias custodire debet, ut neque haredi auferantur neque depereant, deterioresve fiant. Pramittitur tamen quòd passus missionem illos consumere non poterit, quorum custodiam habet missus.

i Legatorum. Dicebat Dyn. ubi supra q. 12. quòd idem not. in l. prator. in prin. ff. de bo. aut. ind. pos. Ad idem ee. ti. in uenditione. §. 1. Item locabis: ut ibi de hoc supra eo. §. in prin. uer. 5. cum sua remiss. Subdebat Dy. quòd si ueniisset dies solutionis, cultura spectaret ad creditorem: ut not. ea. l. is, cui. §. quod si. loquitur tamen ibi de die constitutionis, de quo in §. imperator. eadem lege.

k Roffre. & Gui. de Suz. ubi supra.

l Iac. Vbi supra uer. in reali autem.

m Vsque. Patet per proximè dicta, quòd uer. iste loquitur de misso in reali: & de tali Dy. ubi supra in 10. quaest. tenet missum in reali post litem contestatam, uel quasi contestatam, praescribere spatio. 10. uel. 20. ann. ut no. in l. 2. C. ubi in rem. Ante litem uerò contestatam, & ante lapsum anni, non incipit praescribere. In personali uerò, quia non possidet eo tempore, non praescribit: sed post 30. annos repellit absentem, quantumcunque cauere uelit: ut no. in authen. ei qui iurat. & in authen. de exhiben. §. si uerò intra 30. annos rediens & cauens, consequitur etiam possessionem: nisi res sit uendita uel adiudicata. Sic loquuntur not. in pra. l. 2. & in l. consentaneum. C. quomodo & quando iu. & sic intelligas qua sequuntur. Scire debet quòd Ia. de Ra. & Pet. hac duo dicta impugnant. dicentes de misso in reali, quòd longa praescriptione 10. uel 20. ann. si tueri non potest, cùm illa non procedat sine titulo. C. de praescrip. long. temp. l. 4. & 5. Primum autem decretum non dat titulum ff. de dam. infect. l. si finita. §. Iulianus. Secundum decretum non conceditur, & si concederetur, solam possessionem concerneret. Ergo sola traditione, si titulus non sufficit, nec proficit. ff. de acquir. re do. l. nunquam. in prin. Dicendus est ergo secundum eos, quòd usque ad 30. annos audietur missionem passus in reali: quante tempore sine titulo habili compleret praescriptionem C. de prascrip. 30. ann. l. sicut. & l si quis emptionis. Cy. autem qui hoc dictum posuit in l. 2. q. 12. bene fatetur procedere illud dictum Dy. & scripsi infra §. uidendum. uer. hoc quoque. in fi. quod potest index statuere tempus absenti, post quod de proprietate non audiatur. ibi uide etiam secundum, quòd passus missionem in personali post 30. annos, non audiatur. improbat pro eo, quia missus non possidet, & sic usucapere, nec praescribere potest. ff. de acquir. pos. l. 3. §. fin. de usucap. l. fin. de reg. iur. lib. 6. Sed forsan glo. Dyn. & alij uoluerunt dicere praescriptionem processisse non in re, uel eius dominio sed contra ius offerendi. Sed de hoc sunt opiniones contrariae, de quibus de praescrip. 30. ann. l. cùm notissimi. per glo. & plenius per. Cy. ut dicit Hieronymus in Chronica. B. libidinem detrahendi, qua uiget in multis, uitari non potest nisi quò omnino nihil scribit. Est mirabile quòd omnes notatores concordant cum glo. detractores diuertunt, saltem distinxissent, an opponatur praescriptio contra contumacem missionem passum, an uerò contra tertium.

n C. fin. Vide infra. §. iuxta. uersic. quid si alius. & uersicu. seq. qui fuerunt etiam Baga. & quod ibi remisi.

o Verò. Sic. infra §. uidendum. uersic. sed quae est ratio: quaeritur quare secundum decretum interponatur in prima, & non in secunda.

p Respondeo. Secundum Rof. de bo. auto. ind. pos. circa medium. uersi. item quaeritur quae sit ratio.

q Secundum Rof. ubi supra proximè dixi.

r Reali. Defendere Rof. qui locutus fuit copulatiuè, ut hic: non alternatiuè.

s Potest. Idem Dy. ubi supra q. 9. Secus autem de misso in personali qui nec ciuiliter, naturaliter possidet: quare tale interdictum sibi competere non potest, secundum eum.

t Secundū eos. Hoc ponit Iac. sub dubio fortè. Host. ut scripsi in decre. contingit. super ulti. gloss. in fi. placet quòd talis detentatio, quam habet iuris & iudicis autoritate, pariat condictionem ex illa lege.

u Secundum Rof. De primo decre. §. item quaeritur an.

x Autem. Ibi scripsi in glo. 2.

y Quidam. Benedictus & Iac. Bal. uer. item quid si index. ipsorum etiam fuerunt allegationes in contrarium, quae sequuntur. Io. de Deo, ponitur hoc de primo decret. in 5. col. Adde an decretum ex falsa causa interpositum sit ipso iure nullum, uide Abb. Sicu. in c. 1. in. 5. col. extra, de sententia & re iudi. Additio. Adde tu Alexan. consi. 9. incip. in causa & lite. in 1. colum. uer. sed his. in 3. uol. & per Lud. Roma consil. 444. incip. iure praesenti. colum. 2. uer. tertiò ex. regula. Henri. Ferran.

z No. Secundum eundem Ia. Bal. uer. quia iussus possidere. cuius uerba durant usque ad uer. item secundum Rof. multa tamen allegationes adducuntur.

a Deputatos. Dicit Iac. quòd in Lombardia milites iustitia uocantur.

b Quidam. Iacobus alternatiuè tamen sub uer. quo supra & Rodul. praceptor Rof. ut ipse Rof. not. in tit. ne nis fi. ei, &c. post. prin. Et credebat rationem specialitatis: quia cùm mulier in possessionem mittitur nomine uentris, debent ei omnia exhiberi, sine quibus ad partum peruenire non potest. ff. de uen. in pos. mit. I. §. si mulier. & l. curator. In alijs ergo casibus interdictum sit solùm prohibitorium, ut uerbum sonat, non restitutorium. sed ad restitutionem agatur per actionem in factum, uel per officium iudicis. Sed Roffre. tenet contrarium. Inducit rubricam ne nis fi. ei, qui in possess. miss. est: non dicit missum mitti: licet aliqui sic exponant. Dicit eum gratia exempli positum fuisse in §. cùm prator. quod ibi dicitur de misso nomine uentris: dicens, quòd sape Iurisconsulti ubi abundant exemplis, ponunt unum tantùm. ff. ad leg. Aquil. ita uulneratus, circa fin. de ui & ui ar. l. I. ad leg. Cornel. de fal. l. si quis obrepserit. Hoc dictum Rof. quòd sit etiam restitutorium, placet Accu. in pra. §. cùm prator. & ibi super rub. Autor etiam de hoc format libellum I. de eo, qui mit. in poss. uer. porrò. & est tertius libellus, qui etiam fuit Rof.

c In poss. Rerum ipsius heredis. In hereditarijs enim non habet locum illud tempus semestre. ff. ut in poss. le l. I. §. I. & not. in l. is, cui. Statim alleg. §. imperator.

d C. 2. in ulti. glo.

e Tua. Et ibi not. Ber. uer. 3. 3. glo. in cuius fine addidi tria secundum. Host. & si aduertis, hic deficit autor. Remedium, quod hic sequitur, iam posuerat, & per eadem iura: uerum est quod secundum ordinem pra. gl. congruentius ponitur hic, quàm ibi.

f Est. Secundum Rof. de primo decreto. ultra med.

g Vltimo. Secundum Iac. Bal. cuius fuit hoc ultimum dictum, in tractatu de primo decre. & hoc usque ibi: & etiam si sit.

h Secundum Ber. §. in alijs. super uer. cautione. & quod sequitur ibi, scripsi post Host. & Pe.

i Nisi. Excipit ab eo quod dixit, non tanquam iudices.

k In eo. c. pastoralis. in glo. pen.

l Super. Ibi non loquitur de interrupta: ut patet in glo. sed quandiu.

m Secundum Rof. Vbi statim subdam.

n Quosdam. Rof. ubi de primo decret. ante uersi. item esto. quod statim allegabo.

o Decreto. De primo decreto est penult. col. uersicu. item esto. Et hoc solùm dicit, quòd sibi imputet, qui prius non adiuit iudicem, per quem fieri poterat uerus possessor uel dominus, secundum uarietatem casuum, prius autem habeat illud petitorium & possessorium: de quo secundum eum dictum est supra uersi. sed quid si missus, & illud habet, & nunc contra contumacem exceptionem, ut est dictum.

p Quanquam. Lib. 6.

q Vt circa. Lib. 6.

r Ordinariorum. Vide quod scripsi de eo qui mit. in possess. c. 2. super gl. si uerò. in fine.

s Dicit Vber. Vbi adhuc non reperi.

t Possessionem. Aliter not. infrà, §. uidendum uer. hoc quoque uide quod ibi dicam.

u Vbertus. In neutrius Vberti scriptis uoluminum hoc reperi. Habeo tamen per Vber. de Bobio hanc quaestionem reportatam super l. si quis emptionis. C. de praescriptione triginta annorum. in fine. tamen hanc uel aliam certam solutionem non dedit. Quaestionem etiam si formauit de iudice, qui cautionem recepit de stando iuri. si expensas solus fecit tabellioni causa. Ad negatiuam inducit ff. de aqua plu. arcen. l. in concedendo. C. quomodo et quando iudex. ea qua ibi uidetur expressum. Item princeps per suum imperiale rescriptum, uel per suam interlocutoriam non uult absentem sua possessione priuari. C. si per uim uel alio modo l. 2. multò minus hoc poterit iudex inferior. Item non ualet si dicatur quòd eo prasente, & contradicente fieri poterat, quia forsan ipse actor praesens traxisset iudicem ad suam partem ff. de arbitris. si in tres. & l. sequen. ff. de re iudicata, duo ex tribus. Item plus nocet unius contemptus, quàm multorum contradictio. de electio. bona. Item sibi caueri debebat, & sibi solui debebant expensa. ut in decret. quoniam. §. in alijs. de eo, qui mit. in possess. c. I. C. ubi in rem act. l. 2. in fine. posset eius interesse per resistentiam uel fugam notarij. uel modis alijs. Ad contrarium allegat ff. quod metus causa, l. ulti. §. ultimo. Item hac est leuis solennitas, cuius omissio non nocet ff. de uent. inspic. l. I. in fine. Sufficiat ergo actori, quòd non fraudetur, uel damnificetur. ff. de fideicommis. liber. l. 4. §. si ante exemplum. Nec habet quis conqueri, si res ad suum statum reuertitur. ff. de pactis. si unus. §. pactus. in fine. & item lex illa non dicit actorem citandum: ergo id non supplebitur. ff. de Publicia. de pretio. Non obstat pradicta lex. C. si per uim

uel alio modo. quæ loquuntur in uera possessione transferenda. hic autem sola detentio, aut reuocabilis possessio, quid sibi placeat, non apparet, nisi in tantum, quia primò allegauit ad primam partem, secundò ad secundam, tertiò reuertitur ad primam: licet hoc supra coniunxerim. per quod æstimari potest, quòd sibi placet pars prima, quæ etiam mihi placet, ubi iusta causa non suadeat cōtrarium, ut sequitur.

ADDE, quod communiter Cano. in cap. primo. de eo qui mit. in possessio. causa rei seruan. uolunt quòd in reuocatione siue primi, siue secundi decreti, sit necessaria citatio partis. Idem tenet do. Anto. in c. cùm contingat. de dolo & contumac. Et Ant. de sancto Georg. in cap. cùm cessante. extra, de appel.


ADDE, quod Hostiensis in Summa, extra, de eo qui mit. in possessio. causa rei seruan. uersicu. illud not. dicit notabiliter, quòd quemadmodum in missione in possessionem necessaria est summaria cognitio, ut suprà dictum est: ita & in restitutione facienda: ut, scilicet non fiat restitutio, absente misso, &c. sed sufficit, quo ad interrumpendā annalem præscriptionem oblatio facta: intra annum. ibi uide.

* Ex parte. 2. Corrige dilecto. in glo. 2.

ɔ G. Na. in decre. dilecto. de uerb. sig. & in decre. ult. de eo qui mit.

ꝶ Solet. Lib. 6. omnino uide quod scripsi post Hosti. de dolo & contum. cap. 1. super uerbo, offerat. & ultra illa, certum est quòd iste etiam ex prima cōtumacia satisdat de stando iuri: ut hic dicitur. Ex illa ergo cautione distinguatur: quæ si secundò eueniat, aggrauetur taliter, quòd plus non attentet, quod istè fiet propter residuam. Facit de hac re. accusatus. in prin. lib. 6.

De secundo Decreto. Rubrica.



SATIS Clarè ac compendiosè de primo decreto tractauimus. Restat igitur ut de secundo aliqua disputemus. In quo considerandū est, Quid sit secundum decretum. Qualiter interponatur. Quando & intra quod tempus. In quibus actionibus uel rebus. A quibus iudicibus, & quo iure postuletur interponi. Et quis sit eius effectus.

SVMMARIVM.

1 Secundum decretum quid sit.

1 VIDENDVM Igitur prius occurrit † quid sit secundum decretum. Est autem secundum decretum, secundus iussus iudicis, quo iubet bona alicuius propter contumaciam posideri: quæ prius ex primo decreto detinebantur: uelut ex sequentibus apparebit. & probatur extra, de eo, qui mit. in pos. causa rei ser. c. 1. & ff. de dam. infe. prætoris officium. & l. prætor. & l. si finita. §. Iulia. & ff. ut leg. uel fideicommis. not. ca. l. 1. ff. ut in pos. leg. 1. & C. eodem. certa forma.

SVMMARIVM.

Qualiter imponatur secundum decretum.

1 Secundum decretum nunquam interponitur, nisi cum causæ cognitione, & utraque parte præsente.

2 Secundum decretum interponi debet, cùm reus non reperitur: & denunctiatione facta in eius domo, uel uico, si non uenerit, uel si uenerit, & nihil rationabile proposuerit, quare nō debeat interponi.

3 Exceptionem excommunicationis opponens, petenti secundum decretum, an sit admittendus.

4 Actor petens secundum decretum interponi, qualiter suam petitionem formabit.

5 Petens aliquid sibi in solutum dari, quomodo formare habeat suam petitionem.

6 Formarum diuersitas in casu interponendi secundi decreti, quo ad dationem in solutum.

7 Petente aliquo sibi bona dari in solutum, debet iudex mittere præconem ad citandum partes, seu defensores: quòd si nullus appareat, constituet curatorem bonorum, qui sub forma speciali facere debeat illorum inuentarium.

8 Forma secundi decreti, seu dationis in solutum.

9 Creditoribus pluribus in petitione secundi decreti concurrentibus, qua & qualiter facienda sit narratio: & si non sint tot bona, quæ sufficiant creditori posteriori, quid sit agendum. & nume. seq.

11 Ad data in solutum, quo pacto quis possit habere recursum.

12 Dominium non acquiritur per primum decretū, sed sola custodia.

13 Iudex quibus uerbis uti debeat in sui decret. prolatione.

14 Iudex quomodo se habere debeat circa secundi decreti interpositionem in personali actione.

15 Sententia de uendendis rebus debitoris, quo casu sit solùm interlocutoria.

16 Missio in possessionem, et uenditio, an locum habeant

beant contra eccleſiam ſicut contra pupillum.
17 *Venditio bonorum eccleſiaſticorum, qualiter ſit in actione perſonali facienda.*
18 *Curator uoluntarius dandus eſt iudicis autoritate bonis debitoris uendendis, uel creditori aſſignandis.*
19 *Emptore non inuento, de re diu ſubhaſtata, qualiter habeat iudex de illa prouidere.*
20 *Differentia inter rem uendi, uel in ſolutum dari ex ſecundo decreto uel per interlocutoriam ſententiam uel diffinitiuam executioni mandatã.*
21 *Miſſus in poſſeßionem ad hoc, ut petere poßit uenditionem, quatuor ſunt neceſſaria.*
22 *Aduerſarius reo abſente, probans debitũ, nõ aũt ponit exceptionẽ reo cõpetentẽ, an ſit iudex tũc pronunciet uenditionẽ poßit illam retractari.*

NVNC Dicamus qualiter interponatur.
Super quo notandum eſt, quòd ſecundũ
quoſdam, ſecundum decretum locum
habet tantùm in perſonalibus. Alij di-
cunt, quòd in perſonalibus, & in realibus locum
habet: ut dicetur ĩ. in §. uidendum. uer. hoc quo-
que. Vnde ſecundum utranque opinionem ali-
quas formas ſubijciamus: & primo proſequamur
1 cùm perſonali actum eſt. † Scias ergo quòd ſi
quis miſſus eſt in poſſeßionem aliquarum rerum
pro modo debiti declarati: nec ueniat abſens intra
tempus, de quo habetur infrà, §. iuxta. tunc ue-
niat miſſus ad iudicem, & petat bona, in quibus
fuit miſſus, ſibi in ſolutum dari. Ad quod hoc or-
dine procedetur. Iudex enim adhuc illum cita-
a bit: [a] ut C. de iud. auth. iubemus. Nam ſecundum
decretum, utraque parte præſente debet interpo-
ni. ff. de dam. infec. dies. §. ſi fortè. & probatur &
not. ſecundum papam ex̃. de eo, qui mit in poſ. c.
1. & ĩ. §. reſtat. in princip. cùm debeat interponi
cum cauſæ cognitione: ut ff. ut in poſ. leg. l. ſi is, à
quo. & ex̃. ut lite non conteſt. quoniam. §. quod
ſi ſuper. & ff. de dam. infec. ſi finita. & in præ. §. ſi
fortè. & ubi deſideratur cauſæ cognitio, debet fie-
b ri utraque parte præſente. [b] ff. de re iud. de uno-
quoque. ff. de mino. in cauſæ. ff. de bo. poſ. l. 3. §.
pen. ex̃. de cauſa poſ. & proprie. c. 5. ff. de adop.
nam ita. ff. de mino. uerum. §. cauſa. & iudex ad-
monebit illum, quòd caueat, uel iuri pareat. Et
ſi reſpondeat, uolo: ceſſat ſecundum decretum. Si
autem dixerit, nolo: uel comparere nolit, tunc in-
terponitur: ut ĩ. tit. proxi. uer. pen. quia contu-
macia pro præſentia habetur. ex̃. de do. & contu.
ueritatis. ff. de re iudi. contumacia. Et quod iterũ
ſit facienda monitio, dicit l. C. de iudi. auth. iube-
mus. ff. de iudi. & poſt. edictum. In cauſæ autem
cognitione uertitur, an ſit pupillus uel abſens
cauſa Reipublicæ: ut ĩ. §. proxi. & ſ̃. §. reſtat. uerſi.
ſed pone. & ſeq. & ſimilia ut ĩ. §. uidendum. Quod
ſi probetur, non debet iudex properare ad ſecun-
dum decretum: alioquin datur reſtitutio: ut in
præ. l. ſi finita. §. ſed ſi fortè. & §. poſtea. & l. ſi quis
miſſum. & l. eorum. ff. ex qui. cau. ma. ab hoſtibus.

1 §. ſi damnum. quod dic ſecundum Roſ. 3. lib. in tit.
c de ſecundo decre. [c] & iunge quod eſt ĩ. §. reſtat.
2 † Quod ſi reus non reperitur, debet denunciari in
domo ſua, uel in uico eius præconizari, ſi quis
eum defendere uelit: ut dixi ſ̃. de cita. §. ſequitur
uerſ. illud etiam nota. & ſi non uenerit, uel ſi uene
rit, ſed aliquid rationabile, quare interponi non
debeat, propoſuerit, iudex ſecundum decretum
3 interponere debet. † Quid ergo ſi apponatur ex-
ceptio excommunicationis petenti ſecundum de-
cretum? Reſpondeo, dico admittendum: ut ex̃. de
excep. pia. lib. 6. & c. exceptionem. adhuc tamen.
poſt ſecundum decretum poterit recuperare poſ-
ſeſsionem: ut dicam ĩ. eo. §. ulti. Si uerò in ſua per
deret contumacia, poteſt actor impetrare quòd
poßit bona uendere, uel quòd ſibi dentur in ſo-
4 lutum, in infrà dicetur. † Actor agitur petens ſe
cundum decretum interponi, ſic ſuam petitionem
formabit:

FORMA. Coram uobis domine tali, propo-
no ego talis, quòd cùm nuper M. ad meam inſtan-
tiam citauiſſetis peremptoriè, ut ueniret tali die,
in tali cauſa reſponſurus, mihi, prout ordo exige-
ret rationis: ipſe tamen die ipſa per ſe, uel per
alium non comparuit, nec etiam poſt diutius ex-
pectatus: propter quod ob eius contumaciam miſ
ſus fui per uos ex primo decreto in poſſeßionem
talium rerum ipſius, cæterùm cùm ipſe continuè
in eadem contumacia perſtiterit, tantumq; tem-
pus ſit elapſum, quòd ſufficit ad interponendum
ſecundum decretum, peto mihi dari, & ad iudicari
in ſolutum dicta bona, in quorum fuit poſſeßio-
nem cauſa rei ſeruandæ inductus. Et hoc cùm actũ
d eſt reali actione. [d] ĩ. uer. uerum. Si uerò perſona-
li, dicat ut ſ̃. per omnia, & hoc ſaluo, quòd poſt il-
la uerba, talium rerum ipſius: iungatur. pro modo
debiti declarati. Vel dicat ſic:

FORMA. Peto mihi dari, & adiudicari in ſo-
lutum in bonis, & de bonis eiuſdem Martini tan-
tum, quod ualeat centum, uel nomine ſortis, in
quibus mihi tenetur. & duplum nomine pœnæ, &
expenſas factas, & faciendas. Et hoc peto ex uigo-
re plurium inſtrumentorum, uel ex uigore talis
inſtrumenti, & ſententiæ & tenutæ. Vel breuius
concipe ut infra in tract. libel. de eo qui mit. in
5 poſſeſsio. cauſa rei ſeruan. uerſic. cæterùm. † Ali-
quando autem uxor alicuius ſeu pater uxoris pe-
tit ſibi dari in ſolutum, pro dote de bonis uiri ad
inopiam uergentis: & tunc dicat centum libras,
quas ei dedit in dotem, & peto expenſas factas, &
faciendas, cùm malè utatur ſub ſubſtantia & ad
inopiam uergat. ex̃. de conſuet. ex parte. C. de iure
dot. in rebus. & l. ubi. & ſic in ſimilibus caſibus, in
quibus petitur aliquid dari in ſolutum. Porrò à
iudice huiuſmodi petitione recepta, citetur reus
iterum: & ſi uenerit, ordinario iudicio proceda-
tur: ut fiat litis conteſta. & iuretur, ut dixi ſ̃. in
prin. & ſ̃. §. ſequitur. uerſ. interpoſita igitur. Quòd
ſi non uenerit, faciat per publicum præconem
proclamari, & quòd omnes alij creditores, & ius
habentes in bonis illius, uel ea defendere uolen-
6 tes, compareant coram eo. † Cuius nuncij ſeu
præconis relatio hoc modo ſcribatur:

FORMA. Titius præco, ſeu nuncius commu-
nis

nis Viterbien. proclamauit, vel retulit se præconia voce proclamasse, in palatio in ciuitate Viterbien. quòd si quis habet vel habere credit ius aliquod in bonis M. vel ea defendere vult, veniat vsque ad talem diem, corā iudice tali. Similiter quoque fiat proclamatio in contrata debitoris, & relatio eodem modo scribatur. Cæterùm si aliquis ius habens in bonis, vel ea defendere volens corā iudice, in præfixo termino compareat: eius comparitio hoc modo scribetur:

FORMA. Anno, mense & die talibus, talis, in talis iudicis præsentia cōstitutus, dixit, & protestatus fuit se habere ius in bonis M. ex causa debiti quinquaginta librarum in qu.bus idem M. tenetur eidem, vel ex alia tali causa. Vel sic.

FORMA. Anno, &c. vt s. vsque, constitutus. iunge, talem sibi petitionem porrexit coram vobis, domine, &c. ponatur tota de verbo ad verbū quòd si plurium plures sint petitiones, per ordinem vna post aliam scribatur. Si verò aliquis se offerat, volens bona defendere, eius comparitio, & oblatio sic scribatur:

FORMA. Anno, &c. talis, coram tali iudice constitutus dixit, & protestatus fuit, quòd bona M. contra talem, & contra quemcunque petitorē, & contradictorem vult defendere, ne eis in solutum dentur, tali ratione. Et no. quòd vbi sunt plures petitores, nihil interest, an alij habeant tenutam de bonis debitoris, vel non: dummodo prius habebat, & si venerit aliquis dicens se ius habere in bonis ipsis, vtpote quia illa bona ad se spectent, vel quod ea velit defendere: scribetur eius narratio, & ius, quod se dicit habere, quare illa defendere velit. Huiusmodi ergo protestatione scripta, defensor ipse satisdabit, prout dicetur infrà, de satisda. §. expedita. versiculo porrò. & postea petitores seu actores contestabuntur litem, & iurabunt de calumnia cum ipso defensore, & procedetur in lite, prout infrà dicitur. Quòd si nullus defensor appareat, constituetur curator ipsius bonis: ut infrà. eod. §. versic. cùm autem. sicut diximus suprà de cur. §. vel autem. ver. item nota quòd quandoque datur. Et qualiter petentur curatores: dic ut infrà, in tracta. lib. de iudi. §. generalia. versi. item bonis. & sequen. qui curator bonis

7 absentis: & indefensi perquisitis de illis † faciet inuentarium, quod scribetur in actis iudicis in hac forma:

FORMA. Hoc est inuentarium factum à P. curatore constituto bonis M. absentis & indefensi. In primis quidam dixit se inuenisse in dictis bonis, vnam domum in tali contrata sitam, intra tales confines. Item vnam petiam terræ positam in tali loco. Item vnum scrinium. De hac forma vide infrà, de instr. edi. §. edicto. vt si. huius autem. & seq. His peractis curator bona illa defendet, & contestabitur litem, & iurabit de calumnia cum

e petitoribus, e & procedetur in lite cum curatore, vel defensore hoc modo: Producentur enim instrumenta & probationes hincinde, & iudex secretè eliget aliquos viros idoneos, qui sciant bona debitoris: & hi sacramento prius ab eis præstito, æstimabunt fideliter illa, scilicet in inuentario scripta: quæ æstimatio singularum rerum iudice secretè dabitur, & in actis redigetur, & postea bona ipsa vendantur: vt infrà, versi. emptore. parte, quæ absens est, citata ad audiendum sententiam peremptoriè partibus præsentibus, vel vna præsente, altera absente citata: tamen sententia

f in scriptis f sub hac forma proferetur:

8 FORMA. † Secundi decreti seu dationis in solutum: In Christi nomine, amen. Cùm nos talis iudex nuper ad instantiam H. primò, secundò & tertiò peremptoriè M. citari fecissemus, vt coram nobis certo termino compareret: eidem H. responsurus, prout iustitia suaderet: idem M. comparere per se, uel per procuratorem idoneum contumaciter recusauit: propter quod eundem H. in possessionem talium rerum ipsius M. causa custodiæ inducendum decreuimus pro modo debiti in eius petitione contenti. Verum eodem M. in sua contumacia perdurante idem H. coram nobis comparuit, & petitionem huiusmodi obtulit coram nobis: Coram uobis, &c. posito toto eius tenore, postea iungat sic: Nos verò in quantum potuimus per iustitiæ semitam incedentes, per talem præconem communis in palatio ciuitatis Viterbij, & contrata eiusdem M. publicè fecimus proclamari, quòd si quis haberet, vel se habere crederet ius in bonis ipsius M. aut illa defendere vellet, vsque ad talem diem, in nostra præsentia compareret. Verùm nomine comparente, P. curatorem constituimus ipsius bonis, qui de bonis inuentis inuentarium fecit: & ea per viros expertos, & iuratos, fecimus fideliter æstimari, & æstimationem rerum in actis redigi. Lite igitur inter præfatum H. & ipsum P. curatorem legitimè contestata, præstitoque à partibus calumniæ sacramento, quo dictus H. asseruit se rationabiliter credere, petere, & in nullo eorum, quæ in eius opiniones continentur, sibi satisfactum esse, conclusoque in dicto negotio, visis instrumentis, & auditis, ac intellectis rationibus, & allegationibus partium eatundem deliberatione nobiscum, & cum peritis super his præhabita diligenti, Christi nomine inuocato, partibus præsentibus decernimus, pronunciamus, & iudicamus in solutum dandum, seu dari debere eidem H. & sibi damus & assignamus per hoc secundum decretum in solutum, talem domum pro tanta summa: sicut fuit à præfatis æstimatoribus æstimata, s. pro 20. & talem vineam pro tanta summa, sicut à præfatis fuit ęstimatoribus æstimata, s. pro cap. & talem ortum pro tanta summa, quāta fuit æstimatus, scilicet pro decem sol. nomine expensarum taxatione à nobis facta, & iuramento præmisso: quæ quidem res sibi per primum decretum fuerant assignatæ. Hæc forma vtilis est, quamuis non vbique seruetur. & probatur extrà de eo, qui mit. in pos. causa rei ser. cap. pri-

9 mo. † Si autem plures creditores simul concurrant in petitione huius secundi decreti, narrabitur qualiter ipsi missi fuerunt in possessionem ex primo decreto propter rei contumaciam, vt iam dictum est: & qualiter quilibet eorum suā obtulit petitionem, & quælibet earum in libello inseratur: postea incipiat sic:

FORMA. Nos verò quantum, &c. ut suprà

prà vsque, Inter præfatum. vbi dic præfatos, &c. verba sequentia singularis numeri resolue in plu ralem decenter. & sic prosequere vsque, partibus præsentibus. postea iunge: quia dictum H. inter creditores ipsius M. inuenimus priorem tempore: & ideo iure priorem. Primo loco decernimus, pronunciamus, &c. vt infrà, usque in fi. postea subiunge: & quia secundo loco post dictum H. inuenimus N. alijs creditoribus eiusdem M. potiorem, decernimus & pronunciamus, &c. vt
10 suprà. † Si autem non sint tot bona, quæ sufficiant creditori posteriori, post præmissa sic dices: prædicto uerò Sempronio, quia nihil aliud in bonis dicti Antonij potuit reperiri quod ei possit adiudicari in solutum, eidem contra eundem M. & eius bona, & bonorum possessores, & etiam contra eius futura bona, si quando eum ad pinguiorem fortunam peruenire contigerit, integra iura reseruo. Lata fuit hæc sententia, &c. Præmissa probantur. C. qui po. in pig. habe. assiduis. C. de iur. do. per totum. & extrà, de sol. c. fin. de re.
11 spo. olim. 2. & infra, uersic. illud autem. † Sed pone quòd vnus tantum ex pluribus creditoribus egit contra debitorem, & tenutam de bonis suis habuit, & demum ex secundo decreto illa in solutum recepit: postmodum veniens alius creditor nihil inuenit de bonis debitoris: nunquid si sit potior, poterit ad data in solutum habere re-
g cursum. [g] Videtur quòd sic: ut ff. de nox. act. l. electio. §. si absente. ibi enim secundum decretum in terpositum erat, vt patet ibi: ut in integ. rest. &c. & in fi. dum dicit, dominij acquisitione, &c. tamen dicit creditorem audiendum. Non enim potest ibi de primo decreto loqui: quia tunc sine restitutione audietur de iure communi: ut extrà, de lite non contest. quoniam. §. in alijs. & sic restitutio cessaret: ut ff. de minor. in causæ. 2.
12 † Et quia per primum decretum dominium non acquiritur, de quo ibi dicitur, sed sola custodia, ut in prædicto. §. in alijs. & ff. de acquir. possess. l. 3. §. penult. Sed dic, quòd aut creditores fuerunt admoniti, vel erant præsentes & scientes: ut tunc non audiantur, quanquam potiores: quia iura sua remisisse videntur: vt C. de remis. pig. si eo tempore. & l. si hypothecas. & extrà, de re iudi. quamuis. Aut non fuerunt moniti, nec præsentes, nec scientes: vt tunc audiantur post secundum decretum: ut suprà, nam licet prædic. l. electio in causa noxali loquatur: eadem tamen ratio est in alijs. Vnde idem esse debet extrà, de constit. translato. ff. ad leg. Aquil. illud. & facit ff. de noxa. acti. in noxalibus. & l. si noxale. vbi præsentia à iure suo remouet creditorem. Item facit C. de iure do. impe. l. fin. §. & postquam. vbi etiam ipse debitor post secundum decretum audiri videtur. ff. de pœnis. diui. in prin. & ff. qui. mo. pig. uel hypo. sol. sicut. §. non videtur. & quod uo. C. qui po.
13 in pig. hab. cùm tibi. † Sanè licet præscripta forma secundi decreti in personali bona sit: iudices tamen pro maiori parte facilius se expedire consueuerunt. Præmissa enim decreti narratione dicunt sic:

FORMA. Ab isto die in antea assigno tibi res illas, quas tenes ex secundo decreto, in solutum: vel tibi concedo ex secundo decreto, quòd res illas possis vendere vel distrahere: uel concedo tibi quòd in bonis omnibus, in quorum possessionem es inductus, autoritate nostra de cætero veram habeas possessionem. Hæc bene probantur extra de eo qui mit. in pos. causa rei ser. cap. primo. De hoc supra tit. proxi. §. sequitur. versicu.
h porrò si agatur. Innoc. papa 4. uerò dixit, [h] quòd sic deber dicere iudex in decreto, Constituo, vel decerno, vel iubeo te esse verum possessorem talis rei. Et licet iste in veritate non possideat: tamen iura possessoris habet. Nam facit fructus ipsius possessionis suos, ut supra. §. restat. versicu. hoc autem. & præscribit ac si possideat. ut supra,
i eo. [i] §. fin. Vel sic: Iubeo tali contumaci, vel condemno ipsum, vt tibi tradat possessionem talis rei: & si tali sententiæ non obtemperauit, manu militari res ab eo auferatur: ur in eo. §. uer. & no. quòd si missus. & hoc satis cum præmissis concordat. Et not. quòd post huiusmodi sententiam, seu decretum, iudex præcipiat dari actori corporalem possessionem, quòd præceptum in actis sub hac forma redigetur:

FORMA. Talis iudex præcepit Titio nuncio, seu cursori talis curiæ. vt inducat H. in corporalem possessionem talis domus, sibi ab eodem iudice datæ, & adiudicatæ in solutum ex secundo decreto. Sed & de datione possessionis, quam facit nuncius, fiet instrumentum publicum sub hac forma:

FORMA. Titius nuncius communis Viterbij, de mandato seu præcepto talis iudicis, induxit H. in corporalem possessionem talis domus, positæ in tali loco, infra tales confines sibi datæ & adiudicatæ in solutum, ex secundo decreto, per sententiam ab eodem iudice latam, manu talis notarij scriptam. Verùm secundum eos, qui dicunt in reali necessarium esse secundum decretum, sic poterit formari. Præmissa enim iuxta prædicta narratione decenti concludet iudex sic:

FORMA. Vnde ex secundo decreto te verum constituo rerum prædictarum possessorem, vel concedo tibi, &c. ut suprà, uer. sanè. uel pronuncio te veram possessionē huius rei habere, in
k cuius fuisti possessionē causa custodiæ missus: [k] ut probatur ex. de eo, qui mit. in possessio. causa rei ser. cap. primo. Vel dic, vt iam dictum est,
14 † De præcepto autem in confessum facto qualiter fiet, & de eius executione uide infrà, de sententia. §. ut autem. uersi. nunc dicamus. Illud autem circa secundi decreti interpositionem in persona-
l li actione notandum est. [l] nam tunc iudex primò præcipiet bona vendi, si debitor latitet. Dicitur autem latitare debitor, quando turpiter & fraudulenter se occultat, vt euitet cursum credi-
m torum. [m] C. de bo. auto. iudic. pos. cùm proponas. & l. pro debitore. & illi creditores tantùm possunt vendirionem fieri impetrare, quos debitor voluit defraudare: ut ff. quibus ex cau. in pos. ea. Fulcinius. §. quid sit. & §. verum. Si autem uocatus non latitat, ut creditores fraudet, nec contumax est, sed abest ex quacunque probabili causa, vel non probabili, necessaria, vel volunta-

ria

ria, creditores mittentur in possessionem bonorum: non tamen bona vendentur: ut ff. ex qui.
cau.ma.in integ.rest.item ait.§.hoc autem. Nam
si quis vendit bona tanquam latitantis, cùm non
latitat, nulla est uenditio: & reuocabitur, uel ip
so iure, uel per beneficium restitutionis in inte-
grum.ff.de dam.infe.si finita.§.si fortè. & in præ.
n l.Fulcinius.§. si quis possederit. Raro [n] ergo fiet
uenditio, nisi reus latitet fraudulenter: ut in
prædicto,§.hoc autem.& in præ. l.Fulcinius. §.1.
& 2. Raro ideo dixi, quia contra puberem, mino-
rem, & contra furiosum, & contra pupillum, si ex
alieno facto conueniantur, fit uenditio, si eis ex-
pediat, uel si debitum urget, uel si dilatio est dam
num creditori allatura: ut in prædicta. l. Fulci-
nius.§.adeo.& l.si minor.& l.apud Iulianum. re-
spon. ptimo, & l. in pos. respon.1.ff. de bo. auto.
iud.pos. si uerò ex. responso 1. & tamen istæ per-
o sonæ latitare non possunt. [o] Imò etiam plus ui-
detur ex prædicta. l. secundum Innocen. 4. licet
p multi [p] contradicant, quòd etiam in alijs per-
sonis à prædictis ubicunque iusta causa mouerit
iudicem, fiet uenditio. Si enim fit contra hos
non latitantes, quæ fauorabiliores sunt: quare
multò magis non fiet contra alios? Et si dicis quod
contra prædictas fit ex iusta causa: quia, scilicet
latitare finguntur, propter tutores & curatores
eorum latitantes: certè hoc uerum non est, ut pa
tet in concordan. quæ sunt suprà titu. proxim. §.
fin. uersic. sed nunquid. imò lex dicit expressè,
quòd etiam si nullus latitet, tamen contra præ-
dictas personas fit uenditio: ut in præd. §. adeo.
Item si missio & uenditio fiunt in reali, ubi fit
solùm missio in re petita: ut supra.§.restat. uersi.
& scias. quare non fiet etiam in personali. Sed di-
ces, quomodo tam grauis pœna infligetur absen-
ti non contumaci, absque ordine iudiciario? Re-
spon. hoc fit propter malitiam latitantis: fit e-
tiam contra alios, propter multa mala quæ ue-
nire possent, nisi hæc fierent, licet rarissimè fie-
ri debeant, nisi contra latitantes, ut suprà, & tunc
etiam adinuentū est remedium competens, quia
si facta sit uenditio, debito non existente, agitur
actione præiudiciali in rem, ad recuperandam
rem uenditam: sed certè indecens esset, post-
quam res uendita est per iudicem, inquirere an
subfuerit debitum, propter quod uendita est: un-
de dic quòd reuocari poterit, si illæ causæ, pro-
pter quas facta est, non subsint: ut quia non subsit
utili ille, cui uendita est, uel debitor non graua-
tus debitis, uel non erat damnosum creditori-
bus, uel quia iudex nimium festinauit. ff. de
dam.infe.si finita.§.si fortè.& sic loquitur.l.ff. de
priuil.cre. Imperatores. uel quia non latitabant,
15 ut suprà. Imò etiam plus uidetur. † Quia cum
hæc sententia de uendendis rebus debitoris sit so
lùm interlocutoria: & quia tunc summatim tan-
tùm cognoscitur. C.de bo.auto.iud.possi.l.fi.§. si
autem. & supra in princ. huius. §. si postea iudex
cognoscit, quòd non sit debitum, ipse idem uen-
ditionem & possessionem huiusmodi reuocabit,
& etiam solutionem debitori factam.arg.ff.de re.
eo.qui sub tut.& cur.sunt.l.magis.§. si æs. supra,
de transf.cùm hi.§.si prætor. quia quod iussit ue-
tuitue prætor,&c.ff.de re iudic.quod iussit.:ext.de
accusat. qualiter.1. licet sit argum. contra ex. de
q cleric.coniug.diuersis fallacijs. in fin. [q] is etiam
contra quem lata est, poterit secundum Innoc.
4. appellare: cùm in ueritate non latitauerit. C.
16 quomodo & quando iudex.l.1. † Item scias, quòd
missio in possessionem, & uenditio locum ha-
bent contra ecclesiam. sicut & contra pupillum:
intra quod tempus facienda est uenditio, uel mis
sio in possessionem ex secundo decre. dicam. j. §.
17 proxi. † Sed qualiter fiet hæc uenditio in perso-
nalibus? Respon. hoc iudicis officio expeditur si-
ne libello: & seruabitur fortè talis modus, qualis
in uenditione prædij tributarij. Præco enim cla-
mabit publicè per ciuitatem sic: Talis debet Ti-
tio decem, unde bona illius pro rata illorum de-
cem uendi debent, qui uult emere emat: & fortè
subhastabitur: ut C.lib. 10.de fi.instr.& iure hastæ
fiscalis. per totum. de rescin.uen. si quis. C. si pro-
pter pub.pensitationem.& uide s.de cita.§. sequi
18 tur.uer.si uerò.& j.§. proxi. † Cum [r] autem bo-
r na debitoris sunt uendenda, uel creditori assi-
gnanda, curator uoluntarius, non necessarius, de-
bet bonis iudicis autoritate dari: & consensu ma
ioris partis creditorum, qui aget & conuenitur,
nec cogetur satisdare, si litiget per se, sed si per
procuratorem, tunc sic.ff.de cur. bo. dan.l.2.§.1.
& §.item quæritur. Institut.de satisda. §. si uerò.
ex.de offic.deleg. coram ipse etiam.uendet bona:
19 ut ff.de cur.bo.dan. l. penulti. † Emptore autem
non inuento de re diu subhastata: ut suprà uersic.
sed qualiter iudex per secundum decret. dabit il-
lam rem seu bona debitoris in solutum actori,
uel pro debito sibi adiudicabit, ut præmissum est.
ff. de re iudica. à diuo. §. si pignora. C. de excep.
rei iudi.ordo. 10.q.2. hoc ius. Non dico quòd iu-
dex assignet per secundum decre. eorum domi-
s nium: sicut quidam scripserunt [s]. quod falsum
est, ut C.si pigno.in cau.iudic.l.ult.sed etiam iure
cuiuslibet emptoris actor emere potest: ut C. si
t pigno.in cau.iudi.l. 2. [t] Et licet prædicta iura lo-
quantur in executione diffinitiua: idem est de
interlocutoria, quo ad hoc ff.de priuileg.cre. pa
ter.§.penulti.ff.ex qui.caus.in pos.ea. apud Iulia
num. in princip. & l. Fulcinius.§. 1.C. de his qui
ad eccle. confug. præser.§. cum autem. ff. de bo.
20 auto. iudic. possi. cum proponas. † Sed quæ est
differentia, utrum uendatur res, uel in solutum
detur, uel alienetur ex secundo decre. uel per in-
terlocutoriam sententiam, uel diffinitiuam: cum
u eam iudex mandat executioni? Respon. [u] hæc
est differentia secundum quosdam: quia post fa-
ctam uenditionem, ex sententia diffinitiua nun-
quam reus auditur: ut C. de iudi. properandum.
§.sin autem reus. 11.q.3.quicunque.& suprà titu.
proxi.§.sequitur. uersicul. porrò. sed post datio-
nem in solutum actori facta adiudicatione, ad-
huc audietur reus uolens, de iure suo probare.
Secus si alienata essent bona rei, seu debitoris,
non in actorem, sed in extraneum: ut arg.C. de iu
re do. impe. l.fi. sin autem. Si uerò non fuerit res
creditori data, uel adiudicata, uel uēdita, ut dictū
est, debitor posset recuperare rem suam in actiōe
personali, usque ad 30. annos, solutis impensis

actori. Et est ratio: quia creditor non posfidet ex
peimo deceeto: ut s̄.§.iam de effectu.versicul.sed
nunquid iste missus.nec etiam in reali secundum
21 quosdam; ut eo. §. prope princip. † Vltimò
nota ad hoc vt missus in possessionem petere pos
sit venditionem, quatuoe necessaria foee. Primũ,
ꝙ missionem passus latitet. Secundum, ꝙ fraudã-
di causa latitet, vt in prædicta.l.Fulcinius. §. cùm
hoc edictum.& s̄.versi. illud. Tertium, quòd de
debito constet. Quartum, quòd tempus sit præteri
tum: ut C.de bo.auto.iud.poss.cùm peoponas.& si
quod horum defuerit, facta venditio non tene-
bit.argum. in peædic.§.cùm hoc edictum. & aeg.
ff.de transact.cùm hi.§.si prætoe.ff.de iti.actuque
priua.l.vnde etiam.§.vlti.C. de testi.si unus.arg.
contra. C. de iure deli. potuit. ff. de ven. in pos.
x mit. l. 2. x † Sed pone, me absente, aduersarius
22 meus probauit debitum, non tamen proposuit
exceptionem mihi competentem: puta, pacta, uel
similem: & sic iudex peonunciauit venditionem
faciendam. Ego uerò eediens, volo probaee exce-
ptionem: nunquid retractabitur venditio? Dicit
Albe. quòd non. Possum tamen repetere pretium
y ex re vendita habitum. y

ADDITIO.

a *Citabit. Et est casus expeessus. ff. quod cuiusque vniuer. l. 1. §. quibus autem. Quod ergo dicit lex, consentaneum. de perseuerante in cõtumacia, sup. quod apparet per nouam citationem. Nec mirum: quia l. præsenti. C. de his qui ad eccl. confu. ante medium: secundum decretum vocat sententiam: ergo ad illam necessaria est peæsentia vel contumacia. ff. de re iudica. de vnoquoque. & C. quomodo & quando. l. ea quæ.*

b *Præsente. Et à iudice pro tribunali sedente, vt dixi suprà, §. 2. post pein.*

c *Secundo decreto. Dat hanc remißionem propter contrarium quod ibi signat de l. ignorare. ff. de resti. mi. & eorum, qui Reipublicæ causa absunt. vbi contra sic absentis bona poßidentur, si non defenduntur. Respondet, quòd verum est, bona poßideei, si non defenduntur: sed allegata ipsorum absentia non coguntur se defendere. ff. eo. eum, qui in prouincia. l. 2. sed ibi gloss. contra, scilicet quòd bona posfidebuntur, si non defendantur. Dicit autem ibi Rofre. quòd quando non allegatur causa absentiæ, & sic poßidentur bona, bene contrahitur ibi pignus: non tamen tale, quale in rebus aliorum. Hoc intelliges per versicu. sed pone supeà prox. allegatum. & sic intelligitur l. eum, qui. ff. de priuil. cred. quæ dicit ibi pignus non contrahi: vt etiam ibi not. de hoc plenius scripsi de eo, qui mit. in poss. ß. r. fin. post prin. magna glossæ.*

d *Actione. Miror de hoc dicto, quòd excusari non patitur de litera corrupta remißio sequens, nec verba quæ sequuntur. Somnolentus ergo erat hic auctoe. Vel dic, quòd loquitur de reali missa, & in quantum sapit naturam personalis. de quibus infrà, §. videndum. & suprà, tit. 1. §. sequitur. vers. quid si fortè.*

e *Petitoribus. Qui petierunt sibi dari in solutum bona debitoris. Quæris autem Richar. Malum. si post processum huius causæ, veniat debitor paratus satisdare, & expensas restituere: & petit sibi de nouo libellum offeeri, dicens curatoris processum sibi non præiudicare. In contraeium dicitur, quòd causam eecipere debet in eo statu, in quo est, quid sit iuris. Et propter nouitatem solutionis breuiter totum colligam, quod allegat. Pro parte debitoeis allegat fauorem, quem iura dant defensioni in vniuerso. C. de procurat. exigendi. ff. eodem, tit. seruum. §. publicè. Iste autem fauor respicit omnem defensionis partem. ff. de regulis iur. sempee specialia. & l. sequenti. Pars autem potißima defensionis est, libelli oblatio, & eeceptio: quæ etiam substantialis dicitur: de quo satis in cle. de uerb. sig. sæpe in gloss. datur. Per hoc ergo, ex quo debitori conceditur defensio, ergo & libelli oblatio. Secundò inducit contra processum factum cum curatore, quòd ipse non egit mandato debitoris, sed legis: & sic resistit processui regula ff. de eegul. iur. nemo alieno nomine agere potest. Ille igitur processus nullus non impedit inchoandum. Tertiò inducit quòd causa cessante, vel remota, cessat, vel remouetur effectus. Cùm igitur à contumacia debitoris processerit datio curatoris, & illa cesset in satisdare, satisfacere, & obedire paeato. ff. de re iudic. contumacia. ergo cessabit processus inchoatus cum illo. Facit ff. de regulis iur. nihil tam. Quartò inducit ff. de noui operis nuncia. prætor. §. penulti. vbi dicitur ius quæsitum renunciatoei cessare, si per eum postea steterit, quò minus ei satisdetur: ergo & cessabit, &c. Ad idem. ff. iudic. sol. l. 3. §. penulti. vbi dicetur, ob rem non defensam stipulationem non committi, quandiu potest existere qui defendat. Si hoc est in eo, qui promiserat: fortius in illo, qui non promisit. Inducit ad idem l. Senatus. ff. de accusatio. ut, scilicet iste penitus onere satisdationis, & condemnatione expensarum in plus non puniatur. Item eius fauoee datus est curator. ergo, &c. l. quod fauore. ff. de legib. Item quòd per litis contestationem, non solùm alicuius conditio fieri deterior. ff de regulis iur. non solet specialiter allegat. C. de præs. rip. 30. anno. si quis emptionis. & authenti. ei qui iurat. C. de bo. auto. iudi.*

iudi. pos. & authenti. qui semel. C. quomodo & quando iudex. & decre. quoniam. §. in alijs. ut lite non contesta. & specialiter. l. si pupillus. ff. de priuileg. credi. In contrarium inducit. l. secundam. ff. de curato. bo. dan. quæ expresse dicit, omnia acta, facta, uel gesta rata fore. Ad idem l. penult. eo. tit. & l. ult. in fin. de fideiuss. tut. Inducit etiam materiam regula, factum legitimè. de regulis iuris. lib. 6. & l. sancimus. C. de administra. tuto. Item actus iudiciales non debent pendere. ff. de iudi. non quemadmodum. Cuius contrarium hic esset. Item de qua re iudex cognouit, &c. ff. de iud. de qua re. quod hic cessaret. Itē iudicium elusorium fieret contra. l. eod. tit. si prætor. Item acta tunc solum circunducuntur, cum utraque pars consentit. ff. de re iudica. l. acta. Item contumacia afficit damno litis: ut in prad. l. contumacia. ergo non obtinebit acta cum curatore reuocari: sicut nec obtinebit per suam appellationē gesta rescindi. C. quorum appel. non reci. l. 1. Soluit, ut dicit, pro utraque parte: ut, scilicet obtineat creditor per rationes allegatas pro eo. Debitor etiam obtinebit ista præcipue ratione, quia processus dationis in solutum fit propter contumaciam debitoris indefensi: non contra defensum per se uel per alium. ff. ex quibus causis in pos. ea. l. hoc autem. §. prime. in fin. & §. prætor ait. & §. fin. Sed debitor hic defensorem habebat curatorem datum bonis, qui litem suscipere & mouere debebat, sicut ipse debitor: ut prædic. l. secunda. de curato. bo. dan. Non poterat ergo pro eo tempore dici contumax: ut in prædicta l. hoc autem. in fine. Cessabit ergo processus dationis in solutum: quia debitor suscipiet causam in statu, in quo erat: & excipiet contra creditorem, de inepto modo agendi: quia debuit dare curatori libellus, super personali actione, non super datione in solutum: & contra creditorem pronunciabitur, propter ineptitudinem: & de nouo super principali actione offeretur libellus. Nec obstat contestatio litis: quia post eam bene opponitur talis exceptio. ff. de excep. l. exceptiones. §. fi. & si mensor. fal. modum dixe. l. 1.

f In scriptis. Dicebat Iacobus in fine sui tractatus differentiam hanc inter primum & secundum decretum: quia secundum oportet fieri in scriptis: primum, non. Adde tu ad hunc uersiculum, in quantum tractat de curatore bonis dan. &c. quòd absente debitore, si debitum est liquidum, qualiter sit creditoribus satisfaciendum, & qualiter hic curator bonis datur, & an sit dandus: uide Bal. in l. curator. ff. de cur. fur. dando. & ad quod ibi dixi, debito liquido: adde hunc infra eo. uer. ultimo nota.

g Recursum. Albertus Galeo. extra uolumen fortificabat quæstionem, scilicet, quando in platea & in uicinia, palam & publice fuit præconizatum: quòd si aliquis in bonis illius ius haberet, uel illa defendere uellet, ueniret intra certam diem, & nullus uenit: & tamen etiam ee casu dicit priorē creditorē audiendum, ad reuocandū illud secundū decretum, ex quo personaliter, uel ad domum non fuit citatus. Missio enim & contra unum non præiudicat alteri. ff. ne uis fi. ei, qui in pos. l. 1. Forma autem citationis à iure data, seruanda est. ff. de dam. infe. l. 4. §. prætor. de qua uide de do. & cont. causam. in 3. gl. & de eo, qui mit. in pos. c. fi. à qua recedi non licet ff. manda. diligenter. & l. si quis pro eod. & proclamatio illa non nocet: quia uox præconis paucis innotescit. C. quomodo & quando iud. l. consentaneum. & authen. qui semel. ff. de in integ. rest. l. diuus. & sic dicit tenuisse dominum suum, secundum hoc quod in solutio. infra de admonitione dicitur. Item leges personaliter, uel ad domum, & in alijs fit etiam uera solutio. Adde, quòd quæst. Alb. Cal. pōt fortificari per ea, quæ consuluit Pet. de An. consi. 307. incipiēte, efficax ratio. quòd si episcopus faciat fieri proclama generale, quòd si quis prætendit habere usuras à tali, compareat intra tale tēpus, alioquin nō audietur: quòd nihilominus absens, uel impeditus elapso etiā termino, debebit audiri. Et si fuerit in ciuitate, tunc nō possit agere cōtra usurariū, sed contra pauperes, ad quos bona usurarij peruenerunt, nō obstante proclamate generali. Pro constanti tamen non ponit quòd proclama generale præiudicet, non comparenti ad docendum de iure suo: licet fuisset in ciuitate, quin possit etiam contra usurarium agere, ex quo personaliter citari debebat, tanquam descriptus in libro ipsius usurarij.

h Dixit. De eo, qui mit. in pos. c. 1.

i Vt supra eo. Scilicet de primo decreto.

K Missus. Nec debet addere abdicationem proprietatis in reali. si tamen hoc faceret, tenet adiudicatio in possessione: licet in proprietate nō teneat: ut dixi de reg. iur. ea, quæ. lib. 6. super glo.

l Notandum est. Secundum Iac. Bal. in secundo decreto. post prin.

m Creditorum. Canonista uideat suffragium decre. consultationibus. quam statim allegabo.

n Rarò. Interponit ad uerba Iacob. quæ scripserunt Innoc. & Hostien. in decre. dilecto. de uerb. signifi. sed ego illa posui de offi. delega. consultationibus. super 2. glo. ubi ad literam uide totum quod sequitur.

tur. usque ad uer. sed qualiter.

o *Possunt. De furioso & pupillo conceditur: de minore adulto dubitatur. Tamen glo. in l. si minor. uidetur hoc tenere ff. de bo. aut. iud. poss.*

p *Multi. Vt ipse dicit.*

q *In fi. Ibi soluitur in glo. arg. quod.*

r *Cum. Reassumit uerba Iac.*

ſ *Scripserunt. Dicit Iac. quidam ignorans scripserit.*

t *L. 2. Si posuit Iac. & sic leges allegata bene conueniunt.*

u *Respon. secundum Iac. cuius est iste uer. fi. & incipit, sed queri solet.*

x *L. 2. §. quoties. sed diuersi sunt casus.*

y *Habitum. Vide quod dixi post Innocen. de dila. cap. 2. in magna glo. uer. uel dic melius.*

SVMMARIVM.

Secundum decretum, quomodo & intra quod tempus sit interponendum.

1 *Venditio bonorum, uel datio in solutum, uel adiudicatio, an fieri possint ante litem contestatam.*

2 *Venditio, post quod tempus post missionem in possessionem sit facienda, uel post quod tempus interponetur secundum decretum, de re danda in solutum.*

3 *Reo post missionem primam in possessionem ueniente, & responsuro ante uenditionem, siue dationem in solutum, an & quo pacto sit ei possessio restituenda & num. sequenti.*

5 *Debitor ueniens post uenditionem rerum suarum, uel post dationem in solutum, creditori referens quaestionem de ipso debito, an & quo casu sit audiendus.*

6 *Debitore petente restit. in integrum, ubi ab eo absente sunt eius bona uendita, &c. & pronunciatum est, eum restituendum, an ipsa bona euincet ab emptore.*

7 *Emptori possidenti, non debet alterius factum nocere.*

8 *Pauper exoneratur à lege, & satisdatione, nec uidetur in contumacia satisdandi, cum hoc facere non possit.*

9 *Secundum decretum debet sine dilatione contra contumacem interponi.*

In certis non est locus coniecturis.

10 *Secundum decretum propter rei contumaciam, quandoque ante litis contestationem, quandoque interponi potest.*

IVXTA propositionis ordinem uidere sequitur, quando, & intra quod tempus secundũ decretum sit interponendum: & certe quando apparet contumacia respondere uel cauere nolentis: ut ff. de damno infec. dies. §. si forte.

1 † Sed quaeritur an uenditio bonorum uel datio in solutum, seu adiudicatio, de quibus supra §. proxi. ad finem. dictum est, fieri possint ante litem contestatam, uel aliquis ad hoc condemnari. Et uidetur quòd non: nam ante litis contestationem non fertur diffinitiua regulariter. ex. de electio.

a dudum 2. Sed dic [a] quòd ex interlocutoria ante litis contestationem fit talis uenditio: ut C. de his qui ad ecclesiam confugiunt, praesenti. §. sed si hoc. ff. de bo. auto. iud. possi. si minor. ff. de priuil. cre. pater. ibi: quemadmodum, &c. & ff. ex quibus causis in possessi. ea. apud Iulianum. j. §. proximo. uer. in omnibus. tamen. nam & hoc secundum decret. ante litem contestatam, & post,

2 interponitur, &c. † Sequitur uidere post quod tempus post missionem in possessionem, interponetur secundum decretum, de re danda in solutum, siue uenditio fiet? Et dicunt quidam, quòd post decem dies à die prolationis primi decreti numerandos. ff. de constit. pecu. l. promissor Stichi. §. 1. Alij dicunt, quòd post tempus quod datur condemnatis ad soluendum, quod est hodie aliud, quã olim. ff. de iud. si debitori. ff. de re iud. si debitori. C. de usur. rei iud. l. 2. ex. de offic. deleg. quaerenti. & de re iudi. quod ad consultationem. Tertij dicunt, quòd anno elapso à tempore primi decreti,

b quod puto, [b] quia & hoc tempus statutum est ad recuperandum possessionem in reali. C. de iur. do. impe. l. fina. C. de praescript. 30. uel 40. annorum. si quis emptionis. §. fi. extra. de eo, qui mit. in possess. causa rei ser. c. penulti. & per totũ. ex. de officio ordin. pastoralis. in fi. ex. ut lite non contest. quoniam frequenter. in fi. §. in alijs. & in fi. Quarti dicunt, quòd post biennium ad exemplum conuentionalis pignoris: ut C. de iure do. impe. l. fi. 2. q. 6. ei, qui. & in praedie. l. debitori. ff. locati. quaero. Quinti dicunt, quòd post triennium: ut C. de iure emphy. l. 2. Sexti dicunt, quòd post quinquennium: ut in prae. l. si quis emptionis. Septimi dicunt, hoc tempus iudicis arbitrio esse statuendum. ff. de damno infec. si finita. §. non au-

c tem. [c] ff. de acquir. possessio. possideri. §. finita. cum non sit lege diffinitum. ff. de iure delib. l. 1. ad fin. de poeni. distinct. 1. mensuram. & l. solicitatores. ex. de deci. cap. 1. ex. de offi. delega. de causis. ut not. C. de bon. auto. iudi. possi. eum pro

d ponas. [d] & arbitrabitur, ut ipsum interponat 1 postquam diu in contumacia perseuerauerit. ff. de acquir. pos. possideri. §. fina. Roffr. uero, cui non

e placent praedicta tempora, [e] dicit quòd arbitrabitur secundum personarum qualitatem, & quantitatem petitam. ff. de re iudi. l. 2. ff. de iudi. nonnunquam. Lex autem dat aliquod spatium, sed nõ diffinit: ut ff. de damno infec. si finita. §. non au-

f tem. [f] quod magis intellectu, quàm elocutione exprimi potest. ff. de sol. ratum. ex. de donat. ad apostolicae. prope. fi. ff. rem ratam habe. l. 1. uerum in re pupilli spectatur tempus pubertatis, intra quod non potest peti uenditio rerum ipsius: sicut

dicitur

dicitur in absente Reipublicæ causa, ut supra §.
proxi. in princip. ff. ex quibus caus. in pos. ea. l. 3.
Innocen. papa 4. not. ex. de uerbo. signifi. dilecto.
g g quòd postquam autor missus est in possessionē
causa rei seruan. debet iudex expectare per annū,
antequam fiat uenditio, uel missio in possessionē,
ex secundo decreto: ut in prædic. l. si quis emptio
nis. §. fi. & in præ. §. in alijs. Nec obst. C. in quibus
cau. non est ne. in integ. rest. quia loquitur in his,
quæ fiunt extra iudicium. Secus autem est in his,
quæ fiunt in iudicio. C. de euic. properandum. in
fi. ergo secundum præmissa potest secundum de-
cretum interponi post annum, pro uenditione fa
cienda. Sed si iudex nolit in tantum grauare ab-
sentem, potest decernere quòd missus tantum pos
sideat, & fructus suos faciat, donec reus probaue-
rit indebitum illud, cuius causa facta est missio
in possessionem, uel si uelit minus grauare, quia
forte minus liquet ei de debito, reseruet misso in
possessionem onus probandi debitum. Nam si po-
test facere quod plus est, scilicet finalem uenditio
nem: potest & id, quod minus est, scilicet facere
prædictas prouisiones. ff. de regu. iur. non debet.
24. q. 1. miramur. de conse. dist. 2. re uera 9. q. 2. nul
lus primas. Alij dicunt, tunc procedendum esse ad
uenditionem, uel missionem in possessionem, ex
secundo decreto: cum passus missionem, uisus est
habuisse possessionem pro derelicto. Alij etiam
dixerunt hoc iudicis arbitrio relinqui, ut s. uer.
septimo. Quando autem fiet uenditio rerum pro
pignore captarum, uide j. de exec. sen. §. uidendum.
3 uers. sed quando. † Quid h si reus post missionem
h primam ueniat responsurus ante uenditionem,
siue dationem in solutum? Respon. restituenda est
ei possessio: restitutis tamen primo aduersario li
tis expensis, & damnis, quæ propter eius contuma
ciam pertulit sacramento eius declaratis. C. de
iud. sancimus. C. quomodo & quando iudex. auth.
qui semel. ff. si serui. uend. is, cuius facta tamen
prius per iudicem taxatione, in authen. de iud. §.
oportet. Idem est, si ante præmissa fideiussorem
de lite prosequenda præstiterit: ut C. de bo. auth.
iud. possi. auth. ei qui iurat. ff. de priuil. cred. si pu
pillus. §. defendere. quæ satisdatio præstatur pro-
pter contumaciam: ut ff. qui satisd. cog. sciendū.
4 † Quid si actor fecit aliquas expensas utiles & ne-
cessarias? Respon. illas primo resarciendas, & ge-
neraliter omnes sine dolo factas. ff. de bo. aut. iud.
possi. prætor ait. §. quod ait. & §. ipsi itaque credi-
tori. ex. de lite non contest. quoniam. §. in alijs.
5 † Quid si ille redeat post uenditionem factam, uel
dationem in solutum, referens quæstionem de ip
so debito? Respondeo, si uelit petere in integrum
restitutionē, quia fuit absens, & indefensus oīno,
uel ex alia iusta causa, audietur: ut ff. de da. infec. si
finita. §. ubi & §. postea. Secus si fuit præsens uel
absens ex uoluntaria causa, uel si absens redierit,
iudice adhuc pro tribunali sedente. ff. de in integ.
6 re. diuus. a. q. 6. bidnum. uer. palam. † Quid si pro-
nunciatum est, eum restituendum: nunquid rem
euincet ab emptore? Respon. sic, si tamen credi-
tor, pro quo uenditio facta fuit, soluendo non sit:
aliàs esset iste solus primo conueniendus ad pre-
tium. ff. de minor. in causæ. §. interdum. & §.

3 fin. & l. plane, quæ omnia uera sunt, solennita-
te per iudicem seruata: alias suo communi iure
rem ipsam à possidente libere uendicaret. C. si
propter pup. pensi. l. 2. C. unde ui. meminerint.
7 † Quid si alius ueniat, dicens se dominum, & rem
ab ipso debitore sibi datam esse in solutum? Dicit
Bagar. quòd non nocet emptori possidenti, alte-
rius factum. ff. de contrahen. emp. rem alienam. ff.
de euic. si plus. §. & si insti. & hoc nisi creditor ille
possederit decem uel 20. ann. quia si re usucapta ti-
tulo pro soluto, excludetur iste: ut ff. pro soluto.
Sed an idem est, si ipse sciuit esse alienum? Respon.
utique secundum Bag. arg. ff. de nox. act. generali-
ter. in fi. ff. de relig. & sump. fu. & si quis. §. sed si
addita. ff. de acquir. pos. iuste. ff. de reg. iur. qui a-
ctore. Tu dic hoc uerum esse in realibus actioni-
bus: secus autem est in personalibus simplicibus,
ut hic. Vel dic uerius illud uerum esse in noxali
actione, super qua præiudicatur uero domino,
quia & ipse hac noxali actione teneretur, si consta-
ret eum dominum: quod non est in alijs personalibus
i actionibus uel realibus. i † Quid si pauper est, quē
8 lex exonerat à satisdatione, ut ff. de col. bo. l. 1. §.
cum duobus. & sic non uidetur in contumacia sa-
tisdandum, cum hoc facere non possit. ff. de re iu.
contumacia. ex. de sol. Odoardus. & de restit. spoli.
olim. 2. Nunquid hoc casu interponetur secundū
k decretum? Dicit Roff. quòd sic. k Quid si uoca-
tus dicit, non satisdabo, & ita est uere contumax?
Dic non expectare aliud tempus ad interponendū
secundum decretum: cum in certis non sit locus
coniecturis. ff. de uerb. oblig. continuus. & s. §. pro
xi. in prin. & s. de contumacia. §. 1. Ex præmissis
autem & sequentibus patet hoc secundum decre-
tum, propter contumaciam rei interponi, quan-
doque ante litem contest. quandoque postea: nam
cum petij rem aliquam, quam dico ad me iure do
minij spectare, aut lis est contest. uel quasi con-
testa. uel nullo modo contest. Item aut liquet de
causa, uel liquere potest, aut non liquet; nec li-
quere potest. Quæ dic ut s. tit. proxi. §. sequitur.
l uer. si uero agitur, & sequenti. l

ADDITIO.

a *Iuxta. Dic secundum Iac. cuius fuit ad literam iste uer. dicit tamen quòd sic tenebat Azo. Dicebat Dyn. secundum dicentes quòd secundum decretum sit diffinitiua. necessarium esset respondere quòd non posset. C. de tempo. appel. l. fi. §. illud. Ipse autem dicit secundum decretum esse interlocutoriā: ut dicit hic autor. Et patet per iura infra allegata quod ante lit. contest. interponitur. Ipse antē allegat l. præsens hic alleg. & C. de bo. auto. iud. poss. cum proponas. in fi. Patet etiam ex eo quia tenet contra minorem indefensum. ff. de dam. infec. l. si finitæ. §. si forte. ff. de bo. auto. iud. poss. l. si minor. sed si esset diffinitiua, non teneret. ff. de re iud. a-cta. §. ult. & C. si aduer. rem iud. l. ult. Concluditur ergo quòd ante litis contestationē interponi po*

test: ut in predictis legibus, presenti. & cum proponas.

b Puto concor. Immo. de verb. signif. dilecto. ut sequitur. & Hostien. in Summa ubi supra. §. sed quaero.

c Autem. Ubi hoc not.

d Proponas. Ibi & ubi supra Accur. hanc tenet: & communiter servatur in foro civili: & placet Dyn. in 4. quaest.

e Tempora. Quae omnia posuit de secundo decr. in prin. & cum eo concordat. Gui. de Suzar. ubi supra.

f Autem. Dicit ibi tex. quòd aliquod intervallum intercedere debet.

g Dilecto. Sed illud scripsi in decr. quoniam frequenter. in fi. & totum quod sequitur usque ad ver. quando fuit eius. & quod ibi etiam vide. & ibi hodie per omnes scribentes, praesertim per novissimos.

h Quid. Iste ver. qui fuit additio, satis potuit omittere per ver. ult. not. supra in §. iam de effectu. ultra medium. idem dico de sequenti.

Adde, ver. quid si ille redeat. quòd Bar. in l. si finita. §. Iulianus. tenet quòd absens ex causa voluntaria intra biennium rediens auditur. Tamen ibi opi. Specul tenetur tanquam communior & verior.

i Realibus. Vide quod dicam infra §. proxi. super versi. sed nunquid in actione.

k. Sic. De secundo decreto ultra prin. ubi etiam continuatur ver. sequens.

l Sequen. Quae hic prosequitur Iac. Bal.

SUMMARIUM.

Secundum decretum in quibus actionibus vel rebus locum habeat.

1 *Minimum damnum timens, an tantum habere debeat ex secundo decreto, quantum qui timet maximum.*

2 *Secundum decretum, an in stipulationibus vicem actionum obtinentibus sit interponendum.*

3 *Secundum decretum, an sit interponendum ubi mulier nomine ventris in possessionem mittitur.*

4 *In Carboniano edicto, eum videlicet agitur ut puero alimenta praestentur, non est opus secundo decreto.*

5 *In duplicibus iudicijs, si adversarius ad divisionem venire detrectat, an praesens possit mitti in possessionem.*

6 *Citato non veniente in actione finium regundorum, quid & quomodo iudex disponere debeat.*

7 *Officium iudicis in duplicibus iudicijs, & possessorijs interdictis, quod sit.*

8 *Agens ad factum, petere factum, vel interesse, praecise censetur.*

9 *Lapsus anni, an in possessorijs interdictis faciat possessorem,*

10 *Lapsus anni in personalibus interdictis, an faciat aliquem possessorem.*

11 *Asserens se possidere, an possit petere se mitti in possessionem, si agitur de retinenda possessione.*

12 *Electus in rectorem alicuius loci, si litigat de sua electione, an & quomodo mittendus sit in possessionem illius iuris.*

Civitati non expedit sine rectore esse.

13 *Secundum decretum, an sit in actione exempto interponendum.*

14 *Secundum decretum, qualiter sit in servitutibus urbanis, vel rusticanis, interponendum.*

15 *Decretum, qualiter sit interponendum, ubi is, qui petitur in servitutem, vocatus non venit.*

Servitus perpetua, an possit ex anni cursu in persona libera constitui.

16 *Secundum decretum, an locum habeat in omnibus actionibus personalibus.*

17 *Secundum decretum, an locum habeat in spiritualib.*

18 *Reo absente in personali actione convento, si non habeat, nisi feudum, vel usumfructum in rebus alienis, quae subiacent restitutioni, quale decretum interponi debeat. & in seq.*

20 *Lapsus anni, an in personalibus actionibus faciat possessorem missum, sine secundo decreto.*

21 *Quod suum est, amplius suum fieri non potest.*

Superfluum est petere, quod de iure communi competit.

22 *Secundum decretum, qua ratione interponatur, in personalibus, non in realibus actionibus.*

23 *Annus elapsus, quare in realibus actionibus non transfert dominium, quasi secundo decreto interposito.*

VIDENDUM restat in quibus actionibus, & rebus locum habet secundum decretum. Et quidem regulariter in omnibus personalibus actionibus locum habet: ut C. de iudi. properandum. §. sin autem. & ff. de re iudi. à divo Pio. §. 1. a ex. ut lite non contest. quoniam frequenter. §. si. non tamen uniformiter ut dicam j. §. ult. Hoc tamen fallit, ut dicam j. uer. quod autem. Item locum habet in causa damni infecti, in qua si quis nolit cavere, fit missio in possessionem bonorum ex primo decre. & si sic in contumacia perseverat, fit missio ex secundo decre. ut ff. de dam. infec. praetoris officio. & l. praetor. & l. si finita. §. Iulianus. & §. pen. & ff. ut le. nor. c. l. 1. & ff. ut in posses. leg. l. 2. & C. eod. certa. ff. de acqui. pos. possideri. in fine. & si plures sint timentes, omnes mittentur: ut in prae. l. si finita. §. cum aut quod ita procedec. Postulata enim cautione damni infecti, & non praestita, mittitur quis in possessionem,

stionem, quòd si dicatur non caueri, aliquo spatio
prius intermisso pro arbitrio iudicis sequetur se-
cundum decretum: quia iubet prætermissum à
modo posidere in præiudicium non cauentis, il-
lo prorsus à possessione excluso: ut in præ.coocot
a dan. † Sed nunquid tantùm habebit ex secundo
decre. qui minimum damnum timet, quantum qui
maximum? Respon. non, imo pro rata damni: ut
b ff.eo. ex damni.§.2. b quod dic. ut not. in præ.§.
cùm autem. Item locum habet in noxali actione,
ut ff.de nox.ac.electio.§.si absente.& ff.si ex noxa.
causa aga.l.2.§.fin.& tunc missus statim fit domi-
nus rei ex secundo decre. si absens erat dominus.
c Vel dic ut not.j.eo.§.ulti. [c] quidam autem dixe-
d runt [d] nunquam interponi secundum decret. nisi
in causa damni infecti tantùm, cum eo casu solū,
ut dicunt, cautum reperiatur. Si enim prætor in
alijs interponi uoluisset, hoc dixisset argum.C.de
cadu.tol.l.unica.prope fin.& ex̄.de deci.ad audien
tiam. quod non est uerum. imò in omnibus perso-
nalibus locum habet, ut dixi. Hæc est maior ratio
e in causa damni infecti, quam in alijs [e]. & ideo
quia non omnes articuli possunt in iure compre-
hendi, ut ff.de legi.& sen.com.non possunt, est de
similibus ad similia procedēdum.ff.eo.tit.& ideo.
& ex̄.de rescript. inter cæteras. præterea hoc ex-
pressum est in noxali actione, ut s.cùm tamen om
nes noxales sint personales, id est, ex maleficio
serui nascuntur, ut ff.de noxa.act.l. 1. & nulla est
2 realis. † Sed nunquid in illis stipulationibus,
quæ uicem obtinent actionum, de quibus fit men
tio, ff.ex quib.cau.in possessio. eatur.l.1.& suprà.
§.restat uidere. interponetur secundum decretū?
f Dicunt quidam [f] quòd in causa damni infecti cer
tum est quòd sic, ut suprà. & etiam in causa lega-
torum interponitur secundum distinctionem &
qualitatem actionis, qua petuntur ut suprà, de
actionibus, seu petitionibus.§.sequitur.uersicu.il
lud uerò. Si enim petatur personali actione ex te-
stamento: tunc idem iuris est in ea, quod in alijs
personalibus actionibus. Si uerò actione in rem,
tunc etiam procedatur ut in actione reali: si hy-
pothecaria, quasi res sit obligata: tunc idem ut
suprà eod.§.sequitur.uersicu.quid si agatur. & se
quenti. suprà titu.proximo. §. sequitur. uersicu.
sed nunquid. ubi de hypothecaria dictum est.
3 † Verùm cùm mulier in possessionem nomine
uentris mittitur, secundum decretum non inter
ponitur: quia tunc non agitur ut dominium, uel
possessio acquiratur, sed ut mulier nomine uen-
tris alatur: unde tunc debet dari bonis cura-
tor, qui eam alat: ut ff.de uent. in possessio.mit.
l.prima.§.mulier autem.usque in finem l.& l.ha-
4 bitatio.& l.curator. † Item quoque dicendum in
Carboniano edicto, cùm uidelicet agitur ut
puero alimenta præstentur usque dum de filia-
tione agnoscatur: quia tunc non agitur, nisi ut
puer alatur. Quidam tamen dicunt hoc specia-
le, ubi missus in possessionem ex secundo decre
to, habeat ueram possessionem alimenti causa.
ff.de Carbon. edict.l.3.missum autem. sed fortè
ibi possessio ponitur pro detentatione. Præ-
missa obtinent in actionibus merè realibus, uel
merè personalibus; nam licet multę sint actio-
num diuisiones, quo ad hoc tamen non est opus
alia diuisione, nisi his.16.quæstio.3.§ potest.uer-
sicu. neque decennij. Nam quicunque agit, aut
agit personali, aut reali, petendo seruum, uel sibi
debitum: aut agitur pro rebus corporalibus aut
incorporalibus, puta seruitutibus: ut Institut. de
actionibus.in principio. §. 2. extra, de renuncia-
5 tio.cùm inter P. † Sed nunquid in duplicibus iu-
dicijs, scilicet in famil. erciscun. communi diui.
finium regun. si aduersarius ad diuisionem ueni-
re detrectat: nunquid præsens mittetur in posses-
sionem? Dicunt quidam quòd sic, pro ea parte,
qua præsens iurauit suam esse pro diuiso, & non
pro indiuiso: absurdum enim esset, quòd plus ei
concedatur, quàm petat: unde cùm solum par-
tem petat, non sibi assignabitur tota res pro indi-
uiso: sed solùm pars. argum.ex̄.de accusatio. qua-
liter.2.in fin. Et si dicatur, quomodo iudex diui-
det terram. Respondeo, bene potest diuidere qui
busdam ex pluribus hæredibus præsentibus: ut ff.
famil.ercisc.l.2.§.dubitandum.ex̄.de probatio. ex
literis.& hoc quando constat iudici rem esse com-
g munem, nec cohæres diffitetur hoc. [g] Si uerò dif-
fiteretur, iudex non deberet per se diuidere, nec
per hoc fiat præiudicium petitioni hæreditatis,
quæ in hoc casu locum habet. ff. famil.ercis.l. 1. &
ff.de excep.fundi. & nota quòd diuisio facta cum
non legitimo hærede, non præiudicat: ut 1.q.4.§.
notandum. ad finem. Vel dic secundum Vber-
h tum. [h] quòd potest super hoc arbiter assumi. ff. fa-
mil.ercisc.arbitrium. ff. communi diuidun. & si
non omnes. qui iuratus faciet partes, & sortem
pro præsente adijciet, & absente. C. fini.regund.si
quis.C.lib.11.quando & quibus quar. pars de.l.2.
hoc saluo quod absens uenerit intra tempus à iu-
dice statutum, & uoluerit probare rem non esse
communem, uel non ex toto, uel aliud audia-
tur refusis expensis: ut ff. de damn. infect. à quo.
Alij uerò, quorum sententia magis frequenta-
i tur [i], dicunt quòd actor debet mitti in possessio-
nem totius rei communis pro indiuiso: & missus
medietatem fructus percipiet in re sua: alia uerò
medietas seruabitur arbitrio iudicantis: non e-
nim uidetur quòd iudex posit diuidere in præiu-
dicium absenti. C. famil.ercisc.cohæredibus. sed
hæc lex non loquitur in diuisione per iudicem
facta: sed quando quidam cohæredes inter se di-
uiserunt. Alia tamen ratione uidetur quòd non
debet iudex diuidere. Nam per diuisionem, uel
adiudicationem transfertur dominium. Institut.
de offic. iudi. in fin. & quia sic ferret diffinitiuam
sententiam lite non contest. quod fieri nō debet.
Cùm igitur ad rei diuisionem faciendam in com
munibus iudicijs. ff. de iudic. in his tribus. ex̄.de
probatio. ex literis. Cùm autem agitur pro per
sonalibus præstationibus: ut quia unus impe-
dit in re communi, uel quia unus percepit om-
nes fructus communes: idem iuris est, quod in
k simpliciter personalibus actionibus. [k] Nam istæ
actiones, & aliæ mistæ, sicut petitio hæreditatis,
quantum ad hæc personales dicuntur. ff. famil.
ercisc. item Labeo scribit, si unus. ff. famil.ercis.
& l. inter cohæredes. §. si cohæredes & l. si famil.
6 erciscun. † In actione autem finium regundo. ui-
detur

detur quòd si citatus non uenerit, iudex, prius causa summatim examinata, debet mittere agrimensores ad fines distinguendos, uel ipse debet personaliter ire, & loca oculis suis subijcere, & fines diuidere. ff. finium regundo. si irruptione. C. eo. si constiterit. ex. de præscript. quia indicante.
l Vber. autem de Bobio dixit l quòd in huiusmodi diuisorijs iudicijs, si reus non ueniat, postulabit actor pro mensura debiti declarari, id est, interesse sui, quantum sua interest reum ad diuisionē uenisse se mitti in possessionem. Nam cùm eum uocat ad diuisionem, ergo ad factum uocat. ff. de usu fruct. quid ergo. in fin. ff. de cur. furio. consilio. in fi. & sic tenetur ad interesse. ff. de re iudic. si quis ab alio. quod interesse probabit per iusiurandum suum: ut in præd. l. si quis ab alio. uel quia talis missio non est multum utilis. Nec in promptu bonum est quòd mulcta indicta & pignoribus capeis uenire cogatur. ff. de uend. inspi. l. 1. ff. de arbitris. non distinguemus. §. si arbiter. ff. ad leg. Iul. pecul. eos. uel potest super hoc assumi arbiter, ut
7 prædixi. † Item quæritur m quod sit officium iu
m dicis in duplicibus iudicijs, & possessorijs interdictis, cùm uterque se posidere ostendit: ut interdicto uti posidetis & utrobi, & de superficiebus: uidetur quòd si legitimè citatus non ueniat, iudex interloquendo pronunciare debet actorem non esse inquietandum in possessione. quòd si postea ueniat, non audietur, nisi expensas restituat, & se posidere probet. argum. ff. de noui ope. nun.
n si prius. Tu dic n quòd postquam iudex pronunciauerit per secundum decretum, hunc scilicet actorem non esse inquietandum in possessione, non audiet aduersarium postea elapso anno: uel sicut in realibus non audietur super possessione, sed solum super proprietate. Nam interdicta, licet personalia sint in rem tamen scripta sunt. ff. de interdictis. l. 1. in fi. Tertij distinguunt, an agatur actione in factum reddita in locum cuiuslibet interdicti: ut Institu. de interdictis. §. fin. & petatur interesse cùm sit in obligatione: ut est in prohibitorijs interdictis, in quibus peritur interesse tantùm: ut ff. ne uis fiat ei, qui in pos. missus est. l. 1. §. hoc interdictum. & similibus: ut tunc faciat iudex id, quod faceret in merè personalibus: quia pro interesse in personam tantùm agitur. An uero agatur alia actione in factum: puta edicto, de noui ope. nun. scilicet, ut opus factum demoliatur: ut tunc faciat iudex idem quod faceret in reali: ut sicut ibi mittitur actor in possessionem rei petitæ: sic & hic mittatur in possessionem noui operis facti,
8 scilicet ut opus præcisè destruatur. † Qui enim agit ad factum, petit præcisè factum, uel interesse, si uoluerit: ut ff. de noui ope. nun. stipulatio. §. fin. & §. opus. & l. 1. & quod dixi de noui operis nunciatione, exempli gratia dictum est. o Vbert. autem dixit, quòd si agatur de adipiscenda possessione, uel recuperanda certa re: fiet, sicut fit quando certa species petitur in personali: ut s. titu. proxi. §. sequitur. uersicu. porrò si agatur. Vel dic ut
9 infra. uersicu. in omnibus. † Vtrum autem in his possessorijs interdicti lapsus anni faciat aliquem possessorem, dubitari consueuit. Videtur quòd sic, sicut contingit & in actione reali, ut dicetur j. uersicu. hoc quoque. præcipuè si agatur interdicto in rem scripto. ff. de interdict. l. 1. respon.
10 puta, quorum bonorum. † In omnibus tamen personalibus interdictis, magis posset dubitari.
p Vnde dic, secundum Vber. p quòd in eis transcursus anni non facit aliquem possessorem ne ex transcursu anni plus habeat, quàm fuisset per diffinitiuam sententiam habiturus. ex. de re iudic. cùm inter nos. Vel dic, quòd in eis lapsus anni operatur, ut actoris intentio uera præsumatur, nisi reus con
11 trarium probet. † Verùm si agitur de retinenda possessione, nō uidetur quòd posis petere te mitti in possessionem, cùm te asseras posidere. Frustra ergo postulas quod habes: ut extra, de iudic. examinata. & quia tibi contrarius uideris, ut j. dicam. quid ergo fiet? Ad hoc potest dici, quòd in interdicto uti posidetis reus condemnatur quanti interest actoris non turbasse possessorem. ff. uti posi. si duo. in fi Igitur actor petet se mitti in possessionem bonorum pro mensura dicti interesse. Vel potest dici quòd pronunciabitur, actorem potiorem esse in interdicto: reus tamen postea ueniens intra tempus competens, poterit probare de iure suo: ut ff. de damn. infect. l. à quo. Et si opponatur quòd hæc sententia diffinitiua nō ualet, utpote lata lite non contest. Respon. hæc sententia non est uerè diffinitiua: imò uilis est, & quasi nulla. C. de senten. & interloc. omn. iudic. post sententiam. C. si de momen. possessio. fue. appel. l. unica. extra. de causa pos. & proprie. c. 1. & 2. q. 6. §. diffinitiua. uersicu. de possess. & uide s. §. proxi. versicu. item quæritur quod. & s. §.
12 restat. uersicu. sed pone ago. † Quid si electus in potestatem uel rectorem ciuitatis, uel castri litigat de sua electione: quia fortè non admittitur, & contumax est uniuersitatis: nunquid mittetur in possessionem illius iuris: & si fiat, nunquid exercebit illud ius interim? Et certè non uidetur quòd exerceat: quia per hoc non consequitur ueram possessionem, sed quasi custodiam: quid ergo fiet? Nam Potestatia, seu rectoria est annalis, & ciuitati non expedit sine rectore esse. ff. de offic. proconsul. meminisse. extra, de electio. ne pro defectu. Dic ergo quòd iudex statuet illis terminum trium mensium, uel plus, uel minus, intra quem ostendant de iure suo quicquid possunt: alioquin adiudicet ei dictam rectoriam, facta fide de sua electione. Hæc probantur in auth. de san. episc. §. 1. C. de remis. pig. si eo tempore. ff. de mu-
q ne. & hono. reus delatus. ex. de iud. cap. si. q Idem etiam potest dici, cùm aliquis electus est ad aliquam dignitatem ecclesiasticam. nec admittitur ad eam: ut 92. distin. si quis ordinatus. & duobus sequentibus. Nam potest tunc secundum præmissam formam procedi lite non contesta. Probatur extra, de eo, qui mit. in pos. causa rei ser. eum qui. lib. 6. extra, de appellat. oblatæ. in fin. ut lite non contest. quoniam frequenter. §. porrò. & §. si uerò. ex. de electio. statuimus. §. sed si pars hoc saluo, quòd tunc non fit missio in possessionem propter contumaciam: ut in prædic. c. eum,
13 qui j. uersicu. utrum. † Sed nunquid in actione ex empto interponetur secundum decretum? Et uidetur quòd non: nam secundum Iaco. missio ex secundo

cundo decreto facit missum dominum. At uenditor non tenetur emptorem facere dominum. ff. de
r actio. emp. & uendi. ex empr. [r] Alij contra: nec obstat præ. l. quia hoc propter contumaciam contingit, ut interponatur secundum decretum. Nam & uidetur quòd tenetur uenditor ad rei traditionē: ut 1. quæst. 1. qui studet. ibi: nemo potest retinere, &c. ex. de fide instrumen. cùm Ioan. in princi. nec secundum decretum semper facit aliquem domi-
14 num. † Sed qualiter in seruitutibus urbanis uel rusticis interponetur secundum decretum? Re-
s spondeo. [s] si reus, à quo seruitus petitur, uocatus non ueniat, nec defendatur: mittetur actor agens confessoria, in quasi possessionem illius seruituris. De hoc s. §. restat. uersi. quid si agatur confes. & j. uersicu. proxim. Quid si agatur negatoria, qui a dicitur, non debeo seruitutem in tali re. is, qui sibi deberi asserit, non comparet, nec defenditur? Respon. iudex pronunciabit quasi interponendo secundum decretum, non diffinitiuè, cùm lis non sit contest. illum non debere seruitutem, donec quæstio terminetur. ff. de no. oper. nun. si prius. ff. de dam. infect. à quo. ff. si serui. uendice. is, cuius familia. ff. de aqua. quotidi. & æsti. & si de uia. Vel melius dic quòd non fiet missio in possess. quia non potest: sed cauebit de non molestando. quod dic secundum papam, ut not. ex. de eo, qui mit. in possess. cap. 1. & iunge hoc quod not. in præd. uersicu. quid si agatur confessoria. & uersic. sed pone,
15 ago. † Quod autem sit iudicis officium in ferenda diffinitiua super seruitute, & qualiter eam formabit, colligitur ff. si serui. uendi. harum. & l. legi. Sed si is, quem peto in seruitutem, uocatus non uenit: qualiter contra eum interponetur decretum: nam hic non potest fieri directa missio in possess. Dicunt quidam, quòd actor potest postulare, ut iudex pronunciet contra absentem, uel ut cancellentur ea, quæ acta sunt: ita quòd de nouo incipiatur restitutis expensis, quod potest uerum esse, quando de seruitutis possessione proclamat in libertatem: ut ff. de libera. causa. l. diui. §. 1. Vel dic secundum eos, quòd si citatus non ueniat intra annum, subijcietur seruituti perpetuæ. C. de asser. tol. l. 1. §. omnes. & sic lapsus anni multum
t operatur in hoc casu, secundum eos. [t] Ego nō cre
u do [u] quòd ex cursu anni constituatur perpetua seruitus in libera persona. cùm contra libertatem non currit præscriptio, etiam 40. ann. ut 16. q. 3. §. potest. uersi. quæ enim ab initio. C. de longi tempo. præs. quæ pro liber. l. fin. uel etiam centum annorum. C. ubi causa sta. l. fina. ff. de libe. ho. exhi. l.
x fi. §. 1. [x] & secundum Uber. siue petatur quis in seruiturem, siue proclamet quis in libertatem: satis determinatur quid iuris sit. C. de asser. tollen. l. 1. §. fi. Posset etiam procedi secundum generalia posita s. §. restat. uersicu. quid si agatur act. priuil.
16 † Quod autem dixi s. in princi. huius §. in omnibus personalibus locum habere secundum decre-
y tum: fallit in conditionalibus. [y] Nam licet in eis primum decretum locum habeat, scilicet ut mittaris in possessionem, si ille cauere non uult: ut ff. de act. & obli. is, cui. secundum tamen interuenire non potest, quia nihil debetur: sed tantùm spes est debitum iri: & hoc etiam in conditionalibus stipulationibus contingit: ut Instit. de uerb. obliga. §. si sub conditione. In criminalibus autem qualiter contra absentem procedatur, dicam j. de
17 accusatione. † Utrum in spiritualibus locum habeat secundum decretum, & an præscribi possit, & an post lapsum anni sit in eis missus uerus possessor, not. plenè ex. de dolo & contu. & ideo hic non repeto. Utrum autem cùm de ipsis agitur, fiet missio in possessionem, dixi s. titu. proxi. §. sequitur.
18 uer. illud autem. † Quid si reus [z] absens in perso-
z nali actione conuentus non habet nisi feudum, uel usumfructum in prædijs alienis, uel habet res, quæ subiacent restitutioni, uel nomina? Respondeo, hæc etiam assignantur actori per secundum decretum, quæ, dic ut supra. §. restat. uersicu.
a quid ergo si. & seq. [a] si enim reus non habet nisi nomina, iudex per secundum decretum præcipiet debitoribus, ut statim pecuniam illam soluant a-
19 ctori. † Sed nunquid hæc pecunia statim sit actoris? Respondeo, non, secundum quosdam, ipse tamen ex ea suam faciet utilitatem, & eam spatio triennij usucapiet: sicut & quamlibet aliam rem mobilem, & post hoc tempus poterit nulla super actione conueniri. 16. q. 3. §. potest. uersus finem.
20 ex. ut lite non contesta. quoniam. in fin. † Hoc quoque notandum est, quòd in personalibus actionibus lapsus anni non facit missum possessorem sine secundo decreto, imò etiam post annum audietur reus super possessione: ut in præ. l. si finita. §. si quis autem. & §. Iulianus scribit. & ff. de re. eorum, qui sub tut. uel curat. sunt. l. 3. Et quidam dicunt quòd si conuenio debitorem meum personali actione, aut probo quòd latitat, nec uult uenire: tunc bona sua debent uendi, & mihi debet satisfieri. C. de bo. au to. iud. possi. cùm proponas. & authen. ibi posita: si non probo, ero in possessione. In realibus autem, ut in rei uendica
b tione [b] & alijs, interponetur secundum decretum quia solus transcursus anni sine sententia facit aliquem uerum, id est, incommutabilem possessorem, computato illo anno, à tempore inter-
c positionis primi decreti. [c] ex. de dolo & contum. contingit. de offic. ord. pastoralis. in fi. & in præ. cap. quoniam. §. in alijs. C. de præscrip. 30. uel 40. ann. si quis emptionis. §. fina. ex. de eo qui mit. in pos. causa rei ser. per totum. & d. uersicu. si dilecto. nisi fortè quis uelit illud impetrare ad cautelā, secundum B. & alios, ut fortius præscribat, quod facere potest: ut ex. de eo, qui mit. in pos. cap. primo. ut lite non contesta. quoniam. §. in alijs. ff. de acquiren. possess. iustè. Odoffre. tamen dicit hanc cautelam esse damnosam: nam cum is ex primo decreto sint missus in pos. summatim fuit examinatum negotium, & iurauit se non calumniosè petere: & dominium rei petitæ ad se spectare. Si ergo nunc petat secundum decretum interponi,
21 † cuius effectus est, ut eum constituat dominum, qui non est: ut ff. de nox. & generaliter. & dicam infrà. §. ultim. uidetur sibi contrarius. Nam uidetur dicere se non fuisse prius dominum. ff. quando ap. sit. si procu. & ideo non est audiendus. C. de fur. l. 1. ex. de app. solicitudinem. in fin. Sed mihi non placet talis illatio: quia quod dicit de effectu secundi decreti, speciale est in actione noxali, & de damno

damno infecto: ut si in eis quæratur dominiũ per
secundum decretum : in alijs autem solùm uera
possessio acquiritur, & causa usucapiendi paratur:
ut in prædic. §. Iulianus. & non domini : ut not. in
præd. §. ult. Præterea agens reali dicit se dominũ,
nec intendit ad dominium : quia quod suum est,
amplius suum fieri non potest: ut ff. de uerborum
obligatio. l. nemo rem suam. & ex̃. de fide instrum.
inter dilectos. prope fin. Sed intendit solùm ad pos
sessionem, seu restitutionem: ut ff. de rei uendica.
officium. & l. qui restituere. & C. de alie. iudic. mu.
cau. fac. l. 1. & j. uersicu. proxi. Vnde meo iudicio,
melior est ratio, quare talis cautela non sit utilis.
Nam cùm transcursus temporis missum in reali, fa
ciat uerum possessorem, frustra impetraret secun
dum decretum, cuius effectus est facere aliquem
uerum possessorem, ut dixi: quia superfluum est
postulare, quod de iure communi competit. C. li-
br. 10. de thesaur. l. unica. extra, de procu. quia in
causis. Posset enim illi meritò dici, quod petis, in-
tus habes. extra de iudic. examinata. & ideo tan-
quam superfluum non impetrabitur. ff. ut in pos.
lega. si is, à quo. §. diuus. argumen. tamen expres-
sè contra, quòd in realibus locum habeat secun-
dum decretum. ex̃. de eo qui mit. in pos. causa rei
d ser. cap. 1. Solu. ibi. [d] † Sed quæ est ratio diuersita-
22 tis, quare secundum decretum interponitur in
personalibus, & non in realibus? Respondeo, a-
gens personali petit sibi dari aliquid, & quod suũ
non est: ut Insti. de act. §. appellamus. & in princ.
tit. in §. nanque. & dare est accipientis facere : ut
ff. de uerb. oblig. ubi autem. §. fina. Si igitur non
det, utile est interponi secundum decretum, per
quod sit missus dominus, uel saltem acquirit cau-
e sam usucapiendi, ut iam dixi. [e] At is, qui agit rei
uendicatione, non petit rem sibi dari, sed eam seu
eius possessionem sibi restitui: quia dicit se domi-
num rei: unde per primi decreti interpositionem
nanciscatur possessionẽ: ut dixi suprà eo. §. restat.
uersi. si uerò agatur reali, iam adimpletum est eius
desiderium per primum decretum : & habet quod
petit, ut dixi : unde secundum non interponetur,
quasi superfluum esset, ut supra. Præterea uidere
23 tur sibi contrarius, ut suprà. † Sed quare in reali-
bus non transfertur dominium anno elapso, quasi
secundo decreto interposito? Respondeo, quia
actor non intendit habere dominium: imò, quòd
sibi res restituatur, cùm dicat se dominum, ut iam
dixi. Item & quia non interuenerit iudicis autori
tas. Ros. autem probat multipliciter in li. suo in
f tit. de secundo decre. [f] quòd transcursus anni non
transfert in aliquem posses. nam missus statim fit
possessor in reali. & de hoc ex̃. de dolo & contu. cõ
tingit. Et cùm sæpe feceris mentionem de actione
personali, & de reali: quid sit utraque. dic ut s̃. de
acti. seu peti. §. sequitur. uer. sed quam uocas.

ADDITIO.

a *Videndum restat. §. 1. idem Dy. ubi supra, addens l. præsenti. C. de his qui ad eccle. confug. §. 1.*

b *§. 2. Per quam l. glo. statim alleg. hoc tenet ex eo quòd missio habetur loco cautionis, & ex cautione ageretur pro rata, ut ibi.*

c *§. ult. Ibi est dictum. Iac. Bald.*

d *Dixerunt. Vt refert Roff. in prin. huius tractatus. De hoc etiam est glo. 1. l. iubere. alia opinio adiungit causam noxalem. & hanc recitat gloss. ff. de dam. infe. si finita. § si plures. circa medium gl. & hoc placuit Simo. Vicen. ubi supra. Eadem gl. narrat, quòd in omnibus præter quàm in causa legatorum per l. is cui, ff. ut in poss. leg. & tamẽ aliter ibi no. scilicet quòd locũ habet, etiã in legato cuius cõditio non pendeat. de primo dec. §. 2. in fin. dixi.*

e *In alijs. Verba Roff. ut proximè dixi. Idem Dyn. in 5. q. fatetur tamen quòd secundum decretum quandoque datur ad uendendum, uel habendum in solutum quandoque ad possidendum. De hoc supra. §. proxi. & hic sequitur.*

f *Quidam. Scilicet Iac. Bal. cuius est iste uer. cum sequen. usque ad uer. Vber. autem de Bobio.*

g *Hoc. Quo casu dixit Dyn. ubi supra. q. 4. quod diuisioni resistens mulctandus erat Insti. de off. iud. §. pe. & ff. de uen. inspi. l. 1. §. quid ergo iudex ecclesiasticus illum excommunicaret: ut in decr. quoniam. in fin. In casu uerò, qui sequitur, scilicet quando diffitetur eum cohæredem, dicit Dy. onus probandi in eum transferri. ff. de no. ope. nuncia. si prius.*

h *Vber. de Bobio ubi supra uersi. quid facies tu.*

i *Frequentatur. Verbum Iac. prædictis, quod etiam ponit Io. de Deo.*

K *Actionib. Dy. q. 4. dicit esse casum ff. ex qui. cau. in poss. ea. apud Iulianum.*

l *Dixit. Præcedit hoc dictum supra positum.*

m *Quæritur. Reassumit uerba Iac. usque ad uersicu. Vbertus autem.*

n *Tu dic. Et melius secundum Iac. posuit etiam distinctionem quæ sequitur.*

o *Est. Secundum Iacobum.*

p *Secundum Vber. ubi supra, uersi. nota quòd transcursus. & ipsius est tractatus sequens usque ad uer. sed nunquid.*

q *C. si. Vide ad materiam infra de censi. §. 2 uersicu. pen.*

r *Exempto. Dyn. de hac quæstione, quæ gloss. Accur. sic se expedit, quòd secundum decretum in hac interponitur: & id solùm operatur, quod traditio facta à uenditore, scilicet dominij translationem, si tradens est dominus. aliàs usucapiendi potestatẽ, si tradens non erat dominus, per hanc legẽ. Sed quærit ipse Dy. an usucapiat emptor missus in possessionem ex secundo decreto ex actione ex empto, si sciat rem esse alienã. Allegat quòd sic ff. de noxa.*

si noxa-

si noxali. & l.seq. & de damno infect. prætoris. in prin. & quod ibi no.tenet ipse contrarium: quia, ut dixi factum iudicis repræsentat factum venditoris. ff. de euic. si plures. §.1. & venditore tradente non usucaperet propter malam fidem. ergo nec tradente iudice. & hoc locum habet in actione exempto: sed in alijs casibus in quibus qui mittitur in possessionem ex secundo habet locum quod in contrarium allegatur: ut not. ff. de dam.infec. cùm postulassem §. damni. Et secundum eum potest esse diuersitatis ratio, ut plus subueniatur ei, qui extra necessitatem, scilicet damni infecti, uel noxali mittitur in possessionem, quàm ei, qui ex causa à prin. uoluntaria. arg. illius §. damni. & ff. de fun.do.l.1. Facit de offi.deleg.ab arbitris. & quod ibi nota.l.6. & facit hic ad nota.supra.§. iam de effectu. uer. quid si missus. & §.iuxta. uersi. quid si alius. & uersi. seq. Adde, quòd missus in possessionem ex secundo decreto non præscribit, si habet scientiam rei alienæ, præterquam in causa noxali & damni infecti: tenet gl.quod communiter sequuntur doct.in l.1.si finita. §.si de uectigalibus. ff. de dam. infect. & hoc de iure ciuili. An autem de iure canonico habens scientiam rei alienæ præscribat in causa damni infecti, & noxali. Bart. tenet quòd sic, d.§.si de uectigalib. autoritate Ber. in c. pastoralis. de offic. ordi. quia factum iudicis, reputatur factum legis. Sed Paul.de Cast.Ang.Imo. & communiter nouissimi tenent contrarium: quia habens scientiam rei alienæ, est in mala fide: & malæ fidei possessor non præscribit.latius per Alexan.ibi uide.

ADDITIO. Et an præscriptio excuset à restitutione rei alienæ, uide pulchrè per Io.de Turrecre.in c.1.col.fi. uer. hic insurgit quæst.14. q.6 Hen.Ferran.

s Respon. Secundum Iac. qui tractauit quæ sequuntur usque ad uersi. ego non credo. & hoc in uersi. quæsitum est.

t Secundum eos. Tamen Accur. in præ.§. omnes. dicit notandum nouum modum adimendæ libertatis. Pro quo dicto facit etiam quod no.in præ.l.diui & Instit.de iure perso.§. pe. qui & satis facit ad casum. Sicut enim ius ciuile admisit illam maiori 25.annis, qui se uendi permisit, ad pretium participãdum, & uerè participauit: sic & tali uerè contumaci, qui negligit causam sui status prosequi ex contumacia, & tit. uehementi suspicione potuit iustè libertatem adimere.

u Credo. Idem Io. de Deo hoc tit. ultra medium.

x §.1. De hoc de Iudæis.c.2.in 3.glo. & super ea.

y Conditionalibus. Secundum Iac. Ros. uide supra de primo decreto.§.2.in fi.

z Si reus. Hoc usque ad uersi. hoc quoque. totum fuit Iac. ante finem.

a Et seq. Versi quid si reus. de quo inten. sequebatur olim de proxi.uer. quid ergo si. Sed propter additionem interpositam multum distat, ut ibi scripsi. & ibi habetur quod interposuit hic Iac. scilicet quòd uerus uasallus faciet seruitia domino.

b Vendicatione. Intentata contra possidentem. nam contra dolo desinentem possidere proceditur ut in personali, ut dixi in §.restat in fin.

c Decreti. Idem Iac.6.col.uer.in realibus.aliter.no. supra §.iam de effectu.ante fi.uersi.ultimò quæro. ubi dicit quod incipit, quando ipsa re uentum est in possessionem. Tractãdum imminet quòd dictum sit uerius, de quo minor, quòd plus à toto scribentibus non est tactum. Pro hac parte satis facit decr.prima, de do. & contuma. præsupposito quòd uerum est quòd illa decr. quæ fuit Alex. 3. longo tempore præcessit decre.contingit.eo.tit. quæ fuit concilij generalis Inno. 3. ibi enim text. loquitur in prin.de actore mittendo, non misso. & tamen ponderatur ibi annus. ergo necessariò dici oportet, quòd à tempore decreti incipiat annus à tempore missionis. Si hoc olim: ergo et hodie. Item contra tenentes contrarium quòd à tempore missionis, currat annus. & sic ubi non interuenit missio, non cœpit currere annus, propriè emanauit decre. contingit. quod patet ibi. & sic cùm secundum multorum assertionem, & c. Item reus, cui faueo, dimittendo ipsum in cultura & collatione fructuum, & postea lapsis fortè sex mensibus à tempore primi decreti possessionem recipio, & sic ipsius tædiũ allenio: beneficium, uel gratiam, quam sibi feci, contra me retorqueri non potest. extra de fideius. c.2.de Iudæis. & si Iudæis. Item ad hanc partem uidetur tex.expressus, de eo, qui mit.in pos. cùm uenissent.uer. sed iudices. Pro opinione contraria, quæ attribuitur Vberto, multum facit decre. quoniam.§.in alijs. ubi de decreto iudicis mentio expressa non fit, sed solùm de missione. ibi: mittendus est actor in possessionem, &c. & postea affirmatiuè. et negatiuè subditur de anno. ergo aliud principium anno dari non potest, quàm tempus missionis. quòd etiam ibi tenet Aegid. ut ibi scripsi super uer. intra annum. Item omnia alia iura loquentia de anno, uidentur illud referre ad tempus inductionis, missionis, traditionis, uel detentionis habita, uel facta de possessione. de primo decre. pastoralis. de offi. or. & decre.prima. de eo. qui mit. de secundo decre. secunda. illo eo.tit. de tertio decre. dilecto. de uerb.signi. de quarto. l.si quis emptionis. ad fi.

ad fi. C. de præscrip. 30. uel 40. an. Hæc autem quatuor uocabula non uidentur tempore decreti, uel pronunciationis non congruunt: improprietatis autem excusanda sunt, non sequenda: ut no. de nec. signifi præterea. in fi. ult. glo. Item cùm prædi. decre. pastoralis. in fi. nocet hanc annalem præscriptionem, uel quasi, & præscriptio sine possessione non præcedat. de re iudi. sine possess. lib. 6. ubi concord. per hanc secundam opinionem ueriorem. Item facit regula eo. titu. in pœnis. quæ uult in pœnis mitiorem partem sequi & hæc est talis. Est autem aduertendum quòd casus iste minus est dubius, quando scilicet iudex seruasset primam formam, no. supra eo. §. 2. dicendo, decerno Titium mittendum, &c. bona tamen est forma. nec ualet quòd ibi in fi. opponitur, ut ibi scripsi. per illa enim uerba, constat illum possessorem non esse, nisi propter dolum, uel potentiam rei sic fingatur: ut in c. contingit. & adhuc est dubium an hæc fictio trahatur ad tempus decreti, an uerò ad tempus resistentiæ? Quando uerò iudex secutus est tertiam formam ibi positam, quæ fuit Inno. & in decr. 1. de eo, qui mitti. in possessio. ut ibi scripsi dicendo, decerno, constituo, uel iubeo Titium uerum possessorem, & cetera: tunc ex ui uerborum uidetur ab ipsorum probatione currere annus. & locus esset opinioni Iacobi, licet, ut super illa forma scripsi, fatear eum non possidere, per l. cùm postulassem. in fin. primo respon. ff. de damno infecto. Hoc tamen faciet iudicis autoritas, & uoluntas, ut sicut curreret decendium appellationis interponendæ à tempore pronunciationis, sic currat contumaci annus purgationis contumaciæ ab illo tempore, licet non statim actor possessionem apprehendat.

d *Solu. ibi. In ultima gl. dicebat Dyn. in quæst. 7. quòd peti posset statui certum tempus absenti, post quod non audiatur de proprietate. Allegat ff. de dam. infect. à quo fundus. & de optio. lega. l. mancipiorum. Multa similia uide de probatio. licet. in prima glossa. & super ea. & infra tit. 2. §. 1. in fine. & ipse Dy. addit. in prædicta l. à quo. quod quia terminus ille non est determinatus à iure, erit arbitrarius. ff. de iure deliber. l. 1. in fi. & concor. ibi Accur. in ult. glo.*

e *Dixi, Sed Dy. quærit. ubi supra quæstione pe. an in secundo decreto requiratur missio re ipsa, an sufficiat iussus. Et uidetur necessaria missio. ff. de pigno. act. l. non est mirum. §. sciendum. econtra. cùm præcesserit missio ex primo: ergo sufficit iussus, sicut sufficit uoluntas uendentis, præcedente traditione ex alia causa: puta, depositi, uel commodati. ff. de acqui. re. do. qua ratione. § interdum. & Insti. eo. tit. §. interdum. cùm factum decernentis reputetur eius, contra quem decretum interponit. C. de eui. si ob causam, et no. Instit. de off. iud. circa fi. Soluit necessariam esse missionem, si ille non erat in possessione. facit C. de rei uendi. l. seruum. & ff. eo. tit. si ager.*

f *Secundo decre. Non allegat quod intendit. ibi enim nihil de hoc, sed de primo decreto posuit de hoc uersi. sed illud quæritur. in secunda col. sed illa multiplex probatio, de qua loquitur autor, est in tit. de bonis autori. iudi. pos. uersi. item quæritur multis modis. & propter auidos hoc scire, supplebo quod autor omisit. Et primam ipsius rationem non pondero. quæ fundatur super fine legis, si quis emptionis. ubi dicitur quòd passus missionem intra annum cauens, rem recipit. dicit ipse, ergo prius non habebat. si recipit. si litera diceret, possessionem recipiat. faceret pro eo. & sic inducebat illam Guid. de Suzar. qui tenet quòd possideat. Litera tamen de re loquitur. quia uerò illud sic inferri posset, etiam in personali, in qua ueniens & cauens rem recipit, ideo non placet. Sed pro eo bene facit litera præcedens, ibi: prior possessor. quæ si innuat missum esse secundum possessorem priorem desiisse. ut ibi no. Secunda ipsius ratio est, cùm possessio sit facti ff. ex quibus causis ma. l. denique. impossibile esse istud factum suppleri per lapsum anni quod tamen concedunt, qui negant eum intra annum possessorem. Probat per id, quod de hæreditate dicitur, quæ in his, quæ iuris sunt, sustinet uicem defuncti. non tamen in his, quæ sunt facti ff. de acquiren. re. do. l. hæreditas. l. in eo. de stipu. seruo. l. usufructus. quod ui aut clam. l. denique. Cùm ergo quod facti est in hæreditate non sit, & possessio est facti: ergo in illa non est. ff. si quis testa. liber esse ius. fue. l. 1. §. Scæuola. unde licet ad eam hæreditatem, & ex hoc omnia iura in me transeant, possessio tamen rerum non transit, nisi apprehendatur. ff. de acquiren. poss. l. cùm hæres. in prin. & ibi concor. ad utrũque dictum. & prout ipse dicit, non obstat ff ex quib. cau. ma. l. cùm miles. §. 1. ubi dicitur quòd possessio coniunctim descendit ad hæredem. Nam, ut in contrario not. usucapio. inchoata per defunctum, bene perficitur per hæredem possessione apprehensa, secundum Rofre. sed, ut ibi dicit tertius, id etiam quandoque contigit hæreditate non adita. quod intelligit Accur. dummodo res, quæ usucapiebatur, non fuerit per alium apprehensa. ff. de usucap. l. nunquam. 2. §. pe. Concludatur ergo hic, quòd usucapio licet ex possessione resultet, est ius. ff. de usucap. l. 3. quod hæreditas includit, ut supra. Idem in postliminio,*

cuius

euius fictio prodest ad ea, quæ iuris sunt facti: ut in præ.l.denique.ff. ex quib. cau. ma. Concludit ergo, quod id, quòd ius ciuile in prædictis facere non potuit, non faciet lapsus anni: & secundum hoc necessariò sequetur absurdum, quòd ex primo anno non possidet. finito anno esset necessarium secundum decretum in possessione tradenda in realibus eadem ratione, quæ in personalibus. quod dicit absurdum, & nonquam auditum. Aut oporteret concludi aliud absurdius, quòd ipse actor seipsum faceret iuridicum possessorem, & sic sibi ius diceret. quod esse non potest, etiam in possessione apprehendenda.ff.de acquir. poss.l. ex stipulatione.extra de priuileg.c.pastoralis. & ut inuicem Rofre.non impingas ei, quod ipse & alij fatentur, per lapsum anni missum in reali fieri incommutabilem possessorem, & sic etiam circa possessionem multum potest lapsus anni. Sed responde quòd illa potestas in iure, nō in facto consistit: sicut dicimus,
b *completa usucapione eum, qui triennio possedit, in re communi fieri dominum: ut in prædic.l.3.ff. de ususc. concludit ergo Roffre. miseros errantes esse illos Canonistas, uel alios, qui tenent contrarium suadens quòd hoc teneant si ueritatem diligunt. Inducit l.cùm ita.ff.de condi.& demonstra. ibi: imò si uerum amamus, &c.*

S V M A R I V M.

Secundum decretum à quibus iudicibus, & quo iure postulari debeat.

1 *Delegatus à papa an possit dare corporalem possess.in rebus, quæ non sunt suæ iurisdictionis.*
2 *Bellum per se indicere, solius Principis est: & an iudex ecclesiasticus possit in causa ad forum ecclesiasticum spectante bellum indicere.*
3 *Iudex unus an possit decernere missionem esse faciendam in bonis non suæ iurisdictionis.*
4 *Actor quo iure postulet interponi secundum decretum.*

RESTAT Videre à quibus iudicibus, & quo iure postuletur secundum decretū. Et uidetur quòd tantum ordinarij merū, uel mistum imperium habentes illud interponere deberent: ut prætor, præses, & huiusmodi ar. in authen.de exhi.& intro. re.§.si uerò.ff.ad municip.ea, quæ.ff.de dam.infect.dies cautioni.§. si fortè. Nam mittere in possessionem magis est imperij, quàm iurisdictionis: ut ff. de iurisdi. om. iud. iubere.& quia hoc decretum causa cognita interponitur: & uenit in cognitione, an reus sit absens iusta de causa uel non, & huiusmodi. quæ dic ut supra.§.nunc dicamus.in prin. Sed cùm causæ cognitionem desideret, uidetur per libellum, idest, per iudicem delegatum non posse expediri: ut ff.de off.præsi.nec quicquam.§.ubi.ff.de regu.iur. omnia. Alij dicunt quòd delegatus ab ordinario potest pronunciare de mittendo in possessionem, & maior, scilicet delegans debet re ipsa mittere
a in possessionem. [a] Hoc prosequere ut ĩ.de exec. sen.§.nunc dicendum.in prin. De primo decreto, à quo interponatur. dixi s. §. nunc uideamus. in
b prin. Et secundum Io.de Deo [b] is, qui potest primum decretum interponere, potest & secundum. ex̃.de eo qui mit. in pos. causa rei ser. per totum. ex̃.de off. deleg.ex literis. tamen secundum eum
c non sic est in diffinitiua, quam non fert [c] delegatus ab ordinario.ff.de re iud. à diuo. Delegatus autem à principe utrunque potest facere: ut not.in
1 præ.§.nunc dicendum. † Inno.papa 4.not.ex̃.de
d offic.delega.significasti. [d] quòd delegatus à papa non potest dare corporalem possessionem in rebus, quæ non sunt suæ iurisdictionis: puta in possessionibus laicorum, quando cognoscit de dote, & huiusmodi, ut ex̃. de dona. inter uirum & uxorem.de prudentia.ubi de hoc: sed per ordinariū iudicem ipsam dari mandabit.ff.de re iudi.à diuo. §.1.96.dis.cum ad uerum.11.q.1.de persona.in fi. ex̃.de iud.nouit.prope princip.in possess.autem & reb.ecclesiasticis dare potest possessionem corporalem, non solùm causa custodiæ, imò etiam uerã. argum.ex̃.de re iud.cum aliquibus.C.de iudi.properandum.ff.ad muni ea, quæ.cùm sibi liceat suam sententiam exequi: ut in pręc.c.significasti.& eod. tit.in literis. quod uerum puto, si sine armis, & contentiosa defensione eam dare potest. Alioquin id per ordinarium manu militari fieri iubebit.23.q.5.administratores.ff.de rei uen.qui resti. & in præd.l.à diuo.§.sed an secus. & in præ.l.iube
2 re. † Ipse enim per se nequit bellum indicere: quia hoc solius Principis est.23.q.3.c.1.& 2 Alij tamen dicunt, & bene, quòd ex quo causa spectat ad forum ecclesiasticum, iudex ecclesiasticus, siue sit ordinarius, siue delegatus, sententiam exequetur, & dabit possessionem corporalem, etiam in possessionibus & rebus laicorum. argu. in præ.§. præterea.alioquin delusoria talis iurisdictio uide
e retur.ut ex̃.de offi.deleg.ex literis. [e] † Illud au-
3 tem hæsitationem non habet.nam unus iudex potest decernere missionem esse fiendam, in bonis non suæ iurisdictionis. quod dic ut not.s.§.nunc uideamus. Potest ergo breuiter interponere maior iudex prætor, & præses prouinciæ, & quicunque habet merum uel mistum imperium, secun-
f dum Rof. [f] ut in præ.l iubere.& ff.ad municip. ea quæ.& ff. de dam.infect. dies.§.si fortè. Est enim hoc meri imperij, & cognitionem habe: pecuniariam: ut dixi supra, de iurisdi.om.iudi.uersi.sed an
4 bonorum pos.ad fi.& seq. † Sed quo iure postulat actor interponi secundum decretum? Respondeo per actionem in factum. argum.ff.de dam.infect.inquilino.quia non est expressum de nomine actionis: ut ff.de præscrip. uerb. quoties. Alij di-
g cunt [g] quòd iudicis officio, quod datur loco actionis deficientis: quod tutius est.3.q.1.redintegranda.& argum.ff.de iurisdi.om. iudi.l.1.& expone in præd.l.inquilino actio.id est.ius, quo cautio petitur.

tur.Simile ff.de act.& obl.actionis uerbo.& arg.ff.
h de suc.edic.l.1.§.decretalis. h

ADDITIO.

a *In possessionem. Hucusque uerba Iac.inducebat l. quartam.§.duas.ff.de damno infecto.quam allegat remissi.*

b *Io.de Deo. Cauil. lib. 4.ubi de secundo decreto. pe.col.*

c *Fert. Hoc non expressit Io. simpliciter dixit in diffinitiua si sic sentio.alle l.a diuo. Vnde magis puto eum intellexisse, quòd non exequitur,ut uult illa lex,in prin.quam non ferat.*

d *Significasti. Vbi scripsi in gl pen. & uide remissiones quas ibi dedi.in fi.*

e *Literis. Secundum G. sed Hosti. dicit primum instius per decre.postulasti.de foro competen.ut scripsi in præ.decr.significasti. ubi supra. Adde, ad hunc uersi.quòd iudex potest interponere. suum decretum super re existente extra territorium suum, & ratione personæ, & ratione contractus. Ita Bald. enlm. in l.magis puto. §. illud.ff. de re.eo. qui sub tu. Cautela tamen est secundum ipsum ibidem,ut uterque iudex interponat. ibi uide.*

f *Secundum Rof. De secundo decreto.in prin.*

g *Dicunt Roff. de primo decreto ante finem. & hoc tenet Dyn. ubi supra & de utroque decreto per l. 1.statim allegatam. Item secundum eum nulla est obligatio. ex quo nasci possit actio in factum. & æquum est cautionem interponi. Sequitur ergo id fiendum iudicis officio. Bene facit ff. de annu.leg. l.Quintus. Loquitur autem de cautione damni infecti. idem Simon in l. consentaneum. in fi. C. quomodo & quando iud.*

h *Decretalis. De hoc per Hostien.ubi supra. §.pen. in fi. & per Cyn. ubi supra in ult. quæstione. ubi tenet quod ex nobili iudicis officio,non ex mercenario,procedunt hæ missiones.*

SVMMARIVM.

Secundi decreti effectus quis sit.

1 *Dominium an possit ex primo decreto, in causa noxali transferri.*

2 *Creditor cui res insolidum data est, an per secundum decretum habeat iustam causam possidendi & præscribendi.*

Iustè possidere censetur,qui prætore autore possidet.

3 *Bona an & quæ possunt per secundum decretum uendi.*

VLTIMO Dicamus quis sit effectus secundi decreti. Et quidem magnus: quia per illud, aliquando dominium acquiritur,
a tur,& contumacis superbia refrænatur. a
ex.ut lite non contest.quoniam.in fi.ex.de eo qui
mit.in pos.causa rei ser.ca.1. hic tamen intelligas
sanè, quia in omnibus personalibus actionibus,in
quibus locum habet,non operatur secundum decre.eundem
effectum:nam in causa noxali, & dãni
infecti, constituit missum dominum, si reus, qui
non cauebat de damno infecto, uel qui respondebat
in actione noxali, erat dominus. Si uerò non
erat:constituit eum uerum possessorem & parat ei
causam usucapiendi, seu præscribendi. ff. de dam.
infe.si finita.§.Iulianus.ff.de acqui.posses. possideri.in
fi.ff.de noxali acti.electio.in fi. & l.generaliter.ff.si
ex noxa. causa aga.l.3.in fin. de dam. infe.
1 si finita.§. Iulianus. † Quidam autem dixerunt b
b in causa noxali ex primo decreto dominiũ transferri.nam
dicunt non inueniri quòd in ea secundum
decretum interponatur: ut in prædi.l. si ex
noxa.causa aga.l.2.§.pen.& in prædi.l. electio.in
fin.Vel dic ut supra.§.uidendum. in prin. uersicu.
item locum & sequẽ. In alijs autem personalibus
constituit missum possessorem: ut in præd.l.si finita.§.si
quis autem.ex.ut lite non contest. quoniã.
in fi.in hoc, scilicet ut exoneretur ab onere probandi
debitum:non tamen præscribit: quia quandocunque
dominus ueniens offerret debitum restitueretur
ei res sua: ut no.in præ. decre. contingit.&
in præd. decre.quoniam.in fin.nisi distracta
fuerit iudic.autoritate, uel in solutum data: quæ
remedia dantur post interpositionem secundi decre.ut
ibi not.secundum Io.& s.§.nunc dicamus.
uer.quòd si nullus.& uer.illud autem.& uersi. sed
quæ est. In realibus autem transcursus anni, qui
habetur loco secundi decreti facit quem uerum
2 possessorem: ut prædixi. † Item per secundum
decretum habet creditor, cui res in solutum data
est,iustam causam possidendi, & præscribendi: siue
debitor fuerit dominus rei possessæ,siue non &
usu capit,etiam sciens rem datam in solutum fuisse
alienam.ff.de publica.sunt & aliæ in fi.de noxa.
& generaliter not.ex.de re iud. abbate sanè.lib.6.
Et est ratio, quia iustè possidet,qui prætore autore
3 re possidet.ff.de acquir. pos.iustè. † Sed nunquid
missus utetur fructibus? De hoc s.§.sequitur. uer.
hoc autem notandum. Item per secundum decretum
uenduntur quandoque bona: ut s.§.a.uersic.
illud autem. Quid si post secundum decretum
interpositum uult dicere dominus quòd non fuit
cauendum illi, cui præceptum est cauere? Dicit
Rofr.non audiri:quia & si sit peremptoria post
interpositum decretum, opponi non potest quasi
nec per sententiam: ut C. sententiam rescin. non
c posse.peremptorias. nisi in mora c essent,uel absentes
Reipublicæ causa: uel nisi per ambitionem
sit interpositum.arg.de iud.si prætor.ff.de his,qui
sub tuto.uel curato.sunt magis.§.pen.& in præallega.l.si
finita.§.si fortè.

ADDITIO.

a Refrenatur. Hucusque Iac.
b Dixerunt. Dictum est Iac. Bald. qui dicit se in hoc esse solum de secundo decre. ad fin. 1. colum. sed Accur. in l. 2. C. vbi in rem actio. videtur eum sociasse in vltima gloss. sed Dyn. dicit in 8. quaestione gloss. illam intelligendam de secundo decreto. nam G. aequiparat causae noxali causam damni infecti: in qua certum est per primum decretum nec dominium, nec possessionem dari. ff. de acquiren. poss. l. 3. §. fi. & quae ex cau. in poss. eatur. l. cùm legati. Cùm ergo missus in noxali fiat dominus, vt patet per dictas leges statim allegatas, fateri oportet, secundum eum, secundum decretum interponi. ff. communi diuid. l. sed si res. Vide Cyn. qui refert Ia. de Rauen. tenere contrarium in praed. l. 2. q. 13. maximè ea ratione, quia in causa noxali fit missio in re mobili: sed in causa damni infecti fit in re mobili. & rerum mobilium vilis est, & abiecta custodia. ff. de acquiren. possessio. si rem.
c Mora. Debet dicere minores. & sic ponit Roff. de secundo. decreto. paulò ante finem.

Bald. De primo & secundo decreto.

CAVEAT autem iudex ne procedat ad dandam possessionem ante summariam cognitionem debiti. §. sequitur. post prin. G. Missio potest impediri per tertium possessorem. §. restat. versic. quid si apud G & no. in §. quòd si super rebus per Accur. C. ne vxor pro mari. l. ob maritorum. per glo. & Cynum, nisi possessio sit translata in fraudem. l. 1. C. de alie. iudic. per Cynum. Sed Bartolus dicit, etiam quòd tunc non proceditur per viam missionis, vt ipse notat in l. 3. C. de pigno. in sua repetitione. nisi possessio sit litigiosa, vel quasi. C. de litigio. auth. nunc si haeres. uel fortè facta causa mutandi iudicij. l. penul. ff. de aliena. iudic. mut. causa facta. Bal. Vide infrà de sententi. §. si tenuta. Quod iuramentum calumniae non est loco probationis: & non approbat gloss. ibi. l. thesaurus. ff. ad exhiben. uer. sed qualiter. Et ideo si per statutum accusatio damni dati probatur per iuramentum, non sufficit tempore producta accusationis iurare eam esse ueram, & non calumniosam: quia istud est iuramētum calumniae, non probationis, quae debet fieri post responsionem rei: ideo nouo iuramento opus est, & debet praestari intra terminum probandi. Et de facto seruatur Perusij in palatio. Bald. Et iunge huic infrà de iuramento calumniae. §. statutum. & §. iuramentū, & infrà de proba. §. si per statutum. In quibus rebus & iuribus cadit missio pro intellectu. §. si de uectigalibus. Et in quibus causis, & actionibus habeat locum nominatio domini in iudicio: & an missus lucretur fructu. eodem: § latissimè. per G. & Bar. in l. si finita. & §. si finita. et §. si fortè. ff. de dam. infec. & infrà, de re iudica. §. item not a quod. Vbi non cadit missio contestata litis non ante an possit ferri diffinitiua? dic quòd sic, si negotium est extraordinarium. uersi. si uerò negatur. & uersicu. quid si agatur actori. G. Iacob. But. dicit non exigi litis contestationem, in auth. qui semel in recollectis per G. facit ff. ex quibus causis maio. l. ait praetor. §. finali. Bald. Non ualet tenuta reo non citato legitimè. §. iam de effectu. uersi. quid si iudex ad postulationem. G. Ex illo titu. nenis fiat ei tria oriuntur remedia. uersic. ex quo tempe. G. Tenuta, quae potest dari tempore feriato, potest eodem tempore reuocari. nota. ff. de euictio. l. minor. & in l. 1. §. item nunciatio. ff. de noui. ope. nuncia. per Iacob. & si naluit, debent refundi expensae actori. Si autem non ualuit debent refundi res, per l. eum, quem temere. ff. de iudi. Valere autem potest, si statutum hoc dicat, uel in causis, in quibus non sunt feriae propter fauorem causae, uel propter fugam rei: ut nut. C. de fer. l. fina. in gloss. parua. quam no. Bald. Si quis mittatur in possessionem rei, nec non facto processu contra me: sed contra Titium mea autoritate eum deijcio. l. prima. §. si quis ideo. ff. ne vis fiat ei. & per Iacob. Item constitutio. l. si quis in tantam. non competit misso ex primo decreto secundum Iac. Ad materiam vide suprà de citatione. §. quando citatus. & supra tit. proxi. § pen. Quòd secundum decretum sit Interlocutoria, habes infrà, de sen. §. secundum decre. & ideo non oritur actio in factum. vt ibi. An post quadrimestre statim, & immediate sine alia dilatione dari possit secundum decretum, uide infrà de sent. §. an habuit. An missio vnius creditoris ex secundo decreto absorbeat ius alterius ex secundo decreto, uersi. sub rubri. de secundo decreto. sed pone quod unius. G. nam l. cùm vnus de bo. auteri. iudi. possid. non habet locum in secundo decreto sed in primo. Bald. Quod l. generaliter. ff. de noxa. quae dixi rem alienam praescribere. ponit specialem causam in noxali. & idem in damno infecto. ff. de dam. infect. praetoris. alleg. sententia non dat titulum praescribendi malae fidei possessori. per §. videndum. versicul. hoc quoque notandum. G. Nam

Nam sic daret Publicianam contra dominum: quod est falsum. no. ff. de publi. l. eum, qui. §. qui petenti. Bald.

a *De comparitione in termino.* 2 *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 *Actor qualiter in termino constituto, se habeat iudici præsentare.*
2 *Reus in termino constituto non comparens, à iudice condemnetur in expensis.*
3 *Reo in termino non comparente, quia iudex non assuit, quid sit agendum.*
4 *Instantia mater est omnium virtutum, in suo opere.*
5 *Reum dolosum, vel subterfugientem esse non patet, quia contra tales iura præsumunt, & iudices prouocant.*
6 *Reo, qui prius fuit contumax, comparente, in quo statu causa dicatur.*
7 *Comparens non incontinenti in iudicem debet consentire: & quibus verbis vtetur.*
8 *Iudicium ex tribus constat personis.*
9 *Reus vocatus ad iudicium, qualiter habeat suũ aduocatum edocere.*



IN præcedenti Titulo de contumacibus, & qualiter contra eos procedatur, prælibauimus. Sed quoniam uocati sæpe comparent: ideo & de hoc aliqua subnectamus. Ad quod notandum est, quòd citatus non debet iudicem contemnere: ut j. de do. & contu. §. restat. sed debet se humiliter & hilariter in termino iudici præsentare eo modo quo & de actore diximus s. de compe. iud. adit. §. uiso. Et tenetur quis comparere in loco, ad quem iudex illum citauit, uel ubi ius reddere consueuit. ff. de iust. & iure. l. pe. ff. de inter. ac. uoluit. nec debet in ueniendo difficultates ingerere: ut 13. q. 2. quam præposterum. ne iudicem contra se exasperet. 50. dist. in. si quis præpostera. Nam etiam non suus iudex, casualiter eum lædet: si quoquo modo iurisdictioni præest. ff. de iudicijs. si quis ex aliena. ff. si quis in ius uoca. non ie. ex quacunque. ex. de appel. si duobus. 16. q. 1. frater noster. Vnde etiam si dubitet de eius iurisdictione, semper uenire tenetur. ff. de iud. l. 2. §. sed si dubitetur. ex. de appel. cum parati. Sed & si certum esset non esse iudicem, tutius est ut ueniat allegare priuilegium suum: nisi manifestum & notorium b sit: ut dixi supra, de citatio. §. 1. ad fi. Potest b etiam per procur. comparere, si maluerit: ut C. de procur. l. fi. ff. de positi. l. 1. in fi. nisi dominus sit iu stior, quàm procurator. & nisi causa sit uehementior: ut in præd. l. C. non enim potest personaliter c citari, nisi in casib. ut ex. de iudicijs iuris. c Sed nec cogitur in grauibus eum constituere. ex. eo. querelam. & hoc quando per se uult & potest agere causam suam. 11. q. 1. te quidem ex. de iud. intelleximus. aliàs enim bene cogitur constituere.

1 Sed hoc prosequere ut s. de procu. † Sed & ipse actor in termino cum literis & instrumento citationis se iudici præsentabit, accusans aduersarij absentiam: ut C. de indi. properandum. §. si quidem. & facit eum reputari per iudicem contumacem, prout habetur s. de contumacia. §. sequitur quæ singula faciat redigi in actis. quæ præsentatio hoc modo scribetur in actis.

FORMA. Talis se coram tali iudice præsentauit, pro tali causa, quam cum tali habet seu habere sperat die tali, & hora tali. † Fit autem hæc 2 præsentatio, tam ab actore, quàm à reo corã quocũque iudice ordinario, uel delegato, seu arbitro. Quot autem actoris præsentatio sit facienda, pater: si enim reus non compareret in termino: & ideo iudex eum in expensis condemnaret. ut s. de cita. §. uiso de tẽporum. & in alijs. §. & postea diceret reus se iniustè condemnatum, eo quòd nec actor in termino comparuisset: ut no. ex. de do. & contu. actor. si actoris comparitio non apparet, sententia retractaretur: quia iudici non creditur, nisi quatenus constat legitimis. documentis. ex. de

3 proba. quoniam contra. † Quid si reus non comparuit ideo, quia iudex non affuit. de hoc infrà, de expensis. §. postremo. uersi. tu autem. quod etiam hora comparitionis scribatur: & utile est ut sciatur qua hora, & quo tempore incipit aduersarium expectare. arg. ex. de do. & contu. cùm dilecti. in fi. & ex. de sequestra. pos. c. 1. in fi. de procur. auditis. & an hora uenerit competenti: ut in præ. §. uiso. tota tamen dies ei cedit: ut suprà de aduo. §. sequitur. 2. uersi. item secundum. Si uerò sit procurator, se in termino coram iudice præsentet, & ei ostendat mandatum suum, & non occultet: ut ex. de appel. sæpe. in prin. & illud statim faciat in actis redigi ad cautelam. quod notarius in hac forma scribet.

FORMA. Die & hora talibus talis procu. P. se coram tali ordinario, seu delegato præsentauit, pro causa, quam dictus P. habet, uel habere sperat super hoc cum tali, & mandatum procuratorium eidem iudici obtulit continentiæ talis. ponatur totus tenor. & idem intelligatur de præsentatione syndici, uel actoris uniuersitatis.

4 † Scripta igitur actoris præsentatione, actor uigilet, & iudicem super suo negotio solicitet. Instantia enim mater est omnium uirtutum in suo opere. 83. dist. nihil. quod dic ut s. in prædicto. §. sequi

5 tur. † Reum quoque cautum esse oportet, ut non sit dolosus, uel subterfugiens. nam contra tales iura præsumunt. & iudices prouocant. 11. q. 1. Christianus. 3. q. 9. decernimus. ex. de præsum. nullus. de rescri. ex tenore. de testi. constitutus. ut iam suprà in prin. dixi. ideoque in termino, per se, uel per idoneum responsalem, hora congrua, & iudice pro tribunali sedente, sedulus se præsentet sic ut uideatur suam innocentiam uelle demonstrare, & suam præsentationem faciat in actis redigi non autem uebracior quidam faciunt, nimis tempestiuè,

pestiuè, uel tardè, ut actor expensas illius diei amittat: & terminus inutiliter elabatur. ex. de iudi. c. fi. & hoc plenius prosequere: ut in præ. §. sequitur. Si uerò reus prius fuerat contumax, & ob hor contra eum processum fuerat i nunc autem ad iudicium ueniat, siquidem passus erat missionem, non recuperabit possessionem, nisi prius restitutis expensis, & præstita idonea rautione iudicio sisti. Si uerò fuerat excommunicatus, similiter non absolutur nec admittetur, nisi prius restitutis expensis, & præstita huiusmodi cautione: quo facto fiet litis contesta. & ipse reus iurabit de calumnia: actor uerò non: quia ipse iurauit tẽpore missionis. quæ dic ut s. de cõtumacia. §. sequitur. uer. cæterùm si causa. & §. 2. uer. 1. & s. titu. proxi. §. 1. uer. interposito igitur. §. iam de effectu. uersi. ultimò no. quia & in multis alijs locis eiusdem tituli. Qualiter uerò actor, qui prius fuit cõtumax, admittetur no. s. de contu. §. nunc uobis. in prin.

6 † Attendas insuper quando reus, qui prius fuit contumax, comparet in quo statu sit causa. nam si sit lis contestata uel est talis causa, puta appellationis, uel alia, in qua potest in partis contumacia lite non contestata procedi, quod dic ut s. de test. §. nunc tractemus & sit processum in causa contra reum i ipse postea ueniens admittetur in eo statu, in quo inuenit causam unde si fit lis cõtest. uel iuratum de calumnia, seu de ueritate, uel testes producti, uel etiam conclusum in eius contumaciam, in eo statu admittetur ad sequentia, & non ad præcedentia. Vnde non audietur, si uelit libellum offerre, uel exceptiones dilatorias, seu fori proponere, uel iudicem recusare, uel petere ꝙ fiat litis contest. arg. ex. de re iud. inter monasterium. Cùm enim absens in casibus pro præsente habeatur, ut ex. de app. per tuas. de do. & contu. ueritatis. & de eo qui mit. in possess. causa rei ser.
d enim, qui. d ualet processus contra eum habitus, ac si præsens esset. & si præsens fuisset, non potuisset nunc ea proponere, si ab initio omisisset. de hoc infrà, de app. §. qualiter autem. uersi. sed
7 pone. & se. † Hæc quoque no. e quòd is, qui come paret, non incontinenti in iudicem consentiat, sed protestando dicat.

FORMA. Domine, uocatus à uobis uenio ad uos tanquam ad dominum, & amicum, auditurus quid uobis placet, & quare me uocastis: non tamen uestrum iudicium subeundo. Postquàm autem quis comparuerit, sine iudicis licentia non recedat: ut ex. de iu. c. 1. 12. q. 3 certum. De hoc s. de contu. §. 1. cam autem obtentam scribi faciat in hac forma.

FORMA. Talis ad petitionem talis, citatus hora congrua, in statuto termino ueniens, & se tali iudici offerens die, uel sufficienter hic expectauit, aduersario minime comparente, uel nihil aduersus eum dicente, licentiatus fuit à iudice. Congruam autem horam uoco à mane, usque ad uesperas, quia postea non tenetur iudex eum admittere. in auth. de iudi. §. sedebunt. et
f de offic. deleg. consuluit. f Expedit autem hoc ita scribi. Nam si alter postea ueniat dicens illum illicentiatum recessisse: oportet eum de licentia docere: aliàs contumax reputatur. ex. de

8 iudi. c. 1. 11. q. 3. certum. † Cæterum aduocatus in termino ueniens surgat dicens: quia iudicium ex tribus constat personis, scilicet iudicis, actoris, & rei: ut 4. q. 4. c. 1. & ex. de uerb. signi. forus. idcirco de his tribus ante omnia est uidendum, ne iudicium delusorium uideatur. ex. de iud. cap. causam quæ. quòd si reus per procu. compareat: petat actor copiam suæ procurationis ante omnia: ut C. de procur. licet. in princ. & petat inducias ad deliberandum super ea. De exceptionibus ergo contra præmissas personas competentibus, uide supra de actore & reo. & de procu. & de aduo. & de compe. iudi. adi. Item qualiter & quando proponentur, dicetur j. de exceptio. & j. titu.
9 proxi. † Hoc etiam not. quòd cum reus uocatus uenit ad terminum, debet docere suum aduocatum, ne ab actore, uel à iudice in aliquo circumueniatur: & protestetur, quòd coram eo comparet, saluis omnibus exceptionibus dilatorijs, & peremptorijs sibi competentibus: ut ex. de dila. c. fi. Et si ille sit iudex, petat sibi fieri copiã suæ iurisdictionis. ex. de off. dele. cum in iure. quæ sibi fieri debet cum die & consule: ut infrà de edit. instrumento. §. uidendum. uer. exhibenda. & nisi fiat, appellet secundum formas traditas infrà in tractatu libel. in tit. de appel. §. r. in 6. forma. Si uerò copiam fecerit, commissionem impugnet, si potest: ut supra de iud. delegat. §. penulti. & fin. alioquin petat terminum pro aduocato quærendo, si secum non duxit, quem si iudex neget, app. ut in prædict. forma. Si autem sibi concesserit, in termino sibi præfixo compareat, & libellum sibi porrigi petat. 4. q. 3. offeratur. ex. de libel. oblat. c. s, quod nisi fiat, appellet: nisi sit talis casus, in quo non sit offerendus. quod dic ut j. in tit. de libel. cõcept. §. nunc dicendum.

Quæ autem hic desunt, vide suprà de competen. iud. additio. §. fi.

ADDITIO.

a *Ex practicis autoribus solus Aegid. posuit hanc rubricam per hac verba: qualiter citatus se debeat iudici præsentare. est 8. & aliam, quæ est 15. qualiter reus se debeat coram iudice præsentare, verum est quod Ioan. de Deo libro iudicum parte prima, posuit rubricam præsentatio: sed non prosequitur illam ad propositum: sed tractat quòd partibus præsentatis, iudex debet laborare ad componendum: & si id non potest, quid habet agere in ciuili, & criminali. Bonagui. etiam ultra medium operis posuit rubricam: qualiter citatus loqui debeat coram iudice. Autor autem huic rubricæ pabulum difficile non parauit, nisi in principio, dum uoluit quòd reus licet superbus humiliter, & licet melancholicus, hilariter coram iudice compareret.*

b *In praecedenti potest. Verba Aegidij usque ad versi. quid si reus.*
c *Iuris. Lib. 6.*
d *Qui. Lib. 6.*
e *Not. Secundum Bonagui. ubi supra, & rubricis sequentibus. consulebat etiam quòd suum notarium secum duceret ad infrà scripta scribenda.*
f *Consuluit. Et vide quod ibi scripsi in glo. ex hoc collige.*

ADDITIO. Adde tu & vide Alex. in l. liber homo. qui bona. §. 1. in fi. ubi quòd si in citatione apponitur dies, & non hora: intelligitur de hora congrua & consueta, secundum Innoc. in c. cùm nobis olim. de elect. sed ubi non appareret de hora congrua, uel plures essent horae congruae, ualeret citatio: & intelligeretur de illa hora, in qua posset quàm primum commodè comparere: ut ibi per eum. Vide tamen Bar. l. qui ante calendas. ff. de verborum obligatio. Hen. Ferran.

a *De libelli oblatione.* 2 *Rubrica.*

SUMMARIUM.

1 *Causa, quae in libello inserenda est, litis fundamentum dicitur.*
Dilationes & exceptiones super principali, an possint dari, uel proponi ante libelli oblationem.
2 *Destitutus, exceptionibus, quae possunt in iudicio ante libelli oblationem proponi, quomodo se habere debeat.*
3 *Aduocatus actoris reo defendere se volente quae debeat habere.*
4 *Officium iudicis est in libello iudiciali, quare debet ipsum diligenter inspicere.*
5 *Forma protestationis facienda ab actore recipiense libellum in iudicio.*
6 *Reus an coram non suo iudice teneatur libellum recipere.*



N praecedenti Titulo docuimus qualiter uocatus debeat in termino comparere: sed quia uocato
b uenienti [b] ante omnia post citationem libellus est offerendus: ut 3. q. 3. offeratur. ideo & de hoc aliqua perstringamus. Ante omnia ideo dixi:
1 † Nam causa, quae in libello inserenda est, ut ex. de libel. obla. c. fi. fundamentum est litis, C. de eden. edita. & ex. de uerb. sign. forus. §. causa. & ubi non est fundamentum, superaedificari non potest. 5. q. 1. cùm Paulus. ex. de presby. non bapti. c. 3. arg. tamen contra. ex. de prob. quoniam contra. ubi proponit dilationes, & recusationes, & exceptiones. sed illud intellige de dilationibus inter unam citationem & aliam, de quibus not. s. de cita. §. nunc de tempo. Item etiam recusatio proponi potest ante libelli oblationem: ut in praedi.
c decre. [c] sed argu. contra. 3. q. 3. offeratur. [d] Item quòd ubi dicit exceptiones, intellige de exceptionibus competentibus contra iudicem, & personam actoris, & contra rescriptum. Nam dilationes, & exceptiones, super principali non possunt dari, uel proponi, uel saltem probari cum effectu ante libelli oblationem, uerbo tamen etiam antè proponi possunt, sicut & factum ante proponitur quandoque: ut suprà de compe. iud.
2 adi. §. uiso. de hoc. 3. de exce. §. dicto. † Cum igitur uidebis te destitutum illis exceptionibus, quae possunt ante libelli oblationem proponi, recipe libellum sub protestatione infrà scripta: uel dic quòd prius debet libellus recipi quàm aliqua exceptio admittatur. quod dic ut infrà de exceptio. §. nunc uidendum. uer. illud quoque no. Licet autem dixerim comparenti libellum ante omnia porrigendum: non tamen ob hoc excludo quorundam laudabilem morem, qui ante omnia factum iubent uerbo proponi: ut ex. de iudi. pastoralis. & de lit. contest. c. uno. ibi: cùm non narrationem, &c. quo facto statim reum super eo interrogat. Qui cofiteatur statim ei praecipiunt, quòd satisfaciat, de quo praecepto no. infra, de sent. §. 2. uer. est quoque. Si uerò negauerit, faciunt sibi dari libellum: per hoc enim lites possunt minui: quod faciendum est. ex. de dolo. & contuma. finem. ff. si certum peta. quidam. ff. de aqua pluuia. arcen. in summa. extra. de rest. spoliato. freques.
3 † Actoris ergo aduocatus reo defendere se uolente, debet libellum triplicatum habere paratum, & ipsum debet legere, & unum iudici offerre:
4 iudex uerò diligenter ipsum inspiciet. † Quia eius officium in libellis est: ut ff. de off. asses. l. 1. in fi. quo approbato, factaque collatione utrum concordent: debet alium sibi retinere, & alterum parti offerre. quod dic ut in prae. §. uiso. & infrà de libel. conceptio. §. restat. alioquin iudex faciet reo copiam sumptibus actoris: in quo contineatur quod reo obijcitur, uel ab eo petitur: & alia, ut in eo. tit. §. quod autem. ut ille habitis induciis deliberare ualeat, an cedere, uel contendere uelit, & debet: ut in praedict. auth. Prius tamẽ quàm libellum recipiat actor, caueat. quod dic ut
5 nota. infrà, de satisdatio. §. 1. † Quo facto eum recipiat sub hac protestatione.

FORMA. Saluis omnibus exceptionibus, & defensionibus mihi competentibus, tam contra iudicem, quàm contra partem, quàm contra forum, quàm contra libellum, uel rescriptum, & quibuslibet alijs dilatorijs, & peremptorijs, recipio hunc libellum: ut infrà, de libel. concept. §. sequitur. in princip. Et hanc protestationem in actis faciat redigi ad cautelam, si uult: quia ad hoc necessariò non tenetur: nam ea omissa eas proponere poterit. ff. de iudi. non uidetur. C. de probatio. exceptionem. Facta autem huiusmodi protestatione, non nocebit ei receptio, quo minus possit omnes dilatorias proponere ante

ante litis contestationem, ut in prædicta l. non ul. detur. C. de exceptio. l. pen. & fi. & etiam expedit ut post receptionem libelli eas proponat, quia eo uiso habebit uiam multiplicem ad excipiendum. C. de eden. edita. Si autem iudex pronunciauerit libellum non recipiendum, uel non dandum, appellari potest 4. q. 3. offeratur. ex. de libel. oblatio. c. 1. nisi in casibus: ut j. de libel. concep. §. nunc di cendum. Hæc autem omnia redigantur in actis.

6 † Cæterum reus coram non suo iudice non tenetur libellum recipere: imò ante receptionem, & etiam post, eum ualet recusare. Quod dic ut s. de recusatio. iudi. & iam dixi. Hanc uerò materiam hic amplius non prosequimur. nam eam infrà in titulo de libel. conce. plenius explicabimus Deo dante. Libello autem recepto iudex eum legi faciat reo præsente: & eo lecto, quærat à reo utrum sciat, uel credat, uel fateatur quæ in libello continentur: & si reus confidit de iure suo, uel timet expensas; potest statim litem contestari & respondere quòd nescit, uel non confitetur se ad petita teneri, si rei ueritas sic se habet: sed quia raro id contingit. Nam sæpe sibi competunt defensiones, & exceptiones ante litis contestat. ideo petat terminum ad deliberandum sibi dari, scilicet an uelit contendere, uel cedere: & deinde ad proponendum dilatorias: & nisi concedatur, appellet: ut infrà in tractatu libel. de appellatio. §. 1. in 6. forma: & de his dilationibus consequenter dicamus.

ADDITIO.

a *Tractatores huius materiæ posui super rubrica de libellorum concep. excusationem autem autoris de hoc tracta. hic posito, uide suprà de actione uel petitione super rub.*

b *Venienti. An uerò sufficiat præsentia rei sine citatione, uide infra de libel. concep. § sequitur. in fi.*

c *In præd. decr. Nolebat ergo Io. de Deo quòd libellus mitteretur in citatione, ut dixi de cita. §. iam de citatione. uer. uiso. ad finem.*

d *Offeratur. Vide uersi. illud quoque ad quem infra remittit.*

ADDITIO. *Vide Ioan. de Turre Crema. in d. c. offeratur. ubi late tradit cui sit offerendus libellus, & quando, à quo, ubi, & qualiter, & cuius expensis tradi debeat. Hen. Ferran.*

a *De dilationibus.* *a* *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 *Petens nomine alterius actionem sibi dari, debet satisdare de ipso defendendo in reconuentione arbitrio boni uiri.*

2 *Vacatoriæ, siue feriales dilationes, quæ dicantur.*

3 *Terminus simpliciter datus ad omnes dilatorias proponendas, intelligitur peremptorius.*

4 *Citatus ad diem feriatam an teneatur die sequenti comparere.*

5 *Dare scripturam an sit actus iudicialis, & an possit die feriata dari.*

6 *Præceptum de faciendo aliquid intra talem diē, an sufficiat in ultima die fieri.*

7 *Ad proponendas, & probandas exceptiones in iudicio, præfigendus est terminus arbitrio iudicis, nisi in exceptione excommunicationis & spoliationis.*

8 *Termino assignato ad dandum omnes exceptiones dilatorias elapso, an possint probari ante litis contestationem, exceptiones litis contestationem impedientes.*

9 *Dilatio ad probandam dilatorias exceptiones nō indulgetur in causis, quæ apud sedem apostolicam uentilantur.*

10 *Appellatio si negetur in curia, an appellans habebit dilationem ad probandum in prouincia appellationem.*

11 *Dicens post litis contestationem non esse appellatum peremptorie excipit.*

12 *Probationes exceptionis peremptoriæ, an & quomodo cogatur quis ad curiam secum ferre.*

13 *Exceptio excommunicationis, si per iudicem, uel testes, uel propter proponentis infirmitatem non possit probari intra tempus deputatum, uel propter fraudem aduersarij, uel propter aliam iustam causam an tempus currere habeat.*

14 *In exceptione excommunicationis, an habeat tempus currere ipso iure: licet à iudice non præfigatur.*

15 *Exceptio excommunicationis intra octo dies est apertissimis documentis probanda.*

16 *Probatio non apparens non dicitur apertissima.*

17 *Publicatio, uel sententia non probant, sed probatum declarant.*

18 *Dilationes deliberatoriæ quæ sint.*

19 *Dilationes deliberatoriæ possunt iudicis arbitrio abbreuiari, uel prorogari.*

20 *Libellos plures offerens coram iudice, & pro causis diuersis, an diuersa tempora aut termini diuersi ad hoc requirantur.*

21 *Dilationes quo casu non sint auferendæ.*

22 *Dilationes præparatoriæ quæ sint.*

23 *Notabile dictum circa inducias, pro quærendis aduocatis.*

24 *Dilationes executoriæ quæ sint.*

25 *Prosecutoriæ dilationes quæ sint.*

26 *Induciæ non iudiciales sunt plures.*

27 *Ius siue index dat diuersimodas temporum præscriptiones seu dilationes.*



QVIA libello recepto datur dilatio ad deliberandum, ut supra tit. proximo diximus: inde sumpta occasione aliqua de dilationibus supponamus, dicentes.
Quot sint species dilationum.
Quis ipsas dare debet.
Quando.
Quibus, & quoties.
b Et qualiter dentur. b

DILATIONVM

ALIAE

Iudiciales.	Extraiudiciales.

IVDICIALIVM

ALIAE

Experiundoriæ.	Citatoriæ.
Repræsentatoriæ.	Sistitoria.
Defensoria.	Denunciatoria.
Electoria.	Inchoatoria.
Inquietatoria.	Vacat. siue feriales.
Reuocatoriæ.	Exceptoriæ.
Restitutoriæ.	Præparatoriæ.
Deliberatoriæ.	Probatoria.
Dubitatoria.	Diffinitoria.
Reuocatoria.	Appellatoriæ.
Executoriæ.	Supplicatoria.
Prosecutoriæ.	Solutoria.

c Restitutoria. c

d De quarum singulis per ordinem uideamus. d

e Experiundoriæ sunt ex̄. qui ma. acc. pos. c. fi. e C. de
f ingen. ma. diffamari. f Citatoriæ sunt, quæ dantur uocato ad causam quod dic ut s̄. de citationibus. §. nunc de temporum. & computātur uiginti milliaria pro diæta. ff. si quis caut. l. 1. ff. de uerb. signific. l. 3. Repræsentatoriæ sunt, de quibus habes ex̄. de appel. personas. respon. 1. & c. sæpe. de elec. dudum. 1. de renuncia. ueniens. Item potest dici repræsentatoria, uel exhibitoria, quod idem est, si quis promittit se exhibiturum aliquem in iudicio: & si quidem spatium sex mensium ei concessum fuerit, in quo debeat exhibere, adhuc tantundē sibi concedi: ut C. de fideiuss. sancimus. Sistitoria est, quia si conuenit quo die stetur, in iudicio standum erit. si autem non conuenit, erit in arbitrio
1 iudicis. ff. qui satisda. cog. de die in prin. † Defensoria est, quia si quis nomine alterius petat actionem sibi dari, debet satisdare de ipso defendendo in reconuentione arbitrio boni uiri: ut ff. de procu. seruum. §. ait prætor. & debet sibi dari dilatio, quæ est C. de fideius. l. pen. Denunciatoria est, qua petitur dilatio, ad denunciandum aduersario ut ueniat: quia debet dari ea, quæ est. C. ubi de crim. agi. opor. authen. qua in prouincia. & C. ubi in rem
g actio. l. 2. g Electoria est, quæ datur ad arbitros eligendos: & hoc est trium dierum: ut C. de iudic.
h apertissimi. & l. fin. h Inquietatoria est, si quis dicit iudici: Domine, talis intendit mihi quæstionē mouere cum uoluero iter arripere recedendi. unde iubeatis ei si uult dicere quicquam, dicat usque ad certum tempus. & hæc dilatio non est à lege statuta, sed iudicis arbitrio committitur. C. de inge. ma. diffamari. & hæc similis experiundoriæ.
i i Inchoatoria, est duorum mensium. C. de lit. conte. authen. libellum. quæ est 3. q. 3. §. spatium. Reuocatoriæ dantur ei, qui ius habet reuocandi domum. ex̄. de dila. c. fi. de foro compe. c. fi. 5. q. 1. c. 1. Reuocatoria etiam alio modo dicitur, si quis responsionem factam positionibus uelit reuocare. & hæc est dilatio trium dierum, secundum quosdā, C. de erro. aduoca. l. 1. j. de confessio. §. postremo.
2 † Vacatoriæ siue feriales sunt ex̄. & C. & ff. de ferijs. & 15. q. 4. per totum. Restitutoriæ sunt, quæ dantur spoliatis post restitutionem, ut quiescant, nec cogantur spoliatoribus, uel alijs ante restitutionem respondere: quæ sunt ad minus septem
k mensium, nec maiores anno. 3. q. 2. eiectis. k Vel dic, quòd sunt arbitrariæ. ead. q. si episcopus. Hodie tamen his nō utimur in causis. Est tamen arg. quòd possumus eis uti: ut ex̄. de restit. spolia. fre
l quens. l uel saltem tanto tempore debet pacificè possidere, quanto stetit spoliatus priusquam respondeat: ut ea. q. prius. & c. tandiu. 2. q. 1. præceptum est. Sunt & aliæ restitutoriæ, quæ sunt 4. annorum scilicet quæ dantur ad petendam restitutionem. C. de tempo. in inte. re. l. fi. Exceptoriæ sunt, quæ dantur ad proponendas: & ēt probandas, exceptiones. ex̄. de excep. pastoralis. & ex̄. de offi. deleg. prudentiā. §. 6. & c. suspicionis. de app.
3 cum speciali. † Et not. quòd si datus est terminus simpliciter ad omnes dilatorias proponendas: talis terminus peremptorius intelligitur, licet non sit de peremptorio expressum: ita quòd non licet ultra illum aliqua proponere. & sic obtinuit arg.
m præ. decre. pastoralis. m & de proba. licet. C. de dila. l. 1. in fi. ff. de fer. oratione. & l. fi. cum his quæ
n ibi no. & arg. de rescrip. cum in multis. n † Sed po
4 ne, iudex ita dicit à die crastina usque ad septem dies proponas omnes exceptiones dilatorias, tam contra personam, quàm contra alia. ultima dies termini inuenitur feriata, nunquid die post illam sequenti poterit eas proponere? & uidetur quòd sic: ar. ex̄. de in inte. re. tum ex literis. prope fi. Nā & citatus ad diem feriatam tenetur die comparere sequenti. ex̄. de dolo & contu. cum dilecti. ubi fuit citatio facta per dictionem usque. & de accus. ueniens. dic contra. Nam odia sunt restringenda. potuit enim eas proponere. 1. uel 2. uel 3. die dilationis, & sic de alijs. super hoc uide concor. j. de ap. §. restat, uer. sed nunquid dies. secus si dictum esset, tali die proponas: quia si dies illa fe-
o riata esset, deberet die sequenti proponere. o † Si
5 uero dictum esset, da tuas exceptiones in scriptis, tunc etiam in die feriata eas dare potest: quia dare scripturam non est actus iudicialis. & iunge quod
p not. supra de cita. §. uiso. ad fi. p & §. 1. uer. Item
6 excipitur quòd citatio fit. † Quid si dicatur intra talem

talem diem hoc facias? Dic quòd in ultima die hoc facere poterit. De hoc in præ. uersi. sed nunquid dicis. & ſ. uer. sed cum. & idem iuris est, ubi datur ad aliquid faciendum dilatio decem pluriumve dierum, & adijcitur: alioquin ex tunc ita fiat. non sufficit hoc fieri ultima mora decendij. Hæc enim dictio tunc, extremum decendij tempus significat: ut ff. de condi. & demon. si ts. §. si
7 ita. ff. de uulg. & pup. sub. l. in substitutione. † Sed quid: ecce datus est mensis usque ad quem proponat aliquis omnes dilatorias, tam contra rescriptum quàm contra impetratorem, uel iudicem: quòd si nullas proposuerit, ueniat responsurus libellis. q non uenit in termino, nec post expectatus per octo dies: nunc autem uenit petens terminum ad exceptiones proponendas. probat enim se ultima die præfati termini fuisse legitime impeditum: uult tamen ad præsens aliqua proponere: quæritur an sit admittendus. Respon. Ioan. de
minat duo tempora præscriptionum contra Romanam, uel alias ecclesias. Decre. ab eo. de app. tempus petendorum apostolorum. cui conuenit cle. eo. tit. quamuis. Decret. statutum de præben. tempus conferendorum beneficiorum in curia uacantium. Decretalis unica de iure patro. tempus præsentationum faciendarum per patronos clericos, uel laicos, Decreta. eos, qui. de regu. determinationem facit circa annum probationis. Quando etiam incipiat currere tempus datum in literis gratiæ ad acceptandum, determinat ele. de con. præ. c. 1. insi. Propter id quod supra, dixi sub uer. uenio ad terminum de. c. 1. de elec. lib. 6. quæro si episcopus, à cuius prouisione appellatur ad papam statuit appellanti certum terminum ad prosequendum, uel ad aliquam prosecutionis speciem. per id sit recessum à prouisione illius decr. Et dicendum est quòd non: quia iam per hoc sequeretur constitutionem papalem, per inferiorem particulariter tolli posse. quod est falsum: ut in cle. Romani. de elec. cum cõcor. Item est certum quòd quando duo disparis potestatis concurrunt ad idem, minor cedit maiori. extra, de offi. leg. uolentes. de appel. si duobus. posito quòd episcopo ius ignorare non liceat. Ad idem. ff. de duo. reis. l. si reus de fideius. l. generaliter. Concurrentibus igitur termino, uel quod plus est, deuolutione iuris, & iudicis, cùm potestas iudicis pendeat à iure. ergo patet terminum, & deuolutionem iuris potentius operari, cùm sit primus agens, & iudex secundarius. Item à ponderatione temporis est etiam iuris terminus prius agens. in momento enim appellationis factæ ligat terminus iuris. Per quod patet terminus hominis sequitur. Et sic conclude quòd ius est primum agẽs, & prius agens. ergo prouisio eius durat, & hominis prouisio non deuoluit, quod iam inuenit deuolutum, facit. ff. de procura. licet. §. ea obligatio. & quod ibi no. in gl. pe. præcipuè cum terminus hominis sit proditus in defectum, scilicet quando ius non statuit terminum. Imò potestas data iudicibus per iura uetera de tali termino statuendo in illo beneficiali casu uidetur esse sublata. Patent exempla in decre. quàm sit. & decre. licet canon. & similibus superius allegatis. Item constat quòd licet per iura uetera poßit iudex à quo statuere terminum appellanti ad iter arripiendum uel ad se præsentandum de ap. personas, ubi de hoc. & c. se. non tamen terminus ille arctabat appellatum, nec deuoluebat negotium. quod facit terminus decre. illius, quæ arctat non solum appellantem & appellatum, sed etiam alios quorum interest. quod ergo tali iudici olim non licuit multò minus hodie. Vnde uidemus etiam in non beneficialibus terminum datum à iudice à quo non arctare appellatum, nec deuoluere negotium, licet appellatus se arctare: & illud deuoluere poßit, si hoc petat, per decret. cordi. de ap. lib. 6. Concludit ergo cùm episcopus nullam potestatem habeat deuoluendi per terminum datũ ab eo inutiliter de prouisione illius decre. nil immutatum. Adde quæ not. per Barto. & nouißimos in l. cùm stipulatus sim ff. de uer. ob. ubi ponitur an terminus datus ab homine tollat legalem.

Dilationes concedere cuius sit.

SEQVITVR Videre quis concedat eas. Et quidem ius, ut patet in præ. concor. uerunta-men repræsentatorias & reuocatorias, & exceptorias, & quasdam alias concedit iudex, ut in præ. concord. & breuiter omnes dilationes iudiciales, præter quàm appellatoriæ arbitrariæ sunt: quod dic ut in Summa do. mei eo. titu. §. quis ipsas. & not. extra de app. cùm sit Romana. [a]

ADDITIO.

a *Romana. Vide quod no. extra de senten. excommu. solet. in glo. dixit Ber. & quod ibi dixi. & de reg. iur. indultum. lib. 6.*

SVMMARIVM.

Dilationes quando sint concedendæ.

1 *Dilatio petenda est & danda iudice pro tribunali sedente, causa cognita, & utraque parte præsente.*

2 *Processus nullus non potest ratihabitione confirmari.*

3 *Stipulatio iudicio sisti an cõmittatur ubi iudex statuit terminum partibus quem postea ad petitionem rei prorogauit actore ignorante: qui actor conuenit primo termino: reus autem nõ, sed secundo.*

4 *Termino peremptorio ad dandum omnes exceptiones peremptorias dato: an eo elapso poßit eum iudex prorogare.*

5 *Termino dilationis elapso, an poßit iudex altera parte inuita alium aßignare.*

6 *Reo uolẽte aliquam dilatoriam proponere, quid actori incumbat petere.*

7 *Auth. auferatur. an per decretum pastoralis. tollatur.*

8 *Iudex semper potest ante litis contestationem recusari.*

9 Volens

9 *Valens exceptiones proponere, die ad eas propo-*
nendum aßignata, si terminus labatur, & in
dicis præsentia non poßit haberi, qualiter se
debeat habere.

NVNC uideamus quando concedantur.
Et quidem cum bona fide & non ex ma
litia causæ, s. prorogandi litem petūtur.
Materia enim dandarum dilationum
amputanda est. C. de temp. ap. l. 2. in prin. Præsu-
muntur autem peti bona fide in casibus a iure
concessis, & postquàm iuratum est in causa. quod
si non est iuratum & index dubitat, an malitiosè,
seu calumniosè petūtur: exigere potest super hoc
iuramentum. Prima tamen facie præsumitur cō-
tra petentem dilationes, & contra accipientem:
& conceduntur etiam ante litis conte. & post, &
ante sententiam, & post. quæ die secundum do.
meum in sum. eo. titu. & quando. Item hoc scias
quòd dilatio petenda, & danda est iudice pro tri-
bunali sedente, & causa cognita, & utraque parte
præsente. C. de dila. à procedente, quæ est 3. q. 3. §.
1 spatium. † Sed pone ecce reo absente iudex actō-
ri præsenti uel econtrà, præfigit terminū ad pro-
ducendum instrumenta, uel ad docendum de suo
a interesse, uel similia: a præsens uerò respondet:
domine id non potestis facere parte absente, dicit
iudex: bene habebit absens hoc ratum. domū ab-
sens ueniens ratificat talem terminum apud acta.
quæritur an ualet talis assignatio. Et uidetur quod
non, per præ. l. à procedente. Cum enim talis a-
ctus sit iudicialis, ut ibi, extra de proba. quoniam
contra. non potest fieri parte absente. extra de
cau. pos. & proprie. c. 1. C. si per uim uel alio mo-
do pos. tur. fu. l. fi. extra de ma. & obed. inter qua-
3 tuor. † Quia quæ causæ cognitionem desiderant
per libellum, i. per sententiam, partibus absen-
tibus latam nequeunt expediri. ff. de reg. iur. om-
nia. Ad idem facit. ff. de re iud. de unoquoque. ff.
famil. her. in hoc iudicio. ff. quæ sen. sine ap. re. l.
1. §. item ex eo. Si ergo nullus est talis processus,
non potest ratihabitione confirmari. 16. q. 3. §.
potest. extra de elec. auditis. In contrarium pro-
batur. nam hoc peremptorium habet uim interlo
cutoriæ, ut ff. de arbi. qualem. aliàs incipit dice-
re. prope fin. & interlocutoria fieri potest parte
absente, ut ff. e. diem proferre. in princ. prædi. au-
tem l. de unoquoque. quæ est contra loquitur in
diffinitiua cum multis concor. Item dicit lex quod
iudex monita parte per se quòd sententiæ adsit
potest sentētiare, licet absit. nec dicit quòd utra-
que pars debet interesse huic monitioni. C. quo-
modo & quando iudex. l. 3. Præterea hic de facto
absentis non agitur: nec sibi terminus assignatur:
nec sibi in aliquo præiudicatur. quibus casibus e-
ius præsentia requiritur: & sic loquuntur prima
iura. sed solùm præsenti terminus præfigitur. Si-
ue ergo absens ratificet siue non: ualet quod agi
tur si non contradicit. ar. extra de in inte. resti. ex
literis. & c. seq. prope fi. & de dila. cap. 1. in fi. & de
dolo & contu. c. fi. de offic. dele. consuluit. Item
multum operatur quòd iudex posuit spem in ra-
tihabitione rei, ut 9. q. 2. Lugd. & no. e. q. c. 1. Hoc
ultimū approbauerunt multi sapientes à me con
sulti. Cùm enim in fauorem eius indultum sit, ne
eo absente detur dilatio, ut in præ. l. à procedente,
non habet hoc in eius læsionem retorqueri.
C. de legi. quod fauore. quod fieret si hæc assigna
tio facta fortè in eius fauorem non ualeret. Valet
igitur & arctat secundum eos talis termini assi-
gnatio præsertim absentis ratihabitione secuta,
dummodo huius ratihabitio ante ipsius termini
lapsum fiat: & ei cui datur insinuetur. ff. rem ra.
hab. bonorum. quidam tamen contradixerunt.
3 † Sed pone iudex statuit terminum aliquem par
tibus quem postea ad petitionem rei prorogauit:
actor uerò uenit in priori termino. reus autem
non uenit in illo, sed in secundo: quæritur an sit
commissa stipulatio iudicio sisti. Et uidetur quòd
non propter iudicis autoritatem. ar. C. qui admit.
ad bo. posses. l. bonorum quidem. in fin. C. de iur.
deli. si infanti. §. fin. ff. ad Treb. seruo. §. cùm præ-
tor. ff. de re iud. si conuenerit. ff. de arbit. diem.
prope fi. argum. contra, in præ. l. à procedente. in
princip. & extra de rescriptis. cæterum. in fine. C.
quomodo & quando iud. ea quæ. Distingue aut
reus suggesto mendacio obtinuit dilationem:
& tunc committitur. C. si ex fal. alle. l. 1. & per to-
tum. Aut ex uera & iusta causa: & tunc excu-
satur. ff. de excu. tuto. qui testamento. ff. de aqua
plu. ar. l. quamuis. extra de rescriptis, super lite-
ris. tamen si reus interim præscripsisset ius actō-
ris: nihil debet sibi imputari, ut dicunt quidam.
Iudex autem ut dicunt testituet damnum parti
4 læsæ, ut C. de testib. si quando. in fine. † Et
sunt hæc in argum. ad quæstionem quæ sæpe de
facto occurrit: si datus est terminus peremptorius,
uel ad dandum omnes exceptiones perem-
ptorias, uel ad aliud, an eo elapso possit iudex
b eum prorogare. b Et uidetur quòd sic, secun-
dum præmissa. & argumen. ff. de re iudicata.
quod iussit, extra de appella. cùm cessante. de of-
fic. deleg. consuluit. Dic tamen contra. nam
terminus peremptorius uim habet interlocuto-
riæ, ut ff. de arb. qualem. in fi. nec eo elapso de-
bet quis audiri cùm perimat articulum, super
quo assignatur. Aliàs enim nullus esset litium
finis. 24. quæstione tertia, de illicita. extra, de
proba. licet, & de in integrum resti. coram. C.
de inge. & ma. diffamari. extra qui matri. ac-
cu. pos. cùm in tua. Cùm ergo iam intersit par-
tis, non potest sine causa prorogare, quam debet
in prorogando exprimere, ut suprà de citatio. §.
uiso. uersicul. primo. maximè ubi reus termini
assignationi non contradixit. Præterea lapso
termino non est terminus. unde quod non est
prorogari non potest. extra de despon. impub.
ad dissoluendum. cum suis concordan. De no-
uo autem ex causa concedi posset. Sed ante-
quam lapsus sit bene posset prorogare iuxta præ-
missa: quia tunc non tantùm interest actoris. ar-
gum. extra de officio delega. de causis. ff. de iudi.
l. 2. §. sed iudex. & iunge hic quod est infrà proxi.
5 uersiculo, sed nunquid terminum. † Sed nun-
quid post lapsum terminum potest iudex altera
parte inuita alium assignare. Argumen. quòd
sic, extra de appella. cùm cessante. ff. de re iu-

dica. quod iussit. C. de dilat. siue præsertim ubi
non est eius damnum, ut ff. de opt. leg. l. manci-
piorum. iudex tamen sine causa legitima hoc fa-
cere non debet, ut in prædi. l. quod iussit. & uide
6 quod no. ff. de testa. tu. l. antepe. † In summa no-
ta quòd si actor uidet reum uelle aliquam pro-
ponere dilatoriam, petat à iudice sibi assigna-
ri terminum, ad dilatorias proponendas. quia
hoc introductum est in eius fauorem, & in odium
fugitiui: qui hodie unam: & post cras aliam pro-
ponere uellet. extra, de exce. pastoralis. licet sit
argum. contra quòd id fiet ad petitionem rei. ex-
c tra de ap. cùm causam. c sed & si non petatur, iu-
dex ex officio suo statuet eum ut malitijs obuiet,
ut infrà de except. §. secundo, uersicu. cæterum
quod uerum est si reus aliquam proponit & non
aliter: quia possibile est quòd nullam uelit pro-
d ponere. cum fortè nulla sibi competat. d † Nun-
7 quid ergo per decreta. pastoralis, tollitur auth.
offeratur. quæ dat 20. dies ad proponendum de-
clinatorias, uel an iudex habet necessè præfige-
re illos 20. dies? respon. non tollitur. sed per
decreta. illam iudex potest restringere tempus
20. dierum. extra de ap. cum sit romana. ff. de re
iud. l. secunda extra eod. titul. quod ad consulta-
tionem. ff. de uer. obli. continuus, §. secundo. nec
habet iudex necessè præfigere illos 20. dies: a-
lioquin inutilis esset prouisio illius decr. Quod
ergo dicitur in præ. auth. 20. dierum gaudeat in-
ducijs. supple. nisi iudex tempus breuius fuerit
e moderatus. e † Sed nunquid post prædictos
8 20. dies iudex poterit recusari? Respon. utique
semper ante litis contestationem, ut in præ. de-
f cre. inter mo. f nisi datus fuerit terminus ad di-
latorias proponendas post quem non audietur,
nisi cum solennitate quæ traditur in præ. decre.
pastoralis. & in decret Greg. 10 de elec. ut circa.
lib. 6. & uide suprà de recusa. §. si autem. uel nisi
sit minor, uel ecclesia: & tunc bene per benefi-
cium restitutionis in integrum. quod dic ut in-
frà de resti. in inte. §. quis autem. uersicul. illud
9 quoque. & seq. † Quod si terminus labatur
nec possit præsentia iudicis haberi uolens exce-
ptiones proponere die ad proponendum eas as-
signata ante noctis tenebras, protestetur co-
ram discretis uiris, & coram notario in hunc
modum.

FORMA. Cùm in causa tali quam talis ad-
uersus me coram tali iudice mouet, & mouere
intendit: idem iudex mihi diem hodiernam sta-
tuerit ad exceptiones dilatorias, & ad declinato-
rias proponendas, nec possim dicti iudicis habe-
re præsentiam: nolens per ipsius absentiam mihi
præiudicium generari: cùm paratus sim coram
eo proponere exceptionem, si eum uidere pos-
sem: coram uobis talibus exceptiones ipsas pro-
pono, quæ tales sunt: quia periculosum, &c. &
te notarium rogo de hoc publicum conficere in-
strumentum. 2. q. 6. c. biduum. extra de offi. pasto-
ralis. ad fi. in tract. libel. de ap. §. 1. uersicul. illud
quoque. Sed si datus fuerit terminus ad dandum
in scriptis, expedit quòd eas scriptas reddat ta-
bellioni qui scribit in causa, ut §. primo, uersic.
sed pone.

ADDITIO.

a *Similia. Stando in his terminis simpliciter tenuit Gui. de Suz. dilationem non tenere hoc nouis. l. à procedente. per ipsam l. & per l. fi. C. si per vim. & l. de unoquoque inferius allegata. & C. si vt ab here. ab auth. si omnes. & ff. de min. in causa. §. causa.*

b *Prorogare. infrà, reprehenditur hoc verbum. Adde quòd Rom. consil. 414. tenet contra hanc determinationem Spe. contra quam dicit esse casum no. per Bal. in l. Titio centum. ff. de condi. & demon. & inquantum Spec. dicit quòd antequam elapsus esset terminus bene posset prorogare. Adde quòd idem velle uidentur Ang. & Pau. de Cast. in l. fi. ff. de fer. sed Ful. & Alex. ibi tenet contrarium. quia si in abbreuiãdo requiritur causa cognitio, ut l. 2. ff. de re iudi. quanto magis in prorogando.*

ADDE *tu an & quando pendente una dilatione possit dari altera, vel possint dilationes accumulari, uide no. per. Bal. in l. quandiu. in uersic. in ea. gl. ibi, &c. ff. de acquir. hered.*

c *Causam. Ibi factum narratur, nec ibi ille articulus examinatur: & uide quod dixi in c. pastoralis. in gl. pone quòd suprà. §. 1. uer. & no. & infrà de exce. §. 2. post prin.*

d *Competat. Dicebat G. Na. eo. tit. c. 2. quòd iudex inserto libello actoris in citatorio dabit ei dilationem competentẽ mandando peremptoriè quòd veniat tali die oppositurus exceptiones dilatorias & recusatorias uel responsurus libello. dicẽs quòd sic fuit factum in decr. ultima, de iud. in parte decisa. & uerum dicit tamen ut ibi patet syndicus reorum protestatus fuit se uelle exceptiones opponere: & sic facit pro Gul. autore. & forsan sic ẽt fuerat supra. §. 1. uersic. sed quid ecce. dicit etiã ibi G. Na. quòd non cogitur iudex recipere exceptiones. nisi prius reus recipiat libellum, per auth. offeratur. alle. etiam de libel. obla. c. 1. & si recipere nollet, procedet contra eum ut contra contumacem, nisi asserat se paratum respondere sine libello: & tunc iudex libellum & responsionem talem faciet scribi in actis. de prob. quoniam. Et puto eum intellexisse quòd deficiente reo in exceptionibus respondere cogetur ut obtulit. & uide infrà de exce. §. secundo ad fi. uer. illud quoque.*

e *Moderatus. Vide supra de cita. §. nunc de temporum. in fi. & quod ibi dixi.*

f *Inter mo. Ibi plenissimè scripsi super gl. quicquid.*

ADDE

ADDE *ad versic. seq. quia terminus legalis non currit impedito propter factum iudicis uel ad versary.l. si cum ipse.& ibi Bal. ff.de ex.u.tu.c. si autem. extra de rescrip. cum si.*

SVMMARIVM.

Quibus, quoties, & quando dilationes dentur.

1 *Dilatio quotiescunque opus est.& bona fide petitur, dari debet.*

2 *Assignatio termini in dilatione qua forma tradenda sit.*

3 *Termini omnes dati in causa post litem contestatam intelligendi sunt peremptorij.*

4 *Cùm praefigitur terminus ad respondendum libello, an reus tunc ueniens possit obijcere contra formam libelli,& contra personam iudicis uel actoris.*

5 *Procuratori quando assignatur terminus ad aliquid faciendum debet semper dici, & ad omnia quae facienda occurrent.*

6 *Dilationes cùm dantur tam actori quàm reo, quae sint prius adimplenda.*

7 *Testes non possunt produci cùm datur dilatio ad producenda instrumenta.*

8 *Probationes sine dilationis assignatione productae an valeant.*

9 *Termino dato ad probandum elapso, an possint fieri positiones.*

10 *Exceptio peremptoria proposita post datū peremptorium ad producendum instrumenta, an per instrumenta possit probari.*

11 *Iudex potest arbitrio suo dilationes arctare, & ex causa prorogare.*

12 *Vbi attestationes uel alia instrumenta parata eduntur, danda est dilatio ad describendum.*

13 *Terminus dilationis statutus, an possit à iudice decurtari.*

14 *Dilatio impetrata à reo requirendis probationibus, quomodo prosit actori.*
Aequalitas semper est in iudicijs servanda.

15 *Testes possunt generaliter circa quemlibet articulum produci.*

16 *In fauorem alicuius introductum non debet in eius laesionem retorqueri.*

17 *Procurator dimissus ab aliquo quam dilationem habere possit consulendi dominum.*

18 *Iudice alicui simpliciter terminum assignante ad aliquid certa die faciendum illi cedit tota dies.*

19 *Dilatio semel tantum regulariter indulgetur: ex causa tamen pluries.*

20 *Dilatio non datur sine causa cognitione.*

21 *Dilatio an sit danda à procedente iudice.*

VIDENDVM Restat quibus & quoties & qualiter dilationes dentur. Et quidem dantur actori & reo, & accusatori & accusato. Quot autem dantur actori, & quot reo in criminali causa uel ciuili uel ad testes producendos, & cui denegetur, & quando plenè, dic secundum dominum meum in sum.
1 eo. titu. §. & quibus. † Et not. quòd quotiescunque opus est, & bona fide dilatio petitur, danda est: nisi tempus triennij, quo causa perit. instet. C. de iud. properandum. §. & si quidem pars. vel tempus intra quod causa expediri iubetur in rescripto. extra de offic.dele.de causis. & cap. pastoralis.§. fin. regulariter tamen una dilatio datur. quod dic ut in prae.§. & quibus, etiam cùm actori obijcitur excommunicatio. eod. titu. prudentiam. §. 6. intra quam nisi reus probauerit, actor admittetur: imò uidetur quòd duae dentur in excommunicatione, ut extra de exce. pia.
a §.prouisio. a prosequere secundum do. meum in
2 sum.e.tit.§.& quoties. † Termini autem assignatio hoc modo scribitur.

FORMA. Statuit iudex terminum, uel statutus fuit tali terminus ad proponendum, uel ad proponendum & ad dandum in scriptis omnes exceptiones declinatorias & dilatorias,uel ad respondendum libello per talem porrecto, cuius tenor talis est: Cautela est tenorem inseri, ne reus uolens habere dilationem ad deliberandum dicat se libellum non uidisse uel habuisse: uel statuit utrique parti terminum octo dierum ad suas probationes inducendas, siue ad docendum de iure uel interesse suo, uel ad iurandum de calumnia, seu de ueritate dicenda,uel ad faciendum testes iuratos deponere, uel ad sententiam audiendum,& huiusmodi. Et si terminus peremptorius statutus fuerit ad aliquod praemissorum: tunc dicatur statutus fuit terminus peremptorius octo
3 dierum,&c.Quidam tamen dicunt † quòd omnes
b termini dati in causa post litem cōtesta. b intelliguntur peremptorij, licet hoc non exprimatur in eis,ut j.de cita.§.uiso.uersi. dicunt quod iure cautum expressè non memini reperisse: nisi cum ter super eodem articulo terminus assignatur. C.
c quo & quādo iud.l.tres denunciationes. c uerumtamē licet nihil tunc de peremptorijs dicatur:certū est φ nisi quis termino satisfaciet, procedetur contra absentē, ac si fuerit perēptoriè assignatus. Si uerò tunc post terminū termino satisfacere uelit: puta articulos uel instrumenta offerre, uel aliud huiusmodi ad quod terminus assignatus fuerat facere admittetur: cum sibi peremptorium
d non obstet.& vide in prae.§.uiso.uers.aliàs aūr. d
4 † Et attende quòd cùm praefigitur terminus ad respondendum libello: reus tunc ueniens poterit obijcere contra formam libelli,& contra personā iudicis uel actoris.argum. in prae. auth. offeratur quod uerū est, nisi prius ad hoc specialē terminū

habuerit. Qualiter autem assignetur dilatio ad
5 probandum, uide j. de prob. in princ. † Hoc quo-
que diligenter notandum est quòd quãdo procu-
ratori assignatur terminus ad aliquid faciendũ,
debet semper dici: & ad omnia quæ faciẽda occur
rent. quod dic ut s. de procu. §. ratione autẽ. uers.
6 illud ergo. † Et no. quòd cum dantur communi-
ter dilationes tam actori quàm reo: puta ad ponẽ
dum, uel ad iurandum uel ad testes producẽdũ, &
huiusmodi, prius debeat hoc actor adimplere, &
prius debet sibi terminus assignari, arg. C. de iu-
ramen. calum. l. 2. in princ. & 4. quæst. 4. c. 1. ff. de
iudic. qui prior. Vnde seruatur in curia quòd
prius datur terminus actori ad ponendum, uel ad
dãdum articulos, secundò sibi pro secundo, & reo
pro primo: rursus datur secundus soli reo, tertiò
datur utrisque communiter peremptorius: &
sic uicissim quodammodo ponent, uel articulos
dabunt. ex. de causa possess. c. 2. de ordi. cogni. c. 2.
Si enim ultimus terminus soli reo daretur & ali-
quid nouum proponeret, actor contra illud se de-
fendere non posset nec aliquid dicere, perem-
ptorio termino sibi obstante. 24. q. 3. de illici-
ta. ex. de excep. pastoralis. de hoc nota. j. depo-
siti. §. 4. uersic. sed pone. & si. de probati. §. pri-
7 mo. uersic. sed ubi. † Item nota quòd cum datur
dilatio ad producendum instrumenta, non pos-
sunt testes produci, licet instrumentorum nomi-
ne testes contineantur: ut extra, de testi. cog. per-
uenit. 1. & de fide instrumen. cum Io. & est ratio:
quia instrumenta possunt etiam produci post a-
pertas attestationes: cum in eis subornatio non ti
meatur: ut ex. de fide instrumentorum cum di-
lectus. quod non procedit in testibus: ut ex. de
testi. c. de testibus. Quid si data est dilatio parti-
bus ad probandum & peremptoriè, licet de iure
talis dilatio peremptoria intelligatur, quamuis
e non fuerit dictum, [e] ff. de fer. l. in pecuniarijs.
nunquid altera pars post hunc terminum pote-
rit producere instrumenta, & per ea probare?
Argumen. quòd sic. C. de iud. iudices. ff. de eden.
l. prima. §. edenda. vbi de hoc. & C. de iud. authen
tica iubemus. Nam hoc licet etiam post apertas
attestationes: ut C. de senten. rescin. non posse.
peremptorias. extra, de fide instrum. cum dile-
f ctus. [f] Quidam tamen contra. nam talis dila-
tio comprehendit etiam probationem instrumen
torum: ut in præalleg. capit. peruenit. & C. de
dilatio. l. 1. ff. de fide instrumen. l. 1. de relig. &
sump. fune. & si quis. §. plerique. aliàs edictum iu-
dicis delusorium esset. quod esse non debet: ut ff.
de iudi. si prætor. & facit in authentica ut cum
de appella. cog. §. sed hoc præsenti. infra, uersic. a.
Et idem iuris est, si datus sit terminus ad proban-
dum, & ostendendum, quicquid uoluerit. argum.
extra, de offic. deleg. super quæstionum. §. quem
uerò, & extra, de appel. cum speciali. Hæc enim
duo uerba pro eodem poni uidentur in authen-
tica ut a. qui obli. se ha. perhi. §. ut autem. item
ff. de compensa. l. fin. ponitur monstrare, produ-
cere seu allegare. Verum valeant probationes
sine dilationis assignatione productæ, uide. C.
8 de iudic. properandum. §. & si quidem. † Quid
si datus est terminus ad producendum omnia in-
strumenta, quibus partes uti intendunt: nun-
quid post terminum audietur uolens producere?
videtur quòd sic: quia non est cogendus quis e-
dere instrumenta, nisi quando usurus est: ut in
præ. §. edenda. sed dic contra, ut probatur. & no.
ff. de opt. lega. mancipiorum. & C. de inge. ma.
diffamari. & infra de edit. instrumen. §. nunc di-
g camus. uersicu. licet autem. [g] † Item quid si
9 datus est terminus ad probandum: nunquid il-
lo elapso poterunt fieri positiones? Credo quòd
non per partem, per præ. iura. nam hoc est ge-
nus probationis: & probationibus succedunt.
Iudex tamen ex officio suo bene poterit inter-
rogare. ut extra de fid. instrum. cum Io. prope
fi. 30. quæst. ult. iudicantem. quidam tamen con-
tra, C. de iudic. l. iudices. ff. de accu. si ea. & sic di-
cunt de consuetudine in aliquibus locis serua-
h ri. [h] De hoc infrà depositi. §. 4. uersicu. sed & si
10 ante. † Quid si post datum peremptorium ad
producendum instrumẽta proponitur aliqua ex-
ceptio peremptoria: nunquid illa probari pote-
rit per instrumenta? Dicunt quidam quòd non.
Tu dic quòd talis terminus dandus non est nisi
postquàm proposita sunt, quæ probanda sunt: &
quo ad illa talis terminus præiudicat. si autẽ post
terminum aliqua de nouo ad eius notitiam per-
uenerunt & illa proponit, ut infrà, de excep. §.
dicto. uersic. sed pone. illa probari poterunt per
instrumenta. arg. ex. de elect. in consti. Greg. 10.
11 ut circa. §. fin. lib. 6. † Item nota quòd iudex dilatio-
nes arctat arbitrio suo, & prorogat ex causa. ff. de
iudi. nonnunquàm. ff. de re iud. qui pro tribunali.
extra eo. quod ad consultationem, & de appel.
cum sir. C. de dila. l. 3. si tamen hoc iniustè fecit.
& sine causa, appellatur. ex. eo. c. 1. ff. de re iudi. si
12 se. §. 3. † Vbi attestationes, uel alia instrumenta
parata eduntur, dabitur ei dilatio ad describen-
dum: ut ff. de eden. l. prima. §. edere. & etiam ad
deliberandum super eis, inspecta qualitate scri-
pturæ. C. de dila. l. 1. in princ. ff. quemadmod. te-
sta. ape. l. 2. §. fina. ff. de iudic. l. nonnunquam. ff.
de re iud. l. secunda extra de prob. licet. & c. quo-
13 niam. † Sed nunquid terminum statutum potest
iudex decurtare? Non uidetur, extra de appellat.
i significante. [i] Vincen. contra, argu. ff. de arbi. qua
lem. §. si de pluribus. cum cõmoditate tamen par
tium: & ex causa euidenti: tamen præ. l. qualem.
loquitur cum prolongatio & decurtatio eodem
tempore fiunt. & vide suprà. §. proxi. uersi. sed po
14 ne. & seq. † In summa nota quòd si reus impe-
trat dilationem pro requirendis probationibus:
illa etiam actori prodest, ut C. de tempo. in inte. re
sti. petendæ. in fine. & sic habet actor per alium,
quod fortè per se non posset habere, ut C. de tem
por. appel. per hanc. & de appel. fin. Et est ra-
tio, ut in iudicijs seruetur æqualitas, ut extra
de excep. cum inter. & 3. quæst. 9. cap. fin. & extra
de iudi. nouit. §. per. C. de proxi. sacro. scri. in sa-
cris. & de fruc. & lit. expen. l. fin. Hinc est quòd si
datus sit terminus, partibus peremptorius ad
probandum, ut extra de proba. licet. prope
princ. & intra illum pars altera testes producit:
altera uerò legitimè impedita non producit, pro
pter quod pars impedita obtinet per beneficium
resti-

restitutionis in integrum: puta quia est minor, uel ecclesia aliam dilationem ad probandum, seu testes producendum: certe pars altera quæ iam produxerat testes, utetur hac eadem dilatione, ut iterum alios producat: non obstante primo termino peremptorio. Et sic obtinuit, per præ. l. pe tendæ. Quod uerum est si testes producti nondum fuerant aperti aliàs non propter periculum subornationis. Hoc autem sic intelligo: nam si actor ex facto rei huiusmodi beneficium acquirat, ut testes iterum producat: producet super eodem articulo tantum: & non super alijs ab illo, ut si reus uelit probare illum fuisse maiorem tempore contractus: ideoq; nõ esse restituendum: ille poterit probare se tunc fuisse minorem, ut ff. de mino. etiam
k §.1. k Vber. autem de Bo. intelligit quòd generaliter circa quemlibet articulum poterit testes inducere: & sic secundum eum poterit reo pro-
15 desse. † Vt si minor qui est actor postquam didicit testificata petit in integrum restitui ad testes producendos: quòd & aduersarius tunc possit probare circa eundem articulum. V. detur tamen obstare quòd non fuit propositum prætoris subuenire maioribus, ut C. si in communi eademque cau-
16 sa. l. unica. Prius dictum mihi placet. † Quid si reus petita, & obtenta dilatione ad probandum uidet quòd actor omnes dilationes habuit, & nil probauit: & ideo timens quòd actor probet suam intentionem ex beneficio præ. l. petendæ. pœnitet nolens uti dilatione obtenta? Et uidetur quòd pœnitere possit. Cum enim hoc in fauorem eius sit introductum non debet in eius læsionem retorqueri, ut C. de legi. quod fauore. Item cuique licitum est renunciare iuri pro se inducto. extra de reg. ad apostolicam. ff. de mino. si iudex. Nam et si libellum appellationis porrexit pœnitere potest 2. q. 6. si quis libellos. C. de app. si quis. Item licitum est ante litis contestationem pœnitere. ff. de nox. electio. §. neque. ff. de rei uen. is qui. & de inter. act. de ætate. §. fi. ar. contra. nam hoc in præ. l. actori conceditur, unde non est sibi ab homine auferendum 28. dist. de his. ff. de dona. si patronus. & l. si arrogator. Item sæpe consequitur quis ex alte-
l rius persona quod ex sua non potest. l ff. quem adm. ser. amit. si commune. ff. quæ res pig. ob. pos. Aristo. C. de appel. l. fi. & de temp. app. per hanc. & C. si adm r. transact. l. 1. & 2. uidetur casus l. ff. de bo
m no. pos. contra tab. si post mortem. §. fi. m ad idem ff. de inoffi. testa. posthumus. §. si quis ex his. ff. de
17 ædil. edic. cum autem. in fi. † Sed quæro: ecce aliquis dimisit procuratorem: nunquid procurator ille habebit dilationem, ut consulat ipsum dominum? Videtur quòd sic, ut C. ubi de cri. agi. opor. authen. qua in prouincia. prope prin. & ex. de pro
n curato. dilectus filius. n Sed illud intelligitur quãdo quis ante citationem se absentauit. Vnde dic quòd non habebit. Nam cum dominus prius esset citatus, bene potuit deliberare dominus, secundũ Vin. ar. ex. de offi. deleg. consultationibus. ex. de eo qui mit. in posses. causa rei ser. c. fi. Vel dic quòd si dominus distat multum non habebit. secus si
o prope sit. arg. contra C. ubi in rem ac. lib. 2. o † Il-
18 lud quoque non est ignorandum, quòd si iudex mihi simpliciter terminũ assignat ad aliquid certa die faciendum: tota dies mihi cedit. Inst. de uerb. oblig. §. in die. uer. ac. nec eo secus si dixit, ut illud certa diei hora fieret: puta mane, uel statim audientia facta, uel in nonis, uel dum sedebit &
19 huiusmodi. † In summa nota quòd regulariter semel tantum dilatio indulgetur: ex causa tamen dantur plures, sed prima cum leui causæ cognitione, scilicet eo ipso quòd petitur: secunda cum graui, scilicet præstito sacramento quòd fuit legitimè
p impeditus in prima. tertia & quarta p cum grauissima. Nam tunc non sufficit sacramentum: imò alia probatio requiritur. Quinta uerò non datur, ut legitur & not. ff. de fer. oratione. §. fina. C. de
20 dilatio. l. 1. 3. quæst. 3. §. spatium. prope prin. † Vltimo nota quòd secundum quosdam nulla dilatio datur sine causæ cognitione, ut C. eo. l. 1. & l. à procedente. & in præ. §. spatium. Est enim dilationum materia amputanda, ut C. de tempo. & re. l. 2. in princ. extra de dolo. & contu. finem. & de excep.
q pia. respon. 1. q Ego dico quòd induciæ citatoriæ dantur sine causæ cognitione. Quod patet: quia dantur parte absente, ut extra eodem, præterea. ibi, ex rescripto sibi transmisso, &c. Idem etiam est de deliberatorijs secundum papam, ut ibidem probatur quod non credo: cum illæ in iudicio dentur, ut in authen. offeratur. Præparatoriæ autem & instructoriæ causæ cognitionem requirunt 3. quæ. 3. §. spatium. uer. ei autem. & seq. Item potest iudex augere, & minuere dilationes, sine
21 causæ cognitione, secundum papam. † Sed cum à procedente iudice dilatio danda non sit, ut in præallega. l. à procedente, quid erit si eundo per locum, ubi ius redditur, dilatio ab eo detur. Et uidetur quòd non ualet: nec arctat per præallegatam l. Ad idem in authen. de test. §. & quoniã. quidam tamen contra: argu. ff. de interrog. act. uoluit. in fi. & in his quæ ibi nota. super rubrica: quia siue stando, siue sedendo, siue eundo detur, dummodo in loco ubi seruato more maiorum ius redditur: bene ualet: ar. ff. de iusti. & iu. l. penult. Non enim est ut dicunt de specialibus, sed de solennitatibus iudiciorum sedere. Sed contra in præalleg. l. à procedente. ibi: à concedente iudice, &c. sed ideo dicit hoc: quia ut dicunt
r iudices plerunque sedere consueuerunt. r Item contra. ff. de tutelis. qui habet. §. penult. & ff. ad Treb. recusare. infra de sententia. §. missa. uersic. item est nulla ratione modi. Sed tu distingue, utrum sit dilatio talis in qua requiritur causæ cognitio uel non, ut supra. Quid si iudex dedit dilationem, & ciuitas uel dominus induxit ferias repentinas: & in eis dilatio incidit, an ad id tempus debet fieri restitutio? Dicit Guid. quòd non:
s s Tum quia tales feriæ improbatæ sunt, ut C. de fer. à nullo. tum quia is cui datur dilatio prospicere potest ne in eis incidat, ut ff. quibus ex cau. ma. sed & si. §. solennium. In contrarium tamen
t suadet æquitas. t Hoc autem tu iudex obserua ut adueniente die termini assignati, facias legi termini assignationem, ut sciatur super quo & ad quid fuerit procedendum: multos enim erro-
u res contingere ex hoc uidi. u Item not. quòd si tibi concessa est dilatio ad aliquid agendum, & per partem alteram diuersas dilationes petentem

impediaris facere intra illam audieris post illam id facere uolens, ut C. de inoffic. testam. contra maiores. in fi. & ff. de mino. intra utile. C. de rei uen. more. extra de iudi. c. penult. extra de in integ. restit. ex literis.

ADDITIO.

a *Promisio. lib. 6. Hoc non dicitur ibi quòd super una oppositione excommunicationis probanda detur duplex dilatio, sed bene permittitur quòd fiat duplex propositio: tertia non, nisi ex causa euidenti & prompta.*

ADDE *tu ad materiam uersi. seq. quòd si iudex statuit terminum alicui: puta decem dierum ad respondendum positionibus, si ille respondeat prima die, an propter hoc tota dilatio sit consumpta. Dicas quòd sic, ex mente Bal. in l. si quis haeres. ff. de acqui. haere.*

b *Litem contest. Supple praeter datum ad sententiam audiendam. de quo in cle. de uerb. signifi. saepe. ad fi. uersi. sententiam. ubi uide in glo. 2.*

c *Denunciationes. Vide infra uer. quid si data.*

d *Autem. Vide quod scripsi de offic. deleg. consuluit. in prin. & in fine.*

e *Dictum. Vt not. §. 1. uersi. & not. Adde Bart. in l. mancipiorum. ff. de opti. leg. & consilio incip. ex facto proponitur quòd causa pecuniaria.*

ADDE *tu quòd haec dilatio probatoria dicatur peremptoria, tenet Ab. Sic. in ca. licet. in 4. not. extra de proba per illum tex. Item idem tenet in c. quoniam contra. in 6. col. eo. tit. idē tenet Lanfr. in repe. dicti. c. quoniam contra in 14. col. uer. circa. ex mente Bar. & Ang. in l. si. ff. de feri. Idem tenet idem Bart. in l. 1. C. de dila.*

f *Cum dilectus. Alb. Pap. cuius fuit iste uer. cum duobus seq. quasi ad literam in l. diffamari. inferius allegata.*

g *Autem. Ibi uide, & in cle. de uer. signifi. saepe. uersi. eo saluo. in glo. ubi ergo.*

h *Seruari. Hoc dicit Albe. Pap. super pre. l. diffamari.*

i *Significante. Vide quod ibi not. in 3. glo. & quod super ea dixi.*

k *§. 1. Per quam l. & per l. patri. eo. tit. §. 1. & per l. quòd si minor. §. restitutio. dixit Azo in summa de resti. in integ. uersi. pe. quòd ubicunque restituitur minor & eius aduersarius: etiam maior restituitur in eodem tantum capitulo, & non in alio. Remittit autem ibi ad not. per eum in sum. de reputationibus. idem Mart. de Fano in suo tract. de quo dixi infra de resti. in inte. in prin. & hoc sub §. q. alleg. 12. q. 2. Vulterance. de re. ec. non alie ad audientiam. de resti. in integ. c. 1. 54. dist. generalis. uide gloss. in sum. de resti. in integ. §. qualiter. in fi.*

l *Potest. De concess. praeben. c. pe. & ulti.*

m *§. fi. Per quam l. hoc tenet Vber. & Gui. de Sux. in pre. l. petenda. & ff. de fer. l. ulti. uide infra de reconuen. in fi.*

n *Filius. Vide quod ibi dixi super ult. glo.*

o *L. 2. Vbi nō loquitur de procuratore, sed de colono.*

p *Quarta. Non erant sic ista duae miscendae.*

ADDE *ut per Alex. in l. fi. ff. de fer. & Ro. consi. 225. & seq.*

q *Respon. 1. lib. 6.*

r *Consueuerunt. Hucusque fuit Gui. de Sux. in l. à procedente. ubi dicebat sic per quosdam sapientes iudicatum.*

s *Quod non. Gui. de Sux. ponit hoc dictum in l. à procedente. in fi.*

t *Aequitas. secundum Gul. ut supra alle. quòd per iudicem stetit, inducit pred l sed & si. §. si feriae.*

u *Hoc uidi. Concludit hic quòd debuit prius scribi dilatio, sed Gui. de Sux. extra uolumina sup. l. iureiur. C. de testa. quaerit an credatur iudici super dilatione quam dicit se dedisse, nec reperitur scripta. & diffuse hanc prosequitur. tenet autem quòd sibi in leui causa credetur, in ponderosa non. tu tene quod dicit decre. quoniam contra, de prob. uide quod ibi dixi. in ult. glo.*

Bald. de dilationibus.

In dilationibus iudicialibus si dictio usque, terminatur in diem feriatam, ponitur exclusiue. §. 1. uer. pone ita. G. Item si dilatio contineat dies taxatos, ut mensem uel annum non differtur in sequentem diem. C. de tempo. appe. l. 2. in fi. Si autem nō sint dies taxati in specie, sed in genere, ut octo dies: tunc dicunt quidam differri ipso iure per legem. Alij dicunt quòd differtur de benignitate iudicantis: quia non debet properare idest festinare, sed expectare in sequentem diem. ff. si quis in ius uo. non ie. l. 2. si quis cau. l. 2. §. si quis in uerbo, differre. Bal. uide supra de cita. §. ubi ponitur. & infra. eo. §. et ult. Habens octo dies ad excipiendū: potest etiam prima die excipere, nec tenetur expectare uer. sed pone. G. Secus si ad comparendum: nam debet expectare aduersarium, uel iudicis licentiam. ff. de uer. obli. l. item illa per Bar. uide infra de app. §. qui comparauit. An in curia detur dilatio ad probandum extra curiam. uer. illud quoque plenè per G. Assignatio termini peremptorij includit tacitam exclusionem post terminum. in uersi.

uer. & no. quòd si. G. Terminus statutus à iure ad probandū exceptionem. non currit, nisi cum iudex excipientem ad probandum admisit. quo facto statim currit, licet iudex non præfigat terminum. uersi. sed nunquid currunt. quod est not. Dilatio data ad probandum non requirit publicationem testium. uer. sed quid si infra G. uide infra de sen. § pone sententiam. Etiam ultima hora termini admittuntur probationes. uer. præterea. G. quia nulla pars termini debet esse frustra. Et an dato termino ad probandum debeat pars citari ad uidendum produci instrumenta. Bald. in l. fi. C. qui admit. ad bo. pos. dicit quòd sic, nisi in ultimo dilationis die producantur. Vna dilatione pendente alia aßignari non potest, nec duæ simul nisi sint contiguæ. uer. deliberatione. G. scilicet super eodē; sed super diuersis capitulis sic. uer. sed pone duos. Nam lex siue pars. super eodem debet intelligi. uide infra de appe. §. dilationes non sunt. Vbi tempus instantiæ est breue dilationes non auferuntur, sed arctantur. uersi. sed pone quòd causa. G. An parte absente poßit iudex præsenti præfigere terminum? Dic quòd nō secundum quosdam. ff. de confess. l. certum. §. si quis. Facit quod not. ff. de rei uen. l. fructus. contrarium tenet in §. nunc dicamus uer sed pone reo. ar. ff. de arbi. l. diem proferre. no. Hic est ratio de qua supra de contuma. §. antepe. in fi. Quia cum sit actus iudiciarius uidetur requirere citationem. & uide infra de sen. §. terminus. & Inno. in c. cum contingat. de rescrip. & infra eo. §. pe. Lapso termino peremptorio non potest opponi exceptio: quia lapso termino non est terminus, & quod non est prorogari non potest: uersi. super hoc. G. Sed potest nouus terminus aßignari. uersi. seq. G. Post litem contestatam omnis dilatio est peremptoria. uer. termini autem aßignatio. quod est uerum ad probandum in ciuili, ubi est statutum unicum tantum dari, secus in criminali. l. fi. ff. de fer. Est tamen differentia quando partibus præsentibus, uel absentibus præfigitur de cōsensu partium terminus. de quo uide infra de sen. §. terminus. & uide supra de cita. §. ante litem. Sententia quæ imponit alicui silentium ex lapsu dilationis est interlocutoria: tamen ab ea potest appellari. ff. de appe. l. Titia. Bald. Dilatio quæ aßignatur alicui ad comparendum, protenditur usque ad mediam noctem: secus ad sententiam. not. ff. de fer. l. more. & no. Inst. de uer. ob. in prin. al. às. §. 1. & de off. deleg. c. consuluit. per Inno. Primò respondetur articulis actoris quā rei. uer. & not. quòd B. quia agens est prior & nobilior patiente. uide infra depos. §. si depositio. In dilationibus nomine instrumentorū continentur probationes scriptæ, non testes. uer. itē not. quòd cum. G. Lapso termino ad probandū non possunt fieri probationes p. sitionū. uer. item quid si datus. G. C. de non nu. pe. l. in contractibus. §. illo. G. Dilatio est communis, etiam si detur per restitutionē in integrum, nisi altera pars didicerit testificata. uer. in summa not. quod G. etiamsi is cui principaliter est inducta dilatio renunciet ei. ff. de contrata. l. si post mortē. § fi. uersi. quid si reus. ubi uideas. G hoc uerū si dilatio nititur iuri communi. secus si nititur restitutioni in integrum: quia minor non potest renunciare. ff. de min. l. si iudex. Bal. Iudex potest citare sine causa cognitione. uer. ultimo nota. G. Iudex deambulans potest aßignare dilationem in causis quæ non exigunt sessionem. uersi. sed si cum à procedente. uide infra de instrum edi. §. iudex potest. in fi. & Inno. in d. c. cum contingat. de rescri. In termino iuris mitius agitur quàm in termino hominis infrà de iur. cal. §. pe. Peremptorium non ligat iudicem. unde post ipsum ex officio potest exercer infra depos. §. post conclusionem. Terminus aßignatus absenti non currit nisi à die notitia. infra. depos. §. not. quòd terminus. Nihil facienti in primo termino non debet dari secunda dilatio ad probandum, nisi, &c. infrà de proba. §. nihil. Potest aßignari terminus peremptorius per iudicem, post quem non audiatur. Item peremptorium est quædam interlocutoria: & ideo ut interlocutoria à iudice mutari, corrigi, & emendari potest. infra de instrum. edi. §. iudex potest. Terminus assignatus de consensu partium uel à iure habet uim peremptorij. infrà, de sen. §. terminus. & ex peremptorio potest fieri sententia. uide infra. & uer. sententia potest fieri. & Inno. in c. super eod. de appel. An statuto termino ad probandum sufficiāt testes intra illum intrasse, uide de sen. §. pone quod post sententiam. & per Bart. in l. damni. §. Sabini. de dam. infect.

a De ferijs. a Rubrica.



N Præcedenti titulo de dilationibus quæ à iudice cōceduntur, præmisimus: dicendum ergo est de his quæ à iure indulgentur, scilicet de ferijs aliqua subijciamus. In quo attendendum est, Quot sunt genera feriarum. Quid eis agi poßit
b uel non, Et quibus ferijs poßit renunciari. b

ADDITIO.

a *Eodem ordine. Tan. posuit hanc rubricam, &*

 tria

tria que distinguit autor prosequitur, licet in prin. solum exprimat prima duo. Ros. rub. 10: qualiter iudicium declinetur ratione feriarum. Io. de Deo 3. lib. iudicum. post prin. uelde parum. Alij nominatim in procemio per autorem nõ posuerunt hanc rub. licet Pileus aliquid de ipsa tractauerit sub rub. de in ius uoc. Habuit ergo autor recurrere ad Summistas. An executioni sententia obstet exceptio feriarum, scripsi infrà de libel. concep. §. nunc dicendum. super uersi. 25.

b *Renunciari. Pramittendum est quod Azo eo. tit. dicebat quòd feria hic dicuntur quasi foria idest extra forum. Prabent enim immunitatem à foro iudiciali. Vel secundum eum, feria idest festiua. Hoc dico: quia proprie feria ponitur pro qualibet die septimana. de treu. & pa. c. 1. de elec. mis.sum creatura. & cle. de reli. & ue. san. si dominum. uer. nos itaque. Per qua patet quod dicimus feria prima, secunda, &c.*

S V M M A R I V M.

Quot sunt genera feriarum.

1 *Feria solemnes sunt qua ad Dei & sanctorum reuerentiam sunt introducta.*

2 *Criminale iudicium non est in quadragesima exercendum.*

3 *Feria repentina dicuntur quas solus princeps ob publicam gratulationem indicit.*

4 *Feria indicta siue rustica sunt qua propter rem rusticam & publicam utilitatem indicuntur.*

5 *Actore & reo diuersarum prouinciarum coram iudice conuentis cuius loci consuetudinem debeat iudex obseruare. & nu. sequenti.*

7 *Iudice circa iudicia suam consuetudinem non sequente, sequi debet ius commune nullius inspecta consuetudine.*

8 *Feria publica seu rustica quibus concedi dicantur.*

9 *Nulla lex potest curiam principis coarctare, quin possit etiam quolibet tempore ius reddere.*

10 *Princeps dicitur lex animata in terris.*

11 *In assignatione termini ad conueniendum in iudicio an feria partium sint attendenda, an regionis tãtum iudicis coram quo causa tenetur.*

FERIARVM ergo Aliæ sunt solennes.
Aliæ repentinæ. Aliæ indictæ siue publicæ
1 seu rusticæ. † Solennes sunt quæ ad Dei &
sanctorum reuerentiam introductæ sunt,
ut extra e.c. fi. ff. e. l. pridie. C. e. l. fi. & l. omnes. 2.
Sicut est natiuitas domini, festum sancti Stephani
sancti Ioannis euangelistæ, Innocentium, sancti
Syluestri, Circuncisionis, Epiphaniæ. septem dies
dominicæ passionis. festum resurrectionis cum septem
sequentibus diebus: Rogationes cum tribus
diebus, festum ascensionis: festum Pentecostes
a cum duobus diebus sequentibus:[a] natiuitatis sancti
Ioannis Baptistæ; omnes festiuitates Virginis
gloriosæ. Non dico de festo cõceptionis eius: quia
concepta fuit in peccato, licet in multis locis cele-
b bretur. nec talem deuotionem reprobo:[b] festiuitates
omnium apostolorum: festum beati Laurentij:
dedicatio beati Michaelis, & cuiuslibet orato-
c rij siue loci;[c] festum omnium sanctorum, & sancti
Martini qui fuit par apostolorum: omnes dies
dominicæ. C. e. l. fi. 15. q. 4. nullus. & omnes aliæ festiuitates
quas singuli episcopi in suis diœcesis cũ
clero & populo duxerint, solenniter uenerandas,
& quas moris est ibidem seruari. Hæc omnia habentur
extra e. c. fi. & de conse. dis. 3. c. 1. & c. rogationes.
C. e. l. 2. & l. omnes dies. & 15. q. 4. placita.
Idem in festo Inuentionis sanctæ crucis: de con-
d se. di. 3. crucis.[d] Verum tamen de diebus rogationum,
& de festo crucis nil. statuitur hodie in præ.
dec. unde uidetur ex certa scientia omissum. Credo
tamen in hoc standum prædictis c. sic C. eo. l. 2.
quod enim expressè non mutatur quare stare prohibetur.
C. de testa. sancimus? Consuetudo tamen
aliud in plerisque locis interpretatur. Item de festo
beati Martini no. contra. C. eo. omnes dies. &
malè, ut in præd. c. 1. de conse. di. 3. Quod autem
dixi de festiuitatibus, quas episcopi in suis diœcesibus
statuunt: intellige de festiuitatibus sanctorum
canonizatorum uigilias non habentium, secundum
Io. ut extra de reli. & ue. sã. c. 1. Qui enim
non sanctum dicit esse sanctum uel econtra abominabilis
est Deo: cuius societati eum iungit, &
Christũ uiolat. ut 11. q. 3. si quis dixerit. & c. seq. &
facit bene. 50. di. si quis præpostera. Et no. ex hoc
episcopos posse in suis diœcesibus indicere solen-
2 nitates. † Porrò inueniuntur & aliæ feriæ solẽnes
in quibus est à placitis abstinendum. Nam in quadragesima
non est criminale iudicium exercendũ.
C. eo. quadraginta. Item alibi dicitur quòd in his
diebus in quibus legitima celebrantur ieiunia, &
à septem diebus ante natale Domini, usque ad
octauas Epiphaniæ, & à quinquagesima usque ad
octauas Paschę, & septem diebus ante natiuitatem
e sancti Ioannis Baptistæ:[e] iudiciaria potestas neminem
ad placitum uocet, ut in præ. c. placita. Alibi
dicitur à septuagesima usque ad octauas paschæ: &
ab aduentu Domini usque ad octauas Epiphaniæ,
& in ieiunijs quatuor temporum, in diebus
litaniarum & rogationum, ut 15. q. 5. decreuit.
Veruntamen istæ feriæ non habentur in usu: &
per contrariam consuetudinem Romanæ ecclesiæ
& aliarum prouinciarum derogatur prædictis
f iuribus præmissis ferijs in suo robore duraturis.[f]
Quod autem dixi de octo diebus ante festum natalis
Domini dignum esset ob reuerentiam tanti fe-
g sti seruari.[g] † Repentinæ feriæ dicuntur quas
3 solus princeps ob publicam gratulationem indu-
h cit: puta ob diem natalis sui, uel filij sui, uel suæ
coronationis, uel quia uxorem duxit, uel ob res
prosperè

prosperè gestas; puta propter gaudium uictoriæ
h de inimicis habitæ. C. eo. a nullo. [h] ff. ex qui. cau.
ma. in inte. resti. sed & si §. si feriæ. Sunt etiam
aliæ repentinæ quæ inducuntur ob honorem insi-
gnium ciuitatum puta, Romæ, & Constantinapo-
lis, scilicet dies natalitij earum. C. eo. omnes. 2. di-
cuntur autem repentinæ: quia incertæ sunt: imò
4 repentè & subito indicuntur. † Indictæ siue ru-
sticæ seu publicæ sunt quæ propter rem rusticam
seu propter publicam utilitatem conceduntur,
scilicet pro messibus & uindemijs colligendis:
quæ & quandoq; solennes uocatur. ff. e. l. 1. respó.
1. & hic restituuntur à iure hoc modo, s. in æstate
pro messibus ab octauo cal. Iulij usque in cal. Au-
gu. in Autumno uerò pro uindemijs à 10. cal. Se-
ptemb. usque in Idus Octob. Medio autem tem-
pore, scilicet à cal. Augu. usque in 10. cal. Septemb.
possunt causæ agitari, ut C. e. l. 2. & l. omnes dies.
in prin. quòd lex uocat hoc tempus duorum men-
sium, licet plus contineat, ut ibidem. & eo. ti. pu-
blicas. ueruntamen feriæ istæ inducuntur secun-
dum qualitates & consuetudines regionum, quan
doque citius: ideoq; dicuntur indictæ, ut ff. eo. præ
sides. & ff. de offi. procons. l. si. in aliquam. in prin.
nam in quibusdam locis tempestiuius fructus ma-
turantur quàm in alijs: puta in maritimis quàm
in montanis, & in calidis quàm in frigidis regio-
5 nibus. † Sed pone in loco unde est reus prius in-
dicuntur quàm in loco unde est actor uel iudex,
uel prius quàm in loco ubi res de qua agitatur si-
ta est: quæritur cuius loci iudex consuetudinem
obseruabit. Et uidetur quòd loci actoris: cùm
ex eius persona ius metiatur, ut ff. si pars hære.
pe. l. 2. ff. si mens. fal. mo. dix. l. prima. E contra ui-
detur quòd rei cuius forum actor sequi debet. ex-
tra de fo. com. cùm sit. & C. ubi in rem. ac. l. 1. 11.
q. 1. experientiæ. & qui fauorabilior est. ff. de reg.
iur. fauorabiliores. Imò uidetur quòd iudicis seu
eius loci in quo causa dicitur, ut ff. de testib. l.
3. §. fi. ff. de ua. & extraor. cog. l. prima. §. in hono-
rarijs. & extra de eo qui mit. in pos. causa rei ser.
cùm uenissent. de pœ. di. 1. nemo. Sed uidetur at-
tendi debere consuetudinem loci ubi res de qua
agitur sita est. nam eius ratione quis forum sorti-
tur. extra de fo comp. sanè. & cap. licet. & cap. fin.
& de testam. Raynutius. ubi quarta deducitur se-
cundum consuetudinem ciuitatis Tuscanellæ. in
qua re de quibus agebatur erant sitæ. Ad idê extra
de re iud. cùm causam. Sed dic loci rei consuetudi
nem seruandam in cuius fauorem indictæ sunt hu-
iusmodi feriæ, ne a suis negotijs euocetur. ff. de
6 ferijs. l. 1. Actor † enim & iudex sibi præuidere po
tuerunt, ne aliquem uocari facerent tempore fe-
riarum quæ in suis locis seruantur: & non reus. C.
de dil. si quando. quæ est 3. q. 3. §. spatium. & facit
C. de temp. in integ. restitu. petendæ. Præterea, eo
quòd actor tempore suarum feriarum reum uoca
ri fecit eis renunciare uidetur. quod facere po-
test, ut j. dicetur. Contra hoc tamen uidetur quod
no. secundum papam j. uer. illud etiam no. sed ibi
loquitur quando iudex & litigatores sunt diuer-
sarum & remotarum regionum, ut patet in his
qui litigant in curia Romana: hic autem loqui-
mur cùm sunt diuersorum locorum: non tamen

i ualde remotorum. Quidam [i] autem dicunt quòd
ubi quæritur de causæ ordinatione: tunc consuetu
do loci iudicis consideratur, ut in præ. l. ff. de te-
7 sti. † Et si iudex circa iudicia suam consuetudi-
nem non sequitur ius commune nullius inspecta
consuetudine: quia aliena consuetudo eum non
k ligat, licet sit argumen. contra. 12. dist. illud [k] Vbi
uerò quæritur de causæ decisione: tunc loci ubi
contractum fuit, ut argum. ff. de eui. si fundus. ex-
tra de testam. Raynutius. & extra de eo qui mit.
in pos. causa rei ser. cum uenissent. ff. de usur. l. 1.
respon. 1. Alij dicunt quòd ubi una est consuetudo
in foro rei: alia in foro actoris: alia in foro iudicis
quòd seruanda est consuetudo rei, ut in l. fauora-
biliores. Alij quòd est actoris ex cuius persona
ius metitur forum, ut s. de iudic. solemus. & l. si
quis. Alij quòd regionis in qua contractus cele-
bratus est. ff. de reg. iur. semper. & in præ. l. si fun-
dus. Alij quòd loci in quo iudicatur, ut in præ. l.
de testi. & not. C. quæ sit lon. consue. Alij distin-
guunt: quia consuetudinem ciuitatis potest iu-
dex seruare contra forenses, sed statuta non quod
non placet. unde dic ut s. ibi: Quidam autem dicũt
& dic & quare circa hanc materiam prout no. ex-
tra eo. cap. fin. & de consue. super rubrica secun-
8 dum papam. † Item no. quòd feriæ publicæ seu ru
sticæ conceduntur non solùm rusticis uel agricul-
toribus: imò etiam omnibus alijs puta militi-
bus, clericis, burgensibus, artificibus, & alijs. ff.
eod. l. prima in prin. ubi de hoc quia licet perso-
naliter his non intendant: tamen intendunt per
alios: puta per procuratores colonos & huiusmo
di: & licet per se non occupentur: possunt tamen
per alios occupari: puta per procuratores testes
uel aduocatos quos habere non possunt. Licet
ergo causa cesset: non ideo cessabit effectus, ut
infra. de dispu. & alle. §. post hoc. uersicu. uel illud
l statutum. & est quæstio uenerealis. [l] Verunta-
men in Romana curia procuratores remotarum
partium qui non læduntur in antiquo si feriæ ibi
non conceduntur, bene sunt cogendi responde-
re, ut not. papa extra de fer. cap. fin. procuratores
autem eorum qui sunt de loco ubi est curia, uel
de uicinis ferijs gaudent. & sic de mandato san-
ctissimæ recordationis domini Clem. papæ 4. ser-
uauimus. Est autem argum. secundum Mar. de
9 Fano. † quòd nulla lex potest curiam principis
coarctare quin possit quolibet tempore ius red-
dere etiam diebus feriatis. C. de his qui ad ec. cô.
præsenti. in princip. ibi: præsentanea constitu-
10 ta, &c. † Nam ipse est lex animata in terris, ut
in auth de consul. §. pe. in fin. Et per hoc potest
excusari consuetudo curiæ regis Franciæ: quo
tempore parlamentorum omni die ius reddit, ut
uenientes de longinquis partibus citius expedian
11 tur. † Illud etiam nota quòd in assignatione ter-
mini, non sunt attendendæ feriæ partium, sed re-
gionis tantum iudicis coram quo causa agitur.
Nec est uis si feriæ sint quando parti assignatur
terminus, uel quando incipit iter eundi ad iu-
dicem, uel etiam si in uia incidat argu. ff. de adul.
miles. §. sexagnita. ff. qui. ex cau. ma. sed & si per
prætorem. §. pe. secundum papam, ut no. extra eo.
de fer. cap. fi.

ADDITIO

ADDITIO.

a *Sequentibus. Hic adde festum corporis Christi, feria quinta post octauas huius festi per constitutionem Vrbani quæ habetur in cle. de reli. & ve. sanct. si dominum.*

b *Reprobo. Vide quod scripsi in præ. capitu. fin. eodem. titu. in gloss. quæ sunt. Et aduerte quòd non utitur autor uerbis decre. in eo quod statim subditur. ibi enim dicit text. 12. apostolorum, & præcipuè Petri & Pauli. hic dicit omnium apostolorum. & sic includet eos qui non fuerunt de numero duodeno, sicut Paulus. Hoc patet Luca 6. & not. de reli. & ue. sanct. cap. uno. libr. 6. in gloss. 2. per quam decretalem hic addas de quatuor Euangelistis, licet duo ex illis per apostolatum essent inclusi: & de quatuor doctoribus*

c *Loci. Istud siue loci non est in canone, & intellige quod dicit canon, cuiusque oratorij quo ad festiuandum, & solenniter officiandum per clerico illius loci, non quo ad ferias causidicas, de quibus tractamus: nisi forsan episcopus loci, &c. ut sequitur. Dedicatio autem basilicæ beati Michaelis quæ est penultima Septembris, bene est feria causarum. ut in cap. fina. eod. titu. & cap. 1. de conse. dist. 3. sed Bononiæ, non est feria operarum: quia tunc mutantur hospitia, propter quod illa dies & sequens quæ est festum beati Hieronimi non bene coluntur.*

d *Crucis. Ad quod oppone & solue ut ibi not. in prima gloss.*

e *Baptista. Hoc declaratur eo. tit. capellanus.*

f *Duraturis. secundum Tancre. ubi supra.*

g *Seruari. Dicit Simon in l. omnes. C. eodem titul. quòd cùm omnes dies debeant esse iuridici, præter exceptatos, ut ibi in principio. satis est illos exceptatos non esse ut dicantur iuridici.*

h *Nullo. Secundum Tancre. & respicit hoc lex quod supra dicit solus.*

i *Quidam. Odof. scilicet, vt dicit Albe. Gal. rubr. de sententijs. uersi. po. ibi etiam ponit ultimum dictũ huius uer. quod autor improbat.*

K *Illud. Ibi dicit hoc satis, nec contra dicit dum dicitur hic ius commune sequẽdum ibi per unius consuetudinem, non tolli consuetudinem alterius.*

l *Venerealis. Et est 25. ubi hoc tenet Bar. allegans Pileum cuius fuit q. 96. & idem dixit in libellis. rub. de in ius uoc. idem Tan. ubi supra. uer. rustica. & Rof. ubi supra. in prin. & Host. in sum. huius ti. §. fi. uer. sed numquid milites.*

SVMMARIVM.

Quid in ferijs agi possit, uel non.

1 *Agi potest diebus feriatis, si necessitas urgeat, vel pietas suadeat: & quæ tunc dicatur necessitas.*

2 *Appellari potest quolibet tempore feriato, & in qualibet causa: non autem potest appellationis causa tractari.*

3 *Receptio testium quo casu tempore feriato possit fieri.*

4 *Tempore feriato potest causa scholas conducentium tractari.*

5 *Instrumentum in ferijs ob reuerentiam Dei indictis per tabellionem super aliquo contractu confectum, an sit ualidum.*

6 *Testis dictum tempore feriato depositum an teneat.*

7 *Ad uoluntariam iurisdictionem spectantia quæ sint, & an quolibet tempore fieri possint.*

8 *Tutor dari potest quolibet tempore.*

9 *Causa matrimonialis an & quare possit feriatis diebus tractari.*

10 *Causa usurarum repetundarum, an feriato tempore sit agitanda.*

11 *Decimarum causa an tempore feriarum possit uentilari.*

12 *Causa quæ committitur intra certum tempus decidenda, si die feriato euenerit, an procedetur.*

13 *Decretum super alienatione minoris, diebus solennium feriarum interpositum, an ualeat.*

SEQVITVR Videre quid in eis agi põt,
uel non. Et quidem in omnibus prædictis ferijs non debent tractari ea quæ ad contentiosam spectant iurisdictionem: puta non debet quis ad causam uocari, nec causa tractari, nec sententia ferri: quod si fiat non ualet quod agitur ĩ. §. proxi. & 15. q. 4. cap. 1. & C. eo. per totum. ex̃. de iud. c. fi. ff. eo. si feriatis. ex̃. eo. c. fi. in fi. & talis sententia uel processus non posset ratificari: cùm sit ipso iure nullus. 16. q. 3. §. potest. ex̃. de elect. auditis. licet sit argum. contra. ff. rem ra. ha. cùm minor. §. fi.
a [a] C. communia utriusque tu. l. 2. C. de fi. instru. l. 2. Item non potest tunc quis ad mortem uel pœnam damnari, nec placitum, nec mercatum fieri, nec sacramenta præstari, nisi in casibus ex̃. eo. c. 1. 22. q. 5. decreuit.
1 † Potest autẽ his diebus agi si necessitas urgeat, uel pietas suadeat. Necessitas est, ut si res sit tẽpore uel morte peritura. ex̃. de iudi. c. fi. C. eo. actus. quod exemplifica, ut ff. eod. l. 1. 2. & 3. & ĩ. subijcietur. Pietas autẽ suadet si sit causa debilium, uel miserabilium personarum: quia in operibus misericordiæ dierum non est habenda distinctio. argum. 77. distinct. utinam.

de

de consc.dist.5.numquam.imò illis magis est insi-
stendum his diebus.argum.ex̄.de sta.monac. cùm
ad monasterium.§.in refectorio. Vnde quæ ad pa-
cem,& concordiam pertinent tractari, & termina
ri tunc possunt.ex̄.eodem. cap. primo. & pacta in
his loquantur,& transactiones conserant.C.eodẽ,
l.fin. Idem fortè in causis in quibus appellatio nõ
admittitur.ff.de appel.recip.uel non.l.fi.quod dic
ut infrà,de appellat.§. in quibus.& in his quæ di-
lationem non recipiunt,ut absolutio ab excommu
2 nicatione. ex̄.de appell.qua fronte. † Item quoli
bet tempore feriato appellari potest, & in quali-
bet causa, sed non potest causa appellationis tra-
ctari.C.eodem.l.1. Et nota quòd feriæ continuæ
sunt.nam computantur in anno uel biennio,quod
datur ad prosequendum appellationem.C.de tem-
por.appel.l.2.§.pe.Item quolibet tempore libel-
b lus offerri potest.ff.de adul.l.miles.§. sexaginta.[b]
Item si actio sit tempore uel morte peritura: his
tẽporibus lis potest contestari uel executoris con
uentio fieri: & fieri quod commodè differri non
potest: & liberale iudicium exerceri. Item in eũ
qui feriarum vel nundinarum impediendarum
nomine uel ne frumentum ad eas ferretur aliquid
accipit omni tempore ius dicitur.ff. eo.l 1. §. ex-
3 cipiuntur. & l.solet. † Item sit fortè testium re-
ceptio: cùm timetur uerisimiliter de ipsorum
morte uel absentia diuturna.ex̄. ut lit.non conte-
sta. quoniam, in princi.& argum.ff.de fer. solent.
& in auth.de test.§.fina.C.de aduo.diuer.iudi.lau
dabilem.§.quot. Item causæ insignium latronum
& maximè Isaurorum omni die & tempore ex-
pediuntur.C.eo.l.pe.23.quæst.4.est iniusta. Item
publicæ & fiscales saltem in ferijs rusticis.C.eod.
publicas.non tamen in solennibus,ut eo titu.om-
4 nes dies.in fin.& l.fi.in fi.& ex̄.eo.cap.1. † Sed si
magister conducit scholas, & alius postea condu-
cit alias de uicino: ita quòd uoces adinuicem se
confundant: primus ultimum depellere potest.
quæ causa die tractabitur feriato.C.lib.11.de stu-
dijs liberal. urbis Ro. & Constan.l.unica. Item
tempore feriarum rusticarum cogitur quis litiga-
re, ne tempus alicuius electi inutiliter elabatur.
ex̄.de iudi.cap.fi.Item tempore messium & uinde
miarum possunt agitari causæ ad eas spectantes.ff.
5 eod.l.1.& 4.& C.eod. omnes. † Quid si in ferijs
ob reuerentiam Dei indictis fit instrumentum
per tabellionem super aliquo contractu. Dicunt
quidam quòd non ualet.nam dicit lex actus om-
nes seu publici, uel priuati 15. diebus paschali-
bus conquiescant, ut C.de ferijs. actus. Sed dic
contra. & quod ibi dicitur actus publici uel pri-
uati expone, id est, iurisdictionis contentiosè:
uoluntariæ autem bene possunt exerceri, prout
in eadem lege dicitur, ut emancipare, contra-
ctus inire, instrumenta scribere, testamenta fa-
6 cere, & huiusmodi. † Quid si tunc testis dictum
suum deponit. Et uidetur quòd non ualet. quam
uis die non feriata iurauerit, ut C. eodem. dies
festos. circa medium. & hoc quidam dicunt.
Contra credo cùm habeatur pro recepto post-
quàm iurauit. argumen.C.de testibus. l. pen. ut
suprà.de testibus.§.qualiter.uersic. is quoque. &
examinatio non est iudicialis actus: imò secretè
fieri debet Danielis exemplo. Sunt etiam qui di-
cunt quòd partibus & testibus uolentibus hoc fie-
ri potest: aliàs non,ut in prædicta.l.dies.ibi, à cun
ctis executoribus,&c.& ibi, nulla quemquam ur-
geat admonitio,&c. Recipi autem seu iurare non
debent testes die feriato: quia testium receptio
c est de processu.[c] ex̄.de probatio.quoniam contra.
nisi fortè quando recipiuntur ualetudinarij, & de
quorum morte uel absentia diuturna timetur: cũ
tunc extra iudicium recipiantur.ut ex̄.ut lite non
d contest.quoniam.Responso 1.[d] † Porrò ea, quæ
7 ad uoluntariam iurisdictionem spectant, quolibet
tempore fieri possunt: ut adoptare, emancipare,
manumittere, excommunicare, & absoluere: ubi
e causæ cognitio requiritur.C.eodem actus: [e] ergo
tutores, & curatores dabuntur, & ut gerant mo-
nebuntur, alimenta constituentur nomine uen-
tris uel legatorum, & causa damni infecti posses-
sio dabitur. Item fiet cognitio exhibendi testa-
menta: curatores dabuntur bonis, & ut liberi pa-
rentes alant, & econtrà præcipietur: atrox iniu-
ria æstimabitur: & fideicommissaria libertas præ
stabitur ff.eodem l.2.& 3.ff.de dam. infect. l. 1.ff.
quemad.test. ape. l. 1. & præ. l. loquatur in ferijs
rusticis. Azo tamen dicit hoc fieri posse, etiam
in solennibus: cùm pietas hoc suadeat, ut præ-
8 dixi. † Quod autem dixi de tutoribus dandis,
probatur etiam ff.de tutel. qui habet. §. penul-
tim. ubi dicit quòd tutor dari potest quolibet
tempore. quod intelligit Vber. cum ad unam
causam dari debet: ut ea. l. in fin.secus si ad plu-
res: cùm tunc dari debeat cognita causa, & iu-
dice pro tribunali sedente. ff. de confir. tut. uel
cur.in confirmando, sed prius dictum placet, cùm
prima iura non distinguant. argumen. 2. quæstio.
5.consuluisti. extra, de translatio. inter corpo-
ralia. Quid si uxor mortuo uiro petit alimen-
ta? Dic quòd hæc causa potest die feriata agi:
f quia id pietas suadet[f]. † Quid de causis matri-
9 monialibus[g]. Ioann. not. 15. quæstio. 4. in sum.
g posse eas tempore feriato tractari propter pe-
riculum adulterij uel incestus. Idem dixit in
matrimonio spirituali, scilicet, cùm agitur de
elect.episcopi. uel prælati propter periculum mo
ræ, extra de appel. oblatæ. in fi. 50. distin. post-
quam. extra, de elect. ne pro defectu. quia in
his sunt spiritualia. extra, ut lite non contesta.
cap.1. & cap. quoniam. §. 1. quod admittit dom.
meus, si ex officio procedatur. sed si in figura iu-
dicij agatur, hoc reprobat, & bene extra, de clan-
de.despon. cùm inhibitio. & de diuor. porrò. §.
unico. possẽt tamen uideri quòd in rusticis ferijs
causa exactionis possit agitari: ut extra, de iudic.
10 cap.fi.sed uerius est quod iam dixi. † Quid de
causa usurarum: uerbi gratia, repetebam usuras
ab hærede cuiusdam usurarij: ille uerò opponit
exceptionem feriarum, & uidetur exceptio ad-
mittenda: quia tunc non est quis conueniendus.
ff.eod.l.1.nisi in casibus, inter quos is non reperi-
tur.argum. contra, quia hoc tempore agitur pro
furto, & rapina.ff.eod.solent.§.primo, & usura, &
rapina æquiparantur: ut 14.quæstio. 4. si quis. &
h cap.sequen. Dicunt quidam [h] quòd si defunctus iu
rauit stare mandatis ecclesiæ, uel se usuras reddi-
turum,

turum,& preceptum fuit ei quòd redderet, nunc
urget necessitas, & suadet pietas, ut omni tem-
pore etiam feriarum ratio fiat. extra, eod. cap.fi.
11 † Item quid de causa decimarum. Et uidetur
tempore feriarum uentilari posse. Nam de tribu
tis tunc agi potest: ut C.eod. publicas. At deci-
mæ sunt tributa egentium animarum: ut 16.
i quæstio.1.decimæ.extra, de deci.tua. & hoc tenet
j quidam. [i] alij contra. non enim tunc debet agi,
nisi necessitas urgeat, uel pietas suadeat, ut s.
12 † Quid si causa intra certum tempus decidenda
committitur, & id tempus, in dies incidit fe-
riatas? Dic quòd non procedetur: ut no. in præ.
cap.placita. Credo tamen quòd ubi iudicis iuris-
dictio est finitura: iudex tempore feriarum ru-
sticarum procedere potest, ne iudicialis instan-
tia euanescat argument. de offic. delega. consu-
k luit. extra, de iudic.cap.fin. [k] † Sed nunquid de-
13 cretum super alienatione minoris diebus solen-
mum feriarum interpositum ualet? arg.quòd sic,
C.eo.actus.in fi. Dic contra: quia causa cognita &
iudice pro tribunali sedente id fieri debet.C.de ad
mi.tu. lex, quæ.& C.de præd. mino. l. minorum.
l & l. ob es [l].

ADDITIO.

a *§.fi.Lex 3.est quam solue.ut not.extra de re iud. c.1.in gloss.2.& vt super ea dixi in l.seq. tenet diuisio ex consensu sociorum, licet non ex autoritate diuidentis.l.2.de fi.instr.procedit ex eo: quia res inter alios agitur.*

b *Sexaginta. Idem not.de iud.cap.ultim.in vltim. gloss. & infra.de lib.obla. §. nunc uideamus. & quod ibi dicam. facit ille.§. & quod dictum est supra.uersi.prox.in princ. ad quæstionem an nunciatio noui operis fieri possit. & ipsius causa tractari die feriato. & gloss. in l. prima. ff. de noui ope nun.§.item nunciatio omnibus diebus,&c. tenet quod fieri potest saltem his duobus modis quibus non aditur prætor. De tertiò plus dubitatur. & una opinio habet quòd non possit. alia distinguit ferias fauore hominum: & tunc possit à ferijs in honorem Dei: & tunc non possit. Vtrique respondent ad §. item nunciatio, ut intelligatur diebus omnibus, scilicet congruis. Allegant ff. man.l.1.de consti.pec.l.qui autem.in fi. de mu.& ho.ut gradatim.in fi. sed in congruitate discordant,ut dixi. sed ex uerbis Albe. Papi. super illo §.inuenio eum, licet non sic expresserit intellexisse quòd denunciatio quæ fit per prætorem: aut uocat in ius ædificari facientem: & hoc fieri non possit in diuinis ferijs: & sic loquatur lex ff. si quis in ius uo.l.2.in fi.quam vbi supra glo.signat pro contraria, & non soluit. Si uerò non arctat illum ad ueniendum, sed solum nuncium suum ad eum mittit: puta etiam diebus feriatis fieri posse. Allegat iura vulgaria.ff.de usufru.æquissimum in prin.ff si cer.pe. quidam in fi. Per quæ dari potest alio solutio quòd si periculum est in mora uel grande dispendium: puta quia illius diei opus claudet lumina scholarum quolibet die fieri possit,per prædi.l.1 ff.eo.uer.sanè.cum concord.1.gl.& extra. eo.tit.c.fi.versi.quibus.facit de sen.excom. constitutionem.in fi.li.6.Ex prædictis habeatur secunda quæstio quæ fuit Albe.Galeo.extra, uolumen pro soluta his casibus quibus differenter denunciationẽ fieri non posse: quia eo minus posset causa tractari. Ad negatiuam autem allegat quòd certi sunt casus numerati in quibus in ferijs procedi potest. ff.e.l.1.2.& 3.extra.eo.c.1.& vl.inter quos causa denunciationis noui operis expressa non est, ergo,&c.ff de his qui sui uel alie.iu sunt.l.pater.in prin & ibi concord.facit extra,de transla.c.2.de sen.excom.his qui.lib.6.Item arbiter omni tempore cogitur sententiam dicere.ff.de arb. sed si compromissum.in fi non tamen tempore feriato.eo.tit. si de meis.in fi.In contrarium alle.præ.§.item nunciatio. & qui omnia dicit nil excipit. de ma. & obe.solitæ.ff.de ser.vrb.præd.l.si seruitus.Et quod de tutoribus & curatoribus dicitur infra.uersic. porrò.& l.1.ff.de dam.inse.& l.1.ff eo.quæ prouident celeritati. Soluit quòd his diebus quibus cognoscitur causa damni infecti cognoscatur causa denunciationis: cum ista sicut illa celeritatem desideret.alleg.C.de edi.priua.l.de operis,ibi,festinare.& ubi eadem ratio,&c.ff.ad l.Aqui.istud.extra de consir.uti.uel.inu.cum dilecta.& ibi cõcor. & quia quoties res vrget cõgimur adire prætorẽ, ut præ l.1.ff.eo.uersic. sanè. Adde ut per Bart. & Alex.in d.l.1.§.nũciatio.et ibi an executio sententia possit fieri die feriato,& quo de citatione: & quid de reuocatione tenuta.*

c *Processu.Gui.de Suz super l.iurisiurandi.C.de testi.per præd.l.dies. Adde tu quòd receptio & examinatio testium possit fieri die feriata.est glo.1. in cle.unica,extra de off.deleg.*

d *Responso.1. æquiparando ferias contestationi litis.& facit decreta.ult.hoc eo.tit. & quod ibi no. in glo.pen.*

e *Actus. De insinuatione donationis.dicam idem infrà.de instru.edi.§.porrò.super uersic. donatio. in fin. Adde, an curator liti in causa pupilli dari possit die feriata, uide Bald.quòd sic in l.3.§ quælibet.ff.de tutel. & ibi an possit dari tutor uel curator.*

f *Suadet.Hoc tenuit Albert. Gal. titu. de alimen. ultra medium alleg.de fer.cap.fi.ff.eod.l.1. & 2. Adde quod hoc limitant doc.in l.diuortio.§ si uir.*

quando

quando mulier non habet unde alat. aliàs secus & hoc idem uidetur uelle Specu. dum dicit pietas suadet.

g *Matrimonialibus. De hoc uersi. & duob. seq. uide cle. de uerb. sig. sæpe. post prin. uersicu. tempore. & quod ibi not.*

h *Quidam. Alb. Gal. cuius ad literam fuit iste uersi. de exce. uersi. pone quæst.*

i *Quidam. Alb. Gal. cuius fuit iste uersi. absconsus. sub rub. de fideiuss. uer. pen.*

k *C. fi. Gui. de Suz. in l. sciendum. ff. qui satisd. cog. tenet quòd si uenit ultima dies iurisdictionis delegati. & est feriata ferijs rusticis: pronunciare poterit si non fuit in culpa. in solennibus autem non. nec in rusticis si fuit in culpa. alleg. ff. de fer. si feriatis. in fin. & ff. de arbit. si de meis. §. fin. Adde, quid si dies exitura est feriata & statutum dicat quòd si ultima dies est feriata differatur in sequentem diem: accidit quòd sequen. dies est etiam feria. laudum fuit latum die sequenti: quæritur an ualeat. Bald. consi. 226. 2. lib. consuluit quòd non.*

l *Aes. Idem Iac. de Are. allegat. ff. de confir. tut. l. in confirmando. & de bo. poss. l. 4. §. pe. lex, actus. non obstat, quæ loquitur in iurisdictione uoluntaria & fauore libertatis, quæ datur manumissis, & emancipatis. idem Alber. Gal. extra. uolumen super l. 2. ff. eo. ti.*

SVMARIVM.

Quibus ferijs renunciari possit.

1 *Renunciare iuri nondum sibi competenti, nemo potest.*

2 *Testes an possunt cogi, ubi renunciatum est ferijs rusticis.*

3 *Iudex pro tribunali sedens, si scienter assignat diem feriatam partibus præsentibus, & feriatam esse non ignorantibus, an partes uideantur renunciasse exceptioni feriarum.*

NVNC Videamus quibus ferijs renunciari possit. Et quidem repentinis non potest renunciari. a ff. de arbit. si feriatis. ff. de postul. quas prætor. ff. de iure immu. semper. §. conductores. arg. C. eo. omnes dies. prope fi. ibi: nostris etiam, &c. Multò minus solennibus in honorem Dei, & sanctorum inductis. ex. eo. c. fi. imò processus habitus tunc non ualet, ut ibi Iac. Bal. no. contra in repentinis: ut dixi s. de arbi. §. 6. prope fi. uer. fi. in forma autem. Rusticis autem, seu publicis renunciari potest. ex. e. c. fi. in fi. arg. ex. de regula. ad apostolicam. ex. de fo. competi. si diligenti. sed si non esset renunciatum, sententia non teneret. ex. eo. c. fi. ff. e. l. 1. & l. si feriatis. & s. §. proximo in prin. De hac materia no. ex. de off. deleg. de causis. & de iudi. c. fi. ex. de fe-

1 rijs. c. fina. † Quid si renunciatio feriarum fiat in instrumento alicuius contractus? Et uidetur non tenere. nemo enim potest renunciare iuri nondum sibi competenti. ff. de acqui. hære. is qui. ff. de leg. 2. si ita sub condi. ex. de re iudi. abbate. sane. lib. 6. de ecc. ædi. ad audientiam. a. in fi. Dic contra, quia iam erat ius quæsitum, cum iam essent feriæ ordinatæ à lege. quod intellige de his, quibus renunciari potest. & ideo sæpe in instrumentis contractuum opponitur clausula illa, & ferijs renunciamus. C. de pac. l. 1. & ff. e. l. pactum. ex. eo.

b c. ult. b † Quid si renunciatum est ferijs rusticis:

2 nunquid tunc poterunt testes cogi? Respondeo, non puto. ar. ff. de pac. si unus. §. & in summa. uer.

c ante omnia. c Quid si iudex me citat. ut ad diem ueniam feriatam? De hoc dic ut s. de cita. §. 1. uer. item quòd citatio. & in Summa domini mei, de

3 fer. §. & an ferijs. † Sed quid si iudex pro tribunali sedens scienter assignat diem feriatam ferijs rusticis, partibus præsentibus, & feriatam esse non ignorantibus: nunquid uidentur partes renunciasse exceptioni feriarum. Dic quòd sic: ex quo scientes, & non contradicentes talem terminum receperunt. ar. ex. de re iudi. quod ad consul-

d tationem. 7. q. 1. quàm periculosum d est. arg. contra in reo: quia eius est fugere. 4. q. 4. c. 1. unde fugitiuus appellatur. C. de iudi. properandum. §. & si quidem. Non uidetur ergo sibi imputandum, si facit id, à quo denominatur. 16. q. 1. si cupis. tu-

e tius autem est quod expressè renuncietur. e Sed quid si actum est quòd arbiter, uel iudex possit pronunciare die feriato. De hoc in præ. uersi. in forma autem. & seq.

ADDITIO.

a *Renunciari. Secundum Tan. ibi supra uer. in omnibus. in fi. & idem Hosti. in Summa eo. tit. §. in prin. Adde, quòd feriæ repentinæ æquiparantur ferijs inductis in honore Dei. gl. in cle. sæpe. de uer. sig. & Bal. in l. in tempus. ff. de hære. insti.*

b *C. ult. Per quod capitulum in fi. quæstio ista uidetur dubia. Sed dic quòd illa decre. bene promittit procedi in talibus ferijs. unde nullus negat, quando dum litigatur renunciari possit. sed hoc dubitatur an prius in contractu renunciari possit: quia iuri futuro non renunciatur, ut supra, & per l. si conuenerit. ff. de iur. om. iu. propter quæ Iac. de Are. habuit quæstionem pro dubia, ut ponit Cyn. ea. l. 1. sed placet sols. Gul. et placet Vber. de Bobio, char. 2. in fi. ubi tractat obiectus contra sententiam ordinarij. Ad contrarium responde aliud in pacto, quàm in repudiatione, ut not. in l. 1. C. de pac. & scripsi de testa. Raynutius. super 3. glo. ad l. si conuenerit. Dic quòd istud est pactum non*

non decimandi, ut scripsi extra. de iud. ca. 1. super glo. sed nonne.
Adde, quibus ferijs renunciari possit. consil. 323. 1. libr. Et an cum in compromisso renunciatum est ferijs, illud tempus dicatur utile, uel continuum, per eundem consil. 423. 2. libr. & consil. 498. 4. lib.

c Omnia. Et idem not. C. eodem titu. l. omnes. in fin. ult. glo.

d Periculosum. Facit infra tit. 2. §. dicto uersic. quod de exceptione feriarum. facit quod no ff. eod. l. 1. §. 1. in glo. hoc no. in fin.

e Renuncietur. Alias tene contrarium non per rationem prædictam: sed per no. in cle. de uer. sig. sæpe. in gl. ante pe. & supra, de cita. §. 1 uer. quid si reus. cum sua remis.

Bald. de ferijs.

NULLA lex potest curiam Principis coarctare ad ferias. §. 1. uersic. est autem. C. Testis non potest die feriata, sed deponere sic. §. sequitur. uer. quid si testis. & seq & ideo si terminus datus est ad faciendum deponere testes iuratos, feriæ non excipiuntur: quia non sunt Bal. uide Inno. de off. dele. consuluit. An ferijs repentinis possit renunciari. sentit quòd non §. nunc uideamus. uide in cle. sæpe. de uer. sign. An tenuta possit dari die feriato, uide supra, de primo & secundo decreto. §. tenuta. Quod die feriata potest offerri libellus, quomodo intelligatur, uide supra, de citatio. §. die feriata. uide omnino Bal. in l. bonorum. C. qui admit. ad bo. pos. in uer. opi. An executio possit fieri die feriata, & quotuplex sunt feriæ, uide ibidem. §. citatio est de processu. Vbi allegatur spoliatio, uel rixa agitur die feriata. uide infra, eo. de peti. & pos. §. 2. Tempore feriarum etiam inductarum ob reuerentiam Dei, potest fieri instrumentum super aliquo contractu per tabellionem. Item potest fieri actus uoluntariæ iurisdictionis: ut contractus emancipationis, & testamenta similiter fieri possunt: ut in §. sequitur. uer. quid si in ferijs. Tempore feriarum non debet fieri interpositio decreti super alienatione rei minoris, uide in uer. si. G. An die feriato possit quis pro delicto ca. infra, de sen. §. sed an captura. An teneat sententia lata tempore feriato, & quòd non sunt feriæ nisi exprimatur dies à iudice, uel à statuto: licet messes uel una fiat in agris. infra, de sen. §. non ualet sententia lata tempore feriarum.

a De recusatione. a Rubrica.



IN Præcedentibus titulis de comparitione tractauimus, & quia comparentes, ope exceptionum se defendere cōsueuerūt, ut ff. de excep. l. 2. ideo consequens est ut de exceptiōibus aliqua doceamus: & quia inter eas iudicis recusatio primò proponenda est, ut patet ex. de proba. quoniam contra. & ī. tit. proxi. §. ulto. uer. porrò. ideo de eo primò discutiamus. hic tamen non prosequimur quia tunc articulum inuenies expeditum suprà de recusationibus.

ADDITIO.

a Autorem imitemur, qui in hac non insistat, &c. In præcedentibus titulis.

a De exceptionibus, & replicationibus. a Rubrica.



QVONIAM Sæpe reis ad iudicium uenientibus ope exceptionum, actoribus uerò ope replicationum subuenitur: ideo utile est ut de his aliqua pertractemus. Et primò dicamus de exceptionibus. Ad cuius rei notitiam uidendum est: Quæ sit exceptionum diuisio. Quando opponantur dilatoriæ. Et quando peremptoriæ. Et qualiter, & à quibus, & quo ordine opponantur, & qualiter super eis pronuncietur. Vltimò uerò de replicationibus adnectemus.

ADDITIO.

a Pileus non formauit de hoc generalem rubricam: materiam tamen hanc prosequitur sub rubri. de lit. contest. Bagarotus etiam non formauit generalem rub. sed in toto opere suo ut dixit in ipsius operis principio, prosequitur exceptiones, quæ repellunt accusatorem, actorem, procuratorem, &c. & uide supra, de actore. De Vberto de Bonacur. dico idem, ut narrat in sui operis principio, & patet in prosecutione. specialius tamen ad propositum ponit rub. de exce. dilatorijs, & aliam de peremptorijs. De Neapo. de Mon. alb. dico idem, ut dixi super proœmio. Item licet non sic apertè dico de Rof. in nouem rubricis sui operis, quæ sequuntur primam. Opus etiam Vber. de Bob. totum plenum est excep & repli. ad diuersas materias, & maximè ubi tractat de excep. contra eum, qui agit nomine proprio, mihi charta 11. Et sic Ioan. de Deo in cauillationibus maximè libr. 3. quasi per totum lib. etiam iudicum parte 2. post prin. ponit plures rubricas

bricas de his. Tan. ad literam posuit hanc rubri. sui operis parte. 2. post rubri. de contumacibus. Bonagui. operis sui char. pe. posuit rubri. de exce. repli. & tripl. & quadru. & tractat etiam materiam in tribus rubri. seq. Aegi. in rub. 16. & tribus seq. de cæteris exceptionibus tractauit in diuersis demum rub. prosequendis trac. de aliis. Alb. Gal. posuit rubr. de excep. tantum. Gui. de Suz. his instruit rub. de off. aduoc. rei.

SVMMARIVM.

1 *Exceptiones peremptoriæ uocantur, quæ actionē periment, seu uerius elidunt.*

2 *Exceptio peremptoria competit de eo, quod dicitur fieri, uel factum esse contra legem, uel senatus.*

3 *Exceptio illa peremptoria dicitur, quæ semper obstat agenti, etiam si cessauit agere per mille annos.*

4 *Defensiones illæ propriè dicuntur, quæ ipso iure tollunt, & perimunt omnem actionem.*

5 *Dilatoria exceptio quæ sit, & quomodo diuidatur.*

Legatus non tenetur respondere sub iudice prouinciæ, ad quem mittitur.

6 *Exceptio declinatoria iudicij, ratione rescripti quomodo intelligatur.*

7 *Exceptiones anomalæ quæ dicantur.*

8 *Exceptio dubia siue mista, quæ sit.*

Exceptio est actionis exclusio.

9 *Agere non dicitur quis, ante litis contestationē, sed agere uelle.*

EXCEPTIONVM igitur Aliæ sunt peremptoriæ. Aliæ dilatoriæ. Aliæ anomalæ. Aliæ mistæ. Peremptoriarum aliæ dicuntur simpliciter peremptoriæ exceptiones: aliæ uerò uocantur defensiones: ut ex. de lit. con-
a te. exceptionis. [a] † Exceptiones peremptoriæ uo-
1 cantur, quæ actionem perimunt, seu uerius elidunt: ut Instit. eo. §. perpetuæ. ff. eo. l. 3. de quo dicam j. §. uiso. ut est uidere in pacto de non petendo in perpetuum, & in iureiurando, quæ ipso iure tollunt naturalem obligationem: ciuilem autem non tollunt ipso iure, sed eam ope exceptionis elidunt. ff. de sol. Stichum. §. naturalis. Instit. de excep. §. præterea. 1. C. de pact. creditori. & l. seq. ubi de hoc ff. eo. si unus. §. pactus ne peteret. ff. de iureiur. l. fi. ex. de pact. cap. fi. ex. de iureiur. debitores. & j. §. dicto. uersi. sed pone. Hic ergo dicuntur exceptiones peremptoriæ: ut j. §. uiso.
b uer. item not4. quòd. Et congruentius [b] exceptiones elisoriæ uocantur: quia actiones non perimūt, sed elidunt. ff. de excep. l. 2. Item etiam exceptiones peremptoriæ dicuntur, ut exceptio doli mali, & quod metus causa. uel si promissum est per errorem. Instit. de excep. §. 1. Item exceptio non numeratæ pecuniæ, uel dotis. Instit. eod. §. 2. extra, de fide instru. si cautio. sed hæ duæ non sunt perpetuæ. Item rei iudicatæ. ff. de re iudic. post rem. extra. eo. sicut nobis. & in præd. decre. exceptionis. Præmissa probantur ff. de excep. exceptiones. §. rei. Item exceptio Vellei. & Mace. & in factum: & generaliter præscriptiones, & usucapiones. ff.
2 de public. l. pe. & fi. & generaliter † de omni eo competit exceptio peremptoria, quod dicitur fieri, uel factum esse contra legem, uel contra
3 senatuscon. ff. de excep. l. 3. respon. 1. † Est [c]
c autem peremptoria exceptio, quæ semper obstat agenti, etiam si cessauit agere per mille annos: quia non erat in potestate rei, quando conueniretur. Et dicitur perpetua, licet actio, quæ per eam eliditur, sit temporalis: quia quæ annua sunt ad agendum, perpetua sunt ad excipiendum. quæ
d dic ut infra. §. uiso. uersi. item nota quòd ferè: [d] & dicitur peremptoria à perimendo, sicut peremptorium dicitur: quia causam ex qua agitur perimit: ut supra de cita. §. uiso. in princip. & not. quòd exceptio peremptoria ante lit. contesta. opposita propriæ est intentionis exclusio, post lit. contesta. opposita est actionis exclusio, ut not. j. de lit. contesta. §. 1. uersicu. sed nunquid per ex-
4 cept. † Defensiones autem dicuntur propriæ, quæ ipso iure tollunt, & perimunt omnem actionem, ut est solutio & acceptilatio. nam solutione eius quod debetur, & acceptilatio tollitur omnis obligatio. Institu. qui mod. toll. oblig. §. item & per acceptilationem. & de reg. iur. solutionis uerbo. Item etiam renunciatio potest defensio dici: quia ipso iure tollit ius alterius. extra, de renunciat. super hoc. 17. quæstio. 1. quàm sit periculosum. extra. de elect. cùm inter R. ff. de ædil. edict. quæritur. §. si uenditori. Hæc enim & similes dicuntur propriæ defensiones, & non exceptiones: quia licet defendant reum, & per consequens repellant agentem: non tamen excludunt actionem: cùm nulla sit ibi actio: sed exceptio excludit actionem, ut dixi. largo tamen modo possunt dici exceptiones, eo quòd repellunt, seu excludunt agentis in-
e tentionem secundum Ber. [e] arg. ff. de condi. inde elegáter §. si quis. & infra uer. fi. sicut uides quòd electi uel confirmati est intentio quòd confirmetur, uel consecretur: & tamen per exceptionem à sua intentione excluditur. & hæc exceptio est quasi accusatio. quæ dic secundum papam, prout not. ex. de elec. cùm dilecti. & c. illud. un. 2. & de dolo & contu. cùm dilecti. & de accu. super his. Dilatoriæ uerò sunt quæ causam differunt. Insti. eo. §.
5 appellantur. 3. c. 5. §. exce. † Dilatoriarum autem alia est dilatoria solutionis, de qua dicam j. §. proxi. in prin. Alia declinatoria iudicij. & hæc multi-
f plex est. [f] Nam alia competit ratione iudicis. de qua dic exempla, ut s. de iudi. dele. §. pe. & fi. & alia ratione actoris de qua dic exempla, ut s. de actore. Alia ratione rei, puta quia est legatus. unde non tenetur respondere sub iudice prouinciæ, ad quem mittitur. ff. de iudi. l. 2. quod etiam aliter exemplifica ut s. in tit. de reo. alia ratione procuratoris. quod dic ut s. de procur. §. 1. 2. & 3. alia ratione

tione rescripti. de qua dic exempla ut ꝭ. de præ-
6 sentẽ.& recep.& impugnat.rescripti. † quod intellige cùm imperatum est super obligatione antiqua.secus si ex eo oritur actio: quia tunc uidetur exceptio contra illud competens peremptoria. quod dic ut in sum.do.mei.eo.tit.§.2. Alia ratione loci: ut quia non est tutus: uel quia alio loco soluere tenetur.ex. de plus peti. c. unico. Alia ratione tempoꝛis:ut quia quis citatur die feriato: quæ exemplifica, ut ꝭ. de cita.nel quia alio tempore soluere tenetur:ut ex.de plus peti. c. unico. alia ratione causæ:ut quia super pluribus personalibus actionibus conuenitur quis coram diuersis
g iudicibus.ex. de rescrip.dispendia. g uel quia sub conditione obligatus est. ex. de condi. appo. per totum.ex.de plus peti.c.unico. C.de rei uxo.act.l. unica. Alia ratione libelli.li. quod exemplifica ut ꝭ.de libel.concep. alia ratione fori: ut ꝭ. de compe.iud.aditio.ad fi.& sic breuiter de omnibus, per
7 quas iudicium declinatur ad tempus. † Anomalæ uerò sunt, quæ non sequuntur normam aliarum, quia possunt ante litis contestatio. & post proponi, scilicet de quib. dubitatur, an sint perpetuæ uel temporales: ut exceptio excommunicationis de qua dicetur ꝭ.§ proxi.uersi. porrò. & sequens.& non nu.pecu. uel non nu.dotis.nam istæ duæ peremptoriæ sunt, & temporales. ꝭ.§. 2. uer. quid de exceptione non nu. pecu. & aliæ de quibus dubitatur an sint temporales, uel perpetuæ: ut exceptio, quæ datur ratione futuri facti, seu temporis,uel accidentiæ,& exceptio, quam maritus habet,ne condemnetur ultra quàm posit: ut C.de rei uxo.actio.l. unica. §. cùm autem in exactione. de hoc no. Instit. de excep.§. perpetuæ.
h Sunt & aliæ diuisiones exceptionũ, h quæ omnia prosequere ut in Sum.domini mei, eo.tit. §.2. & tangam de his & alijs ꝭ.§.2.uer.quid si procu.minoris.& sequen.& ꝭ.de conclu.& renun. uer. sunt
8 præterea. † Est quoque & alia exceptio, quę dubia, siue mixta appellatur: ut si peto à te decem, quę mihi promisisti: & tu respondes te non teneri: quia sub conditione promisisti, scilicet si Titius ascenderit capitolium. dubium quidem est an sit dilatoria, uel peremptoria: quia si nunquam ascendat,peremptoria est:si ascendat, dilatoria.in dubio tamen peremptoria iudicatur.& ideo ante lit.contest. proponenda non est.ff. de condi. ind. sufficit.aliàs est §.Sed Vber. de Bonacur. consu-
i luit quòd ante litis contestationem proponatur. & uide infra. §. dicto. uersi. quid de excep. beneficij, & seq. Est etiam exceptio intentationis, ut
k ꝭ.uersi. defensiones. Et nota k quòd cùm exceptio sit actionis exclusio, ut ꝭ.eo.& ꝭ.dicetur: dilatoriæ quę ante litis contestationem est, habent opponi, non uidentur propriè dici posse exceptio-
9 nes: † quia ante lit.conte.non dicitur quis agere, sed agere uelle. rem rat. habe. amplius. largè tamen potest dici exceptio,id est, actionis exclusio, eo quod actionẽ temporaliter differat. De hoc ꝭ. §.proxi.uer.hoc quoque, &c.

ADDITIO.

a *Exceptionis. Lib.6.*

b *Congruentius.uerba Vber.de Bonacur. post infra, prox.illud enim posuit.1.& 2.*

c *Est autem. Verba sunt Vber.de Bo. ti. de peremptorij excep.in prin.*

d *Quod fere. An uerò redhibitoria sit perpetua, per eius exceptionem oppositam uenditori petenti pretium,dicam infra de emp.& uen. §. nunc uidendum.post prin.*

e *Secundum Ber. cuius uerba uide in decr. exceptionis in 3.glo.*

f *Est Primas 5.posuit Tanc.ubi suprà in prin. Adde ad id quod infra dicitur de rescrip ex quo oritur actio, &c. quod ubi exceptio perimit literas & gratiam, dicitur exceptio peremptoria. glo in uerbo. obtentum. & ibi scribentes in c. 1. de lit. conte.lib.6.*

g *Dispendia.Lib.6.*

h *Exceptionum. Tres enim aliàs posuit Bonagui. rubr. quot mod. exce. sumatur. quas aliqualiter declarabo. dixit enim quòd secunda diuisio erat, quòd exceptionum alia perpetua alia temporalis. & de hac supra tactum est. per quòd patet quòd addere poterat. & aliam de qua dubitatur. Tertia diuisio,quòd quædam sunt personales, & quædam reales.personalis, quæ personis inhæret quòd intellige dupliciter,scilicet de persona, per quam: & de persona,contra quam. de primò delegato de clerico. de excepto & abund.ũs exempla supra de reo. De secundo,excommunicatio, uel suspicio iudicis excommunicatio actoris abundant exempla supra dẽ act. Reales etiam sume dupliciter, scilicet quia concernunt rem quamlibet de qua formatur: puta locum non tutum,uel remotum, uel inhonestum rescriptum, uitiosum libellum ineptè formatum, & similia.aliæ reales, quæ concernũt rem ipsam de qua principaliter agitur,petis beneficium:dico illud sublatum de ecclesia.constit. cùm accessissent.uel ex eius qualitate tibi non deberi, cùm sit dignitas, uel curatum.& his simile. Quarta diuisio quòd alia fauorabiles, aliæ odiosæ, aliæ inducta ad iuris rigorem seruandum: aliæ propter naturalem æquitatem inducta. Exempla de primis Velleiano, dote, & feriarum.et si de secundis, Macedoniani,& criminum:ut in §.d.uersicu. sed pone datus. De tertio,res iudicata. De quarto, nõ nu.pec. quod met.causa,erroris,ignorantiæ,& similium.de quibus omnibus infra dicetur.*

i *Consuluit.Tit.de peremptorijs exceptionibus,ante fin.*

k *Et no. Secundum Bonagui.tit. quot modis sumatur exceptio.*

SVMARIVM.

Exceptiones dilatoriæ quando opponi possint.

1 Exceptio dilatoria, quæ est declinatoria iudicij, surgere dicitur ex multis causis.
2 Renuncians omnibus exceptionibus, an intelligatur renunciare eis, quas sibi competere ignorat.
3 Iudex an possit cogere excipientem iurare, quòd exceptionem non proponat malitiosè.
Dilatoriam omittens exceptionem, an post litis contestationem possit ad eam redire.
4 Iurare volens, quòd exceptio dilatoria post litem contestatam ad eius notitiam peruenit: quæ tamen non est de nouo exorta, sed ab initio competebat, an sit audiendus.
5 Dilatoriæ exceptiones omissæ, an post sententiam possint opponi, & quibus casibus.
6 Exceptiones dilatorias, & peremptorias, an sufficiat in genere protestari.
7 Aduocatus actoris quomodo sibi præcauere debeat, quo ad exceptiones pronunciandas.
8 Exceptio excommunicationis, quando possit non mala dici.
9 Iudex potest ex officio excommunicatum à iudicio repellere, etiam parte non excipiente.
10 Iudice excommunicatum non repellente, an possit reus appellare.
Iudex secularis an possit exceptionem excommunicationis coram eo propositam admittere.
Excommunicatus non potest conuenire, sed conueniri.
11 Exceptio excommunicationis, quo casu dici possit peremptoria.
12 Exceptiones contra iudicem competentes, debēt ante litis contestationem proponi.
13 Excommunicato cuilibet est actio deneganda.
14 Reus quare excommunicato communicare prohibeatur, & non econtra.
15 Reus sciens iudicem depositum, uel excommunicatum, & scienter hoc tacens, an post litē contestatam possit eum repellere.
16 Exceptio excommunicationis, post quem terminum possit contra partem proponi.
17 Reus scienter omittens proponere exceptionem excommunicationis in termino assignato ad probandas dilatorias, an possit aut debeat in expensis condemnari.
Exceptionem excommunicationis scienter non opponens, præsumitur malitiosè subticuisse.
18 Exceptione probata, si ex aduerso probetur absolutio, an excipiens sit condemnandus.
19 Ignorantia probabilis est, in facto alieno.
Semel excommunicatus, semper præsumitur excommunicatus.
20 Exceptione contra iudicem opposita, quis de hoc habebit cognoscere.
21 Exceptionis articulo finito, qui est principalis, an articulus condemnationis finiatur.
Exceptio excommunicationis, an per replicam alterius excommunicationis tollatur.
22 Exceptione excommunicationis facta, deinde replicatione de alia excommunicatione: an prius de exceptione aut de replicatione fiet mentio.
23 Exceptiones affirmatiuæ proponentibus, incumbit onus probandi.
24 Reus habens exceptiones probare, si deficiat, an in expensis sit semper condemnandus.
25 Exceptio dilatoria in quo differat à peremptoria, & an possint inter se proponi.
26 Iudice seruo, uel fœmina, uel infame existente, quando sunt hæ exceptiones opponendæ.
27 Exceptiones de infamia, uel crimine iudicis, uel principis, an possint contra rescriptum proponi.
28 Allegans priuilegium, quòd non tenetur coram tali iudice respondere: prius est de tali priuilegio respondendum.
29 Exceptio dilatoria, non debet à iudice recipi, priusquam reus libellum receperit.
30 Aduocatus dilatoriam exceptionem post litem contestatam proponens, qua pœna sit puniendus.
31 Cautela ad firmandum iudicium cum procuratore, uel tutore uel curatore uel syndico, uel huiusmodi personis.
32 Superior, ad quem appellatur propter non admissas, qualiter formabit literas commissionis, quando causam appellationis committit.
33 Exceptione dilatoria proposita, potest aduersarius petere sibi cautionem præstari, de expensis soluendis, uel aliqua certa pœna, si proponens defecerit in soluendo.

NVNC Videndum restat quando dilatoriæ exceptiones proponantur. Dilatoriarum igitur, alia est dilatoria solutionis: alia declinatoria iudicij. Dilatoriam solutionis debet quis ante litis contestationem

tionem proponere, seu protestari: sed non tenetur eam probare, nisi post litem contestatam, scilicet actoris intentione fundata. C. de proba. exceptionem. C. de excep. si quidem talis est illa. ff. de re iud. sunt qui in id tamen ante publica-
a tas attestationes [a] in auth. de testi. §. quia uerò.
b Et hoc intellige [b] siue exceptio sit ex pacto: ut quia fecisti mihi pactum de non petendo usque ad certum tempus: ut ff. de except. l. 2. §. 1. siue etiam sit ex lege: puta quia condemnatus sum in personali, unde non teneor iudicatum soluere, nisi usque ad quatuor menses. ex. de offic. deleg. quærenti. de re iudi. quid ad consultationem. ff. de re iudi. l. 2. Item talis est illa quòd maritus nō tenetur reddere dotem vxori, uel eius hæredi ante annum à die soluti matrimonij: ut C. de rei uxo. actio. l. unica. §. exactio. & §. seq. talis ergo exceptio non impedit litis contestationem: quia tangit principale negotium, sicut nec peremptoria. ex. de lit. contest. exceptionis. lib. 6. est ergo dilatoria solutionis, quæ solutionem differt, ut iam dixi. Vnde si petis ante cal. quod in cal. tibi debeo, excipiam contra te priusquam cedat, & ueniat dies, non potes agere. & hæc exceptio solutionem differt: & uocatur dilatoria solutionis. ff. de uerb. signi. cedere diem. ff. de uerbo. oblig.
1 eum qui cal. ex. de plus peti. c. unico. † Cæterum dilatoria, quæ est declinatoria iudicij, quæ surgit ex multis causis, ut dictum est suprà. §. proxi. uersic. dilatoriæ. ante lit. contest. opponenda est & probanda: & litis contestationem impedit. C. de procurat. l. ita demum. C. qui accu. non pos. non ignorat. & inter eas recusatio iudicis proponenda est. quod dic ut suprà, de recusa. §. fit autem. Idem etiam est in declinatoria fori, & hoc in sciente: quia ignorans potest eam opponere etiam post sententiam. C. eodem, præscriptiones fori. C. si à non competen. iudic. l. fin. & generaliter quælibet dilatoria litis contestationem impedit, & ante illam proponenda est. extra, de exceptionib. pastoralis. C eod. exceptionem. tertia quæstione sexta, exceptio fori. C. de procurat. l. ita demum. extra, de re iudic. inter monasterium. duabus exceptis, quæ etiam post sententiam possunt opponi: ut infrà. §. proximo. uersicul. hoc tamen. ibi: & notius ubicunque. & proxima iura innuunt tales exceptiones quandoque ante litem contesta. posse proponi: ideoque malitiosi aduocati hodie proponunt unam & cras aliam, ut sic lites protrahant, & agentes repellant. argumen. extra. eo. pia. respon. primo, & de restitu. spol. frequens. in princ. lib. 6 ueruntamen iudices iuris remedijs tali debent malitiæ obuiare. ex. de testibus cùm causam. & c. significarunt.
c C. de excep. rei iud. l. 3. ut uidelicet [c] assignent
d unum terminum peremptorium [d] ad omnes dilatorias proponendas: ut in prædict. cap. pastoralis. ff. de iud. nonnunquam. arg. ff. si cer. pet. quidam. C. de inge. ma. diffamari. C. qui accus. non pos. si ea quæ ff. de do. inter ui. & uxo. l 4. §. fin. C. de remis. pi. si eo tempore. Materia enim dandarum dilationum amputanda est. C. de dila. l. prima, in fin. Nam & tutores plures excusationes habentes omnes proponere debent intra quinquaginta dies, & post non audietur. ff. de excu. tut. quinquaginta. & argum. etiam in præ. c. frequens. §. secundo, & de hoc supra, de dila. §. nunc uideamus. in fin. argum. tamen contra: quia non uidetur quòd possit constituere mihi tempus ad futuras exceptiones, quæ nondum in meã notitiam peruenerunt. argum. ff. quod cuiusque
2 uniuer. item eorum. §. si decuriones. † Nec renuncians omnibus exceptionibus intelligitur renunciare eis, quas sibi competere ignorat. ff. de inoffic. test. mater. ff. de pac. l. tres fratres. ff. de transac. cum Aquiliana. & l. qui cum tutoribus. §. fina. nec ualere uidetur generalis renunciatio exceptionis: nisi specialiter nominentur. ff. si quis cau. sed & si quis. §. quæsitum. & argum. ad hoc ff. de excep. rei iudi. si mater. §. eandem. infra de renuncia. & conclu. uersic. pone. & uersicu. quid si quis. ibi etiam not. quid iuris sit, si actum est quòd nulla exceptio in iudicio, uel arbitrio opponatur: sed dic quòd statuere debet, ut prædixi. Idem etiam fieri potest de peremptorijs.
e quod dic ut infrà proxi. uersic. uerum. Vber. [e] tamen dixit quòd nulla lege cautum est quòd præfigatur terminus ad omnes exceptiones proponendas. C. de colla. illam. Vndè dicit quòd si propono exceptionem, quæ probata iudicem repelleret, quandiu pendet eius probatio, probata habetur. ff. de iureiu. nam & postea. in princ. ergo non sum interim grauandus alia probatione: alioquin superflua esset. ff ut leg. no. ca. hæc stipulatio. in fi. & dicit quòd decre. pastoralis. continet iniquitatem in eo quod dicit post terminum admittendum, si uelit iurare ad eius notitiam peruenisse. infra proxi. uersic. sed pone. quia homines prompti sunt ad deierandum: ut extra de iureiu. & si Christus. & de coha. cle. & mul clericos. Dicit ergo quòd illa in foro seculari non seruabi-
f tur. [f] C. de lega. l. 1. in auth. quomodo oport. clericos. in prin. & quòd diuersis temporibus exceptiones proponentur. sed tu tene quod prius dixi. An autem terminus simpliciter assignatus ad omnes dilatorias proponendas, peremptorius intelligatur ut dixi suprà. de dila. prope princ.
3 uersic. exceptoriæ. † Potest etiam iudex excipientem cogere, ut iuret quòd exceptionem non proponit malitiosè, id est, gratia litis differendæ, uel causa aduersarium fatigandi: sed quia ita credit uerum esse, prout excipiendo proponit, extra de elect. cùm dilecti. extra de dolo. & con. cùm dilecti. C. de iur. cal. l. prima. Prædicto autem termino elapso non audietur, si quam proponere uoluerit, nisi illam fuerit protestatus, uel nisi de nouo extorta fuerit, uel nisi de nouo ad eius peruenerit notitiam: quibus casibus audietur, si nihil est quod ei ualeat imputari, quod suo probari poterit iuramento: ut in prædict. decr. pastoralis. & extra. qui ma. acc. pos c. fin. de offic. deleg. insinuante. ex. de test. præsentium. & in constit. Greg. 10. de elec. ut circa. lib. 6. §. 1. Debet autem quis exceptionem ipsam protestari expresse nominanda causa. infrà, uersicu. sed illud. quæ etiam scribi debet, de proba. quoniam contra. sed nec omittens dilatoriam post litis contest. potest ad eam redire: ut in præ. c. pastoralis.

lis.& C.de exce.l.fi.licet. si de nouo post lit. con-
testa. extorta fuerit, bene poterit proponi. ex-
tra, de offic. delega. insinuante. & c. cùm olim.
quia nihil est, quod sibi tunc ualeat imputari. ff.
de procurat. Pomponius. in fin. C. de consor. e-
iusdem lit. l. secunda, ff. de arbitr. non distin-
guemus. §. cùm quidam. ff. de inter. ac de æta.
4 §. ex causa. & in præ consti. ut circa. † Sed quid
si uelit iurare quòd post litem contest. ad eius no
titiam peruenit, quæ tamen non est de nouo ex-
torta, sed ab initio competebat, nunquid audie-
tur? Dicunt quidam quòd sic. Bern. contra. quod
g dic ut no. in præ. cap. pastoralis g. Sed nunquid
idem erit in peremptorijs? de hoc dic ut infrà,
§. proxi. uersi. sed pone. Prædicta autem locum
h habent h in exceptione facti, non iuris: quia ne-
mini licet ius ignorare, nisi certis personis. ff. de
iur. & fac. igno. regula. 37. dist. §. fin. Quid iuris
sit, si is, cui præfixus est terminus ad proponen-
dum dilatorias, non uenit in termino, sed post?
5 Dic ut s. de dila. §. primo. uers. exceptoriæ. † Sed
nunquid dilatoriæ omissæ poterunt post senten-
tiam opponi in casibus, in quibus & perempto-
riæ tunc admittuntur, qui sunt j. §. proxi. uersic.
hoc tamen fallit? Dixit Lotha. quòd non: quia
maius periculum est in peremptorijs, quàm in
eis. ff. de Carbo. l. prima. §. 3. 42. dist. quiescamus.
7. q. 2. c. 2. Dominus Simon dixit quòd si hoc con-
ceditur in peremptorijs: multò fortius & in dila
torijs, quod minus est. ff. de ser. expor. cui. ex. de
deci. ex parte. ubi de hoc infrà, de appel. §. restat.
uer. & no. Vel. dic secundum Vber. quòd si ha-
bebat usque ad quinque annos: tunc intra illud
tempus potest eas opponere, sicut aliàs sententia
suspenditur. ff. ad l. Aqui. in lege. C. de euic. l. pri-
6 ma. † Sed illud quæritur an sufficiat in genere
protestari omnes exceptiones dilatorias & per-
emptorias: ut suprà de compari. iter. uersic. hoc
etiam not. & uidetur quòd sic: ut C. de proba.
exceptionem. Sed dic contra: imò expressè de-
bent declarari sic: oppono quòd non es procura-
tor, uel quòd fecisti pactum de non petendo, & si-
miles. argum. ff. si quis cau. sed & si. §. quæsitum,
& uidetur casus l. C. de præscri. lon. temp. emptor.
ubi dicit exceptionē præscriptionis. & sic specifi-
cat ex. de testib. ad hæc aliàs incipit, præsentium.
i §. fin. lib. 6. De hoc ex. de excep pastoralis i. De
hoc, & qualiter debet quis nominatim protesta-
ri exceptiones, no. infrà uiso, uersic. sed qualiter.
7 † Et nota secundum Vbert. k quòd actoris aduo-
k catus sapienter agit, si iudex sit ei propitius,
quòd super exceptionibus cum uerbo pronun-
ciare non faciat, ne detur reo occasio appellan-
di, sed solùm re & facto eas non admittat. ff. de mi
no. in: ra utile. ff. qui satis. cogan. si ab arbitro. Sed
certè salua eius reuerentia, & à facto seu processu
habito, neglectis exceptionibus appellari possit:
l ut ex. de appel. ex parte. 2. prope fin. l & extra. de
8 de re iudi. suborta. prope fi. † Porrò exceptio
excommunicationis potest, quo ad hoc, anoma-
la dici: quia quamuis dilatoria sit, potest tamen
in omni parte litis & ante contestationem & post
m sententiam opponi: m quia contra iudicem pro-
bata facit retro iudicium nullum. ex. de re iudi.
ad probandum. & no. suprà de actore. in princ.
uer. item quòd est excommunicatus. & seq. Secus
si contra partem, ut iam dicam. & qui eam propo-
nit, debet speciem eius, & nomen proferentis e-
tiam exprimere: debet etiam intra octo dies pro-
bare, die, in qua proponitur, minimè compu-
tata: & de eadem excommunicatione, uel alia
potest secundò excipi: ex tunc habebit iterùm o-
cto dies ad probandum: sed non tertiò, nisi no-
ua emergat excommunicatio, uel euidens, puta
testes, uel instrumenta, & noua probatio, scili-
cet incontinenti superuenire de antiqua: sed &
licet ea probata actor in sequentibus excluda-
tur, ea tamen, si prius cum eo acta sunt, tenent.
n Hæc omnia habentur ex. eo. cap. pia. n Qualiter
autem formabitur hæc exceptio. & qualiter su-
per ipsa pronunciabitur, not. infra. §. uiso. uersic.
9 sed quoque. & uersicu. præfixo. † Et quando ter
tiò in eadem instantia exceptio excommunica-
tionis proponitur: exigo iuramentum de mali-
tia propter præsumptionem, quæ est contra eum:
quia toties proposuit & non probauit. iurat e-
tiam quòd de nouo peruenit ad eum probatio,
quam tunc offert. & facit ad hoc quod not. in-
fra de iura. cal. §. primo, uersi. secundum. & in de-
cre. Greg. 10. de elec. ut circa. §. 1. lib. 6. & iudex
excommunicatum ex officio potest repellere, par
te non excipiente: ut ibi in fi. & eo. tit. exceptio-
nem. 2. q. 7. alieni. & hoc in omni parte litis, licet
etiam ab initio eum admiserit. ff. de postulan.
10 quos prohibet. † Quid si non repellit, nun-
quid reus ex hoc poterit appellare? De hoc supra
de offi. iudic. §. impedit. & iunge hic quod no. in
præ. uersi. item quòd est excommunicatus. & seq.
Et nota quòd iudex secularis debet admittere ex-
ceptionem excommunicationis coram eo pro-
positam, & etiam exceptionem rei iudicatæ in fo-
ro ecclesiastico: & potest ad hoc cogi per censu-
ram ecclesiasticam: ut in consti. Alexan. 4. de ex-
o cep. quia nonnulli o. Excommunicatus ergo non
potest conuenire. sed conueniri. sic ex. de iudi. in-
11 telleximus. † Quandoque tamen hæc exceptio
est uerè peremptoria: puta cum contra electum
opponitur. tunc enim in totum perimit ius elec.
ex. de elec. uenerabilem. de consue. cum dilectus.
& de cleri. excom. c. fi. & hæc quodammodo est si-
milis exceptioni falsi procuratoris, quæ in qua-
cunque parte litis opponi potest. ex. de procu. in
12 nostra. in fi. & C. eo. licet. † Quid si termino as-
signato ad omnes dilatorias proponendas, reus
scienter omittit hanc exceptionem contra iudi-
cem: nunquid post terminum illum, seu post li-
tem contesta. poterit eam opponere? Dicit G.
p Na. p quòd non. & papa idem no. ex. eo pasto-
q ralis q. nam exceptiones contra iudicem compe-
tentes ante litis contesta. debent proponi. 3. quæ-
stione 6. §. exceptio. Vnde post litem uidetur in
eum consentire. 3. quæst. 3. offeratur. Tu dic con-
tra arg. ex. de excep. exceptionem. Nam hæc ex-
ceptio facit retro iudicium nullum: ut extra. eo.
pia. & argumen. ff. de iudi. non idcirco. & extra.
de procur. in nostra. ad fin. in actore tamen pos-
r set dictum eorum tolerari r. † Idem quoque est
13 in procuratore, ut quandocunq; huius exceptio-

nis prætextu posſit repelli, etiam ſi reus nolit eũ
à procuratione, ſed ſolum à communione repel-
lere: & hoc ſiue in veritate ſit procurator, ſiue
non. Et ſiue ſit in rem ſuam, ſiue non: quia cuili-
bet excommunicato denegatur actio. ex. de off.
deleg. prudentiam. §. ſexta. Idem etiam in teſte,
ut ei posſit quandocunque opponi. & idem in de-
nunciatore. & in accuſatore, & impetratore in-
s quiſitionis [s] : niſi papa ex officio ſuo procedat.
ex. de accuſ. olim. Item poteſt opponi excommu-
nicatio poſt concluſionem, & etiam poſt ſenten-
tiam contra executionem: ut in præ. cap. pia. §. fi.
14 † Sed quare reus non poteſt communicare excõ-
municato: ut ex. de excep. exceptionem. ſicut e-
conuersò fieri poteſt: ut ex. de iud. intelleximus.
Reſponde, in odium excommunicati, ne ex ſua
15 malitia lucretur. † Sed quid ſi iudex erat de-
poſitus, uel excommunicatus, infamis, & reus
ſcienter hoc tacet? notat Vin. in præ. c. paſtoralis,
quod nequit eos poſt litem conteſtatam repelle-
re, obſtante ſibi termino ſuprà dicto. quod mihi
non placet in iudice, ſi ratione dignitatis, à qua
depoſitus erat, iuriſdictionem habebat, & nunc
factus ſit priuata perſona. Idemque dico in om-
ni exceptione, quæ retro facit iudicium nullum,
16 ut præmiſi, & probatur j. uerſic. ſed quæro. † Sed
nunquid poſt huiuſmodi terminum poterit hæc
exceptio excommunicationis contra partem pro
poni? papa not. in præ cap. paſtoralis. quòd non,
termino peremptorio obſiſtente. argu. ex. eo. ex-
ceptionem. & C. de inge. & ma. diffamari. Ber. &
t do. meus not. contra ibidem, & bene. [t] nam hæc
exceptio ſemper poterit ante ſententiam propo-
ni, huiuſmodi termino non obſtante: & etiã poſt
ſententiam contra executionem: ut in præ. c. pia.
Qui enim talem aſſignat terminum, intelligit ſo-
lum de dilatorijs, quæ ante litis conteſtationem
proponi habent: & non de exceptione, quæ ano-
mala eſt, & ſemper proponi poteſt, ut dixi: maxi-
mè propter periculum communionis: ut 11. q. 3.
cum excommunicato. ex. de cle. excom. illud. de
u ſen. excom. ſolet. & in prædict. c. exceptionem [u].
17 †. Sed nunquid reus ſcienter omittens proponere
hanc exceptionem in termino aſſignato ad pro-
ponendas dilatorias, eſt condemnandus in expen-
ſis? Et dicunt quidam ſimpliciter quòd ſic: & ui-
detur expreſſum in præd. c. exceptionem. uerſicu.
x quid ſi cauſa. Tu dic [x] quòd aut competit contra
iudicem, aut contra actorem. Si contra iudicem,
& reus ſcienter omittit eam proponere in termi-
no, ut actor ſumptibus & laboribus inutiliter fa-
tigetur: ſi poſtmodum in proceſſu eam opponit,
ſiue ante lit. conteſt. ſiue poſt, locum habet con-
demnatio in expenſis. Et eſt ratio: quia ea proba-
ta nõ tenet proceſſus: & ſic actor inutiliter labora-
uit. præſumitur enim malitiosè ſubticuiſſe. ex.
de re iudic. ad probandum. Et ſecundum hoc
poteſt intelligi prædicta decretalis, exceptio-
y nem. Si uerò contra actorem [y], non propter hoc
reus ſcienter eam in termino omittens, & poſtea
probans, eſt condemnandus: quia licet actor in
ſequentibus excludatur, ualent tamen, quæ cũm
eo acta ſunt, in prædict. decre. pia. Et ita non
intereſt actoris, quia non inutiliter laborauit.

argum. ex. de offic. deleg. prudentiam. §. ſexta. &
præterea actor, contra quem probata eſt excom-
municatio, non debet cum diſpendio probantis
impugnari, nec de excommunicatione ſua com-
18 modum reportare. † Quid ſi probatur exceptio;
& ex aduerſo probatur abſolutio? Reſpondeo:
z Aegid. [z] non credit excipientem condemnan-
dum, cùm malitia nulla appareat: quam requi-
rit decreta. pia. in prin. Cùm enim abſolutiones
non fiant publicè, non imputatur reo ſi non dam
nauit. argum. in præd. decre. exceptionem. in fin.
& ut eccle. benef. c. unico. & arg. ex. de elect. ſta-
a tuimus. in fin. [a] ff. de leg. 2. qui ſolidum. 2. q. 3.
19 Paulum. † Ignorantia enim probabilis eſt in fa-
cto alieno: ut ff. pro ſuo. l. fi. & arg. ff. de proba. ue-
rius. Item qui ſemel fuit excommunicatus, ſem
per præſumitur excommunicatus. argum. ex. de
cleric. excom. propoſuit. & de ſent. excom. ſicut.
& c. cùm deſideres. Sed opponitur: quia licet
ille probauerit excommunicationem, certum eſt
tamen quòd non probauit actorem excommuni-
catum eſſe, & ab agendo repellendum; ad quod
intendebat: quia uerba cum effectu ſunt accipien
da: ut ff. quod quiſque iur. l. 1. §. hæc autem. ex. de
cleric. non reſiden. relatum. & ſic tanquam in pro
batione deficiens eſt in expenſis legitimis con-
demnandus. Debuit enim diligenter inquirere,
utrum ille abſolutionem obtinuiſſet: quod po-
tius præſumere debuit: quia non eſt uerisimile,
quòd tanto tempore fuerit immemor propriæ ſa
lutis: ut 1. quæſt. 2. ſancimus. Alioquin liberum
erit cuilibet de qualibet excommunicatione, quã
tuncunque antiqua excipere: & per conſequens
litem impunè protrahere, contra mentem prædi-
ctæ conſtit. pia. Vnde dico, quòd niſi iuratum fue-
rit de malitia ſuper ipſa exceptione: ut ſuprà uer-
ſicu. porrò. uel etiam de calumnia in principali,
ubi poſt litis conteſtationem opponitur, bene cõ-
demnabitur excipiens in expenſis: ut in prædic.
decret. propoſuit. & ad hoc facit lex: quia nihil
refert, an ipſo iure quis non habeat actionem, an
habeat, ſed per exceptionem repellatur: ut ff. de
regu. iur. l. nihil. Si autem iuratum fuerit, obti-
net prius dictum: quia tunc una præſumptio per
alteram tollitur. argum. ex. de elect. cùm inter R.
ſeniorem. & facit ad hoc infrà, de expen. §. ſi ante.
uerſic. ſed nunquid. & infrà, in tract. libel. in titu.
de calum. uerſicul. quid ſi accuſator. De proba-
tione autem huius exceptionis, & quando prædi-
cti octo dies currant: & an ſine iudicis præfixio-
ne: & quid iuris ſit, ſi intra illos octo dies te-
ſtium dicta non publicantur, uide ſupra de dila.
20 §. 1. uerſic. ſed ſi. & ſequen. † Sed ſi hæc exce-
ptio contra iudicem opponitur, quis cognoſcet
de hoc? Reſpondeo, no. dominus meus in præ.
conſti. pia. quòd ſi ſit ordinarius, tunc ſuperior
& ordinarius. Si uerò ſit delegatus papæ, tunc
arbitri cognoſcent. & de hoc ſupra de recuſa. §.
b fin. uerſicul. nunquid excommunicatio. [b] † Sed
21 quid ſi iudex pronunciat exceptionem non eſſe
probatam, non tamen condemnat opponen-
tem in expenſis: nunquid actor poterit petere
quod in proceſſu, uel in ſententia eum condem-
net? Dicunt quidam quòd non: & imputet ſibi quod

non

non petijt eum condemnari.argum.de uerborum
signifi.dilecto.& argum. C. de fruct. & lit. expen.
terminato.finito exceptionis articulo,qui princi-
palis est articulus condemnationis, qui est acces-
sorius: ut patet ex uerbis constitutionis, per con
sequens finitus est. C. de usuris. eos. & eo ipso,
quòd iudex non condemnauit, uidetur absoluisse.
arg. C.si plures una senten. condemna.fu.l.1.& 2.
& C. si aduer.rem iudi.l.1. Alij contra, argumen.
C. quando prouoc. non est necess. l. fina. ff. de ex-
cept.rei iudica. euidenter. Et dicunt quòd prædi-
cta intra loquuntur, in sententia super principali
lata: secus dicunt in interlocutoria. De hoc dic
c ut j.de expen.§.postremò uersi. illud. [c] Sed nun-
quid exceptio excommunicationis tolletur per re
plicationem alterius excommunicationis? Re-
d spon. non. ut eodem, tit. dilecti [d] dicam infra §.
22 fin.uersi.item no.† Sed de qua cognoscetur prius,
de exceptione, an uerò de replicatione? Ioan. de
e Deo not.hanc inter suas quæstiones [e] 1 & dicit
quòd de replicatione. argumen. præ. decre. intel
leximus. & extra de offic. deleg. prudentiam. §.
sexta. quod reprobo per præ. decre. dilecti. argu.
tamen,pro eo. tit. à nobis. à contrario sensu. Sed
hæc quæstio non procedit, secundum ea quæ not.
f supra uer. proxi. [f] † Licet autem secundum præ-
23 missa, lata uia reo patet dilatorias proponendi:
non consulo tamen quòd sint multum prompti
aduocati ad perdendas animas, & ad exceptiones
dilatorias proponendas: imò diligenter conside-
rent, utrum possint eas probare: nam si eas affir-
matiuè proponunt, eis incumbit onus probandi:
ut dicam j. §. uiso. in prin. nisi forte in quæstio-
ne mendacij, per quod dicitur rescriptum impe-
g tratum: quia tunc secundum Vber. [g] impetrans
habet probare se illud per ueras preces impetras-
se: sed & opponens, si uelit, potest contrarium
ostendere. C. si contra ius uel uti. public. præscri
ptione. quæ est 25.quæst.2.C.de dilat.si quando.
quæ est 3. q. 3. §. spatium. Si igitur reus, qui ha-
bet probare, deficit in probando, condemnabi-
tur in expensis: maxime si sint friuolæ. C. de iud.
properandum.§.sin autem.C.de app.à proconsuli-
bus.ff.de proba.in exceptionibus.in prin.in auth.
de iudi.§.oportet.C.de aduoc.diuer.iud.l.1.ex.de
dolo & contu. cæterum. & de pœnis.calumniam.
24 † Nisi forte reus probet se habuisse iustam cau-
sam, siue occasionem credendi sibi competere
illam exceptionem: ut C. de calum. qui non pro-
basse.ad quod facit in authen. de iud. §. oportet.
h 2.q.3. Paulum.ex.de elect. statuimus.ad finem. [h]
25 † Hoc quoque notandum est, quòd peremptoria
non debet inter dilatorias proponi cum effectu,
i licet possit protestari. [i] Et est ratio, quia diuer-
sos habent effectus. Dilatoria enim differt, sed
non aufert principalem actionem, nec ei opponi-
tur, peremptoria sic: unde oportet quòd præce-
dat actio, cui opponatur, & quam auferat: ut pro
k batur & not.ex.de lit.contest. exceptionis. [k] Sed
ante litis contestationem non dicitur quis agere
uelle: ut supra §.proxi.in fi.argum.tamen contra
ex.de renun.ueniens.ubi lite non contestata super
principali, scilicet super petitione præbendæ,pro
bationes fuerunt admissæ super exceptione perem
ptoria: quia exceptum fuit, quòd Io. renunciaue
rat literis. Sed dic, quòd ibi fuit lis contestata: ut
ibi not. glo. Item & exceptio renunciationis im-
pedit litis contest. ut not.suprà §. 1. uersi. defen-
siones. Si quis igitur exceptionem peremptoriā
conuertat in dilatoriam contra rescriptum, non
debet admitti in uim dilatoriæ: aliàs quælibet pe
remptoria posset reduci in dilatoriam, & econ-
tra. quod ridiculum esset. argum. tamen contra
ex.de donat.inter uir. & uxo.per uestras.ubi exce
ptio rei iudicatæ reducitur in dilatoriam contra
rescriptum: sed dic secundum Gof. quòd ibi non
proponebatur exceptio rei iudicatæ: sed propo-
nebatur exceptio dilatoria contra rescriptum: quia
uidelicet in ipso non fiebat mentio de processu:
ut ex. de re iudi. inter monasterium. & de fide
instrum. inter dilectos. Hodie autem exceptio
rei iudicatæ contra literas opponitur, ut dicam
infrà §. proxi. uersi. rursus. Peremptoria autem
l in uim dilatoriæ proponitur [l]: puta, si quis dicat,
non potes esse iudex in hac causa, quia T. aduersa-
rius meus fecit mihi pactum de non petendo in
perpetuum, uel mihi detulit iuramentum, & ego
iuraui me nil sibi debere, & sic de similibus. Dila-
toria uerò proponitur in uim peremptoriæ, ut si
quis dicat, non teneor tibi dare decem, quæ à
me petis, quia iudex, coram quo me trahis, est
tuus amicus, uel quia rescriptum tuum est subre
ptitium. Hæc igitur stare non possunt. Nam cum
diuersos habeant effectus, ut dixi in præmissis
exemplis, quod est dilatoriæ, scilicet differre, at-
tribuitur peremptoriæ, quæ habet auferre, &
econtra, quod esse non debet, nec etiam sic de-
26 bent permisceri. † Sed quæro de his exceptioni-
bus, scilicet quòd iudex est infamis, uel seruus,
uel fœmina, & similibus, quando debent propo-
ni? Respondeo, ante litis contestationem, cum
sint dilatoriæ, & etiam probari. argu. ex.de arbi.
dilecti.C.de exceptio.l.penulti.licet quidam con-
tra dicant. Secus fortè in his, quæ natura prohi-
bentur, ut furiosus, cum iura naturalia sint im-
mutabilia 5. distinct. in princ. Item secus in his,
qui iudicio carent, ut impuberes. Tamen quan-
tum ad fœminam obtinuit contra. Nam sententia
fuit retractata, quia fœmina fuerat iudex in cau-
m sa, [m] licet hæc exceptio non fuisset ante litis con
testationem proposita, sed post. Et hoc ideo dice-
batur, quia foret in seruo, nisi publice publicis
officijs fungeretur, ut ff. de offi. præt. Barbarius.
Fœmina enim & seruus, quo ad hoc impedimentū
similes sunt. ff. de iudi.cum prætor. §. moribus.
Sed primum uerius, secundum quosdam, ut solum
ante litis contest. proponantur, ut not. C. de pro
n cu.ita demum. Vber. de Bob. [n] distinguit. Nam
aut opponitur iudici quòd ipso iure non habet iu-
risdictionem, & tunc post litem contestatam, &
etiam post sententiam quandocunque potest hæc
exceptio proponi, & idem est, ut dicit in quali-
bet exceptione, quæ probata facit iudicium ap-
parere nullum, ut j. proxi uer.hoc tamen. ibi: &
nouus.&c. & hoc nisi probetur scienter pars liti-
gasse sub eo, & sponte. ff. de iur. om.iudi.l.1.C.de
episc.audi.l.episcopale. Si uero iurisdictionem ha
bet, sed ei aliquid opponitur, ut repellatur, tunc

dicitur quòd siue scienter, siue ignoranter omittatur, usque ad sententiam, & non post, ualet opponi. C. de iur. & fact. igno. error. Ego dico hoc in-
27 ter dilatorias debere opponi. † Sed nunquid hæ exceptiones, uidelicet quòd iudex, uel impetrator est infamis, uel criminosus, possunt contra rescriptum opponi? Respondeo, non: quamuis si papæ fuisset dictum, non dedisset infamem iudicem. Nam tales exceptiones competunt: ut dilatoriæ contra iudicem, uel etiam contra impetrantem, sed literæ bene ualent, licet non faciant mẽtionem de his, quæ nec processum negotij, nec principalem causam contingunt, nisi tales sint exceptiones quæ rescriptum afficiant. Nam tales bene admittuntur contra rescriptum: licet non contingant processum causæ, uel negotium principale: ut si dicatur rescriptum non ualere, quia pro excommunicato fuit obtentum: ut extra, de æta. & quali. cum bonæ. uel falsum, uel obreptitium: uel si dicat reus se priuilegium habere. ex. de rescrip. cum ordinem. uel si dicitur, quòd impetrator renunciauit literis impetratis & impetrandis præter assensum communem: ut eod. tit. ex parte, tertio, uel quod literæ sunt nimis generales, eod. tit. ad hæc. ad idem eo. tit. ex tenore. ex. de confir. uti. ad nostram. Quia ergo dilatoriæ exceptiones ante litis contestat. proponuntur meritò litis contesta. impediunt, siue sint contra iudicis iurisdictionem, siue contra eius personam, de quibus dictum est s. tit. de deleg. §. superest. & §. ex-
28 cipi. † Quandoque etiam aliquis allegat priuile-
o gium, quòd non tenetur coram illo respondere o. prius est de priuilegio cognoscendũ. C. de excep. l. fin. ff. de in ius uoc. l. 2. ff. de iudi. si quis. ex. de appel. cum parati. Siue etiam competant contra actorem: de quibus not. s. in tit. de actore. Siue ex persona rei: de quibus not. s. in tit. de reo. Siue contra procuratorem: de quibus not. s. in tit. de procur. Siue contra citatorem: de quibus s. in tit. de cita. & sic de alijs dilatorijs. 3. q. 6. §. exceptio fori.
29 † Illud quoque not. dignum est p quòd iudex non
p debet exceptionem dilatoriam recipere prius, quã reus libellum receperit: ut 3. q. 3. offeratur. ex. de libel. obla. c. 1. & hoc ubi ordinarie agitur. secus si extraordinarie, & sine libello: ut ex. de prob. quoniã contra. & de accu. qualiter. §. debet. quòd si reus nolit libellum recipere, potest contra eum tanquam contra contumacem procedi. In nullo enim sibi præiudicat libelli receptio, maximè pro testatione præmissa, quia non uidetur in iudicem consentire, qui genus sibi edi postulat actionis: ut ff. de iudi. non uidetur. De hoc dic ut s. de li-
30 bel. obla. uer. quo facto. † Illud quoque non est ignorandum quod aduocatus dilatoriam exceptionem post litem contestatam proponens, punitur
31 in una libra auri. C. de excep. l. pen. † In summa nota cautelam, ut si uelis quòd iudicium cum pro
q curatore q uel tutore, uel curatore, uel syndico, uel alijs huiusmodi personis firmum sit: oppone quicquid poteris contra eas ab initio: & fac quòd iudex pronunciet illos admittendos, non obstantibus exceptionibus propositis contra eos: & sic postmodum non reuocabitur iudicium: ne agens cum eis uideatur iudicis autoritate circunueniri. Hæc cautela probatur. C. de his, qui ue. æta. impe. l. 1. in fi. & C. qui admit. ad bo. pos. l. bonorum. Sententia enim talis facit ius inter partes. ex. de re
32 iudi. cum inter. † Qualiter superior ad quem appellatur propter exceptiones non admissas, formabit literas commissionis, quando causam app. committit: uide j. de appel. §. de officio quoque.
33 uer. nunc dicamus. & seq. † Hoc etiam nota quòd ubi proponitur aliqua exceptio dilatoria, aduersarius petere potest sibi cautionem præstari de soluendis expensis: uel aliqua certa pœna, si proponens defecerit in probando, quod quidam obseruant, nec aliter exceptiones admittunt. Nos tamen hoc non seruamus, nisi fortè euidenter de proponendis fuga, dolo, & malitia præsumatur ex causis uerisimilibus, & tunc sic. extra de elect. cum dilect. ad fin. de restit. spolia. literas. de accusat. super his 38. distinct. quamquam. in fi. Aliquando uero tam uiolentæ possunt esse præsumptiones contra incipientem, uel etiam contra exceptiones, quòd non admittuntur. infra §. proxi.
r uer. sed pone in fi. r

ADDITIO.

a *Attestationes. Sic etiam dixit Accur. in præd. l. exceptionem. idem Innoc. in decre. pastoralis. eod. tit. ut ibi scripsi in gloss. magna, circa medium. cui tunc acquieui: sed nunc declaro, & ante omnia dico hoc dictum, omnino sequendum in foro ciuili, ubi teneretur opinio Io. & Azo. quæ habet, publicatis attestationibus non posse in causa principali testes recipi, etiam super nouis capitulis: sed Accur. contra & has alias opiniones scripsi in decre. fraternitatis. de testi super 3. glo. secundum ergo opinionem Accur. quam nos canonistæ sequimur, solum in causa principali distinguendum est: an dilatio solutionis sit idem articulus cum principali: & tunc procedant quæ scripta sunt, an uerò sit diuersus articulus, & tunc secus in terminis. Mutuasti mihi centum, quæ anno finito repetis: ego dico terminum conuentum fuisse biennij, & adhuc durare: & sic dilatoriam solutionis allego. si tu producis testes ad probandum, quod conuentũ fuit de anno: hic certum est quòd in utroque foro, & secundum omnem opi. si uolo probare per testes conuentum tunc fuisse de biennio, ante publicatas attestationes hoc facere debeo: idem enim est articulus, & directe inuicem contrarius, ut in clem. de testi. cap. 2. Si autem uerum est quòd conuentum fuit, tempore mutui de anno: sed dico quòd ante fi. anni prorogasti, uel post annum de nouo: concessisti alium annum, non uideo, cum iste articulus sit diuersus à primo, nec sit directè contrarius, cum uterque possit esse uerus: quare post publicatas attestationes non possim ita*

sim ita illud probare per testes, sicut pactum de perpetuo non petendo, sed solutionem, uel aliud tale: dico hoc in foro ecclesiastico, uel seculari, ubi seruaretur nostra opi. & de peremptorijs satis not. de testi. c. de testi. in ulti. gloss. Nec uideo tex. qui me cogat in dilatoria solutionis tenere contrarium, imò plane lecta l. exceptionem. C. de probat. & l. si quidem de excep. faciunt pro. nec mirum, quia dilatoria solutionis peremptoria est, quo ad libellum & eius instantiam. authen. non obst. quae secundum uerum intellectum loquitur super eisdem capitulis, uel directe contrarijs, ut dixi.

b Intellige. Secundum Tan. ubi supra uer. hic de exceptionibus.
Adde, quòd hanc addit. sequitur Abb. in c. 1. de or.cog. & in c. except. in quarta colum. extra de excep.

c Videlicet. Verba Vber. de Bob. de excep. contra rescripta. uer. penult. usque ibi, infra de renuncia.

d Peremptorium. Qui talis intelligitur etiam si non exprimatur, ut hic, ins. remittit.

e Vber. de Bob. & hoc dixit, ubi de aduocato rei, mihi charta 9.

f Seruabitur. Dicens se hoc non dicere pro isto articulo tantum, sed etiam pro similibus.

g Pastoralis. In ult. glo. & ut ibi scripsi, Gof. Innocen. & Hostien. tenent primum.
Adde, quòd Iac. Bu. in l. 2. C. de consor. eiusdem lit. tenet quòd post litem cont. st. sit audiendus. Idem tenet Salice. ibi, & Bart. l. error. in fi. 2. col. C. de iur. & fac. ignoran. & hoc si est ignorantia facti. Et cum opi. praedictorum concordat Iac. de Are. in l. de die. §. si seruus. ff. qui satisd. cog. Et adde quod notant Cano. in c. ex conquestione de restit. spol. ubi dicunt esse glo. singularem, quòd licet exceptio dilatoria debeat opponi ante lit. contesta. tamen hoc est uerum, nisi ante non potuisset opponi, obstante iuris impedimento. An autem omissa dilatoria in principali poterit opponi in causa appellationis: dic quòd sic. glo. est notabilis in c. ad audientiam. el. 2. extra de rescrip. & ibi no. do. Anto. quòd mulier, minor, rusticus, non opponentes dilatorias ante lit. contest. possunt eam opponere post: quia praesumitur quòd per iuris ignorantiam omiserint: ut dicit Bald. in d. l. de die. §. si seruus. per illum tex. in uerbo. minor. secundum Iec. Ioan. & uide plene per Abb. in cle. pastoralis.

h Habent. Secundum Vber. ubi supra proxi.

i Pastoralis. In 3. gloss. Adde Bald. in l. 1. C. de iur. & fact. igno. & ibi Bart. & Bald. in l. licet. & in l. nihil. C. de procura. & sicut ignorans admittitur ad exceptionem proponendam, ita dubitans post certificatus. Ita Cy. & Bal. in l. fin. C. de fur.

k Vber. de Bo. mihi charta 7 ius si. uer. caue tibi.

l Prope fi. Et uide quod scripsi eo. tit. dilecto. super uer. appellatum.

m Opponi. Et etiam post terminum, ut sequitur in uer. sed nunquid. Adde quòd exceptio excommunicationis potest sapius proponi in uim dilatoria, non peremptoria, ut tenet Fede. consi. 117.

n C. pia. lib. 6.

o Nonnulli. Quam non habemus, sed de primo dicto decre. ipsius habetur de sent. excom. decernimus. lib. 6. De secundo habemus decre. Bonifa. hoc eo. tit. cum quidam. eo. lib.

p G. Na. non inueni: sed in decre. sciscitatus, de rescrip. ipse fatetur exceptionem etiam post sententiam admitti in publice excommunicato, in occulto non. Adde quòd Abbas post Cal. in d. c. sciscitatatus dicit quòd gesta ab excommunicato sunt retractanda, quando acta sunt in fauorem partis scientis illum excommunicatum: quod dicit esse notabile ad limita. l. Barbarius. de offi. praetor. & uide per Abb. in c. exceptionem. & ibi an malitiose differens opponere contra personam iudicis sit condemnandus in expensis. Quid autem si contra iudicem fuit exceptum: nunquid poterit statuere hunc terminum? Host. tenet quod sic: Abbas, quòd non: rationibus, de quibus per eum in c. pastoralis. extra eo. Additio. Adde circa primũ dictum praeced. addi. Feli. in c. post cessionem. col. 7. uer. conclusio. extra de probatio. ubi determinat an gesta cum procuratore excommunicato, etiam occulto, sint nulla: etiam si constituens hoc ignorasset: & an processus factus cum actore excommunicato. ualeat, uide do. de Ro. decisi 718. incip. dic quòd si agatur. in antiquis. ubi dicit quòd sic, si non opponatur. Et adde quòd excommunicatus non potest petere executionem sententiae, secundũ Innoc. & Hostien. in c. uenerabilem. extra eodem, de excep. ut refert Archidia. qui ita uidetur tenere in c. sicut 2. q. 1. ponit Guid. Papa, singul. 422. incipien. consules. Hen. Ferran.

q Pastoralis. Vt ibi scripsi super 1. glo.

r Tolerari. Imò non posset: ut infra uer. sed nunquid.

s Inquisitionis. Hic de rescrip. l. 1. lib. 6. in gloss. quid si. & infra de inquisi. §. 1 uer. quid si imperator inquisitionis.

t Bene. Et hoc est approbatum per cle. de exce. c. uno. Idem tenuit Vber. de Bo. ubi supra de exceptione

excommunicationis. ubi etiam dicebat de ea parum in iure ciuili haberi: habetur tamen in authen. de sanct. episc. §. nullum autem. ibi: soluta ex communicatione. & de interdic. haret. colle. ante fin. ibi: anathematizentur. & not. C. de sac. sanct. eccl. l. placet. Adde & C. de sum. trin. l. 2. Adde quod idem tenet Abb. in d. c. pastoralis.

u Exceptionem. Tu dic idem, etiam si hoc intellexisset iudex, & expressisset: ut not. in pra. cle. in fi. pen. glo.

x Tu dic. Secundum Aegid. rub. 32. ultra medium.

y Actorem. Intellige ita quòd non contra rescriptũ: nam tunc secus propter rationem pramissam, ut etiam scripsi decre. exceptionem. & super glo. etiã fi. Adde ut plenè per Abb. in d. c. exceptionem.

z Aegid. continuatur dicto supra proxi. uide quod scripsi in c. pia. super uersi. uot. probauerit.

a In fi. lib. 6.

b Excommunicatio. Vide quod satis dixi in pra. c. pia. super uer. iudex.

c Illud. Vide quod scripsi in decr. pia. super uer. in expensis.

d Dilecti. Idem Goff. in sum. huius tit. in fi. per eandem decr. dicit autem quòd olim tenebatur contrarium per decr. à nobis. eo. tit. Adde quòd, ut scribitur per Abb. in d. c. cum à nobis. & c. dilecti. & Bal. & An. Bar. & nouiss. in l. cum mulier. ff. sol. mat.

e Quaestiones. Lib. 2. q. 6.

f Ver. proxi. Hoc repetitur infra §. ulti. in fi. sed quo modo dictum Ioan. de Deo defendetur: uide quod scripsi in pra. decr. à nobis sub 5. membro summa, quam ibi posui.

g Secundum Vber. de Bob. charta mihi 12. uer. licet quasdam. in fi. uide quod dicam infrà de clan. despon. super rubrica.

h Ad fin. Lib. 6.

i Protestari. De hoc & in his quae sequuntur, scripsi post Inno. de rescrip. super literis. post expeditas glo. & de foro comp. ex parte B. in glo. not. arg. & scripsi supra de rescrip. prasen. §. ratione forma. uer. porrò licet. & sequentibus.

K. Exceptiones. Lib. 6.

l Proponitur. Secundum Bonagui. tit. quot modis sumatur exceptio. in fine.

m In causa. Compost. in decr. sciscitatus. de rescript. dixit procuratrix. ut ibi scripsi super glo. 2. Adde ad id quod hic dicitur de prohibito impedimento natura, quòd etiam si non opponeretur, non ualeret processus: ut per Innoc. in c. sciscitatus. in prin. & ibi scribentes post ipsum extra de rescrip. Rom. in repeti. rub. de arbi. in 8. col. post prin.

n Vber. de Bob. ubi de aduocato rei, charta, mihi 9. uer. opponentur.

o Respondere. de priuil. c. 1. lib. 6.

p Dignum est. Secundum G. Na. ubi & plus circa hoc dixit, ut supra de dilat. §. nunc uideamus. super uer. in summa. Non est ergo sufficiens procurator, ad opponendum dilatorias, qui non habet mandatum recipiendi libellum, de hoc dixi de procur. constit. in prin.

q Procuratore. Omnino uide supra de rescrip. prasen. §. primò igitur l. fin.

r In fi. Vbi remittam ad Compost. ibi enim autor hunc uer. reassumpsit.

SVMMARIVM.

Exceptiones peremptoriae quando opponantur.

1 Exceptio dilatoria ante litis contestat. est proponenda & probanda.

2 Peremptoria exceptio ante litis contestationem est protestanda, sed post proponenda & probanda.

3 Reus uolens ante litis contestationem opponere, & probare exceptionem peremptoriam, an sit audiendus.

4 Terminus ad omnes exceptiones peremptorias proponendas, an possit statui.

5 Exceptiones peremptoria, possunt usque ad conclusionem causa proponi.

6 In criminibus, uel defectibus, non est laxanda licentia, sed restringenda.

7 Excipiens super crimine non admittitur, nisi super eo, quo aduersarius publica laborat infamia.

8 Restitutio an sit in criminibus deneganda.

9 Violenta praesumptiones contra exceptiones propositas, qualiter, & quare possint repelli.

10 Exceptio peremptoria, an possit per reum proponi post attestationum publicationem, & examinationem, & per testes probare. &c.

11 Exceptionibus publicatis, an possit exceptio peremptoria proponi, talis quae non destruat principale, quin tenuerit.

12 Exceptio peremptoria, an possit post sententiam proponi.

13 Exceptio peremptoria, an, & quo casu possit proponi, ubi a sententia non est appellatum, sed transijt in rem indicatam.

14 Exceptio peremptoria contra executorem, septẽ casibus potest post sententiam, qua in rem transijt indicatam, opponi & probari.

15 Pro

15 Procuratore minoris, vel militis, suas exceptiones omittente, debet actio communi, & speciali iure contra procuratorem dari.
Exceptio procuratoria, an sit dilatoria, & quot modis dicatur.
16 Soluens si tutus sit exceptione perpetua, an iure communi possit repetere.
17 Exceptio feriarum scienter omissa, an post litem contestat. possit proponi.
18 Exceptio non numeratae pecuniae, debet ante litis contestationem proponi: & aliquo casu potest etiam post.
19 Exceptio beneficij epistolae diui Adriani, ante litis contestationem est proponenda, & quo casu post.
20 Exceptio quam proponit fideiussor, uel pignorum possessor, de conueniendo principali. an semper ante litis contestationem sit proponenda.
21 Exceptio competens tutori, ut inter se, & contutores actio diuidatur, an sit temporalis aut perpetua.
22 Exceptio illa non habens patris consensum, cùm sit filiusfa. an sit dilatoria, & ante litis contestationem opponenda.
23 Opponens post litem contestatam duas partes vniuersitatis in constitutione syndici non affuisse, an sit audiendus.
24 Dicens post litem contestatam tutores inuentarium non fecisse, uel non satisdedisse, an sit audiendus.
25 Exceptio post sententiam proposita, an ualeat.
26 Exceptiones peremptoriae, debent ante sententiam opponi.
27 Muliere agente pro dote contra haeredes mariti, an exceptio adulterij contra ipsam sit admittenda.
28 Exceptiones contra rescriptum beneficiale opposita, quando sint proponendae.
29 Excep. quae tantùm contra literas competat, qualiter & quando sit in iudicio proponenda.
30 Iuramentū temerarium, aut per fraudem extortum, an possit quis sua autoritate infringere.
31 Papa gratiam alicui sine literis dante, an obijciens contra talem de ueritate incognita, sit audiendus.
32 Negotium principale non dicuntur contingere ea, quae sunt de processu.
33 Tenor rescripti apostolici, in quibus loco libelli dicatur haberi.
34 Exceptio peremptoria, seu defensio ante litis cōtestationem proposita, an & quo casu retardet, aut impediat litis contestationem.
35 Exceptiones peremptoriae, an possint ante litis contest. admitti.
36 Iusiurandum à parte parti delatum, non est minoris autoritatis, quàm res iudicata.
37 Consuetudo, est optima legum interpres, nec de ea praescriptionis exceptio est admittenda.
38 Exceptionum peremptoriarum, quaedam perimit naturalem exceptionem tantùm, quaedam ciuilem tantùm, quaedam utranque, quaedam neutram.
39 Exceptio peremptoria, quo casu ciuilem tantùm, & non naturalem, dicatur perimere.
40 Exceptio solutionis, an perimat ciuilem, aut naturalem.
Solutione eius, quod debetur, tollitur omnis obligatio.
41 Negotium principale, an impediat litis contestationem, ubi peremptoria exceptio contingit.
42 Exceptio peremptoria, quo casu impediat litis contestationem.
43 Controuersia per sententiam finita, non debet sopita lis iterum resuscitari.
44 Petitione proposita, dicens se non teneri respondere propter pactum de non petendo, an sit audiendus.
45 Exceptio iusiurandi, an impediat litis cōtestationem, & sit contra literas admittenda.
46 Contra exceptionem rei iudicatae, & contra trāsactionem, quae possit oppositio fieri.
47 Super peremptorijs ante litis contestationē probatis, contra quas nihil extitit replicatum, qualiter pronunciabitur.
48 Forma proponendi exceptionem peremptoriam.

2 DICTO De dilatorijs quando proponātur, dicendum est de peremptorijs. ª Super quo dicendum est, quòd peremptoriae exceptiones, quae causam & intentionem actoris perimunt, seu elidunt: opponi possunt perpetuò: ut j.§.uiso.uersic. item not. quòd. Item possunt opponi, hoc est protestari, non probari semper ante sententiam, ueruntamen probari habent tātum post litem contest. C. de praescrip. long. temp. emptor. C. sent. resc. non pos. peremptorias. C. de prob. exceptionem. C. de excep. praescriptionem. & ex̄. de in integ. resti. auditis 3. q. 6. §.
1 exceptiō. † Ordo enim proponendus est, ut dilatoria proponatur ante litis contesta. & probetur: ut s̄.§. proxi. peremptorias uerò post litem conte. ut in prae. l. peremptorias. C. de app. eos. §. 1. ex̄. de praescr. auditis. & postquam actor suam probauit intentionem: ut s̄. de teste. §. qualiter autem. uer. sed

sed opponitur. Vnde is ordo non est confundendus C. de testa. consulta. C. de senten. & interlocu. omn. iud. prolatam. 11. q. 1. peruenit. in fi. Si enim peremptoria ante litis contest. probaretur, nihil probanti accresceret: quia lite non cōtestata non absolueretur: ut in præ. l. prolatam. & ex̄. ut lite non contest. per totum. Hoc tamen fallit in quibusdam exceptionibus, quæ impediunt litis contestationem, ut j. dicetur. Quidam autem dicunt, quòd cùm reus contra libellum proponit peremptoriam exceptionem, eo ipso intelligitur litem contestari: ideoque poterit confestim eam probare quòd probo: ut j. de lit. contest. 2. uersicu. sed
b nunquid per exceptionem [b]. Et secundum hoc intellige quæ iam dicta sunt s. §. proxi. uersicu. hoc
2 quoque. & seq. † Peremptoria ergo exceptio ante litis contesta. est protestanda, sed post proponenda, & probanda. unde si petis à me decem, quæ tibi debebam: sed mihi fecisti pactum de non petendo ea, uel petis à me fundum, qui fuit patris tui, & ego habeo exceptionem præscriptionis, uel rei iudicatæ, uel aliam similem. Hanc, si uolo, possum protestari ante litis contestationem, sed pro-
c bare debeo post, secundum T. [c] Sed hoc hodie falsum est: quia hæc exceptio de re iudic. impedit litis contest. ut infrà dicetur, quòd si exceptio omissa fuerit, poterò iterum id proponere & probare, quando uoluero, dummodo ante sententiam secundum T. ut in prædic. concor. nisi terminus peremptorius, uel aliqua interlocutoria, uel conclusio in negotio mihi obstet. Hanc materiam plenè prosequere, ut infra. uersicu. ut autem hic. & sequen. & uersicu. & plenius. & seq. & uersi. rursus. & seq. argum. tamen quòd in causa criminali, exceptio peremptoria fit ante litis contest. tractanda. C. ad leg. Flauiam, de pla. præses. Si autem eadē sit peremptoria solutionis, & declinatoria iudicij illa non opponetur in initio, sed in prosecutione quæstionis principalis differetur secundum papam: ut ex̄. de foro compet. ex parte. ff. ad exhib. l. 3. §. ibidem. nisi talis sit, per quam sententiam ipso iure nulla dicatur: ut est exceptio rei iudic. uel quæ elisis literis etiam quæstio principalis sit elisa, quæ tantum ex literis innuitur: ut j. uersi. sed quæro. & seq. de hoc not. papa ex̄. de excep. pa-
3 storalis. † Sed an reus uolens ante litis contestatio. opponere, & probare exceptionem peremptoriam, audiretur? Respon. non, secundum præmissa. Omnia enim suis debent temporibus conuenire. 23. quæst. 4. si de ecclesia. C. de ferijs. l. 2. ff. de pe. hære. ei qui. §. pro mo. ff. loc. si merces. §. colonus. nullam enim utilitatem ex hoc potest consequi, cùm ante litis contestationem non possit
d absolui, protestari tamen potest, ut dixi. [d] † Verū
4 autem possit statui terminus ad omnes peremptorias proponendas: planum est quod sic, secundum dom. meum, sicut & in dilatorijs dictum est s. §. proxi. uersicu. cæterùm. & argum. ex̄. de proba. licet. respon. 1. & §. 1. de test. cùm causam, quæ. & de fide instrum. accepimus. C. de tempo. appel. l. 2. in princip. C. de excusa. tut. quinquaginta. & ff. de iud. nonnunquam. 24. quæstio. 3. de illicita. ibi: aut uno pro omnibus peremptoriæ. Idem etiam not. papa extra, de except. pastoralis. argu. C. eod. præscriptione. tamen uidetur ibi notare
e contra [e]. argum. pro eo. C. de iud. auth. iubemus. ex̄. de testibus. ultra. ff. quod cuiusque uni. not.
f item eorum. §. si decuriones [f]. Pone, datus est terminus peremptorius partibus ad dandum omnes articulos, in quibus exceptiones peremptoriæ proponuntur, uel ad proponendum quicquid proponere uoluerint, sicut & moris & iuris est: ut in præmissis concor. suprà. uer. proxi. & ex̄. de in integr. resti. coram. & C. de inge. & ma. diffamari. & C. qui accus. non poss. si ea. pars uerò alterutra post hunc terminum excipit de aliquo, ad quod probandum, aliàs admitteretur, si terminus huiusmodi non obstaret: sed ne sibi obstet, proponit hoc de nouo ad eius notitiam peruenisse: quæritur an debeat admitti. Dic quòd sic multò fortius, quàm in dilatorijs, in quibus admittitur: ut s. §. proxi. uersicu. sed quid si. & in præ. uersicu. cæterùm. argument. in decre. Greg. 10. de elec. ut cir
g ca. 8 ff. de no. oper. nun. de pupillo. §. qui opus. & ex̄. de testi. præsentium. & de except. pia. prope
h fin. [h] & maior ratio est in his, quàm in dilatorijs, propter maius periculum. 41. distin. quiescamus.
5 & 7. quæstio. 1. cap. fin. Nam † & peremptoriæ possunt usque ad conclusionem proponi, ut s. dictum est: ideoque non est talis iuris licentia nimium angustanda. C. de hære. quoniam. 14. quæst. 2. quā-
6 quam. & 28. distinct. de his. † Si ergo procurator, qui factus est dominus litis, per litis contest. post talem terminum iurare uelit, quod ad eius notitiam exceptio de nouo ad eum peruenit, admittetur ad eam proponendam, & probandam, si asserat se ex nouo mandato domini absentis illam proponere: iurabit etiam quòd credit eam ad notitiam domini peruenisse post terminum huiusmodi procuratori statutum: quia & ipsum domi num arctat: quodque dominus idipsum iurabit, & sic obtinuit: imò etiam plus dicunt aliqui, quòd licet dominus de nouo sibi non mandauerit, semper tamen iurauit se credere ad notitiam peruenisse domini illam de nouo, & illum paratū esse hoc iurare: alioquin imputet sibi dominus, qui procuratorem non instruxit, sciens sibi competere exceptionem: non autem iurabit simpliciter peruenisse: alioquin anceps subiret periurium. Vel dic ut dixi in præ. cap. ut circa. & hoc uerum est in alijs exceptionibus. quàm super criminibus uel defectibus, in quibus non est laxanda licentia, sed potius restringenda. argum. 2. q. 3. cap. 1. & q. 7. si quis episcopus. & cap. criminationes. & q. 8. qui crimen. & l. sciant. ex̄. de accu. licet.
7 ad fin. † Cùm enim non admittatur excipiens, nisi super crimine, super quo aduersarius publica laborat infamia: ut ex̄. de accus. accedens. & cap. omnipotens. dicendo quòd ad eum de nouo peruenit: ostendit per consequens non esse de hoc infamiam publicam: & sic tanquam sibi contrarius repelli debet. ex̄. de appellat. solicitudinem. Gos. & B. Compost. dicit sic pronunciatum fuisse
i in curia [i]. Cum enim huiusmodi terminus sit quædam interlocutoria: ut ff. de arbitr. qualem. in fine. & per eam ius partibus acquiratur. ut extra, de re iudic. cùm inter. non debet. ut dicit, sine causæ cognitione, per quandam quasi restitutionem

8 nem reuocari: ut in præ.cap.coram. † Sed in cri
minibus restitutio denegatur: ut infra, de restit.
in integ.§.quis autem. uersic. sed pone.nec subest
causa rationabilis reuocationis huius. Præterea
cum causarum usus, & iura usum peremptorij in-
uenerint, ut esset litium finis: si post illud quis in
talibus audiretur. uix lis aliquam finem haberet,
& malitijs,& periurijs uia daretur: ut in præ. uer
sicu.cæterùm. Nec obstat secùdum eum,ex. de ex-
cep. pastoralis.quia non loquitur de termino per-
emptorio, nec de exceptionibus peremptorijs,sed
k de non peremptorio, [k] & de dilatorijs: ideoque
non debet ad hoc trahi, cùm sit contra rationem
iuris inducta: ut quis post peremptorium admit-
tatur, & quòd suo iuramento in causa sua ste-
tur. Item in præ. l. de pupillo. & in præd.decre.
præsentium. non fuit partibus per iudicem ter-
9 minus assignatus. † Et not. [l] quòd si contra ex-
l cipientem præsumatur,debet obligare ad certam
pœnam: ut s. §.proxi.ad fi. imò etiam ita uiolen
tæ præsumptiones essent contra exceptiones pro
positas, & contra prouisionem, seu collationem
beneficij, quòd eius repulsis prouisio, seu colla-
tio, executioni mandabitur.C.de fal.l.2.extra de
restitut. in integ. suscitata. extra de concess. præ-
ben. post electionem. secundum sanum intelle-
ctum eius. & hęc repulsio præcipuæ locum habet
contra exceptiones criminum, uel defectum,
quæ cùm sint odiosæ: magis debet in eis proba-
tio restringi.ff. de lib.& posthu. quidam.de pœ.
10 distinct. prima pœnæ. † Sed nunquid attestatio-
nibus publicatis & examinatis, reus potest exce-
ptionem peremptoriam proponere, & per testes
probare, uel actor replicationem opponere, &
probare contra exceptionem peremptoriam pro
batam? Et uidetur quòd non, cùm testificata
didicerit, ut suprà, de teste. §. satis utiliter. uer-
sicu. hoc etiam not. & quia sic daretur occasio
subornandi testes, quod fieri non debet. ff. de
eden.l.prima.§.editiones.ff.quemad. test.aperi.l.
2.& de iureiuran.ait prætor.in princi.extra, quod
met.cau.cùm dilecti.extra,ut eccles. benefi. capit.
unico.in fin. Econtra uidetur quòd possit. ff. de
rei uend. officium.ff. de probat. cùm de indebito.
in prin.C.de præscript. siue. C. de except. si qui-
dem.quæ loquitur quando didicit dicta suorum.
& extra, de rest.ex tenore, ubi de hoc secundum
m Vinc.& cap.de testibus [m]. & c.series. Vel potest
dici quòd non est audiendus,& quòd dictæ ll.ue-
teres sunt correctæ: & in causa appellationis est
aliud, uel loquuntur quando actor, uel reus pro-
bat, non per testes,sed aliter.extra de fide instru.
cùm dilectus. Vel distingue: quia si noniter post
aperturam testium emerserit: tunc admittetur.
extra de except.pastoralis. & ijdem uel alij testes
poterunt induci: quia ad diuersa inducuntur. ex-
tra de testibus.ueniens.& cap.cùm causam. & ca-
pitu.cùm in tua.super ueteri uerò non. extra de
n testib.fraternitatis. secundum Vber. [n] † Vincen.
11 doctor egregius dixit, [o] quòd publicatis exce-
o ptionibus, potest exceptio peremptoria opponi,
si sit talis quæ non destruat principale, quin te-
p nuerit [p]. Secus si diceret quòd testes dixerunt
falsum: tunc enim non audiar, nisi uelim testes
producere super corruptionem, quod dic ut su-
pra, de testi.§. qualiter autem.uersicu. sed oppo-
12 nitur. † Post sentent. autem, an possit propo-
ni exceptio peremptoria, distingue: quia aut
fuit appellatum,aut non: si fuit appellatum pos-
sum exceptionem omissam in principali propone
re,& probare in causa appellationis: nam in cau-
sa appellationis potest non oppositum in princi-
pali opponi, & non probatum probari: ut C.sen-
ten.rescin.non poss.l.2.& ff. de except. exceptio.
extra, de fide instrumen. cùm Ioannes. in fin. &
de testibus fraternitatis. ubi de hoc. ex. de re iu-
13 dic. inter monasterium. in fi. † Sed nunquid si
in principali excepi de pacto, de non petendo, uel
de præscriptione, & similibus: iudex uerò per
suam interlocutoriam repulit hanc exceptio-
nem, & nihilominus postea me substantialiter
condemnauit: nunquid in causa appel. interpo-
sitæ à diffinitiua, potero adhuc illam exceptio-
nem opponere? Innoc. papa 4.no.ex. de re iudic.
quo ad consultationem. quòd sic: ut ff. de app.
l.prima.quando ap.sit.l.1.circa prin. & argu.ff.de
in integ.resti.l.4.§.1.s.eo.quòd secundùm legem
ab interlocutoria non potuit appellare.2.q.6.non
ita.ex.de app.super eo.2. Alijs autem hoc durum
uidetur, cùm in interlocutoria in rem transierit
iudicatā, à qua appellatū nō extitit, & poterit ab
ea secundum cano.appellari, & etiam secundū le-
ges: ubi per eam principale absorbetur, ubi enim
à sententia appellatum non est,sed in rem transijt
iudicatam, non potest regulariter ulterius exce-
ptio peremptoria proponi, nisi per in integ. resti.
ut quia est minor,uel ecclesia: ut in præ.l.C. sent.
32 iudi. cum inter. † Qualiter superior ad quem appellatur propter exceptiones non admissas, formabit literas commissionis, quando causam app. committit: uide j. de appel. §. de officio quoque.
33 uer. nunc dicamus. & seq. † Hoc etiam nota quòd ubi proponitur aliqua exceptio dilatoria, aduersarius petere potest sibi cautionem præstari de soluendis expensis: uel aliqua certa pœna, si proponens defecerit in probando, quod quidam obseruant, nec aliter exceptiones admittunt. Nos tamen hoc non seruamus, nisi fortè euidenter de proponendis fuga, dolo, & malitia præsumatur ex causis uerisimilibus, & tunc sic. extra de elect. cum dilect. ad fin. de restit. spolia. literas. de accusat. super his 38. distinct. quamquam. in fi. Aliquando uero tam uiolentæ possunt esse præsumptiones contra incipientem, uel etiam contra exceptiones, quòd non admittuntur. infra §. proxi.
r uer. sed pone in fi. r

ADDITIO.

a Attestationes. Sic etiam dixit Accur. in præd. l. exceptionem. idem Innoc. in decre. pastoralis. eod. tit. ut ibi scripsi in gloss. magna, circa medium. cui tunc acquieui: sed nunc declaro, & ante omnia dico hoc dictum, omnino sequendum in foro ciuili, ubi teneretur opinio Io. & Azo. que habet, publicatis attestationibus non posse in causa principali testes recipi, etiam super nouis capitulis: sed Accur. contra & has alias opiniones scripsi in decre. fraternitatis. de testi super 3. glo. secundum ergo opinionem Accur. quam nos canonistæ sequimur, solum in causa principali distinguendum est: an dilatio solutionis sit idem articulus cum principali: & tunc procedant quæ scripta sunt, an uerò sit diuersus articulus, & tunc secus in terminis. Mutuasti mihi centum, quæ anno finito repetis: ego dico terminum conuentum fuisse biennij, & adhuc durare: & sic dilatoriam solutionis allego. si tu producis testes ad probandum, quod conuentũ fuit de anno: hic certum est quòd in utroque foro, & secundum omnem opi. si uolo probare per testes conuentum tunc fuisse de biennio, ante publicatas attestationes hoc facere debeo: idem enim est articulus, & directè inuicem contrarius, ut in clem. de testi. cap. 2. Si autem uerum est quòd conuentum fuit, tempore mutui de anno: sed dico quòd ante fi. anni prorogasti, uel post annum de nouo: concessisti alium annum, non uideo, cum iste articulus sit diuersus à primo, nec sit directè contrarius, cum uterque possit esse uerus: quare post publicatas attestationes non possim ita

sim ita illud probare per testes, sicut pactum de perpetuo non petendo, sed solutionem, uel aliud tale: dico hoc in foro ecclesiastico, uel seculari, ubi seruaretur nostra opi. & de peremptorijs satis not. de testi. c. de testi. in ulti. gloss. Nec uideo tex. qui me cogat in dilatoria solutionis tenere contrarium, imò plane lecta l. exceptionem. C. de probat. & l. si quidem de excep. faciunt pro. nec mirum, quia dilatoria solutionis peremptoria est, quo ad libellum & eius instantiam. authen. non obst. que secundum uerum intellectum loquitur super eisdem capitulis, uel directe contrarijs, ut dixi.

b Intellige. Secundum Tan. ubi supra uer. hic de exceptionibus.
Adde, quòd hanc addit. sequitur Abb. in c. 1. de or.cog. & in c. except. in quarta colum. extra de excep.

c Videlicet. Verba Vber. de Bob. de excep. contra rescripta. uer. penult. usque ibi. infra de renuncia.

d Peremptorium. Qui talis intelligitur etiam si non exprimatur, ut hic, infr. remittit.

e Vber. de Bob. & hoc dixit, ubi de aduocato rei, mihi charta 9.

f Seruabitur. Dicens se hoc non dicere pro isto articulo tantum, sed etiam pro similibus.

g Pastoralis. In ult. glo. & ut ibi scripsi, Gof. Innocen. & Hostien. tenent primum.
Adde, quòd Iac. Bu. in l. 2. C. de consor. eiusdem lit. tenet quòd post litem contest. sit audiendus. Idem tenet Salice. ibi, & Bart. l. error. in fi. 2. col. C. de iur. & fac. ignoran. & hoc si est ignorantia facti. Et cum opi. praedictorum concordat Iac. de Are. in l. de die. §. si seruus. ff. qui satisd. cog. Et adde quod notant Cano. in c. ex conquestione de restit. spol. ubi dicunt esse glo. singularem, quòd licet exceptio dilatoria debeat opponi ante lit. con testa. tamen hoc est uerum, nisi ante non potuisset opponi, obstante iuris impedimento. An autem omissa dilatoria in principali poterit opponi in causa appellationis: dic quòd sic. glo. est notabilis in c. ad audientiam. el. 2. extra de rescrip. & ibi no. do. Ante. quòd mulier, minor, rusticus, non opponentes dilatoriam ante lit. contest. possunt eam opponere post: quia praesumitur quòd per iuris ignorantiam omiserint: ut dicit Bald. in d. l. de die. §. si seruus. per illum tex. in uerbo. minor. secundum lec. Ioan. & uide plene per Abb. in cle. pastoralis.

h Habent. Secundum Vber. ubi supra proxi.

i Pastoralis. In 3. gloss. Adde Bald. in l. 1. C. de iur. & fact. igno. & ibi Bart. & Bald. in l. licet. & in l. nihil: C. de procura. & si ut ignorans admittitur ad exceptionem proponendam, ita dubitans post certificatus. Ita Cy. & Bal. in l. fin. C. de fur.

k Vber. de Bo. mihi charta 7. in fi. uer. caue tibi.

l Prope fi. Et uide quod scripsi eo. tit. dilecto. super uer. appellatum.

m Opponi. Et etiam post terminum, ut sequitur in uer. sed nunquid. Adde quòd exceptio excommunicationis potest saepius proponi in uim dilatoriae, non peremptoriae, ut tenet Fede. consi. 117.

n C. pia. lib. 6.

o Nonnulli. Quam non habemus, sed de primo dicto decre. ipsius habetur de sent. excom. decernimus. lib. 6. De secundo habemus decre. Bonifa. hoc eo. tit. cum quidam. eo. lib.

p G. Na. non inueni: sed in decre. sciscitatus, de rescrip. ipse fatetur exceptionem etiam post sententiam admitti in publice excommunicato, in occulto non. Adde quòd Abbas post Cal. in d. c. sciscitatus dicit quòd gesta ab excommunicato sunt retractanda, quando acta sunt in fauorem partis scientis illum excommunicatum: quod dicit esse notabile ad limita. l. Barbarius. de offi. praetor. & uide per Abb. in c. exceptionem. & ibi an malitiose differens opponere contra personam iudicis sit condemnandus in expensis. Quid autem si contra iudicem fuit exceptum: nunquid poterit statuere hunc terminum? Host. tenet quòd sic: Abbas, quòd non: rationibus, de quibus per eum in c. pastoralis. extra eo. Additio. Adde circa primũ dictum praeced. addi. Feli. in c. post cessionem. col. 7. uer. conclusio. extra de probatio. ubi determinat an gesta cum procuratore excommunicato, etiam occulto, sint nulla: etiam si constituens hoc ignorasset: & an processus factus cum actore excommunicato ualeat, uide do. de Ro. decisi 718. incip. dic quòd si agatur. in antiquis. ubi dicit quòd sic, si non opponatur. Et adde quòd excommunicatus non potest petere executionem sententiae, secundũ Innoc. & Hostien. in c. uenerabilem. extra eodem, de excep. ut refert Archidia. qui ita uidetur tenere in c. sicut 2. q. 1. ponit Guid. Papae, singul. 422. incipien. consules. Hen. Ferran.

q Pastoralis. Vt ibi scripsi super 1. glo.

r Tolerari. Imò non posset: ut infr. ì uer. sed nunquid.

s Inquisitionis. Hic de rescrip. l. 1. lib. 6. in gloss. quid si. & infra de inquisi. §. 1 uer. quid si imperator inquisitionis.

t Bene. Et hoc est approbatum per cle. de exce. c. uno. Idem tenuit Vber. de Bo. ubi supra de exceptione

excommunicationis. ubi etiam dicebat de ea parum in iure ciuili haberi: habetur tamen in authen. de sanct. episc. §. nullum autem. ibi: soluta ex communicatione. & de interdic. haret. colle. ante fin. ibi: anathematizeutur. & not. C. de sac. sanct. eccl. l. placet. Adde & C. de sum. trin. l. 2. Adde quod idem tenet Abb. in d. c. pastoralis.

u Exceptionem. *Tu dic idem, etiam si hoc intellexisset iudex, & expressisset: ut not. in pra. cle. in fi. pen. glo.*

x Tu dic. Secundum Aegid. rub. 32. ultra medium.

y Actorem. *Intellige ita quòd non contra rescriptũ: nam tunc secus propter rationem præmissam, ut etiam scripsi decre. exceptionem. & super glo. etiã fi. Adde ut plenè per Abb. in d. c. exceptionem.*

z Aegid. continuatur dicto supra proxi. *uide quod scripsi in c. pia. super uersi. uot. probauerit.*

a In fi lib. 6.

b Excommunicatio. *Vide quod satis dixi in pra. c. pia. super uer. iudex.*

c Illud. *Vide quod scripsi in decr. pia. super uer. in expensis.*

d Dilecti. Idem Goff. *in sum. huius tit. in fi. per eandem decr. dicit autem quòd olim tenebatur contrarium per decr. à nobis. eo. tit. Adde quòd, ut scribitur per Abb. in d. c. cum à nobis. & c. dilecti. & Bal. & An. Bar. & nouiss. in l. cum mulier. ff. sol. mat.*

e Quæstiones. Lib. 2. q. 6.

f Ver. proxi. *Hoc repetitur infra §. ulti. in fi. sed quo modo dictum Ioan. de Deo defendetur: uide quod scripsi in pra. decr. à nobis sub 5. membro summe, quam ibi posui.*

g Secundum Vber. de Bob. *charta mihi 12. uer. licet quasdam. in fi. uide quod dicam infrà de sponsa. despon. super rubrica.*

h Ad fin. Lib. 6.

i Protestari. *De hoc & in his quæ sequuntur, scripsi post Inno. de rescrip. super literis. post expeditas glo. & de foro comp. ex parte B. in glo. not. arg. & scripsi supra de rescrip. præsen. §. ratione forma. uer. porrò licet. & sequentibus.*

K Exceptiones. Lib. 6.

l Proponitur. Secundum Bonagui. *tit. quot modis sumatur exceptio. in fine.*

m In causa. Compost. *in decr. sciscitatus. de rescript. dixit procuratrix. ut ibi scripsi super glo. 2. Adde ad id quod hic dicitur de prohibito impedimento natura, quòd etiam si non opponeretur, non ualeret processus: ut per Innoc. in c. sciscitatus. in prin. & ibi scribentes post ipsum extra de rescrip. Rom. in repeti. rub. de arbi. in 8. col. post prin.*

n Vber. de Bob. *ubi de aduocato rei, charta, mihi 9. uer. opponentur.*

o Respondere. *de priuil. c. 1. lib. 6.*

p Dignum est. Secundum G. Na. *ubi & plus circa hoc dixit, ut supra de dilat. §. nunc uideamus. super uer. in summa. Non est ergo sufficiens procurator, ad opponendum dilatorias, qui non habet mandatum recipiendi libellum, de hoc dixi de procur. constit. in prin.*

q Procuratore. *Omnino uide supra de rescrip. præsen. §. primò igitur l. fin.*

r In fi. *Vbi remittam ad Compost. ibi enim autor hunc uer. reassumpsit.*

SVMMARIVM.

Exceptiones peremptoriæ quando opponantur.

1 *Exceptio dilatoria ante litis contestat. est proponenda & probanda.*

2 *Peremptoria exceptio ante litis contestationem est protestanda, sed post proponenda & probanda.*

3 *Reus uolens ante litis contestationem opponere, & probare exceptionem peremptoriam, an sit audiendus.*

4 *Terminus ad omnes exceptiones peremptorias proponendas, an possit statui.*

5 *Exceptiones peremptoriæ, possunt usque ad conclusionem causæ proponi.*

6 *In criminibus, uel defectibus, non est laxanda licentia, sed restringenda.*

7 *Excipiens super crimine non admittitur, nisi super eo, quo aduersarius publica laborat infamia.*

8 *Restitutio an sit in criminibus deneganda.*

9 *Violentæ præsumptiones contra exceptiones propositas, qualiter, & quare possint repelli.*

10 *Exceptio peremptoria, an possit per reum proponi post attestationum publicationem, & examinationem, & per testes probare, &c.*

11 *Exceptionibus publicatis, an possit exceptio peremptoria proponi, talis quæ non destruat principale, quin tenuerit.*

12 *Exceptio peremptoria, an possit post sententiam proponi.*

13 *Exceptio peremptoria, an, & quo casu possit proponi, ubi à sententia non est appellatum, sed transijt in rem iudicatam.*

14 *Exceptio peremptoria contra executorem, septẽ casibus potest post sententiam, quæ in rem transijt iudicatam, opponi & probari.*

15 Peo

a DICTO De dilatorijs quando proponãtur, dicendum est de peremptorijs. [a] Super quo dicendum est, quòd peremptoriæ exceptiones, quæ causam & intentionem actoris perimunt, seu elidunt: opponi possunt perpetuò: ut ĩ. §. in so. uersic. item not. quòd. Item possunt opponi, hoc est protestari, non probari semper ante sententiam, ueruntamen probari habent tãtum post litem contest. C. de præscrip. long. temp. emptor. C. sent. resc. non pos. peremptorias. C. de prob. exceptionem. C. de excep. præscriptionem. & ex. de in integ. resti. auditis 3. q. 6. §.
1 exceptiõ. † Ordo enim proponendus est, ut dilatoria proponatur ante litis contesta. & probetur: ut s. §. proxi. peremptorias uerò post litem contes. ut in præ. l. peremptorias. C. de app. eos. §. 1. ex. de præscr. auditis. & postquam actor suam probauit intentionem: ut s. de teste. §. qualiter autem. uer. sed

sed opponitur. Vnde is ordo non est confundendus C. de testa. consulta. C. de senten. & interlocu. omni. iud. prolatam. 11. q. 1. pertenit. in fi. Si enim peremptoria ante litis contest. probaretur, nihil probanti accresceret: quia lite non cõtestata non absolueretur: ut in præ. l. prolatam. & ex. ut lite non contest. per totum. Hoc tamen fallit in quibusdam exceptionibus, quæ impediunt litis contestationem, ut j. dicetur. Quidam autem dicunt, quòd cùm reus contra libellum proponit peremptoriam exceptionem, eo ipso intelligitur litem contestari: ideoque poterit confestim eam probare quòd probo: ut j. de lit. contest. 2. uersicu. sed
b nunquid per exceptionem [b]. Et secundum hoc intellige quæ iam dicta sunt s. §. proxi. uersicu. hoc
a quoque. & seq. † Peremptoria ergo exceptio ante litis contesta. est protestanda, sed post proponenda, & probanda. unde si petis à me decem, quæ tibi debebam: sed mihi fecisti pactum de non petendo ea, uel petis à me fundum, qui fuit patris tui, & ego habeo exceptionem præscriptionis, uel rei iudicatæ, uel aliam similem. Hanc, si uolo, possum protestari ante litis contestationem, sed pro-
c bare debeo post, secundum T. [c] Sed hoc hodie falsum est: quia hæc exceptio de re iudic. impedit litis contest. ut infrà dicetur, quòd si exceptio omissa fuerit, potero iterum id proponere & probare, quando uoluero, dummodo ante sententiam secundum T. ut in prædic. concor. nisi terminus peremptorius, uel aliqua interlocutoria, uel conclusio in negotio mihi obstet. Hanc materiam plenè prosequere, ut infra. uersicu. ut autem hic. & sequen. & uersicu. & plenius. & seq. & uersi. rursus. & seq. argum. tamen quòd in causa criminali, exceptio peremptoria sit ante litis contest. tractanda. C. ad leg. Flauiani, de pla. præses. Si autem eadē sit peremptoria solutionis, & declinatoria iudicij illa non opponetur in initio, sed in prosecutione quæstionis principalis differetur secundum papam: ut ex. de foro compet. ex parte. ff. ad exhib. l. 3. §. ibidem. nisi talis sit, per quam sententiam ipso iure nulla dicatur: ut est exceptio rei iudic. uel quæ elisis literis etiam quæstio principalis sit elisa, quæ tantum ex literis innuitur: ut j. uersi. sed quæro. & seq. de hoc not. papa ex. de excep. pa
3 storalis. † Sed an reus uolens ante litis contestatio. opponere, & probare exceptionem peremptoriam, audiretur? Respon. non, secundum præmissa. Omnia enim suis debent temporibus conuenire. 23. quæst. 4. si de ecclesia. C. de ferijs. l. 3. ff. de pe. hære. ei qui. §. primo. ff. loc. si merces. §. colonus. nullam enim utilitatem ex hoc potest consequi, cùm ante litis contestationem non possit
d absolui, protestari tamen potest, ut dixi. [d] † Verū
4 autem possit statui terminus ad omnes peremptorias proponendas: planum est quod sic, secundum dom. meum, sicut & in dilatorijs dictum est s. §. proxi. uersicu. cæterùm. & argum. ex. de proba. licet. respon. 1. & §. 1. de test. cum causam, quæ. & de fide instrum. accepimus. C. de tempo. appel. l. 2. in princip. C. de excusa. tut. quinquaginta. & ff. de iud. nonnunquam. 24. quæstio. 3. de illicita. ibi: aut uno pro omnibus peremptoriæ. Idem etiam not. papa extra, de except. pastoralis. argu. C. eod. præscriptione. tamen uidetur ibi notare
e contra [e]. argum. pro eo. C. de iud. auth. iubemus. ex. de testibus. ultra. ff. quod cuiusque uni. not.
f item eorum. §. si decuriones [f]. Pone, datus est terminus peremptorius partibus ad dandum omnes articulos, in quibus exceptiones peremptoriæ proponuntur, uel ad proponendum quicquid proponere uoluerint, sicut & moris & iuris est: ut in præmissis concor. suprà. uer. proxi. & ex. de in integr. resti. coram. & C. de inge. & ma. diffamari. & C. qui accus. non poss. si ea. pars uerò alterutra post hunc terminum excipit de aliquo, ad quod probandum, aliàs admitteretur, si terminus huiusmodi non obstaret: sed ne sibi obstet, proponit hoc de nouo ad eius notitiam peruenisse: quæritur an debeat admitti. Dic quòd sic multò fortius, quàm in dilatorijs, in quibus admittitur: ut s. §. proxi. uersicu. sed quid si. & in præ. uersicu. cæterum. argument. in decre. Greg. 10. de elec. ut cir
g ca. [g] ff. de no. oper. nun. de pupillo. §. qui opus. & ex. de testi. præsentium. & de except. pia. prope
h fin. [h] & maior ratio est in his, quàm in dilatorijs, propter maius periculum. 42. distin. quiescamus.
5 & 7. quæstio. 1. cap. fin. Nam † & peremptoriæ possunt usque ad conclusionem proponi, ut s. dictum est: ideoque non est talis iuris licentia nimium angustanda. C. de hære. quoniam. 14. quæst. 2. quā-
6 quam. & 28. distinct. de his. † Si ergo procurator, qui factus est dominus litis, per litis contest. post talem terminum iurare uelit, quod ad eius notitiam exceptio de nouo peruenit, admittetur ad eam proponendam, & probandam, si asserat se ex nouo mandato domini absentis illam proponere: iurabit etiam quòd credit eam ad notitiam domini peruenisse post terminum huiusmodi procuratori statutum: quia & ipsum dominum arctat: quodque dominus idipsum iurabit, & sic obtinuit: imò etiam plus dicunt aliqui, quòd licet dominus de nouo sibi non mandauerit, semper tamen iurauit se credere ad notitiam peruenisse domini illam de nouo, & illum paratū esse hoc iurare: alioquin imputet sibi dominus, qui procuratorem non instruxit, sciens sibi competere exceptionem: non autem iurabit simpliciter peruenisse: alioquin anceps subiret periurium. Vel dic ut dixi in præ. cap. ut circa. & hoc uerum est in alijs exceptionibus. quàm super criminibus uel defectibus, in quibus non est laxanda licentia, sed potius restringenda. argum. 2. q. 3. cap. 1. & q. 7. si quis episcopus. & cap. criminationes. & q. 8. qui crimen. & l. sciant. ex. de accu. licet.
7 ad fin. † Cùm enim non admittatur excipiens, nisi super crimine, super quo aduersarius publica laborat infamia: ut ex. de accus. accedens. & cap. omnipotens. dicendo quòd ad eum de nouo peruenit: ostendit per consequens non esse de hoc infamiam publicam: & sic tanquam sibi contrarius repelli debet. ex. de appellat. sollicitudinem. Gof. & B. Compost. dicit sic pronunciatum fuisse
i in curia [i]. Cum enim huiusmodi terminus sit quædam interlocutoria: ut ff. de arbitr. qualem. in fine. & per eam ius partibus acquiratur. ut extra, de re iudic. cùm inter. non debet. ut dicit, sine causæ cognitione, per quandam quasi restitutionem

8 nem reuocari: ut in præ.cap.coram. † Sed in criminibus restitutio denegatur: ut infra, de restit. in integ.§.quis autem. uersic. sed pone.nec subest causa rationabilis reuocationis huius. Præterea cum causarum usus, & iura usum peremptorij inuenerint, ut esset litium finis: si post illud quis in talibus audiretur. uix lis aliquam finem haberet, & malitijs,& periurijs uia daretur: ut in præ. uersicu.cæterùm.Nec obstat secũdum eum,ex. de excep. pastoralis.quia non loquitur de termino peremptorio, nec de exceptionibus peremptorijs,sed
k de non peremptorio, [k] & de dilatorijs: ideoque non debet ad hoc trahi, cùm sit contra rationem iuris inducta: ut quis post peremptorium admittatur, & quòd suo iuramento in causa sua stetur. Item in præ. l. de pupillo. & in præd.decre. præsentium. non fuit partibus per iudicem ter-
9 minus assignatus. † Et not. [l] quòd si contra ex-
l cipientem præsumatur,debet obligare ad certam pœnam: ut s. §.proxi.ad fi. imò etiam ita uiolentæ præsumptiones essent contra exceptiones propositas, & contra prouisionem, seu collationem beneficij, quòd eius repulsis prouisio, seu collatio, executioni mandabitur.C.de fal.l.2.extra de restitut. in integ. suscitata. extra de conces. præben. post electionem. secundum sanum intellectum eius. & hęc repulsio præcipuæ locum habet contra exceptiones criminum, uel defectum, quæ cùm sint odiosæ: magis debet in eis probatio restringi.ff. de lib.& posthu. quidam.de pœ.
10 distinct. prima pœnæ. † Sed nunquid attestationibus publicatis & examinatis, reus potest exceptionem peremptoriam proponere, & per testes probare, uel actor replicationem opponere, & probare contra exceptionem peremptoriam probatam? Et uidetur quòd non, cùm testificata didicerit, ut suprà, de teste. §. satis utiliter. uersicu. hoc etiam not. & quia sic daretur occasio subornandi testes, quod fieri non debet. ff. de eden.l.prima.§.editiones.ff.quemad. test.aperi.l. 2.& de iureiuran.ait prætor.in princi.extra, quod met.cau.cùm dilecti.extra,ut eccles. benefi. capit. unico.in fin. Econtra uidetur quòd possit. ff. de rei uend. officium.ff. de probat. cùm de indebito. in prin.C.de præscript. siue. C. de except. si quidem.quæ loquitur quando didicit dicta suorum. & extra, de rest.ex tenore, ubi de hoc secundum
m Vinc.& cap.de testibus [m]. & c.series. Vel potest dici quòd non est audiendus,& quòd dictæ ll.ueteres sunt correctæ: & in causa appellationis est aliud, uel loquuntur quando actor, uel reus probat, non per testes,sed aliter.extra de fide instru. cùm dilectus. Vel distingue: quia si noniter post aperturam testium emerserit: tunc admittetur. extra de except.pastoralis. & ijdem uel alij testes poterunt induci: quia ad diuersa inducuntur. extra de testibus.ueniens.& cap.cùm causam. & capitu.cùm in tua.super ueteri uerò non. extra de
n testib.fraternitatis. secundum Vber. [n] † Vincen.
11 doctor egregius dixit, [o] quòd publicatis exce-
o ptionibus, potest exceptio peremptoria opponi, si sit talis quæ non destruat principale, quin te-
p nuerit [p]. Secus si dicerem quòd testes dixerunt falsum: tunc enim non audiar, nisi uelim testes producere super corruptionem, quod dic ut supra, de testi.§. qualiter autem.uersicu. sed oppo-
12 nitur. † Post sentent. autem, an possit proponi exceptio peremptoria, distingue: quia aut fuit appellatum,aut non: si fuit appellatum possum exceptionem omissam in principali proponere,& probare in causa appellationis: nam in causa appellationis potest non oppositum in principali opponi, & non probatum probari: ut C.senten.rescin.non poss.l.2. & ff. de except. exceptio. extra, de fide instrumen. cùm Ioannes. in fin. & de testibus fraternitatis. ubi de hoc. ex. de re iu-
13 dic. inter monasterium. in fi. † Sed nunquid si in principali excepi de pacto, de non petendo, uel de præscriptione, & similibus: iudex uerò per suam interlocutoriam repulit hanc exceptionem, & nihilominus postea me substantialiter condemnauit: nunquid in causa appel. interpositæ à diffinitiua, potero adhuc illam exceptionem opponere? Innoc. papa 4.no.ex. de re iudic. quo ad consultationem. quòd sic: ut ff. de app. l.prima.quando ap.sit.l r.circa prin. & argu.ff.de in integ.resti.l.4.§.1.s.eo.quòd secundùm legem ab interlocutoria non potuit appellare.2.q.6.non ita.ex.de app.super eo.2. Alijs autem hoc durum uidetur, cùm in interlocutoria in rem transierit iudicatã, à qua appellatũ nõ extitit, & poterit ab ea secundum cano.appellari, & etiam secundũ leges: ubi per eam principale absorbetur, ubi enim à sententia appellatum non est,sed in rem transijt iudicatam, non potest regulariter ulterius exceptio peremptoria proponi, nisi per in integ. resti. ut quia est minor,uel ecclesia: ut in præ.l.C. sent. re.non pos.l.2.& ex. de priuil. cum olim. & ff.de re iudic.post rem. ff.de adul.si maritus.§.præscriptione.& ex.de in integ.rest.suscitata.ff. de mino.
q l.minor 25. anno.si omissa allegatione [q]. † Hoc
14 tamen fallit in septem casibus, [r] in quibus post
r sententiam,quæ in rem transijt iudicatam, potest exceptio peremptoria contra executorem opponi & probari. Primò, in filiofamil. qui habet exceptio. sena. consul. Mace.ff. ad Mace. l. tam & si.Secundò, in muliere quæ habet excep. Velleiani.ff.ad Vell.quod uis.§.2. Tertiò,in milite condemnato,qui exceptionem omissam potest etiam post sententiam opponere.C.de iur. & fa.ign.l.1.
s in fi.ubi de hoc [s]. Quartò & quintò,in marito,& de donatore,& alijs,qui conueniendi sunt inquantum facere possunt, & non ultra,scilicet habita ratione ne egeant: quod si non fiat, possunt de hoc excipere etiam post sententiam.ff.de re iud.patronus.ff.so.ma.ex diuerso.§.1. C. de rei uxo. acti. §. cùm autem.& ff.de re iudi.Nesennius.in fi.& l.inter eos.§.fi.& in multis alijs legib. eiusdem tit.& s.de conclu.uersi.item beneficium.in Summa do. mei,de do.inter uir.& uxo.sub ti.de dotis pro.mis. §.quis constituat.uer.de legatione.Sextò,in fideiussore,qui habet priuilegiũ de cedenda sibi actione à tutore,ut ff.de fideiuss.si fideiussores.§.idem
t respondit.& s.de cõclu.uer.postremò. [t] Septimò, in tutore.ff.de contra.act.tutelæ.l.1.§. præterea: potest etiã esse.Octauò.in falso procur.C. de procur.licet.ex.eo.in nostra. Secus si sentẽtia dicatur lata per falsas allegationes. C. si ex falsis allega.

per

§.fin.Sed Ioan.contra, ut non competat actio: & ideo non uidetur, quòd post sententiam posit opponi exceptio. Dic tamen contra, ut ff. de
26 rescin. uendi. fundus. † Sed pone n peto à te
n decem, actione ex empto pro pretio uini quod tibi uendidis fertur pro me sententia, nunquid in executione sententiæ poteris opponere, quòd res uendita non fuit tradita? Videtur quòd non: nam exceptiones peremptoriæ debent ante sententiam opponi: ut supra, argu. contra. & quòd actor habeat actionem ad rem petendam, nec de iure eius fuit quæsitum: ut ff. de exce. rei iud. duobus. & l.pe.§.fin. & ad hoc. ff. fa. er. ex parte ff. de rescin. uen. fundus 2. Sed dic quòd sic, per præ. l. & ff.
o de iureiur. si duo. §. antepenu. & penu. o † Item
27 quæritur: p ecce quædam mulier agebat actione
p de dote contra hæredes mariti: hæredes opponũt exceptionem adulterij: quæritur an possint? Et uidetur quòd sic: nam ubi de dote agitur post mortem uxoris intra 40. dies utiles, serui non manumittuntur. C. de adul. l. fin. ff. qui & à qui. ma. li. non fiunt. sed & si maritus. & hoc propter quæstio
q nem adulterij. q Nam & post mortem agitur de crimine propter onera. ff. ad Syl. Caius Seius. ff. de iur. fisc. ei, qui. §. fina. de ingratitudine quæritur post mortem. ff. de offic. test. si quis filium. & de crimine in modum exceptionis proposito. ff. de adult. l. 2. §. sed si publico. C. de transact. si ex falsis. Præterea derelicta accusatione à marito admittitur extraneus. ff. de adulter. constante. & C. eod. iure riti. & l. quamuis. nam quæ temporalia sunt ad agendum, &c. ff. de doli. excep. l. purè. §. fi-
r na. r Nec obst. C. de adulter. l. fi. quia ibi loquitur, quando diuortio matrimonium est solutum, secus si morte: ut ibi not. & probatur in prædic. l. sed & si. in princi. Sed dic secundum Ioan. quòd non competit exceptio, cùm non lucretur maritus dotem, nisi accuset uxorem de adulterio, & inscribat. in authen. ut lic. ma. & auiæ. §. s. Albe. Pap. contra
s per l. C. de adul. l. fina. s † Sed quæro de exceptio-
28 nibus, quæ opponuntur contra rescriptum beneficiale, quando sint proponendæ? Respond. si aliqua falsitas sit in priuilegio, uel rescripto expressa, uel ueritas suppressa, quæ papam ad concedendum inducit: puta, quia suggessit impetrator se doctorem decretorum uel legum, uel quòd erat nepos cardinalis, uel suppressit aliud beneficium, uel iuramentum, seu statutum, tales & similes exceptiones possunt contra rescriptum ante litis contest. opponi, tanquam dilatoriæ. ex. de rescrip. ad aures. & c. constitutus. ubi de hoc secundum
t papam. t &c. super literis. & ca. si proponente. & de app. dilecto. ff. de nata. restit. l. 2. possunt etiam post litem contest. opponi semper ante sententiã, tanquam ueræ peremptoriæ. Sic intellige extra,
u de lit. contest. exceptionis. in fin. u Et est ratio in istis: quia non solum literas afficiunt, sed etiam gratiam, quæ potest sine literis fieri, & semper literas præcedit: & ideo huiusmodi exceptiões sunt peremptoriæ gratiæ, quòd contra gratiam subreptitiam competat exceptio, probatur ex. de re iudic. cùm olim. de accu. accedens. de excep. cum ecclesiasticæ. Et est utile eas contra rescriptum opponi: nam tam literas, quàm iurisdictionem iudicis elidunt, & literis elisis tota quæstio est elisa: & sic lites abbreuiantur. ex. de appella. cap. cordi.
29 in princip. † Si uerò aliqua sit exceptio, quæ tantùm contra literas competat: ut si quis iurauit, uel pactus est, quòd contra capitulum, uel contra iuramentum literas non impetrabit, in initio quidem potest hoc contra literas excipi, sed post litẽ contest. non C. de excep. l. fin. Secus tamen esset, si iurasset, uel pactus esset quòd eum non conueniret. ex. de accus. ueniens. quia tunc non tantùm literæ perimuntur, sed etiam actio: & ideo ante lit. contest. & post, potest obijci de iuramento, uel pacto huiusmodi, & talia iuramenta præiudicant literis papæ: non quia papa non posit eis præiudicare, sed q̃a præsumitur nolle præiudicare, quia non est autor periurij. ex. de iureiuran. si uerò. & c. ad nostram. & c. quemadmodum. ex. quod me.
30 cau. c. pen. † Et iuramentum temerarium, uel per fraudem extortum, non debet quis sua, sed superioris autoritate infringere. ex. de elect. uenerabi-
x lem. secundum Ber. Compostel. x † Sed quid si
31 gratia non est simul cum literis data: ut quia papa dedit alicui beneficium, nulla litera inde facta: & postea mandat eum in posses. mitti, obijcitur ei quòd ueritatem tacuit: nunquid admittetur ante lit. contesta. excipiens contra literas. Respondeo, non: quia non sunt literæ subreptitiæ, licet gratia, sit subreptitia, contra quam etiam com-
y petit exceptio, ut prædixi. Et hoc tenet Inno. 4. y Alij, quos do. meus sequitur, dicunt contra: dicunt enim q̃ si gratia est subreptitia, quæ principalis est: per consequens litera ab ea descendens, debet subreptitia iudicari. arg. ex. de fide instrum. inter dilectos. §. cæterum. ex. de re iudica. cum inter. prope fin. Præterea dicit prædic. decre. exceptionis. quòd exceptio peremptoria contingens negotium principale, non impedit litis contest.
32 imò post litis contest. proponitur. † Negotium autem principale contingunt ea, quæ ad ipsum pertinent principale: puta pactum de non petendo, exceptio solutionis factæ, uel acceptilationis, & similia. Ea autem quæ sunt de processu, non contingunt negotium principale: & ideo de his quæritur ante litis contest. tanquam de dilatorijs. ex. de re iudi. inter monasterium. & de cohab. cler. & muli. super eod. de rescrip. dilectus 1. Qualiter autem intelligatur quod dicit, principale negotium contingent, dicam j. uersi. rursus. Quid iuris, si de exceptionibus contra prouisiones propositis, not. plene per Ber. Compostel. ex. de elec. quod
z sicut. z † Item do. meus not. in Summa, in tit.
33 de excep. §. & quando in fi. quòd si contra rescriptum beneficiale opponitur, quòd est subreptitiũ, in hoc casu non est necesse litem contestari: ut j. in primis concor. & ex. de æta. & qua. accep. in n̄s. de præb. cum secundum Apostolum. §. pen. & finà.
a & c. dilectus. 1. 2. & 3. Vel posset dici a quòd in talibus tenor rescripti apostolici loco libelli habetur: unde cum talis exceptio contra ipsum opponitur, exceptio habetur quasi loco responsionis: ut in præ. decre. constitutis. & sic per petitionem & responsionem est lis contest. ex. de lit. contest. c. unico. Item qualiter peremptoriæ differuntur in possessorio, uel etiam contra literas: non secundum

dum papam extra de foro competen. ex parte B.
b [b] Item utrum de peremptorijs, uel dilatorijs exce
ptionibus sit in rescripto mencio facienda, & quid
iuris si non fiat: notat secundum eum de rescrip.
c super literis. [c] † Ut autem hic articulus plene li-
34 queat, not. quòd aliqua exceptio peremptoria, seu
defensio ante litis contest. proposita. non impe-
dit, seu retardat litis contest. nisi solum exceptio
rei iudicatæ, transactæ & finitæ: ut ex. de lit. con-
d test. exceptionis. [d] ff. ad se. consul. Tertul. l. r. §.
fin. ff. de uerb. signifi. transacta. & seq. Potest etiam
quis, si uult eas proponere post litem contest. qd'
tutius est: quia tunc absoluetur reus in principa-
li, cum uero ante lit. contest. proponuntur: tunc
contra rescriptum opponuntur: nec fit absolutio
in principali, in quo non est lis contest. ut j. uersi.
sed quæritur qualiter. nam peremptoria exceptio
actioni actoris opponitur. ff. de excep. l. 2. unde
dicit de re iudi. nam illa exceptio ante litis conte-
stat. contra rescriptum opponitur: ut C. sententiā
rescind. non post. l. fina. ideoque non est mirum, si
impediat litis contest. & intellige hic rem iudica-
tam, cùm sententia non fuit appellatione suspen-
sa: ut ff. ad Turpil. l. 1. & no. io præ. decre. exceptio
nes. arg. tamen contra: quia per sententiam tolli-
tur ciuilis, sed remanet naturalis obligatio: ut ff.
e de sol. Stichum. §. naturales. [e] † Sed pone, quòd
35 in causa appellationis proponitur ante lit. con-
test. non fuisse appellatum ab interlocutoria, uel
à diffinitiua, uel quòd non intra 10. dies: [f] uel quod
appellans renunciauit tacitè, uel expressè appel-
lationi factæ, procedendo coram iudice: uel etiam
faciendo aliquid in causa, de qua agitur, & hu-
iusmodi. & sic sententiam in rem iudicatam tran-
sisse. Dicunt quidam, quòd tales exceptiones, cùm
sint peremptoriæ, non debent ante lit. contest. ad-
mitti: nam eis, uel aliqua earum probatis appel-
latio ipsa non tenet arg. pro eis in præ. c. exceptio-
g nis. [g] Et ego dico quòd ubi non appellatur, uel
non intra decem dies, uel ubi renunciatur appel-
lationi: tunc rata manet sententia interlocuto-
ria, uel diffinitiua: & per consequens causa princi
palis est finita, & appellatio est extincta: unde di-
co eas ante litem contesta. & priusquam in causa
procedatur admittenda: ut extra, de appella. Ro-
mana. §. si uerò uocatis. & probantur in præ. cap.
exceptionis. in uerbo, finita. Hæc enim & similes
exceptiones iurisdictionem iudicis tangūt: & ideo
iudex ante oīa decernere debet, an sua iurisdictio:
quia hæc cognitio exercitiū iurisdictionis præce-
dere debet: ut in præ. §. si uerò. & ex. de rescr. super
literis. uer. nos igitur cum suis concor. & ff. de iud.
si quis ex alieua. & lit. conte. impediūt: ut s. §. nūc
uidendum. uersi. cæterùm. Sed uidetur contra in
eo casu, ubi quis renunciasse proponitur appella-
tioni faciendæ: quia cùm propter renunciationem
appellari non poterit, non potest hoc prætextu
dici res finita, ex quo nullum habuit initium per
appellationem. Sed respondeo quòd ante omnia
debet de iudicis iurisdictione constare. Plerique
tamen contra dicunt, & fortè non malè, in casi-
bus præmissis: & etiam in casu illo, quando quis
asserit à sententia contra se lata appellasse: sed ap-
pellatus coram iudice appellationis negat aliquā
sententiam pro se latam fuisse, & sic appellatio-
nem nullam esse: &, ut dicunt, præ. §. si uerò. non
obstat. Item bene dicit transacta: nam exceptio
transactionis ante litis contest. admittitur. ff. de
condi. indi. eleganter. §. si quis post princ. Quod
autem dicit, finita. intellige consensu: ut in præ. l.
ad Tertul. & in præ. l. de uerb. sig. puta per iusiu-
36 randum à parte parti delatum. † Quod non est
minoris autoritatis, quàm res iudicata. ff. de iu-
retur. l. 2. & l. non erit. §. dato. ex. eo. & si Christus.
§. Iacobus. secundum Ber. & do. meum. Sed ad hoc
opponitur: nam licet iusiurandum ipso iure tollat
naturalem obligationem, ciuilem tamen non tol-
lit: sed solùm illam ope exceptionis elidit: ut no.
s. eo. §. r. Unde cùm hæc exceptio contingat prin-
cipale negotium, & sit peremptoria: uidetur quod
non impediat litis contest. sed quòd post litem
contest. sit proponenda: ideo fortè ad hanc obie-
ctionem uitandam Inn. 4. intelligit finita, scilicet,
quia iurauerat se in perpetuum non acturum: quo
casu nisi ex causa ulterius agere non potest. ff. eo.
admouendi. ff. de condi. ob causam. l. 3. C. de pactis.
postquam. ex. de actu. ueniens ad fin. de renun-
ciat. cùm inter P. & dixi s. eo. §. uer. sed quæro de.
Item intellige finita consensu, scilicet, si sit longo
silentio sopita, uel secūdum canones longissimo:
ut in præ. l. ad Tertul. & in præ. l. de uerb. sig. puta
per legitimam præscriptionem. ex. de rescrip. c. 1.
& c. sanctorum. & c. illud. ff. de alien. iudic. mut.
cau. fact. item & si res. Item potest intelligi finita
consensu: puta per pactum de non petendo in per
petuum secundum Ber. & do. meum, uel per acce
ptilationem. ff. de pactis. l. 1. in princ. & §. pactum,
& s. §. 1. uel per amicabilem compositionem, se-
cundum do. meum, ex. de deci. ex multiplici. Sed
certè quod dixi de præscriptione, non uidetur sta
re posse præsertim secundum eos, qui dicunt per
eam non acquiri dominium, sed solùm exceptio-
37 nem parari: ut j. de præscriptio. † Sed nec de con-
suetudine, quæ est optima legum interpres: maxi-
mè in curia Romana exceptio præscriptionis ad-
mittitur, uel proponitur ante litis contestatio-
nem, sed post. Item quod de pacto de non peten-
do, non uidetur bene dici. Nam pactum de non pe-
tendo, licet tollat ipso iure naturalem obligatio-
nem, ciuilem tamen non tollit, sed solum ope ex-
ceptionis elidit: ut s. §. 1. & iam. s. in iureiuran.
dixi. Unde fortè hac ratione motus Innocentius
quartus intelligit finita, scilicet, propter pactum
de non agēdo ulterius super aliquo certo dubio:
sicut & s. dixi in iuramento. Secus autem est in
pacto de nō petendo, secundum eum. Et est ratio,
quia quando quis facit pactum de non agendo ul-
terius: nihilominus extra ius petere potest, & ni-
hilominus debitor remanet obligatus ex promis-
so, licet contra eum agi non possit. ff. de condi. in-
debit. naturaliter. ff. de indie. uix. sed si permitte-
ret, litem contestari, non opposita hac exceptio-
ne, postea eam opponere non posset, cùm sit de-
clinatoria fori. C. de excep. l. fin. Ubi autem paci-
scitur quis de non petendo, nullo modo remanet
obligatus, intellige cum effectu: unde etiam post
litem contest. excipi. poterit cum sit peremptoria,
secundum eum. Hæc autem omnia prosequere, ut
sequen-

ſequenti diſtinctione. M. de Fano. dixit quòd ubi-
cunque exceptio perẽptoria notoria eſt, ita quòd
negari non poteſt, impedit litis conteſt. quia in
notorijs ordo iudiciarius non requiritur. ex. de iu
reiur. ad noſtram. el 3. ff. ſi quis cau. l. 2. de accu.
ea quæ. ff. qui ſatiſd. cog. l. ſi uerò. §. qui pro rei
qualitate. argu. tamen contra io præd. decr. exce-
38 ptionis. † Et, ut plenius inſtituaris. diſtinguet
quia quædam peremptoria exceptio perimit na-
turalem obligationem tantùm, quædam ciuilem
tantùm, quædam utranque, & quædam neutram.
Naturalem tantum perimit: ut ecce, aliquis me hę
redem inſtituit, & legauit per minuta legata, quic
quid eſt in hæreditate: & ſic ego ſum naturaliter
obligatus ad ſoluendum legata, ut ex̃. de ſolut. c.
2. non tamen ciuiliter ad ſoluendum in ſolidum
cum beneficio legis Falcidiæ deducere ualeam
quartam partem: ut ex̃. de teſta. Raynutius. & c.
Raynaldus. C. de iur. & fact. ignor. cùm quis. C. ad
leg. Falcid. error. Si igitur aliquis ex legatarijs
me conueniat, petens quod legatum eſt in ſolu-
tum ſibi dari, & ego excipiam non ualere literam:
quia tacuit quòd lex Falcid. in legatis locum ha-
beret, non eſt hæc exceptio ante litis conteſta. ad-
mittenda, quia non eſt de re finita: cùm ſim in ſoli
dum naturaliter obligatus: & pro tribus partibus
legati ſimiliter naturaliter & ciuiliter: ſed pro
quarta quæ retineri poteſt beneficio legis Fal. na-
turaliter tantum, non ciuiliter: & ideo hæc exce-
ptio litis conteſt. non impediet, cùm ſim in omni-
bus naturaliter obligatus, ut iam dixi: licet pro
quarta parte, quæ per legem Falcidiam detinetur,
exceptionis beneficio illa naturalis obligatio eli-
39 datur. † Ciuilem uerò tantùm & non naturalem
exceptio peremptoria perimit: ut cùm quis obli-
gatus eſt naturaliter & ciuiliter, & liberatur per
pactum de non petendo in perpetuum, ſeu per iu-
ramentum, per quod tollitur tantùm naturalis
obligatio, & non ciuilis, ut iam dixi, & ſ. eod. §. 1.
& hæc ſimiliter non impedit litis conteſta. quia
non eſt de re finita, quantum ad ciuilem obligatio
nem, quæ per pactum, ſeu per iuramentum non
tollitur: ſed ope exceptionis tantùm eliditur. In-
ſtit. de excep. §. præterea. & §. æquè ſi debitor.
Alij tamen contra, ut ſ. de iuramento. auth. ad-
huc. j. dicetur, in uer. ſi quæras. Vtranque autem
perimit, ut cùm filiusfa. ſuſcipit pecuniam mu-
tuo, & ſe obligat per ſcripturam: & ſic numeratio-
ne pecuniæ ſe obligat naturaliter, & per ſcriptu-
ram ciuiliter: poſtea tamen conuenitur coram de
legato, proponit quòd non ualent literæ, quia ta-
citum fuit quòd ſuper mutuo facto filiusfa. cui
competebat exceptio Maced. impetrarentur: cer-
tè non eſt exceptio admittenda, quia non eſt de
re finita: cùm ſit naturaliter obligatus. ff. de con-
di. inde. frater à fratre. & etiam ciuiliter, ſi forſan
peculium habeat. ff. ad Maced. l. 1. in fi. & l. ſeq.
quare litis conteſt. non debet etiam impedire.
40 † Eſt & alia, quæ neutram perimit, obſtat tamen
agenti de facto, ut eſt ſolutio. Nam ſolutionis ex-
ceptio non perimit ciuilem, neque naturalem.
quia iam perẽpta eſt: & quia ſolutione eius quod
debetur, &c. Inſti. quib. mod. tol. obl. in princ. &
ideo, quia per ſolutionem omnis tollitur obliga-
tio, tam ciuilis quàm naturalis poteſt dici, hęc ex
ceptio eſt de re finita, quare competit contra lite-
ras, & litis conteſt. impediri poteſt, & debet: ut
in præ. decre. exemptionis. ibi: de re finita, &c.
41 idem etiam in appellatione, ut ſ. eo. §. 1. † Rur-
ſus notandum eſt quòd ubi peremptoria exceptio
contingit negotium principale, non impeditur li-
tis conteſtatio, niſi ubi excipitur de re iudicata.
uel trãſacta. uel finita. ut in prę. decr. exceptionis.
quod uerum eſt, quando ita contingit negotium
principale, quòd non literas: unde bene dixiſſet
42 tantùm. † Si enim tangeret ſimul negotium &
literas, tunc poſſet excipi contra literas: & impe-
diret litis conteſt. ut patet in eo, qui impetrauit
literas beneficiales, contra quas excipitur quòd
non ualent: quia tacuit numerum iuramento fir-
matum, & huiuſmodi. Hæc enim exceptio debet
admitti contra literas, & impediet litis conteſta.
ut ex̃. de reſcrip. conſtitutus. & dixi plenè ſ. uerſ.
ſed quæro de exceptionibus. Videtur ergo hic
iterum diſtinguendum ad huius materiæ noti-
tiam pleniorem. Vnde dic: nam aut oritur actio ex
ipſo reſcripto: ut in exemplo proximè propoſito,
& tunc exceptio elidit literas, & litis conteſta.
impedit & retardat: ut in eod. capit. conſtitutus.
Aut non oritur actio ex reſcripto, ſed impetra-
tur reſcriptum ſuper actionem ante competentẽ:
& tunc ſubdiſtingue, quia ſi excipitur contra lite-
ras, aut proponitur contra eas exceptio declinato-
ria iudicij, aut dilatoria ſolutionis, aut peremptto-
ria. Si declinatoria iudicij: hęc literas elidit, &
litis conteſt. impedit. Exemplum habet ex̃. de re
iudi. inter monaſteriũ. Si dilatoria ſolutionis, hęc
cõtra literas nõ admittitur, nec lit. cont. impedit:
ut probatũ eſt ſ. §. proxi. in prin. Si uerò perẽpto-
ria: tunc iterum ſubdiſtingue, quia aut illa exce-
ptio eſt de re iudicata, uel finita, uel tranſacta, &
tunc contra literas admittitur, & litis conteſt. im
pedit, ut ſ. oſtenſum eſt. Aut non eſt de illis: &
tunc non eſt contra literas admittenda, nec per ea
eſt litis conteſt. retractanda, licet ſit peremptoria:
quia perimit obligationem naturalem tantum,
43 uel ciuilem tantum, uel utranque: ut dixi ſupra,
uerſi. & ut plenius. † Si quæras quæ ſit ratio di-
uerſitatis, quare exceptio peremptoria, quæ eſt de
re iudicata, uel tranſacta, uel finita contra reſcri-
ptum competit, & litis conteſta. impedit, & non
aliæ exceptiones: ut in præ. decre. exceptionis. Re-
ſpon. quia ex quo ſemel fuit controuerſia, & eſt
ſententia lata: non uult princeps per ſuum reſcri-
ptum lites ſopitas iterum ſuſcitari. ex̃. de reſcrip.
nonnulli. C. ſenten. reſcin. non poſ. l. fina. Nam
actio ſemel extincta, amplius non reuiuiſcit. de
conſe. diſt. 4. quæris. Item ſi aliàs fuit controuer-
ſia, & de ea fuit tranſactum: non uult princeps per
ſuum reſcriptum, lites uel cauſas tranſactionibus
legitimis ſopitas, per ſuas literas ſuſcitari. C. de
tranſac. cauſas. ex̃. de deci. ex multiplici. idem eſt ſi
res finita ſit: quia ſublata eſt omnis obligatio, ex
qua, uel ſuper qua reſcriptum poſſit impetrari: &
ideo non eſt mirum, ex quo nulla competit actio,
ſi contra literas talis exceptio proponatur. ex̃. de
reſcrip. nonnulli. §. ſunt & alij. & c. fin. In alijs au-
tem peremptorijs, ſicut eſt pactum de non petendo,

do, & exceptio Macedoniani, & similes, non potest dici quòd competat actio, cùm remaneat etiā post pactum naturalis obligatio: & quandoque etiam subsit ciuilis, & naturalis: licet per exceptionem peremptoriam possit excludi: ut supra uersi. & ut plenius. quæ etiam exceptiones competunt, licet nunquam illæ actiones in iudicium fuerint deductæ: unde non dicitur lis sopita suscitari, sed potius de nouo intentari, quæ potest per exceptionem excludi suo loco & tempore proponenda: & cùm talis exceptio dicatur actionis exclusio: ut ff. de excep. l. 2. in prin. si contra literas proponeretur. iam extorqueretur ad id, quod non competit: quia eliderer potius literas, quàm propositam

44 excluderet actionem. † Item si petitione proposita dicat aliquis: non teneor respondere, quia fecisti pactum de non petendo, non est audiendus: quia proponit eam ad id, ad quod non competit, scilicet contra petitionem, ut eam differat, siue declinet, & non contra actionem, contra quam est exceptio peremptoria proponenda, ut eam excludat, ad quod competit talis exceptio: quia exceptio est actionis exclusio: ut s. & ideo dicit prædi. decre. exceptionis, quòd talis exceptio non impedit litis contest. quia ut dictum est, non competit contra literas, sed contra petitionem propositam. Hæc ergo est ratio, quare peremptoriæ non impediunt litis contesta. nec sunt inter dilatoria proponendę: ut dixi s. §. proxi. uersic. hoc quoque notandum. Sed si proponatur contra actionem propositam: ut si peto decem ex causa mutui: tu respondes, non teneor tibi, quia fecisti mihi pactum de non petendo: hoc bene proponis, quia opponis actioni, & est litis contesta. facienda: & sic potest intelligi, quòd per exceptionem peremptoriam propositam, fiat litis contestatio. extra, de dolo & contuma. ptout. & de appellatio. cùm causam. de quo dic ut infrà, de lit. contestatione. §. nunc dicamus. uersicu. sed nunquid per exceptionem.

45 † Sed quæris, an exceptio iurisiurandi impediat litis contestationem, & sit contra literas admittenda: distingue, quia si excipiatur de iuramento agentis, quia iurauit quòd amplius non peteret: admittenda est propter periculum animæ, ne uia periurijs aperiatur: ut in concor. quæ sunt s. uersi. sed quæro de excep. in fi. Si autem excipiatur de iuramento rei à iudice delato, quia dicit quòd iuramentum fuit sibi à iudice delatum, & iurauit quòd nil debeat: non uidetur exceptio admittenda ante lit. contest. contra literas: quia huiusmodi iuramentum tollit tantum naturalem obligationem, sed non ciuilem: imò remanet ciuiliter obligatus: ut s. dictum est. Vel dic, & melius, quòd recipi debet exceptio, præsertim si à patre reo delatum sit iusiurandum: quia tale iuramentum instar transactionis, habet maiorem autoritatem, quàm res iudicata: ut ff. de iureiur. l. 2. & quia omnis controuersiæ, finis est iuramentum, ut ex. eo. si episcopus, secundum magistrum Pet. de Sam. qui autor est proximæ distinctionis, quę nihil

46 aliud cantat, quàm quod s. præscripsimus † Hoc quoque notandum est, quòd contra exceptionem rei iudic. potest opponi quòd non fuit iudex, qui eam tulit. Contra transactionem uerò quòd dolo facta fuit, uel quòd negotium non fuit legitimè finitum contra præscriptionem, etiam quòd fuit interrupta, & similia. ff. ad Tertul. l. 1. in fi. ff. de uerb. signifi. transacta. & l. seq. Item enim præiudicialia sunt, & prius tractanda. ex. de ordi. cog. tuā. uel, secundum dominum meum, utriusque partis testes admittentur, ubi simul concurrunt exceptio, & oppositio, sicut præscriptio, & interruptio: quod dic prout ipse not. in præd. c. exceptionis. De hac exceptione uide j. de sen. §. nunc de

47 effectu. uersicu. item pone. † Sed quæritur qualiter pronunciabitur super huiusmod: peremptorijs ante litis contest. probatis, contra quas nihil extitit replicatum. Non enim uidetur quòd pronunciabitur super principali, cùm non sit super eo lis contest. argu. ff. de iud. de qua re. ex. de cau. pos. & propriè. cùm super. in fin. unde secundum Bart. non pronunciabitur super principali, sed super exceptione rei iudic. uel transactionis, uel negotij finiti, de quo actum est, quod sic fiet. Dabitur enim exceptio in scriptis: ut extra, de probatio: quoniam contra, cuius scripturæ forma talis erit:

48 † FORMA proponendi exceptionem peremtoriam: Coram uobis domine iudex excipiendo, propono ego talis, contra petitionem talis, in qua petijt talem rem à me, dicens eam ad se pertinere, quòd alia uice coram tali iudice super hoc inter nos extitit litigatum: & ab eo contrarium sententiam diffinitiuam reportauit, à qua non extitit appellatum: uel illa quæstio fuit per transactionem legitimè sopita: uel quæstio est finita: iudex uerò hoc modo pronunciabit secundum Bernar.

FORMA. Quia nobis constat quòd super eo quòd talis petijt, sibi obstat exceptio rei iudicatæ, à qua non fuit appellatum, uel transactionis, uel negotij finiti, diffinitiuè pronunciamus, dictum talem super prædicta petitione non esse ulterius audiendum, sibi super hoc perpetuum silentium imponendo: ut ex. de accus. ueniens. §. fina. sed illud loquitur in accusatore, cui etiam obstat similis exceptio: hic autem loquimur quando cōtra rescriptum talis exceptio proponitur: ut patet in superioribus. & ideo dicunt quidam, quibus idem Ber. assentit, sufficere in tali casu pronunciare, non ualere tale rescriptum, & aduersariū in expensis condemnari. ex. de rescrip. c. fin. & c. dispendia. eod. titu. lib. 6. Præterea in præmissa forma fit pronunciatio super principali. Vnde tertij alijs uerbis retentis non ponunt uerba illa, sibi super hoc perpetuum silentium imponendo.

h Ros. autem dicit [h] quòd iudex in sua pronunciatione faciet legi libellum in principali oblatum, & dicit sic:

FORMA. Cùm reus contra prædictam petitionem, talem exceptionem proposuerit, & datis sibi inducijs eam sufficienter probauerit: actorem non admitto ad agendum, & non admittendum fore pronuncio. ff. de iud. fisc. Statius Florus. § Cornelio. ff. ad Mace. l. 1. §. si pendeat. Tutius est ergo quod premissæ exceptiones proponantur post lit. contesta. ut dixi supra, uersicu. ut autem hoc. Qualiter autem pronunciabitur dilatoria

toria exceptio probata, dicetur infra. §. proxi. Si autem renunciauerit quis omnibus exceptionibus, uide ĩ. §. prox. uerli. cæterum. i

ADDITIO.

a Dicto de peremptorijs. Vber. de Bona. rubr. de peremptorijs exceptionibus sic per modum summæ aggreditur ipsam materiam. Dicit enim uidendum quid sit peremptoria exceptio, & unde dicatur, & hæc expediuit autor ipsius verba proponendo supra. §. 1. post prin. ibi: est autem peremptoria. secundò, de ipsarum exemplis: & ipsius verba uide ibi in princ. ibi & congruentius. reliqua membra patent hic, & infrà. §. prox.

b Exceptionem. Et patet de lit. contest. c. 2. libro sexto.

c Secundum T. ubi suprà. uer. si uerò.

d Dixi. Hanc quæstionem, quæ fuit Alber. Gal. in tit. de lit. contest. autor ponit sub illo tit. §. 2. uers. sed quid si reus. & ibi quid dixerit Albe. habes ad literam. Sed sciendum quòd Vber. de Bo. plenè prosequitur hunc articulum, ubi tractat de obiectis contra agentes nomine proprio. uers. sed quid si uelis. mihi char. 11. inducit l. hac consultissima. C. de test. quia promiscuis actibus non sunt rerum officia turbanda. Item ut dicit, reus non cogitur confiteri ante litis contestationem, ut actor fundat intentionem suam. ff. de interro. act. l. 1. ergo nec actor cogetur ante litis contestationem respondere, ut reus fundet suam, qui excipiẽdo dicitur agere. Seruetur ergo æqualitas omnino. alleg. ff. de except. l. 1. de probatio. in exceptionibus. C. de eden. l. 1. & ulti. de fruct. & li. expen. l. ultim. cum his quæ ibi no. In contrarium, si offeras quod petitur ante litis contestationem, relaxandus es. ff. si cer. pet. quidam. Institut. de perpe. & tempora. act. in fi. æquè agitur audiri debes, uolens ostendere te non debere. Item quandoque sententia pro actore fertur lite non contestata: multò magis pro reo. C. ubi de crimi. agi opor. authen. qua in prouincia. C. quomodo et quando iud. authen. qui semel. Facit ff. de regul. iur. l. fauorabiliores. & l. non debet. Item quod non licet post litem contestatã, licet ante. C. de iud. apertissimi. de iurisdi. om. iud. l. nemo. Dici potest, ex quo actoris intentio fundata non est: superuacuum est peremptoriam opponere: & sic audiri non debes. C. de eden. qui accusare. cùm his quæ ibi no. ff. ut leg. uel fides. hac stipulatio. Subdit quòd reus sine interrogatione actoris ostendit instrumentum, per quod peremptoria sua probatur, & actor non reclamat, uel reclamare non potest: reus non est cogendus litem contestari, cùm euidens sit actoris calumnia, quæ etiam esset in expensis, uel aliter punienda: ubi hoc non occurrit, contestari cogatur, salua exceptione sua. Inducit ad primum. ff. ad exhib. l. 4 §. ibidem. cum similibus ibi not. C. de pœnis. qui sententiam. extra, de calum. c. fin. ad id autem quod allegatur, quòd absolui non poterit: responde per not. infra, eo. §. in fi. Adde. quòd si reus ostendat instrumentum, non sit cogendus litem contestari: sequitur Abb. in cap. exceptionem. extra eod. Et idẽ dicit esse ubicunque exceptio concludit actori ius non competere: quia sine actione nemo experitur. l. si pupilli. de nego. gest. et hoc etiam sequitur Bartol. in l. cùm quærebatur. ff. iudica. sol. & ibi Alexand. in apostil. & Abb. in cap. super literis. de rescrip. ubi quando exceptio est notoria. Paul. de Cast. consil. 191.

e Contra. In 1. glo. & uide quòd super ea dixi de Compost. qui concor. primus in decr. quod sicut. de elect. & de Dyn qui distinguit, an fiat causa cognita uel non, in regula, indultum.

f Decuriones. Iste uer. quasi. ad literam fuit Compost. ubi remittam infrà.

g Circa. Lib. 6.

h Prope finem. Lib. 6.

i In curia. Eius dictum uide in decre. quod sicut. de elect. ubi scripsi in penulti. colum. uersicu. sed pone sicut. Adde ut per Abb. in cap. pastoralis. ubi plenè de hoc, uersicu. utrum & ibi dicit Archid. dicere 13. quæst. 1. super summa. quòd etiam respectu criminum proponendorum standum est iuramento partis, per c. ut circa. de elect. in 6. & hoc ipse sequitur contra Specul. tenet etiam ibi, quòd sine causæ cognitione non possit præfigi terminus ad opponendas peremptorias, tam respectu rei, quàm respectu actoris. argum. l. diffamari. de inge. ma. & l. cùm Titia ff. de accus. & l. si ea. qui accus. non poss.

k Peremptorio. Contrarium ibi scripsi ante fin. & no. suprà de dila. §. 1. uersic. exceptoria. sed hæc sunt uerba Compost.

l Et no. secundum Compost. cuius sunt hæc uerba in decret. quod sicut. de elect. in fin. ut ibi scripsi in prin. uer. sed pone.

m Testibus. Vbi de hoc in ult. glo & uide remissionẽ, quam ponit finis huius uersic.

n Secundum Vber. Sub §. deinde fac. mihi char. 8. uersic. sed quid si productis. subdit tamen quòd consuetudo in his attendatur: & sic est propter diuersitatem opinionum, quæ diuersis foris seruantur.

o Dixit. De testib. series.
p Temerè. Ac si dicat quòd non sit directè contraria. facit cle. de testib. c. 2. uide quod dixi suprà, §. 2. in prin.
q Allegatione. Expeditum est hoc de appel. cap. ulti. lib. 6. Vbert. distinguit, an interlocutoria pararet praiudicium negotio principali, necne. & primo casu est uera prima opinio, secundo secunda: quatuor autem opiniones de hoc ibi not. in gloss. hoc dicit.
r Casibus. Hoc posuit Tanc. ubi suprà, uersi. hoc autem.
s De hoc. Ibi not. isti casus.
t Postremò. Ad hunc etiam uersicul. remittit autor infrà, de fideiuss. §. primo, uersiculo potest etiam.
u Possunt. Verba Accurs. vbi suprà, & in l. exceptionem. C. de probatio. in fin. glo.
x Solennibus Vide supra de fer. §. ulti in fi.
y Non nu. De hac Alber. Gal. remittit ad summam Azonis: eo. tit. §. 1.
z Ioan. de Deo. cauil. lib. 3. rubr. quando opponatur dilatoria in prin. & ibi prosequitur dicta Vbert. qui de omnibus qua hic, & infrà uersicu. proxi. tractantur, prosequitur, char. mihi undecima, super alleg. versiculo quid dices. & versiculo sequen.
a Hoc. Et apertius Insti. de fideiuss. §. si plures. Adde quòd beneficium excussionis sit opponendum ante litis contestationem, tenet Bar. in l. 1. ff. de except. Bal. Pet. & Cyn. in auth. prasente. C. de fideiuss. Salic. in auth. hoc si debitor. C. de pignor. Alex. consil. 88. 1. lib.
b Vber. de Bob. vbi suprà proxim. & idem Vber. de Bonacur. rubr. de declinatorijs. uersicul. idem puto.
c Viso. Vide quod ibi dixi post dominum meum.
d Dixi. eod. tit. post prin.
e Dicunt. Vbi dixi supra, uer. prox.
f Tractemus uer. fuit Alber. Gal. ubi suprà uersicu. sed nunquid exceptio, quæ.
g Nullum. vide suprà, de actore. B. ad fin. uersicul. quid si præsente patre. & ibi se. uer. remittit ad istum.
h Licet de procur. Et iste uersi. & duo seq. fuerunt Alber. Gal. eo. tit. uer. sed nunquid exceptio falsi, & seq.
i L. 2. Hucusque fuit Alber. Gal. sed Vber. tractãs hoc, vbi ponit obiectus contra sententiam ordin. mihi char. 10 uer. dicet defendens non allegat. l. seq. sed ibi post uersic. quid de beneficio tractans de inuentario hæredis, illam allegat: sed hoc nil ad propositum ad hoc intellige. infrà de instru. edi. §. fin. uer. sed nunquid hæres.
K Sed. Istum uersicul. & sequentes, ordine tamen conuerso posuit autor infrà, de senten. excom. §. fin. uer. Item pone emptor. & uer. seq. ubi aliquantulum seruus plenius: & ideo hæc fienda remissio erat ad illes.
l Respondeo. Secundum Alber. Gal. cuius fuit iste uer. eo. tit. uersic. sed pone ibi pracedit. dic ut dixisti in studio Paduano, quid uelit hoc dicam ubi suprà non remisi.
m In area. Et materia plenè ff. de rei ven. in fundo.
n Sed pone. Vide quod dixi suprà, versic. proxi. in princ.
o Et penult. Secundum Alber. Gal. cuius fuit iste uer. eo. tit. in fi.
p Quæritur. Eandem quæstionem posuit infra, de do. inter uir. & uxor. §. formatis. uer. quid si mulier. sed hac plenius.
q Adulterij. dicit Alber. Gal. cuius fuit iste uersicul. & dicunt quidam quòd ibi est casus huius quæstionis.
r § fin. Hoc dixit Alber. Gal. econtrà uidetur: quia crimina morte extinguuntur. C. si reus uel accus. mor. fu. l. fi. ff. de accus. l. ex iudiciorum. Item si tacuit defunctus, & eius hæres tacere debet. C. de inoffic testa. l. omnimodo. & de reuo. do. l. fina. in fi. & ff. ad Syl l. 1. in fi. Nec obstat. &c. Adde. vt plenè posui in addit. ad Bar. in l. rei iudicata. §. fi. ff. sol. mat.
s L. fi. Cui fauere uidetur Acc. in l. una. C. de rei. uxo. act. §. illo proculdubio.
t Secundum papam. Vt ibi scripsi in glo. exceptio. cum suis remissionibus: & ad propositum uide quæstionem primam, quam posui post Gof. super regula, exceptionem. de reg. iur. lib. 6. de reo, qui contra rescriptum in quo dicebatur spoliasse: obijcit subreptionem cùm iudicis autoritate, uacuam possessionem apprehenderit. Adde, ut per do. Anto. de sancto Geor. in c. dilecto. in 2. colum. extra, de appellatio. & Abb. in c. ad audientiam. el 2. extra, de rescript.
u In fi. Lib. 6.
x Compost. Vt scripsi in decre. ad audientiam. 2. de rescrip. super gloss. ult. in fine.
y Innocen. quartus, qui hoc not. in decret. exceptiones. de lit. contesta. libro sexto, & uide super gl. pe. hoc dictum. & sequens dictum Ioan. Innoc. & Archi.
z Sicut. Vbi scripsi post exceptionem tex. & glo.

a Dici.

a Dici. Vt scripsi post Innocen. de elect. dudam. secundo uersiculo. licet autem. in gloss. ex hoc patet.

b Ex parte B. Vt ibi scripsi post princ. in gloss. not. argum.

c Literis. Et ibi uide quod scripsi post exceptionem tex. & glossarum. Item scias quòd totum quod hic sequitur vsque ad fin. §. facit ad decre. exceptionis. de lit. contest. lib. 6. Adde post no. in d. c. super literis. Petr. de Anchar. consilio 16. incip. uiso processu.

d Exceptionis. lib. 6. Adde cùm dicitur exceptio litis finita: non intelligitur de finita taciturnitate temporis, prout exceptio præsumpti: sed de finita expresse prout uoluit Fede. consil. 183.

e Naturalis. Tu dic quòd ex quo ex ciuili agitur, satis est quòd similiter finita sit causa. & uide infrà. uer. & ut plenius.

f Decem dies. Nota quia cautius est sic excipere, quàm dicere quòd post decem dies, quia potuisset: & hoc prius scripsi de appel. Romana. §. si uerò. super uer. partibus in quo §. Arch. quasi ad literam posuit hunc uers. Facit ad prædicta infrà, §. proxi. in prin.

g Exceptionis. Adde quòd not. infrà, de instrumen. edit. §. nunc dicamus. uersicu. sed pone appellans.
Adde tu, ad id quod dicitur infrà, de iureiuran. hæc exceptio litis finita per iuramentum impediat litis contestationem. §. & si Christus. in 2. col. extra. de iureiuran. & ibi dicit Abb. Sic. in 4. not. quod sic. Item adde ad præsentem materiam, quòd qualibet exceptio nullitatis impedit litis contest. Rotam in anti. decis. 107. & decis. 115.

h Dicit. Cuius dictum placet, ut scripsi in decre. exceptionis super gloss. sufficiebat quod intelligo, quando simpliciter & dilatoria, & in uim dilatoria proposita est, ut dixi suprà, de dila. §. 1. super uer. item quæritur.

i Cæterùm. Ibi plena remissio de materia.

SVMMARIVM.

Exceptio, sicut & actio, quandoque ineptè proponitur.

1 Ex breui uerborum mutatione, multum mutatur effectus.
2 Reus in excipiendo fit actor, quia affirmatiua exceptionis propositio, requirit probationem. & num. 18.
3 Exceptionem peremptoriam purè proponens, actoris quodammodo fundat intentionem.
4 Forma respondendi, ubi de actoris intentione, uel eius probatione dubitatur.
5 Dote per dolum promissa, an per talem promissionem, possit actio quædam oriri.
6 Exceptionem præscriptionis, uel usucapionis proponens, an de actoris intentione confiteri uideatur.
7 Litis contestatio, an per solam confessionem oriatur.
8 Reo, cui peremptoria exceptio competit, negante se teneri, an si post litem contestatam uelit eam proponere, audietur.
9 Reo peremptoriam exceptionem proponente, si in eius probatione deficiat, an et qualiter sit cõdemnandus.
10 Literarum obligatio super exceptione, non numerata pecunia, quæ dicatur.
11 Debitore negante sibi pecuniam fuisse numeratam, si creditor contrarium probat, postea autem debitor dicit se soluisse, an audietur.
12 Creditore nihil sibi deberi asserente, credendum est.
13 Exceptiones aliquæ competunt vni, quæ non alteri.
14 Aduocatus in proponendo declinatorias iudicij, quem ordinem obseruare debeat.
15 Reo nullam exceptionem habente, nec contra iurisdictionem, nec ex persona iudicis, quæ aliàs poterit opponere.
16 Forma proponendi dilatorias exceptiones.
17 Nominatim, qualiter debeat quis in iudicio protestari.
19 Recusatio in iudicio facta, qualiter sit sufficiẽs, & admittenda.
20 Reus non valens ex aliqua causa iudicem recusare, quomodo aliter se habere debeat.
21 Forma excipiendi in causa administrationis, quæ sit.
Exceptio excommunicationis, non est sine causa expressione admittenda.
22 Excommunicatio minor non repellit à iudicio, nec à fidelium participatione.
23 Exceptionibus in iudicio propositis, quæ forma notarius eas scribere habeat.
24 Dilatoria solutionis, uel peremptoria in iudicio proposita, sub qua forma scribetur à notario.

25 *Iudicem exasperare, fatuum est.*

26 *Iudex legitimas exceptiones non admittens, est puniendus.*

27 *Iudice, nec recipiente, nec repellente exceptiones, quid sit agendum.*

28 *Appellari an possit à iudice seculari, propter exceptiones non admissas.*

29 *Iudex, qualiter se debeat habere, ubi exceptione proposita, & non admissa pars appellaret.*

30 *Forma pronũciationis iudicialis, ubi iudex adueniente termino, uidet exceptionem propositam esse probatam.*

31 *Exceptione in iudicio proposita, nec probata, qualiter pronunciabit iudex.*

32 *Reo non ualente, uel nolente quod obijcit in iudicio probare, quomodo iudex habeat pronunciare.*

33 *Condemnatio, an & quomodo possit ante taxationem fieri.*

34 *Iudex nulla interlocutione, debet ante pronunciationem pandere quòd sentiat.*

35 *Sententia sub incerto prolata, quomodo poterit certificari.*

36 *Forma pronunciandi generaliter, et super qualibet exceptione.*

37 *Iudex videns se malè interlocutum fuisse, uel malè processisse, an poterit suam interlocutoriam, uel quod fecit, reuocare.*

38 *Reuocatio grauaminis ad cuius, uel quorum notitiam debeat peruenire.*

39 *Reuocatio grauaminis quot modis, & qualiter per iudices fieri possit.*

40 *Papa suam sententiam iniustè latam corrigere debet.*

41 *Reuocatio grauaminis, vbi de ea dubitat iudex, si sit grauamen, uel non, sub qua forma fiat.*

42 *Forma literarum à iudice fiendarum, ubi appellans absens sit in reuocatione grauaminis.*

43 *Altero contrariorum electo, alteri renunciatum esse videtur.*

44 *Iudex, an possit interlocutoriam pro me contra te latam, à quo non appellasti, post decem dies reuocare.*

45 *Appellatione facta ab interlocutoria, si in causa appellationis datus est iudex, qui citauit partes, & ad alia processit, an à primo iudice poterit grauamen reuocari.*

46 *Exceptiones peremptoria rei cohærentes, uel etiam dilatoria, à quibus, & quo casu proponantur.*

47 *Hæredi, aut fideiussori, an possint exceptiones competere, in eo quod est personale.*

Exceptiones, an possint contra paciscentes opponi.

48 *Exceptionibus pluribus, etiam diuersis, uti nemo prohibetur.*

49 *Exceptiones peremptoria, an sint perpetua.*

Temporalia ad agendum, perpetua sunt ad excipiendum.

50 *Aduocatus timens de principali, qualiter habeat sibi præcaueri.*

51 *Doctrina mala, testis est malitia doctoris.*

Natura humana prona est ad malum, imitatrixq; vitiorum, libentiusq; malam, quàm bonam doctrinam amplectitur.

52 *Culpa pari censetur uitiari, qui & prohibita studet, & ea docet.*

53 *Doctor malus, quoties docet quòd auditoribus non conuenit, toties sermo malus de ore suo proferre dicitur, ad auditorum corruptionem.*

54 *Frustratoriè appellant, in expensis legitimis est condemnandus.*

55 *Mali gaudent malis, & exultant in rebus pessimis: & cùm iniquè agunt, à similibus benedicuntur.*

Rustici garrulitatem autoritatem putant, eaq; decipiuntur, & uincuntur.

56 *Plures sunt exceptiones, quàm actiones: nec est reperire actionem, aut interdictum, quòd aliquam, uel aliquas non recipiat exceptiones.*

57 *Remedijs in iudicio deficientibus, quomodo cautè sit prouidendum.*

VISO Quando exceptiones opponantur, quia exceptio, sicut & actio, quandoque ineptè proponitur: ut ff. de flu. l. 1. Labeo. ideo videamus qualiter, & à quibus, & quo ordine opponantur. Ad quod pri-
a mò in genere sciendum est [a], quòd aduocatus rei aduertere debet diligenter, quibus uerbis concipiet exceptionem: nam potest in hoc de facili errare: ut in præ. §. Labeo. quod patet ex eo. nam lex concipit uerba exceptionis & replicationis. ff. de procu. qui proprio. §. fina. & l. sequen. ff. de act. empt. & uen. l. prima, in princip. & l. pendente uindemia. ex̃. de excep. dilecti. de iudi. exhibita. & c. examinata. ff. qui po. in pign. ha. creditor. respon. 1. ff. de curato. furio. l. consilio. §. 1. quod patet etiam. nam aliud est dicere, non habes mandatum: & aliud, dubito utrum habeas mandatum: ut no.

ut not. infra de satisd. §. uiso. & aliud est dicere, tu
non es maior: & aliud, tu es minor: ut not. ℨ. de
1 actore. prope prin. † Quia uis facienda est in ordi-
ne uerborum: ut 43. dist. in c. sit rector. in fi. & 31.
dist. omnino. Ex breui enim mutatione uerborũ
multum mutatur effectus: ut 3. quęst. 7. in graui-
bus. & c. iudicet. ff. de uerborum signifi. natura
2 cauillationis. † Hinc est, quòd si affirmatiuè pro
ponatur exceptio, proponens debet eam probare:
quia reus in excipiẽdo fit actor. ff. de excep. l. 1. ff.
de probatio. in exceptionibus. nisi cum opponi-
tur exceptio non numeratæ pecuniæ, uel dotis:
ut infra dicam. secus si negatiue, ut dixi supra, §.
nunc uidendum. uer. licet autem secundum. &
b dicit etiam Pileus, b quòd reus sic potest respon-
dere libello, quòd onerabit semper actorem pro-
batione: & ipse ad probationem exceptionis inte
rim admittetur: utpote non negando uel infician
do præcise intentionem actoris: sed respondeo sic,
non credo uerum esse quod dicis, uel inde dubi-
c to. C. de excep. si quidem. c & sic postmodum po-
terit uti exceptionibus, quæ actionibus institutis
obijciuntur, & eas probare: ut ℨ. uer. sed nun-
quid. Si uero reus præcise negaret, & actor suam
intentionem probaret: non posset postea uti reus
d exceptione: ut infra uersi. est igitur. & sequen. d
quod colligitur C. de non nume. pecu. authen.
contra qui propriam. quod dicitur generale esse
e in omnibus exceptionibus quod ibi dicitur. e Tu
f ergo aduocate rei f nota: nam si confidis actorem
in sua intentione deficere: nullam proponas ex-
ceptionem: ut C. de excep. si quidem. in princ.
sed tantum de facto: tunc excipitur, sicut de fa-
cto solum agitur: puta si agatur ex nudo pacto. C.
de transact. ubi pactum. C. de contrahen. & com.
stip. nunquid. in princip. uel cum agitur ex tur-
pi promissione, uel ex ea causa, ex qua non datur
actio. ff. de uerborum obligat. generaliter. & l. sti-
pulatio hoc modo concepta. ff. quarum rerum act.
non datur. l. 1. §. orandæ. licet sine actione nemo ex
periatur. ff. de administrat. tuto. quoties. §. item si
temporali. ff. de nego. gest. si pupillus. §. 1. Sed tũc
non dicitur exceptio proprie, sed defensio: quia
exceptio est actionis exclusio. ff. de excep. l. 2. in
princip. Instit. eo. in princip. ubi ergo nulla est a-
3 ctio, locum non habet exceptio. † Est igitur ual-
de periculosum, exceptionem peremptoriam pu-
re proponere: quia qui eam pure proponit, acto-
g ris quodammodo fundat intentionem g ita quòd
si exceptionem non probauerit, condemnabitur
eidem. ff. de probatio. in exceptionibus. respon.
2. & iam dicam. Fallit tamen hoc in exceptioni-
bus non numeratæ pecuniæ, & non numeratæ do
tis: quibus legitimè obiectis inter legale tempus,
non incumbit necessitas probandi opponenti. C.
h de non num. pec. l. 1. & 3. h C. de dote cau. l. 1. & l.
4 fin. authen. quod locum. † Si uerò dubitas de in-
tentione actoris, uel de eius probatione: dicit V-
i ber. de Bonacurso, i in personali actione sic respõ
dendum esse.

FORMA. Non credo aliquid me actori debe
re. & si ostenderet, ex nunc propono exceptio-
nem rei iudicatæ, uel pacti de non petendo, &
huiusmodi similiter fiet & in reali: quia dicet,

non credo me teneri ad restituendum id, quod
à me petis: & si ostenderis rem, quam à me pe-
tis, esse uel fuisse tuam, obijcio præscriptionem,
k uel usucapionem, k uel aliam peremptoriam com
petentem. Et quòd sic sub conditione sit propo-
nenda, probatur C. de excep. si quidem. §. fin.
nec taliter proponendo, seu conditionaliter ex-
cipiendo, uidetur confiteri de intentione aduer-
sarij. ff. eod. l. non utique. ex. eod. c. cum ue-
nerabilis. nec mentiri, quia mendacium punitur.
C. de non num. pec. authen. contra qui propriam.
ubi autem pure opponitur, uidetur excipiens fun
dare, & confiteri intentionem actoris, proponen-
do exceptionem, nisi eam probet aperte, ut iam
dixi: & probatur ff. de rei uen. officium. ff. de
confes. certum. §. sed & si fundum. quod clare
patet in eo, qui dolo, uel aliter, quàm putat, o-
bligatus est. ff. de inuti. stipu. dolo. & ff. de uer-
borum oblig. si quis conditionaliter. Nam obij-
ciendo exceptionem doli, fatetur se obligatum:
& sic fundat actoris intentionenem, nisi probet
dolum in promissione intercessisse, ut ff. de pro-
ba. quoties. §. qui dolo. & idem in exceptione
pacti & iusiurandi, & alijs. & uide ℨ. de positio.
5 §. 10. uersi. sed pone, lite. † Licet hoc fallit in dote
promissa per dolum, ex qua promissione nulla a-
ctio oriri potest. ff. quod metus causa. si mulier. §.
6 dos. † Sed opponendo exceptionem præscriptio-
nis, quæ cuilibet obstat, uel usucapionis, non
uidetur quis de intentione confiteri, secundum
Vber. de Bonacurso, & Vber. de Bo. quia dico iu-
stum titulum à non domino, quem putabam domi
num me habere, & me bonafide per continuum
triennium, uel decennium possedisse, quæ in usu-
capione & præscriptione lõgi temporis exiguun-
tur. C. de usucap. transfor. l. unica. & Instit. de
usucap. in prin. in tricennali non exigitur titulus,
siue causa: ut not. C. de præscrip. 30. an. si quis
emptionis. Vbi ergo conditionaliter perempto-
ria exceptio proponitur, non uincet actor, nisi
fundet, seu probet intentionem suam: nec etiam
ea fundata, si reus probet intentionem: ubi uero
pure proponitur, statim ex hoc actoris est funda-
ta intentio, unde uincet sine alia probatione, nisi
reus probet exceptionem, nisi forte diceret, has
oppono exceptiones, saluo iure meo, quia dico
me fuisse absolutum. & sic actor debet probare,
quia ei, qui dicit, &c. ff. de prob. l. 2. 6. q. ulti.
actor. secundum Vber. de Bob. hodie tamen fere
communiter petitio simpliciter negatur, & exce-
ptio pure proponitur, nec aduocati multi hanc
subtilitatem aduertunt, quæ tamen diligenter est
aduertenda. Papa not. in præ. decr. c. cum uenera-
bilis. quòd excipiens de permutatione, non uide-
tur confiteri rem fuisse permutantis, sed permutan
tem non posse contra permutationem uenire, uel
rem permutatam repetere. Tutius tamen est, ut di
cit, si sic dicatur, dico quòd res non est, uel nõ fuit
tua, sed & si tua fuisset, ex causa permutationis in
7 me transtulisti, ut in præ. l. si quidem. † Sed nun-
quid per prædi. conditionalem responsionem fit
l litis cõtestatio? l Puto quòd sic, ut habetur in præ.
decre. cum uenerabilis. licet Ber. ibi not. contra-
rium. & dicã ℨ. de lit. contest. §. nũc dicamus. uersi.

illud etiam. sed & ubi pure proponitur exceptio
m peremptoria, dixit Vber. de Bona. [m] non fieri li-
tis contestationem principaliter super actoris in-
tentione, sed super exceptione: quia actoris inten
tionem confitetur, & per confessionem non fit li-
tis contestatio. De hoc dicam in eo. §. uer. sed si
8 reus. † Quid si reus, cui perẽptoria exceptio com
n petit, negat se simpliciter teneri: [n] nunquid post
litem contestatam, uolens eam proponere, audie-
tur? Arg. quòd non, in authen. de trien. & semis. §.
studium. C. de non nume. pec. authen. contra qui
propriam. ff. de re iudi. sed hoc ita. §. fi. ex̄. de pro-
o ba. per tuas. Vber. de Bona. [o] dicit contra, arg. C.
sententiam rescindi non pos. ad peremptorias. sed
aduocatus faciat quòd reus protestetur eam de no
uo ad eius notitiam peruenisse: ne eam proponẽ-
do simpliciter uideatur contrarius sibi esse: & ne
iudex reum reputet mendacem, uel uariantem,
nec de cætero fidem adhibeat dictis eius, eo quòd
id quod simpliciter negauit, postea excipiendo
confiteri uidetur, ut prædixi. ff. de uent. inspi-
cien. l. 1. circa princip. ff. de inter. ac. de ætate. §.
ex causa. extra ut ec. bene. c. unico. ff de iureiur. si
duo patroni. respon. 1. & arg. ff. de re milit. non om
p nes. §. à barbaris. [p] Qualiter proponantur exce-
ptiones peremptoriæ litis contest. impedientes:
& qualiter eis probatis iudex pronunciabit: dixi
9 supra §. proxi. ad fi. † Illud quoque non est igno
randum, quòd si reus proponat peremptoriam
exceptionem: licet deficiat in eius probatione,
non tamen condemnabitur, nisi actor suam pro-
bet intentionem: ut ex̄. de excep. cum uenerabi-
lis. ubi licet proc. monasterij defecisset in proba-
tione propositæ exceptionis, tamen monasterium
non fuit condemnatum, quia episcopus non pro-
bauit suam intentionem: habet enim tunc locum
regula illa, actore non probante, &c. ex̄. de cau-
sa pos. & proprie. cum ecclesiam. ex̄. de iureiur.
10 c. fina. † Super exceptione non numer. pecu. no-
tandum est, quòd literarum obligatio dicitur,
quoties quis spe futuri mutui, uel futuræ nume-
rationis, confitetur se pecuniam recepisse mutuo,
quam in ueritate non recepit, sed solam cautionẽ
fecit aduersario suo: quo casu debet exceptionem
non numeratæ pecuniæ intra biennium oppone-
q re. [q] Hæc probantur Instit. de litera. obliga. C.
de non nume. pec. in contractibus. C. de episco.
audien. si præsens. in authen. col. 7. de tempore
non solu. pecu. nisi forte in instrumento cautionis
confessus fuisset se mutuum accepisse, & etiam red-
dere promisisset: quo casu exceptio in factum pro
ponitur. C. de non num. pecu. cum ultra. Debet
autem hæc excep. proponi præsente eo, contra
quem proponitur, & in scriptis, & apud iudicem,
in præsentia testium rogatorum, hoc modo.

FORMA. Ego A. dico quòd confessio, qua
confessus fui me recepisse à te decem mutuo, fa-
cta fuit spe futuræ numerationis, quæ non inter-
cessit: ideoque propono exceptionem non nu-
mer. pec. uel exceptionem in factum, contra cau-
tionem prædictam, quam ego ipse, uel etiam talis
r tabellio scripsit. [r] idem quoque iuris est in exce-
ptione non solutæ dotis, licet sit diuersitas in tem-
pore: quia si matrimonium minus duobus annis

durauit: regulariter opponitur hæc exceptio in-
tra annum soluto matr. Si autem durauit ultra
biennium: non tamen ultra decennium potest
opponi intra tres menses, post solutum matri-
monium. Si uerò durauit ultra decennium: tunc
exceptio non opponitur. C. de dot. caut. non nu.
l. ult. authen. quod locum. fallit hoc in minore,
s ut C. de tem. in integ. rest. authen. si minor. [s] † Sed
11 quid si debitor negat sibi pecuniam numeratam
fuisse, creditor uero contrarium probat. quod fa
cere debet: ut C. de proba. l. 1. nunquid debitor
uolens postmodum dicere se soluisse est audien-
dus? uidetur quòd non: ut in hoc puniatur pro-
pter mendacium. arg. ff. de rei uen. l. fi. & in auth.
col. 3. de trien. & se. §. illud quoque. C. qui po. in
pig. hab. authen. item si possessor. ex̄. de solu. c. fin.
C. de non nu. pec. authen. conta qui propriam. In-
stit. de fideicomm. hær. §. fi. Iam enim confitetur
se pecuniam recepisse, quod prius negauerat: ideo
que non uidetur audiendus, tanquam contrarius
sibijpsi. ex̄. de probat. per tuas. de app. solicitudi-
nem. ut ec. bene. ut nostrum. C. de non nu. pec. ge-
neraliter contra, quia nemo prohibetur pluribus
exceptionibus etiam contrarijs uti. ff. de reg. iur.
nemo extra de præscrip. ueniens. & arg. ad hoc ff.
de proba. cum de indebito. in princ. Potest dici se-
t cundum Vber. [t] quòd si ex propria scriptura, seu
u ex proprio facto conueniatur. [u] non est audien-
dus: ut in primis concor. Si autem ex scriptura,
uel facto patris, uel alterius, tunc audiatur: ut in
contrarijs. arg. ad hoc in præ. l. generaliter. & facit
hoc quod not. j. depositi. §. octauo. uer. secundum.
Vincen. autem not. ex̄. de solu. c. fi. quòd reus de-
bet caute respondere, & non præcise negare: de-
bet enim respondere, dubito, uel non credo me ad
idem teneri: & postea poterit respondere actioni
bus, & uti exceptionibus. C. de proba. si quidem.
nec. n. tenetur semper præcise negare, sed potest
respondere, dubio. arg. ff. de pet. hæred. si debitor,
quod dic ut j. deposi. §. sed nunquid. & sic cauta
est responsio: & magis fatigabitur aduersarius se
x cundum eum, s̄. prope prin. huius §. [x] † Sed quid
12 econuerso. pone enim quòd C. obligauerit se pro
decem, qui paratus est soluere: sed cum creditor
hoc inficietur, T. debitor cum super restitutione
pignoris uocat in iudicium, & coram iudice consi
gnat, & deponit illa decem, proceditur in causa,
& creditor negat per iuramentum se mutuasse, &
pignus se recepisse, debitor uero sufficienter pro
bat intentionem suam, ideoque creditor condem
natur ei ad pignoris restitutionem, nunc quæri-
tur quid fiet de illis decem, quæ sunt deposita pe-
nes iudicem. non enim uidentur danda creditori.
cum iuratus dixerit sibi debita non esse, & sic om
nis obligatio uidetur sublata esse, ut s̄. in princip.
huius tit. nec inuito beneficiũ confertur 74. dist. ge
sta. Itẽ nec debitori: cũ in cã iurauerit, & publice
confessus fuerit se illã pecuniã debere, & sic suam
nõ esse, per consequens, alterius. ff. de procur. Pom
ponius. §. sed & si is. ideoque uidetur fiscum debe-
13 re ipsam retinere, sed sub iudice lis est. † Item tu
y aduocate actoris, considera [y] an reus sit talis per-
sona, cui competit exceptio. Quædam enim com-
petunt uni, quæ non alij, puta lenocinij, quæ com-
petit

petit libero, & non seruo: quòd si dubium sit, an
persona sit idonea, de hoc prius quærendum est C.
de adult. quoniam. Excommunicato autem bene
competunt dilatoriæ, & peremptoriæ in defenden
do, non in agendo, uel reconueniendo. ex. de ex-
cep. cum inter. & c. fi. de iudi. intelleximus. Et nota
quòd quidam consulunt, ne exceptionem peremi-
ptoriam proponas, donec uideris dicta testium ab
aduersario tuo productorum, qui si bene probaue-
rit, confestim eam proponas: alioquin non est pro
ponenda. arg. in his, quæ not. s. uersi. tu ergo. s. de
z teste. §. qualiter. uersi. sed opponitur. z † Porrò in
14 proponendo declinatorias iudicij, diligens aduo-
catus hunc ordinem obseruabit: ut si qua reo ex
ipso iurisdictione competit, illam prius proponat:
puta non es iudex meus. ex. de iudi. at si. ut quia cle
ricus uocatur ad iudicium seculare. ex. de fo. com-
peten. si diligenti. uel aliquis ad iudicem nõ suum
11. q. 1. in clericorum. & similia. Hæc ergo est pro-
ponenda: nam si ea omissa accederetur ad alias,
in iurisdictionem iudicis consentire uidetur. C. de
iurisdi. om. iudi. l. t. unde postmodum non potest
ad eam quis ulterius redire. C. de iudi. sancimus.
in fi. quod intellige si scienter omittatur, secus si
ignoranter. ff. de iurisdict. om. iud. si per errorem.
Hac uerò deficiente, uide si competat aliqua ex
persona iudicis, ut quia est suspectus, uel seruus,
uel infamis, uel excommunicatus, & sic de alijs.
§. 1. uersi. dilatoriæ. & inter omnes dilatorias di-
cunt magistri illam de suspecto proponendam,
quod dic ut suprà de transact. §. fit autem. Sed ego
dico primo ponendam securim ad radicem, scili-
cet ad iurisdictionem: ut 3. q. 6. §. exceptio. & in-
a fra dicetur. a † Quòd si reus nullam habet exce-
15 ptionem, nec contra iurisdictionem, nec ex perso
na iudicis opponat, si habent contra rescriptum,
quæ multæ sunt, inter quas possunt esse aliquæ ad
iurisdictionem pertinentes: puta quòd sunt obten
tæ per falsi suggestionem, uel ueri suppressionem,
& huiusmodi. Quòd si nulla contra rescriptũ com
petat opponat si habet aliquam ex persona acto-
ris, uel procuratoris. quod fit multis modis. Vl-
timò autem proponat competentes sibi ratione
sui: ut quia est legatus, & huiusmodi: uel ratione
causæ, uel loci, uel libelli, & sic de alijs. quæ om
nia dic ut præ. uer. dilatoriæ. & hic est uerus ordo
16 proponendi exceptiones fori declinatorias. † Et
nota quòd omnes dilatoriæ sunt simul proponen-
dæ: unde secundum quosdam sic proponentur.

FORMA proponendi exceptiones. Coram uo
bis domino T. qui uos dicitis iudicem in tali cau-
sa, quæ uertitur seu uerti speratur inter me ex par
te una, & talem ex altera, excipiendo propono ego
talis dicens, quòd non estis iudex meus ex tali cau
sa. Item dico quòd estis mihi suspectus: quia fui-
stis in hac causa aduocatus aduersæ partis: uel
estis infamis uel excommunicatus. Item dico li-
teras apostolicas ad uos directas non ualere, pro
eo quòd sunt tacita ueritate, uel expressa falsita-
te obtentæ. tacuit enim se filium sacerdotis: uel
dicit se doctorem legum, uel decretorum, cum
non sit: quo tacito uel expresso literas minimè
habuisset. Item dico actorem non posse stare in iu
cio, cum sit excommunicatus excommunicatio-
ne maiori per talem iudicem, uel ex tali causa.
Item dico quòd procurator aduersæ partis est con
stitutus ab excommunicato. Item dico quòd ha-
beo ius reuocandi forum. & sic de similibus. Sed
hæc forma uidetur stare non posse triplici ratione.
Prima est: nam exceptio suspicionis non concur-
rit cum alijs: quia cum recuso, nolo quòd iudex
de causa se intromittat: ut 3. q. 5. quia suspecti.
Cum uerò obijcio contra literas, uel aliam exce-
ptionem propono: uolo quòd interloquatur:
utrum ualeant literæ uel non: & an sit admitten-
da exceptio, uel non. quod facere debet, etiam
cum de iurisdictione dubitatur. ex. de rescriptis.
dilectus. de offi. deleg. significantibus. & sic sum
tanquam petens contraria repellendus: ut ex. de
appella. solicitudinem. imò etiam cum peto quòd
pronunciet super literis, uel super alia exceptione
& coram eo procedo, facio eum iudicem, & taci-
te uideor renunciare exceptioni suspicionis, & in
eum consentire. ex. de offic. delega. gratum. de
iudi. c. 1. Hinc est quod dixit Io. quòd si quis exci-
piat, ut dictum est, & iudex interloquatur super li
teris, uel super alia exceptione, pro eo non poterit
amplius recusari: ut not. suprà de recusa. §. fit au-
tem. Secunda ratio est. nam in præscripta forma
uidentur omnes exceptiones, sub copulatiua con
iunctione proponi, & ideo tenetur omnes proba-
re: & si succumbit in una, debet succumbere in om
nibus alijs. extra de rescrip. inter cæteras. & c. ex
parte. & c. olim. Tertia ratio est. nam exceptio
de suspecto naturaliter aliàs procedit. unde per se
est siue alijs proponenda, ut supra. His rationib.
forte moti alij præscriptum proponendi ordinem
non seruant, sed unam solum proponunt, & pro
testantur saluum sibi fore debere beneficium cæ-
terarum: ut si in proposita defecerint, possint ad
alias habere recursum. Sed cum malitiose hoc fa-
ciunt, ut lis protrahatur, iudicis officio his occur
ritur: ut dixi supra. §. nunc uidendum. uer. cæ-
terum. & sic eis sua protestatio parum prodest.
His ergo omissis sic tene. Vide enim si potes decli
nare eius iurisdictionem, tanquam non tui iudicis
aliquo modo: & primo illam obijcias: ut dixi su-
pra eo. uer. porro. Si uero hoc tibi non competat:
quia constat eum iudicem esse: considera utrum
ex aliqua causa rationabili ipsum possit ut suspe-
ctum recusare, & omnibus alijs exceptionibus, si
quæ competunt prætermissis, protestans tamen
nominatim illam proponas: & in illa sola proce-
de. Qualiter autem proponatur, & formetur li-
bellus recusationis, dicam j. in tractatu libello-
rum. & in tit. de offi. de leg. Qualiter procedatur
in exceptione peremptoria probata, & qualiter
formetur, & qualiter super ea pronuncietur, di-
17 xi supra §. proximo, prope fi. † Sed qualiter nomi
natim debeat aliàs protestari, ut iam dixi: & su-
prà. §. nunc uidendum. uer. potest etiam. & uer.
sed illud? Respondeo, proposita recusatione, in
fine subiungat sic.

FORMA. Hoc autem propono ad præsens,
saluis alijs dilatorijs mihi competentibus, quæ ta-
les sunt scilicet quòd rescriptum est ab excommu-
nicato obtentũ: item ꝙ est subreptitiũ, & de alijs,
quibus sic specificatis subiungat, quas exceptiones

uel alteram, quæ per se sufficiat, me offero probaturum loco,& tempore opportunis. Postquam ergo fuerit cognitum de suspicione post talem protestationem poterit eas opponere etiam post terminum datum ad oẽs exceptiones proponendas: ut ex̃. eo.pastoralis.nec sufficit in genere protestari dicendo sic saluis exceptionibus mihi competentibus. alioquin nulla uideretur prouisio illius de
18 cre. pastoralis. per hoc in præ.uer.sed illud.† Sed nunquid iudex potest me cogere libellum offerre super dilatorijs exceptionibus? Videtur quòd sic: quia excipiens agere uidetur: cum reus sit in exceptionibus actor: ut ff. de exceptio.l. 1. & nullus debet sine libello experiri. 3. q. 3. offeratur. Dicit
b Vber. b quòd non: tamen ne possim uariare, debeo eas in scriptis offerre: ut actor super eis possit deliberare an eis uelit contradicere, & qualiter eis debeat respondere. Et idem dicit debere fieri in casibus, in quibus libellus non offertur. Canonistæ autem dicunt libellum super exceptionibus dandum, & de calumnia iurandum. Sed si omittatur, non ideo processus uitiatur. quod dic ut not.ex̃.de offic.deleg.prudentiam.§.sexta.& 7. de litis conte. §. pe. uer. 1. sed quod dixit Vber. in curia, & quasi ubique seruatur, & bene, ut finis litibus imponatur.ex.de do.& contu.finem. ex̃. de
c restit.spo.frequens. c † Facta igitur recusatione,
19 iudex delegatus consideret, an manifeste sit sufficiens causa recusationis: quod si est, statim supersedeat, & fiat prout dicitur ex̃.de app.cum speciali. & de offic. deleg. suspicionis. & compellat partes eligere arbitros, qui de causa suspicionis principaliter cognoscant ex̃ de foro comp.si quis contra,de app.ad hæc.Si uerò iudex dubitat an causa sit sufficiens: puta quia non est expressa in iure: statim eligant arbitros secundum formam, quæ habetur in præ. c. suspicionis. & c. cum speciali. quod si sit manifeste friuola: puta quia dicit, recuso te: quia semel comedisti cum aduersario meo: uel quia fuit tecum ad sanctum Iacobum: uel quia intrastis simul easdem scholas: tunc iudex non admittet eam, sed procedet in causa: ut. extra de appe. pastoralis. de iudic. qualiter.etiam si appellauerit: ut ibi, & eo. tit. ut debitus. Hoc prosequere ut 7. de recusa. §. qualiter. & §. effe-
20 ctus. † Porrò si reus non potest ex causa aliqua iudicem recusare, proponat alias tam contra rescriptum, quàm contra alia competentes, in hac forma.

FORMA. Coram uobis domino tali iudice, ego talis excipiendo propono quòd literæ per talem ad uos obtentæ, non ualent: nec possum per eas conueniri: quia sunt impetratæ ab excommunicato. Item sunt subreptitiæ. quia non faciunt mentionem de processu coram ordinario super hoc negotio habito: & sic de alijs exceptionibus, præter quàm de suspicione. quod prosequere ut s.in prima forma. & in fine subiungat. Has autẽ exceptiones per uos admitti peto.& eas sub alternatione propono, ut altera probata, quæ sufficit, alteram probare cogar, nec ad omnes probandas me astringo, sed ad unam solam, quæ sufficit ad intentionem meam fundandam. Et hæc eadem protestatio debet fieri in peremptorijs proponen

dis.Et hæc probantur ex̃.de proba.licet.uer. ideoque testes.de iudi.exhibita.ad finem. & ff. de iur. do.plerunque.& propter hanc ultimam clausulam non compellitur reus probare omnes exceptiones alternatiuas. Secus autem etiam in copulatiuis: ut prædixi ex̃.de rescrip.olim. ad fi. & de hoc secundum Papam ex̃. de in integ. resti.constitutus. Debet autem in scriptis porrigere, & petere quòd redigantur in actis.ex̃.de præb.quoniam con
21 tra. † Sed quoniã excommunicationis exceptio frequenter opponitur, adhuc formã exceptionis huius specialiter supponamus: quæ talis est.

d FORMA. d Coram uobis domino tali, qui uos domini papæ asseritis delegatum, ego talis excipiendo propono, quòd ad petitionem T. in causa tali procedere non potestis, nec ipsum admittere ad agendum, pro eo quòd ipse excommunicatus est maiori excommunicatione per talem iudicem ordinarium, uel delegatum, uel talis canonis autoritate. Et exprimatur canon, sicut & nomen excommunicatoris, secundum do. meum ex ta
e causa. Hoc probatur ex̃. de excep.pia. e & in uer. porrò. Sed quod dixi, maiore excommunicatione uidetur superfluum. nam cum dico aliquem excommunicatum ab homine, de maiori excommunicatione intelligitur. ex̃.de sent. excom. c. si
f quem f & quia ab agendo repellitur.ex̃.de iudi.intelleximus. Vnde melius dixisset prædicta constitutio causam ipsius, quàm speciem ipsius. nam & causa exprimi debet in sententia: ut eod. tit. cum medicinalis. per expresionem enim causæ apparebit, an pro illa, an pro alia causa sit excommunicatus: ut ex̃.de offic.deleg.prudentiam.§.sexta. & an ab homine uel à canone,& an maiori,uel minori sententia sit ligatus. Item nisi causam exprimat reus,nõ potest actor certus esse,de qua excommunicatione intelligit reus. Quod si esset actor, statim forte de absolutione doceret, nec reus octo dies haberet ad probandum, quare ex his dixit Aegid.non debere admitti exceptionẽ excommunicationis,sine causæ expresione. & hæc, ut dicit,
g fuit mens conditoris illius constitutionis g & exponit ibi speciem, id est, causam,tamen conditor ipse ibi aliter not. quicquid de eius mente diuinetur. & Ber. & do. meus. & Goff. & præmissa expositio est extorta. Nec est uerum quod dicit per expresionẽ causæ apparere posse, an sit maiori, uel minori excommunicatione ligatus: quia possibile est,quòd causa requirit maiorẽ excommunicationem, sed iudex ex causa iuslixit minorẽ 5. q.
22 2.præsenti.& ex̃.de iudi.cum non ab homine.† Et minor non repellitur à iudicio seu à participatione fidelium, sed maior duntaxat,ut ex̃. de sen. excom.si quem 3.q.4.Engeltrudam. non tamen nego,quin iudex possit quandoque aliquem tantum à communione fidelium,& non à sacramentorum participatione, separare, si uelit, ut 5. quæst. 4. in loco. in fi. 18. distinct. placuit. & 34. distinct. quorundam. ad finem. Debet ergo exprimi species excommunicationis, scilicet, utrum sit maior uel minor. Is enim, qui excipit, non debet uagari cum discrimine alienæ excommunicationis. ff. de iniur. prætor edixit. ff. de dolo.l. item exigit. Et est simile quod aliàs dicit lex, denegari oportet, cuius

cuius dolo factum sit.ff.de dolo.si ex dolo.§.fin.Si
uerò contra iudicem opponitur,sic dicetur.
FORMA. Coram oobis domino tali, qui vos
iudicem in tali causa asseritis, propono ego talis,
quòd coram uobis non teneor respondere, uel
procedere, nel aliquid probare, pro eo uidelicet,
quia uos estis ex tali causa per talem iudicem ma-
iori excommunicatione ligatus: ideoqne non po
test in uobis iurisdictio esse. Hoc probatur in præ.
cap.pia.& in gloss.ibi posita, quæ incipit,sed mi-
rum. Sed quia hic & in præcedenti forma,de cau
sa dicitur: bonum est, licet necesse non sit. Quis
autem de hoc cognoscat, not. suprà. §. 2. uersicu.
23 sed si hoc. † Notarius aotem propositis exceptio-
nibus ita scribet, & primò si dilatoria sit pro-
posita.
FORMA. Titius ad petitionem talis. coram
tali indice citatus, in ipsius iudicis præsentia ex-
cipiendo, proposuit, & proponendo excepit, ac
protestatus est cùm non sit de ipsius iudicis foro,
uel quòd cùm ipse iudex sit aduersæ parti affinita-
te coniunctus, ipsius declinando iudicium non
uult, nec rationabilirer cogi debet, sub ipso iudi-
ce respondere: uel excipiendo proposui,&c. talem
procuratorem esse non posse, eo quòd est minor
25. annorum, & cum huius procuratore nullum
esse iudicium. & propterea cuot eo iudicium decli
nando, non uult, nec de iure se reneri credit sibi in
24 iudicio respondere. † Porrò si proponatur dilato
ria solutionis, uel peremproria, sic scribet.
FORMA. Titius, &c. ut suprà, usque, pro-
testatus est. iunge, quòd cùm terminus quatuor
mensium, qui de iure datur his, qui sunt sen-
tentialiter condemnati, transactus non sit, non
debet adhuc cogi soluere Seio illas centum li-
bras, in quibus idem T. eidem extirit condem-
natus. Vel sic: Titius, &c. protestatus est non
esse procedendum contra eum super eo quod
Seius petit ab eo centum. quia idem Seius fecit
ei pactum de non petendo perpetuum: uel quia
idem T. fuit ipsis centum lib. per sententiam, à
qua appellatum non extitit absolutus: & sic in
alijs exceptionibus. Qualiter autem propona-
tur illa exceptio, quòd testis, uel accusator fuit
socius criminis, uel alia quælibet contra testes:
not. suprà de teste. §. sæpe. uersi. hanc igitur. & de.
25 accusatore. uersi. item repellitur. † Quidam au-
tem nouitij aduocati, propositis omnibus exce-
ptionibus appellationem interponunt dicentes:
Si uerò ipsas non admiseritis, ex hoc sentiens
me grauari, in his scriptis appello. Sed fatuè
agunt: tum quia iudicem exasperant: ut 50. di-
stin. si quis præpostera. extra, de offic. deleg. suspi
cionis. tum quia talis appellatio nulla est: utpotè
à nullo grauamine comminato, uel illato interie-
cta: licet exceptiones ipsæ legitimæ sint: ut ex.
de appel. cap. 2. & cap. dilecto. & cap. ut debitus. Si
autem non potest haberi copia iudicis, & termi-
nus specialiter datus ad omnes proponendas laba
tur: procede prout not. s. de dila. §. nunc uidea-
mus. ad fin. Propositis autem exceptionibus cau-
tus sit iudex, ut iurare faciat proponentem, pro-
ut not. infra. de iura. cal. §. 1. uersicu. secundum
est. Deinde consideret an exceptiones ualidæ sint:
ut quia robur habent à iure, & illas admittat: an
uerò inualidæ seu friuolæ, scilicet quæ nullo iure
fulciuntur: & has non admittat. ex. de appel. pa-
storali. quod si quædam sint ualidę, quædam friuo
læ: iudex per interlocutoriam repulsis friuolis,
ualidas admittat. ex. de off. deleg. cap. 1. & c. fin. de
26 præb. dilectus. & in præ. cap. exhibita. † Punitur
enim iudex, qui exceptiones legitimas non admit
tit. 25. q. 2. puniri. & hoc quantumconque sibi præ
cisè scriptum fuerit: ut extra, de off. deleg. ex par
te. 2. de æta. & quali. accepimus. & potest ab eo ap
pellari, non interloquendo, uel etiam eis omissis
h procedendo [h] eas non admittat: ut ex. de appel. di
lecto. cap. ex parte. & cap. cùm cessante. & C. si
sæpius in integ. restitu. postuletur. l. 1. in fin. C. de
app. si quis prouocatione. ff. de mino. ait prætor. §.
permittitur. ff. quando app. sit. l. 1. §. si quis tutor.
ff. de admi. tut. tutores, qui post. §. tutor datus. qua
rum appellationum formas in tractatu libel. in ti-
tulo de appe. §. 1. & 2. supponemus. Cautus ergo
i sit excipiens, [i] quòd priusquam appellet, expe-
ctet responsionem, uel interlocutoriam super
propositis exceptionibus: ut in causa appella-
tionis possit hoc ostendere: quia non sufficit ad
hoc, ut ualeat appellatio, exceptiones fuisse pro
positas, nisi negauerit eas admittere: ut in præ. c.
dilecto. unde non ualet talis appellatio: appello
27 si non admittis, ut prædixi. † Quid si iudex, nec
recipit, nec repellit exceptiones? Respondeo,
expectet donec iudex ei aliquid præcipiat: puta
quòd libello respondeat, uel huiusmodi. nam iu-
k dex tunc procedendo eas non admittit, ut dixi: [k]
& ideo appellari potest: ut in præd. cap. ex parte.
extra, de re iu. suborta. de off. delega. cum causa.
ff. de his, qui not. infa. Lucius. C. si ex fal. instru.
28 l. 1. † Sed si sit iudex secularis: nunquid poteris
ab eo appellare, propter exceptiones non admis-
sas? Videtur quòd non C. quorum appel. non re. l.
pe. & extra, de appel. super eo. 2. & 2. q. 6. non ita.
& l. ante sententiam. sed poteris iudici dicere, ut
ex officio suo interloquatur: ut ff. de no. ope. nun.
si prætor. ff. de re iud. quod iussit. argum. tamen
contra. quòd etiam iure ciuili admittenda sit ap-
pellatio, si pronunciatus sit idoneus, qui non est.
ff. qui satisda. co. arbitro. ff. de mino. intra utile. in
l prin. [l] ex. de æta. & qua. ex ratione. & alijs casibus
29 qui no. in præ. cap. non ita. & c. super eo. † Item
cautus sit iudex, ut proposita exceptione, quæ si
non admitteretur, si pars appellaret, dicat sic, ut
uiam præcludat appellationi: Ego hanc exceptio-
m nem admitto, si probata fuerit. [m] Vnde ea non
probata, non poterit pars appellare: uel si ap-
pellet, appellatio non admittetur. Hæc cautela
elicitur extra, de excep. olim. uersicu. disc. uestræ
man. Validis autem exceptionibus admissis, sta-
tim præfigat terminum congruentem peremptto-
rium suo arbitrio reo, intra quem probet eas, &
actor pro expensis protestetur, si forte reus, qui
in exceptione sit actor, deficeret in probando. ue
rùm in probando exceptionem excommunicatio
nis dantur octo dies: die, in qua proponitur, non
computata. quod dic ut suprà. §. 2. uersicu. porrò
exceptio. Item in exceptione spoliationis proban
da statuuntur 15. dies: die, in qua proponitur,
non

non computata. ex. de resti. spo. frequens. §. sed in ciuilibus. lib. 6. & ultima die termini poterit exceptio proponi. & probari. De hoc suprà. de dila. §.
30 1. uersicu. sed nunquid. & seq. † Præfixo igitur termino ad probandum, reus postulet statim actorem per iuramentum super ipsis exceptionibus interrogari, formatis super hoc per ipsum reum, uel per iudicem interrogationibus, secundum curiæ morem. Et si reus ex actoris responsionibus poterit suam in hoc fundare intentionem: bene
n ne n quidem: alioquin suas probationes inducat. Adueniente igitur termino, si iudex uiderit exceptionem probatam, pronunciet in hac forma.

FORMA interloquendi super exceptione probata: Cùm nos talis de tali causa, quæ inter P. & H. uertitur, seu uerti speratur, autoritate domini papæ cognoscere uoluissemus: dictus P. à nobis citatus contra literas apostolicas excipiendo proposuit in hac forma, coram, &c. uel proposuit H. imperatorem impetrationis tempore fuisse excommunicationis uinculo innodatum: & quia termino eidem ad hoc probandum statuto, idem P. suã exceptionem sufficienter probauit: ideo literas ipsas per H. ad nos à se. apostolica obtentas, habito peritorum consilio interloquendo pronunciamus non ualere, & nos per eas ad ipsius instantiã non posse procedere in hac causa. uel pronunciabit eas per falsi suggestionem obtentas. ex. de rescri. dilectus. 1. de procu. cap. fi. de off. deleg. significantibus. tamen uidetur quòd postquam aliquis est absolutus, potest uti literis impetratis dum erat excommunicatus. quod dic ut no. ex. de procu. c. fi. & de excep. pia. in glos. sed mirum. & ideo quidam omittunt, & bene, uerba illa, literas ipsas, non ualere. Sed quomodo pronunciabit, si non habet iurisdictionem ex rescripto? de hoc no. in præ. c. di
31 lectus. & eo. tit. c. fi. † Si uerò non fuerit exceptio probata, sic dicet.

FORMA. Cùm nos. &c. ut suprà, usque except. sufficienter. iunge, non probauit. & idcirco interloquendo pronunciamus dictum H. actorem excommunicatum non esse, & ad prosecutionem causæ suæ debere admitti, & nos ad executionem mandati apostolici procedere posse, exceptione huiusmodi non obstante. Et si lis fuerit contestata, & ordo iudiciarius seruatus in huiusmodi exceptionis cognitione, fiat de hoc
32 mentio in ipsa pronunciatione. † Quod si reus probare noluerit, uel nequiuerit quod obiecit, sic pronunciabit.

FORMA. Cùm nos talis, &c. ut supra, in proxim. forma usque, ad suam exceptionem iunge, probare non potuit, uel noluit: idcirco interloquendo pronunciamus ipsas literas, non obstante exceptione contra eas proposita ualere, ac nos per eas posse in causa ipsa procedere iuxta tenorem ipsarum: & quia idem talis non probauit quod obiecit, ipsum in expensis aduersario condemnamus, quas pars altera docuerit se fecisse, earum taxatione nobis in posterum reseruata. De iure enim debet in expensis condemnari in probatione exceptionis deficiens: ut extra, de dol. & contum. finem. extra, de pœnis, calumniam. Postea uerò lata sententia iudex taxabit arbitrio suo expensas: consideratis qualitate negotij, & tempore disceptationis, & conditione legatorum, & alijs circumstantijs, dicens sic: Ego taxo expensas factas occasione propositæ exceptionis in decem libras. Dic ergo tu uictor per tuum sacramentum, quòd tu expendisti intra decem lib. ad plus. & ille respondeat per sacramentum se expendisse octo lib. uel nouem, uel decem libras minus uno denario, si tantum expendidit. quo facto iudex dicat. Et ego te proponentem, quia in probatione defecisti, condemno, exequendo sententiam & taxationem meam: & iuxta declarationem illius præcipio tibi quòd soluas ei octo lib. uel nouem lib. uel dec lib. minus uno denario nomine expensarum. quod
33 dic ut J. de expensis. §. postremo. in prin. † Quòd autem prius possit fieri condemnatio, & post taxatio, probatur ff. de solu. Modestinus. ualet enim tunc talis incerta sententia: ideoque fortè iudex certificari non potest: ut in præ. §. postremo. uersicu. item scias. argum. tamen contra, quòd taxatio debeat præcedere condemnationem: ut in concord. quæ sunt in præd. §. postremo. in princ. ubi de hoc. Per quæ iura non uidetur prædictam formam pronunciationis stare posse. Unde ad euitandam huiusmodi contrarietatem, iudex, si uelit, in fine sententiæ non condemnet in expensis, sed dicat sic: expensarum autem condemnationem, & earum taxationem nobis in posterum reseruamus. Et sic postea quando uoluerit, poterit eas taxare, & in eis uictum etiam condemnare. Prius tamen dictum Romana curia seruat. Quòd autem possit reseruare, probatur in præd. §. postremo. uersicu. illud etiam. salua tamen Romanæ curiæ obseruatione, quæ præmissa forma tam in interlocutorijs, quàm in diffinitiuis, passim utitur: consonum iuri puto esse suprà, scriptam formam seruari debere in interlocutorijs, in quibus ut plurimum parui sumptus communiter adiudicantur: in diffinitiuis uerò seruari potest forma tradita in præ. §. postremò. in principio. Quidam autem prius, quàm interloquantur, taxant, & iurare faciunt super eis, & inserunt in fine pronunciationis post uerbum, obiecit ipsum, &c. taxatione & iuramento præmissis, in centum solid. nomine expensarum aduersario condemnamus. Hoc tamen non placet. nam secundum hunc modum actor priusquam interlocutoria uel sententia feratur, certus est quòd pro eo pronun
34 ciabitur. cùm † tamen iudex nulla interlocutione debeat pandere quid sentiat: ut C. de fal. ubi. sed & ubi iudex iuxta præmissa super expensis incertus est, potest sic dicere. Pronuncio te expensas posse petere: ut. C. de fru. & lit. expen. l. terminato. & argum. ff. de re. iu. Paulus. 1. & tunc post plures dies poterit in eis condemnare, ac eas taxare: ut in prædicta. l. Modestinus. & agetur ad eas condictione ex illa l. Paulus. ut dicunt quidam. & hoc obtinet etiam in diffiniti-
o uis. o † Et nota quòd ubi præmisso modo senten-
35 tia incerta profertur, potest, secundum quosdam, coram executore certificatio fieri, puta taxatio & iurisiurandum super eis præstari: sed cùm iudex

iudex hæc ſibi retinuerit, ut patet ſuprà, forma
proxi. nec executor habeat ad talia extendere ma
36 num, melius eſt, ſi hoc coram iudice fiat. † Gene
raliter autem ſuper qualibet exceptione ſic pote-
rit pronunciari.

FORMA. Cùm in cauſa tali, quæ uertitur
inter talem, coram uobis tali, per talem fuerit co
ram nobis propoſita exceptio: nos habito peri-
torum conſilio dicimus, & interloquendo pro-
nunciamus eam non eſſe admittendam, nec eam
admittimus: & ea non obſtante fore in negotio
procedendum. Vel dicimus, & interloquendo
pronunciamus eam admittendam fore, & eam di-
cimus admittendam. extra, de lib. ob. c. 2. & 3. Por-
rò in Italia formatur interlocutoria iuxta conſi-
lium à ſapientibus in ſcriptis datum: & nihil aliud
debet continere interlocutoria, quàm conſilium:
ut dixi ꝭ. de requiſi. conſi. uer. porrò huius. dato ꝑ
hoc modo fiet.

FORMA. Cùm in quæſtione, quæ inter
tales uertitur coram nobis iudice tali, ſuper hoc
inter aduocatos partium dubitatio foret exor-
ta, tales ſapientes aſſumpti fuerunt ſuper con-
ſilio in hac dubitatione dando: qui quidem ta-
le decernunt conſilium. pone illud de uerbo ad
uerbum, & in fine ſubiunge: Nos igitur eiuſ-
dem conſilij formam ſequentes inuocata Spiri-
tus ſancti gratia, partibus præſentibus, interlo-
quendo pronunciamus ſic. repete uerba con-
p ſilij dati, & ſecundum ea pronuncia. p Ab his
autem interlocutorijs partes ſi ſe grauari ſen-
tiant, poterunt appellare, ut ſupra dixi in uer-
37 ſicu. propoſitis. † Sed ſi iudex uidet ſe malè in-
terlocutum fuiſſe, uel malè proceſsiſſe: nunquid
poterit ſuam interlocutoriam, uel quod fecit,
reuocare? Dic quòd ſic, non obſtante appella-
tione ab huiuſmodi interlocutoria, uel proceſſu
emiſſa: & facta reuocatione poterit in cauſa pro-
cedere, etiam nolente parte appellante. extra,
de appel. cùm ceſſante. ff. de re iudic. quod iuſsit.
extra. de acco. qualiter. 1. de appel. ſignificaue-
runt. 22. quæſtio. 4. magnæ. quod intellige ut not.
q infrà. uerſicu. ſed nunquid. Fiet autem q reuoca-
tio interlocutoriæ utraque parte præſente. quam-
uis quidam malitioſi iudices priuſquam reuo-
cent, ſinant appellantem cum ſua appellatio-
ne à ſua præſentia diſcedere: & poſtea præ-
ſente notario, uel teſtibus reuocant quod fe-
cerunt, & ſic appellantem decipiunt: quia cùm
appellans de iniquitate interlocutoriæ coram ſu-
periore docuerit: pars appellata incontinenti do
cet de reuocatione grauaminis: & ſic inuenitur
appellans minus legitimè proceſsiſſe: & condem
natus in expenſis remittitur ad priorem iudicem.
extra, de appell. ut debitus. in fin. Sed certè ſi
conſtare poſſet de iudicis malitia: & quòd ap-
pellante ignorante id factum eſſet, non punire-
tur appellans. argum. ex̄. de appel. ex inſinuatione.
& c. ſeq. & de reſcri. ex parte. 2. Talia enim non poſ
r ſunt fieri parte abſente. r extra, de cauſa poſ. &
propri. cap. 1. 2. quæſt. 6. biduum. uerſi. palam eſt.
C. quomodo & quando iudex. ab eo. & ꝭ. de appel.
§. qualiter. uer. & nota quòd ſi. imò iudex, qui hu-
iuſmodi fraudem facit, puniri debet. ex̄. de re iudi.
cū æterni. Si enim ipſe debet partes à dolo & frau-
de cohibere: ut ex̄. de reſcrip. ex tenore. de pœ. ca-
lumniam. multò fortius & etiam ſe: ut extra, de na
tis ex libero uen. c. unico. 19. diſt. nulli. de elect. du
dum. 2. propè princip. uerſi. unde. alioquin in quo
alios iudicat, ſeipſum condemnat: ut 32. quæ-
ſtion. 6. nihil iniquius. 35. diſtinctio. cap. fin. in fi.
38 † Debet ergo reuocatio grauaminis ad appellātis
notitiam peruenire, ſicut & reuocatio procurato
ris ad aduerſarium uel iudicem: ut ex̄. de procu.
mandato. in præ. decre. ex parte. & reuocatio diſpē
ſatoris in notitiam creditoris. ff. de ſolu. diſpenſa
s tori. s † Vt autem in reuocandis per iudices graua
39 minibus inſtruaris: nota quòd iudex quandoque
reuocat grauato, ſeu appellante præſente, quando
que abſente. Si præſente, aut iudex certus eſt
quod grauauit, aut credit ſe non grauaſſe: aut cre
dit, neſcit tamen ſe grauaſſe, aut dubitat. Si ergo
præſens ſit appellans, & iudex certus eſt ſe grauaſ
ſe, reuocatio fiet.

FORMA reuocandi interlocutoriam: Quo-
niam in tali exceptione contra talem pronuncia-
ueram, interloquendo ipſam exceptionem non eſ
ſe admittendam: uel quoniam contra talem ita
proceſſeram: habito poſtmodum conſilio perito
rum inueni me ipſum grauaſſe in hoc, uel me inde
bitè proceſsiſſe: & idcirco uſus conſilio ſaniori
interlocatoriam ipſam, uel proceſſum expreſsè re
uoco: & tibi præcipio quòd ſine licentia à iudicio
non diſcedas: imò in cauſam ſecundum forma n
iuris procedas: ut in præ. concord. Quidam tamen
erubeſcentes ſuam interlocutoriam reuocare, ſic
dicunt.

FORMA. Ego talis ſi te talem in aliquo gra-
uaui, illud reuoco. Sed certè non debent erubeſce
40 re: ut in præ. c. qualiter. † Nam & papa ſuam ſen-
tentiam iniuſtè latam corrigit. 35. q. 9. ueniam. &
c. ſententiam. extra, de in integ. reſtitu. tum ex li-
teris. & eccleſia: ut extra, de frigi. fraternitatis. &
Imperator dicit: Non pudet nos noſtras leges cor
rigere. in auth. col. 4. de nupt. circa prin. per unam
columnam. Vnde dicit Seneca: Non eſt turpe in
melius mutare conſilium. & Auguſtinus: Magnæ
ſapientiæ eſt, mutare hominem quod malè locu-
tus eſt. ut in præ. c. magnæ. Et idcirco alij, ut domi
t nus meus t talem reuocationem tanquam dubiā
& conditionalem non admittunt bene. Cùm enim
iudex grauauerit re & uerbo, ipſe ſolam reuocat
u uerbo, non re. u Ber. tamen dicit eam admittendā:
quia licet prædicto modo fiat, ſufficit tamen, ex
quo dicit reuoco. argum. pro eo extra. de elect. illa
ibi: ſi quis in ea, &c. Papa not. quòd quandoque
tacitè reuocatur grauamen, puta ſi appello à
iudice, ne procedat contra me, quia ſum exem-
ptus ab eius iuriſdictione. & ille mihi aſsignat
terminum ad hoc probandum: tacitè uidetur
reuocare grauamen mihi illatum, ſupple in
præcipiendo me procedere in principali. nam
ipſe poteſt cognoſcere utrum ſua ſit iuriſdictio:
ut. ff. de iudic. ſi quis. extra, de reſcriptio. di-
lectus filius Ioannes. Ceterùm ſi iudex credit ſe
bene proceſsiſſe, non debet dicere, reuoco: ſed
dicet ſic.

FORMA. Frater ſi te grauaui in aliquo, pa-
ratus

ratus sum reuocare interlocutoriam de consilio
sapientum: & præfigo tibi talem terminum ad
comparendum intra quem possis plenè delibera-
re. Hæc forma expressè probatur, & not. ex. de re
x iudic. ad apostolicæ. uersicu. eratque parata. [x] Et
si in præfixo termino non uenerit, confidens de
appellatione, iudex procedat in negotio sibi com
misso, quantum de iure fuerit procedendum. Sic
enim non intelligitur grauasse, ex quo non stat
per eum quo minus reuocet, sed per appellan-
tem: ut in præ. cap. ad apostolicæ. Quidam tamen
dixerunt quòd ubi credit iustè processisse, debet
petere, & habere copiam appellationis, & ut tol-
lat appellationem, debet respondere, ut infrà in
forma. Ego non re. &c. & sic debet eum tenere sub
termino & protestari se uelle apostolos dare. Vn-
de si postea impetrauerit, non ualebit sua appella-
tio, cùm non possit de grauamine docere: sed pri
us dictum præualet. Si uerò credit se grauasse, ta-
men pro certo dicat sic.

FORMA. Ego protestor quòd si te grauaui
in aliquo, paratus sum reuocare. Sed certè hoc
non sufficit, nisi reuocet. & quandiu non reuocat
grauamen, appellatio in suis uiribus stat. argu-
men. extra, de eo, qui mit. in posses. causa rei ser.
41 cap. 1. † Si uerò dubitat grauauerit, uel non:
tunc quia non semper de facili uidere potest gra-
uamen inopinatè fortè illatum, in dubio reuocet
in hac forma.

FORMA. Ego non te credo in aliquo grauas
se: sed si grauaui paratus sum illud reuocare, &
quantum in me est illud ex nunc reuoco: sed quia
te non credo grauasse, præfigo tibi talem diem per
emptoriè, ut tunc compareas coram me ostensu-
rus in quo te grauauerim. Et præcipiat notario de
hoc facere publicum instrumentum, argumen. in
y his, quæ not. s. uersicu. item cautus. [y] Vide ergo
quomodo sub conditione reuocat in dubio. Hæc
autem forma obtinet, ubi probabiliter dubitatur
utrum id propter quod appellatur, uerum sit, uel
uerum esse negatur. Si enim certum & indubi-
tatum sit, superuacuo præfigitur terminus ad o-
stendendum grauamen. quod tunc satis ostendi-
tur per narrationem in appellationis forma con-
tentam: adeò quòd iudex per appellationem uel
admittere, uel refutare potest. Vnde terminus
talis appellantem non arctat, qui remedio inter-
positæ appellationis à iudicis iurisdictione repu-
tat se exemptum, sed & si uerisimiliter ambigi-
tur, utrum causa grauaminis in appellatione ex-
pressa legitima sit uel non: huiusmodi termini
præfictio locum non habet, cùm iudex à quo ap-
pellatur, non debeat esse iuris ignarus: potest ta-
men tunc respondere quòd uult deliberare, & sta
tuere terminum appellanti ad audiendam suam
super hoc responsionem: ut s. in forma illa: fra-
ter, si te, &c. & appellans in termino ueniens, &
de iure coram iudice disputans, non intelligitur
42 propter hoc appellationi renunciare. † Quòd
z si [z] appellans absens sit, iudex per hoc poterit fa-
cere suas literas in hac forma.

FORMA. Talis iudex tali salutem in domi-
no Iesu Christo: cùm tu in causa quæ uertitur in
ter te, & B. super hoc coram nobis ex hoc appel-
lans à nostra discesseris præsentia: tibi tenore præ
sentium innotescat, quòd non credimus in aliquo
te grauasse: ueruntamen si in aliquo te grauaui-
mus, quod nos later, illud si apparere poterit, ex
nunc, ut ex tunc, reuocamus omnino: quo circa
discretioni tuæ mandamus quatenus die tali per
te, aut per procuratorem idoneum, compareas co
ram nobis de dicto grauamine ostēsurus: alioquin
in causa ipsa, prout de iure fuerit processurus. quē
terminum tibi peremptorium assignamus. quod
nisi feceris, in causa ipsa ratione præuia procede-
mus, tua absentia non obstante. & tam de reuoca-
tione, quàm de literarum præsentatione fiat pu-
blicum instrumentum, per quod fides possit de
his fieri illo inficiante, ut iudex facta sibi fide de
præsentatione per illud post terminum ipsum in
43 causa procedat. † Illud tamen scias quòd si is qui
appellauit, compareat coram iudice à quo appel-
lauit, postulans terminum sibi dari ad proceden-
dum in principali: uel dicens quòd paratus est
ius suum prosequi coram illo: uidetur appella-
tioni renunciasse. argumen. extra de re iudi. quod
ad consultationem. ff. de pact. tale pactum. §. 1. s.
de re iudi. ad solutionem. extra. de appel. solicitu
a dinem. in fin. [a] ff. de mino. Aemilius. ff. de lega.
commis. l. antepen. §. fin. l. penul. Nam altero con-
trariorum electo, alteri renunciatum esse uidetur.
32. quæst. 1. cùm renunciatur. C. de furtis. l. 1. C. si
44 seruus exte. se emi man. l. 1. † Sed nunquid iudex
interlocutoriam pro me contra te latam, à qua
non appellasti, potest post decem dies reuocare?
Non uidetur: quia iam transiuit in rem iudicatam.
extra de elec. cùm dilecti. in fin. Dic contra, quia
licet transiuerit in rem iudicatam quo ad te, ut
non possit post decendium appellare: non tamen
quo ad iudicem quin possit eam reuocare. ff. de re
iudi. quod iussit. extra de præsum. afferte. & in
præ. cap. cùm cessante. Nam & tu posses post de-
cem dies appellationi renunciare. 2. quæstion. 6. si
quis libellos. extra de app. personas. Si autem ap-
pellasti, dicunt quidam quòd etiam adhuc illam
poterit reuocare: ut s. uersicu. sed si iudex. quod
uerum esse intellige re integra existente: puta
quia appellans non fecit sumptus in prosequen-
do app. de condi. causa da. causa non secuta. si pecu
niam. in prin. Sed & si uellet iudex sumptus refi-
cere, dicit B. quòd adhuc potest reuocare: quia
iam non interest ipsius. ex. de appel. interposita.
§. 2. Dominus meus dicit quòd semper potest re
uocare, donec desierit esse iudex. Desinit au-
b tem esse, dando apostolos, [b] seu dare respondere
c recusando, extra, de appel. cordi. [c] uel si superior
appellatione recepta sibi inhibeat, ne ulterius
d intromittat. eod. titu. Romana. §. si uerò. [d] Vnde
si interim fecerit sumptus, sibi imputet: imò e-
tiam dicunt quidam quòd licet appellans dicat se
fuisse ad curiam ad prosequendum appellatio-
nem, uel etiam iam se habere literas, quæ ta-
men nondum sunt præsentatæ: iudex poterit ni-
hilominus reuocare, antequam appellationis
causa sit commissa: ut in præd. c. interposita. §. il-
le. & eo. tit. ut debitus. Nam sicut appellanti licet
redire ad iudicem, à quo appellauit priusquam
causa alteri sit cōmissa: ut in præ. §. ille. sic debet
& iudici

e & iudici licere. Inno. quatenus dicit e quòd iudex ante decendium, uel etiam post, ubi est appellatum, potest interlocutoriam suam reuocare: quia appellatio suspendit pronunciationem. ff. ad Turpil. l. 1. §. fi. Si uerò non est appellatum, non potest reuocare post decendium, sine eius licentia, pro
45 quo lata est. † Sed pone quòd appellatum est ab interlocutoria, & datus est iudex in causa appellationis, qui citauit partes, & ad alia processit: nunquid primus iudex adhuc poterit reuocare grauamen? Respondeo, obtinuit quod non: quia iam non est res integra: ut in præ. §. si uerò. & ex. de appel. interposita. §. ille. de officio deleg. pastoralis. §. præterea. ff. de iudi. cùm prætor. respon. 1. quamuis iudex appellationi nondum aliquam fe-
46 cerit inhibitionem. † Sed quis debet proponere exceptiones peremptorias rei cohærentes, uel etiam dilatorias? Respon. ipse conuentus, & eius hæredes, & fideiussores, & mandatores. ff. de exceptio. exceptiones. §. rei autem. & l. omnes. & l. quæ personæ. C. eodem. defensores. ff. de iure fisci in fraudem. §. si principali. C. de fideiusso. l. 1. & l. sententiam. ff. eodem ubicunque. ff. de regu. iur. hæredem. Hoc tamen fallit in pacto de non peteu-
47 do, † quod personale est: nec eius exceptio competit hæredi, nec fideiussori. ff. de pactis. idem in duobus. §. personale. Item possunt exceptiones opponi contra paciscentes, & contra eos, qui in iudicio fuerunt, & eorum hæredes, & emptores, & legatarios utentes iurorum autorum iure. ff. de doli ex. apud Celsum. §. de autoris. & §. cum legitima. & arg. ff. de acqui. pos. Pomponius. §. cùm
48 quis adminiculo. † In summa notādum est, quòd nemo prohibetur uti pluribus exceptionibus, etiam diuersis. ff. de exceptio. neuio. de inoffic. testam. contra ueterani. §. sed nec impuberis. argumen. contra. extra, de renuncia. super hoc. extra, de regula. & transe. ad relig. sicut. & extra,
f de appellatio. solicitudinem. prope fi. f † Item
49 nota quòd ferè omnes exceptiones peremptoriæ, sunt perpetuæ, licet descendāt à temporalibus actionibus. quas excludunt: quia quæ temporalia sunt ad agendum, perpetua sunt ad excipiendum: ut C. de excep. licet. in prin. ff. eodem l. 3. in princip. & l. purè. §. fin. supra §. 1. in princip. ferè. dixi propter exceptionem doli, quæ aliquando perpetuò obijcitur: ut C. eodem, si pactum. Aliquando etiam non perpetuò: ut quando à maleficio trahit originem: ut ff. de pecu. quæsitum. §. fin. Item dicuntur perpetuæ quia semper opponi possunt, quandocunque agitur etiam si
g actor stet per mille annos quòd non agat: g quia non est in potestate rei quando actor eum conue-
i niat. Sed si nunquam agatur nunquam excipietur: ut in præ. l. purè. § fin. C. eodem. l. si pactum, C. de dila. si quando. in fin. quod est 3. quæst. 4. §.
50 spacium. C. de in integ. restitu. petendæ. † item
h nota. secundum Uber. de Bobio h & Ioan. de Deo, quòd aduocatus, qui timet de principali, debet differre causam, si habet diuitem clientulum, hoc modo: proponat enim aliquam exceptionem, & super ea faciat pronunciari, & postea appellet. C. de appella. addictos. & admittetur appellatio, causa legitima in ea assignata. extra. de appella. ut de-

bitus & hanc appellationem prosequatur, & super ea statim iudicem impetret, uel nuncium mittat: & postmodū non petit iudex reuocare interlocutoriam, cùm res non sit integra: ut suprà, uers
i sed nunquid. & seq. Item secundum Uber. i adhuc amplius poterit prorogari causa: quia si in causa præfatæ appellationis aliqua quæstio incidat, & iudex appellationis grauet: iterum ab eo appelletur: sicut sæpe in curia fieri uidemus per malitiosos procuratores. Item secundum eum adhuc longè sic plus poterit prorogari. Is enim, qui appellat à sententia, dicat eam nullam coram iudice appellationis, quod fieri potest: ut infra, de senten. §. iuxta. uer. sed quid si à sententia. & seq & si iudex pronunciauerit iustam, uel aliquam, uel iniustam statim iterū appellet, & iterum coram iudice appellationis dicat eam nullam: & sic poterit cēties facere. Nec enim dicitur tertiò prouocasse, cùm nullam appellationem fuerit prosecutus, & semper possit dicere sententiam nullam: ut. ff. quæ senten. sine appella. re. l. 1. & infrà, de sententia. §. fin. in princip. & uersic. & nota quod secundum.
k k Item decet idem Ioan. l quòd litigator semper
l insidietur iudici, & inuēta occasione appellet: nec timeat expensas, si diues est: quia grata superueniet, quæ non sperabitur hora. Sed certè pudet me talem recitare doctrinam, quæ non illuminat caecum, nec sanat ægrotum: ut 45. distin. recedite. In hoc enim doctores fiunt non erudiendorum, sed perdendorum auditorum, dum quod malè didicerunt, insinuant. de consec. distin. 2. pro dilectio-
51 ne. † Doctrina etenim mala testis est malitiæ doctoris: ut 1. quæst. 7. conuenientibus. Sed & cùm omnis ætas proua sit ad malum: ut 12. quæst. 1. omnis ætas. & procliuis sit cursus ad uoluptatē & natura imitatrix uitiorum: ut 20. quæstio. 3. cap. 2. profectò auditores libentius hanc doctrinam,
52 quàm Euangelium amplectuntur. † non attendentes quòd culpa simul est tam prohibita discere, quàm docere: ut C. de malefi. & mathe. l. culpa.
m de quibus Paulus. m Sanam doctrinam non ferunt, & ad sua desideria coaceruant sibi magistros prurientes auribus: & à ueritate auditū auertunt,
n ad fabulas autem conuertuntur: n onerati peccatis ducuntur uarijs desiderijs. semper discentes nunquam ad scientiæ ueritatem peruenientes. Hæc leguntur 26. q. 5. nec mirum. in fine primæ columnæ. Nam cùm aduocati proni fint ad malitiandum: utique non sunt in hoc uento doctrinæ instruendi. 11. distinct. de his. in princi. Scriptum est enim, nolite errare fratres mei: doctrinis uarijs nolite abduci. 11. distinct. nolite. quia non quod obsit, sed quod prosit docendum est. arg. 38.
53 distinct. quamuis, in 6. † Quinimo quoties docent quod auditoribus nō conuenit, toties malus sermo de ipsorum ore procedit, ad destructionem auditorum. 22. quæstio. ultima. quoties. & dum doctrinæ delectantur gloria, fiunt auditoribus autores ruinæ: ut 49. distin. §. r. nam incauta locutio protrahit in errorem: ut 43. distinct. sit rector in princip. Hanc igitur doctrinam, tanquam reprobam & insanam, taliter impugnamus: ut extra, de
54 summa trin. ca. 2. ad finem. † Nam frustratoriè appellans ut expensis legitimis condemnatur: ut extra,

do, & exceptio Macedoniani, & similes, non potest dici quòd competat actio, cùm remaneat etiã post pactum naturalis obligatio: & quandoque etiam subsit ciuilis, & naturalis: licet per exceptionem peremptoriam possit excludi: ut supra uersi. & ut plenius. quæ etiam exceptiones competunt, licet nunquam illæ actiones in iudicium fuerint deductæ: unde non dicitur lis sopita suscitari, sed potius de nouo intentari, quæ potest per exceptionem excludi suo loco & tempore proponenda: & cùm talis exceptio dicatur actionis exclusio: ut ff. de excep. l. 2. in prin. si contra literas proponeretur. iam extorqueretur ad id, quod non competat: quia eliderer potius literas, quàm propositam
44 excluderet actionem. † Item si petitione proposita dicat aliquis: non teneor respondere, quia fecisti pactum de non petendo, non est audiendus: quia proponit eam ad id, ad quod non competit, scilicet contra petitionem, ut eam differat, siue declinet, & non contra actionem, contra quam est exceptio peremptoria proponenda, ut eam excludat, ad quod competit talis exceptio: quia exceptio est actionis exclusio: ut s. & ideo dicit prædi. decre. exceptionis, quòd talis exceptio non impedit litis contest. quia ut dictum est, non competit contra literas, sed contra petitionem propositam. Hæc ergo est ratio, quare peremptoriæ non impediunt litis contesta. nec sunt inter dilatoria proponendę: ut dixi s. §. proxi. uersic. hoc quoque notandum. Sed si proponatur contra actionem propositam: ut si peto decem ex causa mutui: tu respondes, non teneor tibi, quia fecisti mihi pactum de non petendo: hoc bene proponit, quia opponis actioni, & est litis contesta. facienda: & sic potest intelligi, quòd per exceptionem peremptoriam propositam, fiat litis contestatio. extra, de dolo: & contuma. pront. & de appellatio. cùm causam. de quo dic ut infrà, de lit. contestatione. §. nunc dicamus. uersicu. sed nunquid per exceptionem.
45 † Sed quæris, an exceptio iurisiurandi impediat litis contestationem, & sit contra literas admittenda: distingue, quia si excipiatur de iuramento agentis, quia iurauit quòd amplius non peteret: admittenda est propter periculum animæ, ne uia periurijs aperiatur: ut in concor. quæ sunt s. uersi. sed quęro de excep. in fi. Si autem excipiatur de iuramento rei à iudice delato, quia dicit quòd iuramentum fuit sibi à iudice delatum, & iurauit quòd nil debeat: non uidetur exceptio admittenda ante lit. contest. contra literas: quia huiusmodi iuramentum tollit tantum naturalem obligationem, sed non ciuilem: imò remanet ciuiliter obligatus: ut s. dictum est. Vel dic, & melius, quòd recipi debet exceptio, præsertim si à patre reo delatum sit iusiurandum: quia tale iuramentum instar transactionis, habet maiorem autoritatem, quam res iudicata: ut ff. de iureiur. l. 2. & quia omnis controuersiæ, finis est iuramentum, ut ex. eo. si episcopus, secundum magistrum Pet. de Sam. qui autor est proximæ distinctionis, quę nihil
46 aliud cantat, quàm quod s. præscripsimus † Hoc quoque notandum est, quòd contra exceptionem rei iudic. potest opponi quòd non fuit iudex, qui eam tulit. Contra transactionem uerò quòd dolo facta fuit, uel quòd negotium non fuit legitimè finitum contra pręscriptionem, etiam quod fuit interrupta, & similia. ff. ad Tertul. l. 1. in fi. ff. de uerb. signifi. transacta. & l. seq. Item enim præiudicialia sunt, & prius tractanda. ex. de ordi. cog. tuã. uel, secundum dominum meum, utriusque partis testes admittentur, ubi simul concurrunt exceptio, & oppositio, sicut præscriptio, & interruptio: quod dic prout ipse not. in præd. c. exceptionis. De hac exceptione uide j. de sen. §. nunc de
47 effectu. uersicu. item pone. † Sed quæritur qualiter pronunciabitur super huiusmodi peremptorijs ante litis contest. probatis, contra quas nihil extitit replicatum. Non enim uidetur quòd pronunciabitur super principali, cùm non sit super eo lis contest. argu. ff. de iud. de qua re. ex. de cau. pos. & propriè. cùm super. in fin. unde secundum Bart. non pronunciabitur super principali, sed super exceptione rei iudic. uel transactionis, uel negotij finiti, de quo actum est, quod sic fiet. Dabitur enim exceptio in scriptis: ut extra, de probatio: quoniam contra. cuius scripturæ forma talis erit:
48 † FORMA proponendi exceptionem peremtoriam: Coram uobis domine iudex excipiendo, propono ego talis, contra petitionem talis, in qua petijt talem rem à me, dicens eam ad se pertinere, quòd alia uice coram tali iudice super hoc inter nos extitit litigatum: & ab eo contrariam sententiam diffinitiuam reportauit, à qua non extitit appellatum: uel illa quæstio fuit per transactionem legitimè sopita: uel quæstio est finita: iudex uerò hoc modo pronunciabit secundum Bernar.

FORMA. Quia nobis constat quòd super eo quòd talis petijt, sibi obstat exceptio rei iudicatæ, à qua non fuit appellatum, uel transactionis, uel negotij finiti, diffinitiuè pronunciamus, dictum talem super prædicta petitione non esse ulterius audiendum, sibi super hoc perpetuum silentium imponendo: ut ex. de accus. ueniens. §. fina. sed illud loquitur in accusatore, cui etiam obstat similis exceptio: hic autem loquimur quando cõtra rescriptum talis exceptio proponitur: ut patet in superioribus. & ideo dicunt quidam, quibus idem Ber. assentit, sufficere in tali casu pronunciare, non ualere tale rescriptum, & aduersariũ in expensis condemnari. ex. de rescrip. c. fin. & c. dispendia. eod. titu. lib. 6. Præterea in præmissa forma fit pronunciatio super principali. Vnde tertij alijs uerbis utentes non ponunt uerba illa, sibi super hoc perpetuum silentium imponendo.
h Ros. autem dicit h quòd iudex in sua pronunciatione faciet legi libellum in principali oblatum, & dicit sic:

FORMA. Cùm reus contra prædictam petitionem, talem exceptionem proposuerit, & datis sibi inducijs eam sufficienter probauerit: actorem non admitto ad agendum, & non admittendum fore pronuncio. ff. de iud. fisc. Statius Florus. §. Cornelio. ff. ad Mace. l. 1. §. si pendeat. Tutius est ergo quod pręmissæ exceptiones proponantur post lit. contesta. ut dixi supra, uersicu. ut autem hoc. Qualiter autem pronunciabitur dilatoria

toria exceptio probata, dicetur infra. §. proxi. Si autem renunciauerit quis omnibus exceptionibus, uide i. §. prox. uersi. cæterum. [i]

ADDITIO.

a *Dicto de peremptorijs.* Vber. de Bona. rubr. de peremptorijs exceptionibus sic per modum summæ aggreditur ipsam materiam. Dicit enim uidendum quid sit peremptoria exceptio, & unde dicatur, & hæc expediuit autor ipsius uerba proponendo supra, §. 1. post prin. ibi: est autem peremptoria. secundo, de ipsarum exemplis: & ipsius uerba uide ibi in princ. ibi & congruentius. reliqua membra patent hic, & infrà. §. prox.

b *Exceptionem.* Et patet de lit. contest. c. 2. libro sexto.

c *Secundum T. ubi suprà. uer. si uerò.*

d *Dixi.* Hanc quæstionem, quæ fuit Alber. Gal. in tit. de lit. contest. autor ponit sub illo tit. §. 2. uers. sed quid si reus, & ibi quid dixerit Albe. habes ad literam. Sed sciendum quòd Vber. de Bo. plenè prosequitur hunc articulum, ubi tractat de obiectis contra agentes nomine proprio. uers. sed quid si uelis. mihi char. 11. inducit l. hac consultissima. C. de test. quia promiscuis actibus non sunt rerum officia turbanda. Item ut dicit, reus non cogitur confiteri ante litis contestationem, ut actor fundat intentionem suam. ff. de interro. act. l. 1. ergo nec actor cogetur ante litis contestationem respondere, ut reus fundet suam, qui excipiēdo dicitur agere. Seruetur ergo æqualitas omnino. alleg ff. de except. l. 1. de probatio. in exceptionibus. C. de eden. l. 1. & ulti. de fruct. & li. expens. l. ultim. cum his quæ ibi no. In contrarium, si offeras quod petitur ante litis contestationem, relaxandus es. ff. si cer. pet. quidam. Institut. de perpe. & tempora. act. in fi. æquè agitur audiri debes, uolens ostendere te non debere. Item quandoque sententia pro actore fertur lite non contestata: multò magis pro reo. C. ubi de crimi. agi opor. authen. quæ in prouincia. C. quomodo et quando iud. authen. qui semel. Facit ff. de regul. iur. l. fauorabiliores. & l. non debet. Item quod non licet post litem contestatā, licet ante. C. de iud. apertissimi. de iurisdi. om. iud. l nemo. Dici potest, ex quo actoris intentio fundata non est: superuacuum est peremptoriam opponere: & sic audiri non debes. C. de eden. qui accusare. cum his quæ ibi no. ff. ut leg. uel fidei. hac stipulatio. Subdit quòd reus sine interrogatione actoris ostendit instrumentum, per quod peremptoria sua probatur, & actor non reclamat, uel reclamare non potest: reus non est cogendus litem contestari, cùm euidens sit actoris calumnia, quæ etiam esset in expensis, uel aliter punienda: ubi hoc non occurrit, contestari cogatur, salua exceptione sua. Inducit ad primum. ff. ad exhib. l. 4 §. ibidem. cum similibus ibi not C de pœnis. qui sententiam. extra, de calum. c. fin. ad id autem quod allegatur, quòd absolui non poterit: responde per not. infra, eo. §. in fi. Adde, quòd si reus ostendat instrumentum, non sit cogendus litem contestari: sequitur Abb. in cap. exceptionem. extra eod. Et idē dicit esse ubicunque exceptio concludit actori ius non competere: quia sine actione nemo experitur. l. si pupilli. de nego. gest. et hoc etiam sequitur Bartol. in l. cùm quærebatur. ff. iudica. sol. & ibi Alexand. in apostil. & Abb. in cap. super literis. de rescrip. ubi quando exceptio est notoria. Paul. de Cast. consil. 191.

e *Contra.* In 1. glo. & uide quòd super ea dixi de Compost. qui concor. primus in decr. quod sicut. de elect. & de Dyn qui distinguit. an fiat causa cognita uel non, in regula, indultum.

f *Decuriones.* Iste uer. quasi. ad literam fuit Compost. ubi remittam infrà.

g *Circa.* Lib. 6.

h *Propè finem.* Lib. 6.

i *In curia.* Eius dictum uide in decre. quod sicut. de elect. ubi scripsi in penulti. colum. uersicu. sed pone sicut. Adde ut per Abb. in cap. pastoralis. ubi plenè de hoc, uersicu. utrum & ibi dicit Archid. dicere 13. quæst. 1. super summa. quòd etiam respectu criminum proponendorum standum est iuramento partis, per c. ut circa. de elect. in 6. & hoc ipse sequitur contra Specul. tenet etiam ibi, quòd sine causæ cognitione non possit præfigi terminus ad opponendas peremptorias, tam respectu rei, quàm respectu actoris. argum. l. diffamari. de inge. ma. & l. si ūm Titia ff. de accus. & l. si ea. qui accus. non poss.

k *Peremptorio.* Contrarium ibi scripsi ante fin. & no. suprà de dila. §. 1. uersic. exceptoria. sed hæc sunt uerba Compost.

l *Et no. secundum Compost.* cuius sunt hæc uerba in decret. quod sicut. de elect. in fin. ut ibi scripsi in prin. uer. sed pone.

m *Testibus.* Vbi de hoc in ult. glo & uide remissionē, quam ponit finis huius uersic.

n *Secundum Vber.* Sub §. deinde fac. mihi char. 8. uersic. sed quid si productis. subdit tamen quòd consuetudo in his attenditur: & sic est propter diuersitatem opinionum, quæ diuersis foris seruantur.

o Dixit. De test.lib. series.

p Tenuerit. Ac si dicat quòd non sit directè contraria. facit cle. de testib. c. 2. vide quod dixi suprà, §. 2. in prin.

q Allegatione. Expeditum est hoc de appel. cap. ulti. lib. 6. Vbert. distinguit, an interlocutoria pararet praiudicium negotio principali, necne. & primo casu est uera prima opinio, secundo secunda: quatuor autem opiniones de hoc ibi not. in gloss. hoc dicit.

r Casibus. Hoc posuit Tanc. ubi suprà, uersi. hoc autem.

ſ De hoc. Ibi not. isti casus.

t Postremò. Ad hunc etiam uersicul. remittit autor infrà, de fideiuss. §. primo, uersiculo potest etiam.

u Possunt. Verba Accurs. vbi suprà, & in l. exceptionem. C. de probatio. in fin. glo.

x Solemnibus. Vide supra de fer. §. ulti. in fi.

y Non nu. De hac Alber. Gal. remittit ad summam Azonis: eo. tit. §. 1.

z Ioan. de Deo. cauil. lib. 3. rubr. quando opponatur dilatoria in prin. & ibi prosequitur dicta Vbert. qui de omnibus quæ hic, & infrà uersicu. proxi. tractantur, prosequitur, char. mihi undecima, super alleg. versiculo quid dices. & versiculo sequen.

a Hoc. Et apertius Insti. de fideiuss. §. si plures. Adde quòd beneficium excussionis sit opponendum ante litis contestationem, tenet Bar. in l. 1. ff. de except. Bal. Pet. & Cyn. in auth. præsente. C. de fideiuss. Salic. in auth. hoc si debitor. C. de pignor. Alex. consil. 88. 1. lib.

b Vber. de Bob. vbi suprà proxim. & idem Vber. de Bonacur. rubr. de declinatorijs. uersicul. idem puto.

c Viso. Vide quod ibi dixi post dominum meum.

d Dixi. eod. tit. post prin.

e Dicunt. Vbi dixi supra, uer. prox.

f Tractemus uer. fuit Alber. Gal. ubi suprà uersicu. sed nunquid exceptio, quæ.

g Nullum. vide suprà, de actore. B. ad fin. uersicul. quid si præsente patre. & ibi se. uer. remittit ad istum.

h Licet de procur. Et iste uersi. & duo seq. fuerunt Alber. Gal. eo. tit. uer. sed nunquid exceptio falsi, & seq.

i L. 2. Hucusque fuit Alber. Gal. sed Vber. tractãs hoc, vbi ponit obiectus contra sententiam ordin. mihi char. 10 uer. dices defendent non allegat. l. seq. sed ibi post uersic. quid de beneficio tractans de inuentario hæredis, illam allegat: sed hoc nil ad propositum ad hoc intellige. infrà de instru. edi. §. fin. uer. sed nunquid hæres.

K Sed. Istum uersicul. & sequentes, ordine tamen conuerso posuit autor infrà, de senten. excom. §. fin. uer. Item pone emptor. & uer. seq. ubi aliquantulum seruus plenius: & ideo hæc fienda remissio erat ad illos.

l Respondeo. Secundum Alber Gal. cuius fuit iste uer. eo. tit. uersic. sed pone ibi præcedit. dic ut dixisti in studio Paduano, quid uelit hoc dicam ubi suprà non remisi.

m In area. Et materia plenè ff. de rei ven. in fundo.

n Sed pone. Vide quod dixi suprà, versic. proxi. in princ.

o Et penult. Secundum Alber. Gal. cuius fuit iste uer. eo. tit. in fi.

p Quæritur. Eandem quæstionem posuit infra, de do. inter uir. & uxor. §. formatis. uer. quid si mulier. sed hac plenius.

q Adulterij. dicit Alber. Gal. cuius fuit iste uersicul. & dicunt quidam quòd ibi est casus huius quæstionis.

r § fin. Hoc dixit Alber. Gal. econtrà uidetur: quia crimina morte extinguuntur. C. si reus uel accus. mor. fu. l. fi. ff. de accus. l. ex iudiciorum. Item si tacuit defunctus, & eius hæres tacere debet. C. de inoffic testa. l. omnimodo. & de reuo. do. l. fina. in fi. & ff. ad Syl l. 1. in fi. Nec obstat, &c. Adde, vt plenè posui in addit. ad Bar. in l. rei indicata. §. fi. ff. sol. mat.

ſ L. fi. Cui fauere uidetur Acc. in l. una. C. de rei. uxo. act. §. illo proculdubio.

t Secundum papam. Vt ibi scripsi in glo. exceptio. cum suis remissionibus: & ad propositum uide quæstionem primam, quam posui post Gof. super regula, exceptionem. de reg. iur. lib. 6. de reo, qui contra rescriptum in quo dicebatur spoliasse: obijcit subreptionem cùm iudicis autoritate, uacuam possessionem apprehenderit. Adde, ut per do. Anto. de sancto Geor. in c. dilecto. in 2. colum. extra, de appellatio. & Abb. in c. ad audientiam. el 2. extra, de rescript.

u In fi. Lib. 6.

x Compost. Vt scripsi in decre. ad audientiam. 2. de rescrip. super gloss. ult. in fine.

y Innocen. quartus, qui hoc not. in decret. exceptiones. de lit. contesta. libro sexto, & uide super gl. pe. hoc dictum. & sequens dictum Ioan. Innoc. & Archi.

z Sicut. Vbi scripsi post exceptionem tex. & glo.

a Dici.

a Dici. Vt scripsi post Innocen. de elect. dudam. secundo versiculo. licet autem. in gloss. ex hoc patet.
b Ex parte B. Vt ibi scripsi post princ. in gloss. not. argum.
c Literis. Et ibi vide quod scripsi post exceptionem tex. & glossarum. Item scias quòd totum quod hic sequitur vsque ad fin. §. facit ad decre. exceptionis. de lit. contest. lib. 6. Adde post no. in d. c. super literis. Petr. de Anchar. consilio 16. incip. viso processu.
d Exceptionis. lib. 6. Adde cùm dicitur exceptio litis finitæ: non intelligitur de finita taciturnitate temporis, prout exceptio præsumpti: sed de finita expresse prout voluit Fede. consil. 183.
e Naturalis. Tu dic quòd ex quo ex ciuili agitur, satis est quòd ciuiliter finita sit causa. & vide infrà, ver. & ut plenius.
f Decem dies. Nota quia cautius est sic excipere, quàm dicere quòd post decem dies, quia potuisset: & hoc prius scripsi de appel. Romana. §. si verò. super ver. partibus in quo §. Arch. quasi ad literam posuit hunc vers. Facit ad prædicta infrà, §. proxi. in prin.
g Exceptionis. Adde quòd not. infrà, de instrumen. edis. §. nunc dicamus. versicu. sed pone appellans.
Adde tu, ad id quod dicitur infrà, de iureiuran. hæc exceptio litis finitæ per iuramentum impediat litis contestationem. §. & si Christus. in 2. col. extra. de iureiuran. & ibi dicit Abb. Sic. in 4. not. quod sic. Item adde ad præsentem materiam, quòd quilibet exceptio nullitatis impedit litis contest. Rotam in anti. decis. 107. & decis. 115.
h Dicit. Cuius dictum placet, ut scripsi in decre. exceptionis super gloss. sufficiebat quod intelligo, quando simpliciter & dilatoria, & in vim dilatoria proposita est, ut dixi suprà, de dila. §. 1. super ver. item quæritur.
i Cæterùm. Ibi plena remissio de materia.

SVMMARIVM.

Exceptio, sicut & actio, quandoque ineptè proponitur.

1 Ex breui verborum mutatione, multum mutatur effectus.
2 Reus in excipiendo fit actor, quia affirmatiua exceptionis propositio, requirit probationem. & num. 18.
3 Exceptionem peremptoriam purè proponens, actoris quodammodo fundat intentionem.
4 Forma respondendi, ubi de actoris intentione, vel eius probatione dubitatur.
5 Dote per dolum promissa, an per talem promissionem, possit actio quædam oriri.
6 Exceptionem præscriptionis, vel usucapionis proponens, an de actoris intentione confiteri videatur.
7 Litis contestatio, an per solam confessionem oriatur.
8 Reo, cui peremptoria exceptio competit, negante se teneri, an si post litem contestatam velit eam proponere, audietur.
9 Reo peremptoriam exceptionem proponente, si in eius probatione deficiat, an et qualiter sit cōdemnandus.
10 Literarum obligatio super exceptione, non numeratæ pecuniæ, quæ dicatur.
11 Debitore negante sibi pecuniam fuisse numeratam, si creditor contrarium probat, postea autem debitor dicit se soluisse, an audietur.
12 Creditore nihil sibi deberi asserente, credendum est.
13 Exceptiones aliquæ competunt vni, quæ non alteri.
14 Aduocatus in proponendo declinatorias iudicij, quem ordinem obseruare debeat.
15 Reo nullam exceptionem habente, nec contra iurisdictionem, nec ex persona iudicis, quæ aliàs poterit opponere.
16 Forma proponendi dilatorias exceptiones.
17 Nominatim, qualiter debeat quis in iudicio protestari.
19 Recusatio in iudicio facta, qualiter sit sufficiēs, & admittenda.
20 Reus non valens ex aliqua causa iudicem recusare, quomodo aliter se habere debeat.
21 Forma excipiendi in causa administrationis, quæ sit.
Exceptio excommunicationis, non est sine causa expressione admittenda.
22 Excommunicatio minor non repellit à iudicio, nec à fidelium participatione.
23 Exceptionibus in iudicio propositis, quæ forma notarius eas scribere habeat.
24 Dilatoria solutionis, vel peremptoria in iudicio proposita, sub qua forma scribetur à notario.

 25 Iudicem

25 *Iudicem exasperare, fatuum est.*

26 *Iudex legitimas exceptiones non admittens, est puniendus.*

27 *Iudice, nec recipiente, nec repellente exceptiones, quid sit agendum.*

28 *Appellans an possit à iudice seculari, propter exceptiones non admissas.*

29 *Iudex, qualiter se debeat habere, ubi exceptione proposita, & non admissa pars appellaret.*

30 *Forma pronũciationis iudicialis, ubi iudex adueniente termino, uidet exceptionem propositam esse probatam.*

31 *Exceptione in iudicio proposita, nec probata, qualiter pronunciabit iudex.*

32 *Reo non ualente, uel nolente quod obijcit in iudicio probare, quomodo iudex habeat pronunciare.*

33 *Condemnatio, an & quomodo possit ante taxationem fieri.*

34 *Iudex nulla interlocutione, debet ante pronunciationem pandere quòd sentiat.*

35 *Sententia sub incerto prolata, quomodo poterit certificari.*

36 *Forma pronunciandi generaliter, et super qualibet exceptione.*

37 *Iudex videns se malè interlocutum fuisse, uel malè processisse, an poterit suam interlocutoriam, uel quod fecit, reuocare.*

38 *Reuocatio grauaminis ad cuius, uel quorum notitiam debeat peruenire.*

39 *Reuocatio grauaminis quot modis, & qualiter per iudices fieri possit.*

40 *Papa suam sententiam iniustè latam corrigere debet.*

41 *Reuocatio grauaminis, vbi de ea dubitat iudex, si sit grauamen, uel non, sub qua forma fiat.*

42 *Forma literarum à iudice fiendarum, ubi appellans absens sit in reuocatione grauaminis.*

43 *Altero contrariorum electo, alteri renunciatum esse videtur.*

44 *Iudex, an possit interlocutoriam pro me contra te latam, à quo non appellasti, post decem dies reuocare.*

45 *Appellatione facta ab interlocutoria, si in causa appellationis datus est index, qui citauit partes, & ad alia processit, an à primo iudice poterit grauamen reuocari.*

46 *Exceptiones peremptoriæ rei cohærentes, uel etiam dilatoriæ, à quibus, & quo casu proponantur.*

47 *Heredi, aut fideiussori, an possint exceptiones competere, in eo quod est personale.*

Exceptiones, an possint contra paciscentes opponi.

48 *Exceptionibus pluribus, etiam diuersis, uti nemo prohibetur.*

49 *Exceptiones peremptoriæ, an sint perpetuæ.*

Temporalia ad agendum, perpetua sunt ad excipiendum.

50 *Aduocatus timens de principali, qualiter habeat sibi præcaueri.*

51 *Doctrina mala, testis est malitiæ doctoris.*

Natura humana prona est ad malum, imitatrixq; vitiorum, libentiusq; malam, quàm bonam doctrinam amplectitur.

52 *Culpa pari censetur uitiari, qui & prohibita studet, & ea docet.*

53 *Doctor malus, quoties docet quòd auditoribus non conuenit, toties sermo malus de ore suo proferre dicitur, ad auditorum corruptionem.*

54 *Frustratoriè appellans, in expensis legitimis est condemnandus.*

55 *Mali gaudent malis, & exultant in rebus pessimis: & cùm iniquè agunt, à similibus benedicuntur.*

Rustici garrulitatem autoritatem putant, eaq; decipiuntur, & uincuntur.

56 *Plures sunt exceptiones, quàm actiones: nec est reperire actionem, aut interdictum, quòd aliquam, uel aliquas non recipiat exceptiones.*

57 *Remedijs in iudicio deficientibus, quomodo cautè sit prouidendum.*

VISO Quando exceptiones opponantur, quia exceptio, sicut & actio, quandoque ineptè proponitur: ut ff. de flu. l. 1. Labeo. ideo videamus qualiter, & à quibus, & quo ordine opponantur. Ad quod primò in genere sciendum est [a], quòd aduocatus rei aduertere debet diligenter, quibus uerbis concipiet exceptionem: nam potest in hoc de facili errare: ut in præ. §. Labeo. quod patet ex eo. nam lex concipit uerba exceptionis & replicationis. ff. de procu. qui proprio. §. fina. & l. sequen. ff. de act. empt. & uen. l. prima, in princip. & l. pendente uindemia. ex. de excep. dilecti. de iudi. exhibita. & c. examinata. ff. qui po. in pign. ha. creditor. respon. 1. ff. de curato. furio. l. consilio. §. 1. quod patet etiam. nam aliud est dicere, non habes mandatum: & aliud, dubito utrum habeas mandatum: ut no.

ut not. infra de satisd. §. nisi. & aliud est dicere, tu
non es maior: & aliud, tu es minor: ut not. ī. de
1 actore. prope prin. † Quia ius facienda est in ordi-
ne uerborum: ut 43. dist in c. sit rector. in fi. & 31.
dist. omnino. Ex breui enim mutatione uerborū
multum mutatur effectus: ut 3. quęst. 7. in graui-
bus. & c. iudicet. ff. de uerborum signifi. natura
2 cauillationis. † Hinc est, quòd si affirmatiuè pro
ponatur exceptio, proponens debet eam probare:
quia reus in excipiēdo fit actor. ff. de excep. l. 1. ff.
de probatio. in exceptionibus. nisi cum opponi-
tur exceptio non numeratæ pecuniæ, uel dotis:
ut infra dicam. secus si negatiue, ut dixi supra, §.
nunc uidendum. uer. licet autem secundum. &
b dixit etiam Pileus, b quòd reus sic potest respon-
dere libello, quòd onerabit semper actorem pro-
batione: & ipse ad probationem exceptionis inte
rim admittetur: utpote non negando uel infician
do præcise intentionem actoris: sed respondeo sic,
non credo uerum esse quod dicis, uel inde dubi-
c to. C. de excep. si quidem. c & sic postmodum po-
terit uti exceptionibus, quæ actionibus institutis
obijciuntur, & eas probare: ut ī. uer. sed nun-
quid. Si uero reus præcise negaret, & actor suam
intentionem probaret: non posset postea uti reus
d exceptione: ut infra uersi. est igitur. & sequen. d
quod colligitur C. de non nume. pecu. authen.
contra qui propriam. quod dicitur generale esse
e in omnibus exceptionibus quod ibi dicitur. e Tu
f ergo aduocate rei f nota: nam si confidis actorem
in sua intentione deficere: nullam proponas ex-
ceptionem: ut C. de excep. si quidem. in princ.
sed tantum de facto: tunc excipitur, sicut de fa-
cto solum agitur: puta si agatur ex nudo pacto. C.
de transact. ubi pactum. C. de contrahen. & com.
stip. nunquid. in princip. uel cum agitur ex tur-
pi promissione, uel ex ea causa, ex qua non datur
actio. ff. de uerborum obligat. generaliter. & l. sti-
pulatio hoc modo concepta. ff. quarum rerum act.
non datur. l. 1. §. orandæ. licet sine actione nemo ex
periatur. ff. de administrat. tuto. quoties. §. item si
temporali. ff. de nego. gest. si pupillus. §. 1. Sed tūc
non dicitur exceptio proprie, sed defensio: quia
exceptio est actionis exclusio. ff. de excep. l. 2. in
princip. Instit. eo. in princip. ubi ergo nulla est a-
3 ctio, locum non habet exceptio. † Est igitur ual-
de periculosum, exceptionem peremptoriam pu-
re proponere: quia qui eam pure proponit, acto-
g ris quodammodo fundat intentionem g ita quòd
si exceptionem non probauerit, condemnabitur
eidem. ff. de probatio. in exceptionibus. respon.
1. & iam dicam. Fallit tamen hoc in exceptioni-
bus non numeratæ pecuniæ, & non numeratæ do
tis: quibus legitime obiectis inter legale tempus,
non incumbit necessitas probandi opponenti. C.
h de non num. pec. l. 1. & 3. h C. de dote cau. l. 1. & l.
4 fin. authen. quod locum. † Si uerò dubitas de in-
tentione actoris, uel de eius probatione: dicit V-
i ber. de Bonacurso, i in personali actione sic respō
dendum esse.

FORMA. Non credo aliquid me actori debe
re. & si ostenderet, ex nunc propono exceptio-
nem rei iudicatæ, uel pacti de non petendo, &
huiusmodi similiter fiet & in reali: quia dicet,
non credo me teneri ad restituendum id, quod
à me petis: & si ostenderis rem, quam à me pe-
tis, esse uel fuisse tuam, obijcio præscriptionem,
k uel usucapionem, k uel aliam peremptoriam com
petentem. Et quòd sic sub conditione sit propo-
nenda, probatur C. de excep. si quidem. §. fin.
nec taliter proponendo, seu conditionaliter ex-
cipiendo, uidetur confiteri de intentione aduer-
sarij. ff. eod. l. non utique. ex̄. eod. c. cum ue-
nerabilis. nec mentiri, quia mendacium punitur.
C. de non num. pec. authen. contra qui propriam.
ubi autem pure opponitur, uidetur excipiens fun
dare, & confiteri intentionem actoris, proponen-
do exceptionem, nisi eam probet aperte, ut iam
dixi: & probatur ff. de rei uen. officium. ff. de
confes. certum. §. sed & si fundum. quod clare
patet in eo, qui dolo, uel aliter, quàm putat, o-
bligatus est. ff. de inuti. stipu. dolo. & ff. de uer-
borum oblig. si quis conditionaliter. Nam obij-
ciendo exceptionem doli, fatetur se obligatum:
& sic fundat actoris intentionem, nisi probet
dolum in promissione intercessisse, ut ff. de pro-
ba. quoties. §. qui dolo. & idem in exceptione
pacti & iusiurandi, & alijs. & uide ī. de positio.
5 §. 10. uersi. sed pone, lite. † Licet hoc fallit in dote
promissa per dolum, ex qua promissione nulla a-
ctio oriri potest. ff. quod metus causa. si mulier. §.
6 dos. † Sed opponendo exceptionem præscriptio-
nis, quæ cuilibet obstat, uel usucapionis, non
uidetur quis de intentione confiteri, secundum
Vber. de Bonacurso, & Vber. de Bo. quia dico iu-
stum titulum à non domino, quem putabam domi
num me habere, & me bonafide per continuum
triennium, uel decennium possedisse, quæ in usu-
capione & præscriptione lōgi temporis exiguun-
tur. C. de usucap. trans for. l. unica. & Instit. de
usucap. in prin. in tricennali non exigitur titulus,
siue causa: ut not. C. de præscrip. 30. an. si quis
emptionis. Vbi ergo conditionaliter perempto-
ria exceptio proponitur, non uincet actor, nisi
fundet, seu probet intentionem suam: nec etiam
ea fundata, si reus probet intentionem: ubi uero
pure proponitur, statim ex hoc actoris est funda-
ta intentio, unde uincet sine alia probatione, nisi
reus probet exceptionem, nisi forte diceret, has
oppono exceptiones, saluo iure meo, quia dico
me fuisse absolutum. & sic actor debet probare,
quia ei, qui dicit, &c. ff. de prob. l. 2. 6. q. ulti.
actor. secundum Vber. de Bob. hodie tamen fere
communiter petitio simpliciter negatur, & exce-
ptio pure proponitur, nec aduocati multi hanc
subtilitatem aduertunt, quæ tamen diligenter est
aduertenda. Papa not. in præ. decr. c. cum uenera-
bilis. quòd excipiens de permutatione, non uide-
tur confiteri rem fuisse permutantis, sed permutan
tem non posse contra permutationem uenire, uel
rem permutatam repetere. Tutius tamen est, ut di
cit, si sic dicatur, dico quòd res non est, uel nō fuit
tua, sed & si tua fuisset, ex causa permutationis in
7 me transtulisti, ut in præ. l. si quidem. † Sed nun-
quid per prædi. conditionalem responsionem fit
l litis cōtestatio? l Puto quòd sic, ut habetur in præ.
decre. cum uenerabilis. licet Ber. ibi not. contra-
rium. & dicā ī. de lit. contest. §. nūc dicamus. uersi.

petit libero, & non seruo: quòd si dubium sit, an
persona sit idonea, de hoc prius quærendum est C.
de adult. quoniam. Excommunicato autem bene
competunt dilatoriæ, & peremptoriæ in defenden
do, non in agendo, uel reconueniendo. ex̄. de ex-
cep. cum inter. & c. si. de iudi. intelleximus. Et nota
quòd quidam consuluut, ne exceptionem perem-
ptoriam proponas, donec uideris dicta testium ab
aduersario tuo productorum, qui si bene probaue-
rit, confestim eam proponas: alioquin non est pro
ponenda. arg. in his, quæ not. s̄. uersi. tu ergo. ā. de
z teste. §. qualiter. uersi. sed opponitur. [z] † Porrò in
14 proponendo declinatorias iudicij, diligens aduo-
catus hunc ordinem obseruabit: ut si qua reo ex
ipso iurisdictione competit, illam prius proponat:
puta non es iudex meus. ex̄. de iudi. at si. ut quia cle
ricus uocatur ad iudicium seculare. ex̄. de fo. com-
peten. si diligenti. uel aliquis ad iudicem nō suum
11. q. 1. in clericorum. & similia. Hæc ergo est pro-
ponenda: nam si ea omissa accederetur ad alias,
in iurisdictionem iudicis consentire uidetur. C. de
iurisdi. om. iudi. l. 1. unde postmodum non potest
ad eam quis ulterius redire. C. de iudi. sancimus.
in fi. quod intellige si scienter omittatur, secus si
ignoranter. ff. de iurisdict. om. iud. si per errorem.
Hac uerò deficiente, uide si competat aliqua ex
persona iudicis, ut quia est suspectus, uel seruus,
uel infamis, uel excommunicatus, & sic de alijs.
§. 1. uersi. dilatoriæ. & inter omnes dilatorias di-
cunt magistri illam de suspecto proponendam,
quod dic ut suprà de transact. §. fit autem. Sed ego
dico primo ponendam securim ad radicem, scili-
cet ad iurisdictionem: ut 3. q. 6. §. exceptio. & in-
a fra dicetur. [a] † Quòd si reus nullam habet exce-
15 ptionem, nec contra iurisdictionem, nec ex perso
na iudicis opponat, si habeut contra rescriptum,
quæ multæ sunt, inter quas possunt esse aliquæ ad
iurisdictionem pertinentes: puta quòd sunt obten
tæ per falsi suggestionem, uel ueri suppressionem,
& huiusmodi. Quòd si nulla contra rescriptū com
petat opponat si habet aliquam ex persona acto-
ris, uel procuratoris. quod fit multis modis. Vl-
timò autem proponat competentes sibi ratione
sui: ut quia est legatus, & huiusmodi: uel ratione
causæ, uel loci, uel libelli, & sic de alijs. quæ om
nia dic ut præ. uer. dilatoriæ. & hic est uerus ordo
16 proponendi exceptiones fori declinatorias. † Et
nota quòd omnes dilatoriæ sunt simul proponen-
dæ: unde secundum quosdam sic proponentur.

· FORMA proponendi exceptiones. Coram uo
bis domino T. qui uos dicitis iudicem in tali cau-
sa, quæ uertitur seu uerti speratur inter me ex par
te una, & talem ex altera, excipiendo propono ego
talis dicens, quòd non estis iudex meus ex tali cau
sa. Item dico quòd estis mihi suspectus: quia fui-
stis in hac causa aduocatus aduersæ partis: uel
estis infamis uel excommunicatus. Item dico li-
teras apostolicas ad uos directas non ualere, pro
eo quòd sunt tacita ueritate, uel expressa falsita-
te obtentæ. tacuit enim se filium sacerdotis: uel
dicit se doctorem legum, uel decretorum, cum
non sit: quo tacito uel expresso literas minimè
habuisset. Item dico actorem non posse stare in iu
dicio, cum sit excommunicatus excommunicatio-
ne maiori per talem iudicem, uel ex tali causa:
Item dico quòd procurator aduersæ partis est con
stitutus ab excommunicato. Item dico quòd ha-
beo ius reuocandi forum. & sic de similibus. Sed
hæc forma uidetur stare non posse triplici ratione.
Prima est: nam exceptio suspicionis non concur-
rit cum alijs: quia cum recuso, nolo quòd iudex
de causa se intromittat: ut 3. q. 5. quia suspecti.
Cum uerò obijcio contra literas, uel aliam exce-
ptionem propono: uolo quòd interloquatur:
utrum ualeant literæ uel non: & an sit admitten-
da exceptio, uel non. quod facere debet, etiam
cum de iurisdictione dubitatur. ex̄. de rescriptis.
dilectus. de offi. deleg. significantibus. & sic sum
tanquam petens contraria repellendus: ut ex̄. de
appella. solicitudinem. imò etiam cum peto quòd
pronunciet super literis, uel super alia exceptione
& coram eo procedo, facio eum iudicem, & taci-
te uideor renunciare exceptioni suspicionis, & in
eum consentire. ex̄. de offic. delega. gratum. de
iudi. c. 1. Hinc est quod dixit Io. quòd si quis exci-
piat, ut dictum est, & iudex interloquatur super li
teris, uel super alia exceptione, pro eo non poterit
amplius recusari: ut not. suprà de recusa. §. fin an-
tem. Secunda ratio est. nam in præscripta forma
uidentur omnes exceptiones, sub copulatiua con
iunctione proponi, & ideo tenetur omnes proba-
re: & si succumbit in una, debet succumbere in om
nibus alijs. extra de rescrip. inter cæteras. & c. ex
parte. & c. olim. Tertia ratio est. nam exceptio
de suspecto naturaliter aliàs procedit. unde per se
est sine alijs proponenda, ut supra. His rationib.
forte moti alij præscriptum proponendi ordinem
non seruant, sed unam solum proponunt, & pro
testantur saluum sibi fore debere beneficium cæ-
terarum: ut si in proposita defecerint, possint ad
alias habere recursum. Sed cum malitiose hoc fa-
ciunt, ut lis protrahatur, iudicis officio his occur
ritur: ut dixi supra. §. nunc uidendum. uer. cæ-
terum. & sic eis sua protestatio parum prodest.
His ergo omissis sic tene. Vide enim si potes decli
nare eius iurisdictionem, tanquam non tui iudicis
aliquo modo: & primo illam obijcias: ut dixi su-
pra eo. uer. porro. Si uero hoc tibi non competat:
quia constat eum iudicem esse: considera utrum
ex aliqua causa rationabili ipsum possit ut suspe-
ctum recusare, & omnibus alijs exceptionibus, si
quæ competunt prætermissis, protestans tamen
nominatim illam proponas: & in illa sola proce-
de. Qualiter autem proponatur, & formetur li-
bellus recusationis, dicam j. in tractatu libello-
rum. & in tit. de offi. deleg. Qualiter procedatur
in exceptione peremptoria probata, & qualiter
formetur, & qualiter super ea pronuncietur, di-
17 xi supra §. proximo, prope fi. † Sed qualiter nomi
natim debeat aliàs protestari, ut iam dixi: & su-
prà. §. nunc uidendum. uer. potest etiam. & uer.
sed illud? Respondeo, proposita recusatione, in
fine subiungat sic.

· FORMA. Hoc autem propono ad præsens,
saluis alijs dilatorijs mihi competentibus, quæ ta-
les sunt scilicet quòd rescriptum est ab excommu-
nicato obtentū: item ꝙ est subreptitiū, & de alijs,
quibus sic specificatis subiungat, quas exceptiones

uel alteram, quæ per se sufficiat, me offero probaturum loco, & tempore opportunis. Postquam rego fuerit cognitum de suspicione post talem protestationem poterit eas opponere etiam post terminum datum ad oēs exceptiones proponendas: ut ex̄. eo. pastoralis. nec sufficit in genere protestari dicendo sic saluis exceptionibus mihi competentibus. alioquin nulla uideretur prouisio illius de
18 cre. pastoralis. per hoc in præ. uer. sed illud. † Sed nunquid iudex potest me cogere libellum offerre super dilatorijs exceptionibus? Videtur quòd sic: quia excipiens agere uidetur: cum reus sit in exceptionibus actor: ut ff. de exceptio. l. 1. & nullus debet sine libello experiri. 3. q. 3. offeratur. Dicit
b Vber. [b] quòd non: tamen ne possim uariare, debeo eas in scriptis offerre: ut actor super eis possit deliberare an eis uelit contradicere, & qualiter eis debeat respondere. Et idem dicit debere fieri in casibus, in quibus libellus non offertur. Canonistæ autem dicunt libellum super exceptionibus dandum, & de calumnia iurandum. Sed si omittatur, non ideo processus uitiatur. quod dic ut not. ex̄. de offic. deleg. prudentiam. §. sexta. & j. de litis conte. §. pe. uer. 1. sed quod dixit Vber. in curia, & quasi ubique seruatur, & bene, ut finis litibus imponatur. ex̄. de do. & contu. finem. ex̄. de
c restit. spo. frequens. [c] † Facta igitur recusatione,
19 iudex delegatus consideret, an manifeste sit sufficiens causa recusationis: quod si est, statim supersedeat, & fiat prout dicitur ex̄. de app. cum speciali. & de offic. deleg. suspicionis. & compellat partes eligere arbitros, qui de causa suspicionis principaliter cognoscant ex̄ de foro comp. si quis contra, de app. ad hæc. Si uerò iudex dubitat an causa sit sufficiens: puta quia non est expressa in iure: statim eligant arbitros secundum formam, quæ habetur in præ. c. suspicionis. & c. cum speciali. quod si sit manifeste friuola: puta quia dicit, recuso te: quia semel comedisti cum aduersario meo: uel quia fuit tecum ad sanctum Iacobum: uel quia intrastis simul easdem scholas: tunc iudex non admittet eam, sed procedet in causa: ut extra de appe. pastoralis. de iudic. qualiter. etiam si appellauerit: ut ibi, & eo. tit. ut debitus. Hoc prosequere ut s̄. de recusa. §. qualiter. & §. effe-
20 ctus. † Porrò si reus non potest ex causa aliqua iudicem recusare, proponat alias tam contra rescriptum, quàm contra alia competentes, in hac forma.

FORMA. Coram uobis domino tali iudice, ego talis excipiendo propono quòd literæ per talem ad uos obtentæ, non ualent: nec possum per eas conueniri: quia sunt impetratæ ab excommunicato. Item sunt subreptitiæ. quia non faciunt mentionem de processu coram ordinario super hoc negotio habito: & sic de alijs exceptionibus, præter quàm de suspicione. quod prosequere ut s. in prima forma. & in fine subiungat. Has autē exceptiones per uos admitti peto. & eas sub alternatione propono, ut altera probata, quæ sufficit, alteram probare cogar, nec ad omnes probandas me astringo, sed ad unam solam, quæ sufficit ad intentionem meam fundandam. Et hæc eadem protestatio debet fieri in peremptorijs proponendis. Et hæc probantur ex̄. de proba. licet. uer. ideoque testes. de iudi. exhibita. ad finem. & ff. de iur. do. plerunque. & propter hanc ultimam clausulam non compellitur reus probare omnes exceptiones alternatiuas. Secus autem etiam in copulatiuis: ut prædixi ex̄. de rescrip. olim. ad fi. & de hoc secundum Papam ex̄. de in integ. resti. constitutus. Debet autem in scriptis porrigere, & petere quòd redigantur in actis. ex̄. de præb. quoniam con
21 tra. † Sed quoniā excommunicationis exceptio frequenter opponitur, adhuc formā exceptionis huius specialiter supponamus: quæ talis est.
d FORMA. [d] Coram uobis domino tali, qui uos domini papæ asseritis delegatum, ego talis excipiendo propono, quòd ad petitionem T. in causa tali procedere non potestis, nec ipsum admittere ad agendum, pro eo quòd ipse excommunicatus est maiori excommunicatione per talem iudicem ordinarium, uel delegatum, uel talis canonis autoritate. Et exprimatur canon, sicut & nomen excommunicatoris, secundum do. meum ex ta
e causa. Hoc probatur ex̄. de excep. pia. [e] & in uer. porrò. Sed quod dixi, maiore excommunicatione uidetur superfluum. nam cum dico aliquem excommunicatum ab homine, de maiori excommunicatione intelligitur. ex̄. de sent. excom. c. si
f quem [f] & quia ab agendo repellitur. ex̄. de iudi. intelleximus. Vnde melius dixisset prædicta constitutio causam ipsius, quàm speciem ipsius. nam & causa exprimi debet in sententia: ut eod. tit. cum medicinalis. per expressionem enim causæ apparebit, an pro illa, an pro alia causa sit excommunicatus: ut ex̄. de offic. deleg. prudentiam. §. sexta. & an ab homine uel à canone, & an maiori, uel minori sententia sit ligatus. Item nisi causam exprimat reus, nō potest actor certus esse, de qua excommunicatione intelligit reus. Quod si esset actor, statim forte de absolutione doceret, nec reus octo dies haberet ad probandum, quare ex his dixit Aegid. non debere admitti exceptionē excommunicationis, sine causæ expressione. & hæc, ut dicit,
g fuit mens conditoris illius constitutionis [g] & exponit ibi speciem, id est, causam. tamen conditor ipse ibi aliter not. quicquid de eius mente diuinetur. & Ber. & do. meus. & Goff. & præmissa expositio est extorta. Nec est uerum quod dicit per expressionē causæ apparere posse, an sit maiori, uel minori excommunicatione ligatus: quia possibile est, quòd causa requirit maiorē excommunicationem, sed iudex ex causa inflixit minorē 5. q.
22 2. præsenti. & ex̄. de iudi. cum non ab homine. † Et minor non repellitur à iudicio seu à participatione fidelium, sed maior duntaxat, ut ex̄. de sen. excom. si quem 3. q. 4. Engeltrudam. non tamen nego, quin iudex possit quandoque aliquem tantum à communione fidelium, & non à sacramentorum participatione, separare, si uelit, ut 5. quæst. 4. in loco. in fi. 18. distinct. placuit. & 34. distinct. quorundam. ad finem. Debet ergo exprimi species excommunicationis, scilicet, utrum sit maior uel minor. Is enim, qui excipit, non debet uagari cum discrimine alienæ excommunicationis. ff. de iniur. prætor edixit. ff. de dolo. l. item exigit. Et est simile quod aliàs dicit lex, denegari oportet,

cuius

cuius dolo factum sit.ff.de dolo.si ex dolo.§.fin.Si
uerò contra iudicem opponitur,sic dicetur.

. FORMA. Coram uobis domino tali, qui vos
iudicem in tali causa asseritis, propono ego talis,
quòd coram uobis non teneor respondrre, uel
procedere, uel aliquid probare, pro eo uidelicet,
quia uos estis ex tali causa per talem iudicem ma-
iori excommunicatione ligatus: ideoque non po
test in uobis iurisdictio esse.Hoc probatur in præ.
cap.pia.& in gloss.ibi posita, quæ incipit,sed mi-
rum. Sed quia hic & in præcedenti forma,de cau
sa dicitur: bonum est, licet necesse non sit.Quis
autem de hoc cognoscat, not. suprà. §. 2. uersicu.
23 sed si hoc. † Notarius autem propositis exceptio-
nibus ita scribet, & primò si dilatoria sit pro-
posita.

FORMA. Titius ad petitionem talis. coram
tali iudice citatus, in ipsius iudicis præsentia ex-
cipiendo, proposuit, & proponendo excepit, ac
protestatus est cùm non sit de ipsius iudicis foro,
uel quòd cùm ipse iudex sit aduersæ parti affinita-
te coniunctus, ipsius declinando iudicium non
uult, nec rationabiliter cogi debet, sub ipso iudi-
ce respondere: uel excipiendo proposui,&c.talem
procuratorem esse non posse, eo quòd est minor
25.annorum, & cum huius procuratore nullum
esse iudicium.& propterea cum eo iudicium decli
nando,non uult,nec de iure se teneri credit sibi in
24 iudicio respondere. † Porrò si proponatur dilato
ria solutionis, uel peremptoria,sic scribet.

FORMA. Titius, &c. ut suprà, usque, pro-
testatus est. iunge, quòd cùm terminus quatuor
mensium, qui de iure datur his, qui sunt sen-
tentialiter condemnati, transactus non sit, non
debet adhuc cogi soluere Seio illas centum li-
bras, in quibus idem T. eidem extitit condem-
natus. Vel sic: Titius, &c. protestatus est non
esse procedendum contra eum super eo quod
Seius petit ab eo centum. quia idem Seius fecit
ei pactum de non petendo perpetuum: uel quia
idem T. fuit ipsis centum lib. per sententiam, à
qua appellatum non extitit absolutus: & sic in
alijs exceptionibus. Qualiter autem propona-
tur illa exceptio, quòd testis, uel accusator fuit
socius criminis, uel alia qualibet contra testes:
not.suprà de teste.§.sæpe. uersi.hanc igitur.& de
25 accusatore.uersi.item repellitur. † Quidam au-
tem nouitij aduocati, propositis omnibus exce-
ptionibus appellationem interponunt dicentes:
Si uerò ipsas non admiseritis, ex hoc sentiens
me grauari, in his scriptis appello. Sed fatuè
agunt: tum quia iudicem exasperant: ut 50.di-
stin.si quis præpostera. extra,de offic. deleg.suspi
cionis. tum quia talis appellatio nulla est: utpotè
à nullo grauamine comminato,uel illato interie-
cta: licet exceptiones ipsæ legitimæ sint: ut ex.
de appel.cap.2.& cap.dilecto.& cap.ut debitus. Si
autem non potest haberi copia iudicis, & termi-
nus specialiter datus ad omnes proponendas laba
tur: procede prout not. s. de dila. §. nunc uidea-
mus.ad fin.Propositis autem exceptionibus cau-
tus sit iudex, ut iurare faciat proponentem, pro-
ut not. infra. de iura.cal.§. 1. uersicu. secundum
est. Deinde consideret an exceptiones ualidæ sint:

ut quia robur habent à iure, & illas admittat: an
uerò inualidæ seu friuolæ, scilicet quæ nullo iure
fulciuntur: & has non admittat. ex.de appel. pa-
storali. quod si quædam sint ualidę,quædam friuo
læ: iudex per interlocutoriam repulsis friuolis,
ualidas admittat.ex.de off.deleg.cap.1.& c.fin.de
26 præb.dilectus.& in præ.cap.exhibita. † Punitur
enim iudex,qui exceptiones legitimas non admit
tit.25.q.2.puniri. & hoc quantumcunque sibi præ
cisè scriptum fuerit: ut extra,de off.deleg. ex par
te.2.de æta.& quali.accepimus. & potest ab eo ap
pellari, non interloquendo, uel etiam eis omissis
h procedendo [h] eas non admittat: ut ex.de appel.di
lecto. cap.ex parte. & cap. cùm cessante.& C. si
sæpius in integ.restitu.postuletur.l.1. in fin.C.de
app.si quis prouocatione.ff.de mino.ait prætor.§.
permittitur.ff.quando app.sit.l.1.§.si quis tutor.
ff.de admi.tut.tutores,qui post.§.tutor datus.qua
rum appellationum formas in tractatu libel.in ti-
tulo de appe.§.1.& 2. supponemus. Cautus ergo
i sit excipiens, [i] quòd priusquam appellet, expe-
ctet responsionem, uel interlocutoriam super
propositis exceptionibus: ut in causa appella-
tionis possit hoc ostendere: quia non sufficit ad
hoc, ut ualeat appellatio, exceptiones fuisse pro
positas, nisi negauerit eas admittere: ut in præ.c.
dilecto. unde non ualet talis appellatio: appello
27 si non admittis, ut prædixi. † Quid si iudex,nec
recipit, nec repellit exceptiones? Respondeo,
expectet donec iudex ei aliquid præcipiat: puta
quòd libello respondeat, uel huiusmodi. nam iu-
k dex tunc procedendo eas non admittit, ut dixi: [k]
& ideo appellari potest: ut in præd.cap.ex parte.
extra,de re iu. suborta. de off.delega. cum causa.
ff. de his, qui not. infa. Lucius.C.si ex fal. instru.
28 l.1. † Sed si sit iudex secularis: nunquid poteris
ab eo appellare, propter exceptiones non admis-
sas? Videtur quòd non C.quorum appel. non re.l.
pe.& extra,de appel.super eo.2.& 2.q. 6. non ita.
& l.ante sententiam.sed poteris iudici dicere, ut
ex officio suo interloquatur: ut ff.de no.ope.nun.
si prætor.ff.de re iud. quod iussit. argum. tamen
contra.quòd etiam iure ciuili admittenda sit ap-
pellatio, si pronunciatus sit idoneus,qui non est.
ff. qui satisda.co.arbitero.ff.de mino.intra utile.in
l prin. [l] ex.de æta.& qua.ex ratione.& alijs casibus
29 qui no.in præ.cap.non ita.& c. super eo. † Item
cautus sit iudex, ut proposita exceptione, quæ si
non admitteretur, si pars appellaret, dicat sic, ut
uiam præcludat appellationi: Ego hanc exceptio-
m nem admitto, si probata fuerit. [m] Vnde ea non
probata, non poterit pars appellare: uel si ap-
pellet, appellatio non admittetur. Hæc cautela
elicitur extra, de excep. olim.uersicu.disc.uestræ
mau. Validis autem exceptionibus admissis, sta-
tim præfigat terminum congruentem peremptо-
rium suo arbitrio reo, intra quem probet eas, &
actor pro expensis protestetur, si forte reus, qui
in exceptione sit actor, deficeret in probando.ue
rùm in probando exceptionem excommunicatio
nis dantur octo dies: die,in qua proponitur, non
computata. quod dic ut suprà.§.2. uersicu. porrò
exceptio. Item in exceptione spoliationis proban
da statuuntur 15. dies: die, in qua proponitur,
non

non computata.ex. de resti.spo.frequens.§. sed in ciuilibus.lib.6.& ultima die termini poterit exceptio proponi.& probari. De hoc suprà. de dila.§.
30 1.uersicu.sed nunquid. & seq. † Præfixo igitur termino ad probandum, reus postulet statim actorem per iuramentum super ipsis exceptionibus interrogari, formatis super hoc per ipsum reum, uel per iudicem interrogationibus, secundum curiæ morem. Et si reus ex actoris responsionibus poterit suam in hoc fundare intentionem: bene
n ne n quidem: alioquin suas probationes inducat. Adueniente igitur termino, si iudex uiderit exceptionem probatam, pronunciet in hac forma.

FORMA interloquendi super exceptione probata: Cùm nos talis de tali causa, quæ inter P. & H. uertitur, seu uerti speratur, autoritate domini papæ cognoscere uoluissemus: dictus P. à nobis citatus contra literas apostolicas excipiendo proposuit in hac forma, coram, &c. uel proposuit H. imperatorem impetrationis tempore fuisse excõmunicationis uinculo innodatum: & quia termino eidem ad hoc probandum statuto, idem P. suã exceptionem sufficienter probauit: ideo literas ipsas per H. ad nos à se. apostolica obtentas, habito peritorum consilio interloquendo pronunciamus non ualere, & nos per eas ad ipsius instantiã non posse procedere in hac causa. uel pronunciabit eas per falsi suggestionem obtentas. ex. de rescri. dilectus. 1. de procu. cap. fi. de off. deleg. significantibus. tamen uidetur quòd postquam aliquis est absolutus, potest uti literis impetratis dum erat excommunicatus. quod dic nt no. ex. de procu. c. fi. & de excep. pia. in gloss. sed mirum. & ideo quidam omittunt, & bene, uerba illa, literas ipsas, non ualere. Sed quomodo pronunciabit, si non habet iurisdictionem ex rescripto? de hoc no. in præ. c. di
31 lectus. & eo. tit. c. fi. † Si uerò non fuerit exceptio probata, sic dicet.

FORMA. Cùm nos. &c. ut suprà, usque except. sufficienter. iunge, non probauit. & idcirco interloquendo pronunciamus dictum H. actorem excommunicatum non esse, & ad prosecutionem causæ suæ debere admitti, & nos ad executionem mandati apostolici procedere posse, exemptione huiusmodi non obstante. Et si lis fuerit contestata, & ordo iudiciarius seruatus in huiusmodi exceptionis cognitione. fiat de hoc
32 mentio in ipsa pronunciatione. † Quod si reus probare noluerit, uel nequiuerit quod obiecit, sic pronunciabit.

FORMA. Cùm nos talis, &c. ut supra, in proxim. forma usque, ad suam exceptionem iunge, probare non potuit, uel noluit: idcirco interloquendo pronunciamus ipsas literas, non obstante exceptione contra eas proposita ualere, ac nos per eas posse in causa ipsa procedere iuxta tenorem ipsarum: & quia idem talis non probauit quod obiecit, ipsum in expensis aduersario condemnamus, quas pars altera docuerit se fecisse, earum taxatione nobis in posterum reseruata. De iure enim debet in expensis condemnari in probatione exceptionis deficiens: ut extra, de dol. & contum. finem, extra, de pœnis. calumniam. Postea uerò lata sententia iudex taxabit arbitrio suo expensas: consideratis qualitate negotij, & tempore disceptationis, & conditione legatorum, & alijs circunstantijs, dicens sic: Ego taxo expensas factas occasione propositæ exceptionis in decem libras. Dic ergo tu uictor per tuum sacramentum, quòd tu expendisti intra decem lib. ad plus. & ille respondeat per sacramentum se expendisse octo lib. uel nouem, uel decem libras minus uno denario, si tantum expendidit. quo facto iudex dicat. Et ego te propo. entem, quia in probatione defecisti, condemno, exequendo sententiam & taxationem meam: & iuxta declarationem illius præcipio tibi quòd soluas ei octo lib. uel nouem lib. uel dec lib. minus uno denario nomine expensarum. quod
33 dic ut J. de expensis. §. postremo. in prin. † Quòd autem prius possit fieri condemnatio, & post taxatio, probatur ff. de solu. Modestinus. ualet enim tunc talis incerta sententia: ideoque fortè iudex certificari non potest: ut in præ. §. postremo. uersicu. item scias argum. tamen contra, quòd taxatio debeat præcedere condemnationem: ut in coucord. quæ sunt in præd. §. postremo. in princ. ubi de hoc. Per quæ ista non uidetur prædictam formam pronunciationis stare posse. Vnde ad euitandam huiusmodi contrarietatem, iudex, si uelit, in fine sententiæ non condemnet in expensis, sed dicat sic: expensarum autem condemnationem, & earum taxationem nobis in posterum reseruamus. Et sic postea quando uoluerit, poterit eas taxare, & in eis uictum etiam condemnare. Prius tamen dictum Romana curia seruat. Quòd autem possit reseruare, probatur in præd. §. postremo. uersicu. illud etiam. salua tamen Romanæ curiæ obseruatione, quæ præmissã forma tam in interlocutorijs, quàm in diffinitiuis, passim utitur: consonum iuri puto esse suprà, scriptam formam seruari debere in interlocutorijs, in quibus ut plurimum parui sumptus communiter adiudicantur: in diffinitiuis uerò seruari potest forma tradita in præ. §. postremò. in principio. Quidam autem prius, quàm interloquantur, taxant, & iurare faciunt super eis, & inferunt in fine pronunciationis post uerbum, obiecit ipsum, &c. taxatione & iuramento præmissis, in centum solid. nomine expensarum aduersario condemnamus. Hoc tamen non placet, nam secundum hunc modum actor priusquam interlocutoria uel sententia feratur, certus est quòd pro eo pronun
34 ciabitur. cùm † tamen iudex nulla interlocutione debeat pandere quid sentiat: ut C. de fal. ubi. sed & ubi iudex iuxta præmissa super expensis incertus est, potest sic dicere. Pronuncio te expensas posse petere: ut. C. de fru. & lit. expen. l. terminato. & argum. ff. de re. iu. Paulus. s. & tunc post plures dies poterit in eis condemnare, ac eas taxare: ut in prædicta. l. Modestinus. & agetur ad eas condictione ex illa l. Paulus. ut dicunt quidam. & hoc obtinet etiam in diffiniti-
o uis. o † Et nota quòd ubi præmisso modo senten-
35 tia incerta profertur, potest, secundum quosdam, coram executore certificatio fieri, puta taxatio & iurisiurandum super eis præstari: sed cùm iudex

iudex hæc sibi retinuerit, ut patet suprà, forma proxi. nec executor habeat ad talia extendere ma
36 num, melius est, si hoc coram iudice fiat. † Generaliter autem super qualibet exceptione sic poterit pronunciari.

FORMA. Cùm in causa tali, quæ uertitur inter talem, coram nobis tali, per talem fuerit coram nobis proposita exceptio: nos habito peritorum consilio dicimus, & interloquendo pronunciamus eam non esse admittendam, nec eam admittimus: & ea non obstante fore in negotio procedendum. Vel dicimus, & interloquendo pronunciamus eam admittendam fore, & eam dicimus admittendam. extra, de lib. ob. c. 2. & 3. Porrò in Italia formatur interlocutoria iuxta consilium à sapientibus in scriptis datum: & nihil aliud debet continere interlocutoria, quàm consilium: ut dixi ỹ. de requisi. consi. uer. porrò huius. dato, & hoc modo fiet.

FORMA. Cùm in quæstione, quæ inter tales uertitur coram nobis iudice tali, super hoc inter aduocatos partinm dubitatio foret exorta, tales sapientes assumpti fuerunt super consilio in hac dubitatione dando: qui quidem tale decernunt consilium. pone illud de uerbo ad uerbum, & in fine subiunge: Nos igitur eiusdem consilij formam sequentes inuocata Spiritus sancti gratia, partibus præsentibus, interloquendo pronunciamus sic. repete uerba con-
p silij dati, & secundum ea pronuncia. P Ab his autem interlocutorijs partes si se grauari sentiant, poterunt appellare, ut supra dixi in uer-
37 sicu. propositis. † Sed si iudex uidet se malè interlocutum fuisse, uel malè processisse: nunquid poterit suam interlocutoriam, uel quod fecit, reuocare? Dic quòd sic, non obstante appellatione ab huiusmodi interlocutoria, uel processu emissa: & facta reuocatione poterit in causa procedere, etiam nolente parte appellante. extra, de appel. cùm cessante. ff. de re iudic. quod iussit. extra. de accu. qualiter. 1. de appel. significauerunt. 2 2. quæstio. 4. magnæ. quod intellige ut not.
q infrà. uersicu. sed unquid. Fiet autem q reuocatio interlocutoriæ utraque parte præsente. quamuis quidam malitiosi iudices priusquam reuocent, fiunant appellantem cum sua appellatione à sua præsentia discedere: & postea præsente notario, uel testibus reuocant quod fecerunt, & sic appellantem decipiunt: quia cùm appellans de iniquitate interlocutoriæ coram superiore docuerit: pars appellata incontinenti docet de reuocatione grauaminis: & sic inuenitur appellans minus legitimè processisse: & condemnatus in expensis remittitur ad priorem iudicem. extra, de appell. ut debitus. in fin. Sed certè si constare posset de iudicis malitia: & quòd appellante ignorante id factum esset, non puniretur appellans. argum. ex̃. de appel. ex insinuatione. & c. seq. & de rescri. ex parte. 2. Talia enim non pos-
r sunt fieri parte absente. r extra, de causa pos. & propri. cap. 1. 2. quæst. 6. biduum. uersi. palam est. C. quomodo & quando iudex. ab eo. & ỹ. de appel. §. qualiter. uer. & nota quòd si. imò iudex, qui huiusmodi fraudem facit, puniri debet. ex̃. de re iudi. cũ æterni. Si enim ipse debet partes à dolo & fraude cohibere: ut ex̃. de rescrip. ex tenore. de pœ. calumniam. multò fortius & etiam se: ut extra, de natis ex libero uen. c. unico. 19. dist. nulli. de elect. dudum. 2. propè princip. uersi. unde. alioquin in quo alios iudicat, seipsum condemnat: ut 32. quæstion. 6. nihil iniquius. 35. dist in ctio. cap. fin. in fi.
38 † Debet ergo reuocatio grauaminis ad appellãtis notitiam peruenire, sicut & reuocatio procuratoris ad aduersarium uel iudicem: ut ex̃. de procu. mandato. in præ. decre. ex parte. & reuocatio dispensatoris in notitiam creditoris. ff. de solu. dispensa
f tori. f † Vt autem in reuocandis per iudices graua
39 minibus instruaris: nota quòd iudex quandoque reuocat grauato, seu appellante præsente, quandoque absente. Si præsente, aut iudex certus est quod grauauit, aut credit se non grauasse: aut credit, nescit tamen se grauasse, aut dubitat. Si ergo præsens fit appellans, & iudex certus est se grauasse, reuocatio fiet.

FORMA reuocandi interlocutoriam: Quoniam in tali exceptione contra talem pronunciaueram, interloquendo ipsam exceptionem non esse admittendam: uel quoniam contra talem ita processeram: habito postmodum consilio peritorum inueni me ipsum grauasse in hoc, uel me indebitè processisse: & idcirco usus consilio saniori interlocutoriam ipsam, uel processum expresiè reuoco: & tibi præcipio quòd sine licentia à iudicio non discedas: imò in causam secundum formam n ioris procedas: ut in præ. concord. Quidam tamen erubescentes suam interlocutoriam reuocare, sic dicunt.

FORMA. Ego talis si te talem in aliquo grauaui, illud reuoco. Sed certè non debent erubesce
40 re: ut in præ. c. qualiter. † Nam & papa suam sententiam iniustè latam corrigit. 35. q. 9. ueniam. & c. sententiam. extra, de in integ. restitu. tum ex literis. & ecclesia: ut extra, de frigi. fraternitatis. & Imperator dicit: Non pudet nos nostras leges corrigere. in auth. col. 4. de nupt. circa prin. per unam columnam. Vnde dicit Seneca: Non est turpe in melius mutare consilium. & Augustinus: Magnæ sapientiæ est, mutare hominem quod malè locutus est. ut in præ. c. magnæ. Et idcirco alij, ut domi
t nus meus t talem reuocationem tanquam dubiã & conditionalem non admittunt bene. Cùm enim iudex grauauerit re & uerbo, ipse solam reuocat
u uerbo, non re. u Ber. tamen dicit eam admittendã quia licet prædicto modo fiat, sufficit tamen, ex quo dicit reuoco. argum. pro eo extra. de elect. illa ibi: si quis in ea, &c. Papa not. quòd quandoque tacitè reuocatur grauamen, puta si appello à iudice, ne procedat contra me, quia sum exemptus ab eius iurisdictione. & ille mihi assignat terminum ad hoc probandum: tacitè uidetur reuocare grauamen mihi illatum, supple in præcipiendo me procedere in principali. nam ipse potest cognoscere utrum sua sit iurisdictio: ut. ff. de iudic. si quis. extra, de rescriptio. dilectus filius Ioannes. Ceterùm si iudex credit se bene processisse, non debet dicere, reuoco: sed dicet sic.

FORMA. Frater si te grauaui in aliquo, paratus.

ratus sum reuocare interlocutoriam de consilio sapientum: & præfigo tibi talem terminum ad comparendum intra quem possis plenè deliberare. Hæc forma expressè probatur, & not. ex. de re
x iudic. ad apostolicæ. uersicu. eratque parata. [x] Et si in præfixo termino non uenerit, confidens de appellatione, iudex procedat in negotio sibi commisso, quantum de iure fuerit procedendum. Sic enim non intelligitur grauasse, ex quo non stat per eum quo minus reuocet, sed per appellantem: ut in præ. cap. ad apostolicæ. Quidam tamen dixerunt quòd ubi credit iustè processisse, debet petere, & habere copiam appellationis, & ut tollat appellationem, debet respondere, ut infrà in forma. Ego non re. &c. & sic debet eum tenere sub termino & protestari se uelle apostolos dare. Vnde si postea impetrauerit, non ualebit sua appellatio, cùm non possit de grauamine docere: sed prius dictum præualet. Si uerò credit se grauasse, tamen pro certo dicat sic.

FORMA. Ego protestor quòd si te grauaui in aliquo, paratus sum reuocare. Sed certè hoc non sufficit, nisi reuocet. & quandiu non reuocat grauamen, appellatio in suis uiribus stat. argumen. extra, de eo, qui mit. in possess. causa rei ser.
41 cap. 1. † Si uerò dubitat grauauerit, uel non: tunc quia non semper de facili uidere potest grauamen inopinatè fortè illatum, in dubio reuocet in hac forma.

FORMA. Ego non te credo in aliquo grauasse: sed si grauaui paratus sum illud reuocare, & quantum in me est illud ex nunc reuoco: sed quia te non credo grauasse, præfigo tibi talem diem peremptoriè, ut tunc compareas coram me ostensurus in quo te grauauerim. Et præcipiat notario de hoc facere publicum instrumentum, argumen. in
y his, quæ not. s. uersicu. item cautus. [y] Vide ergo quomodo sub conditione reuocat in dubio. Hæc autem forma obtinet, ubi probabiliter dubitatur utrum id propter quod appellatur, uerum sit, uel uerum esse negatur. Si enim certum & indubitatum sit, superuacuo præfigitur terminus ad ostendendum grauamen. quod tunc satis ostenditur per narrationem in appellationis forma contentam: adeò quòd iudex per appellationem uel admittere, uel refutare potest. Vnde terminus talis appellantem non arctat, qui remedio interpositæ appellationis à iudicis iurisdictione reputat se exemptum, sed & si uerisimiliter ambigitur, utrum causa grauaminis in appellatione expressa legitima sit uel non: huiusmodi termini præfictio locum non habet, cùm iudex à quo appellatur, non debeat esse iuris ignarus: potest tamen tunc respondere quòd uult deliberare, & statuere terminum appellanti ad audiendam suam super hoc responsionem: ut s. in forma illa: frater, si te, &c. & appellans in termino ueniens, & de iure coram iudice disputans, non intelligitur
42 propter hoc appellationi renunciare. † Quòd
z si [z] appellans absens sit, iudex per hoc poterit facere suas literas in hac forma.

FORMA. Talis iudex tali salutem in domino Iesu Christo: cùm tu in causa quæ uertitur inter te, & B. super hoc coram nobis ex hoc appellans à nostra discesseris præsentia: tibi tenore præsentium innotescat, quòd non credimus in aliquo te grauasse: ueruntamen si in aliquo te grauauimus, quod nos latet, illud si apparere poterit, ex nunc, ut ex tunc, reuocamus omnino: quo circa discretioni tuæ mandamus quatenus die tali per te, aut per procuratorem idoneum, compareas coram nobis de dicto grauamine ostensurus: alioquin in causa ipsa, prout de iure fuerit processurus. quē terminum tibi peremptorium assignamus. quod nisi feceris, in causa ipsa ratione præuia procedemus, tua absentia non obstante. & tam de reuocatione, quàm de literarum præsentatione fiat publicum instrumentum, per quod fides possit de his fieri illo inficiante, ut iudex facta sibi fide de præsentatione per illud post terminum ipsum in
43 causa procedat. † Illud tamen scias quòd si is qui appellauit, compareat coram iudice à quo appellauit, postulans terminum sibi dari ad procedendum in principali: uel dicens quòd paratus est ius suum prosequi coram illo: uidetur appellationi renunciasse. argumen. extra de re iudi. quod ad consultationem. ff. de pact. tale pactum. §. 1. s. de re iudi. ad solutionem. extra. de appel. solicitu
a dinem. in fin. [a] ff. de mino. Aemilius. ff. de lega. commiss. l. autepen. §. fin. l. penul. Nam altero contrariorum electo, alteri renunciatum esse uidetur. 32. quæst. 1. cùm renunciatur. C. de furtis. l. 1. C. si
44 seruus exte. se emi man. l. 1. † Sed nunquid iudex interlocutoriam pro me contra te latam, à qua non appellasti, potest post decem dies reuocare? Non uidetur: quia iam transiuit in rem iudicatam. extra de elec. cùm dilecti. in fin. Dic contra, quia licet transiuerit in rem iudicatam quo ad te, ut non possit post decendium appellare: non tamen quo ad iudicem quin possit eam reuocare. ff de re iudi. quod iussit. extra de præsum. afferte. & in præ. cap. cùm cessante. Nam & tu posses post decem dies appellationi renunciare. 2. quæstion. 6. si quis libellos. extra de app. personas. Si autem appellasti, dicunt quidam quòd etiam adhuc illam poterit reuocare: ut s. uersicu. sed si iudex. quod uerum esse intellige re integra existente: puta quia appellans non fecit sumptus in prosequendo app. de condi. causa da. causa non secuta. si pecuniam. in prin. Sed & si uellet iudex sumptus reficere, dicit B. quòd adhuc potest reuocare: quia iam non interest ipsius. ex. de appel. interposita. §. 2. Dominus meus dicit quòd semper potest reuocare, donec desierit esse iudex. Desinit au-
b tem esse, dando apostolos, [b] seu dare respondere
c recusando, extra, de appel. cordi. [c] uel si superior appellatione recepta sibi inhibeat, ne ulterius
d intromittat. eod. titu. Romana. §. si uerò. [d] Vnde si interim fecerit sumptus, sibi imputet: imò etiam dicunt quidam quòd licet appellans dicat se fuisse ad curiam ad prosequendum appellationem, uel etiam iam se habere literas, quæ tamen nondum sunt præsentatæ: iudex poterit nihilominus reuocare, antequam appellationis causa sit commissa: ut in præd. c. interposita. §. ille. & eo. tit. ut debitus. Nam sicut appellanti licet redire ad iudicem, à quo appellauit priusquam causa alteri sit cōmissa: ut in præ. §. ille. sic debet

& iudici

e & iudici licere. Inno. quatenus dicit e quòd iudex ante decendium, uel etiam post, ubi est appellatum, potest interlocutoriam suam reuocare: quia appellatio suspendit pronunciationem. ff. ad Turpil. l. 1. §. fi. Si uerò non est appellatum, non potest reuocare post decendium, sine eius licentia, pro
45 quo lata est. † Sed pone quòd appellatum est ab interlocutoria, & datus est iudex in causa appellationis, qui citauit partes, & ad alia processit: nunquid primus iudex adhuc poterit reuocare grauamen? Respondeo, obtinuit quod non: quia iam non est res integra: ut in præ. §. si uerò. & ex. de appel. interposita. §. ille. de officio deleg. pastoralis. §. præterea. ff. de iudi. cùm prætor. respon. 1. quamuis iudex appellationi nondum aliquam fe-
46 cerit inhibitionem. † Sed quis debet proponere exceptiones peremptorias rei cohærentes, uel etiam dilatorias? Respon. ipse conuentus, & eius hæredes, & fideiussores, & mandatores. ff. de exceptio. exceptiones. §. rei autem. & l. omnes. & l. quæ personæ. C. eodem. defensores. ff. de iure fisci in fraudem. §. si principali. C. de fideiusso. l. 1. & l. sententiam. ff. eodem ubicunque. ff. de regu. iur. hæredem. Hoc tamen fallit in pacto de non peten-
47 do, † quod personale est: nec eius exceptio competit hæredi, nec fideiussori. ff. de pactis. idem in duobus. §. personale. Item possunt exceptiones opponi contra paciscentes, & contra eos, qui in iudicio fuerunt, & eorum hæredes, & emptores, & legatarios utentes suorum autorum iure. ff. de doli ex. apud Celsum. §. de autoris. & §. cum legitima. & arg. ff. de acqui. pos. Pomponius. §. cum
48 quis adminiculo. † In summa notandum est, quòd nemo prohibetur uti pluribus exceptionibus, etiam diuersis. ff. de exceptio. nemo. de inoffic. testam. contra ueterani. §. sed nec impuberi. argumen. contra. extra, de renuncia. super hoc. extra, de regula. & transe. ad relig. sicut. & extra,
f de appellatio. solicitudinem. prope fi. f † Item
49 nota quòd ferè omnes exceptiones peremptoriæ, sunt perpetuæ, licet descendat à temporalibus actionibus. quas excludunt: quia quæ temporalia sunt ad agendum, perpetua sunt ad excipiendum: ut C. de excep. licet. in prin. ff. eodem l. 3. in princip. & l. purè. §. fin. supra §. 1. in princip. ferè. dixi propter exceptionem doli, quæ aliquando perpetuò obijcitur: ut C. eodem, si pactum. Aliquando etiam non perpetuò: ut quando à maleficio trahit originem: ut ff. de pecu. quæsitum. §. fin. Item dicuntur perpetuæ quia semper opponi possunt, quandocunque agitur etiam si
g actor stet per mille annos quòd non agat: g quia non est in potestate rei quando actor eum conueniat. Sed si nunquam agatur nunquam excipie-
i tur: ut in præ. l. purè. § fin. C. eodem. l. si pactum, C. de dila. si quando. in fin. quod est 3. quæst. 4. §.
50 spacium. C. de in integ. restitu. petendæ. † item
h nota. secundum Vber. de Bobio h & Ioan. de Deo, quòd aduocatus, qui timet de principali, debet differre causam, si habet diuitem clientulum, hoc modo: proponat enim aliquam exceptionem, & super ea faciat pronunciari, & postea appellet. C. de appella. addictos. & admittetur appellatio, causa legitima in ea assignata. extra. de appella. ut de-

bitus & hanc appellationem prosequatur, & super ea statim iudicem impetret, uel nuncium mittat: & postmodù non petit iudex reuocare interlocutoriam, cùm res non sit integra: ut suprà, uer.
i sed nunquid. & seq. Item secundum Vber. i adhuc amplius poterit prorogari causa: quia si in causa præfatæ appellationis aliqua quæstio incidat, & iudex appellationis grauet: iterum ab eo appelletur: sicut sæpe in curia fieri uidemus per malitiosos procuratores. Item secundum eum adhuc longè sic plus poterit prorogari. Is enim, qui appellat à sententia, dicat eam nullam coram iudice appellationis. quod fieri potest: ut infra, de senten. §. iuxta. uer. sed quid si à sententia. & seq. & si iudex pronunciauerit iustam, uel aliquam, uel iniustam statim iterù appellet, & iterum coram iudice appellationis dicat eam nullam: & sic poterit cètera facere. Nec enim dicitur tertiò prouocasse, cùm nullam appellationem fuerit prosecutus, & semper possit dicere sententiam nullam: ut. ff. quæ senten. sine appella. re. l. 1. & infrà, de sententia. §. fin. in princip. & uersic. & nota quod secundum.
k k Item decet idem Ioan. l quòd litigator semper
l insidietur iudici, & inuēta occasione appellet: nec timeat expensas, si diues est: quia grata superueniet, quæ non sperabitur hora. Sed certè pudet me talem recitare doctrinam, quæ non illuminat cæcum, nec sanat ægrotum: ut 45. distin. recedite. In hoc enim doctores fiunt non erudiendorum, sed perdendorum auditorum, dum quod malè didicerunt, insinuant. de consec. distin. 2. pro dilectio-
51 ne. † Doctrina etenim mala testis est malitiæ doctoris: ut 1. quæst. 7. conuenientibus. Sed & cùm omnis ætas prona sit ad malum: ut 12. quæst. 1. omnis ætas. & procliuis sit cursus ad uoluptatē & natura imitatrix uitiorum: ut 20. quæstio. 3. cap. 2. profectò auditores libentius hanc doctrinam,
52 quàm Euangelium amplectuntur. † non attendentes quòd culpa simul est tam prohibita discere, quàm docere: ut C. de malefi. & mathe. l. culpa.
m de quibus Paulus. m Sanam doctrinam non ferunt, & ad sua desideria coaceruant sibi magistros prurientes auribus: & à ueritate auditū auertunt,
n ad fabulas autem conuertuntur: n onerati peccatis ducuntur uarijs desiderijs. semper discentes nunquam ad scientiæ ueritatem peruenientes. Hæc leguntur 26. q. 5. nec mirum. in fine primæ columnæ. Nam cùm aduocati proni sint ad malitiandum: utique non sunt in hoc uento doctrinæ instruendi. 12. distinct. de his. in princi. Scriptum est enim, nolite errare fratres mei: doctrinis uarijs nolite abduci. 11. distinct. nolite. quia non quod obsit, sed quod prosit docendum est. arg. 38.
53 distinct. quamuis, in fi. † Quinimo quoties docent quod auditoribus nō conuenit, toties malus sermo de ipsorum ore procedit, ad destructionem auditorum. 22. quæstio. ultima. quoties. & dum doctrinæ delectantur gloria, fiunt auditoribus autores ruinæ. ut 49. distin. §. 1. nam incauta locutio protrahit in errorem: ut 43. distinct. sit rector in princip. Hanc igitur doctrinam, tanquam reprobam & insanam, taliter impugnamus: ut extra, de
54 summa trin. ca. 2. ad finem. † Nam frustratoriè appellans in expensis legitimis condemnatur: ut extra,

tra, de appella.ut debitus. Item aduocatus malitiosè litem protrahens, in duabus libris auri mulctabitur.C.de iudicijs.properandum. §. illo. & l. rem non nouam. §. patroni. & de postulan. quisquis.§.præterea.& 3.quæst.7.§.tria. uersi. si quis a Deo. tenetur etiam quo ad Deum ad restitutionem damni,per suam iniquam protractionem.da ti.de quo dic ut s. de aduoc. §. fin. prope finem.
55 uersic.item sit cautus ne litem.& sequenti. † Sed (pro dolor) hodie adeo productus est furor, ut nullius habeatur momenti, qui iniqua agere metuit:quinimo lætantur mali, & in pessimis rebus exultant:ut 23. quæst. 4. ipsa pietas.extra, de exces. prælato. quàm sit graue. & gloriantur in causarum protractione:& cùm iniqua egerunt,benedicuntur: ut 82.distin.cap.1. Rustici enim garrulitatem autoritatem putant.46. distinctio.§.1. Peccant ergo in suo officio clientulos taliter decipiendo:ut & falsi tutores pupillos.1.quæst.1.§. pen.& fin.ideoq; malè moriuntur in peccatis : ut 1.quæst.7.conuenientibus.in fine primæ col.& ad illud perferuntur tribunal, ubi nullum habebunt de allegationum nitore subsidium,& ubi ipsorum factorum eo utentur teste, quo iudice: ut 9.quæstio.3. aliorum. ubi etiam pro meritis mercedem accipient condecentem:ut C.de iudi. rem non nouam.in fine primæ colum.& extra, de pœn.& remis. cùm ex eo. extra, de summa trini. cap. 1. §. hæc sancta.10.quæst.1. placuit.in fin.20. quæst.3. præsens. in fin. & iunge quod not. s. de aduoc. §.
56 fin.uersic.item caueat ne falsam. † Postremò no. quòd plures sunt exceptiones, quàm actiones: quia non est reperiri actionem, uel interdictum, quod aliquam,uel aliquas non recipiat exceptiones,ut 3.distinct.regula. Item sub tali consideratione omnis actio est exceptio, secundum Vber.
o de Bobio. ° nam actore possidente actio potest obijci in modum exceptionis : ut ff.de superfici.l. 1.§.quod ait. ff. de inoffi. testam. Pomponius.§. si filius.ff.ex quib.cau.maio. necnon.§. exemplo.
57 † Item no.quòd si omnia remedia tibi desint, ita ut necessario habeas litem contestari : finge secundum prædictos aliquos de nouo emersisse, ex quo dentur tibi dilatoriæ : quia secundum ipsum Vber.de Bobio, opponi possunt etiam post litem contesta.si de nouo emergant.extra, de excep.pastoralis. uel fac. nouam causam emergere, puta facias te uasallum iudicis, uel affinem. extra, de offic. deleg. insinuante. & c.causam. Nos tamen hanc doctrinam ut insanam, & animabus perniciosam,meritò detestamur, ut prædiximus, & ita malitiæ obuiari docemus: ut s. §. 2. iuxta princi. uersic.cæterum. Item cùm actio, uel causa mutatur,potest reus redire ad dilatorias propositas: ut j.de li.concep.§. nunc ostendamus. uersic. sed & si. Nec prætermitendum est p quòd probato crimine in modum exceptionis proposito, non est quis condemnandus.ff.de his qui no.infa.Lucius. extra, de except. capit.1. de ordi. cog. cùm dilectus. ubi de hoc, nisi in casu : ut ff.de adulte.l.1.§. si publico.

ADDITIO.

a *Sciendum est.Verba sunt Vber.de Bob.char.mihi 12.uersicu.sed in genere dico tibi.*

b *Pileus. Vbi supra ultra medium. uersic. item potest reus sic. & concord. Vin. infra uersi. sed quid si debitor.*

c *Si quidem. Exprimit Pileus quomodo tex. illius legis hoc probat ibi. nam si de intentione dubitas,&c.*

d *Et seq.Vide supra §.proxi.uersi.sed nunquid. & remissionem, quæ ibi est in fi.& infra uer.& no.*

e *Dicitur.Dixit Pileus : quidam dicunt speciale est quod ibi dicitur.quod non credo.subdit quòd fortè aliquid est ibi speciale quo ad pœnam inficiantis quasi nolit quòd quo ad potestatem asserendi contrarium primo dicto, sit ibi aliquid speciale. Tu dic ut not.de re.iu. nullus pluribus. lib. 6. & ff.eo.titulo.nemo ex his. & uide infra uer. quid si debitor.& quod statim subdam.*

f *Rei.Secundum Vbertũ de Bo.cuius est totum quod sequitur usque ibi : nisi fortè diceret. & hac in titul.de peremptorijs exceptionibus uersicu. animaduertat.*

g *Intentionem. Hoc est falsam ut patet de regul. iur.exceptionem.lib. 6. Cuius regulæ triplex ratio est:ut ibi no.Item certum est, quòd peremptoria non fit lit.contest.cap.2.libr.6. quod intellige, si proponens stet in mentis exceptionis: ut ibi not. in gloss.antepenul.Vnum nota quia æquitas, quæ mouit hic tenentes,non succumbet:quia si non operatur exceptionis propositio : consequetur agens per responsionem ad positiones suas, quas ad faciliorem expeditionem litium per confessionem partium, usus longæuus in causis adinuenit : ut in clem.de uerb sig.sæpe.uersicul.& quia.*

ADDE *quod Abb. in ca.uenerabilis. reprobãs opin.Bar.in l.non utique.tenet opin.glo. in regula,exceptionem.de regu. iur.& in d.c. cùm uenerabilis, scilicet, quòd solùm excipiendo non sibi præiudicat proponens exceptionem. Et hanc opi. tenet Innocen.ibi.& Bal.in l.decem de uerb.obli. Lud.tamen Rom.consi. 70.tenet quòd obijciens exceptionem compensationis uidetur fateri debitum,ut tenet Dyn.in cap.nullus pluribus.*

ADDITIO. *Adde Bald.in l.cùm Papinianus. C.de senten.& inter.om.iu.in pen.colum. uersic. item dicit. ubi an opponens exceptionem compensationis uideatur fateri debitum. & quid si reconueniat. & eundem Bald.consi.33.incip.uerba instrumenti.col.fin.uer.quæstio.in primo no.ubi an com-*

compensatio sit propriè probatio. Hen. Ferr.

b L.1.& 3 quæ incipit si ex cautione. & ibi de hoc per gl.& Cy. & uide quod scripsi de solu. c.si. in ma.glo.uer.nec mireris.

i Vber. de Bona. ubi supra dixi contra consilia, quæ docent mentiri.uide quòd dixi de testi. ex tenore super 3.glo.& no.de confes.c.1.lib. 6.in 1. gloss.uersi.scire debes.

k Vsucapionem. Non uideo quòd exceptio praescriptionis,uel usucapionis includat aliquod ius agenti, ut statim sequitur. & sic in his non est necessarium hoc consilium, nisi diceret reus praescripsi contra te.& sic loquitur quod not.in regula, excep. superius alleg.

l Lit. contest. Vide quod dixi supra uersic. proxi. in prin.

m Vber de Bona.ubi supra.uersi.ubi autem.

n Teneri. In hac forma non est expediens consilium Vberti,de quo sequitur, quòd procederet quando negasset mutuum,uel contractum. Constat autem eum,cui peremptoria competit,non teneri.de reg. iur l.non est in mora lib.6.

o Vber. de Bona.ubi supra.in fi.

p A barbaris.Finis Vbe.secundi.

q Opponere. Quomodo in priuato hoc locum habet, non in prælato nomine ecclesiæ contrahente scripsi post Hostien.de fide instrment.si cautio super glos. penulti.ubi etiam inueniet quod hic de doto sequitur.

ADDE quòd Abb. aliter loquitur quàm Ho. in dict.c.si cautio. de quo plenè uide per nouiss.in l.si ciuitas ff.si cer.pe.

r Scripsit.An uerò post biennium audiatur, maximè qui redire iurauit, prolixè scripsi post Host.de solu.c.ulti.in ulti.glo.& uide Cyn.C. de non nume.pecu.l.3.in 3.& 4.q.

s Si minor.Idem inuenies infrà de confess. §. nunc uidendum. uersiculo quid autem dixi. & quæ sit ratio horum duorum casuum,ibi uidetur uersi seq.

t Secundum Vber.hic habeo super l.1.C. de proba.

u Conueniatur. Aliàs communicatur.

ADDE, quod Barto.in authentic.contra qui propriam. dicit quòd ratione mendacij non audietur ad euitandam pœnam negationis, sed ad probandam solutionem,bene audietur. & hoc ibi sequitur Paul.de Castr.

x Huius §.Vbi ponitur dictum Pilei.

y Considera. Secundum Vbert. de Bo.sub uersicu. quem in princip.huius §.allegauit.

z Opponitur.Caueat ibi in foro seculari ubi seruaretur opinio Ioan. & Azo.ut dixi supra . . 2.in prin.

a Dicetur.In uersicul. & not.ibi.his ergo. & idem Tancre.ubi suprà, post principium. licet in apparatu tenuerit exceptionem de suspecto praecedere: ut no.in decre. de re iudic. inter monasterium. in gle.quicunque.& uide quod super ea plenè scripsi.

b Vber.de Bobio,char.pen.§. cùm autem. uersi. sed nunquid actor.& Ioan.de Deo lib.4.rub.de exceptione libelli.

c Frequens.Lib.6.

ADDE quòd hic sequitur Abb.in d.§.6.Ioan. de Li.Bald.in c.1.de lit.contesta.

d Forma.Aggreditur formam & uerba Aegid. respon.32.

e De excep.pia.Lib.6.

f Si quem.De hac decretali, & de hac materia uide quod dixi in decr.pia. super glo.hoc ideo.

g Constitutionis.Dicens se hoc habuisse à fra tre Iacobo episcopo Bono. qui fuit cancellarius Innoc. quarti.

h Procedendo.ut infrà uersi proxi.

i Excipiens. secundum Bonagu.ubi de libello recusationis in fine.ibi etiam est sequens uersicu. & monet quòd utroque casu habeatur scriptura, per quam fiat ostensio,de qua sequitur.

k Vt dixi supra uer.proxi.& supra.§. nunc uidendum.uersic.& not a secundum. & infra de app.§. qualiter.uer.item quod faciat.

l In princ.Hucusque fuit Vbert.de Bobio,mihi charta 11.ubi de persona coniuncta tractat in fin. & Ioan.de Deo de exce.contra agentes pro alijs. uer item quaeritur.

m Fuerit. Non uideo hic magnam cautelam: quia etiam si simpliciter admittat, admisisse intelligitur ad probandum, ut sequitur: & quod dicitur in decre.olim.est regulare.Quando enim appellatur ante sententiam sic scribitur per iudicem appellationis:nec sunt illa uerba iudicis à quo, sed papa delegantis.

n Et bene. Imò malè. Hoc dico etiam tempore decre.pia. quæ non correxit in aliquo decr. ipso iure.de rescrip.lib.6.ut ibi plenè not. in gloss. nunquid ergo.

o Diffinitiuis. Hoc non placet, ut scripsi satis se que.pos.c.1.in glo. pe.ubi uide. & hoc per pra l. Paulus.& per pra.decr.de app. cùm appellationi, primo respon.in fi.lib.6.

p Pronuncia.Dat intelligere quòd non sufficeret iudicem dicere, pronuncio per omnia ut in consilio continetur.Albe. Pap.de hoc tractauit in Summa de habendis consilijs de qua dixi infra, de requis. consi. & ad hanc partem allegat.C.de senten. & inter.l.praeses.ff. de arbi. quid tamen de re iud.l.

1.X

1.& l.in summa. per quem patet, sententiam non tenere, quæ non continet absolutionem, uel condemnationem, uel æquipollens. Facit etiam ff. iudi.sol.l.iudicatum 2. In contrarium, quia absolutio, uel condemnatio dicta in consilio per illa uerba à iudice repetita uidetur. Facit ff.de uerbo.ob. Tutia.de condi.insti. cùm seruus de serui.urb præ. si binarum. & de lega. 1.l.talis scriptura. & amplectenda est hæc repetitionis interpretatio, quia facit rem ualere. ff.de reb. du.quoties. & de leg. 3.in repetendis.extra, de uerbo.sig. abbate. Item per illa uerba saltem iudex dicitur consilium approbasse, & confirmasse. Insti. manda. §. tua.ar. ff.man.l.2.in fi.de admi.tu. quidam decedens.§. Papinianus.& l.Titium & Maurum.1.respon.in fi. Confirmans autem censetur repetiuisse confirmata. ff.de adop.l. adoptio.de uer.sig l. obuenire. in auth. de defen. ciui. §. interim. propter uerba consilij ergo condemnatoria uel absolutoria iuris fictione absoluisse uel condemnasse uidetur. Facit quod nota. C.de app.l.cet.in gl.no.forma in prin. quid plura? Satis est quòd aliqua parte actorum sententia sit certa C.de sen. quæ sine certa quantitate.l.3. Consilium autem est de actis. extra, de proba.quoniam. C.ut lite pen.l.2.de appel. à pro consulibus ergo, &c. Subdebat quòd magis tuta & certa uia erat, quòd ipse iudex post lectum consilium absoluet, uel condemnet. Idem Ia.de Are. ego puto inter diffinitiuas, & interlocutorias distinguendum. Cùm enim interlocutoriam non sit necesse deferri scripto, sed scribitur iam prolata, ut no.de re iud.c.ult.lib.6.in princi.prima glo. si notarius scribat quòd iudex secundum formam consilij pronunciauit: puto satis esse. & sic serua. Et sic procedunt allegata secunde. Sed quia diffinitiua est ferenda, & pronuncianda de scripto per ipsum iudicem: ut in præ.decre.ul.cum concor. Si dicat ut supra, scilicet pronuncio per omnia ut in consilio continetur. consilium dicebat pronunciãdum, &c. uel reum condemnandum, uel absoluendum. ergo sententia iudicis erit sic pronunciandũ, condemnandum, uel absoluendum. et sic de futuro. & sic uitiatur per prima iura. Bonum tamen est consilium Gul. quòd etiam in interlocutorijs fiat repetitio. Fatendum tamen est quòd communiter magis simul conueniunt uerba consiliariorum, & iudicum in interlocutorijs, quàm diffinitiuis. Dicit consulens libellum aptè, uel ineptè formatum exceptionem admittendam, uel non probatam, uel non testem admittendum, uel repellendum: & ijsdem uerbis utitur iudex. Adde quòd sententia iudicis pronunciantis in omnibus, & per omnia ut in tali consilio continetur, non ualeat: tenet Ang.consi.249.

q Autem. Secundum Aegi.rubr.22. Uber. ponit fraudem quæ sequitur.

ADDE quod regulariter uerum est, ut fiat reuocatio interlocutoriæ, citatis partibus, Host.in Sum. extra, de re iu.§.quot sunt eius species.

r Absente. Vel non requisita. Et uide quæ scripsi de appel.si à iudice.li.6.super uersicu. termino. quod tollit hanc fraudem. De interpretatione uerò, an fieri possit parte absente, plenè scripsi de uerbo.signi.olim.in gl.magna. Adde, ut plenè per do. Ant. de sancto Georg.in c. cum cessante. in 18.col.extra, de appe.

s Dispensatori. Simile in Clemen.de elec. causam.in fi.cum concord. ultima glossa.

t Dominus meus. Honestiorem formam, quàm habeat ipse Hostien. scripsi in decre. cum cessante. super.1.gl.ad finem.

u Non re. Ratio Uberti de Bobio, ubi tractat de coniuncta persona, in fine.

x Parata.lib.6.

y Cautus. Quicquid suprà, uel infrà dicatur, tene quod habes de appel.si à iudice.lib.6.

z Quod si. Verba Aegid.rub.71.

a In fin. Miror quòd fuit omissa decre. gratum. de offi.dele.ubi est casus.& de testi. cum uenisset.

b Apostolos. Sup.delatorios. de app. cum appellationibus.lib.6.

ADDE ut plenè per.d.Anto. de sancto Georgio in c.cùm cessante. & de omnibus his quæ sequuntur usque ad uer.in summa.

c Cordi.& c.ut super. & c.ab eo.lib.6.

d Si uerò.lib 6.

e Dicit.in c.cùm cessante. ibi remisi ad id quod ipse no.in decre.ff.quod me. causa. & ibi scripsi quod no.in decre.sacro. de sen. excommuni. & uide ibi materiam plenius quàm hic super gl.

f Prope fi. Solue ut no.in regula, nullus pluribus.de regu.iur.lib.6.

g Agat. Idem dixerat supra.§.1.post prin.

h Bobio. Char. mihi 11. ubi tractat de coniuncta persona, in fin.& Ioan.lib.3.rubr. de exceptionibus. contra agentes pro alijs. uersicu.si uolueris. & in fin.

i Secundum Uber. Non inueni Ubert. præ.in uolu. descripsisse hanc fraudem, uel forsan alibi scripsit: uel alter scribens hæc illi attribuit. dicit Hiero.ad Furiam B.quòd aliqui quod ab eis egreditur, ab alijs audiuisse se simulant. Vide Diogenem, qui in libro de uita & moribus philosophorum est quinquagesimus, ante medium: ubi dicenti sibi quòd

eius

eidē amicus de ipso certa mala protulerat: respondit: An ille hoc dixerit mihi dubium, te autem hac dixisse, mihi certum est. Negari non potest quin Vber. quandoque pessima loqueretur. Nam vbi tractatur materia curatorum, mihi charta 10. reprehendit aduocatum, qui veniente tutore, uel curatore ad causam permittit litem contestari intra decem annos: econuersò sæpe se conscientiosum ostendit, & subdit peccata uitari. Vt à fine incipiam patet in vltima char. ibi: præstito sacramento in princi. & uersicu. de tuis. & uersicul. adhibetur. & charta pen. §. cùm autem in princi. & ante §. sed si sub arbitro. sua debet memorari nouissima. & spiritum rationi præferri. & ibi prius per unam colum. in uersicul. licet quasdam. & locis alijs suasiones facit salutiferas.

k *Quod secundum. His per Clementinas aliqualiter est prouisum in decreta. 1. de seque. pos. in fi. & in decre. prima, de senten. & re iud.*

l *Idem Ioan. Vbi suprà proxi.*

m *Paulus. 2. ad Timoth. 4. c.*

n *Conuertuntur. Ab hinc est eadem canonica cap. 3. ante medium.*

o *Vber. de Bobio. Respondeo de peremptorijs post princ.*

p *Prætermittendum est. secundum Albe. Gal. eo. tit. circa medium.*

De diuersis exceptionibus reo competentibus, vide suprà in titulo de reo.

SVMMARIVM.

1 *Replicatio in iudicio quid sit, & à quo debeat fieri.*

Replicationes sunt post fundatam rei intentionem probandæ.

2 *Replicatio de dolo, an sit contra exceptionem doli danda.*

3 *Contra replicationem actoris, an possit à reo duplicari de excommunicatione.*

Replicatio an tollatur per excommunicationē.

4 *Replicatio contra excep. opposita, debet esse pertinens, & ad substantiam exceptionis faciens.*

5 *Natura defensionis nulli ad iudicium tracto debet auferri.*

1 NVNC dicendum restat de replicationibus.[a] Et est replicatio, exceptio competens actori contra exceptionem rei: & istam semper opponit actor: & contra replicationem datur duplicatio reo: & iterum actori contra duplicationem rei datur triplicatio: ut ff. de excep. l. 2. & C. e. non exceptionibus & Insti. de replicatio. puta, peto à te[b] centum quæ tibi mutuaui: tu excipis, te dicens habere pactum de non petendo, uel te absolutum ab obligatione per acceptilationem. quo probato, absolueris: ut suprà in princi. huius titu. Sed ego possum replicare, quòd tale pactum per metum, siue dolum, uel contra leges fuit extortum, uel abrenunciatum rei per aliud pactum ultimum. quo ostenso, obtinebo. C. eo. aduersus fratrem. C. de pact. licet & l. pacta nouissima. extra, de pac. c. fi. & Insti. de repli. in princ. Verùm contra meam replicationem tu potes duplicare de alio pacto tertio, uel quòd dolus me sciente, uel uolente interuenit. C. de transact. cum donationis. ff. de reg. iur. nemo uidetur. uel quòd post metum accessit consensus. extra qui cleri. uel uo. c. fi. de spon. ad id, quod. & tamen etiam iterum poteris triplicare contra meam duplicationem de alio pacto ultimo: ut hæc habentur Insti. de repli. & in præalle. l. pacta. Quandoque tamen replicatio ponitur pro responsione: ut 9. quæstione 3. aliorum. † Replicationes autem post fundatam intentionem rei, sunt probandæ: argumen. prædict. l. aduersus. C. de proba. l. 1. & l. exceptionem. Qualis replicatio admittitur contra exceptiones peremptorias lit. contest. impedientes, dixi suprà, §. dicto. uersic. hoc quoque notandum.

2 † Sed nunquid contra exceptionem doli dabitur replicatio de dolo? Videtur quòd sic, argumen. ex. de excep. cum ecclesiasticæ. ex. de diuor. significasti. 32. quæst. 6. nihil. arg. contra ff. de doli excep. apud Celsum. §. Marcellus. ex. de exce. dilecti. ex. de iureiur. queadmodum. Dic quòd replicatio de dolo datur contra aliam exceptionem ordinariam. ff. de pig. act. l. 3. ff. qui. mo. pig. uel hypo. sol. sicut re. §. superuacuum. ff. de nego. gesto. & generaliter. sed non datur contra exce. doli. Item hæc regula, contra exceptionem doli non datur replicatio de dolo, intelligitur in eodem facto, & quando actor intendit lucrari, & cum ipse & reus sunt in dolo. uerbi gratia, induxi te dolo, ut mihi promitteres aliquid: & tu dolo induxisti me, ut remitterem promissionem. Si ego ago ex promissione, & tu excipis de dolo, quia dolo me induxisti ad promittendum: ego non possum replicare de dolo, quo me induxisti ad liberationem quia uolo lucrari. Et sic intelligitur contra exce. doli non datur replicatio de dolo: ut in præ. §. Marcellus. Hoc prosequere ut no. in præ. decre. dilecti. † Item quæritur an contra replicationem actoris possit duplicari à reo

3 de excommunicatione, uerbi gratia, actor petit 10. reus exponit pactum de non petendo: actor replicat de posteriori pacto contrario, reus autem duplicat contra ultimum pactum: ex parte actoris oppositum de excommunicatione: quæritur an possit? Et uidetur quòd sic: quia replicator actor principalis est, cui communicandum non est: ut extra, eo. exceptionem. Sed dic quòd per excommunicationem non tollitur replicatio: quia fingitur actor defendere actionem suam pro-

propositam, & non elisam per excep. & sic admissam per libellum non reprobatum. unde excommunicatio prius non opposita, non potest admittere replicationem. Item quia excommunicationis obiectio non tangit substantiam replicationis: † Cùm tamen in exceptionibus &
4 replicationibus non procedatur, nisi una tangat substantiam alterius: ut Insti. de replica. §. 1. & secundo, & per totum. Item no. quòd replicatio contra excep. opposita, debet esse pertinens, & substantiam exceptionis faciens: ut si excipis de solutione, uel promissione, replicabo de pacto in contrarium facto.ff.de pactis si unus.§. pactus. Vel si excipio de excommunicatione, tu debes replicare de absolutione uera, uel præsumpta. extra de cleri. excommu. proposuit. extra de senten. excommu. in præsentia. de elec. uenerabilem. Si autem ego excipio de excommunicatione contra te, & tu replicas de alia contra me, non bene excipis: quia replicatio non tollit exceptionem: ut Instit. de excep. & replicatio. nisi uelis opponere renunciationem: & replicas in personam mei excipientis quòd renunciauerim illi exactioni, uel uerè: ut extra de re iudi. inter monasterium, uel tacitè, scilicet, non opponendo eam intra terminum præfixum ad opponendas exceptiones. extra eo. pastoralis. & tunc ego, cuius exceptio per obiectum renunciationis eliditur, potero duplicare, quia impeditus fui uenire ad diem exceptionis assignatam.ff.si quis cauti.l.secunda, §. fi. Et ita contra defensionem nulla replicatio obest, quo ad personam meam, nisi renunciatio, etiam si sint anathema: ut in prædict. decre. dilecti. eo. titu.cap.
5 fin. Et hoc est † propter naturam defensionis nulli tracto ad iudicium auferendæ; aliàs sæpe innocens condemnaretur: & quia ex quo defensio mihi conceditur, & per consequens omnia, sine quibus defendi non possem, conceduntur: ut ff. de iurisdi. om. indi. l. secunda.extra. de offic. deleg. præterea. & capit. ex literis.ff. de procura. ad rem mobilem. l. ad legatum, secundum
c Vin. c Ex præmissis ergo sufficiat opin. Ioan. de Deo, qui dixit, quòd prius cognoscitur de replicatione excommunicationis, quàm de exceptione excommunicationis: ut dixi supra. §.
d nunc uidendum.uersi.sed de qua. d

ADDITIO.

a *Replicationibus. De quibus formaui utilem summam, suprà.eod.à nobis.ubi uide.*

b *A te. Quatuor exempla canonica vide in summa prædicta. Istud autem fuit Bonagui.ubi suprà.*

c *Secundum Vin.eod.titu. dilecti. & alia exempla etiam sunt sub quinto membro.*

d *De qua. Vide quod ibi dixi.*

Bald. De Exceptionibus.

SOLVTIO *Acceptilatio uel renunciatio, non dicuntur propriè exceptiones, sed defensiones.§.1.uersicu. defensiones. & uers. seq.G. ergo in statutis, vbi fit mentio exceptionum, ista non includuntur, quod not. Bald. Exceptiones, quæ opponuntur ante litis contest. non sunt propriè exceptiones.C.de except.l.penul.& fin.eo.§. uer. fin.quod no G. Item exceptio quòd iudicium sit nullum, non est propriè exceptio, in d.§.uersic. item ubicunque. Bal. Officium iudicis, etiam loco deficientis exceptionis imploratum, non dicitur exceptio, sed defensio.l.si ff.de peti. hæred. Si lex aufert exceptionem, iudex non debet supplere. si uerò non aufert, sed à principio non nascitur exceptio: æquitas tamen suadet suppleri per iudicem: tunc iudex supplere debet. Facit quod no ff. e.ti.ualet.de peti.hære l.plane.C. de trãsa. l. ubi pactum.in gl.& ff. de pac.l.si unus.§. pactus.& gl.in opponendo.ubi uideas. Bald. Exceptio ineptitudinis, & omnis exceptio iuris, quæ non indiget probatione, impedit processum: ut no. in c.ut circa.de elect.lib.6.aliàs in Cle. Bald. Ad probandum omnes exceptiones dilatorias, potest unus terminus assignari.§.nunc uidendum.uersic. item etiam.G.& in c indultum.de reg.iur.lib.6. per Dyn. & l.de die. ff. qui satisfd. cog. per Gul. et Iac.l.2.ff.de re iudica.per Bart. Hoc quòd exceptio de nouo peruenerit ad notitiam, probatur per sacramentum. Vber.dixit contra,uers. Vber. tamen & uer. potest etiam.& seq. & in d. §. sed pone, datus. G. Verum est quòd probatur iuramento: si tamen iudex ipsum deferat: in quo deferendo debet esse circunspectus. & uarijs personis & causis constituere. ff. de rei uen.l. in fundo.uide gl. in l.si cui.§.1.ff.de accu. Bald. Exceptiones debet specificè proponi: non generaliter protestari. uer. sed illud G.Vnde aduocati frustra protestãtur exceptiones, quas non opponunt. valet tamen in hoc. quia non intelligitur excipiendo confiteri intentionem aduersarij: ut no.infrà eo.§.uiso.uer. si uerò.& uersi.nisi fortè. Stipulanti pro interesse tertij, potest opponi exceptio de incapacitate illius tertij: ut not.in l.7.ff.de condict.inde. Baldus. An à facto seu processu possit appellari, sicut ab interlocutoria.uersic.& no.secundum Vber.dum tamẽ non appelletur ante factum, sed post factum, vel commnationem.C.de appel.l.si quis prouocatus. & infrà.§.viso.uersi.quidam ueuitij per G.exceptio excommunicationis potest opponi coram iudice*

dice secolari.uersi. & no.C.de iur. & facti igno. l.1.& Insti.de cap.di.§.minor. Si iudex pronunciat exceptionem probatam, & non condemnat tunc in expensis,an poterit condemnari ex interuallo? Sentit quòd non, uersi. sed quid si iudex.G. In contrarium facit extra de appel c.sæpe. per In no.uide infra de expen.§.possunt. Antequam reus recipiat libellum,nullam potest exceptionem proponere.uer.illud quoque notatu dignum.G.Vin.doctor egregius dixit quòd publicatis attestationibus,potest exceptio peremptoria opponi, & probari per testes, si sit talis,quæ non destruit alias exceptiones directè: sed destruit ius petentis:ut exceptio pacti.secus in exceptione falsi, nisi allegetur, & probetur corruptio.§.dicto. uers. sed nunquid attestationibus uer.Vin.G.Indirectè uerò possunt testes reprobari. uide plenè infra de app. §. id in quo.cum 17. §. sequent.licet ibi loquatur in causa appellationis. Si super exceptione peremptoria est pronunciatum pro se, & postea super principali,& appellatur à principali, potest iudex appellationis interlocutoriam illam cassare, quia tota reperitur, & reuoluitur in diffinitiua, secundum Innocen. Secus si interlocutoria fit extra factum principale. C. de procuratoribus. l. ita demum .uersic.item quid si.G.Dic ut in c. ult. de app. lib. 6. Bald. uide quod no. ff. quod metus cau. l. si cum exceptione.§.in hac.Bald.Exceptio non facti inuentarų, est exceptio nullitatis instantia: & potest semper opponi.uersicu. quid si post. G. scilicet à minore.non contra eum, si ratificet, quod iure speciali sibi conceditur: licet sit defectus solennitatis. nam inuentarium est de solennibus.C.in qui.cau.l. si tutor.ubi de hoc. Bal. Idē in exceptione nullitatis, quæ causatur de defectu iurisdictionis, quæ semper potest opponi ex eo, quòd uigore statuti, vel legis in actu tollantur omnes exceptiones: ut est gl. singularis. in Cle. I. de seq.pos.& fruc. quam tene menti. & hoc verum est, nisi sit causa talis naturæ, in qua iudex non reperiatur: ut in causa papæ:quo casu si iure positiuo tollantur omnes exceptiones, ista exceptio non potest opponi: ut si opponatur contra electionem papæ quòd non ualeat,quia facta à cardinalibus suspensis & excommunicatis: vt in c.licet de vitanda.de electi. Quæ exceptiones impediant processum causæ principalis,uel appellationis.versi.ut autem.per tres col.Quæ dicuntur exceptiones rei finitæ? certè illæ quæ finiunt rem in iudicio, uel motam controuersiam iam dirimunt: ut exceptio rei iudicatæ, transactionis, iusiurandi, & renunciationis litis: sed exceptio præscriptionis de consuetudine non examinatur ante litis contestationem,uer.item potest. & sequen.G. Quædam exceptio oritur ex causa, quæ perimit naturalem tantùm: quædam ciuilem tantùm: quædam utranque obligationem: quædam neutram.uersi.ut plenius. G. Quando oritur actio ex rescripto, & quando non.uersi. rursus.G. Exceptio peremptoria debet opponi actioni intentatæ non libello: & ideo ante litis contestationem non potest opponi: quia nondum exercetur actio: versicul. item si petitione. B. Et si opponitur petitioni, non opponitur ad id, ad quod excipitur indirectè elidendus. unde uidetur fateri factum ab actore intentatum.§.uiso.uersicu. est ergo. quod not. Exceptio non numeratæ pecuniæ competit contra confessionem: sed in factum, contra annexam probationem, uersicu. superest. G. Quando quis negat factum, per scripturam propriam conuictus perdit omnem defensionem. secus si factum tantum. versicul. quid si debitor. G. Beneficium non perdit per mendacium. ff. de fideius.l. si dubitetur. Possessio autem non perditur per mendacium: sed commodum eius, quod debet auferri. in authent. de trien. & semis. §. penultim. argumen. ff. de inter. act. l. non alienum. Commodum autem sententiæ perdit, qui eam insiciatur: ut not. de fide instrum. in cap. G. perpetuus. per Innocen. vide infra, de loca.§. si in emphyteuta negauit.Baldus. Quo enim ordine sint proponendæ exceptiones fori, & aliæ declinatoriæ. Primò, debet proponi causa, quæ funditus eneruat iurisdictionem. Secundò,ea quæ eximit à iurisdictione. Tertiò, exceptio suspicionis. Quartò, exceptio, quæ elidit. Deinde procuratorem & reliqua. uersicu. porrò in proponendo.G. ff. de re iudi.l.quidam. per Bartol. Alių dicunt quòd in ordine exceptio suspicionis, debet esse prior. Nam qui alias opponit, facit eum iudicem in decidendo. Sed respon. quòd non ipse, sed lex facit: nec nisi super illo articulo. facit ff.de iud. l. sed & si suscepit. uide infrà de petitorio.§.exceptio. An exceptiones sint proponendæ in scriptis.uersic.sed nunquid iudex. G ff.de excu.tu.l. scire oportet.§.fina. Bal. An in exceptionem excommunicationis debeat exprimi species & causa: & quid sit hoc dictum. uersicu. sed quoniam excommunicationis. Illæ exceptiones sunt ualidæ, quæ habent robur à iure. uersic. propositis autem.G. & aperte. ff. de flu.l. Labeo.debet iudex admittere ualidas, & pertinentes,& aptas non alleg. G. Iudex, qui admittit exceptiones sub conditione, si probabiliter non dicitur

dicitur grauare. uersicul. item cantus. Practica super taxatione expensarum, & an possit reseruari condemnatio, & taxatio. uersicu. quid si reus. & sequen. G. quando ueniunt ex interlocutoria sic, de appella. cap. sæpe. per Innocen. quando ex diffinitiua non, quia est functus officio. G. Et dicit quòd secundum stylum curiæ, fit reseruatio. G. sic ff. famil. erciscun. l. item Labeo. §. primo. De hoc in l. terminato. C. de fruct. & lit. expen. uide infrà de iura. calum. §. fina. Grauamen ex interlocutoria potest reuocari, non obstante appellatione, scilicet re integra, etiam parte absente: secus si sit inceptus processus super appellatione, uersicu. sed si iudex. vide & sequen. uersicu. sed pone quòd G. Et si est appellatum, potest reuocari post decem dies, aliàs non, nisi de consensu partium secundum Innocentium versicu. sed nunquid iudex. G. quod est uerum, si ex interlocutoria est nata actio. ff. de prato. stipulatione. l. secunda. in fine. & ibi nota. Alij dicunt quòd illud ideo est, quia erat facta executio inter partes, secundum Raynaldum & Bartolum. Exceptio rei non tradita & pretij non soluti, potest opponi in executione sententiæ, per l. si duo patroni. §. item illud ff. de iureiuran. sed ibi ex ipso iuramento oritur actio, seu petitio, aduersario: non sic ex sententia, cùm non sit actum ad hoc, per l. duobus. ff. de exceptio. rei iudic. sed ibi uictor non innitebatur sententiæ, sed primæ actioni. & per l. fundum qui Lucius. ff. de rei vendic. sed ibi erat res obligata: sed certe hic est quasi obligata: ut in §. offerri. §. dicto. uersicu. sed pone petij. Guil. Item non est hæc exceptio peremptoria, in contractibus nominatis, sed moratoria executionis. Tutius est uerò quòd iudex pronunciet de vtraque secundum not. C. de senten. l. cùm eorum. Ego dico quòd non iure exceptionis, sed eodem officio uenit vterque. argumen. C. ubi. can. fis. l. cùm uenditur. C. de republi. l. 1. & ff. de petit. hæred l fina. Bal. In successiuis delictis, quandiu delinquitur, actio nascitur, nec præscribitur. arg. ff. de vsufru. accre. l. 1. in fi. & ideo à qualibet parte temporis dinumerari potest ius accrescendi. arg. ff. de adul. l. mariti. §. sex menses. Secus in sententia, quæ etiam quotidie nascentem actionem permittit: ut no. ff. de iureiuran. l. qui. §. in popularibus. quia causam tollit. Bal. Replicatio debet esse ad substantiã exceptionis, & de eodem, ubi ad factum opponitur. §. nunc dicendum. uer. si. G. Sed ubi ad personam dic ut in l. cùm mulier. ff. sol. ma. per Iac. de Are. & Barto. Licet contra sententiam non possit opponi exceptio, non tamen meretur sententia executionem, nisi in radice, & in substantia sit liquida. l. hoc autem. §. 1. ff. ex qui. can. in pos. ea. ibi: liquerit. qui tex. est aureus ad hoc Bal.

a De satisdationibus.[a] Rubrica.



QVONIAM Oblato libello quędam cautiones in iudicio præstantur: ideo vtile est, ut de eis aliqua subijciamus. Et primò dicamus, de satisdationibus principalium personarum. Scilicet de satisdatione actoris, & rei. Postmodum de satisda. personarum pro alijs in iudicio interuenientium, scilicet procuratoris actoris, & procuratoris rei, & defensoris, & tutoris, & de quibusdam alijs satisdationibus extraiudicialibus, &c.

ADDITIO.

a *Pileus sine rubrica tractat de his in princ. sui operis. Bag. etiam non facit Rubric. tamen charta secunda circa medium aliquid tractat de satisdatione agentium nomine alieno. Tan. parte secunda facit tres rubricas de tribus satisdationibus, actoris, rei, & agentium causas alienas. Rof. ubi tractat de actionibus ex stipulatu rubrica 2. 3. & 9. de his hoc ordine tractat de satisdatione rem ratam haberi, iudicatum solui, & iudicio sisti: de quibus tangit author infrà de pig. super secunda parte Rubricæ. Neuter quàm Vber. nec Io. de Deo fecerunt de hoc rubricam. nec Bonagui. Aegid. rubri. 11. cùm duabus sequen. tractauit de his. Albert. Gal. aliquid de his tractat rubri. sua prima, scilicet de procura. Quoniam oblato libello.*

SVMMARIVM.

Actor qualiter habeat in iudicio satisdare.

1 *Datio fideiussoris quo casu possit actori remitti: & ipsa remissa, quid ab eo sit exigendum.*

2 *Actor non veniens in termino ad quem aduersarium citari fecerat, non est ante expensarum restitutionem audiendus.*

ACTOR Igitur, qui uult agere, libellum suæ petitionis debet porrigere: & per iudicem, seu eius executorẽ est offerendus reo: ut dicam ĩ. de lib. conce. §. restat. uerũtamẽ priusquam actor iudici libellũ porrigat, satisdat cũ idoneo fideius. ꝙ usque ad fi. litis

fi.litis perseuerabit in causa, quodque eam per se, uel per proc.suum perficiet: & quòd si eum apparuerit litem iniuste mouisse, dabit reo decimam
1 partem litis in libello comprehensæ. † Si uero constituerit per ipsius sacramentum, quòd fideiuss. dare non posit, remittitur ei datio fideiuss. sed iuratoriam exponet cautionem: & in libello profiteri debet se facturum hæc omnia. Et hoc uerum est generaliter, quòd talis cautio præstari debet, nisi causa moueatur ex consensu utriusque partis: puta quòd apud arbitros, uel quòd melius est, id est quòd cautio de utriusque partis consensu remittatur. Hæc omnia habentur C. de episcop.& cleri.authen.generaliter.C.de asser. tol. l. 1.§.omnes. Hoc autem facto iudex libellum recipiat, & citet reum ut ueniat, ut dictum est supra, de cita.§.sequitur.§.se.& cum uenerit, debet actor iterum cautionem exponere in eum, quem dixi
a sibi obnoxium, uel in negotij executorem[a] quòd intra duos menses litem conte. quod si non fecerit, omne damnum in duplo resarciet reo: ita tamen quòd cautio illa non transcendat summam 36. aureorum: ut. C. de lit. conte. authen. libellum. & de dilat. authen. quod fieri. quæ habentur 3. q. 3.§. spatium & in authen.de liti. §. ad ex-
b cludendas. tamen secundum Tan. [b] iudex statim potest recipere libellum, & actor simul præstet utraque cautionem, antequam reus libellum recipiat, quod non est absonum dicere. uerum licet iura has præcipiant præstari cautiones: hodie tamen non præstatur, contraria consuetudine
c præualente.[c] ar. 4. dist. §. leges. & not. Insti. de satisd. §. sed hodie.& infra. §.proxi. prope princ. Item non sunt coram arbitro præstandæ: ut supra, de arbitris. §. differt. uer. item coram eo
2 non. † Porrò actor, qui non uenit in termino, ad quem aduersarium citari fecerat, non auditur, nisi prius restitutis expensis, & idonea cautione præstita, & in alia cautione fideliter comparebit
d quod dic ut extra, de do. & contu. actor.[d] De accusatore dic, ut 4. q. 5. quisquis. sed & mulier nõ præstat prædictas cautiones iudicio sisti. ff. qui satisd. cog.de die.§.1.

ADDITIO.

a **Executorem.** *Per cuius stipulationem acquirebatur reo actio, per l. ff. rem pupil. sal. fore. non quasi in prin.*

b *Secundum* T. *& Pileum, quorum ubi supra fuit totum, quod hic dicitur, usque ad uersi. porrò exceptis remissionibus autoris.*

c **Præualente.** *Dicit Tan. quòd audiuit dominum Azonem sic dicentem & Pil. & ipse Tanc. dicunt quòd suis temporibus illas præstari non uiderunt: hæc dico ne credas hoc nouissimum.*

d *Actor.lib.6.*

SVMMARIVM.

Reus qualiter satisdare debeat in iudicio.

1 *Conueniens rei uendicatione forensem equum conuenientis ducentem per locum suum, an & qualiter fieri debeat satisdatio.*

2 *Clericus quo casu teneatur ad cautionem, seu satisdationem.*

3 *Prælati ecclesiarum licet decimam litis, aut aliam partem non possunt recuperare, possunt tamen expensas moderatas, & pro eis pignora recipere.*

4 *Papa potest suam sententiam, uel auditoris sui ubique executioni mandari.*

5 *Scholaris Bon. conuentus cauens iudicio sisti, si alium scholarem offert fideiussorem, an sit audiendus.*

6 *Satisdare an possit quis coram uno, quod coram alio aget.*

7 *Recusans examen delegati non cauet coram eo, quòd respondebit coram domino feudi.*
Roma est communis patria.
Satisdandum est coram illo iudice, coram quo conuenitur.

8 *Scholaris plures habens iudices, coram quo habebit litigare.*

9 *Satisdatio eius, qui non possidet immobilia, qualiter, & qua forma sit in scriptis reponenda.*

10 *Fideiussor in iudicio sistendi causa datus, debet pro rei qualitate locuples esse.*

11 *Ecclesia, quæ conuenitur, fideiussorem non inueniens sufficientem, an pro ea possit eius uasallus admitti.*

12 *Forma cautionis, quam habet præstare contumax intra annum ueniens, uolensque recuperare possessionem, cuius commodo destitutus fuerat per primum decretum propter contumaciam.*

DICTO de actoris satisdatione: nunc de reo dicendum est. Et quidem reus cum libellum recipit, satisdare debet quòd usque ad fi. litis permanebit: ut Instit. de satisd.§.sed hæc hodie 3.q.3.differatur.ff.de offic. præsi.senatus.in fi.ueruntamen si possidet immobilia sufficit ei ponere iuratoriã cautionẽ, ut ibi ff. qui satisd. cog. sciendum. non tamen cauet de
a iudicato soluendo.Inst.eo.§.ab eius uero.[a] Exponet & reus aliã cautionẽ, uidelicet de re exhibẽda, & nõ baratãda: ut in præ.l.senatus.in fi.ff.qui sat.
1 cog.si fideiussor.§.fi. † Hinc est, quòd si forensem equũ meũ per locũ meum ducentẽ conuenio rei uend.ut š.de comp. iudi. adi. uer.quid si quis statim prius equũ ducat, satisdabit de eo nõ baratando, & de illo loco ad aliũ non ducendo, & repræ-

 sentando

sentando quoties opus erit: ut in præ. l. si enim. lib. porrecto an.li.conte.equum alibi mittat,& satisdatio præstita non fuerit, nō tenetur ibi respondere. C. ubi in rem act. l. fi. ibi: in locis, quibus res,
b &c. arg. contra. ff. de iudi. si quis postea. [b] † Ad
2 hanc autem cautionem credo etiam clericum teneri, licet sit aliàs in satisdatione iudicio sisti priuilegiatus: ut C. de epi. & cle. authen. pro pecuniaria. in authen. col. 9. de san. epi. §. si quas autem. Nam in eo sufficit sola promissio cum hypotheca rerum suarum secundum rit. ut ibi: clerici enim non ita coguntur satisdare: ut alij. C. de epise. & cle. omnes. & extra, de sequestra. c. 1. in fi. de hoc ī. de primo decre. §. iam de effectu. uersicu. ulti. & de hac diuersitate satisdationum uidetur loqui authen. ut reus præbitis sportulis, uel data fideiussione 20. dierum gaudeat inducijs, in quibus deliberet, cedat, an contendat, uel petat alium iudicem sociari: ut 3. q. 3. offeratur, quod est C. de lit. contest. Qui autem suo nomine conuenitur iudicatum solui, satisdare non debet: ut in præ. §. sed hodie. ueruntamen, sicut dixit Pileus, con-
c trarium consuetudo [c] seruat. Nam iudices statim recipiunt libellum ab actore, nulla prædictarum satisdationum extra ab eo uel præstita. sed ab utraque scilicet tam actore, quam reo recipiunt pignora, uel fideiussores, si pignora dare non possunt. & hoc propter expensas, quæ fiunt in caustis, & in actis causarum, & propter decimas litis, quas iudices seculares secundum diuersorum locorum consuetudines, accipere consueuerunt. Sed si iurabit reus se pignora, uel fideiussores dare non posse: sufficit iuratoriam præstari cautionem, sicut in satisdatione actoris prædictum est.
3 † Et not. quod licet prælati ecclesiarum huiusmodi decimam, uel aliam litis partem non possint recipere: ut extra, de uita & honesta. cleri. cum ab omni. tamen expensas moderatas, & pro eis pignora recipere possunt, secundum titulum. quod dic ut ī. de sala. §. 1. uer. si uero est ordinarius.
d [d] † Sed pone, Titius petit in curia Ro. à B. An-
4 glico c. marcas: sciens autem ipsum B. recessurū petit quod præstet idoneam cautionem scilicet pignora, uel fideiussores, quòd ei soluet, si uincat: nunquid debet audiri? Videtur quòd sic, cum ille sit possessor immobilium: ut in præ. l. sciendū. in fi. Dic contra, ar. extra, & C. de sequestra. per totum. & arg. C. de hære. act. ut debitum. licet .n. possit quis cogi ad cautionem iudicio sisti, ut in præ. auth. offeratur. & in præ. l. sciendum. non tamen ad illam iudicatum solui, quam nemo suo nomine conuentus præstat: ut ī. & not. in præ. l. sciendum. & sic obtinuit maximè cum clerici nō ita satisdant. ut suprà: cum etiam papa suam sententiam, uel audiroris sui possit ubique executio-
5 ni mandare. † Quid si scholaris Bonon. conuentus cauens iudicio sisti offert fideiussorem alium scholarem: nunquid est audiendus? Non uidetur, imò ille habebitur pro non dato, quam fit priuilegiatus. ff. si quis in ius uo. l. 1. ff. qui satisda. cogan. quoties. Ideo enim fideiussorem accipimus, ut nobis diligentius sit cautum. Instit. de fideiuss. in princip. & de replic. §. fi. Quomodo ergo potest esse idoneus, qui non possidet immobilia: ut ff. qui satisda. cog. sciendum. in princip. & qui habet fori præscrip. ut eod. tit. si fideiussor. & qui difficilis est ad conueniendum: ut C. lib. 10. de conuen. fisci debitor. l. 2. Econtra uidetur: quia fideiussor debet accipi iudicio sisti, dummodu sit idoneus facultatibus, & pro facultate conueniendi. ff. qui satisd. cog. si fideiussor. in princip. & ff. in ius uo. ut eant. l. 2. & C. lib. 10. de agen. in rebus. l. fi. circa princip. Sed potest dici quòd si iste
e nequir alios dare, ille recipiendus est: [e] ita tamen
f quòd renunciet suo priuilegio: [f] ut in præ. l. si fi-
6 deiussor. circa princip. † Illud quoque certum est, quòd is qui reuocat domum, debet ubi conuentus erat, cauere quòd iudicio sistet certo tempore coram suo iudice. & cauebit sola promissione, sorte pœnali, absque fideiussoribus: ut ff. de iudi. l. 2.
g §. sed si dubitetur. [g] nisi fortè sit suspectus: quia tunc datis etiam fideiussoribus. ar. in præ. l. si fideiussor. §. fi. & ff. de offi. præsi. l. senatusconsul. & sic secundum hoc satisdae. quis coram uno, quòd coram alio aget: ut ibi ff. iudi. sol. l. pe. & facit ad hoc quod in alio tempore caueat, & alio agi dis feratur. C. de libe. causa. l. ordinata. §. si is. & in præ. l. senatusconsul. in fi. & ff. de adulte. si a-
7 dulterium. §. fin. † Sed nunquid præmissa uera sunt in quolibet in non competenti foro conuen-
h to: ut debeat ibi cauere? Dicit Accur. [h] quòd non: unde recusans examen delegati non cauet coram eo, quòd respondebit coram domino feudi: ut suprà de compe. iudi. adi. §. 1. uer. 8. & in præ. l. de indi. ideo satisdatur coram eo, apud quem conuenitur: quia ibi conuentus habebat domicilium. Nam Roma communis patria est. ff. ad munici. Roma. ideoque ibi satisdat. quòd in prouincia iudicis sistet. Item locum potest habere, cum quis reuocat domum seu forum ad locum
8 remotum. † Quid ergo de scholari, qui habet tres iudices: ut suprà, de reo. uer. item scholaris? Pone enim quòd citatus est coram rectore loci: ipse uerò reuocat forum, uolens sub doctore, uel episcopo litigare: nunquid cauebit coram ipso rectore loci? Videtur quòd sic, per præ. §. sed si du-
i bitetur. [i] Vel dic quòd coram eo, coram quo elegerit causam agi: ut ff. iudi. sol. l. 3. respon. r. & l. præ. maximè si coram ipso rectore sit grauior
k forma satisdandi, secundum Acc. [k] † Satisdatio
9 autem eius, qui non possidet immobilia, hoc modo scribetur.
l FORMA. [l] Cum in causa, quæ inter B. & T. super cētū lib. quas idem B. petijt ab ipso corā tali iudice oppositum fuisset eidem T. quòd non erat possessor immobilium, & ideo satisdare debebat: propter hoc idem T. promisit ipsi B. siue mihi notario, uice, & nomine ipsius B. stipulanti de iudicio sisti secundum formam iuris, in causa, & super causa prædicta. insuper B. ipsius T. precibus, & mandato eidem B. uel mihi notario pro ipso B. recipienti, de prædictis existit fideiussor. Hoc probatur suprà, in princip. huius §. Quod autem notarius possit hanc promissionem recipere, & quòd ex hoc acquiratur actio ei, cuius nomine recipitur: dixi supra, de primo decreto. §. iam de
10 effectu. uer. sed cui præstabitur. & seq. † Illud autem scias quòd fideiussor in iudicio sistendi causa datus

sa datus pro rei qualitate locuples esse debet, ex-
ceptis personis necessarijs: tunc enim qualisq; un-
que sufficit, ut pro parente, & patrono, & alijs.
Hæc leguntur ff. in ius uo. ut eant. l. 1. 2. & 3.
11 † Quid ergo si ecclesia, quæ conuenitur, non in-
uenit sufficientem fideiussorem? Dic quòd uasal-
lus eius pro ea admittetur, licet aliàs non sit ido-
neus pro tanta summa: quia est persona ecclesiæ
coniuncta, per præ. legem. An autem talis fide-
iussor lata sententia teneatur, notatur infrà, de
fideiuss. §. 1. uersi. quid si fideiussòr. Et de hac
cautione uide infrà in tracta. lib. de accu. §. se-
quitur. uer. si dedit. & seq. de do. & contu. § re-
12 stat. uersi. not. quoque. & seq. † Porrò de cautio-
ne, quam debet præstare contumax intra annum,
ueniens, qui uult recuperare possessionem, cuius
commodo fuerat destitutus per primum decre-
tum propter contumaciam: & an clericus eam præ
stet, dixi in præ. §. iam de effectu, uer. ulti. not.
Huius autem cautionis forma hæc erit.
m FORMA. [m] Cum in causa, quæ uertitur,
seu uerti speratur inter T. & D. super hoc idem T.
propter contumaciam B. ex primo decreto, siue
ex interlocutoria iudicis fuisset in rei petitæ in li-
bel. poss. inductus. & hoc in reali: in personali
uero dicet sic, fuisset in poss. bono. ipsi B. ualen-
tium quantitatem in libello declarati indu-
ctus: ipse B. intra annum ueniens, & posses-
sionem recuperare uolens expensis libelli, senten
tiæ, & tenutæ, & quas idem T. propter hoc se fe-
cisse ostendit, refectis, promisit eidem T. litem
suscipere, & in ea usque ad finem perseueranter
stare. insuper H. ipsius B. precibus, &c. ut suprà
in proxi. forma. Hæc probatur in his quæ not. ī.
in præ. uer. ult. Quod autem dicitur in præ. for-
ma, & pos. recuperare uolens, procedit secun-
dum nos, & alios qui dicimus ex primo decreto
missum uere possidere. Alij uerò dicunt quòd tan
tum custodit: ut not. in præ. §. iam de effectu.
uer. si uero reali. & secundum eos dic ibi, & ad
defensionem causæ se offerens expen. &c. Quali-
ter autem reus formabit libellum contra actorem
idoneum fideiussorem recipere nolentem, uel
quando quis se, uel alium promittit sistere in iu-
n dicio, & non sistit. [n] & de alijs uide ī. in tract. lib.
in tit. de dolo. & contu. §. restat. uer. notandum
quoque. & seq.

ADDITIO.

a Vero. D. meus in legibus pulchre dicebat super l. 1. ff. qui satisda. cog. quod gle. magna illius legis debeat esse super rubrica, cuius rubricæ sunt tres quæstiones. Prima, qui satisdat. cog. Secunda, qui iuramente promittunt. Tertia, qui sunt, quorum promissioni cōmittitur, idest qui ad neutrum tenentur. Ad primam respondet quòd satisda. iudicio sisti, qui non possidet immobilia: ut præ. l. sciendum. Item qui se offert defensioni, cum mandato, uel sine: quia nullus alterius litis idoneus defensor est sine satisdatione, ut præ. §. ab eius. & §. si uerò. eo. tit. & not. ff in ius uoc. & eant. super rubrica. Ad secundam respondetur, quòd hi qui immobilia non possident, nec fideiussores dare possunt. C. de episc. & cle. authen. generaliter. & Instit. hoc tit. §. sed hodie. & personæ honoratæ. C. de proxi. sacro. scri. l. 1. & 2. Ad tertiam respondetur de clericis. C. de epis. & cle. l. cum clericis: ubi non iurant. Item nec satisdant. in authen. de san. episc. §. sine autem pecuniaria causa. Item ille, de quo sic conuenit. Instit. de re. diui. §. uendita. liberatur autem, qui satisdare tenetur, dando pignora ff. de col. bon. l. 1. §. iubet. ad hoc tamen notentur. & sic loquitur l. prætoriæ. ff. de præto. stipul. Adde & primam quæstionem limita, scilicet quòd non possideas immobilia tenetur satisdare. quòd hæc regula non habet locum in eo, qui multa bona mobilia possidet: quæ de facili nō possent occultari secundū Gui. de Cu. Cy. Bald. in l. sciendum ff qui satisd. cog. & Bald. & Ime. in l. facere. ff solu. mat. Secundo fallit ubi ego à te prius conuentus, puta ad equum, fuerim contumax in præstanda tibi satisdatione de iudicio sisti, & demum ille equus ad te peruenerit: & postea ad eundem ego te conueniam, nō potero à te petere cautionem, in qua præstanda ego fui contumax & hoc probatur secundum Ang. & Ros. in l. ult. quæ bona. §. si quis. ff. de dam. infec. Item limita quod ueniens ad defensionem alterius tenetur satisdare non habere locum, secundum Ang. in d. l. sciendum. in eo, qui uenit ad defensionem unius articuli alle. gloss. singularem. l. in eo ff. de re. iur. quam glo. sequitur Bart. in l. si uerò. §. de uire. solu. ma. Imo. in c. ueniens. de accu. Bald. in l. reos. C. accu. Quo ad secundam q. quòd sufficiat iuratoria cautio, limita secundum Bal. & Pau. de Cast. in l. 1. qui satisda. cog. nisi iudex habeat præsumptiones uel indicia quod satisdare possit. ar. l. 3. §. 1. ff. de iureiu. secundum Cy & Odef. quem refert Cy. in addi. in d. l. 1. est necesse, quòd iuret se non posse dare fideiussorem: quia subiret anceps periurium, contra l. uideamus, de in litem iuran. sed debet iurare se credere, de facili non posse inuenire: per l. de die. eod. tit. Itē limita nō habere locum iuratoriā cautionē in criminalibus, salua in muliere, secundum præfatos doc. per l. 1. §. si quis rerum ff. de custo. re. & in authē. nouo iure. C. de cu. re. plures casus, in quibus nō statur iuratoriæ cautioni. uide per gle. & doc. in l. 4. C. de usuf. Bald. in auth. ei qui iurat. de bo. auth. iud. pos. & in l. 2. C. de usu. & fruct. leg. per gl. & doct. in c. qua fronte de app. Ant. de But. in c. 2. de seq. pos. & fruct. Pau. de Cast. in l. 2. ff. sol. mat.

Quo verò ad tertiam q. ille, qui debet satisdare, liberatur dando pignora: quod non liberatur ille, qui promittit satisdare, secundum Guil. de Cu. quam communiter alij sequuntur in d. l. 1. & hoc per tex. in authen. ut cum de ap. cog. §. aliud in uerbo, desiderium implemus. Et an delectentur da re fideiussorem, si iurat non posse dare in uno loco an possit dare in alio, uide Alex. consi. 57. 3. lib.

b *Postea.* Non loquitur de foro rei mobilis, sed de foro domicilij. & ponit eundem casum cum decre. pe. de foro compe.

c *Consuetudo.* Tenacissima & quasi ferrea dixit Pileus & posuit Tancre.

d *Ordinarius.* Ibi in uer. Tan. autem not. habes ad literam uerba, quæ posuit hic Tancre.

e *Recipiendus est.* Facit §. sed si dubitetur. in fi. alle. infra uersi. proxi.

f *Priuilegio.* De quo sequitur statim uersi. quid ergo.

g *Si dubitetur.* Vbi not. Accurs. totum hunc uersi. in glo. penult. & antepenult.

h *Dicit* Accur. *in*pra §. sed si dubitetur. in ult. glo.

i *Si dubitetur.* Et hac dicitur fuisse opi. Hug. ea ratione, quia scholaris laicus bene est de iurisdictione Potestatis, licet habeat priuilegium declinandi, & ad alium recurrendi. In scholari ergo clerico procedat opi. contraria. Sed quid si secundum opi. Hug. scholaris satisdet coram Potestate de stando iuri coram illo, ad quem reuocat: nunquid coram illo iterum satisdabit? Videtur quod sic. ff. indi. sol. l. 3. & penult. Host. contra, quia non debet quis onerari cautione superuacua. ff. ut leg. ser. causa. l. hæc stipulatio. in fin. ff. de uerbo. obliga. qui his. de procu. non cogendum. 1. responso. Adde ut per not. in c. fin. de fo. comp. & dicit Bald. in l. 1. C. ubi in rem act. quòd in legato semper sufficit iuratoria cautio.

k *Secundum* Accur. ubi supra proxi. dixi & in ea gloss.

l *Forma.* Roland. parte 9. circa medium. ubi habentur octo formæ diuersarum satisdationum.

m *Forma.* Roland. ubi supra.

n *Non sistit* supple, & quid si dies sistendi non fuit expressa.

SVMMARIVM.

Procurator actoris qualiter satisdare habeat.

1 *Cautio ratihabitionis tunc à procuratore exigitur quando incertum est, an ei negotium mandatum sit.*

2 *Procurator nullum habens actionis mandatum repellendus est: si autem habet, & certum est, aut dubitetur, quomodo sit agendum.*

3 *De mandato procuratoris qualiter dubitari possit.*

4 *Testis unicus facit semiplenam probationem.*

5 *Negatione an semper res efficitur dubia. & nume. seq.*

7 *Procuratore admisso, si post duos uel tres dies opponatur, an possit peti cautio de rato.*

8 *Cautio de rato, an debeat præstari, etiam in arbitris.*

9 *Procurator actoris, etiam si constet de mandato debet cauere de defendendo: si dominus reconueniat coram eodem indice.*

10 *Litem contestatus sine cautione etiam post litem contestatam, potest ut falsus remoueri.*

11 *Procurator actoris quare non cauet de rato, si certum est, eum mandatum habere: procurator uerò rei cauet de iudicato soluendo, quantumcunque certum sit, eum mandatum habere.*

12 *Procuratore dolum committente, uel pertinaciter se absentante, an contra eum agi possit actione de dolo.*

13 *Forma cautionis scribendæ, ubi dubitatur de mandato procuratoris.*

14 *Procurator actoris, quid, & quomodo promittere debeat.*

15 *Absenti an possibile sit stipulari, aut per stipulationem actio acquiri.*

16 *Actor uniuersitatis uolens agere an debeat præstare cautionem de rato, ubi constat de mandato.*

17 *Comparens pro alio in iudicio, & satisdans rem ratam dominum habiturum: cum autem uentum est ad diem, dominus ratum non habuit intra tempus à lege statutum, postea uerò reo exigente pœnam à procuratore dominus ratum habuit, an sufficiat.*

VISO de satisdationibus personarum pro se in iudicio interuenientium. Nunc de satisd. earũ quæ pro alijs interueniunt, subnectamus. Et primo de procu. actoris. † Super quo scias quòd cautio ratihabitionis tunc à procu. exigitur, quoties incertum est, an ei negotium mandatum sit. C. de proc. l. 1. ff. ut in pos. le. l. si is à quo. §. 1. Sed super hoc distingue. a nam aut certum est eum habere mandatũ: aut certum est eum non habere, aut dubitatur. † Et quid si certum est, eum habere, mandatum, quia de hoc constat literis, uel instrumento, uel testibus, b uel quia reus hoc confitetur, uel quia constitutus est apud acta, non debet tunc cauere rem ratam dominum habiturum, nec etiam proc. præsentis

præsentis & confirmantis: nec is, qui apud acta fa ctus est. C. de satis. l. unica. Instit. eo. §. si autem. Si uerò certum est eum non habere mandatum: tūc repellitur. ex. de proc. c. 1. etiam si uelit satisd. nisi sit coniuncta persona, quæ cum satisdatione admittitur. quod dic ut s. in titu. de coniuncta persona. Quod si dubitetur super hoc est uarietas. nam dixit Pla. semper esse in electione rei, ut uel ille probet mandatum, uel satisdet de rato, quod ipse reus maluerit. Io. autem & Azo contra, scilicet hoc esse in arbitrio ipsius procuratoris, an uelit probare mandatum, uel cauere de rato. Nam cùm quis tenetur alternatiuè ad alterum duorum, præstando quod uoluerit, liberatur. ff. de iure do. plerunque §. fi. C. de condi. inde. si quis seruum. ex. de plus pe. c. unico. quis enim diceret cogendum procu. caue
c re, si ultro uelit mandatum probare? [c] Item si nolit mandatum probare, sed cauere: cur non admit
d tetur? secundum T. [d] Et ex his patet Placen. erra
e re: licet secunda opinio non habeat efficaciam. [e] Tertij, ut Bul. distinguit. nam si reus dicit, non habes mandatum: tunc procu. tenetur probare se habere. Si dicit, dubito an habeas mandatum: tunc est in optione procur. quod facere malit.
3 † Sed qualiter potest dubitari de mandato? [f] Di
f cunt quidam, quia fortè præsumptio aliqua est pro procur. nam ostendit instrumentum procu. dicitur tamen non esse tabellionem eum qui confecit illud. j. de edi. instru. §. restat. uer. sed quid si. & uersic. & scias. uel fortè probat se procurato
4 rem † per unicum testem, qui facit semiplenam probationem. C. de proba. instrumenta. ff. quemad
g modum test. ape. l. 2. [g] Vel si instrumenta. & monumenta omnia causæ sibi sunt commissa. Præsumitur enim mandatum habere ad causam, quamuis dubium sit, quia nullum fortè ostendit: ut patet extra, de off. deleg. coram. in princ. Item dubium est si sigillum in eo appositum sit incognitum: & tunc fieri debet fides. ff. de procu. si procuratorem. ff. quod cuiusq; uniuer. no. Item eorum. §. actor. ff. de admini. tu. uulgo. extra, de testibus. cum à nobis. de proba. tertio. & in similibus casibus: ut s. de procu. §. ratione autem formæ. uersic. 2. & 3. Vel dic secundum Rof. ut not. in libel. suo, j. de acc. ex sti. rem ra. habe. §. sed quali
h ter. [h] Dixit autem Alb. Pap. super. C. de procu. [i]
i quòd licet nulla sit pro proc. præsumptio de præmis. admittetur tamen cum cautione de rato: ut in eadem l. quia si imperator uoluisset ibi quòd admitteretur tunc demum cùm est pro eo præsumptio, facile sibi fuisset hoc dicere. argumen. extra, de deci. ad audientiam. Sufficit ergo, secundum eum, si dicit se habere mandatum, licet nullum ostendat, nec aliquid adminiculum afferat:
5 † Quia negatione res efficitur dubia. C. quibus ad liber. procla. non licet. l. 3. Institu. de interdictis. §. commodum. ff. de transact. l. 1. Sed certè hoc non credo, nisi sit coniuncta persona: quia secundum hoc nullus repelleretur. quilibet enim po
k terit dicere se habere mandatum. [k] Vnde dic tūc esse dubium, quando is, qui se procu. dicit, aliquod adminiculum, seu aliquam probationem semiplenam inducit, ut prædixi: & tunc admittitur cum satisd. aliàs non: ut ff. de do. præle. Theopompus.

6 † Quod autem dixi per negationem fieri rem dubiam: uerum est super principali, & ante lit. contes. ut C. de iud. rem non nouam. §. patroni. & tunc quia iura dubia sunt, absoluitur reus actore non probante. C. de rei uend. l. fin. extra: de causa poss. cum ecclesia. ad fi. Sed in his, quæ fiunt ad litem ordinandam, non fit res dubia per negationem: quia ibi non agitur de absolutione, uel de con
l demnatione. [l] † Quid si procurator admissus est
7 per duos, uel tres dies, postmodum opponitur quòd tabellio, qui confecit instrumentum, non est publicus, uel sigillum non est publicum, & authenticum, & ideo petitur caueri de rato? Et uidetur non debere cauere, ex quo sic comprobatum est. ff. de ne. gest. Pompo. & argum. ff. de mor. infe. si prius. §. 1. Dic contra, tum quia hæc cautio exigitur quoties incertum, &c. C. de procu. l. 1. tum quia ante lit. contest. exigitur: ut j. uersi. debent. tum quia talis exceptio dilatoria
m est. C. de excep. l. fi. secundum Odof. [m] argu. con
n tra. extra, de procu. in nostra. in fi. [n] Item quæritur an cautio de rato debeat præstari etiam in arbitris. Azo dicit quòd non, arg. ff. de arbi. non di
o stinguemus. §. pe. [o] Odof. dicit † stari debere tam
8 in iudicijs, quàm in arbitrijs. nam arbitria redacta sunt ad instar iudiciorum. ff. de arbitris. l. 1. Et intelligit §. præ. quando procurator seu is, qui dicit se procu. compromittit sub certa pœna qui non tenetur cauere de rato. Si enim dominus ratum habet, bene quidem: alioquin agetur ad pœnam. Si autem dominus compromisit, sicut intellexit Azo præ. §. & postmodum aliquis procu. interueniat, de cuius mandato du
p bitatur, cauere debet. [p] † Item no. quòd procu
9 rator actoris, etiam si constat de mandato, debet aliam cautionem præstare. debet enim ca
q uere de defendendo. [q] si reconueniatur dominus coram eodem iudice. C. de satisdatio. l. unica. ff. de procur. omnium. & l. non solum. & hoc cùm ante litis contest. interuenerit. Si uerò post, non tenetur satisdare de defendendo, secundum illos, qui dicunt reconuentionem post litem contesta. non posse fieri: ut infra, de reconuentio. §. sequitur. quòd si non caueat uel defendat, denegatur ei actio: quia non audietur: ut ff. eod. mutus. §. pœna. & C. eod. actione. Imò condemnabitur in expensis. extra eod. constitutus. Hinc est quòd dominus tenetur eum constituere ad agendum, & ad defendendum: ut extra eod. accedens. C. eod. nulla. extra eod. insuper. Quid si constitutus est ad unum capitulum tantùm? De hoc suprà de procur. §. ratione autem formæ. uersicu. sed illud. Debet etiam hæc cautio continere, quòd defendet cum arbitrio boni uiri: ut ff. eodem. seruum quoque. §. ita prætor. Item præstabit etiam cautionem iudicatum solui, sicut & procura. rei. Nam est procurator rei
10 quo ad causam reconuentionis. † Debent autem præstari hæ cautiones ante litis contesta. & non postea etiam ab initio procur. fuerit in causa. ff. de procur. Pompo. §. rati. & is, qui litem contestatus est, sine cautione, etiam post litem con
r testatam potest ut falsus remoueri. [r] C. eo. licet, sed si lis cōtestata est cum domino, & postea constituat

ftituat procura.quod poteft: vt C.eod.nihil.bene-
cauebit tunc procur.poft litem conteft.C. de c on
for.eiufdem litis.l.fecunda . Item quamuis hæc
f cautio debeat præftari ante litis contefta. ut dixi.
fufficit tamen fecundum Accur. [f] fi fiat in ipfa li-
tis contef. uel etiam incontinenti poft,ut C.de pa
ctis. petens.& ff.de folutio.Modeftinus. de hoc ex.
11 eo.accedens.† Sed quæ eft ratio diuerfitatis quòd
procurator actoris non cauet de rato,fi certum fit
eum mandatum habere: procurator uerò rei ca-
uet de iudicato foluendo,quantuncunque certum
fit,eum habere mandatum: ut infrà §. proxim. in
t prin. [t] Ad hoc dicit Ioan. quòd ideo tunc procura
tor actoris non cauet de rato , quia lata fententia
pro eo fatis ei confulitur per exceptionem rei iu-
di. Rei autem procur.ideo tunc cauet de iudicato
fol.quia reus poftea veniens poffet malignari,no-
u lens foluere iudicatum. [u] Sed hæc ratio non uide-
tur fufficiens . Nam ficut reo confulitur lata fen-
tentia pro eo per exceptionem rei iudicatæ: ita
confulitur etiam actori per actionem iudicati. la-
ta fententia contra eum pro procuratore fuo , ut
not.infrà de execu.fent. §. breuiter. Et ideo dicit
Odof.quòd ideo procurator actoris tunc non ca-
uet de rato,quia ftipulatio illa committi non pof-
fet: quia hæ ftipulationes non committuntur,nifi
ad intereffe. Aut enim procura.actoris caufam pro
fequitur,aut non, fi non profequitur non intereft
rei.Si verò profequitur : aut reus fuccumbit , aut
obtinet.& fi fuccumbit: aut & dominus actor non
habet ratum, nec intereft eius: imò laudet Deum
quòd non habet ratum quòd ipfe reus fit condem
nandus.Si autem reus obtinet,nec in cafu ifto cō-
mittitur ftipulatio : quia habet exceptionem rei
iudicatæ contra dominum.ff.de procu.Pomponi-
us.§.fed & is in procur. rei autem fecus eft , quia
& fi fufficiat actori actio iudicati contra eum lata
fententia, contra procuratorem rei tamen effe po
teft quòd procur.rei defendere nollet , fed dolum
interponet, ne fententia feratur : quibus cafibus
contra reum ftipulatio non committeretur , licet
contra procuratorem poffet agi . Sed dicet ali-
quis quòd fimiliter eo cafu quando procurator
actoris non fequitur litem, intereffe poteft rei fi-
x bi cautum fore de rato : quia fortè uult [x] perdu-
cere caufam ad finem : & dominus ueniens inte-
rim aget cum eo : & fic litibus , & fumptibus ue-
xabitur . Sed dic hoc non attendi , fcilicet quòd
reus optet fecum agi , ut lis perueniat ad finem :
quia id raro accidit.ff.de legibus.nam ad ea.fecun
dum Odof.Vel dic quòd procurator actoris, de cu
ius mandato conftat, ideo non cauet de rato:nam
ex quo de mandato conftat , actor cogitur ratum
habere factum procuratoris fui : ut extra de off.
deleg.cùm olim.& de procura.c.1. Procurator au
tem rei non folum debet cauere de iudicato fol-
uendo,fed etiam ne dolum committat,& quòd in
iudicio perfeueret : ut in prædi.§.fi uerò. Vnde li-
cet quando dominus conftituit fe fideiufforem
fui procuratoris fub hypotheca rerum fuarum,tūc
procurator exoneretur , in quantum illa cautio
tangit perfonam domini,fcilicet,quòd non tenea-
tur cauere de foluendo illud , quod in condemna-
tionem ueniet : tamen in hoc quòd illa cautio,fcilicet iudicatum folui, tangit perfonam procurato
ris,fcilicet quòd dolum non committat,& ꝙ in iu
dicio perfeueret,per cautionem domini non libe-
ratur: quia factum alterius non pōt quis promitte
re: ut j.ver.fi igitur.Sed adhuc videtur fuperfluū,
procuratorem præftare huiufmodi cautionē: quia
de quolibet præfumitur quòd fit bonus.ex.de præ
12 fumptionibus.c.fin. † Præterea fi procurator no-
lit in iudicio perfeuerare, fed contumaciter fe ab-
fentat : poteft fieri miffio in poffeffionem bonorū
ex.ut lite conteft.c.1.in fi. & c.quoniam. Item fi
dolum committat, habet actor actionē de dolo cō
tra procuratorem: ff.de dolo.eleganter. Sed dic ꝙ
fufficit ita fcriptū effe.ff.qui,& à qui.ma.li. non fi.
profpexit.6.q.3.fcriptum eft . Sed videtur ꝙ hæc
cautio de rato non fit hodie neceffaria:nam prin-
cipalis perfona iurat de calumnia. C. de iuramen.
calum.auth.principales.& l.2.§.finautem. & ideo
uidetur effe certum de mandato . Sed dic quòd
antequam iuretur, procurator poffet aliqua face -
re : puta libellum offerre , litem conteftari,& hu-
iufmodi.vnde debet cauere . Item adhuc uidetur
fuperflua. nam cùm dominus iurat , uidetur om-
nia rata habere . Quod profequere ut not. in
y præ.§.rati. [y] Vtrum autem cùm procurator de-
bet de rato cauere. fufficiat fi det pignora. not.ff.
z de præt.ftipul.l.prætoriæ. & C.eod.l.1. [z] † Si igi-
13 tur dubium eft de mandato,cautio hoc modo fcri
betur .

a FORMA. [a] Cùm in caufa,quæ coram tali ver-
titur , feu uerti fperatur inter T. & P. fiue H.ipfi-
us procuratorem nomine eiufdem P. fuper centū
lib.quas idem P.ab ipfo T. petebat , uel fuper tali
fundo , idem H. fe offert : & fe eiufdem P. actoris
procuratorem afferueret, petens fe ad defenfionē
b ipfius admitti : [b] quia tamen de mandato dubita-
tur , propter quod idem procurator eidem T. fa-
tifdare tenebatur eidem H. promiferit dicto T.
ipfum P. dominum rem ratam habiturum,quodq;
defendet ipfum P.in iudicio, fi dictus T.eum recō
uenire uoluerit. infuper M. dicti H. precibus , &
mandato de prædictis omnibus eidem.T.extitit fi
deiuffor. Hæc forma probatur in prædictis iuri-
14 bus. † Vel dic [c] quòd promittere debet fe factu-
c rum , & curaturum , quòd dominus ratum habe-
bit. Non enim poteft fimpliciter promittere factū
alienum : alioquin non obligaretur : fed tantùm
agi poffet ad intereffe.ff.de uerb. oblig.ftipulatio
ifta habere licere.Inftitu.de inuti.§.fi quis alium.
d [d] Sed promittēdo fe facturum,& curaturum: factū
fuum promittit , non alienum.ff.eo.inter ftipulan
tem . licet fit argum. contra , quòd promitti pof-
fit fecundum primam formam.ff.eod.quoties. Tu
tius tamen eft quòd promittat fe curaturum :
nam verba prædictæ l.quoties . poffunt calumnia-
ri : quia quod dicitur ibi fic : promitti poffe, ex-
ponitur, fi pœna effet appofita: quo cafu valet. In
e ftitu.de inuti. ftipul. §. alteri [e] Quod fi præftita
cautione de rato dominus ratum non habet: qua-
liter concipiatur libellus contra eum, qui fatifde-
dit : vide infra.de pign.§.fequitur.uerfic. fed & fi
15 quis. † Sed quis recipiet fiue ftipulabitur hanc
cautionem. Refpondeo,reus,uel eo abfente,iudex
vel tabellio, & ex hac ftipulatione acquiritur,
vtili

utilis actio ipsi reo contra procuratorem actoris
cauentis de rato, argum. ff. de mag. conue. l. 1. §. exi
gere. ff. quod cuiusque uni. not. l. 1. ff. rem pu. sal.
fo. l. 2. & 3. & s. de primo decreto. §. iam de effectu.
prope fi. uersicu. sed cui. Sed contra. ff. de verb.
obli. l. 1. circa prin. & l. stipulatio ista. §. alteri. vbi
dicitur quòd absenti nemo stipulari potest. Sed
dic quòd hoc est speciale ut absenti acquiratur
actio per stipulationem factam per iudicem uel
tabellionem: ut Institu. de satisda. §. si uerò ali-
quis. & §. sin autem. & seq. uel per uicarium or-
dinarij: uel per sacerdotem parochialem: ut in
f coustitu. Greg. 10. de usur. quanquam. f & j. de
edit. instrum. §. nunc uero. uersi. item pone. sicut
est etiam speciale, in casu prædictarum legum. ff.
rem pupil. sal. fo. & ff. quod cuiusque uniuer. not.
& iunge hic quod not. infrà. §. proxi. uer. sed quæ
16 ritur. † Et nota quòd actor uniuersitatis uolens
agere, non præstat cautionem de rato, si constat
de mandato: sed si dubiteturur, sic. ff. quod cuius-
que vni. no. item eorum. §. actor. ex. de offi. deleg.
coram. in prin. item nec tutor, nec curator, ut di-
cemus in alia cautione, j. §. proxi. actor uero con-
stitutus ab episcopo vel curatore, bene cauet. ff.
17 rem rat. habe. actor. † Sed pone aliquis com-
paruit pro aliquo in iudicio, & satisdedit rem ra
tam dominum habiturum: cùm uentum esset ad
diem, dominus ratum non habuit intra tempus
à lege statutum: quod magis mente quàm uoce
intelligi potest: ut ff. rem ra. hab. quo enim tu-
tore. §. 2. extra, de dona. apostolicæ. prope finem.
post uerò cùm reus exigit pœnam à procuratore,
dominus ratum habuit: quæritur utrum sufficiat?
Et videtur quòd non: argum. ff. rem ra. hab. si fi-
ne. in princ. & l. fin. circa fin. ff. de euic. si per im-
prudentiam. imò uidetur saltem ad expensas te-
neri: ut in præce. l. si fine. §. quod autem. & argu
men. ff. de inuti. stip. §. alteri. ubi non spectatur,
utrum intersit stipulantis, sed solum promissio
pœnæ attenditur: pôt dici quòd loco interesse, ce
dat talis pœna. argum. ff. rem ra. hab. si commissa.
Vel potest dici quòd pœna diuidetur. argum. ff. de
dam. infec. inter quos. §. fin. Quid si canonicus ec-
clesiæ, alijs negligentibus agit pro ea: nunquid te
netur satisdare? Dic ut s. de reconuen. §. nunc dica
mus. uer. sed pone aliquis.

ADDITIO.

a *Distingue. Ponit quod not. in decre. 1. de procu. in 1. glo. & ff. eo. titu. non solùm. §. 1. per Accur. Azo plenè in Summa de procu. §. est aliud.*

b *Vel testibus. Idem Tancr. rubr. 3. de qua in prin. et Ber. de procura. c. 1. in prin 1. gl. & hoc supponũt procuratorium probari posse per testes. de quo ui-de quod plenè scripsi suprà. de procu. §. ratione quo que formæ. post principium.*

c *Probare. Non tamen dabitur sibi ad hoc dilatio, secundum Iac. & Pet. uide Cyn. in 5. q. l. 1. C. de procu. alle. l si quando. C. de dila. Certum est quòd qui impetrauit delegatum non iustè petit dilatio-nem ad præsentãdum rescriptum: debuit enim tar dare aduentum, donec haberet illud promptum, ut ibi: sic & procurator actoris. Sed si uelit proba re scribentem notarium uel iustificare sigillum, quæ negantur: certum est quòd ad hoc dabitur di-latio. Nec uideo si eligat partem cauendi, quare ad id dilatio dari non debebat.*

d *Secundum Tan. ubi supra.*

e *Efficaciam. Quasi uelit autor stare opinioni, quæ sequitur. & facit suprà titu. proxi. §. uiso. in prin. tamen. ut scripsi super glo. quam superius allega-ui, Hostien. dicit quòd omnes moderni conueniũt in illam opinionem Azo.*

f *Mandato. Plenè de hoc per Cyn. de procura. l. 1. in quæstione 2.*

g *L. 2. Huic opponitur quòd tunc non deberet recipi cautio, sed iuramentum deferri. C. de rebus cre-di. in bonæ. extra, de iureiurand. c. fina.*

h *Qualiter. Parum iuuat hæc remissio.*

i *De procura. Ad quid quærimus Papien. cùm hoc ibi teneat Accur. & in l. non solùm. §. 1. ff. eodem. titu. & apertius Azo in Summa de pro cu. sub §. est & aliud. uersi. ego puto. Domi. meus in legibus tenebat contrarium super pre. l. 1. & idem Oldr. idem Gui. de Suza. ibi, & super pra. §. 1. Alios, qui cum his concor. uide per Cyn. C. eod. l. 1. in 2. quæst. Alia enim quæ nega-tio interuenire debeat ad rem dubiam faciendam, inducunt primi duo. ff de Car. l. 3. §. causæ. ff. quẽ-admodum testa. aper. l. 1. §. fin. de uen. in pos. mit. l. 1. §. si ea quæ. aliàs quandocunque occurreret negatio locus esset delationi iuramenti. quod est falsum, nisi alia concurrant. ff. de iureiuran. l. admonendi. Gui. autem innititur rationi quæ se-quitur ibi dicam.*

ADDE quando dicatur per negationem effici res dubia. quod not. in l. cùm quidam. §. quod di-citur. ff. de acquirend. heredita. & quod habetur in l. qui accusare. de eden. et adde quod opinio. gl. in d. l. 1. tenent Fulgo. & Paul. de Cast. aliquibus rationibus de quibus ibi per Alexan.

k *Mandatum. Et sic secundum Gui. sequeretur ab-surdissimum, quòd liberè agere posset nullam ha-bens actionem suo nomine, vel alieno contra iu-ra. ff. de neg. gest. si pupilli. §. fin. de peti. hære. l si quid. §. illud. de admini. tuto. qu ties. §. item si tem porali.*

l *Condemnatione. Dubitatur an sit locus cautioni procuratore actoris plenè probante de mandato, si reus semiplenè probauit reuocationem. Cynus hic tractat in l. prima. quæstio. 3. de procuratoribus. & refert Iaco. de Rauen. tenere quòd non: cum*

præs-

praferendus sit habens potiora iura. C. de edi. di. Adri. l. 2. Pet. de Bel. contra, cùm semiplena probatio rei tollit dimidiam probationis illius: sicut pactum de non petendo tollit dimidiam obligationis, ut not. super titulo prox. in prin. Item inducit ad hoc l. uulg. ff. de admini. tuto. Hoc intelligas clarius per ea, quæ scripsi de iureiuran. capitu. fin. in fin. ulti. gl. Adde quod Bar. in d. l. 1. refert quòd Francis. Accur. tenebat opi. quam habuit Iacobus de Ra. sed illam reprehendit ibi Bart.

m Secundum Odof. Idem Gui. de Suzar. C. de proc. si procurator.

n In fi. Dic quòd exceptio procuratoria, quandoque est dilatoria, quandoque peremptoria: ut ibi no. in glo. quando dicatur.

o §. penul. Vbi dixit hoc Azo. De satisdationibus actoris, & rei, dixi in uersicu. alleg. supra. §. 1. ante finem.

p Debet. Hoc etiam ibi tenet Accur.

q Defendendo. Vide quod dixi suprà, de procura. §. 1. suprà. uersi. item excipitur quòd licet.

r Remoueri. Dicit Accur. si id probetur.

s Secundum Accur. in pra. §. rati. ubi totus iste uersicu. in prima glo.

t In prin. De hoc Acc. in l. non solum. §. plenius. per Cy. C. de procu. l. 1. in 1. quæst.

u Soluere iudicatum. Concludet hoc dictum apertius quòd absolutoria rei non requirit executionem, quæ in ipsius condemnatione necessaria est actori. Facit quod not. de appella. pastoralis. in gloss. hac ratio. in prin.

x Vult. ipse reus.

y Rati. aliàs est gloss. in §. praecedenti. & una solu. proximè tacta est: quia domino tempore iuramenti nolente habere ratum, ueniat ratio interesse & expensarum, quas fecit reus. Secunda solutio quòd dubitari posset de mandato illius, qui se dicit procuratorem datum post contestationem, & post iuramentum facta per dominum. Tertiam solutionem Simon Vincen. quia posset tacitè iuramentum omitti, ut patet de iura. calum. c. 1. 2. respon. lib. 6.

z L. 1. Albert. Gal. fuit ista remissio ubi suprà. & ibi not. in 1. gloss. quòd consensu partium hæc cautio potest augeri dando pignora, uel minui: puta ut fiat sine fideiussoribus.

a Forma. Rolandi secunda ubi supra.

b Admitti. Istud, petens, &c. non posuit Rolandinus, & bene, ex quo de reconueniendo nil erat dictum. Adde, quod magis communis est opinio in d. l. quòd parte contradicente sufficiat cautio cum pignore: ut tenet glossa & Barto. & alij in l. ff. qui satisda. cog. & gloss. in §. sua pro. in authen. de intro. reis. Bart. in l. pratoria. ff. de præto. stipul.

c Vel dic. Secundum Odoff. quod placet domino Petro. de Samp.

d Alium. Ibi not. quòd prædicta regula fallit in quinque casibus, quorum iste est unus. quod dictũ placebat Dyn. ut refert Cyn. in l. 1. C. de procu. in 7. q. & ibi uide distinctionem de facto alieno an promittatur personaliter an impersonaliter. Dicebat enim Pe. de Bel. referre primo casu an promittat quis factum alienum, non ut factum personæ, sed rei, de qua agitur: ut si tibi promitto quòd seruus, quem tibi uendo, bene ambulat, bene comedit, &c. bene obligor. ff. de euic. l. si ita quis. Aut promitto ut factum alicuius persona, puta quòd librum scribet: tunc non obligor, nisi pœnam adyciam: ut d. l. stipulatio. circa prin. Secundo casu quando factum alienum promitto impersonaliter: ut si promitto quem iudicio sisti: ualet promissio, & uideor factum meum promittere scilicet, me facturum & curaturum: ut l. quoties. statim allega. in prin. Qui ergo promittit dominum ratum habere, promittit quòd faciet quòd habebit ratum: & sic personaliter promittit factum alienum. Vnde non obligatur: sicut de fideiussore dicitur ff. de fideius. sicut reus. Parum placet ista diuisio, per quam aliud est etiam per Titium librum scribere: per Titium iudicio sisti, quàm cum iudicio sistere. Placet ergo gloss. de qua prius dixi.

ADDE ultra ea, quæ habentur per not. in l. quoties. ff. de uerb. obli. Bald. consil. 299. incip. nobiles uiri. ubi tenet cum Bald. in d. l. quoties. quòd in stipulationibus prætorijs subintelliguntur illa uerba, se facturum & curaturum.

e Alteri. Si lex illa calumniatur, extant aliæ duæ secundum Iaco. de Are. ff. rem ra. ha. si sine. aliàs incipit, si dominus. §. si in stipulatione. & l. seq. quæ expressè dant istam formam. Facit etiam. l. inter quos. §. cauere. ff. de dam. infe. Rof. ubi de cautione iudicio sisti, quæ est 14. colum. uersi. sed omnibus dicit hoc esse speciale in iudicijs, in quibus multa sunt specialia, quæ secundum eum, ex titulo, si quis cautionibus potest colligere studiosus, iudicio sisti, quæ est 14. colum. uersi. sed omnibus. dicit hoc esse speciale in iudicijs, in quibus multa sunt specialia, quæ secundum eum ex titulo, si quis cautionem. potest colligere studiosus.

ADDE tamen ad sequentia, quòd ius potest ratificare gesta per procuratorem & tacitè & expressè, ideo qualitercunque fiat hæc ratificatio. dummodo

dummodo expresse non contradicat ut hic: ualent gesta per procuratorem. Ita Rota. in nouiss. decis. decis. 454. & hoc procedit etiam si procurator nullum haberet mandatum, uel non esset procurator. Ita Rota in antiq. decis. decis. 12.

f *Quanquam. lib. 6. Adde uersi. pen. quæ consuluit Feder. consi. 238. quod si gestioni nomine meo factæ cùm sciui, contradixi, non possum postea habere ratum. Si aliter cùm dolui quòd aliquis nomine meo uerberasset clericum, si deinde ratum habeo, non sum excommunicatus.*

SVMMARIVM.

Procurator rei qualiter habeat satisdare.

1 *Procurator rei, an præstita cautione, &c. debeat admitti, etiam si certum sit, eum non habere mandatum.*

2 *Domino releuante procuratorem à satisdatione iudicatum solui, an ipse procurator saltem debeat promittere.*

3 *Clausula illa, iudicatum solui, quæ debeat continere.*

4 *Actor uniuersitatis, an cautionem de iudicato soluendo præstare debeat.*

5 *Tutor aut curator, an teneantur ad cautionem de iudicato soluendo.*

6 *Procurator interueniens in causa secundæ appellationis an satisdare debeat de iudicato soluendo.*

7 *Procurator satisdans de defendendo, an præcisè cogatur defendere, aut sufficiat stipulationem committi.*

8 *Reus an possit suum procuratorem releuare extra iudicium, obligando se ad illud sub hypotheca rerum suarum.*

9 *Procurator, quibus uerbis possit per dominum releuari à cautione, &c.*

10 *Satisdatio procuratoris rei extra iudicium, sub qua uerborum forma scribenda sit.*

11 *Dominus pro suo procuratore satisdans iudicatũ solui, an in rescripto debeat adijcere, pro omnibus clausulis stipulationis.*

12 *Dominus satisdans pro suo procuratore iudicatum solui, an debeat promittere quòd ipse interterit tempore sententiæ.*

13 *Actoris non interest, reum, superflua cautione grauare.*

14 *Procurator scilicet cum mandato, & defensor scilicet sine mandato, licet sint diuersi, uterque tamen admittitur cum satisdatione.*

15 *Venditor an eo casu, quo ad defendendum emptorem admittitur, teneatur cauere de iudicato soluendo.*

16 *Domino reuocante mandatum procuratoris & iudicio translato à procuratore in dominum, an procuratoris fideiussores liberentur.*

17 *Procurator quem dominus non releuauit ab onere satisdationis iudicatum solui, an possit, si uelit, satisdare, ut admittatur.*

18 *Cautio de iudicato soluendo, an locum habeat in spiritualibus, aut in causa libertatis, siue subiectionis alicuius ecclesiæ.*

Res ecclesiasticæ non recipiunt æstimationem.

EXPEDITO De procuratore actoris: decens est ut & de satisdatione procuratoris rei, dicamus. Et quidē procurator rei repellitur, nisi ostēdat mandatũ, de quo omnino constare debet: nec etiam admittitur, si de mandato dubitetur, nisi uelit cauere. sed & siue habeat mandatum, siue non habeat, & etiam quantumcunque sit idoneus, debet satisdare iudicatum solui. C. de satisd. l. unica. in fi. ff. de procur. qui proprio. §. qui alium. & l. minor. in fi. & s̄. de procu. §. ratione autem formæ. uer. item quòd in literis. Et si cauet, & non defendit, qualiter libellus concipiatur contra eum: uide j. de pigno. §. sequitur.
1 uer. item procurator rei. † Sed & si etiam certum sit, eum non habere mandatum, debet admitti præstita huiusmodi cautione. C. de procu. exigen-
a di. Insti. de satisda. §. si uerò in persona. a Reus quoque conuentus præsentialiter cōstituens procuratorem, præstat hanc satisdationem: & releuat procuratorem à præstatione ipsius: ut not. ff. eo. præsens. ff. iudi. sol. ad defendendum. Insti. de satisd. §. si autem ff. eo. qui proprio. in prin. Si uerò absens extra iudicium constituit, tunc cautionem interponet pro suo procuratore, per quam ipse fideiussor sui procuratoris existat: & hoc in utroq; casu, & sub hypotheca rerũ suarũ: ut Inst. de satisd. §. si uerò aliquis. aliàs ipse procurator eā præsta-
2 bit, quantũcunque locuples sit: ut prædixi. † Quod si dominus releuauit procuratorem à satisdatione iudicatum solui: nunquid ipse procurator debet saltem promittere? Dicunt quidam quòd sic: ut ff. de usu fru. earum. l. tribus. alij contra, per iura
b præmissa. quod uerius est. b Item quod si possessor mobilium tantùm constituens procuratorem releuat eum à satisdatione iudicatum solui, secundum legem, Insti. de satisda §. si autem. nunquid procurator debet cauere de iudicio sisti? Et uidetur quòd non: quia dominus eum à satisdatione releuauit, ut dixi in præ. §. Dic quòd dominus satisdabit de iudicio sisti, uel procurator: quia defendi uidetur, quòd per absentiam suam in nullo deteriorem facit aduersarij causam. ff. ex. quib. cau.
3 in pos. ea. l. 2. in fi. 1. respon. † Hæc c autem cautio
c siue clausula iudicatum solui, tria debet continere, scilicet quòd defendet ipsum reum in causa, quòd

quòd solum non adhibebit, & id quod ipsum uerbum sonat, scilicet quòd iudicatum soluet. ff. iudi.
d sol. l. iudicatum solui. [d] Satisdare autem, rem ratam dominum habiturum; nun tenetur procurator rei, in personali actione: cùm etiam illo ratum non habente, ipse teneatur non bursa sua soluere, quod reuocare nō posset dominus. ff. de procur. non cogendum. in fi. Porrò ubi dominus reuocare posset uel retractare quod actum est, quod obtinet in casibus, ut cùm procurator quasi defensor sine mandato conuenitur reali actione directa, scilicet rei uendicationem. ff. eo. Pomponius. §. sed & ideo. uel præiudiciali actione: puta quia seruus contra procuratorem domini proclamat in libertatem. ff. eo. non solum. §. si status. uel familiæ erciscundæ, uel communi diuidundo, uel finium regundorum. ff. eo. si defunctus. §. fi. uel officio iudicis implorato, per in integrum restitutionem, scilicet quia res dicitur uendita à reo minore: ut in præ. l. 1. non solum. §. est & alius casus. uel cùm tutor postulatur suspectus, & ipse per procuratorem defenditur: ut in l. non solum. §. fin. In his inquam casibus, quia reus reuocare potest quod per eius procuratorem actum est duplex cautio interponetur à procuratore rei, scilicet iudicatum solui, & rem ratam dominum habiturum: ut in prædict. concor. & hæ cautiones ante litis contestationem peti debent, ut dixi s. §. proxi. uersi. debent autem.
4 † Actor autem uniuersitatis, cautionem de iudicato soluendo non præstat: quia quasi dominus intelligitur, sic & tutor. ff. pro empto. qui fundum. §. si tutor & arg. ff. rem ra. habe. actor. C. de admini. tuto. l. fin. §. defensionem. ipse enim sustinet uicem uniuersitatis, & de calumnia iurare in animam propriam: extra, de iura. calum. in pertractandis. & c. seq. C. eo. l. 2. §.
5 sin autem. † Item nec tutor, nec curator, cauet de iudicato soluendo. C. de admi. tuto. l. fin. §. defensionem. ff. qui satisd. cog. sciendū. §. tutores. sicut nec uetus dominus. Insti. de satisda. §. ab eius ue-
e ro. [e] † Sed pone, egi contra te ad decem: ob- inui.
6 appellasti: in causa appellationis succumbis, & iterum appellas. in causa huius secundæ appellationis pro te interuenit procurator: quæritur utrum ille debeat satisdare iudicatum solui? Et uidetur quòd non. arg. C. de procu. ita demum. contra. ff.
f iud. sol. cùm apud. & C. de procur. l. 2. ubi de hoc. [f] Item nunquid substitutus à procuratore satisdabit? Dic ut s. de procur. §. 1. uersi. sed & nunquid
7 sub. † Sed quæritur utrum procurator, qui satisdedit de defendendo, cogatur defendere præcisè, an sufficiat stipulationem committi? Respon. procurator actoris, qui cauit de defendendo, & receptus est ad agendum, præcisè cogitur defendere, etiā licet agere nolit: ut ff. de proc. sed & hæ. §. præter. nisi ex iusta causa destiterit ab agendo: ut in ea. l. procurator autem rei cauit pro se, uel pro quo inscio uel absente, dominus satisdedit: & non cogitur præcisè defendere: sed sufficit stipulantem committi ob rem non defensam. Si uerò dominus cauit apud acta pro eo præsente, & non contradicente: tunc cogitur, nec auditur uolens dicere quòd stipulatio committatur. ff. eo. si defun-
g ctus. & l. non cogendum. §. 2. l. filius. §. fin. [g] Regulariter autem ubicunque procurator non cogitur defendere, si tamen actio peritura est, cogitur.
h ff. eo. mutus. §. fi. [h] utrum is, qui promisit defendere, sit ad hoc perpetuò obligatus. not. s. de procu. §. 1. uer. sed nunquid perpetuò. Item utrum procurator cogatur appellare uel appellationem
8 prosequi, uide extra de procur. non iniustè. † Itē quæritur, uerum reus possit releuare procuratorem suum extra iudicium, obligando se ad illud sub hypotheca rerum suarum. not. Bart. extra. de procur. accedens. & c. mandato. quòd sic. Sed contra: nam cùm in prædicta cautione tria contineantur, saltem in duobus uidetur dominus factum alienum promittere, scilicet quòd procurator reū defendet: & quòd dolum non committet: ex qua promissione non esset obligatus: ut Instit. de inuti. stipu. §. si quis alium. Et hoc concedit Odofr. quantum ad hoc tamen quod uerbum sonat, dicit quòd se potest obligare. & sic intelligit præ. §. si uerò. Instit. de satisda. Nam etiam proprium factum promittitur, secundum ea, quæ dixi s. §. pro-
9 xi. uer. si igitur. & seq. uersicu. sed quæ est. † Credo tamen, quòd si dominus diceret sic: promitto iudicatum solui, si sententia contra me feratur, & promitto me facturum & curaturum quòd procurator causam defendet, & dolum non committet: procurator per talia uerba releuatur à cautione: cùm per talia uerba nascatur obligatio aduersario: ut Instit. de inuti. stip. §. si quis. & ff. de uerb. oblig. stipulatio ista. & l. in illa stipulatione. Sed cùm hæc stipulatio inter absentes facta sit, non uidetur ualere: cùm uerborum obligatio inter absentes concepta, sit inefficax. Insti. eo. §. item uerborum. ergo per talem obligationem non intelligitur releuatus. Ad hoc responderi potest, quòd licet non ualeat uerborum conceptio inter absentes: tamen per prædictam promissionem iudici factam: uel tabellioni, acquiritur utilis actio aduersario: ut s. §. proxi. uer. sed quis recipiet. Si dicas quòd speciale est in legib. ibi inductis, dico quòd hoc casu similiter est speciale, aliàs quare diceret lex quòd procurator rei potest releuari à cautione iudicatum solui per eum, etiam extra iudiciū: ut in præ. §. si uerò. & iunge hic quod not. supra.
10 de procur. §. ut autem. uer. sed nunquid talis. † Satisdatio igitur procuratoris rei extra iudicium, sic scribetur:

i FORMA. [i] Cùm in causa, quæ inter B. uel eius procuratorem ex parte una, & T. ex altera coram tali iudice uertitur, seu uerti speratur super centum libris, quas idem T. petit seu petere intendit à dicto B. & Martinus se offerret, & diceret se ipsius B. procuratorem esse: quia procurator rei, siue dubitetur, siue certum sit de mandato, satisdare tenetur: idem M. procurator B. promisit præfato T. iudicatum soluere, dominum defendere, & nihil doli mali in defensione committere: insuper ipse B. dicti M. precibus & mandato ipsi T. fideiussor extitit de omnibus suprà dictis. Hæc forma probatur in prædictis iuribus. Qualiter apud acta scribetur satisdatio, uel etiam ipso procuratorio: dixi s. de procur. §. autem. in prima for-
11 ma. † Sed [k] quæritur utrum dominus satisdans
k pro suo procuratore iudicatum solui debet adijcere

cere pro omnibus clausulis stipulationis, prout
dicitur in præ. §. ut autem. prope prin. Et uidetur
quòd sic. Institu. de satisd. §. si uerò aliquis. Sed
dic, bonum & tutum esse exprimi. si tamen tace-
tur, nihilominus mandatum sufficiens est ad rele-
uandum procuratorem: quia omnia comprehen-
duntur sub uerbo, iudicatum solui. argu. ff. de iud.
solemus. ex. de causa poss. cum ecclesia. Nam & fi-
deiussor simpliciter obligatus, in omnem causam
12 fideiubere uidetur. ff. loc. quæro. † Sed numquid
dominus satisdans pro suo procuratore iudicatū
solui, debet promittere quòd ipse intererit tem-
pore sententiæ: ut patet ut in præ. §. ut autem. in
prima forma. Et uidetur quòd sic. C. de satisd.
l unica ff. de procur. Pomponius. Sed dic, l bonum
est si fiat: sed si non fit, nihilominus sufficiens est
ad mandatum. Non enim refert, utrum reus ue-
niat ad sententiam uel non, ex quo legitimè ci-
tatus est, postquam lis est contestata, & de causa
liquet uel liquere potest. Quod dic ut s. de contu.
§. sequitur. uersi. si uerò agitur. & seq. Nec inter
est actoris, reum superflua cautione grauare. ff. de
13 procur. non cogendum. §. si procurator. † Sed po
nt, procurator comparet in iudicio, pro reo cita-
to, exhibens procuratorium, in quo non releuatur
à cautione iudicatum solui, tandem petit sibi co-
piam fieri iurisdictiones iudicis uel procuratoris
partis aduersæ, petit diem ad deliberandum super
eis, uel ad proponendum exceptiones dilatorias
uel declinatorias sibi dari: opponitur ex aduerso
quòd non debet audiri: imò debet dominus con-
tumax reputari, pro eo quia non misit sufficien-
ter: cùm procuratorē non releuauerit ab onere sa
tisdationis, nec procurator illam præstare ualeat,
m sicut dicit: quæritur quid iuris? Respon. m domi-
nus non est contumax, & procurator debet ad-
mitti, cum tali mandato ad hoc, & ad ea, quæ
præcedunt litis contestationem: & iura, quæ di-
cunt procuratorem satisdare debere, nisi per do-
minum releuetur, loquuntur quando quis trahi-
tur coram iudice, de cuius iurisdictione non du-
bitatur, & quando iudicium firmatum est ex per-
sona iudicis actoris & rei. & iam in principali pro
ceditur: tunc enim ante litis contestationem de-
bet satisdare: quia possibile est quòd non erit iu-
dicium: quia fortè repellet iudicem uel actorem:
nec ante litis contestationem dicitur quis agere,
sed agere uelle. ff. rem ra. hab. amplius hoc. ff. de
n in ius uoc. quamuis. n Item quare hoc: & dic ut
14 in præ. §. ut autem. † Porrò aliud est procura-
tor, scilicet cum mandato, & aliud defensor, sci-
licet sine mandato: uterque tamen admittitur
cum satisdatione: ut C. de satisda. l. unica. in fi. C.
de procu. exigendi. quia nullus in aliena re legiti-
mus defensor est, sine satisdatione. Insti. de satisd.
§. ab eius uero. & §. si uerò reus. Si quis igitur sine
mandato se defensioni alterius offerat, talis erit
satisdandi forma:

FORMA. In causa, quæ inter B. & C. ut s. in
proxi. forma usque Martinus. iunge, se dicit B. de-
fensioni obtulit. & quia nemo idoneus defensor
est sine satisdatione, promisit præfato T. &c. ut s.
usque, insuper. iunge B. ipsius M. percibus, &c.
15 ut s. † Sed nunquid uenditor eo casu, quo ad de-
fendendum emptorem admittitur, teneatur caue-
re de iudicato soluendo: puta quando uult in se
iudicium suscipere pro emptore quasi ipsum etiā
inuito actore defendendo, quod facere potest: pro
ut not. C. ubi in rem act. l. 1. Et uidetur quòd non:
quia si absoluitur, ei prodest cum non teneatur
emptori de euictione. Si uerò condemnetur, obest
ei: quia de euictione tenetur: & sic causa sua uide-
tur, cùm damnum & lucrum ad ipsum spectat: ut
ff. quando appel. sit l. 1. §. in causa propria. 2. q. 6.
biduum. uersi. palam is. & quia ut possessor conue-
nitur: ut s. primo decreto. §. restat. uersi. quid si
feudatario. & seq. Sed contrarium uerius est, quia
pro possessione penes alium constituta, conueni-
tur sic nomine alieno unde satisdet: quia nemo
est idoneus defensor litis alienæ, sine satisdatione:
ut ff. de procur. qui proprio. §. 1. & l. minor. Item
quia defensore sine mandato condemnato, non
competit contra dominum actio iudicati: ut ff. de
16 procu. † Plaucius. & uide C. de procu. l. 1. Hoc
etiam nota, quòd si dominus reuocauit manda-
tum procuratoris, & iudicium transfertur à pro-
curatore in dominum, liberantur fideiussor procu
ratoris & pignora ab ipso data pro iudicato sol-
uendo. ff. quib. mod. pig. uel hypo. sol. l. 1. §. fi. arg.
p contra. ff. qui satisd. cog. Iulianus. p Vtrum pa-
ter agens pro filio, teneatur satisdare quòd ille
ratum habebit. not. s. de syndi. uersi. sed quæritur.
q q † In summa nota quòd procurator, quem domi-
17 nus non releuauit ab onere satisdationis iudica-
tum solui, potest satisdare si uult, & admittetur:
alioquin nisi caueat, cùm non sit releuatus, à do-
mino condemnatur in expensis: quod uerum est
r in ciuilibus r & pecuniarijs causis. † In spiritua-
18 libus autem & in causa libertatis siue subiectio-
nis alicuius ecclesiæ, non habet locum cautio de
iudicato soluendo: quia talis causa siue res, non
recipit æstimationem. ff. de re. diui. l. sacra. §. si. ar.
ad hæc. extra, de offi. dele. coram. & de relig. do. c.
pe. quia nec fit commutatio uel permutatio de
spirituali ad temporale. extra de re. permu. ad
quæstiones. & c. fi. extra de restit. spo. frequens. §.
fi. lib. 6. In spiritualibus ergo procurator cauebit
de rato, per quam cautionem fideiussores intelli-
guntur. ff. de procu. seruum. §. ait prætor. & in
præ. c. coram. Quidam etiam dicunt quòd ex tali
cautione tenetur procurator ad interesse. arg. ex.
de arbit. per tuas. Alij contra: quia causa spiritua-
lis, ad quæstum pecuniarum seu interesse deduci
non poterit: sed cogi poterit ad impensas in lite
factas restituendas. ff. rem ra. hab. si fine. §. cum au
s tem procurator. Hæc autem nota s circa effectum
cautionis iudicatum solui. nam si rei procurator
eam præstiterit, ipse tenetur ex ea stipulatione, &
non dominus: tenetur tamen actione in factum
ex re iudicata, cum procuratore suo. nam si per se
dominus defendisset, si tantum ipse teneretur,
nec habuisset necesse satisdare iudicatum solui:
ut Instit. de satisdat. §. sed hoc hodie. De cautioni-
bus curatorijs & tutorijs, uide supra de tutore. &
in titul. de cur. In causa autem criminali, qualiter
accusatus uel eius defensor satisdabunt: uide in-
fra. de accusa. §. 1.

ADDITIO.

a Persona. Videtur per hoc non curandum, an procurator rei habeat mandatum. Solue ut dixi post Innoc. de procur. constitutis. super 3 gl.

b Verum est. secundum Alb. Gal. cuius fuit iste uer. & sequens. de procura. in ulti. col. Dy. tenet in l. si fideiussor. 1. ff. de fideius. quòd procurator releuatus per dominum absentem, tenetur saltem cauere ut fideiussor constituentis habeat cui adhaereat, per legem illam. hoc intelliges per ea, quae dixi supra, de procura. §. ut autem. uersicul. sed nunquid talis.

c Hac. Reuertitur ad gl. 1. decre. mandato. de procur. usque ad uersi. sed pone.

d Iudicatum solui. Quòd quoad prima duo, hac cautio sit superuacua: opponit & soluit Rofr. respon. de causa iudica. sol. post prin. uer. item adhuc. primò quòd superuacua non sit interponenda, patet ff. ut lega. uo. caue. hac stipulatio. in fi. & extra, de maio. & obe. c. 3. cum concor. ult. gloss. quòd prima de defendendo sit talis patet: quia procuratore nō defendente, mitteretur actor in possessionem. ff. & C. de bo. auto. iudi. possid. per totum. extra, ut lit. non contest. quoniam. & procurator dicitur defendere dominum: & si patiatur talem missionē fieri. ff. de procur. sed & hae. § fi. De secunda, idem. nam bene prouisum est contra procuratorem, qui dolum committit. ff. de dolo. eleganter. §. si procurator. Ad primam respondet, quòd cùm passus missionem in reali uel personali usque ad certum tempus audiatur, magis expedit actori habere sententiam, & eius executionem, si non fuerit appellatū, quàm habere missionem. ad secundum respondet, quòd plus est habere hanc cautionem praetoriam quae fideiussores requirit ff. de praeto. stipu. l. praetoria. quàm habere actionem de dolo, & sic neutra superflua.

e Vero. Gl. praedicta rationem subdit, quare aliud in procuratore.

f De hoc. Glo. ibi dat duas solutiones. Prima, quòd nouus procurator uel datus post litem contestatā satisdat in causa appellationis: antiquus qui contestatus fuerat litem principalem, non. Secunda, quòd etiam antiquus satisdat: nisi satisdatio facta in causa principali, expresserit etiam de causa appellationis. Et pro ista parte inducitur quia licet sit eadem causa, non eadem instantia. C. eo. l. inuitus, & facit quod scripsi in regula, contractus. de reg. iur. lib. 6. in secunda quaestio. Dominus meus in legibus tenebat in prae. l. 2. procuratorem intelligo dominum principalis causae, et qui in alia satisdederat non teneri satisdare in causa appellationis. Sic etiam disputauit: sed illam non habeo, sed solùm quod dixit in praece. l. 2. audiui, scilicet, stipulationem iudicatum solui factam in causa principali ad causam appellationis extendi ad l. cùm apud praedictam. respondebat quòd ibi de speciali iudice Sempronio facta fuerat mentio: & ideo ad nullum successorem causae principalis uel appellationis extenditur. Secus si nomen non fuisset expressum. facit de offi. deleg. quoniam abbas. cum ibi not. refert Cy in ea. l. 2. hanc responsionem non placere Iac. de Ra. cùm illa nominis expressio in l. cum apud. notet facti accidentiam, nō iuris ministerium, nam idem si simpliciter. eo. tit. l. 3. in prin. Euasio est l. cùm apud. sed non decret. quoniam. Item illa l. 3 ff. iud. sol. non loquitur de iudice appellationis, sicut loquitur l. cùm apud. Vt de tenendo opinionem domini mei, dicam quòd si cautum sit iudicatum per certum iudicem solui, illo dimisso itur ad alium, extincta est satisdatio: ut in l. 3. Sed si statur coram illo, & iudicat ita quòd locus est satisdationi, si non fuisset appellatum uel si diffinietur malè appellatum si ille idem procurator prosequatur causam, hae posset esse distinctio proprii nominis, de qua supra: ut si proprium nomen fuisset expressum, locus sit noua satisdationi: alias non attentari etiam posset hic nouum, quòd nouus procurator rei non tenetur in hac causa satisdare, cùm de principalis satisdationis effectu, lis pendeat. Item quia nunc uice actoris fungitur.

g §. fi. Item in casu clemen. decr. de procu. c. 1. & ibi uide in gl. praecise.
ADDE ut per Bal. in l. eos. §. cau. C. de appella. Salic. & ibi Bart. in l. 2. C. de procu. Barto. in d. l. cùm apud.

h §. fi. ubi de hoc. & pro eo. ti. inuitus. in ult. gloss. & scripsi de procu. accedens. super gl. 2.

i FORMA. Rolandini. 3. ubi supra.

k Sed uersi. iste cum duobus sequen. fuit Aegid. sua rubr. 14.

l Sed dic. Secundum Aegid. ut supra.

m Respondeo. secundum Aegid.

n Quamuis. Fatebatur Aegid. quòd uiderat seruari contrarium, sed malè secundum eum.

o FORMA. Rolandini 4. ubi suprà.

p Iulianus. Ibi soluitur.

q Sed quaeritur. Parum docebat hac remissio: sed uide quod ibi addidi.

r In ciuilibus. Secus in criminalibus: quia in eis non interuenit procurator: uel intendit quòd in his criminalibus,

minalibus, in quibus interuenire potest. quod dic ut extra, de accu. ueniens. in l. & super. 1. gl. loc ii habeat quod de spiritualibus sequitur. & de hoc per Cy. C. de procur. l. 1. in penul q.

f *Not. secundum Tan. ubi supra. uer. pe.*

SVMMARIVM.

De quibusdam satisdationibus extraiudicialibus.

1 *Aedificium habens, quod ruinam minatur, uicinam demui alterius, debet illi cauere de damno infecto.*

2 *Casus aduentitij non sunt specificandi aut computandi, in petendo cautionem de damno infecto.*

3 *Pariete uno tantum alicuius ruinoso, an pro tota domo cauebitur de damno infecto.*

4 *Cautionis forma ubi is, cui nouum opus nunciatum est, non audet procedere in opere, nisi praestita cautione.*

5 *Clericus aedificans, si paratus est militi nunciati satisdare coram episcopo suo, miles uerò non uult recipere, nisi coram suo iudice; an satisdatio sit remissa.*

6 *Is, cui usufructus legatus est, in quibus, & per quae debeat haeredi cauere, & numero sequen.*

8 *Pignera uel fideiussores, praestari debent, ubi idoneè vel sufficienter caueri praecipitur, uel conuenitur.*

9 *Libelli super diuersis cautionibus qualiter fieri debeant.*

EST quoque & aliud genus cautionis, quã do uidelicet fit sequestratio rei mobilis, de qua controuersia est: quae res est penes personam suspectam quòd cum ea fugiat, & Pòst illa persona petit rem dissequestrari, debet enim primò satisdare in hac forma:

a FORMA.[a] Cùm res talis penes P. inuenta ad petitionem H. mandato talis iudicis fuerit sequestrata; ueniens idem P. & eam dissequestrari petens, promisit ipsi H. uel mihi notario nomine ipsius stipulanti rem ipsam seruare & custodire, & non baratare usque ad finem causae: & eam restituere & consignare, cui, & quando mandauerit ipse iudex. insuper G. ipsius P. precibus, &c. ut s. Haec probantur ff. qui satisd. cog. si fideiussor. in fin. ff. de offic. praesi. senatusconsulto.

1 † Item est & alia satisdatio: nam si habes aedificium, quod minatur ruinam domui meae uicinae: debes mihi cauere de damno infecto, id est nondum facto, sed quod fieri probabiliter dubitatur: hoc est, satisfaciendo mihi de omni damno quod incurrerem ex ruina aedificij, si corrueret: ut ff. de dam. infec. l. dies. & l. praetor ait. in princ. cuius cautionis forma talis erit:

b FORMA.[b] Quoniam talis domus T. ut dicitur, domui P. ruinam minatur, & praecipitium, & ob hoc idem P. ageret & peteret sibi de damno infecto caueri: idem T. talis iudicis praecepto, promisit ipsi P. eidem satisfacere, integrè de omni damno quod incurrere posset ex ruina praefatae domus: insuper H. precibus, &c. ut s.

2 † Circa hoc quaeritur, ecce habes domum ruinam minantem iuxta meam, peto ut eam reficere cogaris: tu dicis paratus sum tibi de damno infecto cauere, unde non sum cogendus reficere: ego uerò replico, frater: illa cautio locum habet ad res duntaxat: & sic quo ad aedes tantum: ut ff. de dam. infec. hac stipulatione. in fin. sed esse poterit quòd uxor & filij erunt in domo: unde pro ipsis caueri non poterit: quia liberum corpus aestimationem non recipit. ff. si quadru. pau. fec. dic. l. ex hac. ff. de his qui deie. uel effu. l. fi. extra. de iniur. c. 1. Tu respondes, illi casus sunt aduentitij: unde non sunt specificandi seu computandi. ff. qui & à qui. ma. non li. §. Iulianus. Distingue super hoc, quia si es diues, reficere cogeris captis pignoribus, & mulcta indicta: ut ff. de offi. praesi. praeses pro uinciae inspectis. Item ne urbs deformetur: ut ibi, & C. de aedifi. priua. si ut proponis. 2. & l. singularum. ff. de dam. infec. ad curatoris. Si uerò es pauper & reficere nequeas: tunc reficere cogeris ut reficiatur, aut de publico soluetur tibi ut periculum euiterur. argum. ff. ad Sylla. leges. & ff. ex qui. cau. serui. pro prae. liber. ac. l. prima.

3 † Quid si tantùm unus paries domus, ruinosus est: nunquid pro tota domo cauebitur: an tantum pro parte illa ruinosa? Et uidetur quòd pro tota domo. ff. de dam. infec. si finita §. ex hoc edicto. Super hoc est distinguendum, an sit domus urbana: ut tũnc pro uno tigno uitioso, caueatur etiam pro tota domo: ut in praedi. l. & ff. de act. emp. & uen. l. Iulianus. in prin. An fundus rusticus: & tunc tantùm pro parte ruinosa. ut ff.

c de dam. infec. cùm emptor. §. primo.[c]

4 † Caeterum is, cui nouum opus nunciatum est, non audet procedere in opere, nisi praestita cautione de demoliendo, id est, quòd amonebit quicquid aedificatum apparuerit in solo alieno. extra, de open. no. nun. c. fi. & ff. eo. pretor ait. cuius cautionis forma talis sit:

d FORMA.[d] Cùm T. denunciasset P. nouum opus, credens eum aedificare tale opus super tali solo suo, dictus P. quia procedere in opere non audet, nisi satisdatione praestita, permisit coram tali iudice ipsi T. de demoliendo, hoc est quòd amouebit quicquid aedificatum apparuerit super solo suo. insuper H. precibus, &c. ut s.

5 † Quid si clericus aedificans, paratus est militi nunncianti satisdare coram episcopo suo, miles uerò non uult recipere nisi coram suo iudice? Respon. uidetur satisdatio esse remissa, cùm clericus de iure satisdare uelit. argumen ff. eo. praetor ait. §. si quis pà

e ratus. nam actor debet sequi forum rei.[e]

6 † Idquoque, cui usufructus legatus est, debet cauere haeredi per pignora & fideiussores quòd utetur

& fruetur saluæ rerum substantia, & saluis immo-
bilibus rebus, quæ usu non consumuntur ad arbi-
trium boni uiri: & quòd pecuniā, si quam habuit
uel habebit, ad æstimationem bonorum quæ usu
consumuntur, & in hæreditate inuenta fuerunt in
morte sua hæredi seu hæredibus eius restituet. ex
tra, de pigno. c. fi. ff. de usufr. l. prima. ff. de rebus
quæ usu consu. per totum. Insti. de usufru. §. 1. &
7 2. † Quid si prius quàm caueat agit pro pecunia
hæredi soluta, quæ sibi debebat, & in processu cau
tionem offert. Et uidetur quòd non sit audiendus.
C. de usufru. l. prima, quia in initio est præstanda.
8 Sed dic contra, arg. ff. de pign. act. si rem. † Et
nota quòd ubi idoneè uel sufficienter caueri præ-
cipitur uel conuenitur, pignora uel fideiussores
præstari debent. ff. mand. Paulus respondit. in fi.
extra de pigno. c. fi. Quid si dictum fuit, quòd ple
nè uel ad sensum sapientis caueatur? Dic ut infrà.
de emp. & uendi. §. 1. uersic. sed quid si. & sequen-
9 ti. † Qualiter autem libelli super diuersis cautio-
nibus concipientur: uide infrà in tractatu libel.
in tit. de pigno. & alijs cautionibus. §. sequitur.
De cautione uerò, quam præstat absoluendus ab
excōmunicatione. not. ī. de sen. §. ut autem. uers.
f porrò quia. f

ADDITIO.

a *Est quoque Forma. Rolandini 6. ubi supra.*

b *Forma. Rolandini 7. vbi suprà.*

c *§. 1. Vt intelligat Canonista: si pars domus minatur ruinam, & domus est unita & contexta, missio fit in totam: quia pars non ruinosa sequi posset ruinosam. si uerò domus est ampla ita quòd ille timor cesset, mittitur solum in partem. In agris autem cessat illa ratio. unde si per agrum tuū uel arbores timeo ex ipsa ruina damnum inferri ædibus meis, uel uinea uel segetibus, & tu non caues, in illorum solum possessionem mittar: non enim agrum contiguum post se traherent, sicut ædes ædem. Hoc uult iste §. & §. ex hoc superius alleg. & l. fluminum. eod. titu. §. item apud Vivianum.*

d *Forma. Rolandini 8. ubi supra.*

e *Forum rei. Non obstat de no. oper. nun. c. pen. quia ille officialis archid. ex spirituali iure erat iudex illius loci, ut sibi scripsi.*

ADDE *uersic. infrà seq. & nota quòd nomine cautionis regulariter sola promissio intelligitur. l. sancimus. C. de uerb. sign. Sed cùm adijcitur idonea: intelligimus fideiussores uel pignora. ff. mād. l. mandato Titij. § si de fidecom. lib. ergu. §. adieci. Sed nunquid cùm dicit idonea, sufficit hypotheca? Videtur quòd sic: ut not. in d. §. & uidetur casus, C. de omni agro deser. l. quicunque. Sed dicebat semel papa in consistorio, quòd nō faciebat: quia ibi est spirituale ubi dicit obligatis fundis, idoneè caueat. sed non dicit quòd idonea cautio sit obligare fundos. Facit de fun. pa. l. quicunque. & de loca. prædio. ciui. lib. 6. Et quod non sufficiat, facit tex. qui dicit pignora. Et pignus est, quod transit ad creditorem: & hypotheca non trāsit: ut ff. de pig. act. l. si rem. §. propriè. & melius est possidere, quàm à possidente petere: ut l. is qui. ff. de rei uendi. & minus est dare fideiussorē, quā pignora: quia licet prætoriæ stipulationes personas desiderent: tamen si dantur pignora, satisfit: quia plus uidetur dare: ut l. præto. stipula. nā cum tutius est pignori incumbere, quàm in personam agere. Insti. de oblig. quæ ex delic. §. futuri. argu. tamen contra 23. q. fi. ut pridem. & quod ibi not. & fideiussor est personaliter obligatus. l. blanditus. C. de fideiusso. & tamen melius est dare fideiussores quàm hypothecam. C. de episco. & cler. l. omnes. § in hac. & in auth. de sanc. episc. §. si quis. col. 9. ubi datur priuilegium clericis, quòd non dent fideiussores, sed promittant cum hypotheca. Et uidetur casus ff. ut lega. no. ca. l. filio. sic multò minus est dare hypothecam, quàm pignora cum plus sit dare hypothecam quàm fideiussores. sed uidetur infrà regula, plus cautionis. sed dic quòd ibi loquitur de pignore: tamen contra uidetur sentire de hypotheca. Hæc Oldr. consi. 68 nomine can. Adde, ulterius ad hanc materiam cautionis, an & quando requiratur sufficiens cautio, scilicet pigneratitia uel fideiussoria uel non gl. fi. & ibi scribentes in c. 1. extra, de sequestra. poss. & fruc. aliam in uerbo idoneam, in c. fi. extra, de pig. Item gl. in uerbo, sufficienti. in c. ex publico. extra, de conuer. coniug. Item adde gl. & ibi do. Abb. Sicu. in c. ad nostram. el 1. extra, de iureiuran. & ibi nouissimè per do. Feli. Aduerte tamen, quia iuratoria cautio est ualde sufficiens, & melior quàm fideiussoria uel pigneratitia. Vide glo. in c. de benedicto. 32. q. 1.*

f *Porrò quia. Amicus accusati de crimine capitali, allegans pro illo iustas causas absentiæ, an teneatur cauere de illo præsentando, cùm cessabunt causæ. dixi suprà de defensore. super rubri.*

Bald. De satisdationibus.

ETIAM *recessurus suo nomine conuentus in curia non tenetur satisdare iudicatum solui, præsertim clericus. §. dicto. uersi. sed pone. G. nisi esset recessurus cum re alterius l. fideiussor. in fin. ff. qui. satisd. cog. Bal. quid de seculari. uer. quid si secularis. G. Quando dicatur dubitari de mandato,*

dato, dic ut in §. uise. uersicu. sed qualiter potest. C. de procur. l. 1. per Cy. & Iac. Bu. exemplum, si tabellio qui fecit instrumentum negatur tabellio, uel si per unum testem probetur, & similia. uersicu. seq. G. An cautio rati habeat locum in arbitris, in d. §. uise uersicu. item. G. Procurator etiam non releuatus potest opponere declinatoriam. §. expedito. uersi. sed pone. quod est not. Cautio damni infecti prospicit damno pecuniario: quid si timetur de periculo personarum. §. est & aliud. uersicu. circa hoc. Forma cautionis damni infecti. Item de opere demoliendo. item fructuaria. ibidem. G.

De interrogationibus, quæ fiunt ante litem contestatam. a Rubrica.

b QVONIAM. b Petitorium iudicium, frustra intentatur, si reus non possidet, nec dolo desierit possidere: ideo interrogari debet an possideat res petitas: ut ĩ. de rei uẽd. qui petitorio. & l. si in re actu lit. & extra, de excep aduersario. idcirco de interrogationibus, quæ ante lit. contesta. fiũt. uideamus dicentes: In quibus casibus, & qualiter fiant interrogationes: Et quis sit earum effectus.

ADDITIO.

a *De interrogationibus, quæ fiunt ante lit. contest. rubri. Pileus fecit de hac rubricam isti consonam, in fi. sua primæ partis. Tan. in ulti. rubrica secundæ partis. Io. de Dec. lib. iudi. parte secunda. rub. 4. principali. Bonagui. fecit rubricam de interrogationibus: sed non restringit ut autor: imò de his non tractat, nisi remittendo. Aegid. rubricam fecit ut autor, & est 38. in ordine. Alb. Gal. posuit generalem rubricam de interrogationibus. & principalius de his tractat. Guid. de Suza. de his in princip. ope.*

b *Quoniam. Istud principium usque ad uer. sciendũ. quasi ad literam fuit Tan. ubi suprà.*

SVMMARIVM.

Interrogationes quibus casibus, & qualiter fieri debeant.

1 *Interrogationes ante litis contestationem decem casibus sunt faciendæ.*

2 *In petitione hæreditatis, quæ sint interrogationes necessariò faciendæ.*

3 *Allegatum non probare, uel nihil allegare, æquiparantur.*

4 *Interrogationibus ante litis contestationem non est indifferenter, uel quo ad fundãdam principalẽ cautionem utendum, sed solum quo ad uiã agendi præparationem.*

5 *Interrogatorum, quomodo ab aula recessisse intelligatur.*

6 *Interrogationes hodie sunt iudicis officio faciẽdæ.*

7 *Libellus an super principali sit ante factas interrogationes dandus.*

Interrogari an possit quis pluries, super eodem facto.

8 *Forma scribendi responsiones ad interrogationem factas.*

SCIENDVM est igitur, quod generaliter iudex põt semper interrogare, ante litis cõtestationẽ, & post, & ubicũq; ipsũ æquitas mouet, et postquã fuerit in causa conclusum:
a quod dic ut ĩ. de posi. §. 3. & §. 4. & 6. & per totũ. a
1 † In decẽ tñ specialibus casibus, fiunt interrogatiões ante litis cõtestationẽ. Primus, si agatur cõtra aliquẽ, tanquã contra hæredem, interrogetur
b an sit hæres defuncti, cuius nomine cõuenitur. b
Secũdus, si rñdet se hæredẽ: interrogetur an in solidũ, uel quota ex parte sit hæres. ff. de iterro. act.
c l. 1. c & l. qui interrogatur. Tertius, si rñdeat se hæredẽ in solidũ, uel pro parte: quæratur qualiter sit
d hæres, an ex testamẽto, d an uerò suo nomine sit ei quæsita hæreditas, uel per eos, qui eius ius iuri subiecti sunt. ff. eo. si sine. aliàs incipit, si defensor. §. illud. Quartus est, cũ agitur noxali iudicio, s. an possideat seruũ, cuius nomine noxali iudicio agitur. ff. eo. si qs iterrogatus. Quintus, an possideat hæreditatẽ, quæ petitur, & pro qua parte. ff. eo. nõ alienũ. & l. qui seruũ. §. fi. Sextus, an cõuẽtus possideat peculiũ serui uel filij, q cõtraxisse dicitur, cuius nomine agitur: ut in præ. l. si sine. Septimus, cuius ætatis est nũc cõuẽtus, cũ de eius ætate dubitatur. ff. eo. de ætate. in prin. Octauus, an ædificium, ex quo dãnũ dari timetur. & cuius nõine petitur caueri de dãno infecto, sit suũ, uel quota ex parte. eo. ti. nõ alienũ. & l. qui seruũ. in fi. Nonus, an quadrupes, quæ damnũ dedit, sua sit. ff. eo. l. si quis in iure. Decimus est in rei uẽdicatione, ubi quæritur utrũ possideat rẽ petitã, uel dolo desierit possidere? Si rñdet se possidere, sed pro parte: quæratur pro qua parte: ut in præ. l. q petitorio. & in l. præ. qui seruũ. §. fi. Si uerò neget se possidere, cũ possideat: hoc probato, dabitur res actori, licet nil de iure suo probãti. ff. de rei uẽd. l. fi. aliàs est pen. uerũtamẽ titulũ suæ possessionis, uel utrũ res sua sit, nõ cogitur quis dicere in rei uẽdicatione. C. de peti. hęred. l. cogi. in prin. 2. q. 5. §. 1. ff. de rei vẽd sed in speciali in petitione hęreditatis sic: ut in præ. l.
2 cogi. in fi. † Sciẽdũ e quoq; est, quod in petitione hæ-
e reditatis fiũt speciales interrogationes & necessariæ: q2 nõ cõuenitur nisi is, q pro hærede uel pro possessore possidet, i. qui se putat hæredẽ, uel nullã causã possidendi habet: sed possidet, quia possidet: ut ff. de peti. hær. pro hærede. & l. regulariter. Prima ergo iterrogatio est, an possideat: ut i. præ

l. qui petitorio. & si negat, petã à iudice ut me mit-
tat in possessionem saluo iure alterius : ut in præ-
di. l. qui seruum. §. fi. si uolo eum conuincere de
mendacio, hoc ipso ad me transfertur possessio:
quamuis non probem de proprietate. ff. de rei uen
di. l. fi. Si uero confitetur, interrogetur secun-
do, an sit hæres, & ex qua parte : ut supra in prin.
Si neget, tertio quæratur cur possideat. ff. de pe-
ti. hær. qui interrogatus. & alleget titulum pro do
nato, uel pro emptore, uel pro dote, & probet, ua-
3 cat petitio hæreditatis. † Si uerò non alleget, uel
allegatum non probet, quia hæc duo æquiparan-
tur : ut extra de deci. dudum. §. 1. de conces. præ
ben. cum super. & c. ex parte. ff. de procu. quæ
omnia tunc præsumitur, pro possessore possiden-
te. ff. eod. pro hærede. Si autem alleget alium titu
lum puta emptionis, quærendum est à quo emit.
ff. de diuer. & tempo. præscrip. in usucapione. §.
item adijciendum. Potest enim esse quòd emit à
furioso : & sic titulus iste habetur pro non titulo.
ff. de peti. hær. nec ullam. §. 1. uel ab absente, qui
non tenetur utili petitione hæreditatis : ut ea. l. §.
quod si quis. & ideo per iudicem est cogendus :
ut in præ. l. ubicunque. Quod si dicit se emisse à
præsente & sanæ mentis, quæratur de pretio : quia
potest esse quòd pro exiguo pretio emit, & ideo te
netur : ut in præ. l. nec ullam. §. si quis. Item si di-
cit donatum, quæratur à quo : ut C. eo. l. 1. Et quòd
respondere teneatur, probatur C. de fur. ciuile. ex.
de alie. iudi. mut. causa fac. c. fi. Et dicit dominus
f meus, [f] quòd super titulo allegato lis debet con-
testari. arg. ex. de renun. ueniens. §. 1. & de lit.
contest. c. 1. & iuramentum de calumnia præstari
4 debet. arg. ff. ad exhib. thesaurus. † Illud autẽ nota
quòd usus prædictarum interrogationum ab aula re-
cessit, & in desuetudinem abijt : nec eis hodie
utimur, nisi post litem contestatam : nec ante quis
cogitur respondere : ut ff. de interro. act. l. 1. §.
interrogatorijs. & hoc tenet dominus meus ad li-
g teram. [g] Sed domini legum exponunt ibi, non co
gitur : uerum est, iure actionis : sed officio iudicis
bene cogitur ante litis contestationẽ respondere,
ut ibi in prin. Quod dic ut not. in prædi. §. & j.
uer. proxi. Et dicunt quòd ante litis contestationẽ in-
terrogabitur de scientia tantum : post uerò de cre-
dulitate tantum : ut C. de iur. calum. l. 2. & in præ-
di. l. de ætate. §. nihil. & in authen. de his qui ingre.
de appel. §. fi. Alij uerò dicunt quòd ante litis con
testationem : & post interrogabitur de credulitate :
h ut ea l. not. respon. 1. Ros. dicit [h] † quòd interroga
5 torium, ab aula non recessit : imò remanet adhuc :
ut probatur ff. eo. l. pen. & quasi per totum tit. li-
cet uideatur contra j. de positio. §. 1. in princip. Et
in præ. lege loquitur de quadam solennitate anti
qua, sub qua fiebant interrogationes, quæ hodie
sublata est : sicut & formulæ & impetrationes actio
num : ut C. de formul. l. 1. & 3. Vel, secundum
eum, põt dici quòd interrogationes durant adhuc,
sed interrogatoriæ actiones sunt sublatæ. Et hoc in
nuit rubrica illius tit. quæ sic debet exponi, de in-
terrogationibus in iure faciendis : supple quæ ad-
huc stant, & de interrogatorijs actionibus : sup-
6 ple quæ in desuetudinem abierunt. † Hoc quo-
que notandum est, quòd interrogationes fiunt
hodie, ut præmissum est, iudicis officio. ff. de in-
terro. act. l. 1. & in auth. de his, qui ingre. ad appel.
§. fi. quia res ista non requirit plenam, sed sum-
mariam inquisitionem. ff. eo. uoluit. §. quod ait. &
l. si fideiussor. §. 1. Dic ut j. uer. proxi. & cogẽdus
est ut certè, clarè & non obscurè respondeat. de
quo dic j. de positi. §. 9. sed nec alius debet inter-
rogari, quàm conuentus : ut in præ. l. si sine. §. il-
7 lius. † Sed nunquid priusquàm interrogationes
præmissæ fiant, dabitur libellus in principali? Di-
i cunt quidam [i] quòd sic : arg. ff. quorum lega. l. 1.
§. quod autem. & in præ. l. de ætate. §. 2. & §. qui
tacuit. & eod. tit. l. 1. in prin. ubi de hoc. Alij con-
k tra : quos dominus meus sequitur. [k] Cùm. n. fiant
interrogationes huiusmodi, ad instruẽdum acto-
rem in totum uel partem, uel quo iure petat : ut
ea. l. 1. respon. 1. & l. uoluit. & l. qui seruum. §. 1. &
ff. de rei uen. qui petitorio. non formabitur, do-
nec uia sit parata, uel admittatur libellus incer-
tus cum protestatione. De hoc dixi j. de libel. cõ-
cep. §. nunc ostendamus. uer. fi. primum uerius.
Sed nunquid de eodem facto potest quis pluries
interrogari? De hoc dicam infrà de positi. §. 6.
8 in prin. † Responsio autem ad interrogationem
hoc modo scribetur :

FORMA. Ante litem contestatam à tali iu-
dice in iudicio uel coram tali iudice interroga-
tus, an possideret rem in libello petitam : respon-
dit, & confessus fuit, seipsum possidere, uel non
possidere : uel interrogatus an sit hæres Titij re-
spondit, & confessus fuit se ipsius Titij hæredem
esse uel non esse : & sic de alijs interrogationibus,
l quæ fiunt ante litis contestationem. Quo [l] autẽ
loco, & apud quem iudicem faciendæ sunt : not. ff.
de interro. in iure faciendis. l. 1. & 4. Quid si sine
interrogatione respondeatur? Dic quòd ualet. ff.
eo. si sine. Secus si aduersario absente. eo. tit. l. fin.
ff. de confes. certum.

ADDITIO.

a *Sciendum est. Per totum hunc casum, quem autor præmittit, communiter alij ponunt ultimò.*

b *Conuenitur. Olim non tenebatur huic respondere ille, cui mota erat quæstio hæreditatis. ff. eo. tit. & qua. §. interdum. Et ratio huius ibi in tex. hodie secus, ex quo possidet. C. de pet. hær. l. fi. §. fin autẽ. infrà. Cessat ergo dictum quod sumebãt aduocati ex. §. interdum : scilicet quòd cum ciues adstringuntur ad bona sua describenda, non tenentur illa describere, super quibus lis mouetur. Tũ dic contra, describent tamen ea ut alia : alias prompta esset fraus, quæ cessat in rebus legum. C. qui admit. ad bo. pos. quandiu. & de bon. pos. secundum tab. l. 2. quæ inducebatur ad idem.*

c *L. 1. Vbi numerantur hi casus. & extra de iur. calum. c. pen. in ult. glo.*

d *Ex testamento. Sup. uel ab intestato. & ut dixit Azo,*

Azo in Summa huius tit. multum inter hæc interest, propter legata & substitutiones, quæ debentur, & ueniunt ex testamento, & non ab intestato: ubi aliud non exprimatur, C. de fideicom. eam quam.

e Sciendum. Scire debes quòd cum Hosti. in Sum. de iudi. §. 3. sed sub §. fiunt autem. aliquando enumerasset interrogationes, de quibus supra statim submisit hunc uer. illud autem. pro regula: quare quasi totum, quod in isto §. sequitur.

f Dominus meus. Vbi suprà uersi. item puto.

g Ad literam. Hoc plus habeo in Hosti. hoc intelligendum quòd non utimur indifferenter, uel quo ad fundandam principalem cautionem: sed solum quo ad uiæ agendi præparationem.

h Dicit. In suo tractatu positionum, de quo dicam infra de posi. in prin.

i Dicunt quidam. Dixit Azo & forte bene, hoc in Summa.eod. tit. post prin.sed tenet id assertiuè in Sum. de confes. in prin.item Alber. Gal.ubi suprà in prin.dixit Gui. de Sux. in l.1. ff. eo.quòd actor dabit petitionem iudici quam index examinabit. & sic uidebit casum, quo reus ante porrectionem libelli habeat respondere: interrogabit eum prius supple. quòd si per responsiones apparebit forma libelli mutanda, mutabitur antequam reo reddatur: & sic breuiter sedatur contrarietas: quia da bitur iudici, sed non parti. quod satis placet & consenat quod not. Accu. ff. eo. tit. l. 1. in fi. 2. glo.ubi dicit quòd licet simul hæc dentur, iudex prius expedienda præmittet, alle. C. de nouo Cod. compo.l.1.ad fi. facit extra de rescr. causam quæ. ff. de lega.2.l.peto.§.fratre.ibi:proximus quisque primo loco &c. scias quòd Io. de Bla. in prin. sui ope. ponebat casum quo necessaria uidetur interrogatio ante libelli dationem: pone, Titius per stipulationem promisit mihi dare uineam: antequã daret decessit facto testamento, in quo unum ex filijs instituit, & alterum præterijt: & mihi uineam legauit, & utile fuit legatum. ff. de lega. 3. si mulier.§.si rem.præteritus petit bonorum pos sessionem contra tab. & dubitatur, an ab intestato, an ex testamento sit hæres.ff.de bo.pos. contra tab.l.si post mortem.§.fi. nescio formare libellũ: quia si ab intestato, per certi condictionem ex stipulatu petam ab eo dimidiam uinea: si ex testamento petam illam actione ex testamento: & de beo unam eligere. ff. de reg.iur.nemo.§.quoties. tenet ipse quòd ante libelli oblationem tenebitur respondere aliàs sequeretur quòd si ago ex testamento, & ipse habuit inducias 20. dierum, in quarum fine respondet se hæredem ab intestato: habeo formare alium libellum; & habebit alias 20. dies: dilationum autem materia est tollenda. C. de temp. app. l. 2. Non obstat quod dicitur in stituta actione, interrogationes faciendas ff eo.l. 1.& l.de ætate.§.qui ex quadrante.& §.qui tacuit.quia satis est actionem esse institutam quo ad propositum, & si non quo ad libellum.

K Sequitur. Vbi supra uersi. sed nunquid ante.

l Quo.Alber. Gal.fuerunt remissiones sequentes ubi supra in prin. Sed uide de hac prima quod scripsi infra de positio.super §.2.in fi.

SVMMARIVM.

Interrogationum effectus quis sit.

1 Reuocare quis non potest, quod semel confessus est.

Offerens se, tanquam possidens, uendicationi fundi, uel alterius rei, quacunque actione cõueniatur, cum non possideat, condemnabitur ad interesse actori.

Actor seipsum decipere dicitur, uolens uendicare rem ab eo, qui eam non possidet.

2 Pœnitere posse aliquem, ante litem contestatam quomodo sit intelligendum.

3 Iudicium an, & quando, reddatur in inuitum.

4 Confessus se furtum commisisse, si ante litis con testationem decedat, an eius hæres teneatur.

5 Possidens an possit compelli actionẽ pati in rem, si dicat se non possidere.

6 Is à quo res petebatur, si sententialiter fuerit ab solutus: quia tempore mota litis rem petitam sine dolo desierat possidere: an si iterum possidere inueniatur possit denuo res peti.& nu.seq.

8 Reum cadere à possessione rei petitæ, sæpe contingit, & qualiter nunc procedatur.

9 Iudex qualiter pronunciare debeat, ubi reo cadente à possessione rei petitæ absoluitur.

10 Consilium cautum pro actore ubi reus, à quo res petitur, dum est prope sententiam, uidens se succumbere facit se per quendam amicum de possessione expelli, ut absoluatur.

11 In rei uendicatione requiritur quòd quis possideat, uel dolo desierit possidere.

12 Agẽs cõtra aliquem, qui possidebat rei uendicatione directa, lite contestata, si ille dolo desinit possidere, an sit condemnandus uel absoluendus.

13 Possidere, & dolo desijsse possidere, pro eodem habentur.

14 Aduocatus an debeat clientulum in responsionibus instruere.

NVNC de interrogationum effectu aliqua disseramus. Est igitur earum effectus, ut qui respondet suum esse uel possidere, uel habere, seu se hæredem esse: aliàs aliquod simile: sic tenetur ea actione, qua aduersus eum agitur ac si suum esset, uel possideret, uel haberet, uel hæres esset: seu ac si contraxisset: ut in præ. l. de ætate. §. 1. & 2. nec poterit reuocare confessionem, ex quo semel confessus est, nisi iusta de causa: ut ea. l. §. qui interrogatus. & §. ex causa. & §. qui iusto. ueruntamen si ex reuocatione nulla captio actionis fiat, bene potest re-
1 uocare: ut ea. l. §. fi. † Hoc quoque notatu dignum est, quòd qui se offert, tanquam possideat, uendicationi fundi uel alterius rei, quacunque actione conueniatur, cum non possideat, condemnabitur ad interesse actori, uel quanti actor in litem iuraue-
a rit: ut ff. de rei uend. si is, qui se obtulit. [a] ff. de peti. hær. qui se liti. cum distinctione tamen: quia si ignoret actor eum non possidere, nec dolo fecisse quominus possideret condemnabitur reus, si patitur litem secum contestari. Si uerò ante litis contestationem pœniteat eum, & dicat se non possidere, & discedat: non decipit actorem, cum non possideat, sed ipse actor seipsum decipit, uolens uendicare rem ab eo, qui eam non possidet: & ideo debet reus absolui: ut ff. de rei uen. is qui. & l. nam si. ex. de iudi. examinata. de excep. aduersario. Quid si actor sciat eum non possidere nec ante litis contestationē nec post: potest sibi imputare aliquid:
2 quia à seipso decipitur, ut iam dixi. † Quod autē dixi illum ante lit. contest. posse pœnitere, ue-
b rum est secundum Accur. [b] quando actor incertus erat à quo peteret, sed quærebat à quo peteret: & demum ille se uendicationi obtulit. Si uerò actor ab eo, tanquàm à certa persona peteret, & ille se offerret: tunc non liceret ei, etiam ante lit. contes. pœnitere: ut ff. eod. si autem. & iunge quod est s.
3 de actore. uer. item eluditur. & seq. † Pone, ego egi contra T. rei uendicatione: qui citatus à iudice uenit: non tamen interrogaui eum an possideret uel non: lite contestata & testibus publicatis, dicit se absoluendum, cum non possideat: quæritur an sit pro possessore habendus: arg. quòd sic, in præ. l. is qui. & eo. tit. si is qui se liti. & ff. de peti. hær. qui
c se liti. Alij dicunt contra, & uerius [c] ff. de rei uend. qui petitorio. ubi de hoc. & not. eo. tit. is qui destinauit. in fi. non enim se liti obtulit sed citatus uenit: quia iudicium redditur in inuitum. ff. de uerb.
4 obl. inter stipulantem. §. stichum. † Quid si is qui confessus est se furtum commisisse, decedit ante litis contestationem? Respon. non uidetur quòd
d eius hæres teneatur. C. ne ex delic. defun. l. 1. [d] Sed hic contra, quia in iudicijs quasi contrahitur. ff. de pecul. licet. §. idem scribit. & tenetur quis, quando confitetur crimen, ex quasi contractu. ff. de inter-
e ro. in iure faciendis. de ætate. §. 1. [e] Item nota quòd
5 is qui possidet non compellitur pati actionem in rem, si dicat se non possidere: sed ipse in hoc punietur: quia si actor eum probauerit possidere, transfertur possessio rei petitæ in actorem iudicis officio, licet non probet eam suam esse: ut ff. de
6 rei uendi. l. pe. † Item hoc certum est quòd licet is à quo res petebatur absolutus fuerit sententialiter: quia tempore motæ litis rem petitam sine dolo desierat possidere: tamen nunc eam possidere inueniatur poterit denuo ab eo res peti: non obstante exceptione rei iudicatæ: ut ex. de excep. aduersario. Idem iuris est si tempore motæ litis possidebat, & post sine dolo desijt possidere. ff. de excep. rei iud. si à te hærede. & l. si rem. & l. si quis. C. ad exhiben. l. neque. unde in præd. decre. supple, maxime. & uide j. in tractatu libel. de causa pos. &
7 proprie. §. notandum igitur. uer. est & utilis. † Et scias quòd cum quis sine dolo possidere incipit: tunc si sine dolo tempore litis contestatæ desierit possidere absoluitur. & sic intellige præ. decre. Litem aūt motam intellige per litis contestationem. ex. de uerb. sig. ex parte. quòd si tempore litis contestationis possidet, tempore uero sententiæ sine dolo desijt possidere absoluitur. ff. de rei. uen. si autem. §. si uerò dolo uel iniustè seu illicite cœperat possidere licet tempore litis contestatæ sine dolo desierit possidere nihilominus condemnabitur ad rei restitutionem ac si possideret. ff. de ui & ui arma. si ui me. ex. de usur. cum tu. de
8 homici. sicut. §. eos insuper. † Verum quia sæpe contingit reum cadere a possessione rei petitæ: ideo adhuc qualiter tunc procedatur uideamus. Dic ergo quòd aut cadit a possessione ante litis cōtestationem aut post. si ante litis contestationem uoluntarie cadit causa mutandi iudicij locum habet contra eum actio ex edicto de aliena. mutan. iudi. ut ff. de alie. iudi. mutuam. per totum. & ex. eo. tit. c. fi. Item si erat possessor malæfidei: & erat in mora restituendi tenetur si pereat. ff. si cer. pet. quidam. & l. quod mihi. & l. periculum. ff. de cond. fur. si pro fure. §. fi. & l. seq. Item si se liti obtulit, cum non possideret. ff. de peti. hær. l. qui se. nisi actor sciret ipsum non possidere. tunc .n. est absoluendus: & actor à seipso decipitur, ut s. Si uero cadit à possessione, post litem contestatam, & actio est personalis: tunc siue cadat culpa sua, siue sine culpa, non est uis in hoc, semper ad sententiā procceditur: quia persona, & non res obligata est. In reali autem distinguo: quoniam aut cadit culpa sua à possessione, post litis contestationem uel aliàs promissum seruare non potest: & tunc contra eum proceditur, & condemnatur iustitia mediante: uel in litis æstimationem, uel ad interesse. ff. ad exhiben. l. de eo. §. si post. ff. de euic. si seruus.
f §. fin. in prin. [f] Aut sine culpa desijt possidere: & tunc actor inuito reo, & econuerso reus inuito actore, petere potest quòd procedatur ad sententiam diffinitiuā propter fructus, & prouentus & expensas, & interesse, & alia accessoria post litem contestatam obuenientia, & propter stipulationem de euictione, si intercesserit. ff. de rei uend. utique. l. præce. ff. iudi. sol. si seruus. ff. de euic. si seruus. C. quomodo iudi. auth. qui semel. nam si quis cum iudicij accepti tempore possideret, postea sine dolo malo possidere desierit: absolui eum oportet, quamuis sit quod ei imputetur, cur non statim restituit: ut ff. ad exhib. rigni. §. si quis eum. Quid autem ueniet ex hoc nomine fructuum not. plenè per papam ex. de senten. & re iudi. super rubrica.
g [g] † Sed qualiter tunc iudex pronunciabit? Re-
9 spondeo sic.

FORMA.

FORMA. Quia inueni quòd reus erat in causa condemnationis si possideret: ideo condemno eum ad fructus & expensas: sed quia non possider, nec dolo uel culpa sua rem petitam desijt possidere, ideo quantum ad eam ipsum ab impetitione actoris absoluo. Veruntamen iudex prius quàm pronunciet, faciet ipsum reum præstare cautionem actori de restituẽda sibi re, si ad eum perueniret. ff. de rei uend. si uerò, & in præd. l. de euict. si seruus. §. fi. in fi. ff. de ædil. actio. redhibere. §. fi. & per hãc sententiam licet reus absolutus sit, ex prædicta causa habet regressum contra uenditorem de euictione. ex. de emp. & uend. c. fi. Si uerò sententia pro reo ferenda sit, dicet sic:

FORMA. Absoluo reum ab impetitione actoris, & condemno actorem reo ad expensas. Et per hanc sententiam habet etiam actor regressum de euictione contra eum, qui uendidit sibi rem, in qua succubuit, si sine culpa sua cecidit à possessione. ff. de euic. si rem quam. §. 1. & l. euicta. & l. quidam ex. in prin. Alij dicũt quòd semper iudex pronunciabit in primo casu, super re petita: non quòd dicat, condemno reum ad restitutionem rei simpliciter: sed adijciet quando eam habuerit, uel dicet, pronuncio rem petitam esse actoris. arg. pro eis in præ. l. ff. iud. sol. si seruus. prius tamen dictum præualet. Potest etiam iudex differre quandoq; ex causa huiusmodi sententiam diffinitiuam: ut quia forte speratur q̃ reus possit rẽ recuperare in breui: & tunc absoluet tantum reum à termino assignato: & sic postea recuperata re procedet in causa cœpta. Potest etiam iudex quandoque reum absoluere, non à petitione rei, sed ab instãtia iudicij: & tũc recuperata re, inchoabitur de nouo iudicium contra eũ: ex. de excep. aduersatio. Quãdoq; aũt absoluitur ab impetitione, & prouidetur actori per cautionẽ de re restituenda, ut dixi secundum Inno. 4.[h]

10 † Sed ecce, reus, à quo res petitur, dum est prope sententiã[i] uidens se succumbere, facit se de possessione per quendam amicum expelli, ut sic absolua tur, per præd. l. tigni. de quo facit fieri publicum instrumentum, quod coram iudice ostendit: allegans pro se præ. l. tigni. & ff. de rei uend. si aũt. §. possidere. actor uerò probare non potest sufficienter collusionẽ: quæritur quomodo ei cõsuletur? Respõdeo, accuset expulsorem de ui, quia publicum est iudicium. ff. de pub. iud. l. 2. ille uerò aut fugiet, & sic iste suam apprehendet possessionem. Aut cõparebit: & tunc aut confitebitur, & sic condemnabitur: aut negabit, & hoc reo non proderit. arg. cõtra promissa: Insti. de fideicommis. hær. §. sed quia

11 stipulationes. † Et nota quòd in rei uendicatione requiritur quòd quis possideat, uel dolo desierit possidere: ut s. de actio. seu peti. §. sequitur, uersi. item uide. & ubi dolo desijt possidere, agitur rei uendicatione utili: quia uerba deficiunt, sed sententia locum habet. arg. ff. de iurisdi. om. iud. l. si quis, id quod. & ff. si quadru. pau. fec. dic. l. pe.

12 † Quid ergo si egi contra te, qui possidebas rei uendicatione directa, lite contestata dolo desijsti possidere: nunquid debes condemnari uel absolui? Hoc ideo quæritur, quia qui dolo desijt possidere, utili conuenitur, ut dixi: & uidetur quòd sit condemnandus. nã dolus pro possessione habetur: ut §. fin. autẽ. Ita ergo cõdẽnandus es, ac si possideres: ut ff. de noxa. electio. §. Item si non condemnareris, sed absolueris: iã esset in potestate cuiliber iudicium eludere: quod esset contra iura ff. de arb. si rem quam. & melior esset conditio stulti, qui semper alienaret, quàm periti, quod esse non debet. ff. quòd ui aut clam. seruus. & malæ fidei possessoris quam bonæ fidei, contra iura. ff. de noxa. non solum. Item iam titulus de litig. locum non haberet. C. de litig. l. 1. 2. & fi. ar. contra, quòd sis absoluendus. non. n. fieri posset condemnatio super directa, cum non possideas. Item super utili nõ, quia super ea actum non est. unde super hoc non potest sentẽtia ferri. ff. de iudi. de qua re. ex. de causa pos. & proprie. cum super. cum post litẽ contestatã contingat. & ideo alia interpellatione opus est. ff. de

k iudi. nõ pót. ex. de re iudi. abbate sane. [k] Solu. Dic quòd condemnandus es: & in hac utili rei uendicatione, quæ primò fuit directa, efficitur post modũ utilis rõne delicti. s. doli. Nã & aliàs pp factũ alterius, actio mea mutatur, & noxalis libero facto fit suo: ue Insti. de noxa. & ff. de pœ. l. 1. Vel dic. & uerius, quòd hæc actio nõ mutatur, sed eius qualitas

l in noxali & directa, secundũ Rof.[l] ut ff. de noxa. in delictis. §. si detracta. unde nõ condemnaberis in utili, sed in directa proposita. quod fiet hoc modo: quia primo iudex faciet actorem in litẽ iurare. & sic quant tare taxata, in certa quantitate con

13 demnabit: ff. de rei uend. qui restituere. † Sed po

m ne, [m] petij fundum à P. dicens illum iure dominij uel quasi ad me pertinere: qui interrogatus an possideret, respondit quòd sic: postea ante litis contestationem P. alienauit illum. Volo lite contestata sed ipse dicit se nõ possidere: nũc quæritur an super libello porrecto lis debeat contestari. Et uidetur quòd sic: quia uidetur dolo desijsse possidere: ut C. de alie. iudi. mut. causa fac. l. 1. ff. de rei uend. Iulianus in prin. Hæc enim paria sunt scilicet possidere, & dolo desijsse possidere. ff. de re iudi. partem. ff. ne quid in loco pub. fi. l. 2. §. pe. arg. cõtra: quia alia est rei uendicatio, quæ datur cõtra possidentem: & alia, quæ datur contra dolosum. ff. de noxa. electio. Dic quòd si ante litis contestationem dicit se nõ possidere, alio libello opus est. Si uerò post litẽ contestatã, tunc non: ut ff. de rei

14 uend. is qui. & l. sinautem. §. possidere. Item nota quòd aduocatus nõ debet clientulum in responsionibus instruere, quod patet: quia prius quàm aduocatus suum exerceat officium, debet respondere reus: ut C. de iut. cal. l. 1. in prin. ibi: antequã utriusque, &c. de hoc j. depositio. §. 3. uer. sed & secundum. Ipse. n. certus esse debet de facto suo, ut ibi not. & cum talibus est ueritas. arg. ex. de elec. scriptum. §. 1. & c. postquam de testi. ad hoc. aliàs

n incipit, præsentium [n] de iura. calu. in pertractãdis.

ADDITIO.

a *Obtulit. Et ibi quasi ad literam hoc not.*

b *Secundum Accur. in l. is qui se ff. de rei uendi.*

c *Et uerius. Secundum Alber. Gal. ubi supra ad literam uer. sed pone quòd.*

d *L. 1. Addit Alber. Gal. cuius ad literam fuit iste uer. ubi suprà C. de fur. l. furti. quæ bene facit.*

e §. 1. De confesso per tormenta qui perseuerauit, & moritur ante condemnationem infrà de accus. §. 1 uer. quid si latro. & ibi dicam in quo differant ista duæ quæstiones: uide etiam quod dicam infrà de app. §. in quibus. super uerb. sed nunquid hæc tria. in fi.

f In prin. Si reus condemnatus ad restitutionem fundi, appellauit, postea sine dolo ui deiectus, desijt possidere: Alb. Papi. ff. si quadru. paupe. fec. dica. l. 1. §. peu. & per ipsum §. & per l. illud. §. actiones. ff. de pet. her. dixit quòd ipse tenetur uincenti, ad æstimationem, aut cedere actionem contra eum, qui ui deiecit.

g Super rub. Vide quod infra dicam.

h Secundum Innoc. 4. super rub. de reg. iur. ut supra dixi. Sed ego sequendo Hostien. eam posui super primo c. & remissio, de qua suprà ibi continuatur in uer. nomine autem fructuum.

i Sententiam. Si post sententiam, à qua appellasset. uide quod dixi supra uer. uerum quia.

k Abbate sane. Lib. 6.

l Secundum Rof. Cuius fuit iste uer. ad literam de rei uend. uer. sed illud quæritur.

m Sed pone. Iste uer. ad literam fuit Alber. Gal. ubi supra uer. sed pone.

n Incipit, præsentium. Lib. 6. Bald. de interrogationibus facien. ante lit. contest. Si lite contestata reus facit se expelli de possessione, an hoc ei patrocinetur, si non apparet quòd hoc ipse curauerit. §. fi. uersi. sed ecce. & ubi non prodest interitus non prodest expulsio. ff. de rei uends. l. item si uerberatum. in fi. & de pets. haredi. l. quod in diem. §. 3. Vbi non mutatur actio, sed qualitas non est necessarius libellus. uer. quid ergo. G. Idem si mutatur actio de directa in utilem uel econuerso: quia fingitur omnino eadem: quia sunt idem in effectu. ff. de rei uen. l. si post exceptum. Dy. Instit. de actio. §. 1. & in l. si post. erat mutatio legis, & non hominis. not. & uide l. fi. C. unde ui. §. penult. Bald. & uide infra de libel. concep. §. actor. in fi.

a De reconuentione. a Rubrica.



QVIA sæpe præstitis cautionibus reus uult actorem reconuenire, & sic fiunt hincinde mutuæ petitiones: ideo de hoc aliqua sub breniloquio perstringamus dicentes: Apud quem debet fieri reconuentio: Et de quibus rebus: Et quando: Et qualiter: Et quæ sit pœna nolentis respondere super reconuentione rei. b Apud quem debet fieri reconuentio.

ADDITIO.

a Pileus fecit rubri. in parte secunda, qualiter & quando fiat reconuentio. Tan. fecit rub. de reconuentionibus & mutuis petitionibus. & antepe. secunda partis. V ber. de Bob. char. ult. in prin. unicum uerbum de hoc ponit. Et Ioan. de Deo cauil. lib. 3. in ult. col. illud ponit aliquid addens, & in lib. iud. parte 3. ponit rubricas de reconuentione in causa criminali & ciuili. Aegid. de hoc Rub. 41. & rub. 129.

b Rei. Ad literam fuerunt ad hoc membra Tanc. ubi supra.

SVMMARIVM.

1 Reconuentio an possit fieri coram illo, in quem de omnibus controuersijs est compromissum.
Causa continentia non debet diuidi.

2 Conueniens aliquem coram aliquo iudice ad decem, an ab illo possit coram eodem iudice reconueniri ad uiginti.

3 Reconuentio de libertate, an coram iudice pedaneo, qui nequit de causa liberali cognoscere, possit fieri.

4 Reconuentio, quo casu melius dicatur conuentio.

5 Impetratio ad alios iudices, pendente quæstione non est prohibita: sed bene tractatio, seu reconuentio coram alijs iudicibus.

6 Laicus clericum iniuriatus, an in ius uocatus coram iudice laico poterit coram eodem clericum reconuenire.
Actor forum rei sequi debet.

7 Conueniens aliquem extra suam diœcesim per duas diætas, per literas apostolicas, an possit coram eodem iudice reconueniri.

8 Conueniens aliquem coram uno iudice autoritate apostolica, & ille aliquis eadem autoritate conuenientem coram alio conuenit, an possit coram uno tantum fieri reconuentio.

9 Exceptiones proponens contra rescriptum, quod contra se impetratum est, si succumbat, an ex illo rescripto possit fieri reconuentio coram iudice per illum obtento.

FIERI autem potest reconuentio apud quemlibet iudicem coram quo fit conuentio principalis 3. q. 8. cuius in agendo. ex. de muta. peti. c. 1. & 2. C. de sen. & interlo. om. iu. cum Papinianus. & in authen. & cõsequenter. non autẽ penes arbitrum, qui non potest iudicare nisi de his, quæ in compromisso continentur. ex. de

1 ex.de arbi.cùm dilectus.ff.eo.de his.& l.arbi. † Et
hoc dicit Odoffr.uerum esse de arbit. in quem de
una sola re compromissum est.nam, ut dicit, corā
illo, in quem de omnibus controuersijs compro-
missum est, bene potest fieri reconueutio. Sed cer
tè tunc est potius conuentio, quæ fit ex uirtute cō
promissi quàm reconuentio.argum.ex. de rescri.
a c.dispendia.§.reus. a 3.q.8.cuius, & bene dixi, co-
ram quo fit conuentio.non enim fit coram alio: vt
in præ.concor.& ex.de rescrip. dispendia. §. reus.
quia & causæ continentia non debet diuidi. ex.de
b seque.pos.c.1.C.de iu.nulli. fit ergo b reconuen-
tio tam coram ordinario, quàm coram delegato:
quia auth. & consequenter. loquitur tam in ordi-
nario quàm in delegato. Quòd in ordinario patet
c in auth. c apud eloquentissimum. Quòd in delega
to, patet ex eo quòd dicit. recusari posse quod ha-
d bet locum in delegato. d Quod dic ut s. de recu.
§.2. Si ergo impetrasti iudicem contra me super
equo: te coram illo reconuenire potero super fun
do.nec ob.C.si à non compe.iu.l.1.quia ibi est spe
e ciale, ut ibi not. e † Quid si conuenis me coram ali
2 quo iudice ad 10.ego te coram eodem reconuenio
super 20. cùm tamen ille non possit cognoscere,
alias nisi de summa 10.quæritur an possum? Dic ꝙ
sic.ff.de iurisdi.omn. iu. si idem. secundum unam
f lecturam. f Vel dic contra secundum aliam secun-
g dum Vber. g Et iunge quod est j.§. proxi.uersic.
3 sed nunquid incidenter. † Quid si coram iudice
pedaneo, qui nequit de causa liberali cognoscere,
ut C.de peda.iudic.l.2. fiat reconuentio de liber-
tate? Videtur quòd hoc fieri possit, arg. C.de iudic.
quoties.& C.de ord.co.gl.:.ex.de in integ. restit.
causa.§.delegati. Dic contra, cùm ex ui suæ iuris-
dictionis, non possit de hoc cognoscere: ut dicam
h j.§. proxi. h Quid si te corā aliquo iudice inter-
pellaui, tu vis me coram eodem reconuenire: nun
quid eum potero recusare? ar. quòd sic. ff. de acq.
hæred. cum hæreditate. Sed dic contra secundum
i quosdam: i ut ff.de neg.gest.Pompo.nisi de nouo
causa emergat: ut C.de testi. si quis testibus. & ff.
4 de inter act.de ætate.§. ex causa. † Item pone, im
petrasti contra me super fundo: ego te reconue-
nio coram illo iudice, super alio fundo: tu ratio-
ne reconuentionis, vis me reconuenire super e-
quo, de quo in literis mentio non fiebat: quæri-
tur an possis. & uidetur quòd sic: nam reconue-
niendo me, uideris me conuenire. Sed Ioan. con-
tra. Nam licet relator iuramenti dicatur delega-
tor: non tamen idem ius in eo constituitur, quod
in delatore: vt ff.de iureiu.l.iusiurandum & ad pe
cunias.§.sed nec. Idem patet in excipiente & re-
plicante.nam replicans, dicitur excipiens. Idē.no.
k Ber.ex.de mut.pet.c.si. k j.§.proxi.uer.fin. Quid
si A.cōuentus à P.super uinea coram iudice Bon.
impetrat postea contra ipsum P. super domo ad
iudicem Rheginum, nunquid potest? Respondeo,
l super nulla re, in qua etiam colo. l non potest ip-
sum P.conuenire causa conuentionis durante, nisi
coram iudice Bon.ut in præ.§.reus.& in præd.au
m then.& consequenter. m † Quid si ipse H. per lite
5 ras causa conuentionis pendente impetratas, vult
n ipsum P.coram iudice Rhegino conuenire: n nun
quid potest excipi contra literas ipsas? Arg. quòd
non, ex.de offi.deleg.prudentiam.§.sexta. Instit.
qui.mo.testa.infir.§.non tamen.ff.de iniust. rup.
irr.testa.posthumus. Quidam tamen contra, argu.
ex.de rescr. super.C.si nup.ex rescripto pe. l. 2. &
tempus datæ inspicitur: ut ex.eo. eam te. Et hoc
uidetur papa sentire.ex.eo.c.pastoralis.& contra-
ria loquuntur, quando tempore impetrationis li-
terarum, & tempore facti testamenti & mortis
o processus legitimus erat. Alij contra o dicentes ꝙ
literæ possunt sine uitio impetrari, ut impetrans
utatur eis conuentione finita. Non enim prohi-
betur impetratio ad alios iudices quæstione pen-
dente: sed solum tractatio, seu conuentio coram
6 alijs iudicibus. † Quid si laicus iniuriatur cleri-
co super aliquo, ut ipse uocatus in ius à clerico co
ram iudice ipsius laici iuxta regulam illam, actor
forum rei sequi debet: possit clericum córam ip-
so iudice reconuenire? Dic hanc fraudem sibi nō
debere prodesse.ff.de iudi. l. 2. §. sed si agant. &
extra, de iur. patro. relatum.§.ad hoc. ubi de hoc
7 & de alie. iudi. mut. causa fac. ex parte. † Quid
si aliquis me conuenit extra meam diœcesim per
duas diætas, per literas apostolicas: nunquid eum
potero reconuenire coram eodem iudice, licet
distet per quinque uel decem diætas? Respon-
8 deo.sic.3.quæstio.8.cuius in agendo. † Sed pone,
conuenio te coram Titio autoritate apostolica: tu
me coram Seio eadem autoritate: quæritur an
possit te coram Seio reconuenire. Dicit Vincen.
p p quòd si ego incœpi te prius conuenire per meū
rescriptum: tibi imputa si postea me per tuum
conuenis: nam te reconuenio coram illo.ff.de iu-
risdi.omn.iu.si idem. §. quòd si mutuæ.nec traho
te. sed potius tu te trahis, qui per meum rescri-
ptum me conuenire potuisti: per quod te ego
non poteram reconuenire, nisi super mea quæ-
stione ibi contenta. Cùm ergo me coram alio
traxeris, te reconuenire potero coram illo. Si
verò tu me prius conuenisti, & ego te reconue-
ni, non possum postea te reconuenire eodem tem
pore super alia parsonali, per meum rescriptum.
Potui enim te reconuenire super omnibus, sub
primo iudice, & nolui, ut uexarem. Hæc & alia
not. Vincen.extra, de rescrip. cap. fin. hodie uerò
durante iudicio coram iudice, reus non potest
ad alium literas impetrare: ut extra, eodem, de
9 rescrip.dispendia.§.reus quoque.lib.6. † Sed po-
ne, contra rescriptum, quod contra me impe-
trasti multas exceptiones proposui, & in eis
q succubui: q quæritur an ex illo rescripto te con-
uenire potero coram iudice per illud obtento?
Et uidetur quòd non: ut C.ad l.Cor.de fal.qui fal
sas.C.de his quibus ut indi.l.Polla.ff.de aqui. hæ-
red. quæsitum. circa medium, extra, de censi.
cùm olim. extra, de testib. præsentium. Sed dic
contra: ut extra. de mu.peti.cap.2.& C. de sen-
ten.& interlo. omn. iud.authen.& consequenter.
r & est quæst. uenerealis. r Vel dic s quòd iniusto
s errore ductus, dixi rescriptum falsum: tunc po-
tero reconuenire. 2.quæstio.3.Paulum, extra de
t elec.statuimus. ad fi. t alioqui non. & habes ad
hoc concor. infra, de positio.§.8. uersicu. sed se-
cundum præmissa.& quæ hic desunt, uide 1.§. pro
u ximo. u

ADDITIO.

ADDITIO.

a Reus, Lib. 6.

ADDE, quòd Bar. in d. auth. & consequenter. & l. non distinguemus. §. item si quis. tenet quòd coram arbitro non sit locus reconuentioni, nec coram delegato de consensu utriusque partis.

ADDITIO. Adde tu Panor. post Ant. in c. 1. in 2. not. & latius col. pen. uersi. ulti. hic quaero extra de mu. peti. & an habeat locum reconuentio corā iudice prorogato. Dic quòd sic gle. est in l. est receptum ff de iurisdict. om. iu. quam gl. dicit ad hoc esse singularem Ludoui. Rom. sing. 149. incip. corā arbitro. Hen. Ferr.

b Fit ergo. Secundum Simon. Vincen. cuius fuit ista uer. super auth. & consequenter.

c In auth. Id est in corpore unde sumpta fuit, de executoribus. §. illud. collatio. 7. vbi est ille tex. Adde Bar. idem tenere ibi.

d In delegato. Supple secundum leges.

e Nota quod ineptè locutus est autor dicendo quòd est ibi speciale, ubi dicitur quòd iudex ad certam rem datus, si de alia pronunciet nihil agit, quae specialitas hic intendebat. dicerem quod hic in causa reconuentionis est speciale unde ibi glo. inter quinque casus exceptos ponit istum.

f Lecturam. Aliàs literam. Adde Bar. in l. cùm Papinianus.

g Secundum Vber. primam tenet Simon ubi supra.

h §. proxi. Ver. & trado. & ibi dabo remissiones.

i Quosdam. Scilicet Simon Vin. cuius fuit iste uer. super auth. & consequenter. in prin. hic & ibi corruptus: sed illa corruptio non impediebat intellectum, ut ista. Adde Bar. qui ita dicit tenere doctores omnes in auth. & consequenter.

k C. fi. Et Accur. in auth. & consequenter. in gl. 2. et ibi Simon.

l Co lo. Id est, qui nihil habet cum conuentione commune.

m Consequenter. Ibi quaerit Gui. de Suza. quid si in ciuitate uel palatio Bon. sint plures iudices, come ni te coram uno illorum, tu vis me conuenire corā alio, nunquid potes? Quòd possis, alle. quia vnum est illorum officium: sicut dicitur vnus proconsul a tui. ff. de offi. proconsu. & leg. l. meminisse. in prin. & vnius vicem videntur repraesentare. ff. ad municI. l. magistratus. In contrarium videtur: cùm autem ipse dicat apud eundem iudicem, per quē tex. tenet hanc partem, ad l. magistratus. respondet quòd loquitur de pluribus iudicibus habentibus idem officium. secus ubi ipsorum officium est diuisum, licet sub eodem domino vel rectore. Adde quòd idem quòd Spec. tenet Bar. in d auth. in ver. secundo quaero.

n Conuenire. Sup. lite finita.

o Contra. Scilicet Compo. vt scripsi in pra. e. pastoralis. in gle. sed super. in fi. vbi etiam est superior opinio: Innoc. contraria, pro qua facit: quia si dixisset litem pendere cum illo, literas non habuisset ut in pra decret. super literis. Sed dicet Compo. imo habuisset, expresso quòd non intendebat illis vti, nisi prima lite finita: si posset ostendere aliquam istam causam impetrandi: ut quia in illa causa non expediebat sibi litigare, sub illo ex circunstantiis causa satis transiret opinio Compostel. Adde quae no Abb. & caeteri Canon. in c. postulasti extra, de rescrip. & ver. quid si laicus. adde quòd Specu. uidetur tenere opinionem, quam tenet Bar. in d. auth. quòd clericus agens cum laico, possit ab ipso laico reconueniri. & hoc probatur ibi: hanc fraudem. qua cessante, videtur quòd possit conueniri: ut tenet glo. c. 1. de mu. peti. licet do. Ante. ibi teneat contrarium. latius uide in d. c. primo. & an clericus accusans laicum, possit lite contestata & publicatis attestationibus accusari coram suo episcopo, de calumniosa accusatione: & an episcopus possit inhibere iudici seculari ne procedat super accusatione facta per clericum, vide Fede. consi. 93.

p Dixit Vin. Hoc dixerat supra, de rescr. praesen. §. vlt. circa medium. uer. sed nunquid.

q Succubui. De illo, qui obtinuit, no. de rescri. c. 1. lib. 6. ut in gle. 2.

r Veuerealis. 31.

s Vel dic. Etiam secundum Vber.

t Ad fi. Lib. 6.

u §. prox. De reo an possit reconuenire actorem super actione, quae sibi non competebat tempore impetrati rescripti: scripsi de rescri. dispendia. §. 1. lib. 6. super uerb. obnoxium.

SVMMARIVM.

Reconuentio de quibus rebus, uel causis fieri possit.

1 Si contra aliquē prosequeris inquisitionē: an ille poteris petere, ut & contra te reinquiratur.

2 Iudex secularis debet casum matrimonialem ad episcopum remittere.

3 Spoliationis quaestione proposita, non habet locū reconuentio.

4 Conueniens spoliatorem ad rei restitutionem & fructus perceptos & extantes, an possit reconueniri super petitorio.

Acti

5 *Actio utilis an tollatur per primam sententiam.*
u Lis est contest. Ex quatuor opinionibus quas Cy. recitat in l. 1. C. qui accus. non poss. in 1. q. hec est secunda, quæ etiam sibi placet quòd per contestationem dicatur nomen accusati receptum inter nomina reorum: & quomodo respondeatur ad l. adul. C. de adul. ibi uide. dicis enim l. illam loqui de absente post lit. contest. quasi intendat quòd descrip. non sit necessaria præsentia describen. Aduer. secundum Bar. in l. 2. C. ut nemo pri. ti. quod in criminali causa quandiu pendet cognitio super accusatione, an sit ualida, uel ut donec index infrà procedi pronunciabit, non recipitur quis inter reos.

Bald. De inciden. quæstio. & ordine cognitionum.

QVAESTIO principalis dicitur illa, quæ mouetur principaliter propter se: & incidens larga dicitur, quæ secundario mouetur, & ista quandoque contrariatur ut exceptio, quandoque adminiculatur, vt quæ incipit ab eadem parte: ut l. si cut. §. si quæratur. in gloss. Azo. ff. si serui. uen. Bal. & quandoque mouetur una quæstio principaliter, quandoq; plures: & si plures, aut ab una parte: & tunc si petitiones se non contingunt, admittitur cumulatio. si se contingunt. Dic ut in l. fundi. & l. fundo. ff. de excep. & per Dyn. in c. nullus pluribus. de reg. iur. lib. 6. si ad diuersa, ut conuentio & reconuentio: tunc si se contingunt, reconuentio non habet uim exceptionis: ut not. ff. de inoffic. test. l. Pa. §. si filius. & hoc casu si prius sententiatur super reconuentione, sententia est nulla. quasi indiscussa exceptione. argum. extra de iu. c. exhibita. C. de ord. cog. l. fin. Si autem se non contingunt, tunc est aliqua: sed potest appellari: ut not. ff. quæ sen. sine appel. rescin. l. 1. §. fi. B. Incidit ciuilis ciuili: ut si petenti hæreditatem patris, opponatur quòd sit spurius. Item incidit criminalis, licet eius uigore pœna non applicetur fisco: ut no. ff. de adult. l. secunda. §. si publico. sed actio non dicitur criminalis, nisi principalis conclusio libelli sit ad pœnam fiscalem: ut not. in l. Agrariæ. ff. de ter. mo. in glos. Ciuilis incidit criminali, ut si accusatus de plagio, dicat se dominum. C. de plag. l. præses. uel si agenti de adulterio, opponitur quod est seruus. C. de adul. l. quoniam Alexandrum. Criminali incidit criminalis: ut si agenti de adulterio, opponitur de lenocinio, quod fieri debet ante litis contest. ff. de adul. l. 2. §. qui hoc dicit. & est speciale in ista exceptione, quòd conuictus per exceptionem punitur: ut d. §. si publico. quia non habet solùm uim exclusionis, sed etiam punitionis, ut ibi per Richard. Item incidit criminalis criminali, ut si accusas me de uulnere, ego excipio quòd prius illum occideras: imò & si te reaccuso, habet etiam uim exceptionis reaccusatio. C. qui accu. non pos. l. 1 ubi de hoc. §. 1. uer. scias. G. Dicitur etiam incidens quæstio emendatio, & mutatio libelli: quæ fieri potest ex eadem instantia, quando libellus peccat in materia. Secus si in forma: quia omnino debet esse nouus libellus forma substantiali mutata. ff. de adult. si accusaturus. de accus. l. libellorum. uersic. quod si libells. arg. ff. de iustis. & iur. l. ius ciuile. & de testa. mili. l. tribunus. §. ultiuide infrà, de libel. concep. §. actorem. Dicitur etiã incidens quæstio, replicatio, quæ potest cumulari cum petitione, si actor uult: ut peto decem ex mutuo, non obstante pacto de non petendo: quia postea fecisti pactum de non petendo, secundum Inno. C. si aduer. rem indic. l. 2. Dicitur etiam incidens quæstio, reconuentio. argum ff. de iurisd. om. iud. l. si idem. §. sed sit. præsertim si contingat principalem petitionem secundum Iac. Butr. Sciendum est autem quòd incidentium quædam debent eadem sententia terminari, quædam diuersa: & istæ ex primo uel proprio uocabulo, uocantur emergentes, quæ prius decidendæ sunt. ff. de lib. causa. l. libere. extra. de iud. c. exhibita. secundum Gul. non tamen est sententia nulla, si de incidenti pronuncietur, nec dicitur propterea instantia diuidi. ff. de min. l. intra utile. Quando incidens est talis, quæ non patitur litem contestari, nec procedi: prius est cognoscendum de incidenti. Si autem patitur litem contestari & procedi: prius est cognoscendum de principali. uers. & ut præmissa. Gul. l. 3 ff. de prauari. secundum Alber. Pap. Gul. Quædam sunt constitutiones præiudiciales, quod dic ut not. ff. de iudi. l. per minorem. Quædam præambula. uersi. u. potest etiam. Gul. Sed primò debet constare de re. postea de circunstantijs eius quæri. uersic. secundus est Gul. Plures accusationes possunt fieri contra unum eodem libello: & contra diuersos, si simul deliquerunt. C. de accu. l. si

qui 2

quis homicidij. Si autem quilibet de per se aut circa idem: & tunc idem. C. si reus uel accus. l. 2. Si circa diuersa: tunc non debent eodem libello permisceri, quia nullam habent contiguitatem. uide infra §. porrò. uide infrà de senteut. §. in uno eodem. Gul. Praiudicialis quæstio prius est tractanda in petitorio, secus in possessorio. uersicul. certum. G. In excipiendo non quæritur de iure accusati, sed de iure accusatoris. uer. fin. ad fi. B.

a De peti. & possess. & spolia. a Rubrica

SVMMARIVM.

1 Petens se restitui, non potest nisi de alia spoliatione reconueniri.
Excipi potest de spoliatione contra agentem, etiam de spoliatione.
2 Duobus, uno cum petitoria actione, altero cum possessoria, simul adinuicem concurrentibus, ut uterque prius agat, quis eorum sit præferendus.
3 Actore primo petitorio agente, & reo secundo possessorio conquerens de spoliatione, qualiter sit consulendum.
4 Petitorium & possessorium in iudicio posita, si sint super diuersa, quid iuris.
Reconuentio quo casu tantum ante litis contest. fieri possit.
5 Spoliatio duobus modis potest in iudicio proponi.
6 Impetrans contra aliquem super petitorio, an ille aliquis possit contra impetrantem agere possessorio coram eodem iudice.
7 Quæstio spoliationis in modum actionis, uel exceptionis proposita, semper repellit agentem in causa criminali.
8 Exceptio spoliationis, quibus causis, & à quibus, & quot modis fieri possit.
9 Contra procuratorem nomine domini agentem, an possit excipi quòd ipse procurator reum spoliauerit.
10 Exceptio de spoliatione non à tertio, sed tertia persona facta, puta à qua causa est habita, an fieri possit.
Possessor alicuius pignoris, aduersus secundum creditorem non defenditur, ex iure primi creditoris.
11 Exceptio spoliationis rerum priuatarum, contra agentem de re spirituali, uel quasi, an admittatur.
12 Depositarius uel commodatarius, cui res deposita uel commodata aufertur, an poterit restitutionem petere.
Restitutionem petens, debet probare possessionem & deiectionem.
13 Debitor conuentus, qui tenetur per iuramentum soluere certa die, an possit opponere exceptionem spoliationis.
14 Spoliatus non tenetur respondere spoliatori ante restitutionem, nec unquam est ei respondendum, si non sit soluendo.
15 Spoliatore ultra mare rem habente, satisdationibus est insistendum.
16 Recipiente à spoliatore condignum, uidetur spoliationi renunciare.
17 Actio & exceptio, quo casu & in quid differant: & num. seq.
19 Episcopo petente ab archidiacono iura episcopalia, quæ possidet, si archidiaconus dicit se non teneri respondere, &c. cuius libellus sit recipiendus.
20 Iura episcopalia in multis consistunt.
21 Publicatis attestationibus, & super eis factis disputationibus, an quis possit adhuc redire ad possessorium.
Suspensio petitorij, an possit fieri post conclusionem seu renunciationem.
22 Quæstione de possessione orta, & de proprietate prius possessionis quæstio finietur.
23 In quæstione de possessione & proprietate, si prius super proprietate feratur sententia, an teneat.
24 Regula ista, dolo petit quis, quod restituturus est: locum habere dicitur, tam in petitorio, quàm possessorio.
25 Appellatio dicitur extinguere & suspendere pronunciatum, qua pendente nihil est innouandum. nume. seq.
Causa possessionis, nil habet commune cum proprietate.
27 Iudex qua parte habeat pronunciare, ubi actum est merè possessorium, & ab altera partium plene probatum est de possessorio.
28 Petitorio intentato, an possit ad possessorium recursus haberi.
29 Agi simul interdicto retinendæ possessionis, scilicet utrobi, & uti possidetis, & petitorio, an sit possibile.
Possidenti non datur rei uendicatio.
30 Rei uendicatio ratione solius detentionis rei, potest dari ei, qui possidet: cum alius detinet.
31 Intentanti interdictum uti possidetis, an possit exceptio spoliationis opponi.

32 *Iudex qualiter pronunciabit, ubi agitur interdicto uti possidetis, si partes probant aequaliter se rem, de qua agitur, possidere.*

33 *Possessio, quibus modis possit admitti, & absq; uitio comprehendi.*

Iactare pecuniam suam, nemo praesumitur.

34 *Cautela pro aduocato, per quam poterit facere suum clientulum obtinere.*

35 *Cautela ad obtinendam & apprehendendam possessionem alicuius rei absque uitio, quam ad se asserit pertinere.*

36 *Ecclesia nunquam moritur, nec eius possessiones, etiam beneficio uacante, dici possunt non possessa.*

37 *Vacante ecclesia, apud quos remaneat iurisdictio.*

Ecclesia an dici possit per canonicos possidere, sicut & ciuitas per suo ministros.

38 *Duobus de possessione contendentibus, quorum unus turbat aliu. & ambo dicunt se in solidum possidere, nec uolunt de se inuicem conqueri: an possit iudex eos cogere petitiones amborum offerre.*

39 *Interdictum unde ui, seu constitutio, si quis in tantam, quo casu specialiter adaptentur.*

SVPEREST ut aliqua de possessione & petitorio, primo dicamus: postea de spoliatione pauca dicturi. † Sciendum igitur est, quod

1 petens se restitui, non potest reconueniri, nisi de alia spoliatione. ex. de ordi. cog. c. fi. Nec sibi potest de proprietate referri, q. super eo quod repetit, nisi primo fuerit restitutus: ut ibi. & ex. de restit. spol. in literis. & c. seq. & c. ex conquestione. & c. solicite. C. de rei uendi. ordinarij ff. de iud. si de ui. Et not. quòd ubi duae quaestiones possessoriae principaliter proponuntur à diuersis, & de diuersis rebus: illae tanquam mutuae petitiones, simul & uicissim sunt tractandae: secundum regulam, qui prior appellat, &c. ut ex de ord. cog. c. 2. §. nos autem. Quod dic ut s. tit. proxi. & s de reconuen. §. uidendum. contra agentem etiam de spol. potest de expoliatione excipi & agi, ut j. uer. si uerò spoliatio. Si autem utraque possessoria, q. fit super eadem re: iudex ultimò factam uiolentiam prius

2 purgabit. ff. de ui & ui ar. colonus. & l. cum fundus. † Sed pone quòd duo, unus cum petitoria actione, & alter cum possessoria actione scilicet spoliationis, concurrunt, simul adinuicem: ut uterq; prius agat, quid fiet tunc? Respondeo, forte diuidatur. ff. de iudi. sed cum ambo. nisi allegetur recēs spoliatio uel rixa: de qua etiam tempore feriato agitur. ff. de fer. solet. uel nisi actio dicatur tempore peritura: ut not. ea. l. quo casu, siue agendo, siue reconueniendo sufficit, ad perpetuandam actionem, libellum porrigere, secuta per executo-

b rem conuentione, secundum Vinc. b † Si uerò

3 unus agit primo petitorio, & reus secundo possessorio, conquerens de spoliatione, distingue: nam aut ambae quaestiones sunt circa eādem rem, aut circa diuersas. Si circa eādem rem, dicunt Ioan. & Innocen. 4. & Vincen. quòd paratur praeiudicium, petitorio prius proposito per possessorium: secus do etiam in modum reconuentionis propositum: & quòd super possessorio cognoscetur prius, & pronunciabitur petitorio prius proposito suspenso: ut in praedic. decre. ex conquestione. & eo. tit. literas. & cap. sequen. ex. ut lite non contest. accedens. 2. in fi. Secus si sunt super diuersis, ut j. dicetur. & hoc siue possessorium praecedat, siue sequatur, secundum Ioan. & Vincen. argumen. 3. quaest. 1. per totum. ex. de restitut. spoliat. in literis. & c. item cum quis. & c. literas. & in praed. c. accedens. Dominus meus not. in decre. ex conquestione. contrarium, dicens quòd ubi ab una parte proponitur prius petitorium, & alia pars reconueniendo proponit possessorium recuperandae possessionis: hoc possessorium regulariter non impedit petitorium primo propositum, nec retardat: sed sunt mutuae petitiones, quae uicissim sunt tractandae: ut s. dixi. Pro eo facit ex, de ordi. cogni. c. 2. §. nos autem. ibi: tantum in modum exceptionis ob. &c. & respondet multipliciter ad iura prae-

c missa. B. uerò tenens quasi uiam mediam, dicit

d d quòd si reus ante litis contesta. super petitorio nihil dixit de possessorio post litem contesta. non audietur, nolens de spoliatione obijcere: nec agē

e dò, e nec excipiendo, quamuis secundum eum, aliàs posit reconuentio fieri post litem contestatam, ante litem autem non contestatam bene potuit opponere, ut dicit, quia qualitercunque proponatur, spoliatio dilatoria est. Sed contra in decre. ex conquestione: ubi post litem contestatam admissa fuit super possessorio, petitorio omisso. Sed ibi mulier ante litis contesta. instanter ad hoc petierat se admitti, tam coram ordinario, quàm coram delegato: & nihilominus post lit. contest. petijt restitui, & cum nihil proficeret, appellauit.

4 † Porrò si petitorium & possessorium sunt circa diuersa, subdistingue: nam aut spoliatio proponitur in modum actionis, aut in modum exceptionis: si in modum actionis, puta quia reus directè petit restitui: tunc sunt duae mutuae petitiones, & sunt simul & uicissim tractandae, & una sententia terminandae: ut supra dictū est, exceptis quibusdam casibus, in quibus prius expedietur possessorium, ut dixi supra de reconuentione. §. uidendum. uersi. & si iudex. & postea petitorium examinabitur: & tunc cum in modum actionis proponitur, secundum B. potest fieri reconuentio de spoliatione, etiam post litem contest. ut ibi, & ex. de

f rescriptis. c. dispendia. §. reus. f Dominus meus tamen dicit per eundem. §. quòd reconuentio tan

g tum ante lit. contest. fieri potest. g Si uerò spoliatio in modum exceptionis proponitur, tunc primo tractabitur exceptio spoliationis, suspenso petitorio: ut in prae. decre. de ord. cog. c. 2. nec hoc casu post litem contestatam, potest excipi de spo-

h liatione: secundum Bernar. h cum sit dilatoria. Sed & si peto me restitui, quia dico quòd me spoliasti: tu potes excipere contra me, & dicere quòd ego te spoliaui. Hoc habetur extra de ordi. cog. cap. fina.

cap.fina.in fi.& dictio,quamquã,ibi posita, impro
prie ponitur: quia nihil aduersatur. Poteris etiã
i agere contra me de spoliatione, [i] ut ibi. & eod.
tit. cap. 2. & tunc erunt mutuæ petitiones, ut s̄.
& idem quando petitorio agitur, quia duplici-
ter potest opponi spoliatio, ut ibi: diuersi tamen
sunt effectus: quia spoliatione per modum exce-
ptionis probata, agens repellitur, sed non resti-
tuitur: sed si probetur in modũ actionis, restitue-
tur opponens ante ingressum principalis causæ,ut
5 ibi. † Cum igitur secundum hoc spoliatio possit
k proponi [k] in modum actionis & exceptionis,caue
tibi, & attende quòd tibi magis expediat: si enim
magis expediat tibi possidere rem aduersarij, quã
tuam recuperare: excipias si aduersarius te in que
rela præuenit, quia probata exceptione non coge-
ris respondere aduersario: nisi primo fueris resti-
tutus: ut in præ. duabus concor. Si uerò tibi ma-
gis expediat recuperare rem, qua spoliatus es,
propone directè spoliationem, qua probata, resti-
tueris: ut ibidem. & hæc uera sunt,cum super di-
uersis fit conuentio,& spoliationis obiectio. Secus
si super eadem re fit conuentio & reconuentio:
túc enim utilius est directe restitutionem petere:
quia spoliatione probata, duo consequerẽtur, sci-
licet quòd restituetur ante ingressum etiam prin-
cipalis, & prius audietur, licet aduersarius suam
prius proposuerit actionem: ut ĩ. in prin. uer. si
uerò unus. Si uerò in modum exceptionis non re
stituetur, licet repellat agentem, ut s̄. secundum
B.& Ioan.ut not.ex̄.de ord.cog.c.fi.2.q.1.c.1.licet
dominus meus dixerit utile esse excipere: quia
sic probata exceptione spoliationis, repelletur
agens,& postea poterit rem petere, & eam recupe
l rare,secundum ea quæ not. j.uer.sed pone.[l] † Qua
6 liter autem super iure eligendi petitorium & pos-
sessorium intentatur,dic ut j.de causa pos.& pro
prie.§.in consessoria.uer. hoc etiam.& si impetro
m contra te super petitorio,an poteris agere [m] con
tra me possessorio coram eodem iudice? not. se-
cundum papam ex̄.de restitut. spoliato.ex conque
n stione. [n] † Istud autem certum est,quòd in causa
7 criminali, quæstio spoliationis in modum actio-
nis, uel etiam exceptionis proposita, semper re-
pellit agentem. Sic intelligo 3.q.1.per totum. &
q.2.oportet.& c. audimus. ex. de restit. spol. fre-
o quens. [o] Imò etiã dixerunt quidam [p] quòd tunc
p non solum repellitur accusator,uerum etiam pro
bata exceptione restituitur.arg. 3. q. 1. episcopi.
& q.2.cum ecclesiæ.& 2.q.2.nullus.Contra credo,
quia ad hoc non est actum.ex̄.de ordi.cog. c. 2. §.
uerum. Sed ipsi illud intelligunt in causa ciuili.
Item contra eos est ex̄.de testi.ueniens.2.& c.con
stitutus.in fi.& ff.de excu.tut.spadonem.§.qui ab-
solutus.ex̄.de accus.qualiter. 2. §. pen. & de simo.
q licet Heli. [q] † Et breuiter tene,quòd ubi ciuiliter
8 agitur, non potest excipi de spoliatione ab alio,
quàm ab actore facta: ubi uerò criminaliter agi-
tur,tunc potest excipi de spoliatione facta à tertia
persona: & hæc exceptio probanda est intra 15.
dies, à die obiectionis, die ipsa non computata,
alioquin in expensis condemnabitur excipiens. Et
quod dixi, quòd criminaliter accusatus pōt exci-
pere de spoliatione, uerum est, cum tota sua sub-
stantia, uel maiori parte spoliatus est. Et si tunc
excipiens nolit exceptionem probare, ut sic sem-
per accusatorem repellat, debet ei certum tem-
pus præfigi à iudice, intra quod restitui, petat:
quod si non fecerit, ex tunc poterit in accusatio-
ne procedi, exceptione huiusmodi non obstante:
nec agenti super ecclesiasticis, potest excipi de
spoliatione rerum profanarum, & econtra. Hæc
9 leguntur in prædic.decre.frequens. † Sed nunquid
contra procuratorem nomine domini agentem,
pōt excipi quòd ipse procurator spoliauit reum?
Respon.non.ff.de doli excep. si procu.agit. Item
nunquid contra syndicum nomine alicuius colle-
gij me reconuenientem, possum excipere de spo-
liatione, per aliquem de ipso collegio facta? Re-
spondeo, non: ut 12. quæst. 2. qui manumittitur.
10 † Item, nunquid potest excipi de spoliatione non
à tertio, sed tertiæ personæ facta: puta à qua cau-
sam habeo? Et uidetur quòd sic: ex̄. de iure pa-
tro.cum dilectus. ubi possessor defenditur contra
petitorem ex iure tertij, pro quo legatus fecerat
r inhibitionem. [r] Ad idem ff. de excep. l. nemo. &
l. is qui. Dic contra.ff.de ususfruct.pe.uti frui.ff.si
pars hæredi.pet.l.1.Nam possessor pignoris aduer
sus secundum creditorem, non defenditur ex iure
primi creditoris.ff.qui po.in pigno.hab.creditor.
& Claudius.§.sed si cum alio. Et ad hoc facit:quia
ex iure tertij iuri meo non subiecti,mihi non com
petit defensio,sicut nec actio.ff.de uerbo.oblig. sti
pulatio.§.alteri.ff.de pactis si unus. §. item ne ex-
periar.& l.si tibi.& ad hoc facit ex̄. de his quæ fiũt
11 à maio. par.capi. quæsiuit. † Quid si ego possesso-
rio uel petitorio contra uxorem: ipsa uero exci-
pit de spoliatione? Dic quòd non admittitur exce
ptio spoliationis rerum priuatarum contra agen-
tem de re spirituali, uel quasi: ut in prædic.c.fre-
quens in fi. De hoc secundum dominum meum in
Summa, de restitutione spoliat. §. quando. uersi.
s quid si uir. [s] Quid si matrimonio absoluto ab hæ-
rede uiri defuncti, uxori superstiti dotem repeten
ti,opponitur,quòd ipsa spoliauit uirum uiuentem
proprijs rebus? Item etiam quæri potest in quoli
bet successore excipiente de spoliatione facta ei,
cui successit, cum quo eadem persona censetur,
uel à quo causam habuit: ut supra uersi. item nun
quid potest? Item quid si agenti contra te actione
reali uel personali,excipis, & quod te per uim tuo
t filio spoliauit? in his quæstionibus stude. [t] † Sed
12 nunquid depositarius uel commodatarius,cui res
deposita uel commodata aufertur, poterit petere
u restitutionem? [u] Et uidetur quòd non: nam resti-
tutionem petens, debet probare possessionem &
deiectionem:ut ex̄.de rest.spol. olim.3.ex̄.de offi.
deleg. consultationibus. At rei accommodatæ &
depositæ dominium & possessionem retinemus:ut
infra uer.sed nunquid.Sed dic quòd potest per con
x dictionem ex canone illo 3.q.1.redintegranda [x].
C. de præto.pig.l.fin.Quid de misso in possessionẽ
causæ rei seruandæ? de hoc suprà de primo & se-
cundo decre. §. iam de effectu uer.sed quid si mis-
13 sus. † Quid si debitor conuentus, tenetur per iu-
ramentum soluere certa die? Respond. non po-
test opponere exceptionem spoliationis. ex̄. de
iureiuran. debitores, sed fideiussores sic. ff. de

compensa. si quid. Quid si aliquis conqueritur
de aliquo, quod impedit eum filium suum bapti-
zare, uel sepelire, uel parietem ruentem refice-
re. Dic quòd non admittitur contra eum exceptio
spoliationis. argumen. 4. distinct. baptizari 8.
quæst. 4. nonne. ff. de oper. noui nun. l. 1. §. si
quis riuos. secus si prosequeretur, & opponeret
de iniuria sibi iam irrogata, dicens: Conqueror
de P. qui me non permisit baptizare uel sepelire
meum filium: tunc enim elidi potest eius actio,
14 per exceptionem spoliationis. † Sed cum spolia-
tus non cogatur respondere spoliatori ante resti-
tutionem: ut extra de ordinat. cognitio. si per.
z quid erit, si spoliator non sit soluendo? z Et ui-
detur quòd nunquam sibi respondetur 14. quæst.
6. si res. Potest dici, quòd si euidens est eum ni-
hil habere, iudex audiet causam suam, ut inde fa
ciat compensationem spoliato. argumen. extra
15 de restitut. spoliat. olim. 2. † Sed quid si spolia-
tor habet rem ultra mare: nunquid interim co-
gendus est aduersarius respondere? Respond.
nunc est satisdationibus insistendum. ff. de pigno
ribus. si fundus. §. 2. & si satisdat. de re uel æsti-
matione danda, uel si seruus mortuus fuerit, au-
16 diendus est, extra de solut. Odoardus. † Sed si
spoliasti me beneficio cum cura, & postea recepi
aliud cum cura: nunquid si me conuenis, potero
contra te opponere de spoliatione? Et uidetur
quod non: nam uideor renunciasse priori, reci-
piendo aliud cum cura. extra de præben. de mul-
cta. Dic contra, quia datur restitutio ad rem, &
fructus, ad interesse, & ad omnia, quæ ibi erant.
ff. de ui & ui arma. l. interdicto. & datur usufru-
ctuario finito usufructu. ff. de ui & ui arma. idem
est. §. fina. Hoc etiam not. quod petenti restitu-
tionem, non potest opponi compensatio. C. de
compensa. l. fin. quia sic indirecte admitteretur
reconuentio, quod non est dicendum. argumen.
extra de exceptio. cum inter. in 6. Sunt & alij ca
sus, in quibus cessat reconuentio, ut dixi suprà
17 titulo proximo. † Sed pone, ecce ago contra te
possessorio: & tu reconuenis me possessorio: &
ego oppono contra te per modum exceptionis,
de eadem spoliatione de qua te conuenio: nun-
quid debeo admitti? Respond. sic: quia ad aliud
proponitur ut actio, & ad aliud ut exceptio, ar-
gumen. ff. de inoffic. testamen. contra ueterani.
§. sed nec impuberis. & extra de testi. ueniens.
cap. cum in tua, & per meam exceptionem re-
pelleris: ut extra de ordin. cogni. cap. 2. & cap.
18 fina. † Sed nunquid potes tu excipere a contra
a me, de tua spoliatione, seu replicare? Respond.
sic: & elides meam actionem, & sic remanet effi-
cax conuentio & reconuentio, exceptione &
replicatione sublatis: quia sicut exceptio mea eli-
dit intentionem tuam, sic & replicatio tua meam
b exceptionem: ut ff. de excep. l. 2. b † Circa hanc
19 materiam quæritur, ecce episcopus petit ab archi
diacono iura episcopalia, quæ archidiaconus possi
det: dicit archidiaconus, non teneor respondere
libello episcopi, donec fuero restitutus ad ius exa
minandi clericos ad ordines promouendos, quo
me episcopus spoliauit. argum. ex. de restit. spol.
olim nobis. ex. de offic. archid. ut nostrum. Et si su-
per hoc offert libellum contra ipsum episcopum,
quæritur quis libellus debet in cognitione pro-
cedere. Et obtinuit quòd libellus archidiaconi
deberet procedere: ut ex. de ord. cog. c. 2. & fi. &
20 dictum est s. eod. §. in prin. uers. si uerò. † Quid
si episcopus uult de libello suo tollere illud ca-
pitulum, scilicet ius examinandi? Et uidetur
quòd tunc uterque libellus procedat tanquam
duæ mutuæ petitiones: quia cùm iura episcopalia
in multis consistant: ut ex. de offi. ordina. conque
rente. licet archidia. se dicat spoliatum in uno: ni-
hilominus libellus debet super alijs procedere.
In contrarium uidetur, quia licet spoliatio facta
fuerit in uno capitulo tantum: non tamē tenetur
archidi. etiam quo ad alia respondere libello. ha-
bet enim spoliatus priuilegium, &c. ut ex. de rest.
c spol. frequens. c & 2. q. 2. nullus potest. Pro hac
parte de præcepto domini Clementis papæ quar-
ti pronunciaui, scilicet solùm libellum archidia.
procedere, licet quasi inuitus & remittens. Nam
hæc pronunciatio, contra ius fuisse uidetur: quia
cùm petitorium & possessorium essent circa di-
uersa, erant tanquam mutuæ petitiones tractan-
dæ: ut s. eo. §. uersicu. porrò. & maximè cùm peti-
torium primò esset per episcopum propositum:
nec præmissa interlocutoria impediebat libel-
lum, nisi solùm ratione illius capituli de iure exa-
minandi: quia quot sunt in libello articuli, tot
sunt petitiones: ut infrà tit. proxi. §. 2. in princip.
Potest tamen defendi dicta sententia, secundum
opinionem Gof. & aliorum dicentium, quòd si-
ue procedat siue sequatur, possessorium prius ex-
pedietur: siue sit circa eandem rem, siue sit circa
diuersas: ut not. Gof. in summa de ord. cog. §. sed
si ago. uersi. uel si uelis. Et ex hoc fuit idem domi
nus papa motus ad id iudicandum, & sic ipse in
consistorio meam sententiam, à qua appellatum
21 fuerat, defendebat. † Et scias quòd post publi-
cationem attestationum, & etiam post dispu-
tationem super eis factam, potest quis adhuc re-
dire ad possessorium. Vbi enim non renuncia-
uit adhuc poterit instrumenta, confessiones,
& probationes inducere: & sic non potest di-
ci de causa liquere. Post conclusionem autem
uel renunciationem non potest fieri suspensio pe
d titorij: ut in præ. cap. pastoralis. d nisi malitia
spoliatoris, uel casus, uel alia iusta causa iudicem
mouerit, ut in possessorio, petitorio suspenso,
procedat: ubi autem ab alterutra partium peti
potest sententia: tunc renunciari non potest: ut
ibi. argu. tamen contra, quod etiam post conclu-
sionem in petitorio, potest quis ad possessorium
transire. ex. de testibus significauerunt in fine.
Sed dic quòd tunc iudex utrunque simul deter-
minabit. Verum autem is, qui redit, seu suspen-
dit, restituet expensas: not. j. de expen. §. si aute.
e uer. quid si suspenso. e † Vt autē paucis utamur,
22 nota quod orta quæstione de possessione & pro-
prietate: prius possessionis quæstio finietur: ut
C. de interdit. l. 3. ff. de iud. si de ui. Tamen, secun-
dum canones, simul agi potest utraque. extra. de
capel. mo. cap. secundo, in prin. & de causa. pos. &
proprie. c. 2. Sed licet in pronunciatione, præmit
tenda sit possessio: in executione tamē debet pro-
prietas

prietas prævalere: ut eod.titu.cùm dilectus.ubi de
hoc Ioan. tamen dixit quòd non potest simul agi
petitorio & possessorio: nisi in corporalibus, ut in
seruitutibus. Et est ratio: quia in illis datur actio
23 etiam possidendi. † Quid si primò super proprie
tate sententia lata fuerit? Dicunt quidam non ua-
lere, argu. C. de sentent. prolata. alij contra, quia
iste non est ordo iudiciorum, sed actionum. Postea
tamen non est super possessorio ferenda, quia non
f prodesset, secundum papam. [f] Sed si primò lata
est in possessorio, bene potest postea ferri in peti-
24 torio: ut ex. de testib. significauerunt. † Quid si
g pro uno lata est in petitorio, [g] & pro alio in pos-
sessorio: nunquid is, pro quo lata est in possesso-
rio, potest petere eam executioni mandari? Re-
spon. non: dolo enim petit, quod restiturus est: ut
de doli exceptio. dolo. ff. de iudic. si de vi. quæ regu
la. tam in petitorio, quàm in possessorio locum ha
h bet. [h] † Quid si is, contra quem in petitorio lata
25 est sententia, appellauit: nunquid appellatione
pendente poterit petere, quòd sententia super pos
sessione pro se lata, & à qua non extitit appella-
tum, executioni mandetur? Respondeo, non,
per decre. cùm dilectus. quia appellatio extinguit
i id est, suspendit pronunciatum. [i] ut ff. ad Turpil. l.
1. in fin. qua pendente nihil est innouandum. in-
fra, de appel. §. nouissimè. Alij contra: sententia
enim super possessione lata, debet aliquid opera-
26 ri: ut ff. de leg. 1. si quando † Et quod dicitur, nil
innouandum esse appellatione pendente: uerum
est in eadem causa, sed causa possessionis nil ha-
bet commune cum proprietate: ut ff. de acqui-
ren. pos. naturaliter. §. nihil, uel inspiciendum est,
an causa possessionis sic cum proprietate anne-
xa, ut separari non possit: & tunc non fiet exe-
k cutio, aliàs sic. Vel dic, & melius, [k] quòd re-
fert, an reus, contra quem actum est petitorio &
possessorio, absolutus sit in petitorio: ideo quia
probauit se dominum rei, ut tunc actor petens
executionem in possessorio, in quo obtinuit, non
audiatur, ut suprà, an verò ideo quia actor non
probauit, iuxta regulam, actore non probante,
&c. ut tunc audiatur, ut suprà. Non enim sequi-
tur, absolutus est, quia actor non probauit: ergo
res sua est, quia bene potest esse contrarium. argu.
ex. de rescrip. olim. in fi. Hæc distinctio probatur
ff. de iureiuran. sed & si. respon. 1. ex. de causa pos
27 ses. & proprie. cùm ecclesia. in fin. † Quid si a-
ctum est merè possessorium, & ab altero partium
plenè probatum est de dominio: nunquid iudex
poterit super dominio pronunciare? Dicunt
quidam quòd sic: ut ex. de causa pos. & proprie. pa
storalis. Alij contra. C. qui leg. p. ha. stan. in iu. mo
mentariæ. ff. de peti. hæredit. si quis libertatem. §.
l fina. [l] † Potest etiam agi petitorio & possesso-
28 rio separatim: nam altero intentato, puta peti-
torio potest ad aliud, scilicet ad possessorium re-
cursus haberi: ut ex. de causa pos. & proprie. pa-
storalis. & cap. cùm dilectus. & de testibus. signifi-
cauerunt. argumen. contra. C. quomodo & quan-
do iud. auth. qui semel. ubi dicitur quòd propo-
nens actionem, in ea persistere debet usque ad
finem: aliàs contra eum proceditur, prout ibi
dicitur. Dic quòd suspenso petitorio, bene potest
recursus haberi ad interdictum possessorium, scili-
cet unde ui, quod ui aut clàm: ut in præ. concor.
m & hoc in odium inferentis uim. [m] Et sic hoc est
speciale in spoliatione, priuilegio spoliati. argum.
ex. de ord. cog. c. fin. cum suis concor. sed præ. au-
then. loquitur regulariter. Item ibi contumax e-
rat is, qui iudicium intentauerat: in præ. uerò con
n cor. non. [n] Suspenso ergo petitorio, potest recur-
sus haberi ad interdictum recuperandæ uel adipi-
scendæ possessionis, non autem retinendæ, ut qui
dam dicunt: ut in c. pastoralis. Sed tu dic idem de
interdicto retinendæ, secundùm papam, ut etiam
29 j. probabitur. † Sed nunquid potest simul agi in-
terdicto retinendæ possessionis, scilicet utrobi, &
uti possidetis & petitorio? Dicunt quidam quòd
o non, per præ. l. C. de interdictis. [o] Esset enim agens
sibi contrarius: ut no. in præ. cap. pastoralis. Nam
possidenti non datur rei uend. ut Insti. de act. §. 1.
ex. de re iud. examinata. Contrarium credo ex. de
capel. mo. c. 2. Nec obstat quòd possidenti non est
prodita rei uen. nec etiam agens est sibi contrari-
30 us. † Nam ratione solius detentionis rei, datur uē
dicatio ei, qui possidet, cùm alius detinet: & sic
possidenti, & non retinenti, datur rei uendicatio.
ff. de rei uen. officium. ubi dicitur quòd ad rem cō
modatam uel depositam, possum agere rei uend.
contra eum, qui detinet: cùm tamen eius posses-
sionem & proprietatem retineam. ff. commo. rei
commodatæ. ff. deposi. licet. Et si potest intelligi
præ. decr. de capel. mo. arg. ad hoc. ff. de acquiren.
p pos. naturaliter. §. nihil: [p] Item alia ratione, non
est sibi contrarius: quia sicut datur interdictū in
possessorem, scilicet decretum: ita datur utile, in
his, quæ quasi possidentur: ut ff. de seruitu. quoti-
es, maximè autem potest simul agi utraque, si mo
ra erat periculum allatura. ff. de ope. no. nun. de pu
pillo. circa princ. Interdicto autem recuperandæ
possessionis, & petitorio simul, indubitatè agi po-
test: ut in præ. c. pastoralis. & eo. tit. per totum. &
31 de sequest. poss. c. 1. † Sed nunquid intentanti in-
terdictum uti possidetis, potest exceptio spolia-
q tionis opponi? Dicit Vincen. [q] quòd si agitur, ut
non turbent possessionem, ne offendant inquili-
nos, & putatores uinearum: non debet opponi ex-
ceptio, nec obstare: quia iudicis est impedire lites
futuras. ex. de dolo & contuma. finem. nec debet
aliquis sine iudice turbare alienam possessionem.
Si uerò agitur ad pœnam propter uim inquieta-
r tiuam, ut ff. uti possi. l. 1. & l. penultim. §. fi. [r] tūc
exceptio spoliationis proderit, & admittetur.
32 † nota quòd cùm agitur interdicto uti possideti-
tis, si partes probant æqualiter se rem, de qua
agitur, possidere, iudex pronunciabit: Uti pos-
sidetis, ita possideatis. Sed contra: quia si uterque
probet se æqualiter possidere, cùm non sit maior
ratio, quare unus possideat quàm alter: non con-
stat ei qui possideat: vnde debet supersedere,
cùm super re incerta non sit sententia ferenda:
ut j. de sententia. §. qualiter autem. propè prin-
cipiū, & secundum hoc neuter obtinebit: ut no-
ta. extra, de probationibus, licet. ad fi. in glo. bene
s tamen locus, &c. [s] † Quid si ego peto fundum à
33 P. & possessionem eius, condictione sine causa,
uel ex iniusta causa probo me possedisse per
decem

decem annos, sed non probo titulum: P. probat se possedisse biennio, nec probat titulum? Respon. dicunt quidam quòd ego debeo obtinere: quia præsumitur quòd à me clàm possederit, cùm non fui
t absens, [t] nec negligens, nec sine successore decessi: quibus mod. pos. amittatur, & sine vitio apprehenditur. ff. de usu. furtum. in fi. Instit. eo. §. quod autem. ff. de acquir. pos. clàm. quia non præsumitur quòd aliquis iactet pecuniam suam. ff. de prob. cùm de indebito. Ros. dixit quòd mihi iudicis officio subuenitur: ut C. lib. 10. de agri. & censi. si coloni. & argu. ff. de aqua plu. arcen. in summa. §. idem Varus. Alij contra, quòd P. vincet eo iure. quo possessor. ff. si vsus fru. peta. uti frui. quia qualiscũque possessor, &c. ff. uti pos. l. 2. & ubi iura partium obscura sunt, &c. ex. de probatio. ex literis. Institut. de interdic. §. commodum. & ad hoc C. de rei uendicatio. l. fina. & quod uot. ex. de restit. spo.
u sæpe. & hoc uerius uidetur. Debeo [u] enim probare quòd ille clàm vel precariò possideat: aliàs mihi non creditur. ff. de aministrat. tut. hic autem ff. de dolo. l. dolum. ff. de reg. iur. semper in dubijs. Sed Iacob. Bal. tenet prius dictum, dicens, quòd si constat me olim possedisse: licet P. nunc inueniatur possidere: tamen ego fortior sum in possessione, quia cùm semel possederim, præsumor possedisse, nisi probet me amisisse posses. C. de proba. siue. ff. de acquiren. pos. si id quod. §. quid autem. & l. possidere. §. quod si quis. quare præsumitur P. clam possidere, ut dixi: nec prædicta præsumptio locum habet in possessio. sed in dominio: ut C. de in integ. restitut si cum mino-
x rem. [x] † Not. tamen diligenter cautelam, tu aduo-
34 cate, per quam poteris facere tuum clientulum obtinere. Si enim uides utramque partem æqualiter probare: dic ei, si potens est, quòd possessionem, de qua controuersia est, manu armata ingrediatur, & quod denunciet aduersario ut ueniat ad possessionẽ si audet: qui si non ueniat, quia suspicatur se posse repelli, statim perdit possessionẽ, quã se dicebat habere. ff. de acquir. pos. si id quod, unde tunc clientulus tuus erit potior, & si eas eiectus ad iudicem: dicens, talis me uiolenter de possessione deiecit, & eam propria autoritate ingressus est, unde eum peto puniri & priuari iure, quod se in re dicebat habere: cum autoritate propria ingredi non debuerit, per l. si quis in tantum. C. unde vi. & 16. q. 6. placuit. clientulus respondebit, domine, imò pro me sententia est ferenda, æquè enim probaueram me possidere, sicut & ille unde meã pos. & non alienam sum ingressus, & sic meã pos. retinui, & aduersarius, si quod habebat: perdidit, per præ. l. si id quod. Sic fecit fieri Rogerius Mu-
y tin. prout recitant Vber. de Bo. & Ros. [y] † Itẽ no.
35 & aliam cautelam, si uis quod amicus tuus apprehendat possessionem alicuius rei absque uitio, quam ad se asserit pertinere, eo ignorante, fac possessorem spoliari, & confestim deserere possessionẽ coram testibus: & sic ea vacua remanente, nuncia amico tuo, ut uacuam apprehendat possessionem: nec per hoc videbitur ratam habere spoliationẽ: nec dicitur rem à deiectore recipere, secundum ea, quæ habentur & no. ex. de rest. spo. cùm ad se-
z dem. [z] & de ordi. cog. cùm dilectus. imò usucapere posset, prout ibi no. in glo. sic patet. uersicu. sed
a hoc non est. [a] unde habebit commodum retentionis: ut 16. q. 3. §. potest. uersicu. quòd si mala fide. ex. de ord. cog. cùm dilectus. prope prin. C. de præscrip. 30. uel 40. ann. si quis emptionis. nec competit contra eum interdictum unde ui: & in hoc fuerunt decepti hospitalarij, in præ. c. cùm ad sedem credentes interdictum, unde ui hoc casu locum
36 habere. † Sed pone, uacante ecclesia P. occupauit quandam pos. ad eam pertinentem: electo autem ibi prælato, repetit prælatus dictam pos. à P. petẽs eum tanquam inuasorem puniri: sed P. dicit quod intrauit vacuam & vacantem poss. ut ff. de usu. nũquam. §. vacuum tempus. & C. unde ui. quærebatur.
b [b] Sed dic quòd non dicitur uacua talis pos. quia ecclesia & locus dicitur possidere, & ius habere: ut C. de episc. & cle. l. raptores. §. si autem. ibi: & plenam pos. earundem rerum, &c. & de sacrosan. eccl. iubemus. si quando. quia ecclesia nun-
37 quam moritur: vt 12. q. 2. liberi. † Quid si ciuitas per ministros suos possit: ut ff. de acq. pos. l. 1. in fi. sic & ecclesia possidet per canonicos: quia uacante ecclesia, apud eos remanet iurisdictio: ut ex. de maio. & obed. cum olim. & c. his quæ. unde non est necesse quòd factus episcopus intret quãlibet possessionem: sed sufficit quòd intret pos.
38 episcopatus. argu. ff. de acquir. pos. possideri. † In
c summa no. secundum Iac. Bal. [c] quòd ubi duo contendunt de pos. & quilibet dicit se in solidum possidere, & unus turbat aliũ in possessione, nec vult unus de alio conqueri, nec uult unus alteri libellũ dare, quasi sustineat partes rei, & commodo possessionis fruatur: iudex potest ex officio suo eos citare, & cogere suam petitionẽ offerre: uel potest illud iudicium possessorium sine libello determinare, recipiendo probationes utriusque partis: ut sciat quis illorum subire debeat onera petitoris, & quis utatur commodo possessionis: ut argu. ff. de lib. causa liberis etiam. §. si quis ex seruitute. & quia hoc uult iudex, scilicet ut sine libello quæstio finiatur, cuius iussus facit ut contractus teneat, qui aliàs non teneret: ut ff. quod cum fal. tu. auto. l. 1. & C. de lit. contest. auth. qui libellum. quæ est. q. 3. §. spatium. Ex officio enim suo debet partes cohibere ne ueniant ad arma & rixas. ff. de usufru. si cuius. §. denique: & uim fieri uetabit ei, quem in possessione inuenerit potiorem: de hoc
d j. de libel. concep. §. nunc dicendum. uersicu. 22. [d]
39 † Postremò no. consilium sapientum, circa interdictum unde ui. & consti. si quis in tantam. si enim non possum probare quomodo possedi, consulũt ut possim probare quomodo sum deiectus, quod intrem in fundum testibus, & tabellione præsentibus, & si is, qui possidet, permittit, possessionem habeo. Si uerò me intentare uolentem, non admittit, sed me incontinenti possessione expoliati de quo fieri faciam publicum instrumentum, possessionem amitto incontinenti: ut ff. de acquiren. pos. clàm. §. fi. & l. quod si nolit. & l. si id quod. & sic habeo interdictum: nã si probo quòd olim hoc anno possederim, illam possessionem, animo retinui, quod semper de quolibet præsumitur, scilicet quòd animo retineat, nisi fortè uideres illum possidere: ut ex tua patientia pararetur tibi. præiudi-

præiudicium: ut C. de acquir. pos. minus, & nisi longum tempus transierit, quo fuit ille in possessione: nam ex longo tempore sequitur oblivio.
e ff. de usufruct. furtum secundum Rof. c Quæ autem hic desunt, dic ut s. de act. seu petitione. §. sequitur. uer. rursus.

ADDITIO.

a De petitorio & possessorio & spoliatione. Rubri. Nullus ex practicis autoribus directè posuit hanc rubricam. Tanc. tamen parte secunda, posuit rubricas de libello recuperandæ possessionis, seu restitutionis. Item adipiscendæ. Item & retinendæ, & sic super tribus possessoriis. Rof. inter interdicta tractat de interdicto unde vi, quod vi aut clam, uti possi. & utrobique.

b Secundum Vincen. cuius ad literam sunt hæc verba. de ord. cog. c. fin. Adde quòd hoc non placet de Anto. nec Abb. ibi. Adde tu ad id, quod hic notabiliter dicitur, scilicet ut spoliatio etiam die feriato agi possit, hoc tenet notanter Rota in nouis. deci. 140.

c Iura præmissa. Istud dictum Host. & exempla, per quæ istud iustificat: & quomodo respondeatur ad illa. scripsi in præ. decre. ex conquestione. super uer. restitui. pro dicto autem Io. et sequacium facit cle. de causa pos. causa: ut ibi not. in gloss. pe. Nec de hac opinione aliquis turbetur, quia præter matrimonium carnale vel spirituale, quod pronunciat et petitur, non tenere, nunquam practicabitur quòd agens petitorio reconueniatur possessorio recuperandæ super eadem re, ut dixi in fi. præ. glossa. Ibi etiam inuenies, quomodo finaliter Host. accessit huic opinioni. Adde quòd cum hac opi. Ioan. And. in d. c. ex conquestione. transit Abb. Pan.

d Dicit. in præ. decr. ex conquestione. in 3. glo.

e Nec agendo. Vt scripsi super hoc uerbo super dicta l. Ber. Inno. ibi. & in decret. 2. de causa pos. tenet quòd in causa matrimoniali, etiam lite super matrimonio contestata possit reus restitutionem petere: & prius auditur.

f Reus. Lib. 6.

g Potest. De hoc supra titu. 2. §. sequitur.

h Secundum Ber. In c. ex conquestione. statim autem intrat autor gloss. decret. ultime, de ord. cognitionum.

i Spoliatione. De alia re non: nec esset necessaria contra sic agentem excipi de spoliatione. de qua agitur: sed satis est allegare priuilegium intentantis, interdictum, ut clarè probat præ. decr. ulti. ut ibi plenè scripsi post Inno. et Host. super verbo, audiendus. & ibi respondetur absurditati, quæ contra hoc posset opponi: quòd prouocans ad interdictum ex solo facto suo, impediat aduersarium suum agere.

K Posset proponi. A reo originali.

l Sed pone. Vt scripsi super glo. 1. decre. ulti. de ordi. cognitio. Hoc uerum si aduersarius obmutesceret, & contra agentem de sua spoliatione non exciperet.

m Poteris agere. De excep. non est dubium.

n Ex conquestione. Vbi scripsi in prin. c. & in princ. magnæ glo.

o Frequens. Lib. 6.

p Quidam Ioan. scilicet qui hoc not. 2. q. 2. c. 1.

q Li. et Heli. Ad materiam facit quod plenè not. in præd. glo. magna. uersicu. si quis etiam. in prin. 2. colum.

r Inhibitionem. Apertius facit de conces. praeben. c. pen. lib. 6. & ibi in suffra. uide casum l. Claudius. inferius alleg. duæ leges quæ hic sequuntur, dicunt quòd regula nullus pluribus lib. 6.

s Vir. Necessaria fuit ista remissio, quia ruditer proposita fuit quæstio. Hostien. autem quærit de illo, qui vendicat aliquam uxorem, & uxor excipit de spoliatione rerum suarum. Huic quæstioni bene cõuenit responsio: conueniret etiam solutio illi parti, quæ narrat de possessorio, quando uir peteret restitutionem coniugis: & allegationes Host. bene faciunt, etiam ad hanc quæstionem: & hoc forsan intellexit autor: dum dixit de re spirituali vel quasi. Adde quod Abb. in c. 2. extra de ord. cog. sequitur dictum Spec. & illud dicit notandum ad d. c. frequens.

t Quæstionibus stude. Pro autore, qui vult excitari ingenia, facit decr. cùm Martha. in fin. de celebr. missa. ubi sic fecit papa. Et resumendo primã quæstionem, quæ loquitur de herede, quòd intelligendum est de uniuersali. quod dic ut not. de testa. si pater. lib. 6. in 4. glo. & de isto tenendum est, cùm agere posset de spoliatione sui autoris. extra, de testa significauerunt. ff. de ui & vi arma. l. 1. ad fi. §. hoc interdictum. Institu. de perpe. & tempora. actio. §. sed heredibus. Fortius igitur excipere poterit. extra, de reg. iur. qui ad agendum. lib. 6. cũ concor. Item cùm contra talem agi possit de spoliatione facta per suum autorem, in eo quod peruenit: vt præ. l. 1. in fi. & eo ti. l. 4. §. fi. quod uide no. de restitutione spoliat. cùm ad sedem. in gl. pen. Aequum est ergo, quod talis uniuersalis sede illa, quæ conueniri posset, tueri & excipere possit: cùm quod conceditur actori impugnanti, fortius competat reo defendenti. extra, de excep. cùm inter. uer. ac satis. Ad id, regula, fauorabiliores. ff. de regulis iuris

iuris.ubi nota exempla ad utrunque. Facit regula, is qui in ius.eo.titu.libro sexto. De singulari uero successore, cum sibi nec contra ipsum competeret actio: contrarium est dicendum, quo intelligas iuxta no.in pra.glo.penal.decre. cum ad sedem. & sic loquitur uer.precedens, item nunquid. hic allegatus. Et sic expedita sit 1. & 2. quastio. Et quoad primam, non obstat fauor recuperanda dotis ff.soluto matrimonio. l. 1. de reg.iuris.in ambiguis. Cui responde per decre.nuper.ad fin.extra de don.inter uirum & uxorem. Item petitioni restitutionis, qua fauorabilis est, & priuilegiata, extra. de ordi.cogni.c.ulti. Bene obstat exceptio spoliationis, ut ibi, in fine. Nec dicas priuilegium spoliati esse personale, & sic non competere successori, etiam uniuersali. de regulis iuris. priuilegium.libro 6. quia, ut ibi scripsi post Dyn. super 1.gloss. illud procedit, ubi persona proxima est fina. & immediata causa priuilegij, quod hic non est: cùm illud etiam concedatur in odium spoliantis: ut probat clemen.de causa possess.cap.2. respon. facit eodem tit. pastoralis. in fine. Potest etiam dici, quòd est priuilegium causa: ut in pra.decre.ulti. de ord. cogni. & sic transit ad uniuersalem successorem: ut scripsi post Dyn.ubi suprà. Et per hac sint expedita prima & secunda quastio. De tertia sciendum Innocen. & Hostien. dixisse in decre. secunda, de ordi.cogni ubi scripsi in glo. hanc exceptionem, in prin. exceptionem spoliationis competere, ubicunque ius possessionem restitui pracipit: sed in casu quastionis id procedit, ubi filius erat in potestate patris.ff.de liber.exhib.l.1.§.secundo, ibi omni modo restituendum putauit, si in potestate est. & de hoc de conuer.in fido.cap. 2. in prima glo. & ff.de rei uendicatio.l.1.§.primo. Item glo. 4. in decre. pastoralis. de causa possess.ante fin. uidetur ponere hoc interdictum, inter possessoria: licet lex prima, §.quedam.ff.de interdict. innuat quòd proprietatis causam continet: & ueritas est quod non est possessorium tale quòd in ipso interdicto sit necesse possessionem & spoliationem probari, quocunque modo agatur ex not.in gloss. pradictis: & plures modos ponit Ros. ubi de uter dictis tit. de liber.exhiben. Sed fateri oportet, is quia potest fieri spoliatio filij in potestate constituti, & sic possessio competit patri, si uolet intentare possessorium: & tamen fateor quod qualitas causa requirit etiam tunc de proprietate probari: sicut suprà, de restitut.spoliato ex conquestione.eo. titu.ad decimas.lib.6. & uide quod no.in clem. de causa possess.cap.uno.in ulti.glo. Idem ergo erit in exceptione. Facit 3.q.1.cap.2.in fi. ubi potestatibus carent. & 2.q.2.in scripturis.in fi.ibi: potestati eorum, & c. & c. sequens.dicit omnia iura restituendo. Constat autem patriam potestatem, ius esse. Institu. de patri.po.§.1.ff.de his, qui sui uel alie.iur.sunt.l.1 & 3.ergo eius possessio prius est restituenda, quàm respondere cogatur: ut in pradictis canonibus.

u Restitutionem: De actione furti non dubitatur, quia talibus detur.C.de fur.l.fin. Sufficit enim in ea quod interfuit, ut no. extra de fur. qui cum fure in 3.glo & quod super ea dixi.

x Redintegranda. Puta quòd inducat illum uersi.electio. cùm pramisisset de spoliatis, lex loquitur in pignore conuentionali ex pratorio: uide de dolo & contuma.contingit.in fine.ulti.m.glo. & quod ibi dixi. Circa quastionem autem hoc scias, quòd res commodata uel deposita: licet specialiter non ueniant sub interdicto ratione pradicta: ratione tamen accessorij bene uenirēt, si occupata fuissent cum ecclesia, uel hereditate, uel re simili. Super quo uide quod scripsi de causa poss. cùm super. in magna gloss. circa medium.uersic. nam & res deposita.

y Si quid. Hoc est quod statim sequitur, no. V in.de or. di.cog.c.2.ut ibi scripsi super glo.hoc patet.

z Sit soluendo. Hanc & duas quastiones sequentes ponit Vincen.in decre.pra.de ord. cog.cap.ultim.in fi.

a Tu excipere. Hoc concedo; sed replicationem nō, ut statim dicam.

b L.2. Hoc dictum de replicatione quod ponit glossa unica in fine, in decr.ulti.de ord.cog.non procedit, licet etiam placuerit Dama. & Hosti. Replicatio etiam excommunicationis non impedit exceptionem, ut ibi scripsi. & uide de excep. à nobis.quod ibi scripsi sub 4. & 6 membro, ubi patet quod fortius habet replicatio efficere exceptionem, quàm exceptio actionem. & patet Institu. de repli.in prin.

c Frequens. Lib.6.

d Pastoralis. Facit clem.de causa poss.causa.

e Suspensa. De illo, qui obtinuit in possessorio, & postea succubuit in petitorio, an teneatur ad expensas: scripsi in decr.pastoralis.super glo.penultima.

f Secundum papam. Vt ibi dixi, in ult.gl.decre.cùm dilectus. Adde, quòd dicta huius uersicu. sequitur Abb.in c.cum dilectus.extra de causa pos & proprie.qui pro hoc allegat glo.2.q.6.diffinitiuam.et Bar.in d.l.prolatam.

g In petitorio. A qua non est appellatum, & sic transiuit in rem iudicatam. & sic differt à sequenti.

Habet.

25 † Vnde si peremptoria ante lit. contest. opponatur, erit intentionis exclusio. sic debet intelligi. ff. de condi. inde. eleganter. §. si quis post transactionem. & ff. quod metus causa. metum. §. sed quod agit. in fin. ff. de neg. gest. si autem. §. si quocunque. Si uerò postquam responsum est libello, & litis contestatio opponatur, tunc erit actionis exclusio. item contra, extra ut lite non contest. quoniam frequenter. §. quod si super. ibi: tanquam lite, quæ ingetitur, contest. &c. Sed ibi plura concurrunt, quæ repræsentant litem esse contestatam ad interrumpendam præscriptionem, scilicet præsens, qui nomine possidebat alieno: & absens monitus sæpius citatus: & rei præsentia. & quia, secundum quosdam, is, qui præsens erat, ius habebat in re. Vel potest dici, secundum Vinc. quòd ibi in dubio, præsumitur lis contestata ex eo, quia peremptoria exceptio proposita inuenitur. Instit. de inuti. stip. §. scriptum. Alij contra. De hoc, & quæ exceptiones impediant litis contestationem, not. supra
26 de excep. §. dicto. uer. rursus. † Sed quid si reus ita dicit, nolo litem contestari: quia oppono exceptionem pacti uel aliam: & eam nolo ante litis contestationem probare? Respondeo, uidetur audiendus. ff. de condi. inde. eleganter. §. si quis
y post. ubi dicitur, uolenti, &c. y & C. de exceptio. siquidem. Sed uidetur contra, quòd primò debeat litem contestari, & postea probare. ff. de interro. in iure faci. sed si filius. §. 1. Dicunt qui-
z dam z quòd si de leui potest probare: audietur ante litis contestationē: alioquin non. ff. ad exhib. l. 3. §. ibidem. nisi opponat exceptionem pacti, uel rei iudicatæ: ut in ea. l. in fi. Alij contra. Tu dic, ut extra eod. exceptionis. & suprà de
27 excep. § 1. † Quid si in libello dicatur: peto mihi tradi à te uacuam possessionem talis domus, amoto tamen pensionario: nunquid pensionario respondente fiet litis contestatio? Respon. dic quòd non, cùm sibi non sit libellus oblatus: quod fieri deberet: ut infrà de libel. conce. §. restat. De hoc no. secundum papam ex. de foro compe. Romana.
a §. fin. a † Quid si omissa litis contestatione iure-
28 tur de calumnia: nunquid intelligitur fieri litis contestatio? Respon. non: quia post litem contestatam est præstandum hoc iuramentum. Et facit ad hoc. C. de iur. cal. l. 2. in ptin. C. de senten. & interlo. prolatum. ex. de elec. dudum. 2. & de lit. contest. c. unico. & uide infrà de sententia. §. iux-
b ta. uer. sed pone quòd. b † Quid si priusquàm iu-
29 retur de calumnia, fiat talis potio generaliter? Pono quòd omnia, quæ in libello, continentur, sunt uera: & sequatur ad eam respōsionem. Res-
c pondit do. meus c quòd cùm totus tenor in libello intelligatur petitus: & sic respondeatur narrationi & petitioni simul & semel: lis est contestata. Vniuersalis enim petitio est responsio: sicut dicitur de electione. ex. de electio. in Genesi. &
d iam dicam. Et no. d quòd per positiones, in quibus nihil petitur, & responsiones ad eas, non fit lis contest. sed per petitionem in iure propositā, & responsionem ad eam secutam: ut extrà. de lit. const. capit. unico. & de electio. dudum secundo. Quod fortè intelligendum est, cum positio & responsio non fiunt directè super principali, sed super alio: uel indirectè. alioquin si sic dicatur: Ponit T. quòd H. debet sibi centum, & H. respōdeat in iure se sibi non debere: uidetur esse litis contestata, ut iam dixi. Vel dic quòd animus contestandi desideratur in litis contestatione, sicut & aliàs in adeunda hæreditate: ut ff. de acqui. hære.
30 pro hærede. circa princ. † Plurimum enim prodest, & potest animi destinatio: ut colligitur. ff. de leg. 3. cùm quæritur. §. planè. & l. cùm uxori. ff. de uerb. sig. locus. ff. de sol. l. qui res. §. aream. 15. q. 1. si quis non iratus. & q. 6. cap. 1. in fi. ex. de pig. nuper. & c. debitum. Vel distingue aliter. nam refert utrum ponatur nudum: & ad id respondeatur, puta sic ponit T. se mutuo dedisse centum H. respondet H. quod positum est non esse uerum: ut tunc non fiat litis contest. An quidem ponatur ius & factum. uerbigratia, ponit T. se dedisse mutuo centum H. quæ sibi debet. Respōdet H. quod positum est non esse uerum: ut tunc fit litis contestatio. ar. ff. de hære. instit. si pater. & l. sequen. ff. de lega. 1. huiusmodi. §. si ita. & §. legatum. ff. rem rat. hab. procurator cùm peteret. ff. de his, qui. uo. insa. quid ergo. §. item. ff. de iureiuran. l. fina. contra, de hæredi. instit. cùm proponas.
31 Sed quæ est ratio, quòd per positiones & responsiones non fit litis contesta? Respon. quia positiones succedunt loco probationum, quæ non sūt faciendæ ante litis contesta. Vel dic ut not. ex. de lit. contesta. c. unico. Illa autem potest esse ratio: quia in positionibus, nulla fit petitio, sine qua sententia non profertur. ex. de iud. examinata. de simo. licet Hely. Item speciale est in causa, quæ coram domino papa agitatur: in qua sufficit, rationes proponere absque aliqua petitione, ad hoc ut sententia ferri possit sine litis contestatione, argum. ex. de insti. cùm uenissent. 1. de sententia. §. iuxta. uer. item non ualet. Quidam autem dicunt quòd & si in libello nulla fiat petitio, sed solum facti narratio, ad quam reus respondeat animo contestandi litem, per hoc fieri litis contestatio, uel saltem tolerari, ut res magis ualeat quàm pereat. ex. de uerbo. sig. abbate. tutius est tamen ali-
e quid petere secundum papam. e † Item si omnia
32 remedia tibi, aduocate rei, desint ut teneatis litem contestari: contesteris saluis omnibus exceptionibus tuis, dilatorijs, & peremptorijs: ut s. de excep. §. uiso. & protesteris etiam de beneficio reconuentionis si nondum facta est ut suprà, de reconuen. §. sequitur. & suprà uersi. & nota q.

ADDITIO.

ADDITIO.

a Quidam. Qui sint illi non inueni, per quod nec literam sequentem (quam corruptam puto) corrigere potui: finis etiam falsus sine suppletione, ut ibi dicam.

b Litis contesta. si appellas. sed dic procedit, & loquitur de praecedenti uersi. sed nunquid.

c Et scias. Secundum Abb. Gal. de lib. oblig. uer. sed nunquid reus.

d Dixit. eo. tit. c. uno. in fine.

e De causis. Ibi nota in fi. secunda gle. quòd litis contestationi renunciari non potest. & ibi dedi remis. infra de sen. prola. § iuxta. uer. quid de partium. ubi uide. Adde an libello & li. contesta. possit renunciari Bar. in authen. offeratur. C. eo. Abba in c. 1. de libel. oblat. & in d. c. de causis.

f Secundum Aegi. Qui dicit ubi suprà scilicet 39. quòd uidit quandã diffinitiuam ob hoc in Bonon. palatio, retractari. hodie seruatur contrarium. Quando autem ad aliqua uerba praemissa iungeretur: & sic fuit lis contestata, uide eo. tit. c. uno. super glo. ad fi.

g Dudum. Allegata supra §. 1. & ibi uide in gl. sed pene & idem Gofre. in sum. de ist: contesta. uersi. sed quid si petam. & idem tenet Accur. in l. una. C. eo. in fi. secunda glo. quando responsio facta fuit animo contestandi litem, ut etiam dicit Ber. dominus meus ibi dicebat, quando aliquis oblato libello in figura iudicij, & datis inducijs confitetur per id factam contestationem: non inueni Canonistam, qui tesisteret distinctioni, quam taugit hic autor. & ponit Ber. in decre. dudum. sed Gui. de Suza. super l. una. C. eod. tit. tenet quòd etiam post libelli oblationem, facta confessio non inducit contestationem, ad quam, secundum eum, requiritur contradictio, per l. rem non nouam. §. patroni. C. de iudi. Procedetur ergo tunc per uiam praecepti per l. si debitori. ff. de iudi. quam allegat ibi Ber. & l. promissor. ff. de constituta pecu. Cy. qui hoc dictum sequitur in prae. l. unica in prima quaestione. illud sic coadiunat, si confessio inducit contestationem: ergo ferri poterit diffinitiua cuius est imponere finem controuersijs. ff. de re iudicata. lege prima. sed eo casu non est controuersia, ubi non est resistentia. ergo, &c. Vltra hoc dicit quod est casus in l. reus. ff. de procu, ubi secundum eum dicitur, quòd si confitetur debitum: iudex delegatus non praecipit deponi pecuniam, sed ordinarius: quia non lis contestatur: quae si contestata esset, iuberet id etiam delegatus: & sic concludit quòd secundum lecturam glo. ibi est casus. & sic non est reducendum hoc in quaestionem. C. de fur. l. ancilla. Mihi non est casus: & ad defendendam opinionem gloss. & nostram primò nego modum inducendi quem facit Cyn. dicens ibi dici quòd si reus confiteretur, &c. dico enim quòd lex illa de confessione non loquitur, quae est actus iudicialis, sed de solutionis oblatione, quae solutio actus extra iudicialis est. Dico ergo quòd reus uocatus si libello recepto confitetur debitum: istud est ordinare & contestari litem: sed si dicat, uolo soluere: istud neu ordinat, nec contestatur, sicut nec faceret, si soluerent. Item miror quomodo ex narratione illius legis possit notari litem contestatam uel non, cum finis respondendo distinguant, an sit uel non sit contestata, quod optimè conuenit solutioni nostrae, ut dicamus quòd si expressam uel tacitam confessionem fecit reus oblato sibi libello sit contestata: aliàs non. Ad id quòd dicitur, diffinitiua debet esse finis controuersiae: respondeo, potest negari controuersia, ubi reus permisit se trahi ad iudicium, & in iudicio petijt & recepit libellum: certe non quod eo amplius esset si in aliquibus dilatorijs institisset. Ad §. patroni. datur solutio quòd ibi narrat quod communiter accidit: cõfessio enim rarissima in litibus contradictio frequentissima. ff. de legi. nam ad ea. Sed ego dico quòd lex illa rectè usa fuit uerbo contradictionis: quia si non fiat contradictio, sed confessio, quod ibi praecipitur de iuramento aduocatorum, locum non habebit. Sileant ergo, qui per istum §. nostram opinionem impugnant: cum quatuor textus habeamus, qui uerbo, respondit, utuntur. C. eod. tit. l. una. & de iura. calum. l. 2. in prin. & extra eod. tit. cap. una. & praed. c. dudum. & quintus suprà dictus uti debet uerbo contradictionis, ut dixi. Pro nobis etiam facit quod ipsi Legistae fatentur. scilicet talem confessionem habere effectum contestationis quo ad interruptionem. C. de praescrip. 30 an. l. cum notissimi. §. antepen. ubi de hoc. Concludo autem opinionem hanc locum habere, etiam in confessione pura, & narrata & petita, in qua nulla est resistentia: ut si fateor narrata, sed dice petita fieri non debere. de quo dixi eod. tit. cap. uno. super uer. secutam. uel confiteor mutuum & lapsum termini datum, in contractu: sed dico mihi terminum fuisse prorogatum uel plus: Omnia confiteor, sed allego inopiam. de his & similibus nulla opinio est, quin sit lis contestata. Adde quòd opi. lo. An. sequitur Abb. in d. c. 1. & Bar. Gui. de Cu. in d. l. 1. C. de lit. conte.

h Vnde. Secundum Tan. cuius fuerunt hae uerba

usque ad remissionem.
i *Ex his. Aggreditur uerba Aegid. rub. 39. & 40. & hoc usque ibi patet ex præmissis.*
K *L.unica. Vide infrà uersi. sed nunquid tex.*
l *Venerealis 34.*
m *Huiusmodi. Etiam contrarium protestando: ut dixi in quæstione, ad quam statim remittam.*
n *Azo. Vide quod scripsi eod. tit. cap. unico, super 1. glo. in prin. & plenius in quæstione, quam posui super regula, exceptionem. de reg. iur. lib. 6. Adde Abba. in d. c. 1. & Bar. in d. l. 1.*
o *In causa. Facit de iur. calum. c. 2. lib. 6. in princip. ut ibi not.*
p *Respondebit. Satis ampliat formam Aegid. positam ubi suprà.*
q *Cum contingat. Vbi uide in glo. quia melius. & maximè in uer. quid si quis. Adde ad uer. sequentem scilicet ex præmissis, &c. quòd si fiat responsio ad libellum hoc modo, nego narrata prout narrantur, & dico petita fieri non debere, est facta litis contestatio absque eo quòd dicat animo litis contestante: ita Rota in anti. deci. deci. 473. & in nouissimis deci. deci. 12.*
r *Secundum Inno. 4. in decre. 1. eod. tit. ut ibi scripsi in gl. notant per hoc. Adde Paulum de Cast. consi. 28. incip. in causa quæ uertitur in curia. Et uersi. quid ergo. supra proximè addi. secundum Abb. do. de Rota decisio. 12. aliàs 63.*
ſ *Nihil. An index præcise cogere possit reum ad litem contestandam. Accur. in authen. qui semel. dicit quòd non ut dixi in quæstione ad quam suprà remisi ubi prosequor opi. M. Vtetur ergo remedijs iuuentis à iure, contra contumaces ante lit. contest. sed Iacobus de Are. uidetur reum prætorijs remedijs posse præcise compelli alleg. ff. de uen. inspi. l. 1. §. ex hoc. & quòd iudicium redditur in inuitum. ff. de uer. oblig. inter stipulantem. mihi placet prima. Adde quòd primam epi. sequitur Bart. in d. authen. Cy. in l. 1. de lit. contest. secundam uero opin. tenet Paul. de Cast. consi. 213.*
t *Sic secundum Host. ut scripsi super glo. decre. in eo. tit. prope fi. alle. ff. de interroga. actio. si sine. 1. responso.*
u *Etiam aduocati. De hoc infrà duobus §. proximo scilicet, & pe.*
x *Lit. contest. Expeditum est quòd non per decre. secundum. eo. tit. lib. 6. quod tamen intellige, ut ibi not. in glo. antep. Adde quod Bart. non facit ita expeditum sed dicit quòd aut statim facta narratione ab actore sequitur responsio rei opponentis exceptionem peremptoriam: & tunc inducitur lit. contest. & ita intelligitur secundum ipsum glo. in l. 1. C. eod. & §. patroni. in l. rem non nouam. aut post libellum datum uel narrationem propositam: reus ex internallo uenit cum suis exceptionibus: tunc non inducitur litis contestatio: quia non uidetur producere super meritis causæ, & ita dicit loqui. c. 1. de litis conte. lib. 6. Et hanc doctrinam tenet Bar. ut refert. Abb. extra c. 1. sequitur de. Ant. ibi. licet ipse merdeat.*
y *Volenti, &c. de exceptione transactionis loquitur.*
z *Dicunt quidam. Alber. Gal. cuius fuit iste uer. hoc tit. post prin. hanc etiam quæstionem posuit autor de excepe. supra dicte. uer. sed an reus. & ibi plene scripsi, quid in ea tenet Vber. de Bo. Ad negatiuam etiam inducit ibi autor aliam rationem, scilicet quòd diffinitiua ex tali probatione ferri non posset: & hoc respicit titulum istum. unde hoc omitti non debuit.*
a *§. fi. De libel. obla. super rubrica fuit illa glo. & quomodo potuerit esse iste error huius falsæ allegationis, scripsi eod. tit. de libel. oblig. c. 1. in glo. quid si peto. in fi.*
b *Quod. Et de iur. cal. c. 1. lib. 6.*
c *Do. meus. Vt scripsi plenius super glo. infra de eo. 1. tit.*
d *Et not. Secundum Ref. cuius fuit iste uer. totus ad literam in suo tractatu positionum, de quo dicam infra de positio. in princip. Adde ut per Abb. plene in d. c. 1. ubi non sequitur dicta Spe. hic.*
e *Secundum Papam. Vt scripsi eod. tit. c. une in glo. not. hic Inno. ante finem. quod hic sequitur, fuit Vber. de Bo. ubi supra.*

SVMMARIVM.

Litis contestatio per quos fiat.

1 *Litis contestatio fit per confessionem aduocati, etiam illicitam, nisi fuerit reuocata.*

a SEQVITVR uidere, per quos fiat litis contestatio. a Et quidem per principales personas, si sunt tales, quæ possint in iudicio esse, uel etiam per eorum procuratores. b Item per tutores & curatores, syndicos uel actores. C. de iudi. rem non nouam. §. patroni. extra de dolo & contum. prout. & de iura. calum. cum causam. ff. de doli excep. si cum procurator agit. C. de procu. l. procuratoribus & l. neque. & ff. de procu. l. sed etiam ex his. ff. de iud. licet.
1 † Fit quoque litis contestatio per confessionem aduocati, etiam illicitam, nisi fuerit reuocata: ut probatur extra de appe. cum causam quæ. & ualet quod per eum fit clientulo præsente, & non contra-

contradicente. C. de erro. aduo. l. 1. Si uerò non habet quis personam standi in iudicio, puta quia est minor 25. annis: non ualet quod cum eo fit: ut C. qui legi. perso. stan. in iudi. ha. l. fi.

ADDITIO.

a *Litis contestatio. Totum, quod sequitur, usque ad finem, fuit Tan. ad literam: excepto uer. fit quoq;, & duabus concor. quæ ibi præcedunt, & ambæ corruptæ.*

b *Procuratores. extra, de restitu. spoliat. cùm ad sedem. in princ.*

SVMMARIVM.

Litis contestatio ubi fieri debeat, uel posit.

1 *Coram præside super re tempore peritura, fieri potest litis contestatio inter non subditos.*

2 *Litis contestatio an coram arbitro sit facienda.*

3 *Litis contestatio habita coram arbitro, an ualeat coram ordinario, uel econtra.*

NVNC Tangamus ubi sit facienda. Et quidem coram suo iudice: ut ex. de ele. dudum. 2. ibi: per petitionem in iure, coram iudice, &c. de lit. contest. c. unico. ibi: iure, &c. alioquin non ualet. ut ex. de iudi. at si. in prin. & de consue. ad nostram. C. si à nō
1 compe. iudi. l. fin. 11. q. 1. in clericorum. † Nisi in præside coram quo super re tempore peritura, fie-
a ri potest litis contestatio inter non subditos: [a] ut
2 ff. de off. præsi. senatusconsul. † Illud autem certum est, quòd coram arbitro est litis contestatio
b facienda. [b] argum. ff. de excep. l. 1. litis contesta. facit fidem, & ualet coram iudice: ut ex. de testi. præsentata. & c. cùm causam. & C. eo. l. fi. & secundum hoc superflua sunt uerba illa, quæ sæpe in cō promissis ponuntur, scilicet quòd acta coram arbitro, ualeant coram ordinario. Vber. autem dicit
3 † quòd litis contestatione habita coram arbitro, non ualet coram ordinario, uel econtra, quo ad diffinitiuam sententiam, sed quo ad alia: quæ fiūt coram eis, sic.

ADDITIO.

a *Subditos. Tan. cuius fuit iste §. hucusque melius locutus est exprimendo casum legis, quæ non loquitur de non subditis, sed de familiaribus præsidis in quorum causis præses suspectus est: sed in re peritura, &c.*

b *Facienda. Idem Accur. C. eo. l. una in prin. secundũ glo. ergo & libellus offerendus. de quo infrà, de libel. concep. §. restat. in fin. Adde Abb. qui dicta Spec. examinat in c. præsentata. extra de testibus.*

SVMMARIVM.

Litis contestatio quando fiat.

1 *Litis contestatio fieri debet super exceptionibus dilatorijs: & iuramentum de calumnia præstari, si negligenter ipsa litis contestatio omittatur.*

Litis cōtestatio quibus casibus non sit necessaria.

2 *Litis contestatio an super incidentibus quæstionibus sit fienda.*

3 *Litis contestatio an fieri debeat in causa nullitatis sententiæ.*

Exceptionē nullitatis sententiæ opponens, debet eam citò probare, si uelit exceptionem impedire.

4 *In breuibus litibus, non fit litis contestatio.*

5 *Parte absente, an et quo casu posit lis cōtestari.*

6 *Aduocato actoris ad litis contestationem properante, melioratur eius conditio.*

7 *Volens ad litis contestationem uenire, uidere, si aliquid est ambiguum in libello, ut remoueri uel declarari faciat.*

QVANDO Autem facienda sit, clarum est: quia porrecto libello, & datis inducijs ad deliberandum: ut 3. q. 3. offeratur. per quam legem dicunt quidam Legistæ ꝙ non ualet litis contestatio, nisi prius libellus fuerit porrectus, uel partium consensu re-
a missus: quod satis tolerari potest, secundum T. [a] nisi fori contraria consuetudo obstat: In multis
b enim locis [b] de more libellus non datur, & ibi ualet quod agitur in iudicijs sine eo: potest etiā lis contestari omni tempore legitimo ad agendum: non in feriato uel aliàs prohibito. Item fit litis contestatio & priusquam de calumnia uel de ueritate dicenda iuretur & priusquàm fiant positiones: ut infrà titu. proxi. in prin. † Et nota se
1 cundum B. quòd litis contestatio fieri debet super omnibus exceptionibus dilatorijs, & iuramentum de calumnia præstari, tamen si negligenter omissa fuerit litis contesta. nihilominus ualebit processus: ut ff. de iureiuran. l. iusiurandum. §. qui iusiuran. ut no. ex. de off. deleg. prudentiam.
c § sexta. [c] & suprà de excep. §. nisi. uersic. sed nunquid iudex. Cum enim super eis testes recipiantur, ut extra, de testib. c. de testibus. qui non sunt regulariter recipiendi, lite non contestata: ut extra, ut lite non contesta. quoniam. in prin. patet quòd super eis est lis contestanda. & patet extra, de testi. ueniens. ubi lis fuit contestata super quadam sententia, in modum exceptionis opposi-
d ta. G. Na. [d] contra. Dicit enim quòd iste est casus, in quo testes recipiuntur lite non contestata: & in hoc fallit regula prædictæ decre. quoniā. quam, & similes, intelligit in causa principali, non in exceptionibus loqui. Item quod dixi de calumnia

calumniam iurandum, in eis intelligitur quòd
de malitia tunc iurabitur, secundum ea, quæ not.
j. titu. proxi. §. 1. uersicu. secundum est. Quidam
tamen dicunt hoc locum habere in exceptionibus
peremptorijs: quia in dilatorijs iuratur de calum
nia: ut C. de iura calum. l. 1. quod non credo. unde
dic ut in prædict. uersicu. secundum. In quibus au
tem casibus non fit necessaria litis contestatio, ui
de suprà de teste. §. nunc tractemus. & infrà, de li-
2 bel. concep. §. nunc dicendum. † Sed nunquid su-
per incidentibus quæstionibus fiet litis contesta-
tio? Videtur quòd sic. argumen. ff. de excu. tu. quin
c quaginta. Dicunt quidam [e] quòd cùm ciuilis in-
cidit ciuili, non fit litis contestatio super inciden-
ti, cum super ea non pronuncietur. C. de ordi. iud.
3 l. prima. † Quid de causa nullitatis sententiæ? Di
f cunt quidam [f] non fieri in ea litis contestationem:
g quia sic posset res in infinitum abire. g Qui enim
opponit exceptionē nullitatis, statim debet eam
probare, nisi uelit exceptionem impedire. ff. ad
exhib. l. 3. §. ibidem. ff. ad Trebel. ille. §. si de testa
mento. ff. ut in pos. legat si is à quo. Vel. dic ut in-
frà, de libel. concep. §. nunc dicendum. ad fin. uer
h sicu. quid si sententia. [h] † Quid de breuibus liti-
4 bus? Respondeo [i] non fit in eis litis contestatio ut
i in prędic. §. nunc dicendum. uersicu. 3. Quid de
summarijs? de hoc suprà, de officio iudicis. §. fin.
5 uersicu. sed queritur. † Sed nunquid me absen-
te fit litis contestatio, si aduersarius animo con-
testandi litem, respondet libello? Videtur quòd
sic: ut ff. de inter. actio. si sine. Sed dic contra:
k ut ff. de confes. certum. §. si quis absente k. † Itē
6 dicit Vber. de Bob. quòd aduocatus actoris debet
properare ad litis contestationem: quia ex hoc fit
melior eius conditio. C. in quibus cau. in integr.
restitut. non est necesse. in minori. C. de iudic. l.
l prima. ff. de noua. alia. ff. de usuris. uideamus. l
Aduocatus uerò rei debet quantum potest tar-
dare: quia per eam clauditur uia multis allega-
tionibus, & diffugijs: ut C. de iudic. apertissi-
mi. & infrà. §. proxim. & C. de iurisdictione om-
nium iudic nemo. ff. de iudicijs. ubi acceptum. &
per eam subijcitur reus iudici, & obligatur acto-
ri. C de procu. neque. ff. de redhibi. ædiles. §. item
sciendum, & extra, de re iudica. inter monaste-
7 rium. † Item nota quòd cùm uolueris ad litis
contestationem ueniri, uide si aliquid est obscu-
rum vel ambiguum in libello: & istud facias re-
moueri uel declarari: ut infra, de lib. concep. §.
iuxta. uersi. Item non ualet si sic.

ADDITIO.

a *Secundum T. ubi suprà.*

b *Locis. Vt in Apulia, præter ciuitatem Beneuen-
tanam: ut dicit Rof. rub. in quo loco offeratur li-
bellus. quæ est 13.*

c *§. sexta. In gloss. ex loco cuius pars ultima fuit
additio.*

d *Opposita. G. Na. nescio quare hunc allegat, &
practicum suum omisit. scilicet Aegid. qui plenè
hic tractat. & hoc tenet ubi suprà. in 1. resp.*

e *Dicunt quidam. Gui. de Suz. super l. una. C. eo-
dem. titu.*

f *Dicunt quidam Gui. de Suzar. ubi supra.*

g *In infinitum abire. Contra id, C. de transac.
fratris. & ff. pro suo. in l. ultima. in princip.
Cuid.*

h *Si sententia. In fin. §. est. & distingue an agatur
uel excipiatur, ut ibi dicit autor in quæstione an
hoc casu requiratur libellus: quæ tendunt ad idem.
Et aduerte, quia quæstiones formantur, cum par
tes sunt præsentes, sed remanet dubitatio quando
agens dicit sententiam nullam, & aduersarius
uel iudex qui illam tulit, si procedebat ex officio,
citatus est contumax lite non contestata, an pro-
cedi possit in ipsa causa nullitatis. Ad negati-
uam facit generalis probatio, à qua iste casus non
inuenitur expressus extra, ut lite non contesta.
in rubro & nigro. cùm contestatio sit iudicij fun-
damentum extra, de litis contesta. cap. uno. C. eo-
dem titu. l. una. & extra, de elect. dudum 2. &
no. ff. de iurisdic. omn. iudic. l. & quia gloss pe. &
C. de senten. & inter. l prolatam. Item cùm pri-
uilegium sit appellationis: quòd in illa procedi
possit lite non contestata, parte contumace. extra,
de appel. interposita. in fin. C. de temp. appel. l. ult.
§. illud. ergo in cæteris est ius commune. In con-
trarium de reg. iur. quæ à iure. libr. 6. & ibi con-
cord. & ff. de leg. l. ius singulare. & ad munici. l.
1. Cùm ergo diuersa sit causa appellationis à cau
sa nullitatis, patet in prima statutum ad secun-
dam non extendi. Ad contrarium arguitur quòd
similes sunt hæ duæ causæ: ergo eisdem regulis iu
dicandæ: cùm quasi identitatem sapiant. Facit
extra, de transla. c. 2. uersi. sicut ergo. C. de inoffi.
don. l. fin. & non possit diuersitatis ratio assigna-
ri. ff. de iniuste, rupt. & irri. test. l. 3. ff. de uerb. o-
blig. l. à Titio. 1. respon. in fin. Item prius urget
ratio in causa nullitatis: quæ sapere potest iniqui
tatem iudicis, siue iniustitia partis: in causa ap-
pellationis: siue iniquitate iudicis, quandoque tan
gitur iniustitia partis: ut suprà. Item constat
quòd tanta est connexitas inter appellationis &
nullitatis causam: quòd in causa appellationis, de
nullitate agi potest. de quo satis scripsi extra, de
appel. dilecto. in ultim. gloss. Facit ff. fa. ercis. quæ
dam mulier. ff. de iure pa. l. fin. Ad prædicta fa-
cit C. de temp. app. l. pe. & quòd à sententia præ-
fecti prætorio dicit: ut eod. titu. l. ultim. ad fi. ibi:
cui consentaneum. Item constat quòd secundum
quosdam in causa restitutionis in integrum, pro-
cedatur reo contumace, admittitur agens etiam
non*

non contestata. licet esset eo casu facienda contestatio. si reus esset præsens. de his de offi. iudi. c. 2. in tex. & gloss. Item quæstio nullitatis dicitur esse quædam species appellationis. ff. de arbit. non distinguemus. §. cùm quidam. in fin. Ad hanc partem inducitur quod not. Innocen. in decre. secunda de offi. iudi. in fin. magnæ gl. quod uerbum posuit specu. infra, de offic. iudi. §. 2. in 2. colum. uer sicu. item cùm petitur sententia. & quod no. de pro cura. in nostra. ubi scripsi super gl. ult. in princ. & ante finem. & patet ex his, quæ scripsi super glo. decre. secundæ. de offi iudic. maior ratio suadet in reo condemnato: quia dicit sententiam nullam procedi in contumaciam actoris originalis uel iudicis quàm ipsi actori· quia habet remedium missionis, reo contumace. econtrà habet reus, quod non habet actor, scilicet ius excipiendi, cùm petetur executio. Sed huic obstat quòd sunt multæ sententiæ, quæ non requirunt executionem, ut si pronunciatus est illegitimus, infamis, periurus uel his similes. propter quæ uidetur standum actori, qui uoluit cùm agit, libellum & litis contestationem fore necessariam regulariter, per allegata primò. Posset autem esse casus talis, quòd æquitas suaderet opinionem contrariam quam tunc dicerem sequendam per suas rationes. Adde ut per domi. Anto. de sancto Georgio in rubrica extra, de appella. in 27. col. in quinto effectu. & per Oldra. cuius prædicta sunt uerba, eius consi. 12. incipiente, quæstio prima.

ADDE tu quòd ubi agitur de nullitate processus uel sententiæ non fit litis contestatio. si de nullitate notoria constet ex actis. Ita Rota in nouissi. deci. deci. 340.

i *Respondeo. secundum Gul. ubi suprà.*

k *Absente. Gui. de Su. faciebat duas quæstiones. prima. cùm respondit iudice petente uel non petente. secunda, cùm respondit aduocato meo petente, me tamen absente. Sed contentus fuit autor paucis, quia unica erat responsio.*

l *Videamus. Hoc quod procedit, dixi post tractatum de contumacia & de mis. in pos. uersicu. in hoc est cautus. mihi charta 7. quod sequitur dicit char. ultim. in princ.*

SVMMARIVM.

Litis contestationis effectus.

1 *Effectus litis contestationis est multiplex.*
Per lit. cōte. omnis actio personalis perpetuatur.
2 *Litis contest. interrumpit omnem præscriptionem.*
3 *Post lit. contesta. nulla dilatoria exceptio potest obijci.*
Mandatum procuratoris, an possit post lit. contesta. reuocari.

a 1 EFFECTVS[a] Autem † litis contestationis multiplex est. Nam post eam iudex non recusatur: ut supra, de recusa. §. fit autem. & de except. §. uiso. Item per eam omnis actio personalis perpetuatur: id est, facit ut usque ad 40. anno. extendatur, & postea transit ad hæredes: ut C. de præscrip. 30. uel 40. anno. sæpe saluo eo quod dicitur in actione de dolo, quæ non perpetuatur per litis contestationem. C. de dolo. l. fina. Item post eam causa fit usuraria, quæ prius non erat. ff. de usu. lite. † Item interrumpit quamlibet præscriptionem. 16. q. 3. cap. potest. etiam si facta sit coram arbitro, secundum
2
b papam: ut C. de arbitr. l. penultima. [b] Quid si fiat coram non suo iudice? De hoc extra, de ap-
c pellationibus, ut debitus. in principio. [c] Item post eam nulla dilatoria exceptio obijcitur: ut extra, de re iudi. inter monasterium. nisi ut suprà de exceptioni. §. dicto. uersicu. hoc tamen ibi: &
3 nouus, &c. † Item post eam non potest reuocari mandatum procuratoris, nisi certis ex causis. ff. de procurato. post litem. & legibus sequenti-
d bus. [d] argumentum contra. extra, eodem manda-
e to. [e] Item post eam procurator & tutor tanquam domini litis procuratores constituere possunt. C. eodem neque. Item post eam, delegatus ab alio quàm à principe, potest alij causam committere:
f ut extra, de re iudi. cùm Bertoldus. [f] Item post eam iuratur, & probationes recipiuntur: quod ante non fit regulariter. extra, ut lit. non contest. per totum. Item per eam clauditur uia multis malitijs: & reus iudici subijcitur, & obligatur actoris
g ut s. §. proximo. uersi. penultimo. g

ADDITIO.

a *Effectus. Totus iste §. fuit Tan. ubi suprà. excepta ibi, etiam si facta cum remiss. seq. His autem effectibus adde quod habes de do. & contu. prout. facit enim fortius puniri rei contumaciam. ut ibi.*

b *L. pen. aliàs ult. per quam legem dixit hic Inn. in c. præsentia. de testi. ubi scripsi in glo. nunquid ergo. sed quid de facta coram arbitratore, nunquid interrumpet? Videtur quòd non: quia talis arbitratus habet uim transactionis: ut not. in authen ut dif. iudi. §. si uerò contingerit. col. 9. & satis scripsi post Innocen. de iureiuran. Quintauallis. non enim hæc est interruptio naturalis: quia per id non perditur possessio, quod ad naturalem interruptionem est necessarium: ff. de usucap. l. naturaliter. De ciuili uidetur idem dicendum, per l. alienam ff. pro emptore. Nec iste modus interrumpēdi inter alios ciuiles modos numeratur. 16.*

quæstion

quæstione 3.§. potest. uersicu. hac de præscriptione. extra, de præscriptioni. illud. & C. de præscrip. 30. annorum cùm notissimi. nec per Hostien. qui pluries exquisiuit in Summa de præscrip. rerum immobilium. §. quibus modis. Item scias quòd id, quod statim sequitur de contestatione facta coram non suo iudice, dicit Gui. de Suz. super præ. l. penul. locum habere etiam de facto coram arbitro, si compromissum non teneret ratione arbitri: uel compromittentium. Nec obstat finis illius legis, quia dicit finem ipsum intelligi, cùm compromissum tenet, & mutat causam, secundum eum.

ADDE primæ parti apostilla. uel adde Oldra. consi. 176. inci. factum tale est: ubi uerba formalia sunt.

c In princip. & in fi. secunda gloss. & idem not. de præscrip. illud. de pur. can. cap. ex tuarum. in 4. gloss.

d Sequentibus. Quas etiam uide de procu. c. 2. lib. 6.

e Mandato. Illud cùm procurator non resistit reuocationi & dic ut in præ. decre. secunda.

f Cùm Bertoldus. Hoc non approbatur, ut ibi not. in gloss. sed qualiter delegatus. & uide quod dixi de app. cùm causam. super gl pe.

g Ver. pe. Sed an litis contest. habet effectum obligandi bonæ fidei possessorem ad interitum naturalem, est quæstio Pilei 97. quæ tractat de mula prouincialis surrepta mortua post litis contesta. cum emptore bonæ fidei: & soluit, emptorem non teneri, etiam de casu in genere, qui euenerit culpa sua, per legos. ff. de rei uend. si ad bona fidei. & ff. de peti. hære. illud quoque.

Bal. De Litis contesta.

AN litis contesta. possit remitti, uide infrà, de sen. §. lit. contesta. In casibus, in quibus non contestatur lis, quis actus habeatur loco litis contestationis. infra, de sen. §. in casibus in quibus. Eodem libello potest conueniri reus & fideiussor. C. de fideiusso. tu. l. no. G. Vno falso contento in libello: totus libellus potest negari. §. 1. uersicu 1. G. si illud falsum tangit factum uel facti qualitatem, uel locum, uel tempus: secus si sit falsitas in aliqua demonstratione, quæ non uitiat. ff. de ind. l. si in iudicijs. quia non propterea receditur à uero, licet hoc falsum sit. arg. eius quod no. Inn. de hær. c. fraternitatis. Idem in positionibus dico. facit ff. de re bus du. l. si is, qui ducenta. §. cùm ita. & §. utrum. G. Quid de teste, uide suprà de teste. §. si testis admiscet. & quod de instru. infrà. de instru. edi. §. quando instru. & infra. depositi. §. quando positio est eo. &c. & sequen. & de instru. edi. §. ratione partis. Libello debet responderi præcise, sic, uel non: potest etiam addi defensio. uersu. u. & sciat. G. Si notarius scribit litem fuisse contesta. nec addit per negationem uel confessionem: ista scriptura non probat litem fuisse contestatam: quia contestatio potest esse difformis: & difformia non præsumuntur. Si autem dicatur iuratum fuisse de calumnia: nec dicit qualiter, probat iuramentum: quia iuramentum est uniforme. argu. ff. de dote prælega. l. Theopompus. facit quod no. Cy. C. de contrahen. & commit. stip. l. 1. & hic uer. quidam autem. G. uide Bar. in l. quod si dubitetur. ff. de acquir. her. Si debes mihi centum: & quia non reddidisti mihi in terminis, oportuit me accipere pecuniam mutuam sub usuris: & ego uolo illud interesse petere: qualiter formabo libellum uersicu. ex his autem. G. Protestatio si iudex eam non reprobat impedit litis contesta. licet uerba aliàs sint apta ad contestandum, nisi pars aduersa contradicat protestationi: quia in contestatione requiritur animus. uersi. patet ex præmissis. & uer. seq. G. hoc uerò si post protestationem uerba immediatè sequantur: secus si ex interuallo. argum. ff. de condi. & demonst. nam ad ea. nam uidetur propter interuallum temporis & actum subsecutum, à primo proposito esse recessum. ff. loca. l. cùm in plures. Qualiter formetur libellus appellatorius super interlocutoria: & qualiter sit ei respondendum. uersicu. sed cum in causa. G. Per exceptionem peremptoriam non fit litis contestatio: quia nondum trahit secum suum effectum: sed reseruatur ad post litem, ante litis contestationem exceptio opponitur potius in tentationi, quàm actioni. uersicu. sed nunquid per exceptionem. uide cap. 1. extra. eod. lib. 6. Licet persona ueniens ex transuerso respondeat, non tamen fit litis contestatio. Non obstat l. 2. C. ubi in rem act. quia illa est quasi contestatio contra cursum præscriptionis, non quo ad procedendum ad diffinitiuam. uersicu. quid si in libello. G. procedit iste libellus, peto mihi tradi per te uacuã possessionem, amoto inde pensionario. ibidem. G. Respondendo positioni, quæ non fit directè super principali, non fit litis contesta. secus si contineat substantiam libelli: & respondeatur facto & iuri. uer. quid prius. G. In causa nullitatis sententia non fit litis contest. cùm nullitas non retardet executionem, nisi statim probetur. C. de ord. cog. l. fi. §. pe. uer. quid de causa. Vide omnino infrà, de sententia §. in causa nullitatis. Vide Ber. de off. delega. c. pastoralis. ubi distinguit, &c.

De

a *De iuramento calumniæ.* a *Rubrica.*



QVONIAM Statim facta litis contestatione, iurandum est de calumnia. ideo post tractatum de litis contestatione de hoc aliquid supponamus dicentes: Quando iurandum sit: Et in quibus casis: Et à quibus: Et qualiter: Et quæ sit pœna iurare
b nolentis. b

ADDITIO.

a *Pileus tota sui operis parte, tractat hanc materiam. Tancr. parte 3. rubri. 2. Vber. de Bobio cha. ulti. in prin. Ioan. de Deo, cauil. lib. 3. in fin. & li. iudicum parte 1. 2. & 3. de hoc posuit tres rubr. Aegid. rub. 13. & duabus se. Alber. Gal. posuit de hoc rubri. Guid. de Suz. ante med. sui operis, & ante rub. de positionibus super exceptionibus. Gallicus post rubricam de lit. conte.*

b *Nolentis. Hæc membra posuerunt Tan. & summistæ, Azo, Gof. Hostien. sed præmittebant quid est iuramentum calumniæ. quod iustè omisit autor, cùm ipsorum diffinitio respiceret solum primum membrum iuramenti, quòd non calumniosè petitur, uel non defenditur, de quo infra. §. pe. in prin. Item dico de diffinitione Pilei, qui dicebat ubi suprà, quòd iuramentum calumniæ est trames legitimus, per quem litigantium temeritas & contentiosa litis instantia, compescitur. Sed non placet: quia non conuertitur, scilicet quòd quicquid est tale, sit iuramentum calumniæ. Et scias quòd ferè omnes quæstiones, quas ponit hic autor, posuerat Accur. C. eod. tit. sed Azo prius circa textum, ut dixi in summa huius tit in fi. scias etiã quòd iura 6. libri se circa hunc titulum habuerũt utiliter, ut infrà patebit.*

SVMMARIVM.

Quando iurandum sit de calumnia.

1 *Iudex an possit iuramentum calumniæ differre dicendo, nolo quòd modò iuretur.*
2 *Iudex aliquibus coniecturis motus, contra actorem potest ante litis contestationem iuramentum exigere, aut fingere se uelle exigere.*
3 *Iuramento de calumnia ante litis contestationem præstito, an sententia postmodum lata teneat.*
4 *Iuramentum quibus casibus sit ante litis contestationem præstandum.*
5 *Iuramenti genus, est quadruplex.*
6 *Iuramentum de malitia, præstatur super exceptionibus, uel quum aliquid loco exceptionis proponitur.*
7 *Iuramentum de calumnia in principali præstitum ad omnia, quæ postea emergunt in causa, extenditur.*
8 *Apostoli dictum, quòd unusquisque suam habeat propter fornicationem, qualiter sit intelligendum.*
9 *Iuramentum de calumnia, & iuramentum de malitia, in quo differant.*
10 *Iuramentum de ueritate dicenda, qualiter & quo casu præstandum sit.*
11 *Iuramentum de ueritate dicenda, semel tantùm in tota causa præstari debet.*
12 *Iuramentum de ueritate dicenda, in quo differat à iuramento de calumnia.*
13 *Iuramentum de ueritate dicenda, præstare debet syndicus uel actor tantùm, & fit in animam propria: iuramẽtum autem de calumnia in animam domini uel uniuersitatis.*
14 *Ante iuramentum de calumnia, an quis cogi possit actionem eligere.*

EST autem præstandum generaliter post
a lit. contestatio. a & incontinenti post: ut extra, eo. cùm causam. in fin. & c. 1. & 2. & de elect. dudum. 2. ibi: lite uerò coram nobis legitimè contestata, præstitoq; , &c. scilicet in exordio litis: ut C. eo. l. 2. in prin. & C. de iudi. rem non nouam. in medio legis. Si uerò tacitè fuerit omissum ab initio, poterit peti iu quacunque parte iudicij, ut iuretur: ut infra. §. proxi. uersic.
b quid si non. b † Sed quid si iudex uolens differre
1 iuramentum, dicit, uolo quòd modò iuretur. Videtur ex præmissis quòd non potest. arg. contra: quia quod differtur, non aufertur. ff. de peti. hæred. destitisse. 50. dist. c. 1. in fi. tamen si postea non iuretur, non tenet sententia, ex quo exactum est: ut infrà, §. proxi. uer. & nota quòd secundum. & seq.
2 † Sed pone, reus dicit iudici, domine, ecce actor parat se ad agendum contra me, grauor in contestatione litis & in sportulis, & alijs, supplico ut faciatis eum iurare, quòd si se æstimet bonam causam habere: ut Instit. de pœ. te. liti. §. idem actoris.
c & sic non aget contra me. dixit Vber. c quòd si iudex aliquibus coniecturis moueatur contra actorem, potest ante litis contesta. iuramentum exigere uel saltem fingere se uelle exigere. Ego dico iuramentum de calumnia de sui natura ante litis contest. non debere præstari: sed pòst duntaxat: ut extra, de prob. quoniam contra. ex ordine uerborum. & patet ex serie rubricarum illius libri. & in
d præ. concor. d Aliud autem genus iuramenti bene
3 præstatur, ut inferius apparebit. † Sed quid si ante litem contestatam fuerit iuramentum de calumniæ?

lumnia? Dicunt quidam non ualere sententiam
postmodum latam: ut pote latam contra solitum
ordinem iudiciorum. C. de sen. & intel. om. iudi.
prolatam. Alij contra, etiam si nullum præstitum
fuerit. C. de iur. calu. l. 2. §. sed quia. infra. §. proxi.
4 uersi. quid si non. † In casibus tamen ante litis con
test. iuratur, puta cùm propter rei contumaciam,
facienda est missio in possessionem ut supra, de
primo & secundo decre. §. 2. prope princ. Iuratur
autem ut partes à probationibus exonerentur, &
ut ueritas causæ manifestetur, & calumniosa pe-
titio & defensio euitetur. C. eo. l. 1. & in authen. de
his, qui ingre. ad app. §. fi. colla. 5. item in exceptio
nibus iuratur ante lit. contest. de calumnia: ut in-
frà. §. proxi. in. fi. Sed tunc non est iurandum de
calumnia, sed de malitia: ut ỹ. uer. secundum. Item
in causa appellationis. Et breuiter ubicunque non
5 est necessaria litis contesta. † Vnde ad huiusmodi
articuli notitiam, nota quòd quadruplex est ge-
nus iuramenti. Primum est decisorium, de quo ha
betur extra, de iureiur. c. fi. & C. de re. credi. gene-
c raliter. De quo nihil ad præsens. c sed de eo. ỹ. de
6 iureiuran. dicetur. † Secundum est iuramentum
de malitia, quod præstatur super exceptionibus
uel cùm aliquid loco exceptionis proponitur, &
præstatur hoc ante lit. contest. semel & pluries
in ciuilibus & spiritualibus & criminalibus cau-
sis: quoties præsumptio est contra aliquem quòd
aliquid malitiosè proponat: ut ff. ad exhiben. the
saurus. extra, de elect. cùm dilecti. ubi suspectus
erat excipiens, quia fundata erat electi intentio
per confirmationem metropoliticam: & ideo ibi
iurat. & extra, de except. pastoralis. ubi suspe-
ctus est, qui post terminum peremptorium dila-
torium proponit. & ideo iurat sic, & in eo qui post
publicationem attestationum abijcit in personas
testium: cùm non fuerit protestatus. extra, de te-
sti. præsentium. & sic in eo, qui reprobat testes re-
probatorios: ut eo. ti. ad hoc. aliàs incipit, præsen-
f tium. in fi. f sic & in eo, qui uxori petenti restitu-
tionem, objicit gradum lege diuina prohibitum:
ut extra, de resti. spoli. literas, uersus finem. ubi
de hoc. sic & ubi quarta dilatio petitur, ad testes
producendos: ut extra, de resti. in causis. & c. ultra.
& c. significauerunt, sic & in eo, qui petit instru-
mentum prius editum sibi edi: ut C. de fide instru.
l. fin. His enim casibus & similibus objiciens eùm
sit suspectus, iurat quòd malitiosè non proponit:
post litem autem contestatam hoc iuramentum
7 non præstatur: † Quia iuramento de calumnia in
principali præstitum, ad omnia, quæ postea acci-
dunt uel emergunt in causa, extenditur. C. de iur.
calum. auth. hoc sacramentum. Alioquin bis iura-
g retur: quod esse non debet. g Vbi uerò de ueri ta-
te dicenda iuratum est, bene iuratur post litem
contestatam super emergentibus uel incidenti-
bus, secundum quosdam: sed hoc prosequere: ut
no. in præ. decre. præsentium. Breuiter ergo te-
neas, quòd si causa est spiritualis, tunc siue propo-
natur exceptio ante litem contestatam siue post,
semper iurat de malitia proponens exceptionem:
quia præsumitur quòd malitiosè proponat. Et est
ratio: quia in causa tali, non de calumnia sed de
ueritate iuratur. Iurabit ergo quòd malitiosè uel

gratia differendæ litis non proponit, sed quia cre-
dit sic esse uerum. Si uerò est ciuilis: & proponi-
tur ante litem contestatam: tunc idem iuris est:
sed si post, tunc non iuratur, cùm sit iuratum de ca
8 lumnia, ut suprà. † Tertium uerò genus est, iura-
mentum de calumnia, scilicet uitanda: sicut aliàs
dicitur, Habeat unusquisque suam propter forni-
cationem, scilicet uitandam, non committendam:
ut 13. dist. neruì testiculorum. prope fi. Et hoc præ
statur in merè ciuilibus siue criminalibus: & cùm
agitur de crimine ciuiliter: ut not. ex. eo. c. 2. pro-
xi. §. & statim post litis contest. ut dixi suprà, & se
mel tantùm in tota lite. C. eo. auth. in hoc sacra-
mentum. nisi ut ỹ. proxi. uer. sed nunquid hæres.
& uer. quid de quæstionibus. unde correcta sunt
omnia iura dicentia pluries iurari posse de calum
nia. ff. de dam. infect. qui bona. §. si quis stipulatus.
ff. qui satisd. cog. de die. §. iubetur. ff. de iureiur.
9 iusiurandum. §. qui iusiurandum. † Differunt
autem hoc iuramentum, & iuramentum de mali-
h tia, secundum Gof. h quia iuramentum de calum-
nia præstatur tantum post litem contestatam: ut
ĩ. Illud autem ante & post. ex. de elec. cum dilecti.
de test. in causis. & c. pe. & c. ult. & cap. ad hoc. &
i aliàs incipit, præsentium. i de restit. spol. literas.
in auth. eodem. col. 7. §. quia uerò. & de fi. instru.
§. si uerò. Sed ego non credo illud post litem con-
test. præstari sibi, ubi iuratum est de ueritate: ut ỹ.
uer. secundum. Item hoc semel in tota causa præ-
statur, ut ĩ. illud uerò quoties aliquid dici uel fie
ri malitiosè præsumitur. Item hoc locum habet
tantùm, ubi agitur de rebus profanis; illud, ubi
tam de profanis quàm de ecclesiasticis. Item per
hoc prouidetur, ne quid calumniosè fiat in tota li-
te: ut in præ. auth. de hoc. per illud uerò ne quod
petitur uel proponitur, in quo suspectus proponēs
10 habetur malitiosè petatur uel proponat. † Quar-
tum uerò est iuramentum de ueritate dicenda,
quod præstatur in spiritualibus, uel spiritualibus
annexis: sed certè cùm maius periculum sit calum
niari in his quàm in ciuilibus: multò fortius ui-
detur in eis de calumnia iurandum. Vel prosequere,
ut no. ex. eo. c. secundo. Ego tamen utrunque
k in eis præstari facio, ad cautelam. k Addo etiam in
hoc iure, quòd respondebit de credulitate. aliàs
enim non posset quæri per hoc iuramentum de
credulitate. & probatur & not. ex. de iureiur. ex
literis. Et idem posset etiam fieri in ciuili causa,
ut ibi not. de hoc secundum papam extra, de testi.
ad hoc. aliàs incipit, præsentium. uer. sine iuramen
l to. l & ỹ. ti. proxi. §. 6. uer. item nota. & præstatur
hoc statim post litem contest. Tamen si diu post
litem contest. & post alios processus, præstatur,
m non ob hoc processus uitiatur: m ut no. in præ. c.
ex literis & de testi. ad hoc. aliàs incipit, præsen-
n tium. §. testes. n & idem in iuramento calumniæ,
ut ibi. & ibi no. de hoc secundum do. meum, & in-
11 fra. §. proxi. uer. quid si non † Sed nunquid tunc
extenditur tantum ad sequentia? Argu. quòd sic.
C. de iur. cal. l. 2. Tu dic quòd etiam ad præceden-
o tia. o unde si fortè actor uel reus aliqua negauit,
adhuc interrogabitur super illo uel super execu-
tione, uel alio consimile. Item præstatur hoc iura-
mentum, semel tantum in tota causa: sicut fit in
iura-

Iuramento calumniæ cui succedit, quare eodem iure censeri debet. ff. si quis caut. si eum. §. qui iniuriarum. ff. de peti. hæred. l. item ueniunt. §. cum prædiximus. C. communia de leg. l. 1. Vel dic, & melius, quòd præstatur quandoque pluries, ut patet extra, de testibus. ad hoc. alias incipit, præsentium. ibi enim fuerat in curia iuratum de ueritate. per procuratores, & papa iterum mandat iurari
12 per principales. † Differt autem hoc iuramentum à iuramento calumniæ, primò quia illud præstatur in ciuilibus & pecuniarijs, ut eodem tit. cæterum. & c. cùm causam. & c. fi. Istud uerò tantum in spiritualibus, & eis annexis: ut eo. titu. literas. de elect. dudum. 2. infra. §. proxi. uersi. quid de causa. Secundò, quia in illo respondetur de credulitate: ut in auth. col. 5. de his, qui ingre. ad ap. §. pe. & fi. sed in isto non, nisi de scientia quam scit. 3. q. 9. hortatur. & in præ. decre. ad hoc. ibi. ipsi sciunt, &c. & ita ipsum quod uerbum sonat. Simile ff. iud. sol. iudicatum. & ff. de leg. 3. non aliter. & in præ.
p decre. ad hoc. p Tertiò hoc, quia illud continet multa capitula, istud uerò unum solum, uidelicet illud quod ipsum uerbum sonat. Quartò, quia de illo non datur dilatio, nam statim potest dicere: credo, uel non credo. In isto uerò sic: ut ff. de in-
q terrog. actio. §. qui interrogatur. q Quintò, quia illud præstant principales personæ: istud etiam
13 procur. ut infrà, §. restat. in prin. & uersi. 1. † Sextò, quòd istud præstat syndicus uel actor, in anima propria: ut extra, eo. in pertractandis. & c. pe. in fi. & C. eo. l. 2. §. hoc etiam. illud uerò præstatur in anima domini, uel uniuersitatis: ut 1. §. præce. uersi. cæterum. & seq. Septimò, quia si post illud præstitum dicatur melius nosse ueritatem, cogitur
14 iterum respondere: ut infrà, §. fi. in fi. † Sed quæritur an ante iuramentum de calumnia quis cogatur eligere actionem? Super quo distingue ut s. de act. seu pe. §. sequitur. uer. notandum etiam. & uer. sed quando. Et no. Secundum B. quòd iuramentum de ueritate, non extenditur ad iuramentum calumniæ, nec econuersò: ut sic notetur differentia inter ea. ex. de testi. c. præsentium. Primum enim est de scientia, secundum de creduli-
r tate: ut. not. ex. de confes. statuimus. r

ADDITIO.

a *Litis contestatio. Dicit Fran. Accur. super l. 2. C. eod. per hoc probari quòd per illud non fit contestatio.*

b *Si non. Ibi dicam.*

c *Vbert. Vbi suprà in princ.*

d *In præ concord. Inquantum de fictione dixit Vber. æquè locutus est: sed retento dicto G. dici potest, quòd iudex potest eligere iuramentum ab actore si coniecturas habeat, de quibus & supra. malitiosè non trahit reum ad iudicium per decret. secundam in fin. eo. titu. lib. 6.*

e *Ad præsens. Aegid. hoc continuat, ut materia cap. 145.*

f *In fin. lib. 6.*

g *Non debet. Tu dic eo. tit. c. 2. in fi. lib. 6.*

h *Secundum Gof. in Summa huius tit. in 1. col. easdem differentias posuit Mar. de Fa. in quæstione an hodie sæpius de calumnia iuretur. & Hosti. in Summa. §. & in quibus. supra. §. quando. & Aegid. ubi supra.*

i *Incipit, præsentium. lib. 6.*

k *Ad cautelam. Et sic hodie fieri debet: ut eod. titu. capit. 1. in fi. lib. 6. et uide quod ibi dixi super glo. penul.*

l *Sine iuramento. Lib. 6.*

m *Vitiatur. Hoc patet eo. titul. capi. 1. in princip. libr. 6.*

n *Testes. Lib. 6.*

o *Etiam. Præcedentia. uide infra. §. penul. post princip.*

p *Ad hoc. Vt ibi scripsi in §. præterea super 3. glo. Hostien. hoc improbat, dicens quòd propter iuramentum de ueritate, respondere debet de credulitate, ibi uide, & quod scripsi hic eod. titu. capit. 2. in ult. gl.*

q *Qui interrogatur. Vide quod dicam infra. §. ult. super uer. fi.*

r *Statuimus. Lib. 6. Vide quod suprà proxi. dixi.*

SVMMARIVM.

In quibus causis iurandum sit de calumnia.

1 *In causa criminali, quomodo & quale iuramentum sit præstandum.*

2 *Agere non dicitur quis, ante litis contesta. sed agere uelle, licet ante eam in exceptionibus iuretur.*

3 *In causa appellationis, præstandum est iuramentum de calumnia.*

4 *Iurameatum unquam est præstandum, antequã exigatur.*

5 *Coniuncta persona quibus casibus à condemnatione alterius appellare, & appellationem prosequi possit.*

6 *Quæstionibus pluribus, & contra plures, coram eodem iudice motis: an semel pro omnibus, uel in qualibet per se sit iurandum.*

7 *Hæres defuncti, qualiter habet iurare.*

8 *Iudice, coram quo iuratum est, moriente uel mutato, an iterum sit coram alio iurandum.*

9 *In causa iuris patronatus, quale iura. sit præstandum.*

10 *Iuramentũ non est in causa modica præstandũ.*

11 Mutaps

11 *Mutans cauſam uel actionem poſt iuramentũ de calumnia, an iterum in noua propoſita iurare debeat.*
12 *Vno petente, & altero recipiente, quis prius iurare habeat.*
Reus excipiendo, fit actor.
13 *Inſtantia triennio finita, an iterum ſit iurandũ.*
14 *In quæſtionibus incidentibus, qualiter ſit iurandum.*
15 *Non poſſidens, nec dolo deſinens poſſidere, an cõpelli poſſit iudicium ſubire.*
16 *Iuramentum de calumnia, an ſit in omnibus exceptionibus etiã in declinatorijs præſtandũ.*
17 *Iuramentum de calumnia, an in prætorijs ſtipulationibus, præſtari debeat.*
18 *Procuratore ſubrogato in cauſa, poſt præſtitum iuramentum de calumnia, an ſit iterum per eũ iurandum.*

SEQVITVR Videre in quibus cauſis iuran
dum ſit de calumnia. Et quidem in omnibus;
ut dixi ſ̄. §. proxi. uerſi. tertium. exceptis ſpi
ritualibus, in quibus non de calumnia, ſed
de ueritate iuratur. extra, eo. literas, ut dixi ſ̄. §.
proxi. uer. quartum. tamen ſecundum B. ubi agi-
tur poſſeſſorio de re ſpirituali, tunc de calumnia
iuratur: ut extra, de reſti. ſpol. literas. uerſus finẽ.
Ego dico contra, ut habetur expreſsè extra, de te-
ſtib. c. ad hæc. aliàs incipit, præſentiũ. prope prin.
& in decret. literas. iuratur ſuper excep. & de ma-
litia, & bene: non autem ſuper actione, nec de ca-
1 lumnia. † Quid de cauſa criminali? Dic quòd iura
a tur de calumnia: ut no. extra, eo. tit. c. 1. [a] & C. eo.
b l. 1. Io. de Deo contra. [b] Quid de cauſis miſtis?
Dic iurari de calumnia. quod exemplifica ut ex-
tra, de procurato. tuæ. & de accuſa. ſuper his. &
facit ad hoc, 11. q. 1. placuit. 16. q. 1. frater noſter.
c 14. q. 2. ſuper prudentia. quæ cauſa dicatur miſta,
2 no. ſ. de contuma. §. ſequitur. [c] † Quid ubi implo-
ratur miſericordia: uel merum officium iudicis:
putà petitur à papa quod declaret uerba ambigua
inſerta in aliqua compoſitione uel arbitrio, uel
ſimile, uel aliquid? Et certè allegabatur in cauſa,
quæ uertebatur inter abbatem Montis maioris,
petentis per dominum papam Clemen. declarari
uerba cuiuſdam compoſitionis ex parte una, &
hoſpitalarios ſancti Antonij ex altera, non eſſe iu-
randum: quia nulla eſt ibi actio uel intentio, uel
aliquid loco eius. arg. ff. de no. ope. nun. de pupil-
lo. §. meminiſſe. infra uer. quid ſi cauſa. In contra-
rium dicebatur: quia ante litis conteſtationem
non dicit quis agere uelle, & tamen ante litis con-
teſtationem in exceptionibus iuratur: ut ſ̄. §. pro-
ximo. Item & in extraiudicialibus, puta in inquiſi
d tione: in purgatione, & huiuſmodi. [d] † Quid de
3 cauſa appellationis? [e] Dic iurari de calumnia ſe-
e cundum H. & alios, ſi petatur. C. eo. l. 2. in prin.
ubi de hoc. & in auth. de his, qui ingre. ad appel. §.
illud. ff. de dam. infec. qui bona. §. fi. extra, eo: c. 1.
ibi: uel quacunque cauſa, &c. ubi de hoc ſecundum
papam. Nam & ibi dandus eſt libellus, & lis eſt
conteſtanda: ut ſ̄. de lit. conteſt. §. 2. & alia eſt à
cauſa principali. quæ dic ut 2. q. 6. ſi quis in qua-
cunque. & extra, de appel. interpoſita. in fine. & de
teſta. Raynaldus. & hoc ſeruatur. argu. contra: quia
cauſa appellationis eſt eadem cum principali. ex-
f tra, de procurat. non iniuſtè. in fin. [f] Et nota ſecun
g dum Pil. [g] & Tanc. quòd hoc iuramentum remit-
h ti non poteſt. C. eo. l. 2. §. ſed quia ueremur. [h]
i Azo [i] dicit patri remitti contra filium agenti, &
patrono contra libertum agenti: ut ff. qui ſatiſda.
cogan. de die. §. fin. & ff. de iureiuran. iuſiurandũ.
§. 1. hoc iuſiurandum. Alij contra: ut in præ. §. ſed
k quia. [k] † Quid ſi non exacto iuramento procedit
4 in cauſa, & ſententia fertur? [l] Dicit Pil. [m] teneret:
l quia non eſt præſtandum, niſi exigatur. ff. de no.
m ope. nunc. de pupillo. §. qui opus. & in præ. l. iuſiu-
randum. ſecus ſi exactum fuit. C. de ſent. & inter-
locuto. om. iud. prolatam. Hoc proſequere, ut no.
extra, de teſti. tuis. & ſuprà, §. 1. in princip. Hoc
n tamen puto, quòd ſi omiſſum ſit, [n] poterit quan-
o doque ante ſententiam exigi. [o] argu. ff. de dam.
infect. bona. §. pe. De hoc extra, de iureiuran ex
literis. in Summa do. mei, de lit. conteſt. §. & quan
5 do. ſuprà, § proxi. uerſicu. quartum. † Item quæ-
ritur, quis iurabit in illis caſibus, qui ſunt ff. de
appel. non tantùm. & 2. q. 6. non ſolent. ff. de libe-
ra. cauſa. l. 1. 2. 3. & 4. quibus poteſt coniuncta per-
ſona à condemnatione alterius appellare, & ap-
pellationem proſequi, & contra uoluntatem eius
agere. Dic quòd appellans, quaſi ſuam fecerit cau
6 ſam per appellationem. † Quid ſi moueo plures
p quæſtiones, & contra plures [p] coram eodem iudi-
ce? Dic quòd in qualibet per ſe iurabo: non ſemel
pro omnibus. arg. ff. de excep. rei iudic. & an ea-
dem. & arg. extra, de iureiuran. clericus. quia res
inter alios acta, &c. extra, de fide inſtru. inter di-
lectos. uerſicu. porrò ſi. & hoc quando negotium
non eſt commune. Sed ſi eſt commune, & indiui-
duum: tunc omnes iurant uel unus pro omnibus:
quia malitijs, &c. ff. de rei uendicat. in fundo. ex-
tra, de reſcrip. ex tenore. & C. ſi unus ex pluribus
appel. l. 1. ſecundum Iacobum Bald. & Alber. Pap.
7 † Sed nunquid hæres defuncti iurabit de calum-
nia? Reſpondeo, ſic: ut in authẽ. principales, & in
præ. l. qui bona. §. penulti. quia licet defunctus nõ
fuerit calumniatus, ſed habuit bonam fidem: for-
tè hæres habet malam. ff. de accuſa. ſi cui. C. de re.
q credi. generaliter. reſpon. 1. Idem fortè [q] in pro-
curatore, ad quem cauſa tranſit. infra, uerſicu. fin.
Alij dicunt contra, quia hæres, eadem perſona cũ
defuncto cenſetur. in authen. iuſiurandum quod à
mori. præſ. §. 2. Tertij dicunt quòd debet ſolum-
modo iurare, ſe nil dediſſe, nec daturum. in auth.
8 colla. 9. ut litig. iurent. in princi. † Quid ſi iudex,
coram quo iuratum eſt, obijt, uel mutatus eſt?
Dic quòd non iurabitur coram alio iterum, quia
idem cenſetur iudicium: ut ff. de iud. mortuo. l.
cùm proponebatur. Ioan. contra. arg. ff. iudi. ſol. l.
3. & l. quærebatur. & l. cùm apud. in auth. de teſti.
§. quia uerò. C. de iudic. properandum. §. ſin au-
tem in medio. Dicunt alij quòd partes iurabunt,
quòd nec dederunt, nec dabunt aliquid huic iu-
dici,

dici, ut pro eis iudicet: ut in præ. auth. ut liti. iur&t.
in princ. Sunt etiam, qui dicunt, tunc de ueritate
9 te fore iurandum. C. de eden. l. ij. † Quid de causa
r iuris patronatus? Dicunt quidam [r] non de calumnia sed de ueritate in ea iurari, cùm sit annexa spiritualibus. extra, de iur. patron. ad aures.
extra, de iudic. quanto. suprà in §. proxi. uersicul.
sed nunquid tunc. Alii contra: cùm non sit merè
spiritualis. & exponunt extra, eodem. literas. nulli inducunt, id est prohibent, secunda quæstione
10 quinta consuluisti. † Quid si causa modica est? Dicunt quidam non iurari. nam & sententia sine
scriptis lata, tenet: & alia solennitas propter exiguitatem omittitur. C. de sentent. ex breuiculo
reci. authen. nisi, 2. q. j. in primis. Dic contra, ut
ff. ad exhiben. thesaurus. ut extra, de præbend. maioribus. & de appella. cap. de appellationibus. nisi iudex ex officio suo, extra ordinem cognoscat:
nam tunc non puto iurandum. argumen. ff. ne uis
f fiat ei, qui in posses. mi. lege prima in princip. [f]
11 † Sed quæritur si quis post iuramentum calum-
t niæ mutauerit actionem: [t] an iterum iurabit in
noua proposita? Respon. sic: quia noua actio est,
& alia: & in qualibet interdum est, supra eodem
l. secunda in princip. quia & in hac potest calumniari. ff. de damn. infect. qui bona. §. penult. Super
actione enim iuratur. ff. famil. herciscun. inter cohæredes. §. si familiæ. Alii dicunt quòd potius super facto iuratur. argumen. C. eodem. authen. in
12 isto. iuratur tamen, quia causa mutatur. † Sed
pone quòd peto à te decem, tu confiteris debi-
u tum, sed opponis [u] exceptionem pacti de non petendo: quæritur quis primo iurabit. Et uidetur
quòd excipiens: cum constet de actoris intentione, & reus in excipiendo sit actor. ff. de exceptioni. l. 1. Dic contra: quia originalis causa inspici-
x tur. ff. de dona. id quod. [x] † Quid si instantia sit
13 triennio finita? Respondeo, iterum iurari. Idem
dicit Ioan. si iudex in medio triennij mutetur:
14 ut supra uersi. quid si iudex. † Quid de quæstionibus incidentibus, uel emergentibus: nunquid
iurabitur in eis de calumnia? Non uidetur, cum
sit in principali iuratum: & idem iuris sit in principali, & in accessorijs: ut extra, de offic. delega.
prudentiam. in fine. & quia semel tantum iuratur. C. eodem authenti. in isto. sed hoc uerum
est in eadem causa. Vnde dic contra: ut ff. de damno infecto. qui bona. §. si quis. & ad exhibend.
thesaurus. & qui satisda. cogan. de die. §. pe-
y nult. [y] † Quid ergo. pone, peto à te fundum: tu
15 dicis, te illud non possidere, nec dolo desijsse
possidere, ego peto quòd iures de calumnia:
quæritur quid iuris. Et certè cum non possideam,
nec dolo desierim possidere, non compellor iudicium subire: ut ff. de rei uendi. qui petitorio.
in principio. & §. penultimo. ergo nec iurare.
ff. de iudi. sed si restituatur. §. ex quibus. & de
iureiuran. tutor. §. fi. dic tamen esse iurandum:
z & sic obtinuit. [z] † Sed nunquid super omnibus
16 exceptionibus etiam in declinatorijs, est iurandum de calumnia? H. dicit quòd sic: ut not. supra
de exceptio. §. uiso. uersi. sed nunquid. & C. eo. l. 1.
& probatur ff. qui satisda. cog. de die. §. fi. ff. de
noxa. l. quoties. §. penult. Quidam tamen dicunt sufficere de malitia iurari, super declinatorijs: extra, de restitut. spoliat. literas. & de electio. cum dilecti. suprà. §. 1. uersi. in casibus.
17 † Sed nunquid in prætorijs stipulationibus iurabitur de calumnia? Videtur quòd sic. C. de iur.
calum. l. 1. ff. de damno infecto. prætor. in prin
18 cip. & l. qui bona. §. fi. † Quid si post præstitum
iuramentum de calumnia subrogetur procurator
in causa? Dic per eum iterum esse iurandum, cum
calumniose possit probationes inducere, & alia
facere. Alij tamen contradicunt, quod dic prout
not. secundum papam, extra eod. cap. 1. super
a uersi. 1. sed nunquid hæres. [a]

ADDITIO.

a *Sequitur uidere. cap. primo. Vide quod ibi scripsi.*

b *Contra. Libro iudicum, parte secunda, eo. tit. in princip.*

A D D E, *quod Bar. in l. 1. C. eo. tenet quòd iurari debeat: sed dicit de consuetudine Italiæ nõ seruari. Abbas uerò post gloss. in c. 1. extra, eo. dicit esse iurandum indistinctè.*

A D D I T I O. *Adde tu uidendum Ludo. Roma. sing. 423. incip. tu habes singulariter. ponit an iuramentum calumniæ possit consuetudinem tollere.* Hen. Ferran.

c *§. sequitur. Si est quæstio de mandato, an quis sit procura. Guid. de Suz. dicit in l. 1. C. de procur. de calumnia iurari. alleg. l. 1. C. eo. ti. sed quis iurabit, procurator an non. C. eod. l. 2. Vel dic quòd iurabit, quia in hac causa non est procurator, sed principalis, uel secundum eum non iurabit, quia ante litis contestationem non præstatur. nec hic fertur diffinitiua. Primum ergo dictum procedat in iuramento de malitia.*

A D D E. *ut per Bar. in l. qui bona. §. qui aliena. ff. de dam. infec. & per Panor. in c. in pertractandis. extra. eo.*

d *Et huiusmodi. Reperitur de hac causa infrà, de libel. concep. §. nunc dicendum. uersiculo 46.*

e *Causa appellationis. Expeditum est quod iuratur. eo. tit. c. 2. in prin. lib. 6. & opiniones doctorum hic, ubi uide in 1. gl.*

f *In fi. Verificatur, utrum quia diuersis respectibus est eadem & diuersa. ut not. de testi. Romana. in gl. 2. lib. 6.*

g *Secundum Pil. ubi supra, rubri. 4. in princ. Tanc. autem hoc dicit ubi suprà, in fi.*

h *Sed quia ueremur. Hinc est quòd non ualet cõsuetudo, quòd istud iuramẽtum non præstetur. extra, de fideius. constitutus. uer. præsentium. Dixit tamẽ*

Pil.ubi supra parte 4.in fi. non quòd erat contraria iuri consuetudo locorum, habens quòd solum in tempore sententiæ exigatur hoc iuramentum: audiui dominum meum, qui meo tempore Assessor fuit Mediolani, quòd ibi iuramentum calumniæ exigebatur solum tempore sententiæ: & à victore. Et de hac puto Pil. intellexisse, qui fuit de eius diœcesi.

ADDE, quòd Panor. in c. cæterum, extra, e. vbi de hac additione mentionem facit, tenet contrarium.

i Azo. Et Pil. ut post eum scripsi, eo. tit. c. 2. & ratio ibi.

K Sed quia Hoc dictum Pil. & Tan. placet Host. in Summa §.3. in fi. Item placuit Fran. Vercel. ut scripsi. eo. ti. c. 1. in fi. pro ratione sument quòd ibi nō remittitur episcopo, qui pater est. de restit. spol. conquerente & ibi concord. in gl. 2. Primum dictum, quod fuit Azo. placuit Accur. in l. 2. C. eo. post prin. eius ratio, quia ius vetus, non inuenitur in hoc correctum: & secundum hoc §ille de remissione hominis loquitur, non legis. & hoc teneas. Item tenet Accur. in gloss. prædicta quòd remissio per principis rescriptum, hoc casu non valet, nisi in eo dicatur, non obstante tali lege. De hoc plenè scripsi de exces. prælа. c. vno. lib. 6. super gl. & tūc ipsius aduersario procedit. C. de fruc. et lit. expen. l. fi. Si autem aduersarius opponit cōtra rescriptū, in causa ista iurabitur, secundum eum Quod dixi aduersarium uti illo iure, intelligit Fran quando illud fuit impetratum à parte, secus si sit proprio motu principis processum. Facit quod not. de mut. peti. c. 2. in fi. ult. gl. & Pil. tenet ubi suprà, 4. parte, in fi. quòd etiam si impetrans non utatur, aduersarius tamen utetur. ff. quod quisque iur. l. 3. §. primo.

ADDE, Bar. concordan. huic addi. in l. 2. C. eod. Quid ecōtra an remittatur filio, uel liberto? Bart. dicit quòd sic, in l. iusiurandum. §. qui iusiurandū. ff. de iureiu. per tex in c. sacramentum. §. in quibus, de consue. vecti. seu.

l Sententia fertur. Expeditum est quòd valet sententia. eo. tit. c. 1. 2. respon. lib. 6. & uide quod ibi not. in ult. gl.

ADDE, Rotam in antiquis deci. deci. 560.

m Dicit Pil. ubi suprà.

n Omissum sit. Nota quia distinguit inter omissum & remissum.

o Exigi. Vt in præ. de re. prima. in princ. libro sexto.

p Contra plures. Ampliatur hæc quæstio, scilicet quando unus contra unum plures quæstiones mouit: uel plures contra unum plures quæstiones mouent: & omnibus conuenit sequens solutio. Alia quæstio de tutore duorum pupillorum inuicem litigantium, not. in l. 2. C eo. titu. 3 §. quod obseruari. in gl. 2. in fi. Consilium est quòd in altera det actorem. Simile suprà, de aduo. §. 1. uersi. quid si aduocatus.

q Idem fortè. Sic sub dubio fortè, loquitur Accurs. in præ. authen. principales. in 1. gloss. Tu dic sine fortè: ut in prin. huius. §.

r Dicunt quidam Bart. eo. titu. c. 2. in 1. gloss. & uide quod super ea dixi.

s In prin. Hic scias quòd in causis, quibus proceditur simpliciter & de plano, &c. hæc iuramenta de calumnia, malitia & ueritate, præstari debent: vt in cle. sæpe. de uerb. signifi. ibi citatione, &c.

t Actionem. Si dicatur accumulando procedi, hoc dico: quia ex quo ponit iuratum, ponit litem contestatam: & sic non est locus mutuationi. C. de eden. edita. Vide Cyn. C. eo. l. 2. in parte. 1. q. 14.

u Sed opponis. Sup. in ipsa contestatione antequam iuretur de calumnia. aliàs superuacua esset quæstio.

x Id quod. Sic dixit Accur. in l. 2. 1. respon. in gl. sic ergo.

y §. pe. Aliàs ult. in prin. Has leges tenuit do. meus in legibus, do. Mar. in quæstione, quæ incipit, minor 25. quòd si filius, qui minor 26. adiuit hæreditatem patris, conuenitur actione personali ut hæres, & dato termino ad respondendum, ipse dicens se inconsultè adiuisse hæreditatem, quæ locuples putabatur, petit restitui ad confectionem inuentarij, & actor dicit id peti animo differendi actionem, & petit quòd iuret de calumnia, quòd audiendus est. Non obstat quòd secundum hoc bis iurabitur, s. secundò post litem postea contestatam super personali contra auth. de his qui in gre. ad appel. in fi. unde sumpta est auth. hoc sacramentum. C. eo. tit. quia id procedit in eadem instantia, ut dictum est suprà secus in diuersis, per iura prædicta. Ad idem. ff. de eden. si quis ex argen. §. exige. & de iureiur. iusiurandum. §. qui iusiurandum, & facit quod de causa appellationis dictum est suprà uer. quid de causa. Item si diceretur quòd restitutio peti non possit in modum exceptionis: negari non potest, quin hoc petatur incidenter. C. ubi. & apud quos l. ulti. in fi. & extra, de restitu in integ. c. fi. & eam esse præiudicialem actioni propositæ. C. de iure delib. l. sancimus. §. donec. Facit Instit. de act. §. præiudiciales. & sic

pro

pro cognoscenda de or. cog. tuam. & hoc quia in perpetuum uel ad tempus actionem excludunt, habent instar exceptionum. Ad tollendum ergo suspicionem, purget se per iuramentum. C. de his, qui ad ecc. confu. l. ult. §. sic ubi. Procedit autem secundum eum, quòd per se iuret, si est maior 25. & intra tempora restitutionis. Si autem est adhuc minor, iurabit curator. De hoc infrà. §. proximo, in prin. & uer. sed cùm pupillus. Si dicamus quòd hoc casu recipiatur iuramẽtum de malitia, de quo supra. § proximo. uers. secundum. & dixi eo. §. post prin. cessabit omnis difficultas. Et huic est simile quod notat Guid. de Suza. in l. seruum. §. publicè. ff. de procura. dicens quòd qui allegat causas absentiæ, iurabit quòd animo calumniandi illas non allegat cùm iuret istud solum capitulum. & sic non obstat authen. hodie. de qua suprà.

z *Et sic obtinuit. Hec tenet Alber. Papi. super l. fi. ff. de rei uen. per l. de die. § fi. in prin. allegat. suprà, & infrà, uersic. proxi. Ad iura quæ prohibent bis iurari, respondet, illa loqui post litis contestationem cùm iuratum est.*

a *Nunquid hæres. Primum dictum approbatum est eo. tit. c. 2. §. 1. lib. 6.*

SVMMARIVM.

A quibus sit iurandum de calumnia.

1 *Sacramentum omnium possessorum desideratur, dum res uenditur ciuitatis.*

2 *Abbas iurabit de ueritate, ubi collegium litigat per syndicum.*

Iuramentum de calumnia, semel tantùm in causa præstandum est.

3 *Prælatus ecclesiæ causam per se prosequens, an posit iuramentum committere syndico, seu œconomo.*

4 *Pupillo an expediat iuramentum præstari, vbi agit causam momentaneæ possessionis.*

5 *Pater an iurabit de calumnia in bonis aduentitijs.*

6 *Conuentus reali actione, nominans dominum in iudicio, an iurare habebit de calumnia.*

7 *Clericus an posit iurare de calumnia.*

8 *Minor, cuius nomine litigatur, an posit, uel debeat iurare.*

Impubes iurare non potest, secundum Canonistas.

9 *Omnibus, uel maiori parti de municipio iurare licet.*

10 *Procurator an posit iurare de calumnia. & numero 12. & 13.*

11 *Procurator agens & defendẽs nomine absentis, non iurabit, sed dabitur ei dilatio, ut denũciet uero domino, ut ueniat iuraturus.*

14 *In procuratorio alicuius, aliàs sufficienti ad causam si non exprimatur, quòd posit iurare de calumnia an poterit iurare.*

15 *Syndicus quo casu, & quando posit iurare.*

16 *Hæres defuncti, an posit, aut debeat iurare.*

17 *Iudæus litigans cum Christiano, an iurare permittatur super Euangelia.*

18 *Iuramentum calumniæ, cuius expensis mittetur ad principalem absentem.*

RESTAT Videre à quibus sit iurandũ. Et quidem regulariter principales personæ debent iurare: primò actor, & postea reus. C. eo. l. 2. §. 1. & 2. & auth. principales. extra eo. c. 3. & c. cæterùm. Item tutor &
a curator, [a] œconomus, syndicus, actor, [b] & procu-
b rator uniuersitatis, & episcopi, & archiepiscopi, parentes & orphanotrophi, & omnes alij, qui legitimam habẽt administrationem, uel à lege uel iudicis autoritate: ut C. eo. l. 2. §. 1. & §. quòd obseruari. & authent. principales. C. de bo. ma. l. 1. Instit. de cur. §. fin. C. de epis. & cler. l. orphanotrophos. & auth. sed hodie. extra eo. c. 3. & c. cum causam. ff. de cond. & demon. l. municipibus. ff. de noxa. act. quoties. §. si tutor. & iurent omnes tutores, uel unus. C. si ex pluribus tuto. omnes cõue. post. l. 1. Item curator bonis datus. C. eodem. l. 2.
1 §. primo. † Idem in his qui præsunt municipio,
c seruatur, [c] ut omnes, uel maior pars, iurent de calumnia. C. eo. l. 2. hoc etiam & in præ. l. municipibus. & arg. extra de sent. excom. Romana. §. fin. secundum Azo. licet Placen. dixerit maiorem partem ciuitatis debere iurare, uel ipsam vniuersitatẽ: quod est difficile. ar. tamẽ ad hoc, quia sacramẽtum omnium possessorum desideratur, dum res uenditur ciuitatis: ut C. de uend. re. ciui. l. fi. & similiter dum tractatur de defensore ciuitatis eligendo: ut in auth. de defen. ciui. §. in tãtum. papa not. extra de iudi. pastoralis. tutius esse, quòd uniuersitas iuret per alium, uel per eum, qui litẽ contestatus est. quod indubitatum est in uniuersitate religiosorum: ut infrà uersicul. proximo.
2 † Quid si aliquod collegium litigat per syndicũ, nunquid abbas iurabit de ueritate, cùm ipse syndicus iuret de calumnia? Dicunt quidam quòd sic, ut infrà dicetur in minore adulto: & hoc ideo, ut ueritas appareat, & ne ecclesia turpe lucrum sectetur, extra, de iura. calum. Imperatorum. ff. de offic. præsi. illicitas. §. ueritas. ff. de condi. indeb. nam hoc. extra, de pœnis. suam. 54. distinctione, generalis. in fi. C. de hæreti. quoniam. 14. quæstione secunda quanquam. argu. contra, cùm abbas non sit dominus, sed procurator. extra, de dona. c. 2. 12. q. 1. si priuatũ, & aliud uidetur in mi-

 nore,

nore, qui dominus est, & commodum, & incommodum est. 2. q. 6 biduum. Praeterea cùm haec causa sit uniuersitatis, non sua: ut ff. quod cuiusque uniuer. nomi. l. sicut. §. 1. & 12. q. 2. qui mannumittitur. debet iurare syndicus ab ea constitutus. ff. quod cuiusque uniuersi. no. nulli. extra, eod. c. 1. non Abbas. Et ideo dixerunt alij, quòd si Abbas scit ueritatem, & procurator est truffator: tunc Abbas iuret, & non alius. C. de procur. l. fi. sed illa lex loquitur, cùm principalis persona conuenitur: & Abbas non potest dici principalis, ut dixi: & ideo dixit Alber. Pap. quòd si syndicus est litem contestatus, ipse iurabit. C. de iudicijs. properandum. uersus fi. & C. de rebus cre. l. penul. §. penul. & C. de iura. calum. l. fin. §. ptimo, & non Abbas: cùm ipse possit testem produci. extra, de testi. insuper. ne fungatur duplici officio: ut ff. de pactis. plures. extra, de institu. c. fin. & ne ecclesiae praeiudicetur de facili, eo fortè iurare nolente. C. de seruis fugi. quicunque. C. unde ui. meminerint. & sic dicit fuisse iudicatum Vercel. Sed certè malè, salua pace iudicantium. nam licet lis contestata sit per syndicum, etiam nomine Abbatis & conuentus agentem: Abbas tamen ipse habens ad hoc speciale mandatum à capitulo, iurabit de ueritate nomine suo, & in animas eorum, uel maioris partis, qui sunt de conuentu: ut extra, de testibus, ad hoc. aliàs incipit, praesen-
d tium. d & tunc etiam poterit esse testis in causa: secus si ipse causam per se duxisset. Non tamen nego, quin & per syndicum uel procuratorem possit de ueritate iurari: secundum quod not. per papam extra, de iura. calum. cap. fin. Dominus meus tamen dicit, quòd in prae. decre. non iurabit Abbas tanquam testis uel tanquam procurator, sed tanquam nuncius, & pica conuentus. Quae & alia dic ut not. in prae. cap. ad hoc. secundum omnes. Sed & si Abbas causam ducat, ipse iurabit in animas conuentus. Et de hoc not. extra, de elect. dudum. 2. in gloss. B. quae incipit, no. ergo ius, &c. Iuramentum autem calumniae à syndico praestitum, Abbas non cogitur subire. extra, de iura. calum. Imperatorum. de hoc not. C. eo. l. secunda. §. hoc etiam. Si tamen procurator negauerit positiones, dominus, ad quem spectat causae commodum uel incommodum, eo quia nouit melius ueritatem, interrogabitur per iuramentum super eis: ut infrà titu. proxi. §. 6. uersi. in summa. quod quidam concedunt, ubi iuratum est de ueritate. argumen. in praedict. decre. ad haec. aliàs incipit, praesentium. Secus, ut dicunt, ubi de calumnia. Sed certè est eadem aequitas, sic hincinde idem ius, etiam utrobique esse puto: si hoc iudex uiderit expedire. argumen. extra, de const. nam concupiscentiam. nec ob. prae. decr. ad haec. imò hoc probatur, si rectè intelligatur. argum. contra: quia iuramentum de calumnia semel tantùm in causa praestatur: ut C. de iura. calum. authen. in isto. Sed illud uerum est, ab eadem persona. Vel dic quòd hoc non est propriè iuramentum de calumnia, sed iurabit respondere, quid credit super positionibus per procuratorem negatis. Et sic iurare & respondere fecimus Achiepiscopum Rauennatem in causa, quae inter eum & commune Arimini super se-
e ptem castris coram nobis uertebatur. e † Quid si
3 praelatus ecclesiae prosequitur causam per se, nunquid poterit committere iuramentum oecono mo seu syndico? Videtur quòd sic, argum. extra, eo. cap. primo, prope finem. ibi: huiusmodi officium alijs denegare. & ff. de procu. l. tertia. Dic quòd iuramentum non potest specialiter committi, nisi & causae prosecutio committatur: ut extra, eo. in pertractandis. in fi. & c. seq. ibi: qui pro eis petere & exhi. &c. & c. fi. in princip. ibi: elegeris litt. &c. uersicu. quòd si. Et sic intellige eo. titu. cap. primo. Alioquin alicui posset hic
4 causam committere ignoranti. † Sed cùm pupillus possit agere causam momentaneae possessionis, ut C. qui leg. perso. momentariae. ubi de hoc. & aliàs ut s. de actore. in prin. nunquid iurabit? Videtur quòd non, argum ff. de iuris & facti igno. l. fi. ff. de iureiur. qui iurasse. Vel dic quòd iu-
f rabit: f quia ex quo legitimus est ad agendum: ergo & ad iurandum, & ad alia. ff. de iurisdi. om. iu. l. 2. extra, de offic. delega. praeterea. & si pupillus agit autoritate tutoris, quod potest: ut ff. de administ. tu. l. 1. ipse iurabit. ff. de auto. tut. accipientis. & C. eo. clarum. & ff. de re iudi. quidam. sed poterit petere in integ. restitu. si sit laesus. Et hoc tenet Alber. Pap. uel fortè tutor iurabit: ut in prae. l. qui iurasse. quasi ipse uideatur agere, cuius autoritate agitur. C. de ue. iur. enu. l. 1. extra,
g de sent. excom. mulieres. secundum Vber. g † Sed
5 an pater iurabit de calumnia in aduentitijs bonis? Dic quòd sic ut no. C. eo. l. 2. §. sin autem. & uide infrà, de libel. concep. §. iam nunc. in fine.
6 † Sed illud quaeritur, utrum conuentus reali actione, nominans dominum in iudicio, iurabit
h de calumnia? Dicunt quidam quòd sic: h cùm non contra eum, sed contra nominatum sit agendum: ut extra, ut lite non contest. quoniam. §. quod si super. Nec obstat quòd semel est iurandum: ut C. de iura. calum. authen. hoc sacramentum. nam per hoc sacramentum, eximitur à iu-
i dicio. i Quid si nominatus dicit quòd nominans bene possidet nomine ipsius nominati, nunquid tenetur nominatus iurare quòd non calumniandi animo hoc faciat? Respon. non, imò locum habet tunc praed. auth. hoc sacramentum, ut tan-
7 tùm semel post litem contest. iuretur. † Sed nunquid clericus de calumnia iurat? Videtur quòd non, sed de ueritate tantùm: ut not. extra, eo. cap. primo. Quidam tamen dicunt contra, secundum leges: ut no. in prae. §. sed quia uertmur.
k k Quid si quis nouit non iurare? De hoc infrà,
8 §. superest. uersicu. quid si reus. † Sed nunquid minor, cuius nomine litigatur, iurabit? Dicunt quidam quòd sic: quia dicit lex quòd restituitur, si confessus fuerit. ff. de confes. certum. §. fi. unde saltem iurabit autoritate tutoris, si eum habet. ff. de administ. tut. l. prima, §. fin. Azo dicit quòd si est adultus, iurabit de ueritate dicenda, sed non de calumnia: si uerò est pupillus, non. argum. ff. de in litem iur. uideamus. ff. de confes. certum. §. fin. C. de eden. is apud. l. ubi de hoc. extra, de despon. impub. attestationes. Et secundum canones impubes iurare non potest. 22.

q.5. paruuli. & c. pueri.4.q.3.c.1. nisi sit doli ca-
9 pax.ex̄.de delict. puer. c. 1. † Item iurant omnes,
uel maior pars de municipio.C.eo.l.2.§.hoc etiã.
ff. de condi. & de municipibus. Item uniuersitas
quandoque. ex̄. de hære. excommunicamus. §.
adijciamus. & potest uniuersitas iurare, non so-
lum per eum, qui litem contestatus est, uerum-
etiam per alium: ut not. secundum papam extra,
l de iudi. pastoralis. [l] † Procurator autem non iu-
10 rat de calumnia: ut C. eod. l. 2. §. si autem. &
m in præ.§.si tutor. [m] argum. tamen contra ex̄.eod.
cap.penult.sed ibi syndici uocantur procuratores.
Procurator enim episcopi loco syndici, seu œco-
nomi est. argu. 5. q. 3. quia episcopus 9.q.3. cum
simus. sed procurator in rem suam datus, bene
iurat. C. de procur. qui stipendia. prout not. C.
eod. de iur. calum. l. 2. §. si autem alterutra. siue
agat utili nomine suo, siue directa nomine domi-
n ni cedentis [n] cum sit causa eis propria: quia dam-
num & emolumentum ius est 2. q.6. biduum ut in
præ.l.qui stipendia.nisi reus obijciat quòd procu-
rator suspectus est, uel quòd dominus melius no-
uit causam: tunc enim iudex potest præcipere, q
o dominus iuret.C.eod.l.fi. [o] ff. eod. si actor.ex̄. de
p iniurijs. [p] † Quid ergo fiet cum procurator agit,
11 uel defendit nomine absentis? [q] Dicit Vin. quòd
q dabitur ei dilatio, ut denunciet uero domino q
ueniat iuraturus. argum. ex̄. ut lite non contest.
quoniam.§.quod si super.C.ubi in rem act.l.2.ex̄.
de procu.dilectus. Vel dicas quòd mittetur ei iu-
r ramentum, ut in præ.authen.principales. [r] Potest
etiam mandari iudici, sub cuius iurisdictione de-
git, ut illud recipiat quod mandabitur sub hac
forma.

s FORMA. Talis iudex [s] tali iudici salutem in
domino. Nouerit uestra discretio quòd T. procu
rator P. ciuis nostri, super libello, quem uobis
præsentibus mittimus inclusum, cum H. ciue no-
stro est litem sub nostri iudicij examine contesta-
tus: uerum quoniam ut lis sine suspicione proce-
dat, necesse est per principalem personam præ-
stari calumniæ iuramentum, dilectionem uestrã
requirimus & rogamus quatenus ab ipso P. super
dicto libello, secundum iuris ordinem, fulti iu-
ris communis præsidio iuramentum calumniæ re-
cipi faciatis: receptionem eandem in publicam
formam in manu fidelis notarij redactam, nobis
si placet per latorem præsentium transmittatis.
Ideo dixi, fulti iuris communis præsidio. nam
iuris autoritate recipit, & non ex ui commissio-
nis. quod dic ut supra, de iudi.delega.§.iam nunc
uersi. secundum præmissa. Iudex autem delega-
tus à Principe, committat prout not.eod.§.uersi.
quandoque etiam. Quòd si iuramentum ei mitti
nequeat, forte quia est ultra mare, uel aliàs est
ualde remotus, uel quia ignoratur ubi sit, tunc
dabitur bonis curator, qui de calumnia iurabit:
ut ff. de cur. bo. dan. l. 1. & 2. ff. ex quibus cau.
12 ma.ab hostibus. in prin. uersi. ego. † Vincen. au
tem dicit, quòd non admitteret sacramentum ta-
lis procuratoris, in hoc casu.ex̄.de procura.petitio.
Et hoc secundum leges, quas secuti sunt T. &
13 Vincen. & alij. † Vincen. tamen not. [t] quòd se-
t cundum canones procurator potest iurare de ca-
lumnia.ex̄.eod.c.pe. Et potest esse ratio: quia per
litis contestationem factus est dominus.C.de pro
u cura. neque. Ioan. de Deo dicit [u] quòd si domi-
nus haberi potest, ipse iuret, ut dicunt prædi. le-
ges. alioquin procurator iuret, ut in præ. decre-
ta. & dominus debet illi mandare ut iuret in ani-
mam sui, ut dicam infra §. proxi. papa not. ex̄.eo.
c.1. speciale esse in personis ecclesiasticis, quòd iu
rent de calumnia per procuratorem, etiam sine
speciali mandato ad iurandum. ex̄. eod. cap. 2. &
pe. & fi. Laici uerò procurator potest iurare, si ha
bet ad hoc speciale mandatum. ff. de iureiuran.
iusiurandum quod. Procurator autem extra iu-
dicia factus bene iurat de calumnia: ut ff. de dam.
infect. qui bona.§. si alieno. per quam legem Rex
Portugaliæ absens fuit absolutus per do. Nico-
laum papam 4. à sententia excommunicationis.
Licet enim procurator eius habens speciale man-
datum ad petendam absolutionem, non habe-
ret expressum mandatum ad iurandum in ani-
mam ipsius Regis: fuit tamen ad iurandum ad-
missus per hanc legem. Præterea cum iuramen-
tum uideatur esse de forma absolutionis, ut pro-
batur & not. extra de senten. excommu. cum de-
sideres. & c. quamuis. procurator ad petendum
illam, specialiter constitutus uidetur per conse-
quens constitutus ad iurandum, sine quo absolu-
tio non procedit. arg. ex̄: de offi.deleg. præterea.
& ff.de procu.ad rem, & l.seq.& l.sed & id. Ipsi au-
tem regi, si præsens foret, debuisset iuramentum
remitti: ut probatur in præ. §. si alieno. & uide
j. in tit. de procu. §.1.uersi. item opponitur q li-
cet. ibi 15. curia Romana indifferenter admittit
iuramenta procuratorum, & maximè in spirituali-
bus: exigit tamen ad hoc speciale mandatũ, ut iam
dicã: nec aliud posset ibi propter uiarum distan-
tiam commode obseruari.arg.62.dist.cum longe.
& ex̄.de in integ.rest.tum ex literis. in fi.si tamen
14 principales adsunt, bene coguntur iurare. † Quid
ergo si in procuratorio alicuius aliàs sufficienti ad
causam, non exprimitur quòd possint iurare de ca
lumnia? Respondeo, dixerunt multi quòd potest
iurare. alij uerò contra: sed certe cum mandatum
sit aliàs sufficiens ad causam, iudex coget eum li-
tem contestari, & post, tanquam dominus litis,
poterit iurare. arg. Instit. de his, per quos agere
pos.§. procurator hodie tamẽ indistincte iuramẽ-
tum recipimus sine speciali mãdato. De hoc s̄.de
procura.§.rõne aũt formæ.uer.pen.Quid de defen
sore, qui satisdedit de iudicato soluẽdo? Respond.
dicunt quidã q ipse iurabit. Alij cõtra. De hoc no.
ff. de procu. non solũ. in prin.C.eo.l.2.§.si autem.
x [x] † Sed quid dices de syndico? Dic quòd si est spãlis
15 ad unã causam, nõ põt de calumnia iurare, nisi ha
beat ad hoc speciale mandatum, sicut nec procura-
tor: quia nõ habet generalẽ administrationẽ: secus
si datus sit ad oẽs cãs monasterij, seu uniuersitatis
peragendas. Itẽ coniuncta persona alieno nomine
defendens, iurat secundũ formã illius auth.princi-
y pales.secundum Vber.& Ioan.de Deo. [y] Item ex-
communicatus, qui conuenitur, iurat: ut not. ex̄.
16 eo. c. pe. † Sed nunquid hæres defuncti iurabit?
De hoc s̄.proxi.uer.sed nunquid. Item episcopus
iurat j.§.proxi.uer.item not. Itẽ & clerici secula-

res in causis proprijs, uel ecclesiarum suarum; & etiam regulares, ubi sunt syndici constituti; aliàs non. Sic potest legi & intelligi extra, eod. c. 1. & probatur eod. tit. cæterum. & per totum 14. q. 2. quanquam. Vel dic quòd decre. ex. eo. c. 1. ubi dicitur quòd clerici iurare non audeant, prælato inconsulto, intelligitur coram iudice seculari, uel coram alio, de cuius iurisdictione non sunt: ut extra, de foro compe. si diligenti. & c. significasti. Sed quum iurant coram suo prælato, etiam non episcopo, habente tamen iurisdictionem in eos, satis intelliguntur de eius licentia facere. In contractibus autem bene iurant cleri. extra, de iureiur. ex rescripto. & c. seq. argumen. con-
z tra. 22. quæst. 5. c. fi. ᶻ † Sed pone, Iudæus liti-
17 gat cum Christiano, nunquid iurabit de calumnia super Euangelia? Videtur quòd sic. C. de Iudæis. Iudæi. ad princip. 22. q. 5. monet te. arg. contra. ff. de iureiur. non erit. §. penul. Nam cum non credant legem Euangelicam, ut 45. distinct. qui syncera. ipsi dicent per tale iuramentum, quicquid uoluerint. Vnde dico quòd si iudex uiderit expedire, faciat eum secundum legem suam iurare super decem præceptis Moysi: ut C. de Iudæis. si quæ. nam & aliàs dicitur, quòd eis est secundum suam legem permissum circuncidere: ut ff. ad leg. Cornel. de sica. l. circuncidere 35. distin. ab exordio. & in præd. c. qui syncera. uel sic dicet: Iuras tu per Deum patrem omnipotentem sabaoth: uel per Deum, qui apparuit Moysi in rubo, uel per uerum Adonai patrem, uel per Deum Eloin & huiusmodi. argum. in præ. c. monet te. ad finem. Respond. iuro. Vel sic: si tu culpabilis es & periurus, sis dispersus inter gentes, & moriaris in terra inimicorum tuorum. & sic te terra absorbeat sicut Dathan, & Abiron. Responde, amen. 7. q. 1. denique. extra, de elect. licet. uel sic: te lepra apprehendat sicut Naaman Syrum: ut 1. q. 1. qui studet. uel sic: fiat habitatio tua deserta, &c. argum. 23. distinct. in nomine. prope fi. Vel sic: Veniant super caput tuum omnia peccata tua, & parentum tuorum, omnes maledictiones, quæ in lege Mosaica & prophetarum inscripta sunt, & semper tecum maneat. Respon. amen. Multa ex illis habes in Deuterono. cap. 28. & in Psal. Deus laudem. Vel sic: Det te Deus in maledictionem, & in exemplum cunctorum po-
18 pulo suo: ut 2. q. 5. §. hoc aût. † Sed ad cuius expensas mittetur iuramentum calumniæ ad principalem absentem, ut supra uer. quid ergo fiet? Re-
a spond. ᵃ si absens uoluntarie per procuratorem litigat: tunc quia eius absentia causam impedit, ipse soluet expensas. Si autem ratione sexus uel
b dignitatis uel infirmitatis, ᵇ & huiusmodi: tunc
c communiter fient sumptus. ᶜ Verum autem aliud à principali persona posit iurare de ueritate, uel etiam de credulitate, not. secundum papam, ex. eod. cap. fi.

ADDITIO.

a *Curator. Contra hoc opponitur de l. certũ ff. de confes. §. penul. Solutionem uide per Accur. in §. quod obseruari. in glo. 2. & ibi plenius per Cyn.*

b *Syndicus actor. Idem Accur. in l. 2. §. hoc etiam infrà alle. & Vber. de Bobi. ut supra ad fin. Gui. de Suzar. l. neque. C. de procu. Et sit ratio, quia cum decreto constituitur sicut tutor: & à satisdatione releuatur, sicut ille. C. de admin. l. ult. §. defensionem. Adde Bart. in d. l. 2. Pano. in c. 2. & c. cæterum extra eo. ubi plenè.*

c *Municipio seruatur. Dixit Pile. sua 1. q. ex iure moribus recepto, consulem iurare præsente & consentiente maiore parte uniuersitatis. Allegat authen. hoc ius est. C. de sacrosan. eccl. & l. rem non nouam. C. de iudi.*

ADDITIO *Adde Bar. in l. 2. §. hoc etiam. C. de iura. calumniæ. ubi dicit quod in causa uniuersitatis iuratur de calumnia per administratores, nomine ciuitatis, uel per syndicum legitimè ordinatum: & iurabit in animam constituentium, non in animam ciuitatis: quia ciuitas caret anima.* Hen. Ferrand.

d *Incipit, præsentium. lib. 6.*

e *Vertebatur. De qua etiam ipse autor dixit supra de teste. §. qualiter. uer. sed opponitur circa medium. Multum depilata fuit ecclesia Rauennas honoribus & uiribus suis tempore autoris, & prius. Nam ut patet eod. tit. de teste. §. nunc tractandum. uer. hoc autem adsi. aliam causam habuit etiam coram autore super quibusdam castris cum communi Forliuij. Item tempore Innoc. 4. quæstionem habuit cum communi Fauentia super uilla Luci, & sancti Petri, & castro Arioli de qua hoc ee. tit. cũ causa. de proba. licet. de testib. cum causam. 1. uilla tamen Luci, hodie sue nomine possidetur. ad castrũ Arioli recuperandum nunc laborat præsens archiepiscopus Rauennas, sed plus me legisse memini quòd insula Sicilia olim fuit ecclesia Rauennæ, translata postea in ecclesiam Romanam: forsan quia illam regere non poterat. quod præsumo, quia nec ipsius ecclesia Romanæ nostris temporibus multum ad id laborantis solicitudo expensa, & impositio decimarum ad id, saltem in partibus Italiæ multis annis collecta, illam adhuc debito modo potuit subiugare. Ipsius ẽt ecclesiæ canonici tunc habebãt & hodie retinent nomẽ Cardinaliũ & cantorum. Cui ecclesia compatior: quia mihi met copolitica, & quia cũ meis descẽdentibus censualis sum ipsius: & in ipsa etiã habui filium Cardinalem, & nunc nepotẽ ex filio cantorẽ: tres ultimi archiepiscopi mei fuerunt scholares, & domini spirituales: quartus autem, quem precessit do. Raynutius nunc cardinalis sancti Martini in mõtibus,*

meus

meus singularißimus benefactor pater & dominus. Hæc dant causam deplorandi quòd nec etiã in sede propria potitur debita libertate.

f Iurabit. Hoc breuiter tenet Accur. in §. quod obseruars in fine tertiæ glo. allega. C. de his, qui ue. ata. l. 1.

g Secundum Vber. ubi suprà.

h Quòd sic. Latior esset litera sequens, si diceret, licet non contra eum. Mihi uidetur quòd locus est iuramento de malitia, & quòd malitiose non nominat: non de calumnia, quod respicit totam litem, post litem contestatam præstatur. facit eod. tit. cap. 2. in fin. lib. 6.

i Iudicio. Secundum Gui. de Suza. in l. 2. C. ubi in rem actio.

k Sed quia ueremur. Ibi plenè per Accur. in glo. magna ante medium.

l Pastoralis. Vt ibi scripsi super prima glo.

m Si tutor. Hodie iurat, si habet speciale mandatum eo. tit. c. ult. lib. 6.

n Domini cedentis. Quod Pla. non concedebat hoc secundo casu, sed Accur. ubi suprà tenet ut hic. & do. Azo in Summa circa medium. & Vin. eod. tit. c. ult. sed Vin. dicit ex causa à iudice æstimandum per id quod sequitur.

o L. fi. Hoc & in sequenti l. corrige de procu. & in hac. l. fi. tenuit Iacob. de Aret. ut ibi not. Cyn. quòd si periculum causæ pertinet ad cedentem, ut quia cessit actionem suo periculo mouendam. ff. mand. si mandato. §. si tunc iurare & respondere debet & sic loquitur l. si actor. Vel neutrum spectat ad eum, cum causa sit propria cessionarij, ut in l. qui stipendia. & ff. quando appel. sit. l. 1. §. in propria. uide quod dixi supra de defensore. in fin. & suprà de ces. act. §. 1. uer. sed nunquid. 1. secure teneas quòd etiam eo casu, quo cedens iurat de calumnia, nihilominus cessionarius, qui litem prosequitur, iurare tenetur in animam propriam, per decre. secundam. secundo respond. eod. tit. lib. 6. Capitula enim inclusa in iuramento calumniæ not. eod. cap. 1. in prin. & C. eod. l. 2. §. 1. longe plus respiciunt prosecutionem litis, quàm iustitiam negotij principalis. quod facile patet intuenti. nec est etiam absurdum quòd etiam de iustitia principalis causæ secundum suam credulitatem iurarent. Super quo uide quod dixi de aduocato. §. 1. uer. itẽ quòd est præuaricator.

p Iniurijs. Lib. 6.

q Nomine absentis. Difficultas quæ sequitur, hodie est sublata per præ. decre. ulti. eod. tit. lib. 6.

r Principales. Cuius expensis dicitur infra uer. sed ad cuius.

s Talis iudex. Inhonestè se præponit æquali.

t Tamen not. eod. tit. c. fina.

ADDE quod Bar. in d. §. qui alieno. dicit relata opi. Specu. quòd si dominus non potest haberi, quòd procurator admitteretur.

ADDE tu ulterius quòd procurator in Romana curia, tenetur iurare de calumnia, nõ solum in animam domini, sed etiam in animam suypsius, etiam si principalis prius iurauerit. Rota in antiq. decisio. 492. & in nouis. decisio. 37. & decisio. 40.

ADDITIO. Adde tu quòd procurator generalis ad lites potest iurare de calumnia, licet aliter lites specificatæ non sint: modo habeat speciale mandatum ad iurandum de calumnia. Ita singulariter uoluit Mate. not. suo 550. inci. nota quòd si dominus. Henri. Ferran.

u Dicit. Libri iudicum parte secunda, circa medium huius tituli.

x §. sin autem. Dicit Alb. Gal. hoc tit. post princ. quòd si defensor conuenitur in causa principali, dominus iurabit: si conuenitur fideiussor datus ab ipso ex stipulatu: tunc ipse iurabit, ut ibi not.

y Ioan. de Deo. Isti dicunt ubi supra eum iurare de his quæ eum respiciunt, sicut supra §. 2. uer. sed nunquid hæres. in fi. Vnde communiter tenetur principalem debere iurare: quod tenet Gui. in l. maritus. C. de procurat. quia licet lex eum agere permittat, procuratorem non facit. ff. iudi. sol. l. 3. §. sed & si. & si principalis esset minor, uide suprà de coniunct. persona. uersi. item quod is. & uersi. sequen. Adde, quòd Bart. idem tenet quod Specu. in l. 2. C. eod.

z C. fi. Solue ut ibi not. de his uide quod satis scripsi eo. tit. c. 1. ad fi. super uerbo. inconsulto.

ADDITIO Adde ad uersi. seq. ibi: sed pone, Iudæus, &c. do. Iaco. in rub. ff. de iust. & iure. col. fin. uer. ultimo facit. Et quid si Iudæus iurat in contractu an illum contractum obseruare teneatur, uirtute iuramenti: cum animæ Iudæorum nõ pertineant ad protectionem papæ uel ecclesiæ uide Paul. de Cast. consi. 90. incipien. uisa col. fin. uersi. sed Iudæorum. in 2. parte consiliorum Henri. Ferran.

a Fiet? Respon. Secundum Guid. de Suz. in l. 2. C. eod. tit.

b Infirmitatis. Textus l. secundæ. §. sin autem. in prin. C. eo. tit. ponit duo præcedentia: sed adhuc fortius urget hoc tertium, cui iudex compati debet. 24. quæstione 4. quæ dignior in fin. Adde, quòd dicta Spec. sequitur Alexan. in l. ad personas. ff. de iureiurando.

e *Fient sumptus. Arg. contra de iudi. c. 2. in princip. lib. 6. ibi fauore producentis tantum, hic communis. Expedit enim aduersario illius exigi iuramentum.*

SVMMARIVM.

Iuramentum de calumnia, qualiter, & sub qua forma sit præstandum.

1 *Iuramentum de calumnia, importat dilationẽ non petere, gratia litis differendæ.*

2 *Reus post iuramentum actoris, qualiter, & sub qua forma iurare cogatur.*

3 *In duplicibus iudicijs, uterque est actor & reus, & uterque præstare debet iuramentum. Iudicia duplicia quæ sint, & quæ dicantur.*

4 *Iurans de ueritate dicenda, si interrogetur de credulitate, an teneatur respondere.*

5 *Episcopus iurans de calumnia uel ueritate, an debeat Euangelium tangere.*

6 *Forma, qua iudex computabit iuramentum, ubi causa est spiritualis uel ei annexa.*

7 *Forma iuramenti, quod præstatur in animam domini.*

8 *Iudæus sub qua forma iurabit in iudicio, si cum Christiano litigat.*

NVNC Dicamus qualiter sit iurandum. Et quidem statim lite contestata iudex actori sic computabit iuramentum. FORMA. Tu iurabis quòd non calumniosè petis: sed quia credis & æstimas iustè petere. C. eo. l. 2. in princ. uersicu. & actor. & auth. hoc sacramentum. Insti. de pœ. te. liti. §. item actoris. Item quòd respondebis ueritatem super his, de quibus interrogaberis, & eam non negabis: ut eo. titu. auth. in hoc. Item quòd non uteris scienter falsa probatione, siue in testibus, siue in instrumentis, siue in alia specie probationis, sed hoc potius de cõsuetudine quàm de iure fit. nam de iure deberet dici: scilicet quòd nullam probationem, exiges, nisi quam pro ueritate credes necessariam: ut in auth. hoc sacramentum. Item quòd non corrupisti iudicem, neque corrumpes, uel tabellionem, nec dedisti, nec dabis, nec promisisti, nec promittes aliquid per te, uel per interpositam personam pro hac causa, ut sententia feratur pro te, nisi illis personis, quibus iura dare permittunt, uidelicet notario, aduocato & alijs. C. eo. l. 2. & authen. principales.
1 † Item quòd dilationem non petes, gratia litis differendæ. C. eo. l. secunda, in princip. uersicu. & reus. & l. tertia, ibi: quòd non causa differendi, &c. sicut ego dixi, sic uerum. & sic seruabit. sic Deus te adiuuet, & hæc sancta dei Euangelia. sed consulo quòd hoc ultimum omittatur: alioquin rarò aut nunquam partes periurium euitabunt: quia sæpe post hoc iuramentum, dilationes frustratorias petunt. a Quidam autem sic dicunt: tu iuras te litem istam calumniandi animo non monisse: ut C. eo. l. secunda. Nec mouere: ut ff. fami. ercifcun. inter cohæredes. §. si famil. ercifcun. Nec moturum: ut in anth. de his, qui ingre. ad appella. colla. 5. quæ est C. eodem. authen. in isto. b † Computato igitur taliter iuramento
2 actori, conuertat se iudex ad reum, & dicat, Tu iurabis quòd putas petitioni actoris iustè contradicere: ut Institu. de pœna te. li. in fine. responso primo. & generaliter iurabis ita uerum esse, & te obseruaturum in defendendo, sicut ille iurauit in agendo, sic Deus te, &c. C. eod. l. 2. in principio. uersi. reus autem. & ff. famil. ercisc. inter cohæredes. §. si familiæ. Præstito autem iuramento, iudex det actori terminum ad proponendum: ut
3 supra, de dilationi. in fin. † Nota tamen quòd in duplicibus iudicijs, scilicet communi diuidundo, familiæ ercifcundæ, finium regundorum, uti possidetis & utrobi, in quibus uterque est actor & reus, utrque præstat iuramentum actoris & rei: ut in præ. §. si familiæ ercifcundæ. extra de probatio. ex literis. ubi de hoc. Sed quis tunc prior iurabit? De hoc habes ff. de iudic. his tribus. & lege seq. c Idem est etiam in mutuis petitionibus: quia tunc uterque est actor & reus, & præstabit uterque duplex iuramentum hoc modo: Iuro quòd utor bona intentione, & bona exceptione. uel, iuro quòd iustè credo petere & defendere. Et ita secundum canones inuenitur duplex iudicium, scilicet causa conuentionis & reconuentionis, siue mutua petitio. quod concedo, quantum ad iuramentum de calumnia, sed non quantum ad testes. Nam in iudicio finium regundorum, testes a quacunque parte producantur, perhibent testimonium de facto actoris & reis: aliàs non probarent limites uel fines communes. Hoc autem necesse non est, quòd testes super conuentione producti dicant super reconuentione: imò per se potest probari conuentio, & per se reconuentio. Iacob. autem Bald. dixit in causa conuentionis & reconuentionis unum tantùm
4 præstari iuramentum. † Item dixit magister Gratianus quòd si is, qui iurat de ueritate dicenda interrogetur de credulitate, non tenetur respondere. Secus si iurauit de calumnia. extra, de testibus. capit. de testibus. Innocen. dicit quòd iurans de calumnia debet respondere de ueritate extra, de re iu. cùm olim. §. primo, in fine. ut not. extra, de test. ad hoc. aliàs incipit,
d præsentium. d † Item no. quòd cùm episcopus iu-
5 rat de calumnia uel ueritate non tangit, sed inspicit Euangelia. extra, de iur. cal. c. fi. 1. q. 5. quæst. tenec honor. tamen quandoq; tangit, s. cùm reuertitur ab hæresi, uel schismate: ut 1. q. 7. quoties. & quando absoluitur ab excommunicatione uel suspensione. extra, de sen. excom. uenerabili. Alb. Papi. dixit quòd si causa sit sua propria, tunc iurat episcopus. Nec ob. l. C. de epis. & cle. cùm cleri-
e cus. in fi. quia ibi loquitur de alio iuramento. e Si uerò sit causa ecclesiæ, aut est spiritualis: & tunc non iurat. Aut ciuilis: & tunc iurat uel p se. sed.

sed per procuratorem, arg. extra, eo. c. 1. & c. pe. &
5. q. 3. quia episcopus. 9. q. 3. cùm simus. Ego sto.
decre. extra, eodem. c. fin. at indistinctè iuret secun
6 dum præmissam formam. † Cæterum si causa
sit spiritualis, uel ei annexa, & iurari debet
de ueritate: tunc iudex sic computabit iuramentum.

FORMA. Tu iurabis ad sancta Dei Euangelia dicere & respondere ueritatem, quam scis per
te, uel intelligis per eos, in quorum animas iuras:
f & dicere etiam quid credis & æstimas. f Tunc ipse dicat: Ego P. in causa, quæ uertitur inter me &
H. super hoc coram uobis dicam ueritatem, quam
sciuero per me, vel quam per meos fratres, in quorum animas iuro, intelligo, & quam etiam credo
quoties & quandocunque fuero per uos interrogatus: sic me Deus adiuuet, & hæc sancta Dei Euãgelia. Hæc forma probatur extra, de testibus, &
g in decre. noua, præsentium. g C. de iuramen. calumniæ. l. 2. in princip. Quod autem dicitur ś. quid
credis, & quam etiam credo. hoc ad cautelam apponitur. nam non est de forma huius iuramenti.
Qui enim de ueritate iurat, non debet de credulitate interrogari uel respondere: ut suprà. §. 1.
7 uersi. quantum. † Si uerò iuramentum de ueritate præstatur, in animam domini: ut 63. di. ibi. extra, de testi. ad hoc. aliàs incipit, præsentium. tunc
fiet in hac forma.

FORMA. Ego iuro in animas conuentus, id est singulorum de conuentu, quia conuentus non habet animam: ut no. infrà in tra. libel. de sen. excom. uer. si. secundum do. meum, siue in animã domini mei talis, quòd dicam ueritatem in tali causa, prout ab eo uel ab eis, uel à maiori parte eorum didici: ut in præ. decre. ad hæc. uel ipse iurat per me, quòd ipse per me ueritatem respondebit. ex. de præ. cap. accedens. uel iuro in animam eius, quòd ipse per me ueritatem, quàm sciuerit, respõ
8 debit. † De hoc in præ. c. tibi. sub qua Iudæus iurat. uide ś. §. proxi. in fi. Et scias quòd facta litis contestatione, & præstito iuramento, hoc totum scribi debet in actis, hoc modo.

FORMA. Die tali lis est contestata, & iuratum de calum. uel de ueritate à tali, ex parte una, & à tali ex altera, vel super præmisso libello. vel siuè dicat: super infrà scripto libello, cuius tenor talis est: Coram uobis, &c. ponatur de uerbo ad uerbum tenor libelli, postea subiungat: & talis dies fuit assignata ad respondendum actori.

ADDITIO.

a *Petunt unde. Simon Vicen. non approbat hoc, sed excusat: quia sic habet consuetudo. hoc dicit in l. 1. C. eo. titu.*

b *In isto. Turbantur aliqui, quos etiam sequitur Cy. in l. 2. C. eod. in 8. q. quòd iuramentum calumniæ præstatur de præterito. & uerba mouisse, quod posuit lex prædicta, positum est suprà, exponunt. id est mouere & mouet eos. §. facta. in l. in bello. ff. de cap. & postlimi. reuer. vbi patet, factum pro infecto haberi non posse. quod enim præteritum est, nequit non fuisse. sed Hostien. concordat Gul. in Summa, eo. tit. §. antepe. l. fin. Nec video quòd impediat iurari de præterito, quod propriè respiciunt iuramenta compurgatorum & testium. Nil ergo impedit iurare quòd à principio sine calumnia mouit litem: sed hoc non sufficiat propter malam fidem superuenientem, quæ iuramentum excludere intendit.*

c *Et l. sequen. Vide in præd. c. ex literis. in gloss. 2. dixit Ros. in titu. communi diuidundo. quòd ex natura actionis procedit utrunque, actorem & reũ iurare, uterque enim petit ab altero etiam prouocatus à prouocato portionem suam: item expensas & damna per alium data: sed ex ordine iudicij vel processus est semper dare actorem vel primò prouocantem, vel quem sors præfecit, vt ibi patet.*

d *Incipit. præsentium. lib. 6.*

e *Alio iuramento. Scilicet de iudicio sisti, & iudicato soluendo.*

f *Et æstimas. Hanc additionem improbat Aegi. cap. 44. in fi. & facit quod hic sequitur. & vide infra tit. proxi. §. 6. uersi. item nota.*

g *Præsentium. lib. 6.*

SVMMARIVM.

De pœna nolentis iurare de calumnia:

1 *Punitus quia non vult iurare in iudicio an possit appellare.*
2 *Iurare renuens, an iuranti teneatur iniuriarũ.*
3 *Reus vel actor, qui vouerunt nunquam iurare, an non obstante uoto, teneantur iuramentum præstare.*
4 *Tutore vel curatore nolentibus iurare, an noceant pupillo, vt causam debeat perdere.*
5 *Partibus inter se pactum de non iurando facientibus, si per iudicem cogantur, & nolint, an perdant iura sua.*
6 *Reus & actor, quibus casibus possint cogi ad iu-*
7 *randum.*
Emptor bonæ fidei si ex post facto sciat rem alienam, & nolit iurare, an possit agere de euictione.
8 *Reus nolens in causa crimiali iurare, an habebitur pro confesso.*
9 *Quæstio dicitur res fragilis & periculosæ, quæ & veritatem fallit.*
10 *Iuranti de calumnia, an dabitur tempus ad deliberandum.*

SVPEREST

SVPEREST Videre de pœna nolentis iu-
rare de calumnia, uel de ueritate. Et quidē
hæc est, ut actor ab instituta cadat actione
a per sententiam: [a] reus uerò condemnatio
nem patiatur: quia pro confesso habetur: ut C.
eod.l.2.§.quod si actor. & §. si autem reus. extra,
b eo.cap.fin. [b] in authen.ut liti.iurent.§.1. [c] † Sed
1 nunquid taliter puniti, possunt appellare? Respon.
c sic, ff.de appe. creditor. §. iussus. [d] † Item nun-
d quid, qui iurare renuit, tenebitur iuranti iniuria-
2 rum? Respon. sic, secundum Dyn. & Io. [e] argum:
e contra: quia iuris executio, &c. [f] ut ff.de iniu.in-
f iuriarum.§.is, qui.extra, de elec.cùm ecclesia Vul
3 terana. † Quid si reus uel actor uoluit, uel iura-
g uit nullum facere iuramentum? Dixit Bul. [g]
quòd non obstante uoto uel iuramento, tenetur
iurare: & sibi imputet quòd iurauit: aliàs daretur
ei facultas eludendi legibus, quod esse non
debet.C.eo.l.2.§.sed quia ueremur. & extra, de
postu. bonæ. 2. prope finem: quia non fiunt lu-
dibrio leges: ut C. de bo. quæ lib.l.fin.§. ubi au
h tem. Et ad idem facit C. de fide instrum.l.fin. [h]
22.quæst.3.§.illicitum.& quæst. 2. beatus. extra,
de iureiur.uenientes.22.q.4.cap.1.& 2.Quidam ta-
i men dicunt [i] illi fore remittendum sacramentum
quia scriptum est: Vouete, & reddite, &c. extra,
k de uoto magnæ. [k] † Quid si tutor uel curator
4 non uult iurare? Respon. non nocet pupillo: nec
ob hoc causam perdet.arg.ff.si quis ius dicen.non
ob.l.1.§.2.& C.de seruis fugi.quicunque.16.q.6.
l si episcopum. [l] † Quid si partes pepigerunt inter
5 se non iurare, & ideo ad præceptum iudicis no-
lunt iurare? Certè hoc casu partes non perdunt
iura sua. Cùm enim ambæ nolint iurare, si perde-
rent iura sua, hæc essent sibi contraria: quia si
reus condemnaretur, actor non amitteret ius
suum: uel econtrariò, si actor amitteret actio-
nem, non deberet reus condemnari. Vnde dicit
Alber.Papi. quòd iudex dicit sic. & si uos non iu-
ratis, ego uos non audiam: quia si ferrem senten-
tiam non teneret: ut C.de sent.& interlo.omn.iu-
di.prolatam.ex quo iuramentum exactum est: ut
in præ.§.sed quia ueremur.& ī.§.sequitur uersic.
6 & uo.& seq. † Sed quid in his casibus, cùm actor
uel reus nolunt iurare, nunquid compelletur reus
iurare, si actor dicit se non esse contentum condē-
natione: uel econtrà, nunquid cogetur actor, si
reus dicit se non esse contentum quòd actor per-
dat actionem? Potest dici quòd sic: arg.ff.de uen.
inspi.l.1.§. 2. sicut cogitur quis respondere posi-
tionibus: ut infrà.tit.prox.§.9.& uerius puto suf-
m ficere prædictas pœnas. [m] † Quid si emptor bonæ
7 fidei, sciens ex post facto rem alienam, nolit iura-
re: nunquid potest agere de euictione? Respon.sic,
si ipse pepercit suo pudori. argu.ff. de procu. quæ
omnia.§.1.ff.mand. Quintus Mutius.& maximè si
erat notorium, ut sequitur.Alij contra: quia uide
tur in culpa.ff.de euic.si ideo.ff.de fideins.l.fin.sed
n nec [n] poterit iurare, licet sciat rem alienam ad
hoc ut conseruet stipulationem de euictione. arg.
ff.de neg.ge.at qui.§.cùm secundum. Vber. Alb.
Pap.dicit quòd si publicum sit & notorium, quòd
res sit eius, qui petit, tunc non cogitur iurare, &
cogetur de euictione. arg.extra, de accu. euiden-
tia.2.q.1.manifesta.ff.de ac.emp l. emptorem. §.
o primo. [o] licet possit iurare quòd gratia sui iuris
conseruandi, non animo calumniandi uenit ad iu
dicium.argum.ff.de ini u.si quis.& ff. de bo. lib.si
quis de libertate.& in præ.§. cùm me.& ita debet
iurare. Alij dicunt quòd denunciet uenditori, si
putet se munitum aliqua exceptione uel non. ff.
p de euic.l. ideoque. §. pe. & hoc uerius uidetur. [p]
8 † Item cùm in criminali causa de calumnia iure-
tur, ut in §.reus. nunquid reus pro confesso habe
bitur, si nolit iurare? Videtur quòd non. ff. de
quæstionibus.l.1.§.diuus.sed ibi loquitur, quando
quis confitetur per quæstiones seu per tormen-
9 ta. † Quia quæstiones res fragilis est, & periculosa, &
quæ ueritatem fallit: ut in ea.l.§.quæstio. Vnde
dico quòd si nolit iurare, habebitur pro confesso.
ff.de cust.& exhi.reo.si confessus. secūdum Vber.
10 de Bo. † Sed nunquid dabitur tempus ad delibe-
q randum, iuranti de calumnia? [q] Respon. sic, secū-
dum H.ff.de inter.ac.qui interrogatus.ff.de iureiur.
iusiurandum & ad pecunias. Alij dicunt con-
tra, cùm non respondeat tunc nisi de credulitate,
secus in iuramento de ueritate, ubi de scientia re-
spondet.quod dic ut ī.no.ex. de iura.calum. c. pe.
& C.eo.l.2.§.quòd si actor.in glo.per hoc apparet.
& infrà.tit.proxi.§.6.uer.item not.quòd in iura-
mento.ergo de calumnia non concedetur dilatio,
quia statim potest absque nota periurij respondere,
credo, uel non credo. Et nihilominus si propo
natur, quòd hodie habet aliam conscientiam, per
ea quæ postmodum audiuit, cogetur iterum respō
dere.arg.ff.de dam.infec.qui bona.§.si quis stipu
latus.& ff.fami.er.inter coheredes.§.si fami.erci.
secundum do.nicum, ut no.ex.de proba.quoniam
contra, super uerbo, interrogationes.secus in po
r sitionibus: ut in præ.uersi.item not. [r]

ADDITIO.

a *Sententiam. Quam & iudex ferre non uult, uide ibi statim remittam.*

b *Extra, eo.cap.fin. De hoc ibi no in ult.glo.& uide quod super eo dixi.*

c *§.1. Certum est quòd præcipitur de iuramento calumniæ præstando, locum habere etiam coram arbitris. Textus enim est in l.2.C.eo.ti. §. sed quia ueremur. Pil.autem dicit ubi supra.par. 2. uersi. hic quæritur quòd hæc pœna, eo casu non habet locum ut hoc casu: sicut in multis alijs differunt compromissa & arbitria iudicis. Illos alios casus uide supra.de arbitro.§.differt.*

d *Iussus. Idem Accur post Io. per eandem legem, ut no in lib.2.§.quod si.C.eo.titu.idem Phil. ubi supra.parte 2.ad finem.inducit eundem §. Hoc tamen intelligendum est quando habuit iustam causam recusandi, puta quia priuilegiatus erat de nō iurando à iure uel à principe. De primo suprà. §.2.uer.& nota secundum. De secundo ibi dixit uel fortè pœnituit ante sententiam, quod sibi licuit, secundum*

secundum Pil. qui duo allegat, scilicet quòd plenitudini humanitatis non debet auferri. C. de app. si quis cau. 2. q. 6. Item si iudici daretur optio, deberet hanc mitiorem eligere. ff. de act. & oblig. Arrianus. Ad contrarium quod recusando iurare, fateri uidetur se iniustam litem fouere. Sibi tamen placet primum dictum. quod placet etiam Fran. Vercel. eo. ti. c. fi. & Gui. de Suz. super l. 2. C. eo. §. quod si saltem. secundum Iac. de Aro. si nõ intererant aduersarij. argum. ff. de noxa electio. de optio. leg. l. mancipiorum. Gul. allegat C. de his, quibus ut indig. l. alia. cum concor. ibi in ult. glo. Hoc dico ne obstet l. antepe. ff. de uerb. sig. quæ uult quòd à pœna legis non appelletur. facit extra, de app. quia nos. unde dixit Simon Vincen. illum appellare non posse: quia non solùm à iudice, sed à lege damnatur. sed dic ut suprà dixi. Nec obstat opi. quam Fran. attribuit Azo. Odof. scilicet quòd talis non appellet quia contumax: quia illud falsum in contumace in non parendo, per prædi. §. iussus. super quo uide quod no. in cle. de de. & contum. si an. in prin ult. glo.

e Et Io. Allegant ff. qui satis. cog. si uerò. §. 1. Alex. contra in fi. d. secundæ. C. eo. inducit legem quæ sequitur. Pro eo facit, quia certa pœna imponitur, et infra. vide uersi. sed quid in his.

f Executio, &c. Non habet iniuriam.

g Dixit Bal. enim dictum Cy. recitat, nec resistit.

h L. fi. Per hanc l. tenet Albe. Gal. hanc partem hoc tit. in fin.

i Tamen dicunt. Francis. dicit quòd hoc tenuit Old.

k Magnæ. Vide suprà de citati. §. 1. in fin. & supra, de actore. §. 1. uersi. sed quid si iurauerit. & ibi remissio.

Si episcopum. Per hanc concor. quæ uult quòd delictum persona non noceat ecclesiæ: puto idem in

l prælato uel syndico ecclesiæ, qui recusat iurare. Vnde dixit Gui. de Suza. C. de sacro. ecc. l. iubemus. 1. quòd ille prælatus vel syndicus soluet de suo æstimationem litis. alle. C. de ser. fugi. l. quicunque, & vnde vi l. meminerit. Simon Vincen. alle. in auth. ut liti. iurent. §. 1. & formabat causam in omni legitimo administratore. subdebat Guli. quòd si nõ habet vnde. non punietur ecclesia sed ex hoc sequetur absurdum, quòd in causis monasteriorum agente abbate, non iurabitur de calumnia: sed eis agentibus cessat conclusio absurditatis: quia iudex non plus procedit. facit quod hic sequitur uersi. quid si partes. In reo igitur remanet absurditas, propter quam in alijs terminis procurator compellitur iurare. ff. de procurat. l. sed ex his. & l. seq. & hoc §. prater. Subdebat igitur Gul. quòd cùm nollem hoc casu iurare & confiteri, sit idem. C. de iura. calum. l. 2. §. quod si. & ecclesia succumberet, & per confessionem illius abbatis uel synd. ici. Facit quod not. in ipsa l. iubemus & ff. de confes. certum. §. pe. sequitur quòd illo recusante iurare, succumbet. & dicit Gul. quòd hoc sibi placeret, quando lis esset calumniosa. ff. de admi. tuto. quot. §. sicut. multa exemplaria Gul. habeo. & in vno solo reperi hoc dictum.

ADDE, ut per Panor. in c. fi. extra, eo. tit. qui de hac additione mentionem facit, & aliter distinguit. Et quando delictum prælati noceat ecclesiæ, vide Pe. de Anch. consi 147. & quod confessio prælati habentis administrationem cum consensu uel capitulo, non præiudicat ecclesiæ, tenet Rom. consi. 389. de quo vide etiam Ang. consil. 214.

m Prædictas pœnas. concor. Franc. Vercel. eo. tit. c. 1. in vltim. q.

n Sed nec. Puto quòd debet dicere & ponderata lege. quam allegant ex uerbis Accur. in l. 2. eo. titu. in prin. in gl. caue tibi.

o §. 1. Huic consentit Pe. de Bel. ut ponit Cyn. l. 2. C. eo. ti. in 9. q. allegat etiam ff. man. l. Quintus et de admi. tu. quot. §. denique Idem Alb. Gal. hoc ti. uer. pe. Simon Vin. dixit idem sub dubio. fortè.

p Videtur. Refert Fran. eo. titu. c. 1. hoc placuisse Lothario, Iacob. Bal. & Conrado.

q De calum. Circa hoc aduertendum est, quòd duobus modis formatur hæc quæstio. Vno an detur tempus deliberandi super iuramento præstando: et sic quærebat Pi. vbi suprà, & patet quòd sic. alle prin. §. quod si actor. de le. 2. C. eo. ti. ibi: & hoc legitimè fuerit approbatum. Idem Acc. in gl. per hoc apparet, infrà. allegata allegat §. quod obseruari. ea. l. & idem tenet Fran. Vercel. eo. tit. c. 1. in q. pe. alle l. iusiurandũ & ad pecunias. in prin. infrà allegatas. et ne subeat anceps periuriũ. ff. de. in lit. iur. l. videamus. Alex. in fin. l. 2. tenet idem sub dubio fortè. sed hoc improbat Cy. post prin. l 2. C. e. in 5. q. ideo quia iste habuit tẽpus ad deliberandũ, ante cõtestationem litis. Sicut ergo deliberatus est in illa, ita & in iuramento eadẽ ratione non datur deliberationis tẽpus actori, qui deliberatus debuit uenire ad iudiciũ. C. de dila si quando. et hoc placet. Alius intellectus est, quòd præstito iuramẽto, petitur tẽpus ad deliberãdũ super responsione fiẽda p illud. et de hoc no. hic, et in decr. pe. extra. eo. ti. et in pra. l. 2. §. quod obseruari. et in hoc ueritas cõsistit quòd regulariter dilatio hæc non dabitur. Posset casus existere tam perplexus & dubius, quòd detur. & not. in pra. decre. pe.

Item

r Item no. & est simile quod not. de confes. c. 2. lib. 6. in fi. pe. gl. & dicam infrà. tit. proxi. §. 9. super uer sicu. item illud nota.

Bald. de iuramento calumniæ.

ANTE litem conte. si seorsum à lite contestata non præstatur iuramentũ calumniæ nec iudex potest ipsum cogere nisi in summarijs, & in his quæ ante litis conte. expediuntur. §. 1. uer. sed pone. G. Multiplex est iuramentum, scilicet de veritate. ff. de re iu. l. 1. per Ia. decisiuum tamen hoc nunquã est, nisi agatur inter partes: quòd si decisiuum de malitia, de calumnia est & aliud de ueritate, quod præstatur in spiritualibus causis, ad litis ordinationem, non ad litis decisionem uer. unde ad huius. G. Suspectus est de malitia, qui post terminum peremptorium, proponit dilatoriã: ideo iurat. G. Iuramentum calum. non extenditur ad iuramentum de ueritate, nec econtrà. uer si fi. G. Non iurat de calum. qui impetrat à principe, suum priuilegium declarari, uel petit dispensationẽ, uel aliud simile quòd iuuetur gratia uel iure scripto. uer. quid. sub §. sequitur. G. In causa enim facti, iuratur de calum. non in causa iuris secundum Ric. In causa appellationis iuratur denuo de calum. nõ quia ibi mutatur actio vel causa, sed quia requiritur nouus ordo iudiciorum. & iuramentum calum. potius respicit ordinẽ, quã factum. uer. quid de causa. Vbi iudex procedit motu proprio, ex officio non iuratur de cal. uer. quid si causa, G. quia extra ordinẽ procedit, nec propriè sunt partes. G. Si reus confitetur libellum quo ad originẽ petitionis, tamen negat quo ad effectũ conclusionis: quia opponit exceptionẽ. debet tamen actor iurare de calum, quia causam probationis desiderat. ver. pone quòd G. Ille, qui negat se possidere, non cogitur iurare: quia nec iudiciũ patitur. ver. quid ergo. G. Abbas non potest dici principalis persona in causa suæ ecclesiæ nisi testificetur. §. restat. ver. quòd si aliquid. G. Etiam postquã procur. negauit positiones, dominus est interrogandus super eis, si dicatur melius nouisse factum. eo. uer. ibi tamen. quod est not. uide supra, de procu. §. si procur. respondit. & l. mali. ff. de procu. G. Iuramẽtum calum. non potest specialiter committi, nisi quòd causæ prosecutio cõmittatur. uer. quid si prælatus. G. Si iudex Perusinus scribit Fulginati, quòd recipiat testes vel iuramentum in causa principaliter mota coram iudice Perusino, Fulginus non recipit autoritate commissionis vel remissionis, sed sua propria. ver. talis iudex. G. Vide suprà. de teste. §. si causa est. Procurator ad extraiudicialia constitutus, vt ad petẽdũ absolutionẽ ab excommunicatione, põt iurare sine specifico mãdato, quia iuramentum est de forma rei mandatæ: & quia in extraordinarijs, &c. ut l. qui bona. §. qui alieno. ff. de dam. infe. & ita fuit iudicatum in causa regia cui etiam honestum erat remitti iuramentum. G. Cuius expensis mittatur ad absentem. uer. sed ad cuius. G. l. hoc autem. ff. ex qui. cau. maio. per Accur. & eo. si. l. ait prætor. §. defendi. per gl. B. Causa conuentionis potest seorsum probari à causa reconuentionis: sed nõ à causa cõmunionis. §. nũc dicendũ ver. sed quis. G. A pœna inflicta ex cõtumacia præsentis appellatur: secus in cõtumacia absentis. §. fi. ver. sed nũquid. G. An in notorio iuretur de calum. §. cũ me absente. quòd non: quia exigitur probatio. uer. si emptor. G. Etiã in criminali cõtumax in iurãdo de calũ. habetur pro confesso. uer. itẽ cũ in criminali. G. An iuramẽtũ calũniæ habeatur loco probationis, vbi probatio fit per iuramẽtũ, uo. ff. ad exhi. l. thesaurus. quod sic. & no. in auth. de exhi. re. §. si uerò. Vide omnino suprà, de primo & secundo decr. §. quod iuramentũ. & infrà. eo. §. si per statutũ. Si per statutum. probatur accusatio per iuramentum, reus debet condemnari: sed tamen poterit agere de periurio ad interesse. ff. mand. l. fideiussor. §. in omnibus. et ibi per Ric. & Cy. vide infrà. §. pone. Pone quòd ex forma statuti p iuramentũ probetur dãnũ, quid si accusatur forensis, & negat iurisdictionẽ probabitur iurisdictio? Dicit Io. An. quòd non, in c. 1. de fo. cõpe. lib. 6. in no. Iuramentũ non præsumitur solẽne: quia est qualitas extrinseca: ut no. in c. vt circa. de ele. lib. 6. uide suprà. ti. 1. §. notarius. An vbi iuramẽtũ defertur à iure, sine ministerio iudicis, admittatur probatio in cõtrariũ, no. in c. statutũ de rescri. li. 6. in nouel. Iudex ex officio põt etiam post cõclusionẽ in causa, exigere iuramentũ de calumnia, sicut iuramentum ueritatis: vt no. in c. 1. de iur. calum. li. 6. in nouel. In termino iuris mitius agitur, quã cũ termino hominis, id est iudicis: ut no. in c. 1. de elec. per Archi. & eo. ti. quamuis. li. 6. in nouel. Iudex. qui taxat rarò, uel purũ minuit de eo quod iuratur: ut no. Insti. de suspec. tuto. §. consequens. in gl. ordinaria. Bal.

a De positionibus.[a] Rub.



QVONIAM Post iuramẽtum de calumnia uel de ueritate præstitum, probationes utriusque partis sunt recipiendæ: ideo positiones inuentæ sunt, ut per eas partes releuentur ab onere probationum, ut infra dicetur: idcirco præstito iuramento de calumnia, statim debet dari terminus ad faciendum positiones, secundum doctrinam traditam suprà. de dila. in fi. & ideo de positionibus

tionibus ad communem utilitatem aliqua differa
b mus dicentes: b Primò, quid sit positio, & unde originem traxit. Secundò, quare fiant positiones,
c & de ipsarum effectu. c Tertiò, in quo differant ab interrogationibus: & quis debet positiones uel interrogationes facere, uel formare. Quartò, quã do sunt faciendæ. Quintò, qualiter sunt faciendæ. Sextò, de responsionibus, ad eas. Septimò, quibus modis positiones impugnentur & reprobentur, & de cautelis circa eas. Octauò, de effectu positionum. Nonò, de pœna non respondentis, uel falsa respondentis. Decimò, de quibusdam dubijs.

ADDITIO.

a *Vileus non formauit rubricam istam. Sed ad materiam facit parte 2. ubi de interrogationibus & confessionibus post litem contest. Tan. parte 3. sub rubri. de interrogationibus faciendis in iure. De Rof. dicam in tex. quia non posuit in libel. sed ibi principaliter de responsionibus. Vber. de Bo. aliquid in char. 8. ubi quidam habent rubricam de positionibus. sed plenius charta ult. post tractatum supra. proxi. Ioan. de Deo illam prosequitur cavi. lib. 5. rub. de positionibus. & rubricam de hoc posuit lib. iudicum. parte secunda Bonagui. in tota quarta parte sui operis de positionib. & interrogationibus tractat. Aegi rub. 46. & duabus seq. & demum uidens se in illis nimis fuisse breuiloquum, materiam plenius prosequitur, eam diuidens in sex membra, rub. 122. & quinque sequentibus, ubi in fi. 126. tractatum extollit. Alb. Gal. posuit rubricam de hoc. Gui. de Suz. ponit duas rub. prima sub officio aduocati actoris de ipsis positionibus. secunda sub officio aduocati rei de positionibus super exceptionibus, adde quod dicam super nigro. in prin.*

b *Dicentes. Rof. specialem tractatum facit de his extra libellos, qui incipit, Quoniam frequens et quotidianus est usus positionum, & c. subdens quòd quia talis erat, ideo plenius de illo tractandum. ff. de lib. le. l. legaui. in prin. & de usuc. l. iusto errore. in prin. facit autem octo membra, quorum sex ponit autor sub tribus primis. septimum est sub quarto. octauum sub septimo. & de his patebit in processu. Est autem sciendum quòd Tan. ubi supra. quærebat de quinque. Quis faciet interrogationes. Quis illas format, & qualiter. Item qualiter illis respondeatur: & de quibus rebus fiant. Item sciendum quòd ultra practicos autores, de quibus super rub. dixit, tractarunt multi hanc materiam: de qua etiam ego scripsi lib. 6. de conf. c. 1. & 2. in glossis & super glossas, ut infra remittam. Odo. dicitur fecisse tractatum, qui incipit, de positionibus, quæ in iudicio fiunt: & de quo infra dicam. primus & secundus etiam de nominatis in proœmio de his prosequitur quisque in suo 5. membro. Iac. de Are. fecit etiam tractatum de positionibus. & Ia. de Ra. & Pet. & de his tribus plenè tractat Cy. in l. 2. C. de iur. cal. in §. quod obseruari. in fi. & ultra membra, de quibus supra. ibi no. quædam alia membra scilicet. Quo iure sunt introducta positiones. Quo iure fiunt. Vnde dicatur positio. Quo tempore fiant. Et usque ad quod tempus fieri possunt. Vbi fiant. Per quas personas. Et cui fiant. An eidem positioni sit bis respondendum. Et an de facto alieno fieri possint. Hæc ibi uideas: & de aliquibus infra tangam.*

c *Effectus. Per errorem uidetur hoc hic positum, quod infrà ponitur pro octauo membro, posset hic sumi effectus pro causa.*

SVMMARIVM.

De positionibus.

1 *Positio quid sit. & unde traxit originem.*

1 PRIMO Ergo nobis dicendum occurrit, † quid sit positio, & unde originẽ traxerit. Et quidem secundum Roff. positio est dictum, loco interrogationis positum: nam quod olim sub forma interrogationis ponebatur, hodie de plano ponitur. uerbi gratia: Si uolebam te conuenire nomine hæreditario, dicebam sic: Domine, interrogetis T. an ipse sit hæres talis, & ex qua parte sit hæres ut ĩ. de interro. ante li. conte. faciendis. hodie uerò sic dicitur: Pono T. esse hæredem talis. Item pono ipsum ex asse esse hæredem: arg. extra. de li. conte. c. unico. Sed cum hodie etiam fiant interrogationes. ut extra, de fid. instr. cùm Io. prope. finem. & etiam super positionibus, iudex interroget: ut ĩ. dicam. §. 5. ideo uidetur melius sic posse describi: Positio est breuis uerborum formula, mentem ponentis continens ad ueritatem eliciendam concepta: ut ĩ. §. proxi.
a a Traxit autem originem & causam, hoc uerbum
b positio, b non solùm ex usu hominum diu in cau-
c sis insolito, c uerumetiam ex lege antiqua: ut patet ff. de lega. 3. Offidius. §. ex diuerso. ibi: pone,
d inquit, in credito, &c. d & etiam à iure nouo: ut
e extra, de confes. statuimus. e & de lit. conte. c. unico. ibi: cùm non per positiones, &c. & de elec. dudum. 2. ibi: cùm non per positiones, &c. & de
f testibus, ad hæc aliàs incipit, præsentium. f

ADDITIO.

a *§. proxi. Quinque alias diffinitiones, scilicet Vinc. Io. Mo. Ia. de Are. Ia. de Ra. & Arch. uide super 1. gl.*

1.gl.in prin.de confes.c.1.'lib.6. ubi etiam dixi, quare dicatur positio, et quomodo super ea lis ponitur. Cy. autem ubi supra. diffinitionem. Ia. de Ra. exponendo prosequitur.

ADDE *aliam diffinitionem Bar. in §.quod observari. de iura. calumnia.*

ADDE *ad materiam istam positionum uidendum esse Lanfr. in repe. c. quoniam contra. §. responsiones. extra. de proba.*

b *Positio. Vide quòd inhonestè reprehendit Cy. ut supra. Canonistas. dicens quòd dicunt positiones inductas de iure ciuili, hoc esse falsum: quia hic et in decr. prima. de confes. si quaritur quo iure inducta sunt positiones, sed unde sumi potuit hoc uerbum positio. fateor ergo cum ipso quòd iure ciuili. si sunt inducta, & si inducta dicerentur potius id esse ex §. fi. in auth. de his qui ingre. ad app. non tamen putat quòd ibi id senserit Imperator. Dicamus ergo cle. statim alleg. quòd ab usu inducta sunt: postea per ius canonicum approbata, dilatata etiam ad forum ciuile de facto. Adde, hac ultima uerba dicit etiam Bart. in d. §. quod obseruari.*

c *Insolito. Vt in clemen. de uerb. signif. sape. uersic. & quia.*

d *Credito. &c. Reffre. posuit plus de textu, qui talis est: Imperator interrogauit partem legatarij querendi causa: pone, &c.*

e *Statuimus. lib.6.*

f *Incipit. prasentium. lib.6.*

SVMMARIVM.

1 *Positiones quare fiant, & quis sit ipsarũ effectus.*

2 *Onus probandi per testes, graue est: & commodius est aduersarium ad onera petitoris compellere.*

3 *Confessiones facilius fiunt, quàm testium productiones: nec sunt testes necessarij, postquam quis confessus est.*

1 SECVNDO Videndum est † quare fiant positiones. Et quidem, ut ponens releuetur ab onere probationis, per confessionem aduersarij 1 a ut extra, de confes. statuimus. b b & ff. de iureiu. eum qui respon. 1. nam & ad hoc fiebant olim interrogationes: ut ff. de inter. ac. l. 2. & 3. & ut ueritas eliceretur ex ore litigantis: extra. de iur. cal. cæterum. & extra, de præsump. nonne. Positiones enim, loco probationum succedũt ut J. §. proxi. dicetur. nam & in sacramento calumniæ continetur, ne quis exigat probationem ab aduersario, quam non putat necessariam: ut fit

2 pra, de iu. calum. §. nunc dicamus. † Et grauè est onus probandi per testes, & commodius est, aduersarium ad onera petitoris compellere. ff. de rei

3 uen. is qui destinauit. † & facilius fiunt confes-

c siones, quàm testium productiones. c extra, de testi. cùm olim. & de testi. co. cùm super. & postquã quis confessus est, non sunt testes necessarij. ex. de transac. e. præterea. pro conuicto habetur. ex. de confes. c. 1. C. c. l. unica. & per confessionem, res fit notoria. extra, de coha. cler. & mulier. c. fin. de

d uerb. sig. cùm olim. & præmissæ rationes probãt, d quòd prius debet poni, quàm ad genus alterius

e probationis ueniri. e

ADDITIO.

a *Aduersarij. Quomodo confitebitur positionem, qui negaui positionem, notatur infra. uersi. & quix. in gl. 2.*

b *Statuimus. lib.6.*

c *Productiones. Propter laborem expensarum, & quia uix inueniuntur idonei. Aegid.*

d *Probant. id est, approbant, & commendant, & pracipuè quo ad certum articulum. de hoc infra. §. quanto.*

e *Probationis ueniri. Hic satis cadit quarere illa duo membra, scilicet ubi fiant, et quo iure fiant positiones uel responsiones. De primo dicit Pi. parte. 1. rub. pe. loquens de interrogationibus ante lit. conte. de quibus data fuit remissio supra. de interro. §. 1. in fi. quòd facienda sunt in loco iudiciali. & uerbum in iure, quod est in l. 1. §. interrogatorijs. intelligit, id est, in loco, in quo ius redditur, & non in iure, & in iudicio iam instituto imò si reperitur quòd fiant in iudicio, dicit intelligendum, id est, ante iudicium, uel apud iudicem. uel accipitur largè. id est, dum quis conueitur, licet lis contestata non sit. Nec putes quòd ipse Pileus intendat contestationem litis interrogationes per iudicem fieri non posse. eius contrarium est uerum, de quo infra. §. 4. circa medium. licet intendat ad illas non esse necessariam contestationem. Iac. autem de Are. de positionibus tractans in sua diffinitione, ad quam remisi supra. §. 1. ponit illud uerbum in iure, quod intelligit propriè, in loco, ubi ius redditur: cùm positiones fieri habeant causa cognita, & ad litis decisionem. Super quo uide quod no ff. de inter. act. l. 4. qua incipit, uoluit. in ult. glo. Et de hoc Cyn. ubi supra. in 9. q. Et etiam sciendum quòd in l. una. C. de confes. in 3. q. materiam hanc repetens, an, scilicet requiratur confessiones fieri apud iudicem pro tribunali sedente, an ualeant etiam facta apud itinerantem, uel stantem in lecto uel balneo? Ponit duas distinctiones, ad quas pramittam distinctionem Accur. in*

illa

illa ulti.gloss.ad quam remisi. ubi Accur. distinguit inter ea, quæ requirunt plenam cognitionem, in quibus requiritur tribunal: & semiplenam, in quibus non requiritur. Alia distinctio, quam Cy. attribuit Ros. est inter contestationes, quæ petuntur ad decisionem causæ, & in his requiritur tribunal, sicut in sententijs. ff. de iusti & iur. l. pe. facit C. de dila. à precedente. & illas, quæ fiunt ad præparationem litis, in quibus procedit l. uoluit. Tertiò distinguit inter contentiosam & uoluntariam iurisdictionem. Pro hac facit ff. de ma.uin.non est omnino. & de offi.procon.l.2. Sed huic obstat præ.l. uoluit.in fin. quæ de contentiosa loquitur: & tamen itinerando recipitur: propter quod secunda distinctio reassumitur in hac tertia, ut in contentiosa iurisdictione distinguatur, ut ibi satis placet dictum gloss. & duæ distinctiones sequentes, ut ueniant ad illam expositiuè. De secunda dicit Bonagui.ubi supra.rub.pe.uer.ita quæritur quo iure fiunt.hoc iudicis of.alle.ff.de interro. act.l.1.et in auth.de his, qui ingre. ad ap.§.fi.& quod not. Azo in Summa Insti.de offi ind. §. item in interrogationibus. & quia res ista non requirit plenam inquisitionem. ff.de inter. act.l.uoluit. §.quod ait.& l.si defensor. §. illud. Idem Acc. in l.1.eod.tit. in gl.sed quomodo. & C.de confes.l. uni.in fi.mag.gl.& ff. eo. tit. certum in prin.& no.extra, de offi.iudi.cap. 2.in 1.glo. & uide idē per Cyn.ubi supra.in 3.quæstione.

SVMMARIVM.

Positiones in quibus differant ab interrogationibus.

1 *Iudex, qui de causa cognoscit, debet interrogare.*
2 *Iudex debet rei qualitatem plena inquisitione discutere.*
3 *Positiones, dicuntur loco probationum succedere.*
4 *Positiones facere non potest aduocatus, quia factum inspiciunt.*
5 *Aduocatus, dicitur testis iuris.*
6 *Aduocatus, an possit ponere & respondere. Alius pro alio, non debet interrogari.*
7 *Pars non debet uti consilio aduocati, qui factum ignorat. in responsione facti.*
8 *Assessor an possit interrogare.*
9 *Notarius, seu alter, cui iudex commiserit, potest interrogare.*
10 *Consuetudo est optima legum interpres, & ideo ipsa formabit positiones seu interrogationes.*
11 *Aduocatus debet id, quod ius tangit, expedire.*

TERTIO Dicamus in quo positiones differant ab interrogationibus, & quis positiones uel interrogationes facit, uel formare debet. Et quidem differunt non essentia, sed forma. Nam quod hic simpliciter & a assertiuè, ibi ponitur interrogatiuè. a Vel dic q interrogationes specialiter fiunt ante litis contestationem.ff.de rei uen.qui petitorio. & quandoque à iudice, quandoque à parte.ff.de inter.act.si fine.§.interrogationes.quamuis generaliter fieri possint quandoque.ff.de inter.ac.ubicunque. etiā quando partes ponere non possunt.ut ex̄.de fi.instru.cum Ioannes.prope fi.Positiones autem propriè fiunt post litem contest. & post iusiurandum à parte:quamuis & quandoque possint fieri ante: 1 ut j.§.proxi.in prin.& uer. regulariter. † Et no. quòd iudex, qui de causa cognoscit, debet interrogare.ff.de inter.act.uoluit prætor. & l.de ætate.§. qui tacuit. & §. qui interrogatus. sed licet b possit interrogare, usus tamē hodie non patitur, b quòd possit ponere: imò ponit pars. Nam sicut iudex non debet probare quæ sunt in causa, sed pars: ita nec ip se debet ponere, sed pars. Positiões enim loco probationum succedunt: ut in authen.de his, qui ingre.ad appe.§.fi.ideoq; eius imitari debent naturam: ut ex̄.de bap.maiores. ubi dicitur quòd quia baptismus circuncisioni successit, debet eius imitari naturam quo ad paruulos & adultos. Et ad idem.C.de rei ux.ac.l.unica. Quod autem pars debeat ponere, & sibi ponenti altera respondere: habetur ex̄.de testi.ad hæc aliàs incipit, præsentium. c circa prin. c ibi: ut tam ponendo, &c. & §.1. ibi: d adinuicem responderi, &c. Dicit tamen Roff. d sustineri posse, quòd iudex ponere possit: cùm & 2 interrogare sibi liceat. † Ipse enim debet rei qualitatem, plena inquisitione discutere. 30.q.ul.iudicantem. C.eod.de iudi.iudices. argum.ff. de his, quæ in te.delen. proximè.ff.de leg.2. Offidius.§. ex diuerso.& ex̄.de fide instru. cùm Ioannes prope finem. Sed certè utrunque fieri potest, & debet. Nam facta positione à parte, ut supra, iudex per sacramentum interrogare debet ponentem: si credit uerum esse quod ponitur: & aduersarium, si credit quod ponitur: ut j.§.5.uersic. oblatis. & j. dicam. Item etiam absque positione partis, potest interrogare reum super contentis in libello: ut j. 3 de teste.§.nunc uidendum. † Fiunt quoque positiones ab utraque parte, hinc & inde: ut ex̄.de dolo & contu.prout, & de litis contesta.c. unico.ex̄. de elec.dudum.2.Circa medium. Nam succedunt loco probationum: ut j.& reus quandoque oneratur probatione, puta in exceptionibus, in quibus fit actor.ff.de exceptio.l.1.& l.in exceptionibus. 4 † Sed patronus aduersarij, potest interrogare e uel ponere, cui forsan e tenetur aduersarius respondere: ut ff.ad l.Iul. de adulte. si postulauerit. §.quæstioni. Propriè tamen loquendo, aduocatus non potest ponere: cùm positiones factum inspiciant: ut C.de arbi.l. penul. in fin. quod debet à 5 partibus proponi: ut ex̄.de iud.pastoralis.sed † aduocatus testis est iuris: ut C.de postu.quisquis. Est & alia ratio. nam positiones fiunt per iuramentū, ut infrà dicetur, & probatur ex̄.de testi.ad hoc circa prin.aliàs incipit præsentium. f Aduocati uero

rò hodie non iurant, licet hoc iure caueatur: ut
C. de iudi. rem non nouam. & in constit. Greg. 10.
g ex̄. de postu. c. properandum. g Si igitur positio
proferatur per aduocatum, non dicitur propriè ip
se ponere: imò est partis positio per aduocatum
prolata: ex quo parte præsente ponit uel interro-
gat, perinde est, ac si pars id faceret: ut C. de erro.
aduoca. l. 1. Consulo tamen quòd priusquam tali
positioni uel interrogationi respondeatur, ut in
terrogetur clientulus aduocati ponentis uel inter
rogantis utrum ipse sciat uel credat, uel ponat,
seu ratum habeat quod ponitur seu interrogatur
per eius aduocatum. argumen. ex̄. de censi. olim. &
de app. cum causam s̄. de aduoc. §. iam nunc. uersi.
ex præmissis. quia de conscientia partis, iuramen
tum super facto requiritur: ut C. de iuramen. cal.
authentica, principales. ex̄. eo. in pertractandis. nõ
6 de conscientia aduocati, non iurati, ut dixi. † Sed
uidetur quòd aduocatus ponet, & respondebit: ut
in præd. §. quæstioni. & ff. de procu. non solum. re-
spon. 1. Sed dic contra. nam alius pro alio non est
interrogandus. ff. de inter. act. si fine. §. 1. & §. seq.
aliàs incipit, si defensor. & l. qui seruum. §. fin. & l.
uoluit. 2. q. 5. interrogatum. extra de adult. signi-
ficasti. C. de iur. calum. authen. principales. nisi sit
procurator: ut infrà. §. 6. in fin. Reus ergo excluso
aduocato, quem non debet in hoc consulere, re-
spõdebit ad eas, qui certus debet esse de facto suo.
extra de rescrip. ab excommunicato. C. de rescin.
uendi. quisquis. ut s̄. de interroga. in fin. titul.
7 † Non enim debet pars uti consilio aduocati, qui
factum ignorat in responsione facti. de pœ. dist. 6.
c. 1. uer. ideoq; non petat. & seq. & c. fi. nisi sit mul-
tum simplex: ut infrà §. 7. uer. 17. ne eius consilio,
facilè incidat in periurium, negando fortè uerum.
uel confitendo falsum: ut C. de indi. uidui. l. 2. & di
xi suprà de aduoc. §. utriusque. uersi. sed nunquid.
imò aduocatus arceatur à conspectu responden-
tis, ne uerbo aut nutu quolibet, immutare faciat
ueritatem: prope tamen sit. C. de auto. præs. clarss.
& 7. q. 1. illud. ibi habeat. uicini solaminis adiuto-
rem, &c. ut possit reum defendere, si iudex uel ad-
uocatus actoris, eum uelit cauillosis positionibus
decipere. C. de aduo. diuer. iudi. aduocati. & ff. de
off. proconsul. nec quicquam. §. aduocato. & in
præ. uersi. 17. Et nota quòd aduocatus docens cliẽ-
tulum falso respondere, tenetur alteri parti ad re-
8 stitutionem, ut j̄. §. nono. uer. item nota. † Item &
assessor. potest interrogare: quoniam participat
interrogationibus. ut ff. de offi. assess. l. 1. Item
pars interrogat, ut s̄. & j̄. §. 6. uersicu. hoc autem.
9 † Item notarius, seu alter, cui iudex hoc commisit:
h secundum T. h arg. ex̄. de off. deleg. super quæstio
num. Sed an talia, & per quos committi possint,
10 no. s̄. de iud. deleg. §. iam nunc. † Sed quis forma-
i bit positiones seu interrogationes? Respondeo, i
consuetudo, quæ est optima legum interpres: ut
ex̄. de consue. cum dilectus. tenet ut aduocatus
uel alius eius consilio, eas, & etiam l bellum cau-
sæ formet, seu dictet. nam ius tangunt, & ineptè
formari possent: ut ex̄. de iud. examinata. 11. q. 1.
11 sacerdotibus. † Et breuiter quicquid ius tangit,
expediet aduocatus. C. de aduoc. diuer. iud. aduo-
cati. Eis uerò dictus clientulus ponet seu interro-
gabit, quia in eius personam formantur: ut s̄. nisi
sit indiscreta persona: ut ex̄. de iudi. pastoralis. &
in alijs casibus ibi nota. quo facto postea iudex
reum interroget super eis: ut s̄. uersi. & nota. V-
trum autem interrogatorium retro ab aula disces-
serit: no. s̄. de interrogat. quæ fiunt ante lit. con-
k testa. §. 1. uersicu. illud autem. k

ADDITIO.

a *Interrogatiuè. Secundum Ros. Cy. ubi supra. in quæstione dicit quòd differunt ut genus & species: in utroque enim fit interrogatio, sed non in utroque positio, & sic ista species: illa genus.*

b *Non patitur. Secundum Ros. in 4. membro.*

c *Circa principium. Lib. 6.*

d *Tanc. Roff. ubi suprà.*

e *Cui forsan. Sic Roffre.*

f *Incipit, Præsentium. lib. 6.*

g *Properandum. Quod hodie non habemus. & uide quod scripsi supra, de aduoc. §. 1. uersic. item quod est priuati.*

h *Secundum T. ubi supra, post prin.*

i *Respond. Secundum Tancr. supra in secundo suo membro.*

k *Autem. Ibi posuit quòd hæc not. Roff.*

SVMMARIVM.

Positiones quando sint faciendæ.

1 *Positiones qualiter fiant ante litis contestationẽ. Iurandum non est super exceptionibus, nisi ubi est præsumptio contra excipientem.*

2 *Positiones regulariter fiunt super principali post lit. contest. non ante: ut & probationes.*

3 *Positiones sæpe fiunt, in defectum aliarum probationum.*

4 *Probare intendens aliquid, prius quàm terminũ recipiat ad probandum, facere debet positiones per quarum respõsiones poterit liberari ab onere alterius probationis.*

5 *Aliqua partium se offerente ad probandum per testes uel instrumenta: an poterit redire ad positiones, ex quo semel produxit.*

6 *Probationum facultas, non est angustanda.*

7 *Renuncians probationibus in causa, an uideatur & positionibus renunciare.*

Renunciare suo iuri, quisque potest.

8 *Iudex an debeat interrogare ad instantiam renunciantis, ubi iuri renunciatum est in genere.*

9 *Probationibus simpliciter renunciare, & omnibus probationibus renunciare æquiparantur.*

Indefinita locutio æquipollet uniuersali.

10 Positi

10 *Positio actoris primò fieri debet, iuxta regulã, qui prior appellat, qui prior agat.*
11 *Onus habens probationis, habet & emolumentum.*
12 *Positio rei si sit actori praeiudicialis, id est, interimens eius positionem, prius admittitur reus.*

QVARTO Quaeritur, quando faciendae sint positiones. Et certè cùm succedant in locum probationum, & eas imitari debeãt, ut dixi s. §. proximo. generaliter quandocunque, & ubicunque probatio admittitur, fieri possunt: unde fiunt ante litis contestationem super exceptionibus dilatorijs: quae tunc debent probari: ut ex. de lit. contest. c. unico. & de electio. dudum. 2. & in alijs casibus, in quibus testes lite contestata non recipiuntur. q̃d dic ut s. de teste. §. nunc tractemus. & aduersarius cogendus est per iudicem respondere illis. quod dic ut infrà. §. 7. uersi. & nota quod. Super principali autem non fiunt ante litis contestationem regulariter. ff. de interro. act. l. 1. nisi in casibus, in quibus probationes possunt admitti: ut in praed. §. nunc tractemus. & si fierent, repelli deberent, ut & probationes: ut ex. ut lite non contest.
1 c. 1. ad fi. † Sed cùm iuramentum de calumnia uel de ueritate dicenda, praestetur solum post litem contestatam, ut s. tit. proxi. in prin. qualiter fient positiones ante litis contestationem, & sic ante iuramentum de calumnia cùm tamen ante fieri debeant, & ad eas sit respondendum per iuramentum. ex. de testi. ad hoc. aliàs incipit, prae-
a sentium. prope prin. [a] respondeo, secundum eos, qui dicunt quòd super qualibet exceptione est lis contestanda, & iurandum: ut suprà, de exce. §. uiso. uer, sed nunquid iudex. facilis est responsio: quia cùm lis sit in illo articulo contestata, & iurarum: satis possunt super eo fieri positiones & responsiones, quamuis lis nondum sit super principali contestata, nec iuratum. Alij autem dicunt non iurari super exceptionibus, nisi ubi est praesumptio contra excipientem, ut diximus suprà, tit. prox. §. 1. prope principium. unde, secundum eos, sicut probationes fierent super eis absque iuramento: sic & positiones fient. nec est hoc inconueniens, secundum eos. Et pro eis facit praedicta decre. ad hoc. ibi: sine iuramento, &c. sed secundum hoc reus impunè poterit, quicquid falso
• uoluerit ponere. Vnde dicimus quòd licet conditione ponentis, & exceptionis qualitate consideratis, iudex absque iuramento exceptionem admiserit: tamen in probatione ipsius, facit iurare ponentem id, quod ponit, uerum esse, & se existimare, & credere ita esse: & eum, contra quem ponitur, uel interrogatio fit, respondere ueritatem. & ad hoc eum cogere potest, ut suprà dixi. & sic non procedit obiectio suprà scripta.
2 † Regulariter ergo fiunt positiones super principali post litem contestatam & non ante, ut & probationes: ut ex. ut lite non contesta. quoniam frequenter. in prin. quorum loco succedũt, ut dixi, fiunt etiam post iusiurandum in causa praestitum, eo quòd fieri habent per iuramẽtum, & etiam responsiones ad eas, ut suprà, & ex positione actoris si contra se ponat, sibi cõcluditur: ut infrà. §. 8. in princ. & ex responsione sua, reus conuincitur & pro confesso habetur. ideoque habent fieri post litis contestationem & post iusiurandum immediatè: quia si reus uel actor confiteatur, non essent postmodum aliae probationes necessariae: & breuiter super quibuslibet dubijs, fieri possunt positiones & interrogationes, usque quo fuerit in causa conclusum: etiam publicatis attestationibus, sicut fit in instrumentorum productione: extra, de fide instrumen. cum dilectus. respon. t. Et est ratio: quia in instrumentis & in positionibus non timetur subornatio, ut in testibus. Quidam tamen dixerunt, & male, quòd
b attestationibus publicatis, non possunt fieri: [b] quia si reus neget, actor probare non potest per testes, post publicatas attestationes. extra, de testi. constitutis. ergo inutiliter poneret. Sed hoc nihil est dicere: tum quia adhuc potest pro-
3 bare per instrumenta, ut iam dixi. † Tum quia positiones saepe fiunt, in defectum aliarum pro-
c bationum: ut extra, de confessis. statuimus [c] quinimo etiam postquam conclusum est in causa, po-
d test iudex interrogare [d] cum iudex, qui cuncta debet ut ad sententiam rimari, possit de facto interrogare, quoties aliquid dubitationis occurrit: ut extra, de fide instrumẽ. cum Ioannes. circa finem. & C. de iudi. iudices. extra, de testi. cum clamor. & 30. quaestione ultima iudicantem. extra, de offic. delega. super quaestionum. §. intentionis. & ubicunque: quod intelligo cum aliqua ambiguitas oritur super iam actitatis. Super nouo autem articulo, interrogare non potest, maximè ad partis instantiam conclusione obstan-
4 te. † Sed si ante conclusionem sit datus terminus peremptorius, ad exhibendum omnes probationes, forte post talem terminum non possunt fieri positiones, cum loco probationum succedant:
ut supra §. proxi. uersi. 1. sed iudex poterit tunc interrogare, ex officio, non ad partis instantiam. De hoc not. supra de dilat. §. uidendum. uersicu.
e item quid si datus. [e] Et tene pro regula: ut quandocunq; aliquid intendis probare, prius quàm recipias terminum ad probandum, facias positiones, per quarum responsiones forte liberaberis ab onere alterius probationis: ut suprà § secun-
5 do. † Sed quid si aliqua partium offert se probaturam per testes uel instrumenta: nunquid poterit redire ad positiones, ex quo semel produxit. Dixit Goffre. quòd non. Cum enim ponendo potuerit releuari, & grauari elegerit, sibi imputet: quia mos eis gerendus est. ut ff. de probat. circa. C. de iure delib. l. fina. §. sin autem. & extra, de probat. quoniam contra. ex ordine uerborum,
f dominus meus contra [f] quia actus isti non sunt cõ-
6 trarij, imò conuenientes. † Nec enim est angustanda probationum facultas. C. de haeret. quoniam. iu si. 14. quaestione 2. quanquam. maxime nisi se adstrinxerit ad probandum tantùm per testes uel
7 instrumenta. † Item quid si renunciatum est pro-

bationibus in causa: nunquid uidetur esse renunciatum & positionibus? Dicunt quidam quòd sic: quia cùm sit una species probationis, ut extra, de confessis, cap. secundo. extra, de restitu. spolia. cùm ad sedem. renunciando generaliter pro-
g bationibus, g uidetur & positionibus renunciatum. argu. 29. distinct. si Romanorum. extra, de priui. quia circa. de maio. & obe. solitæ. & quia in locum probationum succedunt, ut supra, ego cre-
h do h quòd si renunciatum fuerit specialiter positionibus, ualet renunciatio. Nam quisque potest suo iuri renunciare, 7. quæst. 1. quàm periculosum. extra, de priuil. si de terra. & de regula. ad apostolicam. nec amplius poterit renuncians po-
8 nere. † Si uerò in genere, ut supra dictum est, dico quòd non potest ulterius ad renunciantis instantiam iudex interrogare: nec etiam ipse renuncians ponere: ex officio tamen suo potest iudex interrogare super iam actitatis, usque ad conclusionem & post: ut §. sic seruamus. Quidā tamen
9 hic aliter dicunt. † Et nota quo ad hoc idem esse, simpliciter probationibus renunciare, & omnibus probationibus renunciare: quia indefinita locutio, æquipollet uniuersali: ut in prædi. c. si Romanorum, & in prædi. decr. quia circa. Cæterum licet renunciatum sit testium productioni, nihilominus tamen adhuc possunt positiones fie-
10 ri: ut supra de teste. §. fi. † Hoc quoque notandum est, quòd actor debet prius ponere iuxta regulam. qui prior appellat, prior agat. ff. de iud. qui prior. & secundo reus: uel etiam uicissim ponat, si iudex uiderit expedire. extra de causa pos. & proprie. c. 2. Et ad hoc facit quod legitur & nota. C. de iura. calum. l. 2. prope prin. ibi: & actor
11 quidem, &c. & §. uer. proxi. † Sed pone, ecce actor facit unam positionem, cui reus sufficienter respondet: & statim reus uult aliam facere: nun-
i quid cogetur actor ei respondere? i Videtur quòd sic: ff. de reg. iur. non debet. 24. q. 4. quia peccat. ex. de mutu. peti. prudentiam. Econtra uidetur, quia qui prior appellat, prior agat: & qui habet onus probationis, habet & emolumentum: ut in præ. l. qui prior. & ex. de ord. cog. c. 1. & ff. de proba. l. secunda Insti. de legi. patro. tu. Sol. Dicunt quidam, quòd si aliquid est pro actore probatum uel præsumptum, tunc debet audiri reus: aliàs frustra admitteretur. argum. C. de inoff. testa. filius. C. ad l. Cor. de fal. l. pe. quia absoluendus est, etiam si nihil probat, actore non probante. ex. de iureiu. c. fi. ex. de causa poss. & propri. cum ecclesia in fi. Alij dicunt quòd si reus uelit ultra probare, mos gerendus est: & si nil sit pro actore præsumptum. ff. de prob. circa. C. de inge. ma. l. pe. De consuetudine uerò generali, actor primò ponit quàm reus. Quod plenius prosequere ut su-
12 prà, de dila. §. uidendum. uer. & no. quòd 2. † Hoc quoque certum est, quòd si positio rei sit præiudicialis: id est, si interimit positionem actoris, prius admitteretur reus: 3. q. 4. qui peccat. respon. 1. ubi dicitur quia interrogas, quæ sit ratio prosequendi uicissim, te interrogo cuius sit uox, &c. Ad idem 3. q. 11. per totum. Item consulo tibi aduocate rei, ne multum festines in positionibus faciendis, ne scilicet instruas actorem, & ut prius quàm ponas, plenè uideas eius intentionem fundatam uel quasi, ut iam dixi. Non enim habes ponere, donec uideas eius intentionem.

ADDITIO.

a *Quartò quæritur. prin. lib. 6.*
b *Fieri. Supple. super eisdem capitulis.*
c *Statuimus. Lib. 6.*
d *Interrogare. Sed non potest pars ponere. uersi. hoc per Cy. q. 8. & 7. tractat principale dictum huius §.*
e *Si datus. Et ibi dicitur in aliquibus partibus, seruari contrarium, & fuit dictum Alb. Papi. ut ibi dixi: qui etiam tenet quòd si datus est terminus ad ponendum, postea non audiretur, nisi iusta causa subesset C. qui accu. non pos. si ea. hoc dixit super l. diffamari. C. de inge. ma.*
f *Contra. In Summa de lit. contest. §. 3. uersicu. sed quid si aliquam.*
g *Probationibus. Arcedebat Aegi. si additum fuisset omnibus.*
h *Ego credo. Cum Aegid. c. 35.*
i *Ei respondere. Iste uersicul. usque ad finem §. fuit Uber. de Bo. suprà & incipit utrobique item quid si actor, facit ad hunc uersi. id quod scripsi supra de reconuen. §. uidendum. super uersic. & si iudex.*

SUMMARIUM.

Positiones qualiter fieri debeant.

1 *Positiones non fiunt, in plerisque locis.*
2 *Positiones factæ ante litis contestationem super exceptione excommunicationis, qualiter proponantur.*
3 *Excipiens se non esse excommunicatum, qualiter suas positiones formare debeat.*
4 *Positiones formans post litem contestatam super principali, qualiter se habere debeat.*
5 *Agens rei uendicatione contra possessorem, quot modis & qualiter suas formare habeat petitiones.*
6 *Petens fundum, quē ad se asserit pertinere iure dominij, uel quasi, quæ debeat allegare.*
7 *Petens aliquid per promissionem ex causa mutui sibi factam, qualiter formabit petitionem.*
8 *Repetens Librum, quem deposuit, quibus uerbis utetur.*

9 Pe-

9 *Petens aliquem remoueri ab aliqua ecclesia, quam retinet contra iura, qua debeat in sua petitione allegare.*
10 *Petens electionem suam confirmari, & eam esse canonicam probare uolens, qua forma uerborum uti debeat.*
11 *Positiones super quibus, & per quos, debeant fieri.*
12 *Positiones formatae, iudici in scriptis offerendae.*
13 *Positionibus ab actore oblatus, quomodo debeat iudex ponenti respondere.*
14 *Responsione facta positionibus ab actore formatis, sub qua forma debeat ipsa responsio scribi.*
15 *Papa uel eius auditore in curia Romana positiones approbante, an illis possit ulterius obiici.*
16 *Ponens in iudicio, an semper teneatur dicere quod sciat, puta vbi iuratum est de calumnia.*
17 *Positiones sic sunt formandae, vt fundent intentionem ponentis, considerata natura propositae actionis.*

QVINTO Superest uidere, qualiter fieri debent positiones, & licet ferè in omnibus actionibus specialiter positiones formauerimus, in tractatu li-
a bellorum: [a] tamen utile est hic doctrinam tradere
1 re generalem. † Ad cuius rei notitiam sciendũ est, quòd in plerisque locis non fiunt positiones, sed lite contestata praestitoque iuramento, statim iudex super singulis articulis libelli reum interrogat. quod dic ut suprà, de teste. §. nunc uidendum nobis. in prin. Sed in curia Romana, & quasi
2 ubique, positiones formantur. † Super quo scias, quòd quandoque fiunt ante litem contestatam super exceptione excõmunicationis sic proposita: Coram uobis, domine iudex dico P. esse excommunicatum: quia percussit talem clericũ: ideoque non esse in causa, quam contra me mouet, audiendum. Si igitur ille negat se excommunicatum, uel se percussisse talem, uel illum clericum fuisse, excipiens sic formabit positiones:

POSITIONES.

3 † Pono quòd percussisti talem. Item quòd in tali parte corporis. Item quòd cum pugno, uel baculo. Item quòd percussisti eum tali die. Item quòd in tali loco. Itẽ quòd talibus praesentibus. Item quòd turbatus, ex causa illũ percussisti. Itẽ quòd percussisti animo iniuriandi. Item quòd ille erat tunc temporis clericus. Item quòd erat in possessione clericatus. Item quòd sciebas eum clericum esse. Item quòd uidisti eum tonsuram clericalem ferentem. Et si actor hoc confiteatur, probata est excommunicatio per suam confessionem. extra, de offic. deleg. prudentiam. §. si uerò. Sed si diffiteatur actor reus has positiones negatas dabit pro articulis, uerbis competenter mutatis: quod dic plenè ut in prae. §. nunc uidendum. [b] † Regulariter autem fiunt post litem
b
4 contest. super principali: ut i. §. proxi. & §. 7. ad
c quod hac uia peruenitur. [c] Formans enim positiones habeat libellum prae oculis, & ex ipsius tenore positiones formet: & consideret diligenter, quid eum probare oportet. Super omnibus enim quae probare habet, positiones faciat: nec ualet positio, nec confessio, nisi fiat super re, de qua agitur. ff. de inter. ac. confessionibus. extra, de off. iudi. deleg. cùm olim. & infrà uersic. & not. Sed & cauillosè per quaecunque diuerticula poterit, reum trahat actor ad suam intentionem per positiones. ff. de uerbo. signifi. natura cauillationis. & de reg. iu. l. ea est natura, quod potius quisque suo ingenio faciat, quàm ex nostra doctrina. Non enim quenquam in dolo instruimus, imò
5 pro posse fraudibus obuiamus. † Scias igitur quòd quandoque quis agit rei uendicationem contra possessorem petens fundum. quem ad se asserit pertinere iure dominij uel quasi. Quandoque uerò petit decem ex promissione sibi ex causa mutui facta. Quandoque repetit librum, quem deposuit. Quandoque etiam petit aliquem remoueri ab aliqua ecclesia, quam retinet
d contra iura. [d] Quandoque petit suam electionem confirmari, & uult eam docere canonicam esse. Haec igitur exempla sufficiant ad praesens, gratia exempli hoc prosequi. Possunt etiam alia exempla poni, sicut in prae. §. nunc uidendum. in
6 formis articulorum diximus. † Super primo ergo exemplo, actor sic ponit.

FORMA. Pono ego talis in tali causa, iuramento meo, quòd fundus, de quo agitur, fuit T. Item pono quòd ipse T. uendidit mihi dictũ fundum. Item quòd uendidit pro pretio decem libra. Item quòd dictus T. tradidit mihi possessionem dicti fundi. Item quòd solui eidem T. decem li-
e bras pro pretio dicti fundi. [e] Igitur si reus has positiones confiteatur, actor fundauit suam intentionem. Probauit enim rem se à uero domino emisse, & se pretium soluisse, & sibi traditam esse: & sic per consequens dominium ad se pertinere, & sic est in causa uictoriae, nisi reus aliud opponat. ff. de rei uen. l. in rem. C. de pac traditionibus. C. de pac. cùm res. ex. de fide instru. cùm Ioannes.
7 Insti. de re diui. §. uenditae uerò. † In secundo uerò exemplo de mutuo, sic pone.

FORMA. Pono ego talis in tali causa, iuramento meo, quòd ego mutuo dedi decem Titio. Item quòd ipse Titius, illa decem mihi reddere promisit. Item quòd promisit in tali termino soluere. Item quòd terminus ille praeterijt. Si ergo reus hoc confiteatur, actor est in causa uictoriae: quia numeratione fuit Titius obligatus ad reddendum. ff. si cer. pet. si à me. Cùm uerò promisit reddere, fuit ciuiliter obligatus: & ex tali ciuili obligatione rectè agit actor. Insti. de oblig. §. 1. ff.
f de uerb. ob. l. 1. Hoc autem scias, [f] quòd si interrogatus an debeat decem quae ab eo petuntur, ne-

gat simpliciter se debere, debet fieri positio alia, scilicet an debeat nouem: & si negat, fiat alia, scilicet an debeat octo. & sic descendendo usque ad ultimum numerum. Si uerò præcisè negat, & se nihil debere dicat, non debet hoc ultra interrogari. Eadem quoque doctrina seruetur in probatione temporis, puta si interrogatus an census per 40. annos solutus fuerit, uel beneficium possederit, & similia neget: hoc quæratur an 39. an 38. & sic descendendo usque ad ultimum numerum. & hoc ideo: quia cùm ponit 40. si non sunt nisi 39. bene potest negari positio: quia licet maior numerus in se comprehendat minorem: ut ff. de arbi. idem proferre. §. si plures. & ff. de reg. iu. in eo. non tamen minor maiorem: ut 15. dist. c. 1. prope prin. imò unus numerus quandoque excludit alium: ut no. ex. de diuor. cap. penul. §. quia
8 uerò. † In tertio autem exemplo depositio, sic pone:

FORMA. Pono ego talis in tali causa iuramento meo quòd deposui penes T. Codicē meū. Item quòd Codex ille erat in chartis hœdinis. Item quòd erat glossatus, de apparatu Accur. Itē quòd habebat desuper corium rubeum. Item q secundus quaternus eius incipiebat, nomine. tertius uerò, hoc in quærimoniam. Itē ponit quòd ipse T. recepit dictum Codicem in deposito. Item quòd se obtulit deposito. Hoc confessato, reus obtinebit. ff. depositi. l. 1. ex. eo. bona. & debet etiam
9 dicere signa rei mobilis. ff. ad exhib. l. 3. † In quarto uerò exemplo sic:

FORMA. Pono ego talis præsbyter, iuramento meo quòd T. habet & possidet ecclesiam sancti Iusti. Item quòd habet & possidet ecclesiā sancti Martini. Item quòd quælibet earum, habet curam animarum. Item quòd eas acquisiuit post
g concilium Lateran. g Hoc concesso, reus succumbet, nisi dispensationē uel unionem uel paupertatem ecclesiarum uel earum dependentiam, ostendat. ex. de ele. dudum. 2. de cle. nō resi. quia. de præben. de multa. ex. de æta. & quali. ex te. 21. q. 1. in
10 summa. † In quinto quoque exemplo sic:

FORMA. Pono ego talis, in tali causa iuramento meo, quòd ego sum electus canonicè ad regimen talis ecclesiæ. Sed hæc est iuris: unde de subijciat sic. Item quòd fui electus uacante ipsa ecclesia, per mortē uel cessionē talis. Item quod fui electus per eos, qui tunc erant in possessione uel quasi iuris eligendi rectorem ad dictam eccle
h siam. Item pono quòd talis & talis, &c. h sunt clerici uel canonici, eiusdem ecclesiæ. Item quòd sunt in possessione uel quasi canonicatus, & iuris eligendi. Item quòd sex ex eis me elegerūt. Item quòd illi sex electionem de me factam, episcopo præsentauerunt. Item pono quòd illi sex requisiuerunt alios quatuor, ut cum eis deberent concordare, de aliquo eligendo. Itē q duo ratam habuerunt electionem, & præsentationem de me factā. Licet ergo reus neget me electum: si tamen cætera confitetur, obtinebo absque probatione. Nam
i si decem i erant clerici, & sum electus à sex, constat quòd à maiori parte, ergo debet electio confirmari: ex. de elect. ecclesia uestra. 2. de his quæ fi. à maio. part. ca. c. 1. & de iure pa. quoniam in quibusdam. Item si erant in quasi possessione eligendi, ualet quod faciunt, licet non sint in ueritate
k patroni, k qui præsentant. ex. de elect. querelam. de re iud. cùm Bertholdus de iure pa. consultationibus. Item ex eo quòd quatuor fuerunt re-
l quisiti, patet quòd non fuerunt contempti l ex. de elect. quod sicut. & c. uenerabilem. & cap. bonæ memoriæ. & c. quia propter. Item quòd duo accesserunt, bene potuit fieri. ex. de elect. quod sicut. & c. ecclesia uestra. 2. Patet ergo quòd nisi aliud obsistat, debeo obtinere. Sic ergo in similibus sunt
11 positiones formandæ. † Et no. quòd positiones debent fieri super contentis in libello, uel ad ea pertinentibus uel pertinere ualentibus ex parte actoris, quo ad fundandam eius intentionem. Ex parte uerò rei, quo ad extenuandam eius intentionem. Ex parte uerò rei, quo ad extenuandam. 4. quæst. 4. cap. primo. Item debent fieri super facto aduersarij, aliàs non cogitur ad factum alterius respondēre. ff. pro suo. l. fi. in fi. ff. si usufruc. pet. l. uti frui. ff. si pars hæ. pe. l. 1. ff. rer. amo. Marcellus. infrà. §. proxi. uersi. 1. & pe. & §. 7. uer-
12 sic. 1. & uersi. 4. † Item not. quòd positiones formatæ iudici, sint in scriptis offerendæ, ut extra, de proba. quoniam contra. ut certus sit qui interrogatur, & super quo respondere debeat, agnoscat. ff. de confes. certum. & ut tam pars quàm iudex, uideant an sint admittendæ uel reijciendæ, debet eas examinare iudex, utrum faciant ad causam, an sint possibiles, & non contra naturam, non captiosæ, non negatiuæ, & sic de alijs. & hoc partibus præsentibus. & si uiderit eas recipiendas prius quam respondeatur, faciat eas in actis redigi, ne aliqua uariatio fiat. ff. de re iu. acta. & ne pòst oriatur contentio inter partes: quòd aliter fuerint rescriptæ quàm propositæ. extra, de elect. cùm inter R. seniorem. ut ex illa scriptura, eis uia in talibus præcludatur: ut 22. quæst. 1. omnes feriæ. uel eas repellat: ut infrà. §. 7. uersicu.
13 17. † Oblatis igitur ab actore positionibus, quærat iudex à ponente. Pones tu uel credis per iuramentum à te præstitum, quòd in his positionibus continetur. Et si respondeat quòd sic: tunc cōuertat se ad eum, contra quem fiunt positiones, & semoto eius aduocato, ita quòd aduocatus nutu uel dicto eum non possit in responsione facti instruere: ut 1. §. 3. prope finem. dicat ei: Amice: nihil prodest homini si uniuersum Mundum lucretur, animæ uerò suæ detrimentum patiatur: ut ex trà de simo. Matthæus. & fideli totus Mundus diuitiæ sunt: infideli, nec obolus: ut 14. quæstio. 4. quid dicam. in auth. ut cùm de ap. cog. ideo salua animam tuam, & responde per sacramentum quod præstitisti de calumnia, quid credis & æstimas super eo, quod in his positionibus continetur. Si uerò fuit iuratum de ueritate, dicat iudex: & responde per sacramentum quod præstitisti de ueritate dicenda, quid scis super eo, quod, &c. Si uerò utrumque præstitum sit, quod utile est: tunc quærat simul de credulitate & de scientia. De hoc §. proxi. uersic. item no. quod est in prædi. decre. præsentium. quo facto mentem cuiuslibet positionis sigillatim non tam diligenter, quàm fideliter sibi aperiat & exponat: respon-

responsionemque eius sedulo & perspicaciter in-
telligat, & siue neget siue confiteatur, semper in
14 fine cuiuslibet positionis eius responsio. † Scri-
batur hoc modo.

FORMA. Credit uel non credit, uel confi-
tetur uel negat. infra §. proxi. uersi. quod autem.
Quòd si talis sit positio, in cuius responsione me-
rito respondens dubitat, petet inducias ad deli-
berandum, secundum ea quæ not. in §. proxi.
uer. Item not. Quod autem tam ponens quàm
respondens, debeat interrogari à iudice per iura-
mentum suum secundum formam præmissam, &
etiam principales ubi litigatur per syndicos: pro
batur in præ. decre. de testi. ad hoc. ff. de inter.
act. noluit. & l. de ætate. §. qui tacuit. Item
quòd iudex debeat dicere, quid credis uel scis:
15 habes infra §. proxi. uersi. hoc tamen. † Item
scias quòd postquam papa uel eius auditor in cu-
ria Romana approbauit positiones cum sit remis-
sio ad aliquam prouinciam, & mandatur quòd
principales personæ super eis præstito iuramen-
to, interregentur: nihil potest eis ulterius obij-
ci, ut in præ. decre. ad hoc, argumen. C. de te-
stam. omnium. 35. quæstione 9. apostolicæ. 24.
m quæstione 1. à recta. & c. hoc est. m † Item not.
16 quòd ponens non semper tenetur dicere quòd
sciat, sed sufficit ei dicere quòd credit, ut puta
ubi iuratum est de calumnia, ut not. in præ. de-
cre. ad hoc. & infra §. proxi. Item qui ponit cer-
tum ponere debet, ut ff. de rei uend. si in rem.
actum. extra de sponsa. de muliere. & de symo.
cap. de symoniace. cum & certum uelit respon-
sum habere ut utatur eodem iure. ff. quod quis-
que iur. l. 1. extra de constit. cum omnis. 50. dist.
ponderet. 2. quæstione 6. decreto. in fi. infra §.
17 proxi. † In summa n not. quòd positiones sic for-
n mandæ sunt, ut fundent intentionem ponentis
considerata natura propositæ actionis. Si igitur
agis de dominio, considera quæ sunt necessaria in
probatione eius. C. de prob. cum res. extra eod.
licet. ff. de rei uen. in rem act. & per totum. quæ
dic ut infra de loca. §. nunc alia. uersi. 96. Si ue-
rò agis Publiciana, considera quæ necessaria sunt
in ea. ff. de publi. l. 2. & l. quicunque. & per to-
o tum. & not. ex. de re iudi. abbate. o Si uis age-
re utili rei uendi. ut superficiarius, uide ff. si ager
uecti. uel emphy. pe. & ff. de superfi. per totum.
& Instit. locati. §. item de prædijs. Si uis agere
hypothecaria, uide ff. de pigno. si superatus. ff.
de prob. ante omnia. C. si res ali. pigno. da. sit.
nexum. C. quæ res pig. ob. pos. qui filios. Si agis
hypothecaria utili, uide ff. de pig. & in superfi-
cie. & l. si ab eo. & sic de alijs actionibus realibus
& personalibus, & mistis. Et caue tibi à positio-
nibus petitioni tuæ contrarijs, ut si agis petitio-
ne hæreditatis uel quorum bonorum, non dicas
te possedisse aliquo tempore post mortem defun-
cti. Vel si agis Publiciana, non dicas te à uero do
mino emisse: uel si agis uti possidetis, non dicas
aduersarium possidere: & sic de similibus. Et ui-
de de hoc infra 10. uersi. hoc quoque. & supra de
ac. seu pe. §. sequitur. & §. seq.

ADDITIO.

a *Quinte superest libellorum. sic & fecit Ioan. de Blano generalem autem tractatum non edidit.*

b *Nunc uidendum. Vt tamen not. infra §. 7. adfi. uersi. quid si pono respondere non tenebatur, ibi uide cum duobus uersi. praced.*

c *Peruenitur. Incipiunt uerba Bonagui. & durant usque ad uersi. in quinte quoque, excepto quinto exemplo, quod interserit autor.*

d *Contra iura. Hac quatuor exempla fuerunt Bonagui ubi supra in prin. & eius fuit illorum prosecutio, que sequitur, & tria prima fuerunt Tan. sed non sic prosequitur ut hic. Item ipsa tria & quintum, quarto omisso, fuerunt Aegid. & ea prosequitur ut hic. Gallicus dabat exempla, de equo morboso uendito, uel libro uitioso, contra fideiussorem qui se obligauit pro debitore.*

e *Dicti fundi infra de causa pos. §. sequitur uidere. sub uer. alia sunt reales. ponit quatuor tantum de istis, remittit enim tertiam. Subdit tamen alias quatuor. Sic etiam Ie. de Pra. sub tit. de rei uendi. ponit octo, quas solenniter exponit, subdens postea positiones rei.*

f *Autem scias. Secundum Tan. ubi supra sub uersi. hoc modo.*

g *Concilium Lateranen. de ele. non resi. quia nonnulli, de preb. quia in tantum. si loqueretur de concilio generali, eod. tit. de multa. tunc sufficeret positionem facere de receptione secunda, post illud quo ad priuationem prima.*

h *Talis, &c. Includit 8.*

i *Nam si decem. Sup. tantum. & debuit autor de hoc ponere in positione, ut sequeretur hec conclusio. Aegi. tamen dicit quòd ex quo confessus est reus decem esse electores: ergo confiteri uidetur quòd non ultra: quia indefinita, &c. 19. dist. c. 1. uide infra §. 7. uersi. 8. in prin.*

k *Veritate patronis. Nimis permiscet autor hoc actum electionis & presentationis.*

l *Fuerunt contempti. An contemptus locum habeat in patronis, non uocatis ad presentationem factam per ceteros: scripsi in decre. 3. de iure patro. super uerbo, plurimorum. Aegid. hoc dixit quod forte sic allegat, de elec. bona 2.*

m *Hoc est. De articulis uide suprà de teste. §. nunc uidendum. uersi. sed pone auditor. & quod ibi dixi super uer. hoc etiam not. in fi.*

n *In summa. Secundum Vber. de Bo. cuius quasi ad li*

teram fuit totum, quod hic sequitur. usque ad fi. & hoc ubi supra 1.

Abbate. Lib. 6.

SVMMARIVM.

De responsionibus ad positiones.

1 *Cautela pro illo contra quem ponitur in iudicio.*

2 *Utile est responsionem illius contra quem ponitur in iudicio scriptis notare propter gratiam.*

3 *Positionibus semel respondens, an cogi possit ad iterum, uel ulterius respondendum.*

4 *Positionem generaliter negare non sufficit, nisi ad singula in positione contenta respondeatur.*

5 *Positiones licet sint de consilio aduocatorum formandæ: non tamen responsiones, sed solum à partibus faciendæ.*

6 *Responsio facta interrogationi uel responsioni aduersarij, an teneat.*

7 *Ubi iuratur de calumnia, quæ & quomodo debeat is contra quem ponitur respondere.*

8 *Iuramentum de ueritate, an se extendat ad iuramentum de calumnia, uel econuerso.*

9 *Interrogato dubitanti de eo super quo interrogatur, danda est dilatio ad deliberandum ubi iuratum est de ueritate.*

10 *Præsumitur quis melius factũ suum scire quàm alius: nec debet quis alium consulere, qualiter in facto proprio se debeat habere.*

11 *Confessio de credulitate æque præiudicat, sicut & de ueritate.*

12 *Verbum æstimare generale est ad credulitatem & scientiam.*

13 *Interrogatus ubi iuratur de calumnia, an possit respondere per uerbum dubito. & nu. sequenti.*

15 *Iudex quomodo se habere debeat, & quæ attendere casu quo is contra quem fit positio uel interrogatio: dicit se dubium.*

16 *Responsio qualibet referri dicitur solum ad id quod principaliter quæritur: non ad alia quæ implicari seu subintelligi possent.*

17 *Respondere ad penitus incertum nemo tenetur.*

18 *Principalis persona licet debeat positionibus respondere: si tamen per procuratorem litiget, respondebit ipse procurator.*

19 *Procuratore positionibus responsuro, dicente se libello nescire respondere aut dubitare, an condemnabitur in expensis.*

20 *Responsio eius qui absque mandato defendit, an obstet principali.*

21 *Reus qui nec agit nec excipit de iure suo, an cogatur respondere positionibus super eius defectibus factis.*

SEXTO tractandum est de responsionibus ad
a positiones, uel ad interrogationes. [a] Et certe exposita positione ei, qui respondere habet: ipse diligenter aduertere debet an sint
pertinentes uel superfluæ, uel non: & postmodum sibi facta intimatione diuini iudicij, debet
ipse respondere: & eius responsio est scribenda.
1 quæ dic ut s. §. proxi. uer. oblatis. † Sit autem
cautus is contra quem ponitur, ut saluo sacramen
b to pronior sit ad negandum [b] quàm ad confitendum: maxime ubi positiones dependent ex facto
alterius: quia tunc potest habere credulitatem
suam ad sic, uel non: & sic actori incumbit onus
probandi. ff. de proba. ei qui dicit. s. §. proxi.
2 uersicu. & nota quòd. † Quòd [c] autem scribenda
c sit eius responsio, utile est ut de ipsa possit contestare: & ne super eodem articulo respondens,
iterum interrogetur. quod fieri non debet: siue
prius negauerit, siue confessus fuerit. ff. nau. caust.
sta. licet de pœniten. distinct. 4. diuina. extra, de
iudi. at si clerici in fin. nisi nouum quid emergeret. extra, de iura. calum. cæterum. uel aliqua
dubietas insurgeret, ut s. §. 4. uersicu. regulariter. ibi: quæ intelligo, &c. Nouum autem quid
esset, si prædita essent acta priora, uel aliquid si-
3 mile. † Si igitur iterato super eodem articulo iudex eum interrogat ipsum grauat, & iniuriam
sibi facit, & quasi anceps periurium eum facit subire ac uulgi infamiam incurrere: quia si aliter
credit tunc aliter nunc ex responsione dicetur
periurium, & infamiam incurrisse, si aliter respondeat nunc quàm tunc: quia super eodem articulo duo contraria respondet, scilicet uerum
& falsum. Non ergo respondere tenetur ulterius,
ex quo semel respondit, ut infra, §. proxi. in
princip. nisi fortè positio contineat duo, uel plura copulatiue, ut in concord. quæ sunt infra §.
proxi. uersicu. 11. ibi: præmissa autem: secus tamen est in iuramento calumniæ, ut supra tit. proximo. §. fina. in fin. argum. ad omnia præmissa:
C. de iuramen. calum. authen. in hoc 30. q. 5. iudicantem. ff. ad l. Iuli. de adult. si postulauerit:
§. quæstioni. ff. de in lit. iuran. uideamus & in
authenti. de his qui ingre. ad appel. §. 1. colla: 5:
d Quidam tamen ut Accur. [d] & dominus meus dicunt aliquem posse de eodem articulo pluries interrogari: quia potest esse quòd prius quando negauit non credebat: tunc uerò apertis testibus
credit argumen. ff. de quæstionibus repeti. ff. de
dam. infec. qui bona. § antepenult. 35. quæst. 9.
graue. sed superflue interrogabitur, ex quo con-
4 stat per testes. † Illud etiam notandum est quòd
non sufficit generaliter negare positionem, nisi
ad singula in positione contenta: respondeatur,
ut ex. de testi. ad hæc. alias incipit, præsentium:
uersi. postea sigillatim. & infra §. proxi. uersi. 11.
5 † Item nota [f] quòd licet positiones sint de consilio

f filio aduocatorum formandæ: non tamen responsiones, sed solum à partibus sunt faciendæ. Quod dic ut not. s. §. 3. uersi. sed & patronus. Potest autem quis cogi respondere, quod dic ut j. §. proximo. uersi. & nota quòd. † Hoc autem scias,
6 ximo. uersi. & nota quòd. † Hoc autem scias,
g g quòd licet non teneatur quis respondere interrogationi uel responsioni aduersarij: si tamen responderit tenet responsio, ut extra de dolo & contuma. prout ibi. De hoc supra §. 3. uersi. fiunt. nam & ualet responsio facta in iudicio, sine interrogatione, ut ff. de interro. actio. si sine. §. 1. &
7 de probat. quoniam. & ibi de hoc. † Item nota quòd ubi iuratur de calumnia, debet respondere is contra quem fit positio, secundum quod credit uel æstimat. Credo uel non credo: quia tunc qui ponit secundum credulitatem, id est, secundum
h quod credit & æstimat: ponit & iurat. h C. de iura. calum. l. secunda resp. primo. & §. primo supra de iur. calum. §. nunc dicamus. in prin. ubi uerò de ueritate iuratur: tunc qua positio fit assertiue, secundũ ueritatẽ, sicut & ipsum iuramentũ, tenetur respondere tantum de ueritate: dicendo: nego uel confiteor. arg. 3. q. 9. hortamur. & extra de resti. præsentium. & si tunc de credulitate quæratur, non tenetur respondere: quia iuramenti forma hoc non patitur: ideoq; quidam iuramento de ueritate, adijci faciunt ēt de credulitate: & utrunque iuramentum præstari, ut supra de iura. calum. §. 1. uersi. quartum. sed licet cautela sit: non est
i tamen secundum ius. i † Quia iuramentum de ue
8 ritate non se extendit ad iuramentum de calum-
k nia, nec econtra. k Si tamen sic iuretur (prout sæpe fieri facimus ad malitias excludendas) debet taliter iurans respondere de credulitate & de ueritate, ut supra tit. proximo. §. nunc dicamus. uersi. cæterum j. uersi. hoc tamen. Licet autem
l l quando reus uel actor iurant quòd respondebunt per scientiam uel credulitatem respondenti, sufficiat dicere, scio uel nescio: credo, uel non credo: tamen positio non potest fieri super credulitate, ut ita dicatur: pono quòd credo uel me credere: uel pono quòd sicut credo tu fecisti, uel dixisti hoc: quia qui ponit, certum ponere debet. ut s. §. proxi. uersi. item qui ponit. debet ergo quis clare non obscure respondere, dicendo, nego uel
m confiteor. m ubi iuramentum est de ueritate. uel credo uel non credo: ubi de calum. Alioquin si obscure uel nullo modo respondeat, punitur, quod dic ut j. §. 9. & s. §. quinto. uersi. oblatis.
9 † Quid si interrogatus dubitat de eo, super quo
n interrogatur? Respondeo, n danda est sibi dilatio ad deliberandum ubi iuratum est de ueritate: quia tunc oportet eum respondere de scientia & ueritate, ideoque potest tunc respondere dubito: nisi iudex uiderit quòd statim possit respondere, ut ff. de interrog. acti. qui interrogatur. & C. de iure deliberan. si curatoris. ff. de iureiuran. iusiurandum. & ad pec. respond. 1. & 27. q. 1. & nuptiarum. in princip. & in fi. ex. de iuramen. calum. c. pen. ubi uerò iuratum est de calum. cogendus est præcise respondere ad interrogata, nulla concessa dilatione ad deliberandum: quia non tenetur dicere, nisi quòd credit uel non credit id, de quo quæritur: nec potest dicere, dubito.

C. de iur. calum. l. secunda. responso. 1. & §. secundo. & authen. in hoc. Super quo dic ut infra, uer.
10 sed nunquid. † Caueat tamen, o petens inducias
o ad deliberandum, quòd non petat ad consilium habendum. nam tunc non audietur: ipse enim debet esse certus de facto suo. ex. de rescrip. ab excommunicato. & præsumitur melius scire factum suum quèm alius: nec debet alium consulere qualiter in facto proprio debeat respondere:
11 ut s. §. tertio. prope fi. † Hoc autem certum est quòd æque prædicat confessio de credulitate sicut & de ueritate: ut not. ex. de iureiu. ex literis quamuis aliud sit in dicto testis: ut s. de teste. §. 1.
p uersi. item quòd deposuit. Ex quo patet p quòd malitiosi procuratores sæpe deierant, quando cum que super aliquo interrogantur, & respondent, non credo: licet sciant illud pro certo: dicentes se excusari, quia aliud est scire, & aliud est credere. Sed certe non refert inter hoc, quo ad partes, licet intersit aliàs quo ad testes: ut ex. de testi. cũ causam. & probatur bene ex. de summa trini. firmiter credimus, & simpliciter confitemur in prædictis uerbis. de conse. distinct. 4. firmissime. quid enim melius credimus quàm id, quod scimus? Certe nihil: ut patet in articulis fidei: ut in præd. decreta. & de hoc infra. §. 9. uer. sed nunquid. & hoc etiam probat l. quæ app. scientiam, credulitatem: ut C. de iura. calum. l. 2. §. quod obseruari. ubi dicitur quòd tutores iurant, quòd ipsi causam scientes ad eam perueniunt. & postea sequitur quòd ipsi causam scire possunt. & sic ad iudiciũ perueniunt. & statim ibi subijciatur, quòd iuratur ex scientia seu animi, hæc esse uera & licet alia sit rei ueritas: tamen quod quisque credit & æstimat hoc esse iurandum. & attende quod dicit, credit & æ-
q stimat. q † Nam licet uerbum credendi possit re-
12 stringi secundum propriam significationem: uerbum tamen æstimat. generale est credulitatem & scientiam. & ad hoc facit canon, ubi dicitur quod quis dicitur scire, quod ab alio audit. ut 22. q. 5. hoc uidetur. in prin. Vnde ut tu iudex euites prædictam fraudem, facias in causa præstari utrunque iuramentum, scilicet de calum. & ueritate ut supra. Item interroga respondentem super utroque, scilicet de scientia & credulitate, hoc modo: quid scis, uel credis, uel æstimas super eo, de quo quæritur uel ponitur: ut s. §. proxi. uer. oblatis. & uersi. Item nota. & in præ. §. quod obseruari & ex. de testi. ad hoc. §. 1. ibi: quid sciat super positionibus, uel credat. ex. de accu. qualiter. 2. in fi. & de
13 hoc j. §. octauo. in prin. † Sed nunquid ubi iuratur de calum. potest interrogatus respondere, dubito? Hoc iam s. tetigimus, & adhuc dicamus.
r r & dicunt quidam quòd sic. arg. ff. de peti. hære. si debitor. C. de excep. si quidem. & s. de excep. §. uiso. uersi. sed si debitor. ad fi. Nam inter credere & non credere, est medium, scilicet dubitare, ut ibi. & arg. 4 r. dist. sæpe. 16. q. 1. prohibitum. C. de condi. inde. l. fi. Alij contra. nam licet primo dixerit, dubito: finaliter tamen cogendus est dicere quid credit uel æstimat. nam iurauit respondere secundum æstimationem sui animi: ut C. de iura. calum. l. 2. in prin. Sic ergo respondeat: ut non deferat interrogantem incertum. ff. de inter. act. de

z 4 ætate.

ætate. §. nihil. quod fit, cum dicit dubito. Dominus
r Io. [r] dixit quòd nec semper respondere potest dubito, nec semper cogitur respondere credo, sed interdum potest dicere, dubito: & interdum cogitur præcise respondere quid credat. uerbi gratia: Actor posuit de quinquaginta: reus uero confitetur 40. tunc reus potest cogi respondere quod credit de decem: sed si nil de quinquaginta confiteatur, tunc potest respondere, dubito. Item si de suo contractu quis interrogetur: tunc tenetur dicere quid credit. si de alieno: puta hæreditario uel alio: tunc potest dicere, dubito ut iam dicam. Et si iudex imperitus cogat eum respondere quid credit, sapienter agit respondens si in negatiua declinet ubi opinio sua non magis se habet ad sic
s quam ad non: saluo in omnibus iuramento. [s] Si ergo ita incertus est is contra quem fit positio uel interrogatio quòd nõ magis potest animum suum applicare ad credendum hoc quàm aliud ut in hoc exemplo: credis illum qui est ultra mare, uiuere uel non? Dicunt omnes quòd potest dicere dubito, ut in præ. l. si debitor. & l. si quidem. uel potest etiam dicere nescio, sed si iudex ad partis instantiam cogat eum respondere: dubitanti dabitur tempus ad deliberandum, ut suprà. Sed si iudex imperitus cogat eum omnino respondere, credat uel non, ut quidam faciunt: ar. C. de iur.
t calum. l. 2. §. quod obseruari. ubi de hoc [t] tunc
14 † respondeat sic, præmissa negatione, non credo
u eum mortuum [u] sicut responsum fuit in decre. neque scio neque credo ad te pertinere extra de restit. spol. cum ad sedem. Nec enim sequitur ex hac responsione quòd credat eum uiuere: quia per istam responsionem nihil ponit, sed negat tantum. Potest enim esse quòd non credit eum esse mortuum: nec credit etiam eum uiuum. Sed si postponeret negationem, dicendo credo eum nõ esse mortuum: tunc bene sequeretur quòd credit eum uiuum: & sic potest anceps incurrere periurium. De hoc uide infrà §. proxi. uersi. 12. Hoc igitur casu cum is contra quem fit positio uel interrogatio, dicit se dubium: debet iudex atten-
15 dere an dubitet de facto suo: † & tunc minus est probabilis ignorantia. C. de rescin. uen. quisquis extra de rescrip. ab excommunicato. An in alieno de quo non teneatur quis respondere. & ut ĩ. §. proxi. uer. & not. imò in eo iusta est dubitatio: & ideo dabitur tempus deliberandi. ff. de interro. act. & quia. Item debet attendere an factum sit recens, an ita antiquum quòd factum etiam proprium quis potuerit obliuisci. C. de testi. iubemus 30. q. 5. nostrates 23. dist. præterea. Tractus .n. longi temporis, obliuionem inducit. ff. ad Treb. l. 3. §. duæ. & 12. q. 2. longinquitate. quia omnium habere memoriam, &c. C. de uetere iure enu. l. 2.
z §. si quis autem. [z] † Item non est respondendum
16 ad ea de quibus non fuit in iuramento intellectũ, ut de his quæ non faciunt ad causam, ut ff. de nox. quoties. §. fin. & de iureiur. qui iurasse, §. pen. & infra §. proxi. uersi. 2. & responsio refertur solum ad id quod principaliter quæritur, & non ad alia, quæ implicari seu subintelligi possent. quod
17 dic ut infra §. proxi. uer. 9. † Item ad penitus incertum non tenetur quis respondere, ut ff. de iureiur. qui iurasse. §. 2. & supra dixi nec ad impertinens. quod dic tamen ut ĩ. §. proxi. uersi. 1 & uersi. 2. Item quot modis sit respondendum: & quid iu-
18 ris sit de falso respondente. ĩ. §. nono. † In summa notandum est quòd licet principalis persona debeat positionibus respondere, ut supra §. 7. uersi. sed & secundum & infra §. octauo uersi. hoc quoque. & seq. tamen si per procuratorem litiget: tunc procurator positionibus respondebit, ut ff. eo. non solum. ff. ad leg. Aqui. proinde. §. 1. ex̃. de
y testi. ad hoc. aliàs incipit, præsentium. [y] & si ueritatem neget, uel quia ignorat, uel quia nec Deum timet: nec homines reueretur: principalis uocandus est, & cogendus est respondere, ut in præd. c. ad hoc. & ex̃. de iur. cal. in pertractandis. & C. de procu. l. fi. & ff. eod. si actor. & hoc per iuramentum, ut supra de iur. cal. §. restat. uer. quid si aliquid. in fi. tenetur ergo quis talem procuratorem constituere: qui sit instructus in facto, & qui respondeat ueritatem, ut in præ. c. in pertractandis. & C. eo. l. 2. §. si autem uel cognitus. & de dolo & contu. c. si respon. 1. supra de procu. §. 1. uer. item quod omnino. quia nisi iusta causa appareat: non habebit dilationem ad dominum consulendum.
x ex̃. de procurat. dilectus [x] ff. eod. si actor. C. eod. l.
19 fin. † Quid si procurator dicit se dubitare uel nescire libello uel positioni respondere, & uelit dominum consulere? Respondet papa not. in præ. c. in pertractandis quòd si id quod ponitur pertinet ad negotium principale condemnabitur in expensis quæ propter hoc fient: & arg. huius decre. & ar. ex. de procur. auditis. & c. constitutis & in præ. concor. Si uerò sit nouus articulus emergens qui forte prouideri non potuit, non imputatur domino si illum non instruxit, arg. ex̃. de iur. cal. cæterum. in prin. & de testi. fraternitatis. & de excep.
20 pastoralis. quare hoc arbitrarium est. † Porrò responsio eius qui absque mandato defendit non obstat principali. ff. de inter. act. si sine. §. si de-
a fensor, aliàs est lex [a] & iunge hoc quod est ĩ. §. 7. uer. hoc quoque, & §. 10. uer. sed pone. Iudex autem simplicem litigatorem uel etiam ad ineptam positionem non coget respondere, ut infra §. proxi. uer. 27. Vltimo not. quòd reus qui nec agit nec excipit de iure suo non cogitur respondere positionibus super eius defectibus factis, ut supra de act. seu peti. §. super actionibus. uer. reus quoque.

ADDITIO.

a *Interrogationes. De responsione credo, ut in instrumento continetur, uel huic simili, uide supra de teste. §. qualiter. uersicu. quid ergo si fit. de instrum. edi. §. nunc dicamus. uer. quid si quis.*

b *Negandum. Vide infra uersi. sed nunquid. ibi. & si iudex.*

Que

c Quod ponit. Verba Tan. ubi supra, usque ibi, nisi fortè.
d Tamen. ut Accur. in l. 2. C. de iu. calum. §. quod ob seruari. in fi. glo. ante pe. Host. autem in summa de iur. cal. §. quando. uer. sed nunquid. & uide Cy. in pre. §. in 13. q. in fi. & in q. sequen.
e Item not. Secundum Tan sub §. hoc modo.
f Scias. Secundum Tan. ubi supra.
g Et iurat. Quidam distinguunt hoc casu actorem à reo, ut actoris credulitas sit asserta, cùm agens debeat esse certus: sed in reo non sic. de hoc per Cyn. ubi suprà. in 11. q.
h Ius. Olim, hodie sic, ut de iur. cal. capitu. 1. l. fin. lib. 6.
i Econtra. Secundum Aegid. ubi suprà, concedit tamen quod sequitur.
K Licet autem. Verba Odof. ubi suprà, ante fi.
l Vel confiteor. Nec sufficit dicere, non confiteor. ut scripsi de testib. ex tenore, super 3. gloss. ubi etiam uide materiam sequentis uer.
m Respondeo. Secundum Aegid. ubi suprà. Adde Bar. in §. quod obseruari. & Imo. in c. ex parte. de rescri.
n Tamen. Secundum Vber. in pre. char. vlt. in prin. & eadem char. in prin. vlt. col. dicit quod res mali exempli est, cum id dicitur per aduocatum. sed si principalis suo ore indicat & aequitas monet iudicem, cùm habeat iustam causam dubitandi: iustũ est, dilationem dari. alleg. l. 3. & ultimam. ff. de inter. actio.
o Ex quo patet. Secundum Vber. de Bob.
p Aestimat. Super quo uerb. est gl. quam infrà allegabo.
q Dicamus. Hoc dixit propter Bonagui. cuius uerba sequuntur. de Accur. infrà dicam. Vber. de Bobio ista prosequitur in pre. char. fi. circa medium uersi. sic autem. de quo infrà dicam.
r Do. Io. dixit. Pil. magister noster dixit Bonagui. ubi suprà. praeclarissimus legum doc. Hoc autem dictum eis placet & mihi.
s Iuramento. Vt suprà. eo. §. in prin.
t De hoc. In gl. ante p. ubi quasi ad literam, sunt haec verba usque ad uersi. item quot.
u Mortuum. Satis placet haec responsio restricta ad suos terminos. Hoc dico propter Vber. de Bob. qui dicit ubi supra ad fi. 1. col. quòd haec responsio sibi pluribus annis placuit, sed postea displicuit: x quia credit illam Deo non gratam. quicquid dicatur etiam extra terminos istos uiget eius usus. Adde Bar. in d. § quod obseruari.
Autem. Venit ergo hoc per modum sub distinctionis, ad primum membrum quando quaeritur de facto suo: & sic ponit Guid. de Suz. ubi suprà. 2. Ex uerbis autem Vber. in uer. si autẽ. quem allegaui in prin. huius versicu. posset praemitti distinctio inter illas quae fiunt ante litis contest. & in his certum respondeat, & post: & tunc distinguatur ut supra, sibi tamen placet superior distinctio in utrisque.
y Incipit, praesentium. Lib. 6.
z Dilectus. Vide quod ibi scripsi super ultim. glo. & in pre. capitu. in pertractandis super uersicu. omnino.
a Est lex. Quid econuersò dixi suprà. de defensore. in fin.

SVMMARIVM.

Positiones quibus modis reprobentur, & de cautelis circa eas.

1 Positio quomodo dicatur superflua.
2 Superfluitas in actis est reprobanda.
3 Ponens impertinentia uel superflua an sit audiendus.
4 Positio ad negotium impertinens an sit admittenda.
5 Non praesumitur quis semper possidere qui semel possedit.
6 Interrogationem debet sequi responsio.
7 Superflua uel inutili probatione uel responsione uel dilatione nemo debet onerari.
8 Superfluum admittere securius est quàm necessarium omittere.
9 Ponens si dicat intentionem suam iudici ad aures, nolens aduersarium instruere, an tunc possit reus cogi ad respondendum.
10 Iudex qui auris sibilum patitur meritò suspectus habetur, nisi quod in aure audit, publicè proferat.
11 Positio obscura non est recipienda.
12 Positio ad quam non ipse contra quem fit, sed alius debet respondere, an sit admittenda.
13 Positioni tali cui non sit respondendum, an cogi possit quis respondere.
14 Respondere non cogitur quis quando ex responsione ei praeiudicatur.
Filius an debeat respondere positioni patris.
15 Positioni negatiuae an sit respondendum.
16 Dictiones tantùm & solùm, faciunt negatiuam implicitam.
17 Iudex an possit admittere positiones negatiuas.
18 Negatiua simplex positio, an sit probab lis.

Posi

19 *Positio generalis in genere generalissimo, non est admittenda.*

20 *Positio captiosa, an sit admittenda.*

21 *Positio non debet esse multiplex seu implicita, et continens seu implicans in se plures articulos, seu plura dicta.*

22 *Propositio unius particularis est falsa, eius vniuersalis similiter est falsa.*

23 *Responsio refertur solum ad id super quo principaliter fit quæstio seu probatio.*

24 *Positioni plures articulos continenti qualiter sit respondendum.*

25 *Positio generaliter facta, an possit per speciales positiones diuidi.*

26 *Positioni in qua continetur hæc clausula, & si nõ credis coniunctim, pono diuisim, an sit respondendum.*

27 *Positionibus sic est respondendum, ut per responsionem non deueniatur ad periurium.*

28 *Status mentis quintupliciter circa dubitationẽ considerari potest.*

29 *Positioni iuris an sit respondendum.*
Probare ius scriptum nemo cogendus est.

30 *Iura sint certa & finita & probata in se: & confessio in eis nil operatur.*

31 *Positio procuratoris de certo præmio contra dominum, an sit admittenda.*

32 *Remuneratio de iure facienda est iuxta laborem.*

33 *Positioni calumniæ, an sit respondendum.*

34 *Positioni dependentia iam negata ut sine periculo non possit confiteri, an sit respondendum.*

35 *Negans aliquid in genere, an teneatur alteri postmodum ponenti in specie.*

36 *Positio impossibilis uel contra naturam, non est admittenda.*

37 *Positioni implicita uel transposita seu remota vel repetita, non est respondendum.*

38 *Simplicitas amica legum dicitur.*

39 *Ponere nemo potest sibi contraria, aut contra id quod semel posuit.*

40 *Positio non debet fieri super crimine eius contra quem fit.*

41 *Ponenti de crimine commisso, notorio, & famoso, an sit respondendum.*

42 *Ponenti aduersarium suum excommunicatum esse, an sit respondendum.*
Excommunicatio non debet imponi, nisi pro peccato mortali.

43 *Sententia canonis semper ligat, & est iusta: hominis uerò sententia quandoque est iniusta, nec semper fertur pro crimine.*

44 *Ponenti iudicem uel executorem excommunicatum, an sit respondendum.*

45 *Positio duplex & alternatiua, an sit ualida.*
Positio quibus casibus non ualeat.

SEPTIMO Videndum occurrit, quibus modis positiones reprobentur, seu impugnentur: & de cautelis circa eas ad cuius rei no-
1 titiam plura sunt attendenda. † Primò, a
a attendendum est an positio sit superflua: puta si contingit uel eadem est cum iam facta, uel cum iam concessa, siue cum iam negata, uel si sit contraria iam factis uel iam negatis uel confessatis, sic fiat positio contra positionem quibus casibus non est respondendum, ex. de testi. cum tu. & de iure iur. ueniens. in fi. de coha. cleri. & muli. clericos. C. si aduer. uen. l. fi. ff. de pe. hær. si quis libertatem. §. fi. ua. a. cau. sta. licet. Nam si negat quod prius ponendo uel respondendo confessus est, uel econtra
2 in reatum periurij incidit. infrà. uer. 15. † Nam superfluitas in actis reprobatur. C. de præci. Impe. offe. l. fi. & resecatur, ut ex. in proœmio decre. §. sanè. imò etiam punitur. C. de appel. ampliorem. Sicut enim non admittitur quis ad probandum superflua uel impertinentia sic nec ad ponendum. ex. de off. deleg. cùm contingat. circa fi. in authẽ. colla. 5. de his qui ingre. ad appel. §. fi. ex. de excep. dilecti. & in concor. quæ sunt infrà. uersicu. 2. hoc
b tamen. [b] † Fallit quando post iuramentum redi-
3 gitur in positionem, quod prius deductum fuerat in petitionem non potest esse, & licitum uidetur ut propter reuerentiam iuramenti concedat litigator quod prius litem contestando negauerat, uel econtra. Instit. de pœ. teme. liti. circa prin. ff. de dam. infe. qui bona. §. pe. ff. de eden. ueluti. licet sit argum. contra in præ. §. in auth. de his qui ingre. ad appel. & ex. de prob. per tuas. & ut eccl. bene. ut nostrum. & C. de non num. pecun. generali-
c ter. [c] In talibus tamen subtilis aduocatus & cautus sæpe contraria reducit ad diuersa, & similia ad dissimilia, & impertinentia ad pertinentia, mutatis uerbis, sed sententia retenta, nisi iudicis prudentia obuiet. ff. de uerb. signi. natura cauillationis. & l. ea est natura. ff. de regulis iuris. ex. de his quæ fiunt à præla. sine consen. capi. cùm apostolicã. §. autoritas. extra, de translatio. inter corporalia. §. sicut autem episcopus. C. de legi. non dubium. C. de iudic. properandum. §. 1. ibi: nullus tã audax, &c. & uide infrà. de dispu. & alle. §. post hæc autem. & infrà. uer. 10. & uer. 14. & uer. 15. &
4 uersi. 17. † Secundò [d] considerandum est, an id
d quod ponitur sit ad negotium impertinens, id est quòd si probatum esset, non prodesset. Quod exemplifica, ut ff. de interrog. act io. si sine. §. si de peculio. alias si fideiussor §. fina. & l. si filius cùm patre. C. de probatio. ad probationem. 2. in fin. & 30. q. 5. iudicantem. in fi. ibi, adnecti conueniat. & in præd. decre. cùm contingat. in fi. C. ne uxor pro marito. l. fi. C. si mancip. ita fu. ali. ut ma. l. 1. extra, de except. dilecti. & cap. cùm olim. C. ad exhib. l. 2. §. fina. C. de prædijs & alijs re. mino. si quidem. argum. ff. ad l. Fal. in ratione 2. §. fi. & l. in quãtitate. §. fina. in fi. & tali positioni respondendum
non

non est, ut quia non tangit causam in libello inser tam. suprà. §. proxi. versi. item non est. Verbi gratia ago rei uendicatione contra te, tu ponis de mutuo: uel ago de matrimonio spirituali: tu ponis de carnali uel econtra. uel uolo probare me contraxisse cum Berta tali loco, & pono te comedisse die tali in tali loco, uel sic: ago interdicto unde ui, pro recuperando fundo, & pono quòd olim possedi ego & maiores mei: certè hoc non sufficit nec probatum sufficeret, nisi probem uel ponã quòd deiectionis tempore possidebam. extra de off. de-
5 leg. c. consultationibus. † Non enim præsumitur semper possidere qui semel possidet. ex. de causa poss. cùm ecclesia. Item impertinens est si fit de alieno facto, de quo nihil pertinet ad actorem uel reum, ut j. ver. quarto. Accur. tamen dicit tunc respondendum esse, ut no. C. de iuramen. calum. l. 2.
e §. quod obseruari. [e] Item etiam impertinens est si pono quòd clericus in aliquo contractu ex quo nunc agitur, promisit respondere coram iudice seculari, & renunciauit decret. si diligenti. quæ est ex. de foro competen. non enim ualet talis renunciatio, ut ibi. quod uerum est vbi agitur ex ipso contractu. Si autem agitur ut clericus ex hoc puniatur: tunc satis pertinens esset, ut ibi, & 11. q. 1. c. inolita. & c. placuit. Sed & potest esse impertinens circa ea quæ in libello continentur, ut patet in
6 præ. concor. & s. uer. proxim. & s. §. 5. in fine. † Et nota quòd cùm interrogationem debeat sequi responsio, ut 1. q. 1. §. ecce. quando cogendus est quis respondere interrogationibus seu positionibus, in quibus interest aduersarij quòd respondeat, ut ff. de interroga. actio. si defensor. §. illud quod. uerò est si certum est iudici quòd positio facit ad causam, ut ff. eod. de ætate. §. qui interrogatus. & ex. de testibus. ad hoc. Si uerò certus est quòd impertinens est: quia non facit ad causam: non de-
7 bet cogere respondere nolentem. † Quia nemo onerandus est superflua uel inutilia probatione uel responsione uel dilatione ff. de testib. l. 1. in fi. ff. de procura. non cogendum. §. fina. ff. ut in poss. leg. hæc stipulatio. extra, de elect. cùm Vintonien. & c. bonæ. in §. contra processum. ibi de facili comprobari, &c. & ff. de fideicom. liber. Thais. §. sororem. 22. quæstio. 6. §. fina. in princ. de pœn. distin. 7. qui egerit. ibi: nam si scirem tibi & mihi prodesse, &c. Si uerò incertum est uel dubitatur an sit admittenda uel non: tunc est in iudicis arbitrio, sicut & in quolibet dubio cogat uel non: tutius tamen est quòd cogat, quàm quòd non, et
f de confess. statuimus. in fi. ex. de appel. cùm specia li §. porrò. uer. ex certis. ex. de reg. iur. c. 3. ff. de interrog. act. de ætate. §. ex causa. & l. qui seruum. §.
8 in iure. & l. ubicunque. † Securius est enim super fluum admittere, quàm necessarium omittere: ut 13. q. 2. non æstimemus. cùm suis concor. C. de testa. testa. C. de eden. is apud. quia quæ ex superabundanti fiunt: non solent uitiare contractus, ut ff. de reg. iur. non solent. & faciat hoc iudex præmissa solita protestatione dicendo, responde saluo iure impertinentium, & utilius est cum hac protestatione litem abbreuiare, quàm eam superuacuis disputationibus protrahere. C. de iudi. properandum. §. illo proculdubio. & l. seq. §. patroni. C. de

postul. quisquis. §. præterea. æquitatem tamen iudex in dubio sequi debet. ex. de transact. c. fi. ff. de
9 eo quod certo loc. quod si Ephesi. † Quid si ponens dicit iudici ad aurem intentionem suam, nolens dicere publicè ne aduersarium instruat, ut ex. de fide instru. contingit? Dicit do. meus quòd si iudex euidenter deprehendat quòd eius intersit responderi: cogat reum respondere. ff. de inter. act. si fine. §. pe. Item iudex non debet esse præceps in reijciendo positionem. nam sæpe prima facie non uidetur facere ad causam: & tamen bene est pertinens. vnde ponens exprimat iudici intentionem suam, saltem ad aurem secundum do. meum, & iudex attendet æquitatem. ex. de trã
10 sac. c. fi. † Sed certè iudex qui auris sibilũ patitur: meritò parti alteri suspectus habetur, nisi quod in aure audit, publicè proferat. ex. de hære. cùm ex
g iniuncto. prope prin. 11. q. 3. nolite. 2. [g] Tertiò [h]
h quoque considerandum † est, an positio sit obscu
11 ra. quod si sit: & non recipitur dicetur ei, charis-
i sime declara positionem tuam [i] arg. C. de transac. ut responsum. ex. de spon. de muliere. C. de impu. & alijs substi. precibus. 4. distin. erit. ff. de iniu. prætor. §. quod autem. 34. q. 2. non satis. 28. q. 1. sic enim neque. in fi. ff. de reb. dub. in ambigua. & l. si libertatis. §. sed si quis. & ff. de suppelle. l. Labeo. propter dicta iura pone exempla. Fiat ergo clarè & apertè positio, ut patet in formis positis s. §. 5. Nam cùm omnis positio sit confessio siue asseueratio, ut infrà. §. 8. si sit ambigua, non est admittenda, quasi nil posuerit, ut infrà. §. nono. & in prædi. concor. Oritur autem obscuritas quandoque ex uerbo, quandoque ex oratione, ut patet in præ. cõcor. & ff. de act. empt. & uen. l. 1. & l. tenetur. §. fin. & ex. de sponsa. ex literis. & quandoque ex responsione, ut ex. de uerb. sig. cùm olim. ideoque clara & aperta debet esse responsio: sicut & ipsa posi-
12 tio, ut suprà. §. proxi. † Quartò [k] considerandum
k est, an id ponatur ad quod non ipse contra quẽ fit positio, sed alius respondere debet, ut ff. do inter. actio. si fine. §. alius. nec etiam de facto alieno, sed de facto aduersarij debet quis respondere, ut §. 5.
l ver. & no. [l] Quintò [m] considerandum est, an per
m responsionem si ad positionem fieret quasi ex quadam præcipitatione præiudicium fieret respondenti. nam tunc non cogitur statim respondere, ut ff. eod. l. qui interrogatur. & l. sequen. in princ. & §. interdum. & 6. quæst. prima. quarto. ex. de excep. cùm uenerabilis. prope princ. Sextò considerandum est, an ualde intersit ponentis quòd respõdeatur positioni: in qua re summaria cognitio
13 interponetur in præd. l. si fine. §. illud. † Septimò considerandum est, an sit talis positio cui non sit respondendum, ut puta si filius qui se à paterna hæreditate abstinuit, trahitur in iudicium quasi hæres: & trahens sic dicit pono te esse hæredem, certè non cogitur respondere, ut ff. eod. si filius. 2. & prætor eum tuetur, si tacuit ut ibi dicitur. & est hoc speciale in filio: & sic non est contra. ff. eod. titu. de ætate. §. qui tacuit. Vel dic secundum
n Ros. [n] quòd filius qui tacuit habetur pro negante. Si autem negasset se hæredem non tenetur:
14 nec enim mentitus est. † Item non est cogendus respondere quandiu dubitat de iure suo: & quando ex a

do ex responsione potest ei præiudicari. ff. eo. l. & quia. Est & alius casus in quo non est respondendum: puta si filius agit cum patre: in cuius potestate est. Non enim tenetur respondere patri: quia non est iudicium inter eos. Idem dico ubi aliàs iudicium non consistit, puta inter seruum & dominum, & huiusmodi, ut ff. eo. si filius. secundò. & l. fine. §. si seruus ff. de iudi. lis nulla. & l. non id-
15 circo. §. cum postea. † Octauò [o] considerandum
o est, an positio sit negatiua: quod si sit non debet ei responderi: quia qui negat non ponit, sed remouet siue sit negatiua explicita, scilicet non habens determinationem loci uel temporis, ut pone quòd non cognoui Bertam. ex. de fri. cap. secundo. uel non fui citatus. ex. de electio. bonæ. §. porrò. siue implicita, ut pono quòd tempore electionis quatuor ex canonicis tantùm præsentes fuerunt: arg. ex. de causæ possessio. & proprie. cum ecclesia. Et
p nota, [p] quòd hæ dictiones † tantùm & solùm, fa-
16 ciunt implicitam negatiuam: [q] & neutra prædi-
q ctarum negatiuarum poni potest. quod sic probo: positiones succedunt in locum probationum. unde id solùm ueniet in positione, quod in probatione, ut suprà uersicu. tertio. sed negatiuè: nulla est directè probatio: ergo nec positio. ex. de probation. quoniam contra. & in prædicto capitu. bonæ memoriæ. 1. §. contra legari. ff. de probatio. l. 2. 6. q. ultim. actor. ex. de causa poss. cum ecclesia, de
17 quo dic ut j. de probatio. §. primo. † Sed fortè excipitur, cum aliquid indirectè probatur ex. de testibus. ex tenore. C. de contrah. stipul. optimā. Item nisi negatiua habeat implicitam affirmatiuam: quod exemplifica, ut ff. de probation. si filius. 3. quæst. 9. iudicas. extra, de renuncia. super hoc, & de probatio. quoniam. in prin. & capitu. ex literis. & capitu. tertio. extra, de solut. is qui. ff. de probatio. cùm de indebito. Item excipitur, cùm qualitas facti nagatur. ff. de probationi. ab ea. Item ubi ius præsumit in contrarium. C. de codicillis. nec codicillos. ff. de donatio. inter uirum & uxorem. Quintus. ff. de proba. si pactum. & l.
s si chirographum. Vel potest dici secundum Rof.[r] quòd in prædictis casibus affirmatiuè fiunt positiones: ueruntamen licet negatiua non possit poni à parte: iudex tamen qui habet ex suo officio cuncta rimari, ut 30. quæstio. ultim. iudicantem. & 23. quæstion. 8. occidit. extra, de offic. iud. deleg. si per quæstionem. §. intentionis. potest & debet si uiderit expedire, ex officio suo interrogare super negatiua. argum. ff. de interro. act. l. pen. & ex. de fide instrum. cum Ioannes. ubi iudex facit interrogationem quam pars facere non poterat: cùm esset in causam conclusum. Accipe etiam exemplum prout not. C. de non num. pecu. in contractibus. maximè autem si interrogat super negatiua, ubi agitur de salute uel periculo animæ: argum. extra. de re iudic. lator. ad fi. Hodie uerò expeditum est: qui iudex potest admittere positiones negatiuas quæ non possunt probari nisi per confessionem aduersarij, si sibi æquum & expe-
s diens uideatur. extra, de confes. statuimus. [s] Si ergo sit æquitas, admittat eas, licet hoc non fiat de rigore iuris. quæ constitutio facta fuit secundum Vber. de Bobio, & Alber. Papi. & Homobo. dicentes quòd & si negatiua non possit directè probari: probatur tamen per obliquum, scilicet per confessionem partis aduersæ, ut sic fiat probatio per eum modum, per quem fieri potest, ut aliàs. ff. de procu. mutus. Vnde dicebam actorem cogendum tali positioni respondere. Pono quòd nihil tibi debeo: talis ergo æquitas præferenda est iuri. C. de iudic. placuit. extra, de transact. cap. fina. quam iudex semper debet habere præ oculis. ff. de eo quod certo loco. quod si Ephesi. cùm ponens probare non possit talem negatiuam: & is contra quem fit nouerit ueritatem, æquum est quòd respondeat, & quòd ad hoc cogatur: quia ad iudicem spectat ueritatem inquirere modis omnibus quibus potest. ut extra, de præsump. afferte. & iam supra dixit, & negatiua positio probatur solum per responsionem eius contra quem fit, nisi in casibus præmissis. Affirmatiua uerò si negatur potest probari per testes, ut ex. de testi. ad hoc. aliàs incipit,
t præsentium. [t] De negatiua autem sic potes ponere exemplum: Promisi tibi per instrumentum soluere decem usque ad annum, spe futuræ numerationis. anno elapso petis à me illa decem. unde de uidetur prima facie standum instrumento: ut ex. de fide instru. si cautio. Sed ego uolo probare me non teneri, dicens quòd nō numerasti mihi illa decem. si hoc uerum est constat me tibi non teneri: tamen id probare nequeo, cum sit negatiua simplex, ut supra. Possum igitur ponere sic.
18 FORMA. † Pono per sacramentum meū
u [u] quòd non numerasti mihi illa decem quæ à me petis. Item quòd nullus nomine tuo numerauit, certè cùm tu scias ueritatem, one ego per testes hoc probare possum: æquum est ut respondere cogaris. C. de non numerar. pecun. per totum. Instituit. de libel. obla. Potest quoque & aliud exemplum poni sic: Pono quòd rescriptum non fuit de speciali mandato domini, impetratum, ut ex. de rescript. nonnulli. & cap. ex parte. Hoc enim respondere debet: cùm ipse hoc sciat. & ego probare non possum: & sic in similibus secun-
x dum B. [x] Porrò in negatiua quidam distinguunt, nam si est præsumptio pro actore contra reum: puta quia dicitur homicidium commisisse, & ipse dicit se non fecisse dolo malo. Item si dicitur iniuriam uerbo dixisse. & ipse dicit se non dixisse animo iniuriandi: tunc potest reus ponere sic. Pono quòd non feci homicidium dolo malo: nec dixi uerba animo iniuriandi sicut dicitur C. ad l. Corn. de sic. l. prima. & de iniu. si non conuicij. & hoc poterit probare per eum modum qui procedere poterit sicut dicitur aliàs. ff. de procura. mutus. in princip. Nam probauit per confessionem aduersæ partis. Et facit extra de præsumptio. capitu. primo. Antiqui tamen qui simpliciter dixerunt: positiones negatiuas non esse admittendas: dicunt talem positionem admittendam. Pono quòd steti per totam diem extra ciuitatem, secundum Alber. Pa-
y pi. [y] † Nono [z] considerandum est an positio sit
19 generalis, in genere generalissimo? Verbi gra-
z tia: dico sic: Pono mihi fundum dari debere. Vel sic: Pono quòd T. mihi debet aliquid. Et certè talis positio est respuenda. Præstando enim fundum

fundum unius digiti, uel soluendo festucam libe raretur is contra quem fit: nec oportet eum laborare, opponente contra has positiones argumentum ff. de legatis secundo. Titia. responso primo. ff. de iure dotium. cùm post. §. gener. ff. de uerbo. signific. locus. Generalitas enim parit obscuritatem, ut ff. de iur. fisci. l. ita fidei. & obscuræ positioni respondendum non est, ut s. uersiculo tertio.

20 † Decimò [a] considerandum est an positio sit captiosa: puta quæ detegat periurium respondentis, quæ non est admittenda. Verbi gratia: pater conuentus iurauit nihil esse in peculio. unde constat quòd tutus est exceptione iurisiurandi: nisi pro rebus postea quæsitis pro quibus conueniri pôt. Finge igitur quòd post iusiurandum, aliqua res in peculio inuenitur: quæ tunc erat in ueritate: & ponit aduersarius sic: Pono quòd hæc res eo tempore quo iurasti erat in peculio: certè non tenetur pater respondere propter inconueniens, quod sequitur. nam si hoc confiteatur iam confiteretur per consequens se periurum, cùm iurauerit ipsa in peculio non fuisse. si uerò neget, deierat: cùm in ueritate fuisset in peculio. & præterea non proderit ei exceptio iurisiurandi: & poterit conueniri pro rebus pro quibus iurauit. quod est inconueniens: quia ex tali iureiurando, & actio & exceptio datur. Hoc probatur. ff. de iureiurando. qui iurasse. §. pater. & l. duobus. §. finali. & l. alias. & argumentum. C. de usuris rei iudica. & l. finali. in fine. Nulli enim laqueus est immittendus, ut uigesimasecunda quæstione prima. de uiduis. Vnde dicit Imperator: Non spectabis me autorem periurij. C. si aduersus uendit. l. 1. & extra de iureiuran. si uerò. Non est ergo respondendum positioni, cui respondendo uel contrarius esset primæ responsioni, uel sibi præiudicaret. ff. de petitio. hæredit. si quis libertatem. §. finali. De hoc infrà, uersicu. duodecimo. & 14. & supra uersiculo primo.

21 † Vndecimò [b] considerandum est, an positio sit multiplex seu implicita: & continens seu implicans in se plures articulos seu plura dicta: quod esse non debet. ff. de iure fisci. ita fidei. Verbi gratia: Pono T. rectorem talis ecclesiæ mihi debere centum. Vel sic: Pono Seium fuisse filiũ Mæuij & mihi debere. Vel sic: Pono quòd Seius filius Mæuij mihi debet centum, Vel sic: Pono quòd possideo talem ecclesiam pertinentem ad tale monasteriũ. Vel pono quòd possideo talem ecclesiam habentem curam animarum, & similia. Vtraque enim istarum positionum duo complectitur, quorum unum potest esse uerum, & alterum falsum simul & semel. quia potest esse quòd Seius est rector talis ecclesiæ, uel filius Mæuij: non tamen debet centum uel econtrà. unde reus implicitus & perplexus est, cùm uerum inficiari non debeat: & falsum asserere sit peccatum. extra de cri. fal. cap. 1. 11. q. 3. quisquis. 22. q. 2. primum. Poterit ergo dicere is contra quem fit, frater explica positionem, aliàs non respondebo, uel ipsemet explicet respondendo, dicens hoc, est uerum. illud, falsum. argumen. C. de impub. & alijs substitu. l. precibus. extra de sponsa. de muliere. ff. ad l. Corn. de fal. filius. respõso primo. & §. seq. extra de testa. c. Raynutius. & c. Raynaldus. uel si uelit cautius respondere, ubi unum est falsum, reliquum uerum, poterit simpliciter positionem negare, ut ff. de rebus dub. si is qui ducenta. §. utrum. quod potest facere secundũ

c regulam, [c] quæ dicit: † Cuius aliqua particularis

22 est falsa, eius uniuersalis similiter est falsa: argumento 9. distinct. si ad sacras. tertia quæstione nona. pura. ff. de ædilitio edicto. cum eiusdem. extra de hæreticis. fraternitatis. Nec per hoc uidetur utrunque negare, sed solùm copulam seu associationem. Verè enim possum dicere, non sum ho-

d mo & asinus. [d] Vel si uelis probare me hodie comedisse. & ponis sic: Pono quòd hodie comedisti in ecclesia. Certè si hodie non intraui ecclesiam, possum hanc simpliciter negare, licet hodie comederim. Vel si pono quòd in tali die percussisti talem clericum in capite lethali uulnere: certè licet percusseris: non tamen in capite, uel etiam in capite, sed non lethaliter potes negare simpliciter positionem. unde hoc casu debet quis distinctè ponere, ut suprà §. quinto. Sicut enim quidam

23 scripserunt, † responsio refertur solùm ad id super quo principaliter fit quæstio seu positio, ut supra proximo uersi. item non est. Verbi gratia, si uelim probare quòd mutuaui decem T. defuncto. & pono sic: pono quòd decem mutuaui T. cuius tu es hæres. Si illud simpliciter confitearis. uideris solum de mutuo confiteri: non autem quòd sis hæres defuncti: quia illud uidetur dictum demonstratiuè: non autem ponendo seu affirmando. arg. ff. de condi. & demon. cum tale. §. falsa. cum similibus. Vnde secundum eos, debet ueritas responderi, super articulo principali. Quidam tamen in talibus, & ubicunque positio in aliqua parte sui continet aliquid, quod negari possit. admittunt talem responsionem, non credo uel nego prout ponitur. sicut & admittitur illa responsio, nego narrata prout narrantur, ut suprà de lit. contesta. §. secundo. Alij dicunt quòd debet respondens dicere, hoc uel hoc modo, credo illud, uel illo modo: nego ut præmissum est. Curare debet ergo iudex, ut certum quid ponatur, & distinctè certumq; respondeatur. ff. de interroga. actio. l. de ætate. §. quod autem. & §. nihil. ff. de confess. certum. Fatuum est enim, sic multa in una positione implicari. unde cautus dicta diuidat, non commisceat, & diuisim respondeat: non coniunctim, ne decipiat, uel decipiatur. Parum enim interest in uitio de-

24 cipere, uel decipi. 16. q. 1. si cupis. † Cæterùm hodie prouisum est, ut si positio continet plures articulos: iudex debet positionem membratim diuidere: & postmodum sigillatim super quolibet articulo positionis faciat sufficienter à partibus responderi. Nec sufficit generaliter negare positionem, nisi ad singula in ea contenta respondeatur, ut extra de testib. ad hoc. §. primo. de consecra. distinctione. 4. quæris à me, circa medium. ibi, respõdet credis. & ad cætera, quæ singula quæruntur, sic respondetur, &c. Præmissa autem uera sunt, cùm plura copulatiuè in positione continentur. Disiunctiuè autem plura possunt in positione contineri, ut uidetur arg. in prædicto §. utrum. ff. de conditio. insti. l. 5. ff. de quæstionibus. repe. ex. de testibus. cum clamor. de rescrip. ex parte supra, ibi: dolo uel negligentia, &c. ubi de hoc secundum pa-

ram.

pam. [e] Insti. de here instituen. §. penultimo. Sed
certe nec sub distinctione plura in una positione
admittimus: nisi ubi est probabilis ignorantia, ut
in facto alieno. ff. de iuris & facti ignoran. regula:
quia qui ponit, certum ponere debet, sicut & re-
spondens, certum respondere debet, ut suprà pro
xi. & disiunctiua incertitudinem notat, ut ff. de
uerb. oblig. ubi autem. §. qui illud. ff. de iniurijs.
prætor edixit. §. quod autem prætor. & s. de litis
25 contesta. §. 1. in prin. † Illud autem certum est
quòd si positio fiat generalis: puta pono contenta
in libello uera esse, nihilominus adhuc poterunt
fieri speciales positiones super singulis capitulis,
ut in prædicta l. si is qui ducentę. §. utrum ita. sed
& specialibus factis, potest generalis fieri: quia
non est nouum, ut quibusdam specialiter pręmis-
sis, generalis clausula subsequatur, ut ff. ad l. Aqu.
si seruus seruũ. §. inquit lex. de tali positione. not.
s. de lit. contesta. §. secundo. uersicu. quid si prius-
quam. & suprà uersicu. primo. ibi: hoc tamen, &c.
sed an articuli sub disiunctione sint formandi, no.
26 s. de teste. §. nunc uidendum. † Quid igitur si
fiat talis positio: pono appellatum esse à tali iudi-
ce. uel ab eius delegato: & si non credis coniun-
ctim pono diuisim? Respond. non esse responden-
dum tali positioni, per prædicta iura: & sic obti-
nuit. nec ualet quod in ea dicitur, & si non credis
coniunctim, &c. quia non posuit coniunctim imò
diuisim. C. de uerborũ significatio. quidam. ff. eo-
27 dem. sæpe. † Duodecimò [f] considerandum est
ut sic respondeatur positioni, quòd per respon-
sionem non deducatur quis ad periurium, de quo
etiam dictum est suprà, uersicul. decimo. quod
contingit cùm anceps uel dubium tanquam cer-
tus respondet: asserens uerum esse quod fal-
sum est, uel econtrà. extra, de rescrip. cùm contin-
28 gat. † Quinque etenim status mentis possunt ex
lege colligi. Nam interdũ certus sum de eo quod
est & quandoque de eo quod non est: quandoque
puto esse quod est: quandoque puto esse quod non
est: & quandoque nec puto nec scio: ut probatur
C. de iure deliber. sancimus. §. primo. & §. simili
quoque modo. & §. sin autem dubius. C. de condi.
indeb. l. fi. de errore uerò ignorantia & titubãtia,
not. in Sum. Azo. in titul. de iuris & fac. igno. in
prin. & 38. distin. quamuis. prima quæstione quar-
ta. §. notandum. 22. quæstione secunda, in quibus.
In primis quidem quatuor casibus non est pericu-
lum, etiam post iusiurandum præstitum positioni-
bus respondere. sed in quinto sic, nisi negatio præ-
feratur. Nam potest esse quòd neque hoc neque
contrarium puto. quod enim si interroget an Rex
Franciæ, qui distat per 20. diætas sit in ecclesia uel
extra? Certè nec hoc, nec illud puto: quia nulla
ratio me inducit ad credendum hoc potius, quàm
illud: unde securè respondere possum non puto:
negatione prælata. Hoc probatur ff. de in liteni iu
ran. uideamus. ff. de actio. empti. & uendi. l. prima.
ff. de iureiu. iusiurandum. & ad pecu. in fin. respon.
29 1. & dixi suprà de ui. uer. sed nunquid. † Decimo-
tertiò considerandum est an positio sit iuris, uerbi
g gratia: pono [g] quòd impubes non potest condere
testamentum: secunda quæstio, sexta. §. diffinitiua.
Vel pono talem legitimè uel secundum iuris, or-
dinem uel ritè processisse: uel aliquid canonicè
uel iustè factum esse: certè his positionibus, & si-
milibus non cogitur quis respondere. nam non co
gitur quis probare ius scriptum: sed factum. ex
30 quo ius oritur: ergo nec ponere. † Quia iura certa
sunt, & finita, & probata in se, unde confessio in
eis nil operatur. ff. de iuris & fa. igno. in omni. &
l. plurium. & extra, de appel. sæpe. in prin. & arg.
secunda quæstio. tertia. §. notandum. prope prin.
ibi: nam facti quidem, &c. ff. de origi. iur. l. secun-
da. §. si uerò. C. de postulan. l. secunda. nec respon-
dens debet ius dicere seu declarare in propria cau
sa: imò ad iudicem pertinet facto probato, discer-
nere inter ęquum & iniquum, iustum & iniustum:
inde dicitur iudex, quasi ius dicens. extra, de uerb.
signific. forus. §. in omni. Si quis ergo interroget,
an ius ita uelit: non ualet: quia si confiteatur in-
terrogatus contra ius: non ualet: ut ff. de interro.
actio. confessionibus. & l. se. §. fi. uel si confitetur
ius esse quod non est: nisi fortè de consuetudina-
rio iure quæratur, quia tunc & poni & probari po
h test super consuetudine. [h] C. de ædifi. pri. l. tertia.
C. quæ sit lon. consue. l. secunda. C. de eman. l. se-
cunda. extra, de consue. cùm dilectus. extra, de
uerb. signif. abbate. & patet infrà in tractatu libel.
i in ritu. de consuetu. lex tamen uidetur dicere [i]
quòd ad positionem iuris tenetur quis responde-
re, quia de hoc, potest esse quæstio inter partes
k quandoque. ff. de iureiuran. l. fina. [k] extra, de fide
l instrumen. pastoralis. [l] † Sed pone, procurator
31 agit contra dominum ad salarium & facit posi-
tiones qualiter administrauit, procurauit, & labo-
rauit: demum posuit sic: Pono quòd pro hac pro-
curatione merui centum libras. nunquid est ad-
mittenda talis positio? Respondeo, non uidetur:
quia uidetur esse iuris ex eo quod dicit merui.
32 † Nam remuneratio de iure facienda est iuxta la-
borem. ff. mandati. si remunerandi. ex. de renũcia.
nisi cùm. §. quippe. duodecima quæstione secun-
da. charitatem. septima quæstione prima. in prin-
cipio. de pœniten. distinctione tertia. pium. extra
de censibus. procurationes. Contrarium puto. nam
licet remuneratio sit debita de iure: & ideo peti-
tur: tamen æstimatio remunerationis, de qua peni
tur facti est: quia meritum respicit seruitium &
laborem de quo positum erat, ut iuxta illud ipsa
fiat. & hoc erit iudicis æstimare seruitio & labore
33 probatis. † Decimoquartò [m] considerandum est,
m an positio sit calumniosa uel per quandam calli-
ditatem & subtilem discussionem seu interroga-
tionem inducens ad concedendum quod iam ne-
gatum est, ut in hoc exemplo. pone enim quòd
in prima positione aduersarius meus negauit Lu-
cium fuisse suum procuratorem: deinde ego pono
sic: pono quòd Lucius tanquam procurator fecit
excoli uineas tuas. Item pono quòd uendidit uina
tua. Item quod culturam uinearum tuarum ad-
ministrando peregit. Item pono quòd mandasti
ei, ut quæ pręmissa sunt, uel aliquod ex eis faceret.
Si ergo hoc concedat: manifestè concluditur con-
trarium eius quod prius negauerat. Cùm enim
procurator sit qui aliena negotia mandato domi-
ni administrat, ut ff. de procurat. l. 1. iam liquido
patet ex præmissis per quasdam callidas positio-
nes

nes esse concludendum contrarium iam negatis. Et sic potest intelligi ff. de reg. iur. ea est. & l. nam cauillationis. ff. de uerb. significat. Nec dico non esse respondendum, sed cautè, & cum deliberatione esse respondendum. Possunt quoque & alia exempla illi legi adaptari, ut ff. de le. 2. si debitor. respon. 1. ut & ibi no. & uide s. uer. 1. & j. uersi. proxi. Item cauillosa est quando per eam quis inducitur ad confitendum id quod facere non tenetur. Verbi gratia: instrumentum tibi edi debet sine die & consule, ut j. de edi. instrumen. §. uidendū uersi. facienda. nunc tu uis positiones facere, per quas perueniatur ad notitiam diei & consulis. certè non debes audiri per hanc uiam. ff. de tuto. &
n cur. scire oportet. §. r. ff. de sponsa. oratio. [n] & uide infrà proxi. ibi: item si negaui. & facit ff. de pe-
34 titio. hæredi. si quis libertatem. §. fina. † Decimoquintò considerandū est, an de positio sit depen-
o dens à iam negata, [o] ut sine periculo non possit eam confiteri. quod si uerum est: non debet sic respondere, ut ff. de interrog. actio. & quia. §. fina. Negato enim principali, per consequens negata sunt quæcunque sequuntur uel dependent ex eo.
p [p] argumen. extra de fide instrumen. inter dilectos. prope fin. extra de hæret. fraternitatis. 16. quæst. 7. sed hoc diximus. C. de legibus. non dubium. Verbi
q gratia, [q] pono quòd T. uendidit mihi talem fundum, reus hoc negat: deinde pono quòd dictus T. dictum fundum mihi tradidit. Hæc quidem positio non est admittenda: tum quia dependet ex prima negata: quia si reus ad eam respondet, posset de facili anceps periurium incurrere, quod iudex uitare debet. extra de iureiuran. si uerò. & quòd metus causa. cùm dilecti. & C. si aduersus uendi. l. secunda. tum quia hoc probatum me non releuaret: quia nuda traditio non transfert dominium. ff. de acqui. rerum domi. traditio. ff. de donatio. nuda. Vel sic: Pono quòd impetraui rescriptum: tu negas. Deinde pono quòd illius rescripti autoritate fui receptus in canonicum, uel fuit mihi prouisum, uel quòd illud quod præsentaui, & similia: certè hæ positiones non sunt admittendæ, tanquam dependentes à prima negata, ut s. uersi. proxi. & uide s. uersicu. primo. Patet ergo quòd contra id quod negaui: non debet admitti partis positio uel iudicis, seu partis interrogatio. ut nota. ff. de iureiurando. qui iurasse. §. pater. & l. eum qui. §. in popularibus ff. de noxa. quoties. §. fina. C. de iuramen. calum. l. secunda §. primo. & quod principali negato, non teneor respondere positioni, quæ sine principali uera esse non potest. Verbi
r gratia: [r] Ponis uel dicis me contraxisse cum Berta, quod ego nego: consequenter ponis quòd solui ei, uel recepi ab ea decem: certè non teneor respondere: quia dos sine numero, esse non potest, ut C. de donatio. inter uirum & uxorem. l. fina. ff. de iure dotium. l. tertiâ. 30. quæstione quinta. nullum. quod uerum est: ubi agitur de matrimonio tantùm. secus si de matrimonio, & de dote simul. Tūc enim negato matrimonio bene tenetur respondere de dote. Nam aduersarius releuatur à probatione dotis, si eam confiteor matrimonio probato. Item si negaui te à sententia talis iudicis appellasse: non teneor respondere tibi ponenti quòd
35 appellationē huiusmodi fuerit prosecutus. † Iterū si negaui aliquid in genere: non teneor respondere tibi ponenti postmodum in specie. Verbi gratia: ponis me tibi animalia subtraxisse: nego. deinde ponis me tibi boues subtraxisse. Certè non teneor respondere: quia per primam responsionem, huic intelligor respondisse. argumen. ff. de ex-
f ceptio. rei iudica. si cum testamento. [f] §. primo. & argumentum 14. quæstione quinta. pœnale. 32. quæstione quarta. c. meretrices. 19. distinctione. si Romanorum. Item si negaui aliquid simpliciter: & postea ponis de certo modo non teneor respondere, Verbi gratia: Ponis me esse uel fuisse hæredem Titij: ego nego, deinde ponis me esse uel fuisse hæredem eius pro semisse uel quadrante. Certè non teneor respondere: nam simpliciter me negando hæredem: negaui me pro aliqua parte esse hæredem. Secus autem esset si sic dixisset: Pono te esse hæredem T. in totum: & ego negaui, & postea dixit: Pono te esse hæredē T. pro parte: tunc enim teneor respondere: quia possibile est quòd non sum hæres in totum, sed pro parte sic. & hoc uerum est si forma petitionis patitur positiones prædictas fieri, alioquin non teneor respondere, nisi
36 tangant negotium principale. † Decimosextò considerandum est, an sit impossibilis uel contra naturam, quæ non est admittenda, puta si aliquis ponat aliquam uirginem peperisse, præter gloriosissimam Mariam. 27. q. 2. §. cùm ergo. Vel si ponat interfectum esse eum, qui uiuit. ff. ad l. Aqu. inde Neratius. §. fina. Vel si ponat patrem mino-
t rem [t] esse filio. Instit. de adop. ff. de inter. act. con-
u fessionibus. [u] & l. seq. §. fina. Vel si ponat factum eius, cuius nomine actio cum alio esse non potest. ff. eo. l. si cuius, & in præ. l. confessionibus. Vel si pono eum seruum, qui mortuus est. ff. de inter. act. si autem §. primo. & breui et non potest poni, quòd confessatum non ualet. de quo dicam. j. tit.
37 proxi. † Decimoseptimò generaliter considerandum est, an positio sit implicita uel transposita, uel remota uel repetita. Plerumque enim cauillosi à remotis incipiunt ponere: & inter multas positiones, aliquam implicitam uel respicientem remotam ponunt, uel præpositam repetunt: quia quæ in præfationibus præmittuntur, in sequentibus repetita intelligūtur. ff. de uerbo. oblig. Titia. ff. de cond. & demonst. auia. de quo simplex sibi non cauet 22. q. 4. innocens. & sic cauillosus ab euidenter ueris ad euidenter falsa eum deducit, per breues mutationes, & subtilia argumenta. ff. de reg. iur. natura cauillationis. & l. ea est natura. ideoque permittitur ut si simplex sit clientulus, aduocatus eius de licentia iudicis pro eo ponat & respondeat. extra, de iud. pastoralis. & quæstioni addit. ff. de adulte. l. si postulauerit. §. quæstioni. quod intellige prout no. suprà. §. tertio. uer. sed & patronus. Caueat ergo ne causam negligat, sed inuigilet. argumen. ff. de his quæ in frau. cre. pupillus. in fin. extra, de offi. primi. c. unico. in fin. secundum dominum meum. Nullus enim capiendus est in sermone. ff. de iureiuran. l. qui iurasse. 22. q. 4. unusquisque. & quæst. 2. quæritur. & q. 5. quacun-
38 que. & c. sequen. † Et simplicitas est amica legū. Institu. de legiti. agna. suc. §. & hæc. de fideicommiss.

miss. hæred. §. sed quia. C. de fur. l. fi. §. tales. & ueritatis. extra, de iureiuran. ueritatis. Quia tamen dicunt, quòd quantumcunque clientulus sit simplex, ipse debet respondere, & non aduocatus in facto. Sed nec iudex simplicem, qui non apprehendit an positio sit rectè concepta uel non, coget ineptæ positioni respondere: imò ex officio suo de
x bet eam reijcere: x ut j. de offi. iudi. §. deseruit. uersic. ante litem. & uersi. post litem. & §. impedit.
39 & supra. §. 5. ubi not. † Decimooctauò considerandum est, an ponens sit sibi contrarius. quod dic ut supra §. 5. in fin. uel an positiones sint sibi contrariæ: non enim potest quis ponere contra quod prius posuit: alioquin erit sibiipsi contrarius. ff. quando appel. sit. l. prima. §. si alius, extra, de appel. solicitudinem. in fin. nisi fortè alleget iustam causam prioris ignorantiæ. ff. de inter. actio. de ætate. §. interdum. & §. ex causa. & §. fin. sed nec etiam ualet positio, in se continens contrarietatem ff. de reg. iur. ubi repugnantia. & uide infrà, §.
40 proxi. in princip. † Decimonono considerandum est, an positio fiat super crimine eius, contra quē fit. quod esse non debet, siue agatur de crimine per modum accusationis, siue inquisitionis, siue exceptionis. non enim cogitur aliquis respondere se criminosum, iuxta illud, non tibi dico ut te prodas. quod dic ut j. de teste. §. iam nunc uidendum. y uersi. sed nunquid quæretur. z argumen.
z contra. extra, de elect. dudum. 2. ubi electus respondit super pluralitate beneficiorum: sed potest respondere, quòd ibi non nixus, sed libens respondit. Eodem etiam modo responderi potest, ad decre. eo. titu. per inquisitionem. & ad illam extra, de confes. c. secundo. ubi de hoc secundum papam. & alia similia. Item contra, de accusati. si constiterit. Sed illud intellige, prout nota. infra, de inquisitio. §. nunc tractemus. uersic. inquisitores quoque. Item contra quinquagesima distinct. ex pœniten-
a tibus. ubi de hoc. Item contra, 2. quæst 8. sciant. a
b Innocen. quartus no. in præ. decre. dudū b quod super notorijs seu manifestis per sententiā uel alio modo, tenetur respondere: quia tunc peccatum esset clarè ut extra, de coha. cler. & mu. tua. super occultis non. Item & super his, quæ impediunt executionem officij, uel retentionem beneficij, etiam post peractam pœnitentiam: ut j. de legato. §. iuxta. uersi. sunt quoque. quia in hoc, eius utilitas procuratur. argum. 23. quæst. 5. prodest. Quod dic ut ibi no. & in præ. decre. de confes. secundum eum. Item si dissimulatio criminis periculum inducit: ut hæresis, uel dilapidationis, in quibus periculum est, si occulta sint. extra, de accusa. qualiter. 2. 22. quæst. 1. si quis per capillum. Item si sit infamia super crimine: an etiam tunc cogeretur infamatus se suo & aliorum iuramento purgare. 5. quæst. 5. presbyter. & quia peccatum est sustinere infamem in dignitate. 25. distinct. primum. Item de hoc ipso an sic condemnatus de crimine uel confessus, debet respondere: quia hæc quærere uidetur quæri an sit notorium, de quo respondere debet: cùm sit peccatum tales sustinere, ut dixi.
41 † Sed quid si ponatur quòd aliquis crimen commisit? Item quòd illud est notorium? Item quòd est fama? Respon. de notorio & fama debet respondere, ut dixi: & si neget famam & notorium, non tenetur respondere an crimem commiserit, cùm non teneatur se publicare, ut dixi. Si autem confessus fuerit se diffamatum, uel aliàs probatum fuerit: tunc quæritur ab eo an crimen commiserit.
42 † Quid si pono aduersarium meum excommunicatum esse? Videtur secundum hoc quòd non tenetur respondere: quia excommunicatio non debet infligi, nisi pro mortali 11. quæst. 3 nemo. & c. certum. argumen. contra: quia excommunicatio, medicinalis est, non mortalis. 2. q. 1. multi. in princi. extra, de senten. excommuni. cùm medicinalis. in princip. Dic quòd si sit positio super sententia canonis, non tenetur quis respondere: secus si super sententia hominis: ut extra, de offi. deleg. pruden
43 tiā. §. sexta. Et est ratio: † quia sententia canonis semper ligat, & est iusta: hominis uerò sententia, quandoque iniusta est: nec semper fertur pro crimine extra, de sen. excommu. à nobis. & 11. q. 3. ca. 1. quia potest esse lata sine iusta ex rationabili causa eo. titu. inquisitioni. 11. q. 3. §. ergo. & quandoque nulla: puta lata post appellationem: ut extra, de appella. ad præsentiam. & de senten. excommu. solet. cùm suis concord. & in his quæ uo. secundum papam extra, de testi. cogen. ca. 1. & sic obtinuit. Et de hoc tetigi supra, de act. seu pet. §. pen. uersicu. sed nunquid habet. ibi, & propter hoc di-
44 cimus. † Quid si pono iudicem uel executorem tuum, excommunicatum esse? Dic quòd respondere teneris, cùm per hoc non te prodas. Sed quid si sit positio super defectu ordinis scientiæ uel ætatis? Dic ut supra, de actio. seu peti. §. super actio-
45 nibus. uersicu. reus quoque. † Vicesimò non ualet positio, si sit duplex, & alternatiua: imò singula explicanda sunt, & ponenda. ff. de minor. prætor. §. si mihi. Xxi. non ualet, si fit ab eo, qui non po
c test esse in iudicio. ff. de interro. actio. si sine §. 1. c Xxij. non ualet, si non tenet iudicium inter personam actoris & rei. ff. eodem si filius cum patre. Xxiij. non ualet, si sit super re tempore finita: puta si res mea fuit, quæ est tempore præscripta. argumen. C. de non nume. pecu. in contractibus. §. illo obseruando.

ADDITIO

a *Primò. Secundum Ros. usque ad uersic. in talibus. est sciendum quòd Bonag. sex ex infra scriptis prosequitur, & hoc ordine. & idem Aegid. quia primò unam, secundò & tertiò prosequitur secundam. quartò 15. quintò primam. sextò decimaseptimam, in qua plus instat: addit demum Bonagui. octauam quæ est infrà 16. Odo. ubi supra posuit ex his 13. in prin. sui tractatus.*

b *Tamen. Fortè Ros.*

c *Generaliter. Huic contrario stari posset, si totum quod fuit in petitione simul iteraretur in positione. secus si per membra, ut no. in cle. de uer. sig. sæpe. uer. & quia. in gl. 2.*

d *Secundò. secundum Ros. usque ad uersic. & tali.*

e Obseruari. In gl. antepe. ultra medium. sed non fateor quòd glo. teneat quòd de facto sic limitato ut dicit autor teneatur pars respondere: uult ergo quòd respondere teneatur de facto alieno supra quod pertinet ad causam: & sic ibi dicebat dominus meus. ut etiā ponit Cy. ubi suprà. in ult. q. & uide quod dicā super uer. quando. in fine. Adde quae dicatur positio impertinens. Bar. et Bal. in l. cùm ui rū. C. de fideicom. ubi dicitur quòd pōt fieri positio de iure praesumpto. Et an stante statuto quod positioni impertinēti quis teneatur respōdere. si sit notoriè impertinēs. Imò in l. dies cautionis. ff. de dā. infe. tenet quòd non, pro quo faciunt no. in l. 1. ff. quod ui aut clā. Quid aūt si quis positioni impertinenti respōderit, an sibi praeiudicet? Vide Pau eius cons. ul. et an iudex pōt cogere respondere positioni impertinenti. uide per episcopum Alex. in c. solicitudinem. extra, de ap.

f In si. lib. 6.

g Nolite 2. Facit quod no. C. de iu. cal. l. 2. §. quod obseruari. in gl. ex hoc. ad fi.

h Tertiò. Secundum Rof. huius mens usque ad finem.

i Positionem tuam. Cui declarationi nō obstabit terminus datus ad ponendum, ut dixi suprà, de teste. §. nunc uidendum. super uer. hoc etiam nota.

k Quartò. Secundum Rof. & idem numerus.

l Et no. Aduerte: quia ibi & hic dicitur, quòd de facto aduersarij debet quis respondere. & ibi praemittitur quòd de facto aduersarij debet actor uel reus ponere: & sic uidetur inepta locutio. Si enim actor debet ponere de facto aduersarij: ergo nō respondet reus de facto aduersarij, sed de proprio. & sic in reo ponente de facto aduersarij: & sic actor respondebit de proprio. sed in hac materia factum proprium & aduersarij, sunt connexa. In terminis pono quòd mutuaui tibi hoc factum utriusque: & in casu quo factum esset in uno commodum respicit reliquum uel incommodum: per quod conclude quòd de facto proprio & de facto aduersarij, & de facto tertij, si faciunt ad causam poni potest, & responderi debet. de tertio patet exemplum quintum in §. 5. Item si non facit ad causam etiam in facto proprio uel aduersarij non procedit positio, ut patet suprà. uersi. 2. in prin.

m Quintò. Secundum Rof. iste uer. & sequens sub eisdem numeris.

n Secundum Rof. ubi suprà. uer. 7.

o Octauò. Secundum Rof. sub eodem numero. sed hic longè plenius.

p Et no. Secundum Aegi. ubi suprà. c. 24.

q Negatiuam. Extra de causa pos. cum ecclesia. C. de iur. om. iud. l. iuris ordinem.

ADDE Bal. in l. cum te. C. de prob. & in l. 2. eo. ti. & in § quod obseruari. de iu. ca. per uenissimos in l. inter stipulantem in fi. de uerb. ob.

r Secundum Rof. ubi suprà.

s Statuimus. lib. 6.

t Incipit. praesentium. lib. 6.

u Per sacramentum meum. Quod potest esse de ueritate, sed sequens de credulitate.

x Secundum B. eius dictum posui in 4. gl. decre. prima de conf. s. super qua addidi tertium exemplum secundum Host. cùm ponitur diaecesa. non instituisse.

y Secundum Alber. Pap. & Vber. de Bo. ubi suprà, ante si allegant l. optimum. alleg. suprà post prin. & ff. de eo quod cer. lo. l. non utique.

z Nonò. Secundum Rof. sub eodem numero.

a Decimò. Secundum Rof. sub eodem numero.

b Xj. ut suprà, sed hoc longè plenius.

c Secundum regulam quam ponit Tan. ut suprà. §. qualiter. ad fi.

ADDITIO. Adde Bal. consi. 403. inci. quòd non fit. co. 2. uer. non obstat. in 5. uo. quòd ubi oratio est in parte falsa tota oratio negari potest: & quae dicatur oratio uniuersalis, quae particularis, quae indefinita & quae singularis, uide Bar. in l. si ita. ff. de leg. 2. Hen. Fer.

d Homo & asinus. secundum Rof. sed sequens exemplum fuit Tan.

e Papam. Ibi uide in gl. not. argumentum.

f Xij. secundum Rof. Sub eodem numero quasi ad literam.

g Pono. Vide quod dixi suprà, de testi. §. nunc uidendum in prin.

ADDE quod scribitur in repet. l. ubicunque. de interro. act. & per episcopum Alex. in c. saepe extra. de ap.

h Consuetudine. secundum Odof. ubi suprà, post prin.

i Dicere. Placet Rof.

K L. fin. circa medium legit, ubi innuitur de iure dubitari posse. solue ut ibi not. quod ius ibi ponitur pro qualitate facti. Idem Guide Suza. ubi suprà, 1. decre. innuit quandoque dubitari an aliqua constitutio sit decretalis: tene quòd ubi talia dubia occurrerent, quae iustè mouerent iudicem, posset fieri positio, dummodo tutè poni possit, & responderi. i. sine periurij metu.

l Pastoralis. quod non teneatur, bene probatur. ff. de auro & argen. le. l. ornatricibus.

m Xiij. secundū Rofre. & hic finitur eius numerus.

n *Oratio. secundum Albe. Gal. ubi suprà circa medium.*

o *Iam negata. Non sic in confessata, quod satis patet. & scripsi de confes. cap. 1. lib. 6. super gloss. puta.*

p *Ex eo. Ad hoc C. de codicil. l. prima. ff. de iniust. rup. & ir. te. nam & si sub conditione. in fin.*

q *Verbi gratia. secundum Aegid.*

r *Gratia. Hæc exempla ubique ad finem huius uer. ad literam sunt Odof. ubi suprà.*

s *Testamento, aliàs, si cùm argentum.*

t *Minorem. Scilicet ætate, non statuta.*

u *Confessionibus. Pulchrè dicit lex illa, quòd falsæ confessiones debent cum naturalibus conuenire.*

x *Reijcere. Secundum Aegid. alleg. de exce. pia. lib. 6.*

y *Nunc uidendum. Debuit dicere, iam nunc de interrogatorijs. ad fin.*

z *Quæretur. Vbi tam de teste quàm de producente tractatur.*

a *Sciant. Sed ibi dicat per documenta & indicia, probari de confessione nihil dicit. Gof. tamen in Summa de tem. ord. in fi. uer. in secundo casu. uidetur tenere interrogatum in iure, teneri de suo crimine respondere. Allegat. 11. q. 3. quisquis. 35. q. ulti. c. 1. & pe. qui alleg. glo. in pra. c. ex pœnitentibus. Item Tho 2. 2. quæstio. 69. arti. 1. Inducitur etiam lex qui petitorio. ff. de rei uen. & lex ult. C. de fid. instru. per quas patet quòd quis tenetur respondere an dolo desierit possidere, uel instrumentum habere: & constat dolum malum esse delictum. ff. de dolo. l. 1. de bo. auth. iud. pos. l. prætor. §. fin.*

ADDE *ut per Bart. consil. 193. ubi de Spec. hic mentionem facit, & ibi ponit an uxor heres instituta à marito rogata restituere pro anima sua, illis pauperibus, quibus ipsi uxori placuerit, & ipsa uelit restituere spurio testatoris, an teneatur respondere, si accommodauit tacitam fidem testatoris de restituendo spurio: & concludit quòd sic.*

b *Dudum. Vbi scripsi in §. tandem in gl. super processu.*

c *§. 1. Vide suprà, eod. uersi. 7. de his duobus.*

SVMMARIVM.

De effectu positionum.

1 *Ponens, an possit negare uerum esse quod posuit, aut dicere quòd errauit.*

2 *Mendacium & falsa negatio, tollit priuilegium, quòd aliàs in eodem negotio quis haberet.*

3 *Asseueratio falsa punitur in maiore & minore, doli capace.*

4 *Principalis respondens quibusdam positionibus, si recedat contra præceptum iudicis, antequam omnibus responderit, an habebit pro confesso? & nu. seq.*

OCTAVO Loco iuxta seriem propositionis, uidendum occurrit de effectu positionum. Et quidē is est, quòd is qui ponit aliquid, eo ipso quòd ponit, uidetur cōfiteri id, quod ponit: ut infrà §. decimo. uersi. quid si actor. Nam non debet quis ponendo asserere, nisi id, quod scit uel credit. Ideoque dicimus quēlibet ponentē esse interrogādum per iuramentū præstitum, an sciat uel credat seu existimet uerum esse quod ponit: ut s. §. 5. uersicul. oblatis. Et dato etiā quòd non interrogetur, uidetur credere uel æstimare quæ ponit: si bene aduertantur capitula, quæ in iuramento calumniæ continentur, quod quidem iuramentum ad omnia, quæ fiunt in lite, extenditur. Inde est, quòd contra positiones suas quis nō auditur. Indecens nanq; ualde est, quòd quis sua uoce dilucidè protestatus est, in eundem casum ualeat suo testimonio infirmare: ut extra, de proba. per tuas. C. de non nu. pec. generaliter. ff. de do. si patronus. §. 1. Ergo certum est,[a] quòd tam ponens, quàm is, qui confitetur quod positum est pro confesso habetur: ut ff. de confes. l. 1. & C. e. l. unica. ff. de inter. act. de ætate. §. si cùm esset. Et hæc uera sunt, nisi certis remedijs confesso, uel quasi confesso, succurratur. inter quæ prius illud generale occurrit, quòd error facti ante sententiam, confesso non præiudicat. C. de iur. & fac. ign. error. extra, de confes. c. fina. infra. §. fin. uersicu. sed pone. & uersicul. item si ponens. Sunt & alij multi casus, in quibus confesso succurritur, & de hoc aliqua infrà, de confes. dicemus.

1 † Sed secundum præmissa quæritur id, quod sæpe de facto contingit, an scilicet ex positione, quam negaui, possem me aduersus ponentem iuuare: uel ipse se aduersus me ex ipsa negatione? Et uidetur quòd sic. Nam ponens non potest negare uerum esse quod posuit: nisi fortè se errasse dicat, ut iam dixi: & sic me ex ea iuuabo. In contrarium facit, quia ex instrumēto uel teste quod negaui uel impugnaui, non possum me iuuare. ex. de censi. cùm olim. & de testi. præsentis. præterea si uerum negaui, & ille falsum posuit: ex falsa positione se iuuare potest. Si uerò positio sua fuit uera, & negatio mea falsa: debeo propter mendacium perdere omne commodum, quod habebam ex positione ipsa, ut ff. si ex noxa. causa agatur. l. secunda. §. primo. ff. de noxa. si seruus depositum. §. fi. ff. si quadrup. pau. fe. di. l. prima. §. si commune. de rei uendi. l. fi. ff. de fideiuss. si dubitetur. §. primo. & ff. ad l. Falci. hæreditatum. §. fi. ff. pro soc. si unus. ff. de re iud. sed hæc ita. §. fin.

2 † Men-

2 † Mendacium enim & falsa negatio, tollit priuilegium, quod aliàs in eodem negotio quis habe ret. C. ad Ma. l. prima. ff. quod cum eo, qui in aliena pote. si ex mona. §. primo. C. si contra ius uel uti. pu. l. 2. & l. rescripta. extra. de rescrip. super literis. ff. ad Velle. si decipiendi. C. de non nu. pecu. auth. contra, qui propriam. C. qui po. in pign. ha. auth. si possessor. ex. ut eccle. bene. ut nostrum. ff. de proba. cùm de indebito. C. ad l. Aquil. contra negantem. ff. de inter. ac. similis. C. si minor se
3 ma. di. l. secunda. ff. de min. minor. † Item falsa asseueratio punitur in maiore, & in minore doli capace. ff. de dolo. eleganter. §. si. & duabus legib. seq. & l. quid enim. & l. quod uenditor. §. fin. Inst. de fideicom. §. fi. C. de fideiuss. l. fi. ff. de suspec. tu. l. tertia. Dic quòd neuter contra alterum se po test muare ex positione negata scilicet, negans contra ponentem. nec econtrà: ut extra. de proba. per tuas. quoniam quilibet suam turpitudinem allegaret, quia contra dictum suum ueniret: scilicet ponens contra suam assertionem, & respondens contra suam negationem. Et hoc uerum est, nisi se doceret errasse. C. de transact. l. transactione. C. de seruo pignori. da. l. quarta. C. de his, quæ in frau. credi. l. tertia. & in prædi. decret. ut nostrum. extra, de dona. cùm dilecti. de concess. præben. cùm super. & de pœna mendacij posset puniri: ut in prædict. concordan. & facit ad hoc quod not. suprà, de excep. §. uiso. uersicu. sed quid si debitor. & infrà, de appel. §. nunc breuiter. uersicu. sed pone. & suprà, de reconuentio. §. primo, uersi. fi. & infrà, de loc. & con duc. §. nunc aliqua. uersi. 65. & seq. Hoc quoque nota quòd per positiones & responsiones, ad eas non fit litis contestatio. quod dic ut suprà de litis
b contestatio. §. secundo, in fine. [b] † Item quæri-
4 tur: ecce, principalis respondit quibusdam positionibus: iudex uerò sibi præcipit ne recedat, donec responderit omnibus positionibus: ille autem spreto mandato, recedit ad patriam suam: quæritur an debeat haberi pro confesso. Respon. non: quamuis sit aliàs contra eum, tanquam con-
c tumacem, procedendum: & obtinuit. [c] de hoc
5 infrà, §. secundo. uersicul. item ponit. † Quid si pro illo compareat procurator uolens absentis contumaciam purgare, & dictis positionibus respondere? Respon. obtinuit, ut non admittatur. Non enim potest moram purgare, cùm dominus melius nouerit ueritatem & negotij naturam. C. de procu. l. fin. extra. de iudi. iuris.
d [d] & uide suprà. §. sexto, uersicu. in summa. Quid si idem procurator petat se admitti tanquam defensorem? Respond. obtinuit eadem ratione, ut non admittatur. Si igitur diffinitiua sententia contra talem feratur, quia præsens plenè docuit de iure suo: ualet, & tenet: & sic obtinuit hoc casu, & præcedentibus de mandato domini Clementis papæ quarti. quæ sententia per nos lata quamuis à multis peritis impugnaretur: & licet dura uideatur, tamen pòst uarias discussiones, bis extitit confirmata, non obstante appellatione per dictum procuratorem interposita: quia contumax non auditur appellans: ut s. de cõ tumacia. §. primo, uersic. & no. nec alius eius nomine. Nec obstat, si dicis quòd licet esset con tumax quo ad articulum positionum, non ideò debet quo ad alia contumax reputari: ut in eod. ti. §. uiso. uersi. en dic. quia hæc est talis contumacia, ex qua pendet tota quæstio: ideo nõ erat pro-
e curator ad alia admittendus. [e]

ADDITIO.

a *Octauo loco. est secundum Rof. ubi suprà. uersicu. eff. ctus.*
ADDE, *versic. primo, quod. idem uoluit Pet. de Anch. consil. 209. & Bald. con l. 389. primo libro.*
b *In fi. Imò uersi. antepe. qui fuit hoc Rof.*
c *Obtinuit. Hoc declaratur infrà. uer. 2.*
d *Iudic. iuris. lib. 6.*
e *Admittendus. Nimis durum est dicere, quòd contumax super positionibus. non citetur ad reliqua: quod uidetur hoc placere Gul. Tu contrarium teneas, ut plenè scripsi de confes. cap. 2 lib. 6. in ult. gl. ubi uideas responsionem ad rationem Gul. quã hic ponit.*
ADDE, *quod Bal. consi. 182, incipi. statuto ca uetur, tenet quòd contumax in respondendo positionibus in termino sibi statuto à statuto uel iudice, non potest moram purgare, nisi subsistente causa legitima.*

SVMMARIVM.

De pœna non respondentis, uel falso respondentis.

1 *Pœna quibus casibus non respondenti positionibus, non debeatur.*
2 *Tacens in iudicio interrogatus, contumax reputatur.*
3 *Tacens est, qui nil omnino respondet, nec fatetur, nec negat.*
4 *Tacens habetur pro negante, cùm damnosa est sibi negatio, & pro confesso habendus est, cùm damnosa esset ei confessio.*
5 *Obscurè dictum, habetur pro non dicto.*
6 *Aduocatus docens clientulum falsa respondere, tenetur parti alteri de damno, hac occasione euento.*
Aduocatus potest docere clientulum respondere, quatuor modis.
7 *Veritatem negans, uarijs afficiendus est pœnis.*
8 *Negans, & se non credere respondens, an diuersimodè puniendi sint.*
Responsio de crimine, atquè praeiudicare potest,

etiam se dubitare, ut supra §. 6. De primo siquidem modo, multi consueuerunt confiteri, aduocati sæpe suis clientulis dicentes, si hoc confitearis, câm perdes: nec dicunt, si id negaueris, animã
l perdes. & facit e x̄. de simo. Matthæus [l] in fi. & §. 5. uersi. oblatis. & ex eo duplex præmium consequuntur. s. damnum animæ suæ, quod est inæstimabile: ut s̄. §. 5. prope fi. & pecuniæ, quod incurrit clientulus, ut iam dixi. nulli enim expedit negare ueritatem: ut ff. de tribu. illud. §. pe. quæ negari non potest: ut in libro feudo. quo tempore miles inuestit. petere debeat. c. fi. imo nocet sæpe
7 etiam corpori. † Quia ueritatem negans, uarijs afficitur pœnis. Exempla habes ff. de rei uend. l. fi. ff. si quadru. pau. fe. di. l. 1. §. pe. ff. ad l. Aquil. inde Neratius. §. hoc autem. ff. quod cum eod. l. fi. in fi. ff. de fideiuſ. si dubitetur. §. 1. C. de non nu. pe. authen. contra. C. qui po. in pig. hab. authen. item si
m pos. [m] e x̄. de cri. fal. c. 1. 33. q. 5. hæc imago. 22. q. 4. quo sacramento. & q. 5. si quis conuentus. e x̄. ut eccle. bene. fine di. con. c. unico. 5. q. 5. §. sed aliud. & s̄. de teste. §. 1. uer. item corruptas. & seq.
8 † Sed nunquid est differentia, quo ad pœnam inter negantem, & se non credere respondentem? Nam leges loquuntur de negante. C. ad l. Aquil.
n contra negantem. Certe non, quo ad Deum, [n] uel quo ad ius naturale. e x̄. de sum. trini. c. 1. in quo rusticitas uel simplicitas uel ignorantia non excusat. C. de in ius uoc. l. a. de in integ. restit. l. 1. in authen. ue non luxu. contra na. in prin. 37. dist. §. fi. Item etiam in alijs non interest in facto proprio respondentis: maxime si fit recens: sed in alieno bene interest. ff. ad Vel. quanquam. ff. de acqui. hæredi. cum falsum. uel dic quòd nulla est differentia, dicat quis: nego, uel, non credo: sed est differentia inter proprium factum, & alienum negatum, uel non creditum: ut in suo non credens uel negans puniatur: in alieno non nisi certificatus perseueret in negatione uel in non credendo. ff. de l. ho. exhib. l. 3. ff. de tributo. illud. §. pe. ff. depo
o siti. si quis inficiatus. secundum Vber. de Bo. [o] Ego dico plane, quòd æque præiudicat responsio de credulitate, sicut & scientia: ut s̄. §. 6. uersi. hoc ta-
9 men. † Item nota quòd ubi quis non respondet clare, ponens sumat inde quod sibi est utilius. ff. de
p iudi. si quis interrogatus. Tam autẽ notat P quòd respondens obscure, cogendus est clare & aperte respondere; sic ut certum dimittat iudicem: ut supra uersi. quid si. & in præ. l. de ætate. §. nihil de confes. certum 28. q. 1. sic enim, prope finem 4. dist. erit. de pœ. dist. 7. c. 2. Alioquin. pro non responso habetur: ut in præ. §. nihil. & in ea. l. §. qui autem. & ad hoc facit e x̄. de sponsa. ex literis 1.

ADDITIO

a *Conditio. Secundum Rof. ubi supra ad finem.*
b *Secundum Rof. ubi dixi in prin. §.*
c *Dixit. Vbi supra uer. hoc modo. & not. hoc dictum de conf. ßis. c. 3. lib. 6. in glo. penult.*
d *Retulisti. Quam hodie non habemus, sed ex ea sumpta fuit de. re. secunda de confes. lib. 6 ut ibi not. in 1. glo.*
e *Habetur. Vidi dubitari cum uere confessus probato errore poßit probare contrarium confeßionis. & de hoc infra tit. proxi. §. sequitur. uer. 3. an idem poßit iste ficte confessus: & an sibi necesse tunc sit errorem probare? Et uidetur quòd non quia error non cadit in ficto. Poterit ergo & sufficiet probare contrarium. ad quod duæ leges inducuntur ff. de inst. quoniam. ubi dicitur, accusatum de crimine, qui paciscitur, haberi pro confesso. sed si accusatus de adulterio det accusanti pecuniam, ut desistat: si postea appareat innocens, illam repetit.*

ADDE, quando positio habetur pro confessata, & quando poßit reuocari: uide Angel. consilio 136. Bald. consilio 182. 1. libr. & ibi si non fuit responsum in tempore, an poßit purgari mora: & an si statutum dicat quòd quis teneatur per se respondere positioni: si mittat procuratorem, an debeat haberi pro confessata. Bal. quòd sic, eius consi. 122. 3. lib.

ADDE tu, quòd hoc non procedit, quando iussus respõdere, esset contumax, & libellus erat ineptus: nam tunc huiusmodi libello non respondens non habetur pro confesso. Vide Lanfr. in repet. c. quoniam contra. in §. responsiones. in 2. col. uer. praeterea. extra de probat. sed quid si ista iussus respondere, fuerit contumax & habitus pro confesso, si ante sententiam moriatur in hac contumacia: an iudicium transferatur ad heredes: uide Lanfr. in repet. c. quoniam contra. §. responsiones. extra de proba. ubi quod non.

f *Secus puto. Intelligo quo ad ius ponentis. Nam quo ad respondere debentem, non puto secus, sed idem.*
g *Secus forte. Et sine forte, ut not. in pra. decret. secunda de confes. in glo. per hanc.*
h *Secundum Azo. qui hoc not. idem hoc Rof. in fi.*
i *§. 1. 2. & 3. & 4. 5. & 6. in interrogationibus procedat. hoc in positionibus, non ubi satis est ponenti quod habet intentum, ut not. de confes. c. 2. lib. 6. in glo. pen. in fi. & ut ibi scripsi, diuersitatis ratio est, quia iudex in dubio interrogat, nec iurat: pars uero ponit certum, & iurat.*
k *Item not. Intrãt uerba Vber. de Bo. ubi supra, scilicet charta ultima post princip. uer. de tuis. ubi etiam ponebat solum tres modos, ubi statim autor quatuor ponit. bene tamen prosequutur quartum de credulitate, sed includebat illam sub negatione, uel confeßione,*

l *Mattheus. Vide quod super hac dictione scripsi de Dyno super 1. gloss. decre. prima de confess. lib. 6.*

m *Possessor. Quod hic interposuit Vber. & uide supra §. 6. sub uer. hoc tamen. & illis continuatur uer. hic sequens.*

n *Deum. dixit Vber. quòd aliàs esset differentia inter non est Deus, & non credo Deum.*

o *Vber. de Bobio ubi dixi.*

p *Autem not. Vbi supra uer. hoc modo in prin. Adde quando quis dicatur obscure respondere, & an debeat haberi pro confesso, Bald. consi 238. 3. lib.* ADDITIO. *Adde tu quod si quis non respondeat positioni suo tempore, non habetur pro confesso. Ita sing. uoluit Bald. in l. 1. col. fi. uer pone. C. si plures una senten. & not. Fran. Cremensis not. 109. incipi. statuto cauetur. Hen. Fer.*

SUMMARIUM.

De quibusdam dubijs circa positiones.

1 *Iudex an possit cogere respondere inutili positioni.*
2 *Actori contra se ponenti, an sit in eius praeiudicium respondendum.*
3 *Verbum omne, nihil excipit.*
4 *Procuratore alicuius interrogato super positione, si dicat se nihil scire aut nihil credere, an dominus habebitur contumax tanquam neminem constituens procuratorem.*
5 *Confessus positionem contra se factam, si statim uelit eam negare, uel econtra, an sit audiendus.*
6 *Positioni bis aut dupliciter respondens, cui responsioni standum erit.*
7 *Ponenti papam scripsisse ut prouideatur, an sit nulla scriptura adhibita, respondendum.*
8 *Verbum semel emissum, irreuocabile uocatur.*
Ponens, eo ipso quòd ponit, dicitur confiteri, nec potest salem confessionem reuocare.
9 *Positiones seu interrogationes, quibus facile potest actor in iudicio capi.*
10 *Reus an possit ponere sub conditione.*
11 *Debenti centum in diem, uel sub conditione, si petendo ponatur in causa quòd debet centum, qualiter erit respondendum.*
12 *Actor lite contestata ponens contra debitorem, qui debitor dicit se conditionaliter debere, adijciens, & non alio modo, an uideatur confessus.*
13 *Reus non uidetur fateri quod non sentit, nec actor in iudicium deducere, quod non sentit.*
14 *Inesse uidentur, quæ incontinenti fiunt.*
15 *Actor simpliciter ponens de debito, si reus respondeat, pone quo modo: an teneatur probare actor quo modo sit tibi debitum.*
16 *Actor debet certum ponere: sicut & reus certum confiteri.*

DECIMO sequitur uidere de quibusdam dubitabilibus. Vnde primo nota quòd ad quamcunque positioné pars respondere non cogitur, de iure illam iudex ad
1 mittere non tenetur. † Sed quid si pars adeò est simplex, quod non discernit an positio sit admittenda uel respuenda, nunquid iudex coget eam respondere inutili positioni? Respond. non, imò ex officio suo eam reijciet. In hoc enim officium iudicis exuberat: ut ff. de interro. actio. l. 1. sicut contingit in libello inepte composito 2. quæstio. ult. l. libellorum 11. q. 1. sacerdotibus. & in publice excommunicato, quem ex suo officio repellit. ex. de excep. exceptionem. uel hæretico, uel infami. 2. quæst. 7. alieni. ei enim est probatio facienda, & ideo ipse superfluam uel inutilem reijcere
2 debet. † Quid si actor per imperitiam uel malitiam, facit talem positionem, quòd si reus eam confiteatur, actor succumbet: nunquid nocebit actori? utique. argum. ex. de rescrip. ex parte decani. §. fin. ex. de diuor. ex literis. Potest enim contra se ponere uel confiteri, & creditur ei. 14. quæstio. 2. §. 1. ff. de interroga. act. de ætate. §. primo. Nam quod quis ponit, illud intelligitur confiteri, ut su-
3 pra. §. proxi. in prin. † Item pone ecce datæ sunt positiones, & responsum est ad eas pro parte: de-
a inde iudex præfigit terminum ad alias dandas:[a] & præcipit reo ne recedat, donec sit omnibus positionibus responsum, sed nihilominus recedit fortè ad patriam suam: quæritur an pro confesso debet haberi: & uidetur quòd sic: licet responderit quibusdam. Nam iudex dicendo de omnibus, uidetur intellexisse tam de datis, quàm de dandis: quia qui omne dicit nihil excipit. extra, de maio. & obed. solitæ. ff. de serui. ur. præd. l. si seruitus. 2. Respon. & in prædi. §. qui tacuit. hoc enim casu bene potest iudex præcipere, quòd personaliter
b ueniat. extra, de iudi. iurisdi.[b] C. de procu. l. fi. argumen. contra, quia uidetur solum intellexisse de datis, quibus erat iam pro parte responsum: non de dandis. Ideoque non uidetur contumax quo
c ad dandas. argumen. extra, de re iu. abbate.[c] extra, de eccle. ædifi. ad audientiam. Ego non haberem talem pro confesso, maxime in spiritualibus si dimisit legitimum procuratorem. Nec ob. decre. retulisti. inducta supra proxi. uer. uerum. quia ibi absentans se, nullum dimiserat loco sui.
4 & ibi loquitur in causa ciuili: & sic obtinuit. † Sed pone quòd, procurator alicuius interrogaé super positione, dicit se nihil scire: interrogatus etiam quid credat, dicit se nihil credere? Dicunt quidá quòd talis non est legitime constitutus. Vnde dominus,

minus, est pro contumace habendus. argumen.
contra. C. de his, qui ad ecclesias confugiunt,
præsenti. §. cum autem monitus. C. de iudicijs.
propetandum. §. sinautem.. Alij dicunt quòd
satis est legitimè constitutus, ex quo in actis & ad
iurandum constitutus est. De hoc supra §.6. uer-
sicu. in summa. Item nunquid ubi ago possesso-
rio, possum ponere aliquid tangens petitorium?
De hoc dic ut supra de teste. §. nunc uidendum.
5 in princip. uersi. sed pone. † Sed pone, confessus
sum positionem contra me factam, & statim uo-
lo eam negare, uel econtra: nunquid sum audien
dus? & uidetur quòd sic: quia errantis consensus,
nullus est. C. de iur. & fac. igno. cum testamen-
tum. & l. se. nec tenet errantis confessio. infra
titu. proxi. §. sequitur. uer. 3. Nemo enim exi-
stimandus est dixisse, quod mente non cogitauit.
ff. de sup. le. l. Labeo. & qui dicit aliud quàm uult,
&c. ff. de rebus dubijs. in ambiguo. Ad idem ex-
tra, de appe. cum causam. extra, de offic. deleg.
cum olim. 1. prope fi. extra, de testi. cogen. præ
terea, argumen. contra. quòd omnino standum
sit eius primæ confessioni. ff. de donat. si patro-
nus. §. sed magis. C. de rebus cre. si quis iusiu-
6 ran. de hoc infrà uersicu. item si ponens. † Quid
si dixit, confiteor, siue credo sic, imò sic. Re-
spond. statur tunc ultimæ responsioni: ut ff. de
hæredi. instituen. l. si ita scriptum. Si autem adij
ceret tertio: imò sic, ut prius dixi: tunc uacillat:
ut extra, de causa possessio. & proprie cum ec-
clesia. & uide supra de teste. §. 1. uersi. item quod
7 testes sunt uarij. & sequen. † Quid si fiat talis po-
sitio: pono quòd papa scripsit quòd mihi proui-
deretur sub tali forma, uel alia, de aliqua scriptu-
ra faciens mentionem: nunquid teneor respon-
dere, si litera apostolica, uel scriptura non exhi-
beatur? De hoc infra, de instrumen. edi. §. nunc
8 dicamus. uersicu. quid si quis. † Item si ponen,
eo ipso quòd ponit, uidetur confiteri id quod po-
nit, ut sæpe dictum est supra: quæritur, an pos-
d sit talem confessionem reuocare [d] & certe uide-
tur quod non. Nam semel emissum, uolat irre-
uocabile uerbum: ut 43. distinct. §. fin. de proba-
tio. quidam. C. de non numera. pecunia. gene-
raliter. extra, de proba. per tuas. Econtrà uidetur
quòd possit reuocare: ut C. de diuor. licet. ff. e. si
pœnituit. ff. de hæredi. insti. si ita. in princi. Dicũt
e quidam, ut Ioan. de Deo, [e] quòd si data est in scri
ptis positio: ut suprà, §. 5. prope finem: tunc non
potest reuocari: secus si non sit scripta: quia tunc
non uidetur esse data, arg. extra, de electi. scriptũ.
& de cõfessis. ex parte. Sed certè talis opinio plus
quàm fatua est. Nulla enim ratio suadet quare po
tius reuocetur non scripta, quàm scripta positio:
cùm scriptura solùm fiat ad solennitatem: ut in
prædi. §. 5. uersic. item no. & probatur. C. de fide
instru. l. 1. & 3. & ff. de pign. contrahitur. Vnde di-
co quòd ex quo in iure siue in iudicio cum deli-
beratione proposita est, siue sit scripta, siue non,
ex quo de ea constat, non potest reuocari. argu-
men. extra, de confes. ex parte. de lit. contest. c.
unico. de electio. dudum. 2. nisi ponens doceat se
errasse. ex. de confes. cap. fi. & de appella. c. cùm
causam. C. de iuris & facti ignorantia. error. Intel
lige autem proponi, siue uerbo in iudicio propo
natur, siue in scriptis de iudicis præcepto porriga
tur, prout moris est fieri: & probatur extra de
probatio. quoniam contra. de hoc suprà uersicu.
9 sed pone confessus. & §. proximo. † Hoc quoque
diligenter notandum est, quòd in quibusdam a-
ctionibus, possunt fieri quædam positiones seu
interrogationes actori, in quibus poterit facilè
capi. Si enim agit petitione hæreditatis, uel quo-
rum bonorum: & tu ponis eũ possedisse post mor-
tem eius: de cuius hæreditate nunc agitur, sequi-
tur absolutio: ut ff. de petitio. hæredita. si non tan
tum. Institu. de interdictis. §. adipiscendæ. Item
in Publiciana, si ponas sic: pono si emisti, quòd e-
misti à uero domino. Ipse enim statim, nisi sit be
ne sapiens, respondebit quòd sic: & ex hoc sequi-
10 tur absolutio. ut ff. de publi. l. prima. † Sed nun
quid reus potest ponere sub prædicta conditio-
ne, scilicet dicendo, si res tua fuit, eam præscri-
f psi, uel à te emi, uel si debui solui: & huiusmodi. [f]
Et certè uidetur quòd sic: cùm non sit prohibi-
tum: imò concessum uidetur. extra, de excep. cùm
uenerabilis. Nam ex parte rei, accipitur iudi-
cium sub hac conditione, si collusum non est. ff.
de dolo. eleganter. §. penultimo. ergo pari ratio-
ne, poterit poni sub cõditiõe. Ad idẽ C. de præscri
ptio. lõgi tẽporis. emptor. & l. si quidẽ. cõtra: quia
qui respondit, certum respondere debet: igitur &
ponens, certum ponere debet: quia par debet esse
utriusq; conditio: ut suprà. §. quinto. uersic. item
11 qui. † Quid si debes mihi centum in diẽ, uel sub
conditione: ego petens debitum, pono in causa ꝙ
mihi debes centum: qualiter respondebis? Quia
si negas debitum, mentiris: quod facere non de-
bes: ut uigesimasecunda quæstione secunda, cap.
primo. & capitulo sequenti. Si confiteris, iam
tibi præiudicat, nisi probes diem, uel conditio-
g nem, quod facere debes [g] ut infra, titu. proxi-
mo. §. primo. Si sub conditione respondeas non
admittetur responsio, ut iam dixi? Respond. di-
cas simpliciter debeo, uel non debeo pure. Et
super hoc uide. ff. ad legem Aquiliam. l. inde,
& lege proinde. ff. de interroga. actio. confessio-
nibus. C. de confessis. l. unica. ff. eodem lege
prima. & l. non fatetur. & l. fin. secundum Vber.
h [h] & extra, de exceptio. cum uenerabilis. extra,
ut ecclesi. bene. capitulo unico. Dic ut supra de
12 exceptio. §. uiso. uersic. tu ergo. † Sed pone,
lite contestata actor sic ponit: Pono quòd debes
mihi centum: reus respondet se conditionaliter
promisisse. adijciens, & non alio modo, uel for-
te hoc non adiecit. quæritur, an uideatur pure
confessus, nisi probet conditionem: an econtra
uideatur negasse: nisi actor probet puritatem uel
i conditionem extitisse? [i] Et quidem uidetur reus
confessus, nisi probet conditionem: & uidetur
esse actoris confessio per eius confessionem, quia
actor negat confessionem, & ille debitum confi-
tetur, secundum ea quæ not. in præ. uersi. tu er-
go. Duo enim dixisse uidetur, scilicet se pro-
misisse: & sub conditione promisisse: ut est alias
simile. ff. de arbi. Celsus. §. 1. & extra, de dolo
& contuma. cum dilecti. Unum ergo ex istis, sci-
licet promissio, est contra se, cui fides habetur.

non facit ad causam. Dicebat ergo reum allegantem conditionem, onus probandi in se transtulisse: cùm illa sit exceptio, in qua reus est actor. ff. de exce. l. 1.

l Conditione. Dic secundum Alb. Gal. cuius fuit iste uersi. ad literam, excepto fine, ubi suprà. uersicu. antepe.

m Debet. Prima placet, per quam etiam uitamus perplexitatem suprà proximæ quæstionis.

Bald. de positionibus.

DE materia positionum uide supra, de teste. §. positiones. & §. sequen. Contra fictionem nõ admittitur confessio: ergo nec positio. infra. tit. seq. §. contra. Positio, est breuis oratio seu narratio, factum continens ad eliciendum ueritatem conceptã. Prius debet fieri positio, quã ueniatur ad aliquod probationum genus. §. 2. in fi. G. Non intelligitur quis facere positionem, de iure aduersarij. ff. fami. er. l. si fami. ercis. Aduocatus non facit positionem, sed dictat tanquàm pica in persona clientuli: quia non est pars. uer. sed patronus. G. nec etiam respondet aduocatus positionibus, imò arcetur à conspectu respondentis. uer. eo. G. Consiliũ tamen præstat aduocatus, ne ineptè ponatur. eod. §. uer. pe. G. Nã consilium iuris, ad eũ pertinet. G. uide infra. §. quando clientulus. Post conclusionem in causa, iudex põt facere interrogationem, si aliqua oritur ambiguitas super iam actitatis: super nouo autem articulo, interrogare non potest. Si uerò est conclusum, omnia potest etiam post peremptorium quia peremptorium nõ ligat iudicẽ. § 4. ver. quin imò etiam postquam. & ver. seq. G. Licet pars se adstrinxerit ad probandum per testes uel instrumẽta, tamen potest facere positione: quia isti actus nõ sunt contrarij, sed affines & connexi. ver. sed quid si altera. G. Præsumptio non est uera probatio. ff. de condi. & demon. l. Lucius. per Cyn. G. Qui renunciat omni generi probandi, non potest facere positiones. ver. item quod si. G. & indefinita renunciatio, æquipollet uniuersali. uer. & nota quod. G. uide C. de compensa. l. neque in uersic. responsum. no. G. Si positio rei, est præiudicialis positioni actoris, & eam interimit: prius debet responderi positioni rei, quàm actoris. uersicu. pe. G. & sic positio præiudicialis impedit processum responsionis. quod not. uide supra, de dila. §. 1. respondetur. G. Reus non debet festinare in positionibus faciendis. uersiculo fina. G. Tantum est dicere, pono quòd tu fuit, & absque eo, &c. quantum facere positionẽ negatiuam. C. de proba. l. actor. in 3. q. per Cyn. Bald. Confessio facta in iudicio præsumitur nõ esse erronea: notat Dyn. in c. quod semel. de regu. iur. libr. 6. Confessio erronea non potest reuocari post conclusionem in causa: ut no. in c. fi. de resti. in integ. lib. 6. in Nouel. An negans præsumatur malitiosè negare: no. in l. non prius. C. quando fisc. vel priua. Ad probandum aliquem esse excommunicatum, eo quòd percussit clericum, fiunt positiones. §. uno. ver. 1. G. Formans positiones habeat libellum præ oculis, & iuxta eius tenorem formet positiones. Nam positiones debent fundari super libello uel circa libellum, scilicet positiones actoris. versicu. formatis enim. & uersi. & not. G. uide supra de teste. §. positiones. Qualiter in rei uendicatione & hypothecaria formentur positiones. uersi. scias cognoscere naturam. & uersicu. in summa. G. Qui negat se debere decem potest rursus interrogari de minori summa. Idem in tempore. uersicu. hoc autem. G. Vnde negatio maioris summæ, non negat minorem. secus in liberatione. ff. de pæn. l. si unus. §. si tibi decem. B. Caue à positionibus contrarijs. uersicu. fin. G. C. de lib. causa. l. cùm precum. etiam reus potest contra talia excipere, non tamen ponere. G. Bald. Vbi positio fit sub aduerbio canonicè vel legitimè, uel simili, est positio iuris. uersiculo etiam quinto nota. G. Qui excipit, non ponit. Item qui agit, non ponit nisi ius suum. ff. fami. ercis. l. familiæ. Bald. Si sententia patitur consilium eius, contra quem ponitur affirmatiuè est negare. §. 6. circa princi. G. Qui semel negauit super eodem uel circa idem, seu connexum uel dependens, non cogitur amplius respondere. vide. l. filius. in princip. ff. de fal. nam potest dicere supra esse responsum. ff. de usufruc. accre. l. fundi Trebatiani. uer. si igitur iterato. G. C. de transac. l. ut responsum & l. precibus. per Cyn. B. sicut positio non debet esse implicita uel multi membris: sic nec responsio seorsim, sed debet fieri sigillatim. uide in cap. præsentium. de testi. lib. 6. in uerbo sigillatim. uer. quidam tamen. G. Incerta positio, pro nulla habetur. ff. de lega. l. Titiæ textores. B. Positio tamen generalis, non est nulla ipso iure, sed per exceptionem ut no. in l. fi. C. de anna. exceptio. B. Qui respondet ad quod non debuit, sibi præiudicat. ff. de inter act. l. si sine. uersicu. hoc autem scias. G. nisi responderit sub protestatione: ut no. in c. cum contingat. de offi. dele. per Ber. sed illud de impertinentibus. Secus de pertinentibus: quia confessio derogat protestationi. & uide ff. de quæstio. l. maritus. & infra. §. positio superflua. Aequè præiudicat confessio de credulitate, sicut & de ueritate. de iureiu. c. ex literis

teris.uer.hoc tamen.G.Hoc in ciuili negotio.secus in criminali: ut l fi.de cri.expila.haredi. secundũ Bar.uide glo. in l.2.§.quod obseruari.C.de iuramen.calum.per Bar. An quis ex iusta causa possit recedere illicentiatus, not. in cap. si postquam. de elec libr.6.in nouel. G. uide infra. de appel.§.ille qui comparet. Nota quòd terminus assignatus absenti, non currit nisi à die notitiæ.C. de excusa.tuto.l.quanquam.& sufficit notificari personaliter, uel ad domum: ut ibi no.& de libe.agnos.l. 1. §. 1.Bal.uide suprà. de cita. §. quicquid. Negatio præposita significat mentis qualitatem: & postposita facit existentiam.uer.item si de.G.Procurator debet respondere articulis: & si nescit id, quod pertinet ad negotium principale, dicitur contumax. uer.in summa.& seq.uide omnino supra. de procura.§.si procurator respondet. Positio fundari debet super iure ponentis, non super iure tertij.uer. fi.G.uide l.indebite.§ fina.ff de condi. inde.& l. non solùm.ff.de procura.in princ.Bal.uide infrà. de loca.§.fina.emphyteuta cecidit. Positio non debet esse superflua. C.de appel.l.ampliorem. Nec impertinens.C.de probat.l. ad probationem. Et dicitur impertinens, quæ non tangit causam, nec ex ea potest sumi aliquod adminiculum.§.7.uersicu.1.& 2.G.C. de proba. ad probationem. uide infra. de reg.iur. §. probatio impertinens. Si pono quòd tu me expulisti de tali fundo: item quòd possedi olim ego & maiores mei: ista possessio antiqua non fouet causam meam, & ideo est impertinens.uersicu.2.G. Sed in interdicto uti possidetis, antiquior possessio multum ualet, coniuncta cum possessione præsenti: aliàs non ualet aliquid. extra de proba. licet causam. & not. in l. si duo. ff.uti pos. in petitorio multum ualet possessio antiqua. C. de præscriptio. 30. anno. l. si quis emptio. Item in petitorio, si facio positionem præteriti temporis, puta quòd ego & agnati mei fuerunt domini: uel quòd ego fui dominus, debet responderi: quia præteritum trahitur ad præsens præsumptiuè: ut l. siue possidetis. ut not. ff. de confes. certum. & facit quod not.Dyn.ff.de uerb.sign. l. oportet. & Cyn. in l. edita.& extra, de transac. cap. preterea quarto loco. nam dominium est radicatum: & præsumitur continuatio, quæ est iuris, & de iure. Bal.uide supra, de peti.§.antepe.& iunge supra, de arbi.§.fi. Si est dubium an positio sit pertinens, debet responderi, præmissa solita protestatione: scilicet saluo iure impertinentium. & non admittendarum. uersic. si uerò incertum. G. Idem si ponatur dictio, absque: ut no.per Cy.in l.si actor.C.de proba. Idem si est pertinens: sed non sufficiens. infrà.eod.§.positioni debet.uide suprà. eo.§.tantum. Clara, intelligibilis, & aperta debet esse tam positio quàm responsio.l.precibus.& l. ut responsum.C.de transac.uer. hoc quoque.G.Vbi ponitur hæc dictio tantùm, uel solum, est positio implicita & negatiua secundum quid: & ideo non debet responderi: sed iudex bene potest ex officio interrogare super negatione etiam simplici.uer. 8.& sequen.C.de non numer.pecun.l.2. uide infrà.eod.§. pono quòd Berta. Pono quòd non percussi animo iniuriandi. Ista negatiua potest probari per confessionem.uersicu.porrò. quod est no. G.uide ff. de fur.l.inter omnes §.rectè. Pone quòd tota tali die reus stetit absque eo quòd Titium procuratorem fecerit: non est positio negatiua. ibidem. G. Positioni captiosæ non est respondendum.ff. de except.rei iud. l. si à te. & de iureiu.l. qui iurasse.§.si pater. uide infra. §. pono quòd iudex. G. Quidam uult dicere quòd non currit sibi præscriptio, & facit talem positionem quòd ipse erat excommunicatus, & sic impeditus agere. Dic quòd non iuuat eum. nam interdum quis impeditur proprio delicto: & tunc indignus est. extra, de elec.cap.fina. Interdum aduersarij priuilegio: & tunc aut priuilegium conceditur fauore publico, aut in magistratibus conueniendis: & currit, sed datur restitutio.ff.de offic. præsi.l.se natusconsulto. Aut fauore priuato: & tunc ipso iure non currit. de iure delibe.l fi. §. donec. facit quod no ff.de iudic.l.2.§.in omnibus. Interdum casu: & tunc dic ut.ff.de anna. excep.l. ut perfectius. ff. de serui.rusti.prædi.l.Attilianus. Sed ibi erat impedimentum casuale & facti, non iuris. Interdum propter carentia exercitij actionis: & tunc non currit.C.de an.exce.l.1. in fin. Interdum non est impedimentum, sed quidam modus agendi, & uulgaris formula: & tunc currit.l.sed & si per pretorem.§. 2. ff. ex qui. cau. ma.cum si.uide ad id quod dicit suprà, de conces. præben.c.quia propter diuersitatem.Bal. Quando positio est copulatiua uel collectiua, uel uniuersalis: ratione partis falsæ tota negari potest: quia non uidetur negari copulata, sed ipsa copula, siue coniunctio partium.uer. 11.quod no.G. uide suprà: de li.con.§.2.& infra.proxi.§.Pono, percussisti Titium in capite lethali uulnere: licitum est tibi negare, si non fuit in capite.uel non fuit lethale: uel si dixi cum citatrice, & non fuit cicatrix. & sic ratione qualitatis uel partis falsæ potes simpliciter negare. Potes etiam respondere hoc modo: nego prout ponitur. G. Et adde ad hoc quod not.

Gul.de Cu.ff.de dolo.l.item exigit.& vide C.arbi.tu.l.cum interdicto. Pono quod mutuaui tibi haredi 16. tu dicis, credo: an uidearis confessus te haredem? Dic quòd non: quia istud non est pars possessionis: sed est quadam demonstratio: qua non adminiculatur ad causam: sicut si dicerem quòd mutuaui decem tibi rufo, non uideris confiteri te rufum.eo.uer. G. secus si adiectio non esset extranea à causa: ut pono quòd mutuaui tibi decē ut patrisfa si dicis,credo: etiam fateris te esse patremfa.quia est de effectu contractus mutui.Idem in qualitate adiecta, quia ad totum refertur. ff. de uer.oblig.l.1.§.cùm adiecit. Bald. uide suprà, de accusatore.§.qui excipiendo. Non admittitur positio disiunctiua uel alternatiua nisi propter intolerabilem ignorantiā.ibidem.G.uel nisi sit alternatiua contractus.Non enim tunc aberat à ratione,quia contrahit originem à radice eiusdem forma: interdum scio aliquid esse,interdum scio non esse, interdum puto fore esse quod est, interdum puto esse quod non est,interdum nihil occurrit menti mea: quia nec scio,nec puto: quia deficiunt fantasmata,& sic nulla ratio mouet intellectum. Isti sunt quinque status mentis. & in isto quinto respondetur negatione pramissa.uersicu.quinimò.G. Positioni iuris scripti,non debet responderi: quia responsio non releuat.l.ornamentorum. ff de aur. & arg.leg. Item nec est officium partis, declarare quid uelit lex: sed iudicis est, & parti iniuria.uersi.14.G. Pono quod tibi seruiui, unde merui tantum salarium, non est positio iuris, sed facti. uersicu. sed pone, procu. G. & si sapit ius, sapit ius obligationis, non ius contestationis. unde debet responderi, ut l.fi.ff.de iureiuran. Bald. Ille, cui est edictum instrumentum, sine die & consule & uult certificari de die, & facit positionem diei & consulis. non debet responderi: quia super hoc non debet certificari. uersicu.14. G. quod no. Quando positio pendet ab illa iam negata, non debet responderi. Vnde qui negauit contractum, non cogitur respondere super traditione. Item negato principali, non tenetur quis respondere positioni: qua sine illo uera esse non potest. unde negato matrimonio, non debet responderi super dote, si erat quastio matrimonij tantùm. secus si dotis & matrimonij. quia tunc sunt dua causa principales: tunc debet responderi, quia non dicitur dependens sed coaequalis. Item si negatur genus, non respondebitur postea de singulis speciebus. Item qui se negat haredem, non cogitur respondere an pro parte. Item qui negauit simpliciter, non potest postea interrogari sub modo. uersicu.15. G.Vide in simili.C.de in integ.restitu.l.fin.& l.2.C. de dona. Quando clientulus est nimis simplex, aduocatus potest respondere pro eodem.uersicu.17.G.uide supra.eod. §.4. Non ualet positio in se continens contrarietatem.uersicu.14. Positioni criminosa non debet responderi secus si fiat super infamia uel notorio. uersicu. 19. Quandoque tamen interrogatur quis de crimine,ut an desierit dolo possidere.ff. de noxa l.quoties. sed illud incidenter fit in praparatorijs quastionibus, qua sunt parui praiudicij. Item ibi est interrogatio, non positio. uide ff. re. amo.l.Marcellus, per Bart. uide infra, de inquisi. §. fin. Quando positio sit de excōmunicatione canonis, non debet responderi, secus si de excommunicatione hominis: quia sententia canonis,necessariò infert crimen, non autem sententia hominis.ff.de uer.sig.l.probrum.quid si pono aduersarium.G. quod notat Bald. Ponens uidetur asserere id,quod ponit: expositione tamen negata, non potest respondens se iuuare, nisi doceat se errasse. §. 8. uersicu.1.& 2.G. Non potest quis ergo inharere positioni negata.argum.ff.de iureiu. l.remittit ff.de except.l.nemo. Bald. Qui non probat quod ponit, prasumitur calumniari. uerum est si impingebat calumniam aduersario. nam hoc genus iniuria est, ubi prasumitur dolus. C.de aduo. diuer.iud.l.1. Qui non uult respondere positioni, non tamen uidetur confiteri uer.item quaeritur.tamen si dominus est monitus,non potest respondere procurator uel defensor,nisi habeat speciale mandatum: & dominus contumax recedendo ante responsionem,non potest appellare.uer.pe.in fi.G. gl. in l.certum. ff. de confes. dicit quòd iudex potest habere contumacem pro confesso. Idem Ia.de Aret.ff.de uen.inspi.l.1.§.ex hoc. ubi uideas. Iaco. Butr.contra per l.si filius loci ff de inter.ac.hodie. dic ut in c.2.de confes lib.6.quia post iussum iudicis habetur pro confesso. Hac tamen ficta confessio eliditur per probationem contrarij: sicut uera confessio transfert onus probandi contrarium.ff. de inter.ac.si filius.lo.1.& ar.ff. de noui ope.nun. l si prius.in l.autem si filius.ideo non nocet: quia filius contrarium probabat, scilicet se repudiasse. & uide infra.Ia.But.iste tamen appellat,nisi illicentiatus recedat: quia tunc uidetur contumax in non ueniendo,qui non appellat,nisi.G. & adde quod no.Inn.de elec.in c.cum in cunctis. Item contumax in non ueniendo non habetur pro confesso, si est iudicium contra eum.in auth.de exhiben. re. §.si uerò etiam quidam. Bal.uide latius infrà. §. 9.uer.1.G.Idem est dicere,nego,et non credo.uer.

sed

sed nunquid est differentia. in §. 9. G. C. unde lib. l. qui se patris. B. Contumax uidetur fateri uel negare, prout aduersario expedit, & sibi nocet, unde si positio est affirmatiua, uidetur fateri, si negatiua, uidetur negare. id est, fateri illam negationem. uer. item illud. G. simile habetur ff de acqui. haeredi. l. quandiu. Potest quis interpretari suam confessionem. extra, de ac. cum dilecti. unde infra. eo. §. licet. Adde, eundem Bal. consi. 46. & 118. li. Potest quis positionem reuocare errore probato: licet deliberatè positionem fecerit. §. fin. uer. item si ponens. G. Hoc est mirum quòd quis possit reuocare positionem, quàm fecit deliberatè, & ex certa scientia: & uidetur esse contra casum c. ex literis. extra, de diuor. unde dicendum est quòd aut quis ponit deliberatè & ex certa scientia: & ueritas est quòd non potest suam positionem corrigere: ut d. c. ex literis. Aut dubitatur: & in dubio ista considera: quia aut reuocat iste ponens statim & incontinenti suam positionem: & praesumitur quòd praecesserit error. Aut ex post facto: & non praesumitur error. & ita intelligitur quod no. in c. fi. de iureiuran. lib 6. in glo. super uer. iuxta ea. in fi. quae est gloss. notabilis. praedicta de reuocatione positionis sunt uera, cum is, contra quem ponitur, confitetur ut ponitur: secus si negat: tunc enim potest poenitere & consentire responsioni, nisi negans incontinenti reuocet suam negationem: cùm responsio tam partis quàm testis possit incontinenti reuocari absque erroris probatione: ut in d. glo. & per Bart. in d. l. post legatum. ff. de his quibus. ut indig. & ista sunt uerba Bald in repetitione in l. edita. C. de eden. ubi subdit quòd interrogatio partis non habet uim positionis: ut optimè probat glo. 1. cap. indicante. ut 30. quaest. ultim. quod no. An reus possit facere conditionalem positionem uel modalem, uel respondere sub cõditione uel modo: uel dicere, credo taliter, & non aliter. §. fin. uer. nunquid reus. & uersi. quid si. & uer. sed pone. G. C. de excep. l. si quidem. per Accur. & dic quòd procedit responsio: & actor non fundat intentionem suam, quando responsio habet solum unum casum: quia debet totum approbare uel respuere. Secus si sub pluribus orationibus secũdum quosdam: quia tunc diuisa est ab ipso respondente. Tu dic quòd si responsio non compatitur se cũ facti causa, non probat. Si autem se compatitur cũ intentione actoris in facti causa: dic ut no. C. de dona. ante nup. l. 2. G. Positioni debet addi tẽpus & modus, si aduersarius aliter non possit deliberare. uer fi. G. arg. no. ff. de rei uen. l. in rem. § fin. Bal. Pono quòd Berta fuit uxor Titij. Itẽ quòd ex illo matrimonio fuit natus Petrus. Item quòd Titius decessit superstite Petro pupillo. Item quòd Petrus decessit. Haec omnia confitetur Berta: quaeritur an excludatur à successione Petri: videtur quòd sic. Et praemitto unum, scilicet quòd de negatiua non debet fieri positio: ut supra eo. §. ubi ponitur dictio sed. De affirmatiua dic ut no. Dyn. ff. de do. l. quidam in iure. nam negatiua non indiget probatione: ergo nec positione. Secundò praemitto quod matri incumbit petere tutorem dari filio pupillo carenti tutore. nam siue sit pupillus, siue desierit esse pupillus, finita est legis autoritas. C. ad Tertu. l. 3. & argum. ff. de diuor. l. fin. Item si habet pupillus tutorem, matris solicitudo cessat: quia habenti tutorem, non potest peti dari tutor. C. qui pe. tu. l. si sororis. & ff. quando mu. tu. of. fun. po. l. 2. § pe. l. fi. Et sufficit ad excusandum matrem, quòd pupillus habeat tutorem habitu: licet non administratione. Solicitudo enim incumbit sibi circa eum, quem ipsa petit: non circa alium, qui dependet ex aliena prouidentia. C. qui pe. tu. l. cùm à matribus. C. de admin. tu. l fin. §. personis. & ibi per Cyn. pono adultum non esse, & in alijs tutoribus carere. negatiua est: ergo non ponenda. Sufficit ergo apposuisse affirmatiuam: & contra uidetur quòd illae positiones non inferant de necessitate, uel probabilitate. unde non sufficit eas esse confessatas: quia qui arguit ex eis, non arguit à sufficienti partium enumeratione. unde non concludit. argumen. not. de transac. l. cùm hi. §. si praetor. C. unde legitimi. l. non ob hoc. C. de proba. l. neque. cum gloss. ff. de lega. l. non omnium. in glo. Haec uerior quo ad aetatem minorem, de qua debuit fieri positio: quia non est mera negatiua, cùm sit eius. Bald. iunge. infra. §. proxim. Pono quòd Berta fuit auia Titij. Item quòd non petijt tutorem. Item quòd Titius decessit pupillus. Item quòd ego sum patruus. Item quòd auia non petijt tutorem, haereditas pupilli pertinet ad me: quaeritur, an sufficienter posuerim? Et uidetur quòd sic: quia ad ipsam primo loco pertinet haereditas: ergo & eius tutela. in authentica de haeredi. ab intesta. §. ex his. Debuit ergo acceptare tutelam, nec mihi patrono nocet si non acceperit tutelam: quia non potuit propter auiam. Item quod lex non comminatur poenam nisi proximo successori: ut no. C. qui pe. tu. l. nepotibus. Nam nec ego sperabam, nec sperare debebam me successurum: quia poterat iste nepos pubes mori. C. ad Tertul. l. matres. & sic auia esset prior. Solu. Dictae positiones non concludunt: quia de matre impuberis

puberis, nihil dictum est: quæ mater omnes præcedit. & quandiu est ipsa, non potest auiæ negligentia imputari: ut d.§. ex his. & arg. C. qui pe. tuto. l. quod dicitur. uide infra proxi. §. Pono quòd iudex dedit talem tutorem. Item quod mater erat ætatis legitimæ: quæro an sit sufficienter positum ad exclusionem datiui. Et uidetur quòd sic: ut no. C. de confir. tu. l. 2. nisi econtrà ponatur, quòd mater fuit negligens: uel periculum fuit in mora. arg. C. de confir. tu. l. si ut proponis. Adde quòd mater in triplici reperitur statu. reperitur enim sine statu officij tutelaris: & tunc petitus à matre, eius loco succedit: & eo melius consulitur, & anteferetur legitimo: quia locum legitimi uacantem inuenit. in auth. de nup. §. sin autem tutelam. & not. in authen. sacramentum. Secundus status est, maternæ pietatis, & confidentiæ uel diffidentiæ: quia non nupsit, nec uult tutelam ipsius: sed alium petere: et tunc legitimis anteferetur: ut not. C. ad Tertul. l. 3. Tertius status est quòd erat tutrix antequam mater se suspectam fecerit. an ipso iure cũ effectu est priuata: nec remanẽs reliquiæ: quia tutela matris, est conditionalis à principio. idest si nõ nupserit. ista est conditio extrinseca secundum Iac. & tunc uacat tutela in iudicio. unde non pertinet ad iudicẽ, secundum Bar. iunge infra. §. proxi. Berta agit ut tutrix filij. Ego pono & oppono contra eam: quia est in concubinatu, & ipsa confitetur: quæro an repellatur? Et di: quòd sic: quia text. dicit quòd debet pudicitiam intactam seruare. C. quando mul. tu. offic. fun. po. l. si. etiam à legitimo thoro, nedum à nouercali cõcubinatu. Et ita tenet gl. eo. ti. auth. sacramentum. Bal. uide infra. §. Proxi. Pono contra eum, qui agit ut tutor, quòd ipse debitor est pupilli: ipse confitetur: an repellatur? dico quòd non: quia ista positio est informis: quia non continet certam quantitatem uel naturam. Nam posset esse modica quantitas, quæ non repellit: ut no. in auth. minoris: & dicitur modica comparatiuè ad personas. ff. de transac. l. cùm hi. §. modus. & no. in corpore dicta auth. in gl. or. quam no. & idem in communione bonorum: quia modica communio non repellit. Item in modicis, non præsumitur dolus ff. de cond. et demonstra. l. quanuis. Non dicitur positio canillosa: licet studiosè quis taceat ius aduersarij. argumen. l. 1. §. 1. ff. de lib. agno. per Iaco. Positio superflua non patrocinatur, licet sit probata, secus si confessionata: ut suprà eodem §. qui respondet. ut si quis uelit obtinere in petitione hæreditatis per probationem dominij. Nam dominium est extra naturam iudicij. ut nota. C. de peti. hæredita. l. cogi. per Cynum. Per hanc ergo probationem non augetur effectus: quia est impertinens. argument. ff. de pact. dot. l. libellus. Bald. Si libellans aduocatus uel clientulus utatur uerbis contumeliosis, quæ non sunt de natura positionis: iste libellus non debet recipi: idem in positionibus. C. de postu. l. quisquis. unde nota quòd positio debet esse talis, quòd substantialia complectatur. Licet ponens possit interpretari suam positionem, tamen non potest interpretari suam probationem. extra de proba. c. in præsentia. nec confessionem aduersarij. extra, de accu. cùm dilecti. Bal. uide supra. eo. §. potest quis interpretari. & Bal. in l. si quis intentione ambigua. ff. de iud. et Bart. in l. Aurelius. §. 6. de lib. legat. Positio est breuis oratio, quã quis intendit probare per cõfessionem aduersarij. Sed articulus est breuis respõsio, quã quis intẽdit probare per testes uel instrumenta: ut no. in cle. sæpe. de uer. sig. Bal. uide omnino suprà de teste. §. positio põt. Pono me possedisse per colonũ. 30 ann. aduersarius ponit quòd tandiu non fuit mihi respõsum de fructibus: quæritur an istæ positiones sint contrariæ? Et uidetur quòd sic: quia qui non respondet de fructibus, uidetur interuertere possessionem. de elect. querelam ff. de acquir. pos. l. quamuis. §. si conductor. à contrario sensu. Item istos fructus intercipere uidetur. ff. de acquir. re. do. l. Pomponius. in fi. ff. de fur. l. si seruus. §. locaui. Econtrà uidetur quòd non: quia si uidetur interuertere possessionem, præscriberet longissimo spatio, quod falsum est. C. de præscrip. 30. an. l. cùm notissimi. §. fi. & l. male agitur. ubi de hoc. quod etiam probo. lex enim dicit quod propter non solitam mercedem, dominus non potest expellere colonum propria autoritate. quod non posset possessione retro interuersa ff. loca. l. quæro. aliàs, item quæritur. §. inter. ff. de ui & ui arma. l. colonus. & l. cùm fundum. Sol. Dico positiones non esse contrarias: quia possunt esse simul ueræ: ideo præscriptio non probatur interrupta. Eæ enim tantùm dicuntur esse contrariæ, quæ non possunt esse simul ueræ. ff. pro suo. l. si ancillam. ff. de acquir. pos. l. si quis ante. & no. C. de fi. instru. l. scripturæ. Sed istæ possunt simul ueritate & compassibilitate stare. Vide omnino infra. de probe. § continua. & infra. de loca. §. si debes pro censu. & uidetur infrà proximè. Pono me possedisse decem annis. Item quòd possedi cum titulo. Item quòd possedi bona fide: an concludetur præscriptionem consummatam esse? Et uidetur quòd sic: quia hæc tria sunt generatiua præscriptionis, scilicet titulus, quo debet probari bona fides, quæ præsumitur ex titulo: ut no. C. de acquir. pos. l. in proba. per Za. C. de præscri-

scri.lon.temp.l.pe.per glo.Insti. de act.§. alie.per gl.& Dy.ff.de mino.l.intra utile.§. uendi.& continuata & non interpollata possessione.C.de usuc. transfo.l. 1. §. hoc tantummodo. In contrarium uidetur, quòd potui possidere per decem annos, uel 20.tamen discontinuè ff. de usuca.l. si is, qui pro emp. §. pe. Item quia non dico quòd bona fide cœperim possidere: quod uidetur necesse. ff. de usuca. l.iustè. §.si poss sionis. Sol. Dico quòd ista possessiones concludunt. C. de præscrip. lon. tem.l. pen. nam præsumitur continuata possessio per ipsum tempus. nam interruptio non præsumitur. Facit quod not. C. de ser.fug.l. 1. Bal.uide infra. eo. §. ego. & hæc pono in rei uendicatione. Pono in Publiciana quòd emi rem talem. Item quòd eam cœpi possidere. Item quòd hodie tu tenes eam. Quæro an concludunt positiones Et uidetur quòd non: quia non allego traditionem uel quasi, uel patientiam, nec quod meo nomine.ff. de publi. l. eum qui.§.fi. ff.de acquir.pos.l.si ex stipulatione.ar. contra. ff. pro.socio.l.merito.Sol.Non pono sufficienter: unde debeo dicere. Item pono quòd possessio fuit tradita mihi à uenditore ex illa causa. Vel pono quòd dedit mihi licentiam possidendi. Item quòd uigore dicta licentia, intraui in possessionem.ff. de acqui. pos.l.prædia. Vel pono quòd eo sciente & patiente tenui. C.de acquir.pos.l. 2.ff si ser. l. si à te.§. 1.de rei uen.l.quadam. Positioni debet respondei, si est pertinens. dato quòd non sit sufficiens: ut positione de fama. Item in rei uendicatione, si pono de possessione tantùm, uel de dominio tantùm. tamen in hoc dic ut not. de excep. rei iudi. l. si à te. §. 1. Pono in rei uendicatione, quòd tenui & possedi talem rem per decem annos: sicut quis habet, tenet et possidet rem suam: reus dicit, credo. Quæritur utrum sit probata præscriptio? Et uidetur quòd sic. quia uidetur confessata positio, aliàs possessio & titulus saltem generalis pro suo. ff.de acqui.pos.l. 3. §. contrario. Contrarium dico: quia ista uerba mentis qualitatem & modum possidendi significant. Adiacent enim illa uerba possessioni, non titulo: & ideo iste articulus non includit titulum. nam & sine titulo quandoque quis possidet. ff.de sol.l.Titia. Bal. Pono quòd Titius erat emphyteuta talis ecclesiæ, cuius sum rector. Item quod donauit rem illam tanquam allodium. possessor dicit & ponit se possedisse 40. annis: an ista positiones sint contraria. Dicit quod non: quia possunt esse simul uera. tamen bene sunt compassibiles in effectu: quia tanta possessio absorbet dominium: ut not. C. ne rei domi. uel templo. l. uniuersas. Item nota quòd per hoc emphyteuta cadit à iure suo per illam legem. Secus si emphyteuta tantùm donaret ius suum. nam nulla præscriptio curreret: ut l. malè agitur. C. de præsc. 30. ann. Item illa parificat proprietatem Cæsaris & Dei: sed emphyteuta Cæsaris potest donare iura sua: ut no. in l. fi. C. de iure emphyteu ergo emphyteuta ecclesiasticus, per arg. à pari. ergo Bar. somniauit. Item non sunt contrariæ positiones, & tamen sunt incompassibiles istæ. Pono contra te quòd talis ecclesia iam sunt decem anni reformauit mihi talem emphyteusim. Item quòd continuè solui censum. Tu econtrà ponis tibi refirmatam à duobus annis circa ista, possunt esse simul uera: tamen ad positionem meam destruitur uigor tuæ positionis, quia ego sum potior. C. ne rei domi. uel templo. l. fi. ff. de act. emp. l. si ea res. §. ultimo Bal. Ponit colonus se stetisse per 40. an. quod soluit: dominus concedit: lex confitetur: nā confessio nil est aliud, quàm concessio eius, quod dicitur uel ponitur. Quæritur an contra dominum sit probata præscriptio. Et uidetur quòd sic. C. de præscrip. 30. an. l. sicut & l. omnes. In contrarium facit eod. titu. l. malè agitur. & l. cùm acutissimi §. fin. Solu. Septem modis conuenitur colonus, scilicet actione personali pro pensione. Item personali ad rem. Item rei uendicatione. Item possessorio uti possidetis ante intrusionē. Item unde ui post intrusionem. Item condictione ex lege conductoris. Item condictione ex liberis. ff. de acquir. pos. quando derelinquit uel perdit. Attende tamen de annua præstatione, quòd aut uenit respectu alterius rei: & tunc una præscriptio in principali, absorbet totam annuam præstationem: dummodo sit plenè præscriptum contra principalem. C. de usur. l. eos. Aut uenit principaliter propter se: & tunc dic ut l. cùm notissimi. §. in his. eod. titu. ubi no. Et dicitur unum tribus modis. Primò, quantùm ad unam uerborum exceptionem. Secundò, quantum ad unam nascentem actionem. Tertio modo quantum ad unā præstationem. Primo modo idem est in stipulatione & in legato. C. de dona. l. sancimus. §. fi. Secundo modo est diuersum, quia in stipulatione & transmissibili statim nascitur actio: & nondum nata actio potest esse eadem numero: & ideo non nata actioni non præscribitur, nisi quando uenit consecutiuè ad ius de præsenti, & es cohæret. l. cùm notissimi §. quinimò. Tertio modo plura in præstatione sunt: plura in exactione, tamen libello uno peti possunt: d. l. malè agitur. & dic ut d. §. in his. Bulga. enim dicit dinumerationem proscriptionis ab uno principio fieri, & simul & semel totam obligationem tolli tempore: tanquam si securis apponeretur ad

radicem

radicem. aliàs sequeretur inconueniens, quòd ex tempore aliquid restet futurum, cui non posset præscribi: & si annua obligatio pro futuro non posset præscribi, & esset infinitas, quæ est uitanda secundum Bal. Mar. dixit quòd non poterit dinumerari præscriptio, nisi de anno in annum: quia non possunt dinumerari simul præsens, præteritum, & futurum. Item respectu futuri obligatio est nata: ut in. §. quinimo. in fi. Aut est in die: & sic interim non præscribitur. l. cùm notissimi. §. illud. Et si dicatur, ergo nunquam præscribitur? Respondeo, sic ita nam realis conuentio facit præscriptionem cessare. ff. de adil edi. l. quod si nolit. §. fin. & no. per Dy. ff. de leg. 1. non potest. Io. dissoluxit inter stipulationem & legata ponderaut actionem natiuitatis. Non enim est una actio, quæ pluries nascitur. Et si tu dicis, in præscriptione consideratur exercitium, sicut natiuitas? Respondeo, potuit simul agi pro præterito, & futuro: ut l. malè agitur. quæ opinio etiam in contractibus non est semper uera. ff. de stip. seruo. l. si seruus communis Meuq. §. fi. Moderni autem communiter tenent opin. Mar. Fallit in usuris & infructibus, & in annuis præstationibus, quæ pro se nõ censetur. Nam destructo principali, imaginem eius relinqui in appenditijs absurdum est. C. de usur. l. eos & arg. in l. ulti. C. de his qui à non co. ma. Bald. Similis quæstio. fit ff. de neg. ge. l. Pomponius. in negotijs. Sunt & quædam iura, quæ non procedunt per dinumerationem temporum distinctiuam, sed per quandam continuationem: & tunc & à principio est una causa & una actio continuata: & non dinumeratur in plures. C. de anna. except. l. 1. §. ad hæc. & est simile quòd no. ff. de iureiur. l. eum, qui. §. in popularibus. & ff. de adult. l. mariti. §. sex mensium. & ibi per Bar. Ego in rei uendicatione pono contra te, quòd sum dominus: tu fateris: tamen ponis quòd tu præscripsisti: ego dico, tu non debes ad probandum admitti: quia positio mea est contraria tua: & quia tu fuisti confessus, ergo non debes admitti. ar. C. de non nu. pe. l. generaliter. Nam per confessionem quasi contrahitur. ff. de pecu. l. depositi. §. 1. unde non potest rescindi. ff. commod. l. in commodato. §. sicut. In contrarium, quia nomine dominij intelligitur directum. ff. de reli. & sum. fune. l. 2. §. 1. & no. in l. 1. §. qui in perpetuum. ff. si ager uect. uel emphy pe. sed per præscriptionem quæritur ius utile. ff. de aqua plu. l. 1. in fi. ff. si ser. uen. l. si quis diuturno. & de inofficiosi. l. si duo patroni. §. 1. Vnde sicut probato dominio actoris, non tollitur exceptio præscriptionis. C. de præscrip. lon. temp. l. emptor. sic nec eo confessato. unde tu non es tibi contrarius: quia utrũque potest esse uerum Facit quod no. C. de prascri. 30. an. l. si quis emptioni. in prin. Sol. Dico quod positio tua debet admitti, quia non est contraria, cùm possit simul esse uera, tenendo quòd per præscriptionem quæratur utile dominium. sed in usucapione non deberet admitti talis positio: quia est contraria tuæ responsioni, nisi errorem probabilem prætenderes. Licet autem dixerim quòd in suo potiori significatu nomine dominij continatur directum: tamen quandoque etiam utile continetur, ut quando agit generaliter tanquam dominus. Nam est dominium genus, & dominium species, sicut possessio. ff. de acqui. pos. l. 3. §. genera. & quandoque etiam latius accipitur dominium: ut no ff. de rei uend. l. Marcellus. ff. de insti. l. talem. §. fi. Bal. Ponunt Tuderti contra ecclesiam, quòd ipsi seipsos rexerunt per centum annos. & ecclesia non rexit eos. dicit ecclesia quòd ista positio non debet admitti: quia iurisdictio tribuit ius collectandi, & similia, quæ contra principem præscribi non possunt. C. de præscrip. 30. ann. l. comperit. nam præscriptio non est de iure diuino, sed humano: ut not. Dyn. de reg. iur. c. 2. lib. 6. Vnde potest Imperator statuere quòd nunquam currat: ut l. inter diuinum. C. de sacrosanct. eccle. In contrariũ, quia ecclesia prætendit ius contra Tudertinos ex donatione Imperatoris: unde præscribitur centum annis: ut d l. inter diuinum. & no. Inn. de postu. præla. bone. Sol. cõtra Imperatorem, qui prætendit ex institutione diuina iurisdictionem temporalẽ, non potest præscribi ab ecclesia: bene habet decimas ex institutione diuina, sed temporalem iurisdictionem ex institutione & prouidentia humana. Sed quia ecclesia dubitat de utrri donatione, fecit sibi de nouo donari per Imperatorem Carolum: contra quam nouam donationem non potest opponi præscriptio temporis: quia recens donatio est: ideo Tudertini succumbuerunt. Bal. Ex qualitate personarum præsumitur aliquid turpe, uel honestum. ff. de act. & ob. l. fi. Aptitudo positionis, non iuuat ineptitudinem positionis: ut no. extra, de iud. c. examinata. per Io. An. in Nouella. libellus non debet emendari sub forma positionum, sed sub forma libelli. Item libellus ineptus non potest emẽdari, quòd sit idem libellus numero. ff. de adul. accusatorus. Mutatur ergo de non esse ad esse. nam multiplex est mutatio, scilicet de non esse in esse, & de esse in non esse: ut no. in simili. C. de acqui. pos. l. nemo. Bal Omnis habens exceptionem, potest agere condictione sine causa ut liberetur. C. de postu. l. sub spem. in fi. Confessio, quæ refertur

ad

ad scripturam non nocet, si in illa scriptura aliud continetur. C. de erro. aduo. l. errores. Ille, qui appellat uidetur confiteri se condemnatum: tamen non nocet si re uera non est condemnatus. & no. quòd ante confessionem non præsumitur condemnatus: sed si est confessus, præsumitur rite condemnatus, ex quo confitetur, nisi contrarium probet. Sed qualiter tunc probabitur ista negatiua, quod non sit exbannitus nec condemnatus? Respondeo, per rimationem & inspectionem librorum, & actorum. C. de erro. aduo. l. 2. Facit quod no. Inn. de fid. c. G. perpetus. C. de rebus cred. in fi. Negatiua esset quòd quis non sit matriculatus, probatur per inspectionem matriculæ. & scholaris non matriculatus, non habet priuilegia scholarium, ut no. C. de offi. m. l. nemo. Item negatiua quòd quis non sit allibratus, uel non est tantum probatur per libros extimi. ff. de proba. l. cùm de. quod no. Bal.

a De confessionibus. [a] Rubrica.

b QVIA Factis positionibus [b] rei quandoque confitentur, ideo præmisso de positionibus, aliqua de confessionibus supponamus. Prius tamen nota quòd factis responsionibus, is, qui posuit, diligenter debet aduertere utrum respondens confessus fuerit omnes positiones: quod si fecerit, instet apud iudicem quòd pronunciet, quia in confitentem nullæ sunt partes iudicis, nisi ut pronunciet. extra de transact. præterea. ff. ad l. Aquil. proinde. 2. §. fi. Si uerò negatæ fuerint omnes, petat terminum ad probationes alias inducendas. Si uerò aliquas negauerit, & aliquas confessus sit, uideat an per confessatas eius intentio probetur: quo casu sententiam postulet, ut supra, alioquin negatas positiones redigat in formam articulorum: ut supra de teste. §. nunc uidendum. & dilationem postulet ad probandum. De confessionibus ergo dicturi, uideamus, Quis sit effectus confessionis. Qualiter confessio impugnetur. Quæ & quando confessio præiudicet uel nó. Et an confessio ualeat reuocari.

ADDITIO.

a *De Pileo idem quod dixi supra. rub. proxi. Tan. posuit hanc rubricam quæ est quarta tertiæ partis. Roffre. inter prætorias ubi de utili certi condictione. Item inter ciuiles, ubi de actione in factum ex confessione. V ber. de Bob. sui operis col. pe. Io. de Deo cauil. lib. 5. ut proxi. & lib. iuduum. ulti. col. Bonagui. de hoc, parte quarta rub. ulti. Aegid. 130. & hi duo solum de reuocatione confessionis, saluo quòd iste aliquid dicit in causa. 122. alleg. super rubrica proxi. Alb. Gal. posuit hanc rubricam.*

b *Quia factis positionibus.*

SVMMARIVM.

Quis sit confessionis effectus.

1 *Sententia non est confitenti certum debitum necessaria: sed ut tantùm habeat tempus ad soluendum datum à lege.*

2 *Confitens incertum, non habetur pro iudicato.*

3 *Confitens se debuisse, uel rem agentis fuisse, opponens tamen præscriptionem uel pactum uel solutionem, an sit statim condemnandus.*

4 *Confitens in causa ciuili, aliter consideratur, quàm confitens in causa criminali.*

5 *Confessione sola in causa criminali facta, an debeat ferri sententia.*

EFFECTVS Autem confessionis est, ut is, qui confitetur, pro conuicto habeatur.
a C. de confes. l. unica. [a] quia in confitentem,
b [b] nullæ sunt partes iudicis quo ad cognoscendum, ut suprà, imò ipse quodammodo se sua senteñtia damnat: ut ff. de confessis. l. 1. in fi.
c iuxta illud, [c] Ex ore tuo te iudico. & ar. 21. di. nûc
d autem. 5. q. 5. ca. qui quod nouerit. [d] ubi ergo quis certum confessus est, ut ff. de confes. certum. §. fi.
1 non restat nisi quòd confessus habeatur. † Tem-
e pus ad soluendum datum à lege, [e] quod currit à die confessionis: ut ff. de iud. si debitori. ff. de confes. certum. §. fi. ex. de offi. dele. quærenti. extra, de re iud. quod ad consultationem. nec est necessaria sententia: ut in prædi. l. proinde & ff. de re iud. de-
2 bitoribus. quod uerum. [f] † Et si non petijt libel-
f lum, uel petijt, sed non incontinenti confessus
g fuit, dicens se nolle litigare. [g] Si uerò libellum petijt, recepit, & lite contestata confessus est in forma iudicij: tunc sunt bene aliquæ partes iudicis, scilicet quo ad pronunciandum: quia tunc debet eum iudex sententialiter condemnare. ff. de confes. Iulianus. & l. qui Stichum. ff. de iudic. de qua re. C. de execu. rei iudica. l. fi. sed & ubi incertum confessus est, non habetur aliquis pro iudicato: ut ſ. §. proxi. uer. octauo. Vbi ergo reus libello recepto, & lite contestata, confitetur actoris intentionem: actor statim petat sententiam. nam
h non est rei [h] confessi causa tuenda. Si uerò neget, statim petat inducias ad probandum. Præmissa uera sunt, cùm quis simpliciter confitetur se debere, uel rem agentis esse. ff. de iureiur. si duo. §. 1.
3 ff. de uer. sig. debitor. † Si uerò confitetur se debuisse, uel rem agentis fuisse: opponit tamen præscriptionem, uel pactum, uel solutionem: non est
i statim condemnatio facienda: [i] sed dabitur reo dilatio ad probandum. C. de proba. siue C. de exce. si quidem. ff. de rei uen. officium, ff. de iureiu. nam & postea. in principio, quòd si confiteatur se debere in diem uel sub conditione, & hoc probet, quia

quia sibi in hoc pro se non creditur, licet contra se dicat se debere. ff. de inter. act. de ętate. §. 1. C. de proba. rationes. & l. sequen. C. de libera. cau. cùm precum. supra, titulo proxi. §. finali, uersicu. quid
4 si debes. † Et hoc in ciuili causa: in criminali uerò
k uidetur k quòd confessus non sit condemnandus, nisi aliter contra eum probetur: quia non habetur pro explorato facinore. ut ff. de quæstio. l. 1. §. diuus. & §. si quis ultro. & §. quæstioni. Sed illud locum habet in confessione per torturam extorta, in quam confitens non perseuerauit. Sed fortè uult contrarium ostendere. Sed si perseuerauerit uel sine tortura confessus est, tunc est condemnandus, ut ibi. & J. §. proxi. in princi. & ff. de custo. &
l exhi. reorum. si confessus. l extra de confes. cùm
5 super. de elect. per inquisitionem. † Nec est unquam quis in criminali pro condemnato habendus: imò semper necessaria est sententia: ut C. de pœnis ante sententiam. C. de custo. & exhi. reo. l. si
m quis reus. ff. de quæstioni. l. 1. §. fi. m 2. q. 1. nos in quenquam. 3 3. q. 4. quæsitum. & c. illud. Adde hic quod no. J. in tract. li. in tit. de accu. §. 1. uer. deinde autem. Quid autem iuris sit, in causa liberali, criminali, matrimoniali, uel conuersionis: dic ut
n J. §. proxi. uer. 10. n

ADDITIO.

a *Effectus autem. l. unica. illius legis uerba sic iacēt, confessos in iure pro iudicatis haberi placet. dixit Azo in Summa huius titul. quod hæc uerba sunt plena mysterijs: & subiacent insidijs, & multiplices distinctiones admittuntur. Host. dicit quòd magnam caudam trahunt. hæc autem te uigilem reddant ad inferiora. Item sciendum quòd antiqui ob hæc formauerunt quandam prosam uel regulam, quam posuit Azo in Summa huius titu. post princip. Pil. ubi supra etiam post prin. Roffr. ubi suprà, in 1. colum. Sim. Vincen. in l. infra, in princ. & idem etiam ibi Alex. quam posuit Accur. in pra. l. unica. in prin. mag. gl. effectum autē ipsius regula posuit in eadem gl. ad finem per uersus, quos ponit etiam Ioan. 2. q. 1. c. 1. & Tan. ubi suprà, & illos prosequitur Gof. in Sum. eo. tit. solum ad quodlibet membrum, unum ius allegat cōiunctim. Hosti. autem in Sum. posuit illos uersus: ponit etiam prosam illam prolixiorem quam demum reducit ad alios uersus: & illos suos copiosè prosequitur in primo §. Cyn. in l. 1. C. eod. titu. addit ad prosam uel regulam quā ibi ponit Acc. & illam plenè prosequitur.*

b *In confitentem. Debito modo ut in seq. §. per quod dixit Pil. ubi suprà, ante finem uersic. in summa. quòd in hoc differt confessio facta iudici terreno ab illa, quæ fit Deo, quæ debito modo facta, inducit absolutionem. de pœn. dist. 1. dixi confitebor. in prin. distinctionis.*

c *Illud. Luca. 19. ante medium.*

d *Nouerit. Communiter est uer. sub §. ult.*

e *Lege. Quatuor mensium ut probant iura sequentia.*

f *Verum. Secundum Accur. in l. proinde. in prin. allegata, & secundum Vber. de Bobio ubi suprà, & idem Albe. Gal. in prin.*

g *Nolle litigare. & tunc fit sibi præceptum, de quo plenam remissionem uide infrà, de sen. & rola. §. 2. uers. est quoque.*

h *Rei. Versum posuit Io. de Deo & Rof.*

i *Facienda. Idem no. in l. certum. 1. respon. in ulti. gloss.*

k *Videtur. Secundum Vber. prædictum ubi suprà, in princ.*

l *Si confessus. Tancr. dixit quòd decretales sequentes probant melius, quàm lex ista, confessionem in criminibus ualere. remissionem dabo in fine tituli.*

ADDE, an ex confessione sola, quis possit condemnari in criminali, pulchrè per Ancli. consil. 23. uisa inquisitione.

m *§. fi. aliàs pe.*

n *Ver. 10. Hoc dixit, quia Vber. hic continuabat illa.*

SVMMARIVM.

1 *Confessio metu mortis facta, an ualeat.*
2 *Confessio facta errore facti, reuocari potest quandocunque ante sententiam errore probato.*
Errare, est aliud pro altero putare.
3 *Confessio pro se non tenet: sed bene contra se tenet, & præiudicat.*
Confessio coram non iudice, an teneat,
4 *Confessio facta contra rem fauorabilem, quo casu præiudicet uel non.*
5 *Fauor matrimonij facit ut nulla confessio coniugum præiudicet: ex quo publicè est contractum.*
6 *Accusatus de stupro à parentibus cuiusdā puellæ, si ambo coram iudice confiteantur matrimonium, an postea possint se inuicem cogere ad illud, aut contradicere.*
7 *Confessio super re non litigiosa, an ualeat.*
8 *Confessio super eo quod ius non admittit, an sit ualida.*
9 *Confessio procuratoris & curatoris, an domino absenti præiudicare uel prodesse possit.*

10 *Confeßio in præiudicium superioris facta, an ualeat.*
Confeßio super dote, uel super pecunia non numerata, an præiudicet.
11 *Confeßio in causa criminali, qualiter sit scribenda.*

SEQVITVR Videre, qualiter confessio
impugnetur. Et quidem multis modis. Op-
ponitur enim primò contra confessionem,
quòd non ualet: quia facta à pupillo, qui
ipso iure tutus est. 22 q. 5. paruuli. Pubes autem
minor 25. annis bene obligatur ex confessione,
sed restituitur contra eam, si læsus fuerit ff. de cō
fes. certum. §. pe ff de mino. si ex causa iudicati.
a §. 2. [a] In spiritualibus autem, tenet sententia lata
contra minorem. quod dic, ut extra, de resti. spo.
b ex parte. [b] † Secundò non ualet confessio, facta
1 metu mortis · ut extra quod met. causa. c. 1. Vel
cruciatus. 31. q. 2. Lotharius. Vel tormentorum,
nisi perseueret quis in confessione: ut s. §. 1. uers.
& hoc. Et breuiter non tenet confessio facta per
2 metum uel fraudem, uel uim. 15. q. 6. c. 1. † Ter-
tiò non ualet, si sit per errorem facta, unde reuo-
catur quandocunque ante sententiam, errore pro
bato. extra de confes. c. fi. ff. c. non fatetur. & l. 1.
§. si quis ultra. & §. de quibus. & ff. de interro. act.
de ætate. §. qui iusto. C. de iur. & fact. igno. error
facti. Errare enim, est aliud pro altero putare: ut
22. q. 2. in quibus. ff. de iudi. si per errorem, in fin.
Iuris autem ignorantia non excusat 38. dist. si in
laicis. C. de iur. & fact. ign. l. 2. & l. cum quis. O-
doff. tamen dicit quòd bene excusat in iudicio:
quia ibi certat quis de damno uitando: quo casu
omnes excusat. ff de iur. & fact. ign. l. iur. & 1. q. 4.
§. notandum. ubi de hoc. sed prius dictum, uerius
c puto. [c] Sed quid si confiteor quæ continetur in ali
quo instrumento uel in priuilegio, quod postmo-
dum pronunciatur falsum: nunquid præiudicat
confessio talis? Dic de hoc secundum Inn. quar-
d tum, ut no. ex. de excep. cum uenerabilis. [d] & de
3 censi. cùm olim. † Quartò non tenet pro se. [e] ut
4 q. 3. uer. nullus in re. sed contra se. bene tenet,
& præiudicat, & creditur: ut in præ. l. de ætate. §.
1. & 13. quæst. 2. §. 1. C. de proba. non exemplo. sed
tunc non creditur de se confesso contra alios, nisi
prout no s. de accusatore. §. item repellitur. Quin
f tò non ualet, si fiat [f] coram non suo iudice: ut ex-
tra de iudi. at si clerici. & de consue. ad nostram.
11. q. 1. c. in clericorum. extra de ap. ut debitus.
Sextò, si fiat extra iudicium. quod dic ut j. §. pro-
xim. Septimò, si fit absente aduersario, uel procu
ratore eius. ff. eo. certum. §. pe. ex. e. c. 2. ff. de in-
ter. act. l. fi. Hugolinus tamē nihil demat ab alijs.
g [g] Octauò, si sit incerta: debet enim esse certa, pu-
ra, & de certa re, uel quantitate. ff. eo. l. certum, &
in præ. l. de ætate. §. nihil. 11. q. 3. graue. & suprà
titu. proxi. §. 9. Nonò, si sit contra naturam. quod
dic tu confitendo prout dixi in ponendo suprà ti.
4 proxi. §. 7. uersi. 26. † Decimò, si sit contra rem
fauorabilem. unde si ingenuus se confitetur co-
ram iudice, non tamen in iudicio liberalis causæ,
non ualet. ff. de lib. causa. interrogatam. Secus si
hoc confitetur in iudicio liberalis causæ: quia
h tunc præiudicat, [h] nisi contrarium probet con-
fitens: ut e. tit. l. pe. in fin. ff. eo. l. 1. §. planè. ff. de
5 app. non tantùm. † Item etiam fauor matrimo-
nij, facit ut nulla confessio coniugum ei præiudi-
cet: ex quo publicè est contractum. extra de eo
qui cog. consan. uxo. suæ. super eo. extra de di-
uor. ex literis. Sed pro eo bene ualet: ut extra, de
rapto. cùm causam. dummodo non sit contra a-
i liud matrimonium. & idem in uoto, [i] secundum
Vber. & extra, de clande. despon. c. 2. & de ap. di-
6 rectè. ff. de iureiu. ait prætor. † Sed pone accu-
sor de stupro à parentibus puellæ: tandem co-
ram iudice ecclesiastico uterque nostrum confi-
tetur esse matrimonium inter nos: & sic iudex
nos in pace dimittit. post hoc puella me petit in
uirum: ego nego matrimonium: quæritur quid
iuris? Et certè non uidetur quòd posit me pe-
tere. nam dicta confessio fuit simulata, & causa li-
berationis facta: ideoque non est censendum ma-
trimonium. ff. de ritu nup. simulatæ. extra de-
spon. tua. maximè quia facta fuit propter me-
tum. 31. quæst. 2. c. 1. & 2. & c. Lotharius. extra, de
spon. cùm locum. contra: quia factum fuit coram
suo iudice. C. de confes. l. unica. ff. eod. l. 1. extra,
eo. cap. 1. & 2. Dic quòd iudex ei præcipiet quòd
eam teneat: tamen si cum alia contrahat prius-
quam in eam uerbo uel facto consentiat, tenet
matrimonium cum secunda, secundum T. & B.
k & est quæstio dominicalis. [k] † Vndecimò non ua
7 let, si sit super re non litigiosa: ut ff. de interro.
act. confessionibus. uel si fiat in lite, quæ non po-
test procedere, puta inter patrem & filium, do-
minum & seruum: ut ff. de iudic. l. 2. uel si impu-
bes uel genitalibus carens, de adulterio accusa-
tus hoc confitetur. Tunc enim non ualet: quia
hoc committere nequiuit. ex. de frig. quod sedē.
de diuor. quanto. §. pen. & de delic. pue. c. 1. ff. de
l adul. si minor. 25. an. [l] † Duodecimò non ualet, si
8 sit super eo quod ius non admittit. ff. de inter.
act. is, cui. §. fi. de his enim, quæ contra ius sunt,
nec pactum nec confessio ualet. ff. de pact. iuris
gentium. §. & generaliter. & §. seq. extrà. eo. c. fin.
32. quæst. 2. solet quæri. ex. de condi. appo. c. fi. Ius
autem non admittit, quod Iudæus habeat man-
cipium Christianum. 54. di. mancipia. & cap. seq.
extra, de Iudæis. c. 1. & c. fi. ideoque si Iudæus con
uentus noxaliter confitetur Christianum manci-
pium suum esse, ei non præiudicat talis confes-
sio: uel si Iudæus confitetur se cum Christiana ma
trimonium contraxisse, non præiudicat sibi: quia
iura non admittunt tale matrimonium. 28. quæst.
m 1. caue. [m] Decimotertiò, si facta est à furioso. ff.
de reg. iur. in negotijs. ff. de iure codi. l. secunda.
§. furiosus. ex. de suc. ab intest. c. fi. 17. quæst. 1. Gō
9 faldus. † Decimoquartò, si sit à non domino, un-
de confessio procuratoris & curatoris absenti do-
mino, non obest. ff. de confes. certum. §. si quis
absente uer. sed an ipsos. quod intellige uerum,
si dominus ueniens paratus est probare contra-
rium. extra, de confes. c. fi. & de app. cùm causam.
& de censi. cùm olim. aliàs enim bene obest do-
mino eorum confessio. quod dic secundum do.

meum

n meum in Summa[n] eo. titu. & infrà.§.postremo.
10 uer.si uerò fit. † Decimoquintò, non ualet confessio in praeiudicium superioris facta ex.de arbi. cum tempore. Decimosextò, non praeiudicat confessio super dote, uel super pecunia non numerata. C. de non nu. pe. in contractibus. Hinc est quòd licet quis in instrumento confiteatur se dotem ab uxore recepisse, sibi non praeiudicat talis confessio: imò uxor eam repetens, probare habet seipsam numerasse: ut C. de dot. cau. & non nu. l. prima, & iunge hic quod est infrà, §. proxim.
o uersicul. quod autem. o & seq. & infrà, in tract. libel. in ti. de do. inter ui. & uxo. §. secundo. uersi. si uerò quis. & infrà, de condu. & renun. uersicul. sed & marito. Potest tamen dici quòd si in illo instrumento renunciatum fuerit exceptioni non numeratae dotis, tunc bene ualet, & praeiudicat praemissa confessio: ut in ea. l. nisi praescriptio temporis incurrerit: ut eod. titul. l. fin. in authent. ibi posita. Quidam tamen dicunt quòd aut confessio huiusmodi fit ante matrimonium, facta traditione: & tunc ualet confessio. Aut post, & tunc non ualet: cùm etiam confessio ante matrimonium facta, trahitur ad tempus matrimonij: ut C. de do. aute nup. l. prima, & l. quod
p respond. sed primum uerius secundum Accur. p
11 † Quid iuris sit de confessione in causa criminali, & qualiter sit scribenda, & qualiter reus sit interrogandus, no. infra, de accu. §. 1. uersi. deinde autem. & seq.

ADDITIO.

a §.2. *Si hoc membrum uis plenè prosequi, uide Cy. C. e. l. 1. super uer. maior. & C. de auto pra. l. clarum. ubi inuenies contrarium esse in sententia, cõtra quam non est minori necessaria restitutio: ut no. in pra. §. pe. & patet. C. si aduer. rem ind. l. cùm minores. Et potest esse ratio secundũ Dy. quia in confessione adest consensus confitentis, qui non adest in sententia condemnati. ff. de uer. ob. l. inter stipulantem. §. 1. sed ibi ponitur 2. opi. Petri quae subdistinguit in adulto, an habeat uel non habeat curatorem: primo casu in confessione ipsius sine curatore, idem quod in pupillo, si non habet procedit quod est dictum. Ibi etiam ponitur tertia opinio Nicolai de Ma. distinguens etiam inter adultum & pupillum: primus si cum autoritate curatoris confitetur, ualet. sed si est lasus restituitur. si sine subdistinguit an confessio sit ad ordinationem litis indicij. an ad inquisitionem ueritatis. Primo casu non ualet: quia habet ad talia personam legitimam. Secundo casu ualere potest, nisi restitutione, uel aliàs legitimè reuocetur. Sit ratio, quia ubi ueritatem quaerimus, non sic personae solemnitatem inspicimus. ff. man. si fideiussor. §. quadã. C. de eden. is apud quem. de quaest. l. interrogari. in quibus patet quòd de ueritate quaeritur: & iurat, licet non iuret de calumnia. C. de iura. cal. l. 2. § quodo bseruari. In pupillo si est infans non ualet confessio etiam autoritate tutoris: cùm nec debeat in ius uocari. ff. de in ius uo. quinque. in maiore infante, ualet sine tutoris autoritate: sed ualet cum illa et datur restitutio. Et ex praedictis patet in confessione minoris per tormenta, curatoris autoritatem non requiri: cùm fiat ad ueritatem habendam: cùm in delictis minor censeatur maior. ff. de mino. auxilium. § in delictis. C. si aduer. delict. l. 1. ff. de rebus eorũ. l. 2. Hoc posui, quia cum ipso domino Nico. Padua pro quodam cõsilio quod dare debebamus, satis habui de praedictis cõferre. sed ad intellectum istorum uide quod plenè no. Host. eo. tit. §. 1. super uerbo, maior.*
ADDE *ut per Bart. qui & ipse mentionem facit de Nico. Ma. in d. §. pe. & in l. 2. §. quod obseruari. de iur. cal. Bal. in l. fi. C. eo. & ibi tenet quòd in confessione, quae fit per tormenta, sit necessaria curatoris praesentia: tenet clarè Bal. eius cõs. 243. incipiente, aut maior.*
b *Ex parte. de iud. c. ult. lib. 6.*
c *Puto. de hoc in fin. huius titu. uide distinctionem Dyni, super regula, ignorantia. libro sexto.*
d *Cùm uenerabilis. Vbi scripsi in gl. quasi dicat. ad fin. uers. item nota quòd si qui. item in decre. cùm olim. uide in gl. in instru. & gl. seq.*
e *Pro se. Hic uide Cy. ubi suprà super uersic. contra se.*
f *Fiat. In iurisdictione contentiosa. licet quidam contra, de quo per Cy. ubi suprà, in quaest. 4. illud idem in uoluntaria: quando personam illam prorogare non poterat. de foro compe. si diligenti.*
ADDE, *ut per Alexand. consil. 13. & 86. 1. lib. & consi. 18. 4. lib. Bal. additionem in ti. depositi. & an confessio ex inepta inquisitione, sit sufficiens ad condemnandum: uide Aug. quòd non, consi. 288.*
g *Ab alys. Hoc in distinctionibus suis eo. tit. ubi incipit, ad eorum uerbosam, &c. ubi tenet quòd cum hodie iudex procedat, etiam ad sententiam absente parte: quae sententia prodest absenti: ut in l. properandum. C. de iudic. §. 1. & 2 & aequè potest proficere confessio aduersarij ipsi absenti, cuius praesentiam tenet iudex. sed olim non sic. quia iudex non poterat absente parte procedere. ff. de indi. l. de unoquoque. & secundum illud tempus loquitur lex fi. ff. de inter. act. & refert Cy. in l. 1. C. eod. titu in 6. quaestio. quòd hoc dictum*

placuit Petro. & Si. Vicen. in pra. l. 1. solum indu cit rationem pradictam. idem ibi Alexander pro hoc dicto facis quòd iudex est persona publica, et potest subiectis acquirere ff. rem pu sal. fo. l. non quasi de usuris. quanquam. lib. 6. & Guid. de Suza. in pred. l. una. C. e. ti. tractat, an si de pracepto iudicis pars respondeat positioni aduersarij illo absente ualeat responsio? Allegat quòd non, leges hoc in uersi. allegatas. Item quòd factum iudicis, iuri derogare non debet. ff. de ferijs. l. 1. tenet contrarium, s. quòd ualet autoritate iudicis. ff. de infa. l. 1. §. quod iussu. & de mino. ait prator. §. quid tamen. ff. quod cum fal. tuto. l. 1. et de aqua plu. ar. l. quanquam. in prin. Alia opinio distinguebat, an per modum uoluntaria iurisdictionis fieret illa responsio: an per modum contentiosa, ut primo casu ualeat, secundo non. In responsionibus qua fiunt ante litis contestationem ad interrogationem iudicis, de quibus no. in decre. cum causam. de iur. cal. & ff de inter. act. l. 1. qua possunt etiam à respondente reuocari: ut infra. §. ult. in prin procedere potest dictum Hug. & Gui. Sed si quaramus de responsione ad libellum uel positiones, cum primo fiat contestatio, qua contestatio utranque partem requirit in secundis iuramentum ponentis prodit iuramentum respondentis, non bene practicatur dictum ipsorum.

ADDE, quid de confessione iurata, facta absente parte. Pan. de Cast. consi. 241.

h Praiudicat. Ideo no. eo. titu. e. fi. in fi. 1. glo. & ideo Alber. Gal. ubi suprà, & ferè omnes.

i Voto. Monachationis uel conuersionis. De hoc loquitur Vber. ubi suprà, & quod sic intellexit au tor. patet suprà proxi. §. in fine.

k Dominicalis. 96. ad quam faciunt qua scripsi de cle. coniug. cùm Ioannes. cum 1. quastione & facit de iureiur. mulieri. cum ibi notatis.

l Xxv. an. Circa hoc uide quod dixi de sen. excom. per tuas. super gl. error. & eo. tit. Romana. ad fi. lib. 6. super uer. innoxios.

m Caue. Accur. & Simon ubi suprà, dant exemplū, si confiteor fœminam habere filiós in potestate, cōtra id de conuer. in fide. c. 2. cum concor.

n In sum. e. tit. dicam ibi in uer. Statim alle. ubi plenius hoc prosequitur.

ADDE de confessione pralati Rom. consi. 388. & de confessionibus procuratorum, Oldra. consil. 316.

o Autem. Ibi dabo remissionem.

p Secundum Accur. in l. 1. praalleg.

SVMMARIVM.

1 Confessio, qua & quando praiudicet uel non ut sequatur sententia aut condemnatio.

2 Confessio in uno iudicio uel extra iudicium facta, an praiudicet.

3 Confessiones & acta in uno iudicio, faciunt fidem in quocunque alio, quando inter easdem personas quastio uentilatur.

4 Confessio procuratoris facta in uno iudicio, an nocebit domino in alio, ubi ipse procurator non fuit.

Factum procuratoris non nocet domino, nisi in causa in qua datus est.

5 Confessio extra iudicium facta, an & quando ualere an nocere dicatur.

6 Confitens se debitorem, an semper & statim sit obligatus.

Confitenti quibus casibus competat exceptio.

7 Confessio sine causa facta iudicium coram testibus non inducit plenam probationem.

8 Confessio inter uiuos super contractu ad liberandum alium à se, quo casu praiudicet.

Confitens quibus casibus statim obligetur.

9 Confitens bona, qua fuerant patris, esse matris, an praiudicet aut teneat confessio.

Dominium non transfertur nudatis pactis, aut nuda traditione, nisi iusta causa pracedat.

10 Confessio in ultima necessitate facta, multipliciter consideratur.

11 Confessio patris in ultima uoluntate quo casu haredi praiudicet.

12 Confessio in vltima uoluntate ad alium sibi obligandum, an prosit.

13 Confessio extra ius facta, licet non praiudicet iure confessionis, praiudicat tamen iure pacti.

14 Confitens rem suam, esse alienam, an per talem confessionem amittat illius rei possessionem.

15 Demonstratio falsa, non tollit ueritatem.

16 Confitens alium possidere, quod ipsemet possidet, an sibi ipsi praiudicet.

17 Confessio in iudicio & coram testibus facta, aut ualet, aut praiudicat.

18 Confessio filij in causa possessionis quo casu noceat patri.

Filius non potest renunciando uel paciscendo patri praiudicare.

19 Con-

19 *Confeſſus in iure, pro confeſſo debet haberi.*
Confeßio coniugum contra matrimonium facta, non nocet, ſed pro matrimonio ſic.
20 *Confeßio in una cauſa facta, an præiudicet in alia.*
21 *Lite conteſtata, & probationibus factis, an poßit quis pœnitere.*
22 *Confitens de furto in actione ciuili, an poßit per talem confeßionem in iudicio criminali condemnari.*
23 *Confeßio ſimulata, pro infecta debet haberi.*
24 *Preceptum confeſſo factum, obtinet uim ſententia.*

1 NVNC uidendum † reſtat, quæ & quan-
do confeſsio præiudicet, uel non: ad cu-
ius notitiam pleniorem, opus eſt diſtin-
a ctione. a nam aut fit in iudicio b aut ex̄.
b iudicium. c Et ſi quidem fiat in iudicio, ſubdiſtin
c gue: quoniam aut fit in cauſa ciuili, ſeu in ſpiritua
li, aut in criminali. Si in ciuili, ſeu in ſpiritualibus
confitetur quis certum, nõ uidetur neceſſaria ſen
tentia. quod dic ut ī. §. 1. Si uero confitetur fa-
ctum, ſi quidem eſt tale, cuius nomine cum alio
poteſt eſſe actio, actionem quæ cum alio eſſe pote
rat, in me propria confeſsione transfero: ut ff. de
inter. act. confeſsionibus. & l. ſi is, cuius. ff. ad l. A-
quil. ſi is, cum quo. Si autem cum alio actio eſſe
non poterat, non tenetur: ut in præ. concor. ff. de
d inter. acti. ſi autem. §. mortuo. d Et breuiter dico,
quòd confeſsio in iudicio facta, præiudicat, dum-
modo facta ſit legitimè, ſecundum ea quæ dicta
ſunt ſupra. §. proxi. ut probatur ex̄. eod. c. 2. & 3. &
e C. eod. l. unica. e † Quid de confeſsione in uno iu-
2 dicio, uel ex̄. iudicium facta, nunquid præiudicat,
& facit fidem in alio? Reſpon. ſic, dummodo il-
la, quæ fit extra iudicium, fiat cum cauſa: ut pro
batur ex̄. de elect. per inquiſitionem, ubi confeſsio
facta in cauſa inquiſitionis, fidem facit, & præiu-
dicat in cauſa electionis: licet illud ſimpliciter cõ
fuenerit intelligi: & dic ut ibi not. ſecundum pa-
f pam. f Ad idem facit C. de arbitris. cum antea.
g §. fi. ff. de inter. act. & quia in fi. g Et eſt ratio, quia
contra id, quod propria uoce dilucide proteſtatus
eſt, uenire non debet. extra, de probat. per tuas.
C. de non nu. pe. generaliter. & hoc niſi confitens
probet, quòd in alium caſum illa confeſsio intel-
ligebatur: ut præ. l. generaliter. extra de accuſa.
cum dilecti. argumen. tamen contra. nam atte-
ſtationes & alia acta in uno iudicio habita, non
præiudicant in alio: ut extra de fide inſtrumen.
inter dilectos. uer. nec atteſtationes. & argum.
extra de ord. cog. c. 2. Reſpond. aliud eſt in atte-
ſtationibus & alijs actis: cum contra illa plura
poſſunt obijci, quæ prius non fuerant obiecta.
Item contra, extra de iudi. at ſi clerici. Sed ibi
non tenuit confeſsio: tum quia extorta, tum quia
h coram non ſuo iudice facta. h † Hoc tamen certũ
3 eſt, quòd ſi eadem cauſa de uno iudice ad alium
tranſeat, acta habita coram alio. extra de teſtibus
cauſam quæ. ubi de hoc. & c. præſentata. & ge-
neraliter quandocunq; inter eaſdẽ perſonas quæ
ſtio uentilatur, confeſsiones & acta habita in uno
iudicio, faciunt fidem in quocunque alio, ſi de eis
conſtet: ut in præalleg. decre. inter dilectos à con
trario ſenſu, & C. de lib. cauſa iubemus. & in præ.
i l. & quia. i Quid de confeſsione coram arbitro ha-
bita? Dic quòd facit fidem coram iudice: ut C.
de arbitris. l. pe. in fi. ex̄. de teſti. præſentata. C. eo.
k cum apud. k Quid de litis conteſtatione. de hoc
l in præ. cap. præſentata. ſecundum papam. l † Sed
4 nunquid confeſsio procuratoris mei facta in uno
iudicio, mihi nocebit in alio, ubi ipſe procurator
non fuit? Videtur quòd ſic: quia perinde eſt, ac ſi
ego ipſe fuiſſem confeſſus. ff. ad l. Aquil. proinde
eſt, ac ſi ego ipſe fuiſſem confeſſus. ff. ad l. Aquil.
proinde. ex̄. de cauſa poſ. & prope. c. 1. ego puto
m contra. m tum quia ratio præd. l. generaliter. &
decre. per tuas. ceſſat hic: tum quia factum procu
ratoris non nocet domino, niſi in cauſa, in qua da-
tus eſt: ut ex̄. de offi. deleg. cum olim. Dic ut ĩ. §.
poſtremo. uer. ſi uerò. Si uero ſit cauſa criminalis,
5 dic ut ĩ. §. 1. uerſi. fin. † Nunc dicendum reſtat,
quid iuris eſt ſi confeſsio fiat ex̄. iudicium? & hic
opus eſt ſubdiſtinctione. Nam aut fit ſuper crimi-
ne, aut in cauſa pecuniaria. Si quidem quis confi-
tetur crimen ex̄. iudicium, uel coram non ſuo iu-
dice, non nocet ei. ex̄. de iudi. at ſi cleri. quia nul-
lus puniendus eſt, niſi per uiam iuris. quæ triplex
eſt: ut ex̄. de accuſa. ſuper his. & c. qualiter. ſecun-
do. & confeſsio facta coram non ſuo iudice, non
præiudicat. ī. §. proxi. uer. 5. hoc uerum eſt, niſi
crimen eſſet aliàs notorium. ex̄. de accuſa. euiden-
tia. 2. q. 1. manifeſta. uel niſi ex huiuſmodi confeſ-
ſione, ortum eſſet ſcandalum uel infamia: quia
tunc punitur confitens, ſaltem extraordinarie. ex̄.
de exceſ. præla. quàm ſit graue. & de confeſ. cum
ſuper. quia priuat omnibus beneficijs habitis, ut
ibi: & etiam habendis. quod dic ſecundum Papam
prout not. extra de elect. per inquiſitionem. Si
autem in cauſa pecuniaria ſcilicet ſuper contractu
uel alia re, confitetur quis ex̄. iudicium: iterum
ſubdiſtingue. nam aut fit confeſsio inter uiuos,
aut in ultima uoluntate. Si inter uiuos, aut ſuper
contractu tantum, aut ſuper proprietate, aut ſuper
poſſeſsione. Si fit inter uiuos ſuper contractu, aut
fit ad obligandum ſe, aut ad liberandũ. Si ad obli-
gandum, aut cauſa eſt expreſſa aut non. Si confeſ-
ſio fit ex̄. iudicium inter uiuos, ſuper contractu ad
obligandum, & cauſa eſt expreſſa in confeſsione,
puta quia confitetur quis ſe debere centum Titio
ex cauſa depoſiti uel commodati, uel uenditionis
uel permutationis, & teſtes ſunt ſolenniter adhibi
n ti, ſtatim eſt confitens obligatus, n niſi probet ſe
indebite confeſſum, ut extra de fide inſtrumen. ſi
cautio. C. de non nume. pecu. generaliter. & l. 2.
& l. ſi intra. & condemnabitur, niſi contra probet,
ut dixi. & probatur. ff. de probatio. quidam. & C.
eo. non epiſtolis. & l. ſeq. ff. depoſiti. Publia. adeò
quòd ſi confeſsio ſit facta in ſcriptis, non poteſt re
probari, niſi per aliam ſcripturã. Si uero ſine ſcri-
ptis poteſt contra per teſtes probari, ut ibi. ff. de
probatio. cum de indebito. §. fina. C. de teſtibus
auth. rogati. & uide quod not. ĩ. de edit. inſtrum.
6 §. inſtrumentũ. uer. item opponitur cõtra. † Quod

autem dixi, taliter confessum, statim obligari: fal
lit hoc in duobus casibus, scilicet in mutuo, & in
dote. Nam si quis confitetur ex causa mutui se
debere, competit sibi intra biennium exceptio nõ
numeratæ pecuniæ, sed post biennium obligatur.
o o Insti. de li. ob. per totum. & C. de non nu. pe. in
contractibus. in fi. Item si quis confessus est se rece
pisse ab uxore centum nomine dotis, & contingat
ante biennium matrimonium dissolui: competit
confitenti & eius hæredibus exceptio non nume-
ratæ dotis intra annum à tempore soluti matri-
monij. Si uero post biennium usque ad decem
annos fuerit dissolutum, competit hæc exceptio
intra tres menses. quod si dissolutum fuit post de-
cem annos, postea non competit. C. de dote cau-
ta. & non nu. l. fi. & authen. ibi posita. & dic ut s. §.
p proxi. ad fi. p sed quæ est ratio, quare in his duo-
bus casibus competit confitenti exceptio, & non
in alijs? Respond. quia frequenter cum homines
uelint recipere pecuniam mutuo, & creditores
pecuniam præ manibus non habeant, illi confi-
tentur se recepisse pecuniam spe futuræ numera-
tionis. & idem est in dote: quia mariti sæpe con-
fitentur dotem se recepisse spe futuræ numeratio-
nis: unde quia in his casibus hoc frequentius ac-
cidit, prouidit lex istis: quia ad ea, quæ frequen-
tius accidunt, &c. ff. de leg. nam ad ea. ex. ut lite
non contest. quoniam frequenter. respon. 1. C.
ad Carbon. l. 1. §. si ea. In alijs uero accidit quòd
prius fit instrumentum, quàm res deposita uel lo-
cata uel uendita tradatur: & ideo secus. Si autem
non fuit causa expressa in confessione facta super
contractu ad obligandum, ut quia confitetur quis
simpliciter se debere Titio centum nulla causa ex-
pressa: talis confessio nullum parat præiudicium,
nisi Titius aliter probet debitum: ut in prædict.
q decr. si cautio. cum suis similibus. q † Vnde dicit
7 do. Marti. de Fa. quòd confessio sine causa facta,
extra iudicium coram testibus, non inducit ple-
nam probationem. ff. de donat. nuda. Nec obstat
C. de testi. testium. & authen. rogati. nam ibi fiebat
ad liberandum. ff. de pact. tale pactum. & debemus
esse promptiores ad liberandum, prout sequitur.
Sed nunquid semiplenam inducet? Respond. sic,
secundum eum. C. de prob. instrumenta. ibi: si non
alijs quoque adminiculis adiuuetur. Nec obstat ff.
eod. quædam. & C. eod. non nudis. & l. non episto
lis, nam ibi non ideò imponitur filio necessitas
probandi, quia ipse erat in possessione filiatio-
nis: onus autem probandi, incumbit ei, qui di-
cit. C. eod. auctor. quæ est 6. q. ult. nisi ius neget:
ut j. tit. proxi. §. 1. uersi. sequitur. Præmissa locum
habent, cum fit confessio ad obligandum se al-
teri. Nam si ad obligandum alium, sibi non pro-
dest, etiam millesies facta: ut supra §. proximo.
8 uersi. 4. & infra uer. proxi. † Cæterum si fit con-
fessio inter uiuos super contractu, ad liberandum
alium à se: tunc si testes sunt solenniter adhibiti
post 30. dies, intra quos competit exceptio non
numeratæ pecuniæ, præiudicat talis confessio,
& non ante. C. de non nu. pec. in contractibus. &
C. de quadri præscrip. l. 2. in fi. nisi in quibusdam
casibus, in quibus statim confitens obligatur.
Primus est, quando quis confitetur se recepisse
tributum & censum fisci: ut in ea. l. Secundus,
quando maritus post confectionem dotalis instru
menti, confitetur se recepisse totam dotem uel
partem: ut supra §. proxi. ad fi. Tertius, in de-
posito certarum rerum: ut præ. l. in contractibus.
Quartus est, quando in libro curiæ ubi scribun-
tur pecuniæ receptæ pro distractis rebus, scriptum
est, aliquam pecuniam pro tali re distracta se re-
cepisse. C. de quadr. præscrip. l. 2. §. fi. Potest &
r quintus adijci, secundum Odof. r quando mulier
confitetur, pro intercessione se pecuniam rece-
pisse. C. ad Velle. antiquæ. Sed is casus uidetur
potius ad obligandum. Hoc autem certum est,
quòd in confessione extra iudicium facta ad libe-
randum, non est necesse causam liberationis ex-
primi: imò sine causa præiudicat. ff. de pact. pa-
ctum. Secus quando ad obligandum: ut supra iu-
xta regulam Arriani. ff. de act. & oblig. Arria-
9 nos. extra de probat. ex literis. † Porrò si quis
confitetur super proprietate, si quidem super do-
minio sit confessio falsa causa adiecta: ut quia con
fitetur rem non esse suam, siue in iudicio, siue
extra, siue coram testibus, non præiudicat. nam
si quis bona, quæ fuerant patris, confiteatur esse
matris, non præiudicat, nec tenet confessio:
ut infra uer. hoc quoque. Et est ratio, quia nuda
traditio nunquam transfert dominium, nisi iusta
causa præcedat, ut uenditio, uel alia, ad quã tra-
ditio sequatur. ff. de acqui. re. do. nunquam.
Item & quia dominium non transfertur nudis pa-
ctis: ut C. de pactis. traditionibus. nec etiã amit
to dominium, licet rem habeam pro derelicto. ff.
s de acqui. pos. si quis ui. §. differentia. s Cæterum
si fiat confessio super possessione puta quia quis
dicit se non possidere, statim perdit possessio-
nem, quæ etiam solo animo amittitur: ut ibi, &
ff. eod. possideri. §. in amitenda. & etiam reti-
10 netur. C. eod. nemo ambigit. † Sequitur uidere
de confessione, in ultima uoluntate facta: in quo
iterum subdistingue. nam aut confitetur quis ad
obligandum se alteri, aut ad alium sibi obligan-
dum, aut ad alium liberandum. Si quis confite-
tur in ultima uoluntate ad obligandum se alteri:
aut non capaci, aut capaci. Si non capaci, puta
ei, cui nihil legari potest, uel etiam ei, qui usque
ad certum modum capere potest, ut C. de na. li.
authen. licet patri. dicendo, sciant omnes quòd ta-
li filio meo debeo centum, quæ ad me de bonis
eius peruenerunt. & talis confessio non ualet.
præsumitur enim facta in fraudem, cum sibi le-
gare non posset: nisi spurius contra probet. ff. de
probat. qui testamentum. ubi de hoc infra de suc.
ab inte. uersi. quid si inter se. Si uero confitetur
se debere capaci: aut testator confitetur, & iurat
se esse: & tunc ualet, etiam si nihil debuerit, &
hæres tenetur id soluere: ut ff. de legat. 3. cum
quis decedens. §. codicillis. C. de probat. auth.
quod locum. sed hoc creditoribus non præiudi-
11 cat, ut ibi no. † Sed nunquid patris confessio,
hæredi præiudicat quo ad debitum bonorum sub-
sidium: ut si pater confessus fuit cum iuramento
Titium deposuisse centum lib. apud eum ad hoc
ut filius hæres teneatur illa restituere? Et uide-
tur quòd sic, per prædi. authen. sed certe secun-
dum

dum hoc posset filius suâ legitima fraudari: quod esse non debet. extra de testa. c. Raynaldus. Vnde dic quòd talis confesio ei non præiudicat, cum sit quasi creditor. argumen. extra de inoffi. test. contra ueterani. §. si quis impuberis. secundum Vber. aut non inrat, sed simpliciter dicit, sciant omnes quòd debeo tali centum: exprimendo certam quantitatem: & tunc ualet ut legatum, non
u ut debitum, quia nihil debebatur. u ff. de leg. 2. Lucius. §. quisquis mihi. nisi probet testatorem id errore dixisse. ff. de aur. & argen. le. qui uxori. C. de falsa causa adiect. l. 1. Sed si non expressit certam quantitatem, sed dixit quod debeo tibi, lego: & nihil debebat: nihil ualet. ff. de liber. legata legaui. §. cōtra autem. ff. de legat. 1. l. si sic. Si autem dicit, sciant omnes quòd debeo tali centum, ut patet per instrumentum, quod est apud illum: uel, lego uxori meæ centum, quæ mihi dedit, sicut continetur in tali instrumento: tunc non præiudicat hæredi, nisi instrumentum exhibeatur. C. eod. l. penult. & fi. ff. de lib. leg. l. legaui.
12 † Verum si confitetur quis in ultima uoluntate ad alium sibi obligandum, dicendo, confiteor quòd talis debet mihi centum: hoc non prodest sibi. C. de probat. rationes. & l. exemplo. & authen. quod locum. Quòd si confiteatur ad alium liberandum, ualet: ut ff. de do. ex hac scriptura. Vnde si testator confitetur sibi solutum esse, præiudicat hæredi, nisi probet testatorem errasse. C. de falsa causa adiect. l. 1. & l. penult. & hæc uera sunt, quod ualet confesio ad liberandum: dum tamen uerba sufficientia sint ad liberandum: ut in l. rationes. in fi. quia liberatio intelligitur esse relicta. C. de falsa causa adiec. l. 1. & 2. Si uerò esset minus sufficiens, puta dixit has res tantum esse in suo patrimonio: cum tamen multæ aliæ ab alijs posiderentur, quos nolebat earum nomine conueniri: tunc non ualet confesio, nisi præstito iuramento. in authen. col. 5. de iureiu. à moriente præsti. C. de probat. authen. quod obtinet. Et nota quòd qui dicunt confesionem extra ius factam non præiudicare, inducunt pro se ff. de interr. act. l. 1. in fi. & l. fi. Sed certe ibi ideo non præiudicat: quia fuit facta contra ius. supra §. proximo, uer. 12. ubi ergo confesio fit extra iudicium, ut ex ea quis obligetur: bene præiudicat. nam talis confesio, uim pacti habet 3. quæstione 9. si debitum. C. de non numerata pecunia. cum ultra. & l. in contractibus. & infra, uersi. proxi-
13 mo. † In summa nota quòd licet confesio extra ius facta non præiudicet iure confesionis, præiudicat tamen quandoque iure pacti: ut C. de episcopis & clericis, si quis in conscribendo. in princip. & ff. de pactis. tale pactum. & econtra, quod non ualet iure pacti, præiudicat quandoque iure confesionis: ut C. de fide instrumen. l. 3. Hoc quoque notandum est quòd respondens esse de bonis maternis, quod est de bonis paternis, nihil agit: ut C. de iuris & facti ignor. cum falsa. Nam secundum Iacob. Bald. si illa confesio extra ius fiat, non præiudicat: ut ibi, & ff. de interrogatoria actione. l. 1. in fi. quod uerum est, si fiat non adiecta causa: ut ff. de probatio. cum de indebito. §. si, nisi alter probauerit sic esse, prout

ipse confessus est: ut ibi. maximè autem uerum est, quod dicit præ. l. cum falsa. ubi fit confesio per errorem. & sic ibi loquitur. Quid si ex certa scientia fiat? Dicit Iac. Bald. non præiudicare. Nam ratio ipsius l. cum falsa. hic durat, scilicet quòd confesio extra ius facta, non nocet: ideoque secundum eum, per præ. l. exsufflatur opinio Iacobi de porta Rauennate dicentis confesionē extra ius factam, præiudicare: ut C. de probat.
x non epistolis. & l. non nudis. x Sed ipse Iac. respondebat ad l. cum falsa. & exponebat ibi: nihil egisti, supple, si contrarium probare paratus
14 es. Tu uerò hoc prosequere ut suprà. Quid si confiteor rem meam, esse tuam: nunquid per hanc confesionem res desinit esse mea, & fit tua? Respond. si per errorem dixi, non mihi nocet: ut ff. de acqui. rerum domi. si procurator. & de condictio. causa data. l. 3. §. subtilius. ibi nam eum, &c. Quid si ex certa scientia? Respon. nec adhuc mihi præiudicat: quia falsa demonstratio ueritatem non tollit. ut in præ. l. cum falsa. extra de consan. & affinita. quia circa. nec nuda ratio facit aliquem debitorem. ff. de dona. nuda ratio. nihil ominus nuda confesio. ff. de acqui. rerum do. nunquam nuda. argumen. C. de lib. causa iube-
15 mus. † Quid si confiteor tuam esse, & me à te ad utendum tenere? Respond. dicunt Iacob. Bald. & Vber. mihi præiudicium non parari. argumen. C. de do. quisquis. argumen. tamen contra. C. de non numera. pe. l. generaliter. & in præ. l. cum de indebito. Sed si hoc dixi ex certa scientia, scilicet rem meam tuam fore: si probare possum contrarium, non mihi preiudicat, ut iam dixi. Sed uidetur quòd statim fiat eius rei dominus: sicut si rem meam ex aliqua causa, tibi concedo, cuius usumfruct. mihi retineo: statim uideor in te illius rei dominium transferre: ut C. de do. quisquis. & sic uideor rem meam à te in feudum tenere. Sed Iac. ad hoc respondet, dicens multum interesse, qualiter uerba concipiantur. Si enim dicit uolo rem istam in feudum tenere: non tamen per hoc paratur præiudicium ueritati: quia falsa demonstratio, &c. ut supra licet quidam dicant, quòd ille statim incipit ciuiliter posidere. quod non placet. Si uerò dicit, confiteor me uelle habere talem rem in feudum: tunc nocet. ff. de pact. tale pactum. uel secundum Vber. si dico sic, confiteor rem istam esse tuam & uolo eam à te conducere in emphyteusim: tunc præiudicat: ut in præ. l. quisquis. & in tale pactum in princip. si uerò dixi, confiteor rem istam, quæ mea est, esse tuam, & uolo eam à te habere in emphyteusim: tunc non nocebit: ut in præ. l. cum falsa. Item in causa societatis, statim transit dominiū:
y ut ff. pro socio. l. 1. & 3. y Et quæ dixi circa dominium, locum habent etiam circa possesionem.
16 † Sed quid si confiteor te posidere quod posideo? Respon. non paratur mihi præiudicium in possesione per præ. l. cum falsa. licet sit argum. contra. ff. ad l. fal. l. 1. §. si legatarius. quia hoc uerum est cum per errorem confiteor: ut 22. quæstione 2. in quibus. secus si ex certa scientia. ff. de acqui. pos. quod meo. tunc enim amitto posesionem quæ solo animo perditur. ff. eod. per

bb 4 diuersas.

diuersas. §. item. Sed nunquid tu statim incipies
possidere? Respond. non: quia solo animo non
quæritur possessio. ff. eod. licet. & sic dominium
aliter amittitur, quàm possessio: ut eod. tit. si quis
17 ui. §. differentia. † Quid si in iudicio, & ex cer-
ta scientia, confiteor? Respond. mihi præiudico:
ut ff. de inter. act. confessionibus. & ff. de confes.
l. certum. §. sed si fundum. secundum Iac. Bald.
18 † Vltimo quæritur: ecce filiusfam. emit fundum,
de quo factum est hincinde instrumentum, in quo
continetur quòd uenditor renunciauit exceptio-
ni non numeratæ pecuniæ, & quod sibi est pecu-
nia soluta: postmodum uerò filius confessus est
coram testibus, se precium non soluisse: quæri-
tur an confessio filij noceat patri, ut possit a uen-
ditore conueniri, non obstante renunciatione fi-
z lij? z Et uidetur quòd non, ar. C. de proba. cum
precibus. Nec obstat confessio cum solennitate
facta: quia aliàs non ualeret: ut ff. depositi. Pu-
blia. Nec enim renunciando uel paciscendo, po-
test filius patri præiudicare: ut C. de iureiur. ne-
que. Item exceptio sibi quæsita, pacto non tolli-
tur eo inuito: ut ff. de pactis. l. fi. Item non li-
cet filio mutare consilium in alterius præiudiciū.
ff. de reg. iur. nemo. & facit. ff. de oper. no. nun.
de pupillo. §. si plures. & C. de non nu pec. si cui. &
licet filius remiserit, non præsumitur pater re-
misisse. ff. de ritu nup. l. in eo iure. §. inde ait. &
facit C. quorum lega. l. 1. §. deinde ait. argum.
contra: quia in omnibus istis, tacite intelligitur
quod precium fuerit numeratum: ut in præ. l. si
cui. ff. de compensa. cum filio. Item quia pater
certat de lucro captando, uenditor non: ergo de-
bet melior esse conditio uenditoris, quàm patris.
C. de iure delib. l. fi. §. si legatarij. alioquin lu-
craretur ex aliena iactura, quod esse non debet:
ut ff. de condi. inde. nam hæc natura. extra de
pœnis. suam. 12. quæst. 2. fraternitas. & remit-
tentibus actiones suas, &c. ff. de ædil. edi. l. item
quæritur. §. si uenditor. & ff. de mino. si iudex. de
conse. distin. 4. quæris. prope princip. 7. q. 1. quam
periculosum. Item ex quo filius ipse contraxerat,
per ipsum poterat distrahi: quia omnis res per
quascunque causas, &c. extra de reg. iur. c. 1. ff.
eodem nihil tam naturale. Secundo potest dici,
quòd si pater ex hoc contractu fuit obligatus: po-
test conueniri: aliàs non: sed filius sic: ut ff. de
19 act. & oblig. filius secundum Vber. † Vltimo no-
ta quòd confessus in iure, pro iudicato debet ha-
beri: ut ext. de confes. c. 2. de simo. c. de hoc. C. eod.
l. unica. & de hoc s. §. 1. fallit hoc cum quis confi-
tetur incertum. ff. eod. certum. Item fallit in causa
matrimoniali, ut supra. §. sequitur. uersi. decimo.
& in alijs casibus ibi positis. An autem ualeat cō-
fessio cedentis contra eum, cui facta est? not. su-
a pra de procura. §. sequitur. a Illud quoque ue-
rum est, quòd confessio coniugum contra matri-
monium facta, non nocet: sed pro matrimonio fa-
20 cta, sic: ut s. proxi. uersi. 10. † Sed nec confessio
in una causa facta, & inter alias personas, præiu-
dicat in alia: nisi tales sint causæ quòd sententia
lata in una obstet exceptio rei iudicatæ in alia. ff.
de except. rei iud. cum quæritur. de hoc secun-
dum Papam, ext. de test. constitutus. & C. de inoffi.
testam. contra maiores. & ff. eodem. Papinianus.
§. sed nec impuberis. C. qui po. in pig. hab. auth.
b item possessor. b † Quid si egi contra te actione le
21 gis Aquil. negasti te damnum dedisse, lite contesta
ta confiteris: nunquid potes? Respon. Accur. no.
quòd sic. Instit. de act. §. item mista. Alij contra:
ut ff. de mino. si ex causa. §. nunc uidendum. Vel
c secundum alios c dic quòd post litis contestatio-
nem pœnitere non potest post probationes. sed
d ante probationes sic. ff. de iureiur. eum, qui. d
22 † Quid si factum est de furto ciuiliter, & reus con-
fessus est: nunquid ex tali confessione condem-
nabitur in iudicio criminali, postmodum contra
eum instituto? Argumen. quòd non. ff. de quæ-
stio. l. 1. §. diuus argumen. contra in his, quæ not.
e C. de libe. causa. l. fi. ext. de excep. c. 1. §. fi. e † De fa
23 cto quæritur: uniuersitas quædam debebat mihi
decem ratione salarij: syndicus uniuersitatis con-
fessus fuit in iudicio de cōmuni omnium & meo
consensu, se illa debere ex causa mutui: quare iu
dex condemnauit eum mihi ad decem ex causa mu
tui, & tanquam syndicum, & etiam suo nomine:
nunc quæritur, an sententia mandabitur executio
ni contra eum, Et uidetur quòd non: nam uide-
tur simulatio, quare pro infecto debet haberi.
C. si cer. pet. si non singula. in fi. & l. si ex pretio.
ext. qui filij sint leg. per tuas. nec nouatio facta fuit
quia hoc non fuit actum expresse. C. de noua. l. fi.
arg. contra: quia illud locum habet in contracti-
f bus. secus autem in iudicijs: quia tunc non f
dicitur nouatio necessaria: ut not. C. de iudi. l. 1.
24 & ff. de noua. l. aliam. † Præceptum enim factum
confesso obtinet uim sententiæ. nam mandatur
executioni, & actio ex eo nascitur, ut ex senten-
tia: ut C. de excep. rei iudicatæ. l. fi. & not. ff.
de appel. l. fi. §. 1. & quando prouo. ne. non est.
g l. 2. & hoc uerius est. g

ADDITIO.

a *Distinctione. Est sciendum quòd plures antiqui*
formarunt distinctionem de hoc Iac. Bald. forma-
uit, quæ mihi incipit ad quorundam uerbosam
clamationem. Odofr. formauit aliam super l. ge
neraliter. C. non nume. pec. quæ mihi incipit,
ut plene liqueat iste articulus, quo finito prose-
quitur legis materiam. Guid. de Suz. super l. tale
pactum. ff. de pact. scripsit distinctionem de hoc:
sed plenius in præ. l. generaliter. & incipit, cum
quis confitetur, & ut ipsorum membra notescant:
quorum aliqua ponit Accur. ff. de inter. act. l. 1.
in glo. pen. Est sciendum Iacobum sic inchoasse, cum
quis confitetur se obligandum aut in iudicio aut
extra. Item aut testibus solenniter adhibitis, aut
non. Et si adhibiti aut nullam causam expressit,
aut debitum dixit, & causam declarauit. &
hæc duo primo expedit: demum reassumit cum
solenniter est confessus, aut non: & hoc secundo
membro distinguit an sit confessio super dominio,
aut

aut super possessione: & illam prosequitur. subdit de confessione in ultima uoluntate, quæ aut ad liberandum aut ad obligandum assumit de confessione facta in iudicio, quæ aut in ciuili aut in criminali: & primò aut de certo, aut de incerto, aut de facto. & hoc ultimo aut cum alio potest esse actio, aut non: reassumit demum de criminali ponens in fine de liberali. Odof. autem sic aggreditur. Aut quis confitetur inter uiuos, aut in ultima uoluntate. Primo casu aut ad obligandum alium sibi, aut se alij, aut ad liberandum. & ultimo casu distinguit in forma uerborum. secundo casu aut exprimit causam, aut non. & si exprimit, distinguit causam mutui & dotis ab alijs causis. reassumit secundum principale, de ultima uoluntate, in qua confitetur se alij debere, aut alium sibi, aut ad liberandum. Primo casu aut non capaci, aut capaci. & secundo casu iurauit, aut non iurauit. & secundo casu aut dicit quantitatem & causam, aut non. si ad liberandum, ualet saltem iure legati. Gui. de Suz. ubi supra. sic loquitur. Aut confitetur quis in iudicio, aut extra, aut in testamento. Primo casu aut pro se, aut contra se. si extra iudicium, aut ad se obligandum, aut ad alium liberandum, aut ad ius remittendum. horum primo membro aut non fuit expressa causa, & non ualet: aut fuit expressa, & hoc casu aut est causa dotalis, uel mutui, uel alia. Si ad liberandum, ualet, sed opponi potest exceptio, præterquam in sex casibus. Si ad remittendum, ualet si in testamento, aut ad alium sibi obligandum: & non ualet. Aut ad alium liberandum, aut ad se uel heredes obligandum. Secundo casu, aut iurat, aut non iurat. Tertio casu, aut ille erat capax aut non: & si erat, aut iurauit testator, & causam expressit: aut non iurauit licet causam expresserit. Membra Cy. ponam infra. §. proxi. super uer. cæterũ. Ex his patet quòd utiliter collegit autor uerba ista, sic illa percipiendo in isto §. seq. Adde Bar. in l. nuda. ff. de dona. & quæ ibi posui post Alex.

b In iudicio. Vt supra. §. 1. in prin. dixit textus legis dicit in iure: quod ergo pro iure uel iudicio hoc sumatur, uenit in dubium, an solum cùm pro tribunali sedet, an etiam cum ambulat in uia, uel manet in lecto uel balneo. Cynus hoc tractat ubi supra. in 3. q. quod glo. ibi posuit dubiè, hoc posuit supra. titu. prox. §. 2. post eius finem.

c Extra iudicium. Rof. ubi suprà. in fine opponendo ad hanc diuisionem, quærit quod plus operetur confessio in iudicio quam extra. Aut enim quis confitetur certum, causa adiecta: & tunc siue in iudicio siue extra, coram quinque testibus rogatis, confessio præiudicat: facta uerò sine causa in iudicio uel extra, non præiudicat. Respondet quòd secundũ illos, qui tenent confessionem sine causa non præiudicare, fortè nihil. uel secundum eum assignari potest diuersitas: quia quando in iudicio confitetur sine causa tenetur, & cogi potest exprimere causam, sicut quando confitetur incertum, cogitur exprimere certum. ff. eod. l. certum. secundum eum tu in processu diuisionis uidebis quòd in pluribus expedit hæc diuisio. Adde an confessio sine causa præiudicat: & an facta coram arbitratore dicatur iudicialis uel extradicialis. Alexan. consi. 13. lib. 1.

d Mortuo. Placet quod hic dicitur, cum correctione literæ: quæ aliàs erat falsa. Hoc dico, quia Accur. in glo. de qua supra. alium sensum dedit his uerbis. & Vber. in decre. ult. posuit hæc uerba sub resistentia naturæ. Sensus autem istorum est talis: si agis contra me noxali, & damno dato per Titiũ, quem ego confessus sum seruum meum, illa actio contra neminem poterit esse de libero homine: & sic confessio mihi non nocet: sed si ille erat seruus alienus, quem confessus fui meum, confessio mihi nocet propter rationem præmissam. & hoc dicunt leges istæ. Hoc sic declaraui: quia quod dixi, in hoc Roff. ubi supra. uersi. octauo. non placet. Idem dico de Iacob. de Are. & Cy. qui intricarunt hoc membrum.

e L. unica. Sed an hæc duo, confessio & probatio, sint paria? dubitatur. & per sequentia patet quod nõ. & no. ff. de iureiuran. sed & si possessori. § si cum hereditate. in 1. glo.

f Secundum Papam. Ibi uideas quod scripsi super ult. gl. per quod intelliges quod infra. dicitur, quod plura obijci possunt, &c. Adde, quòd cõfessio facta extra iudicium cum causa, etiam in absentia partis, ualet, & præiudicat confitenti: tenet hoc Rota in anti. deci. 430.

g In fi. Pi. alle. l. fi. C. de re iudi. & uide quod not. de edendo. §. is, apud Albe. Gal. idem tenet allegans decre. dilectus. de capel. mo. & uide quod ibi not. in glo. & sic. & quod super ea dixi. Ad contrarium induxerat tres leges, quas. Vide infra. uersi. sed nec confessio. prope finem.

h Facta. Et nota an aliquo casu laicorum iurisdictio super clericos approbetur, ut scripsi post Inno. in præ. decre. per inquisitionem. super gloss. tali.

i Quia. De confessione facta coram uno iudice, an per alium possit executioni mandari? no. Cyn. ubi supra. in 10. quæst. & breuiter tenet secundũ Ia. de Ra. & Pe. quòd non. alleg. ff. de offic. procon. l. una. Ex quo patet, quòd si confessus fuisti ad mei petitio-

petitionem coram Iudice Bonon. te mihi debere centum: iudex Florentinus sua autoritate, illius confessionis executionem non assumet: non obstat quod dicitur, iudices se debere mutuo iuuare. C. de offi. praef. prae. Afr. in nomine domini. de admi. tu. l. Titium. §. tutores. facit 20. distin. praecipimus. de treu. & pa. cap. 1. quia leges loquuntur, cùm requiruntur iudices: à iudicibus in authen. ut nulli iudi. §. si qui, verò. canones loquuntur de pace seruanda. Sed an si coram dilito iudice, petitur confessionis executio, habebit locum officium iudicis? Cyn. quaestio. 9. dicit Roff. distinxisse, an confessio fuerit facta in iurisdictione contentiosa, & tunc sic peti possit. ff. de rei uend. post rem. si per modum uoluntariae iurisdictionis: nam ipse refert Petrum tenere in utraque officium locum habere, tùm locum habeat in omnibus sibi notis ut iudici, argumen. finium regun. si irruptione. & C. de accusa. ea quidem. & hoc est tale. Habeat ergo paratam executionem, per iudicis officium. C. de execu. rei iudica l. 2. & uide quod dicam infrà. §. ult. super uersi. quae autem. Adde quod Bar. in l. à diuo Pio. §. sententiam Roma. dicit quòd instrumenta guarentigia, facta in vno loco, possunt ubique mitti executioni: sed Pau. de Cast. reprehendit hac ratione, quia confessio facta coram uno iudice, non potest coram alio executioni mandari.

X Apud. Est 5. quaest. Cyn. ubi supra. an dicatur facta in iure. Et ibi recitat quosdam distinguere, an sit lata sententia & emologata uel non, cùm primo casu agitur ex sententia, secundo non. C. de arbi. l. cùm antea. poterit primo casu dici in iure facta: secundo non. Secunda distinctio est inter arbitrum & arbitratorem: ut primo casu dicatur in iure facta. C. de arbi. l. pe. in fin. secundo non. Refert suum Pe. simpliciter tenere confessionem factam coram arbitro, non dici factam in iure: cùm actus eius non dicatur iudiciarius. C. de arbi. l. 1. & quod dicitur de sententia emologata, de confessione non reperitur: ergo, &c. C. de appel. praecipimus. Non obstat quod dicimus, confessionem fidem facere in iudicio. fatetur: sed non ut k facta in iure, sed extra ius. C. de testi. l. fin. Sed insurgit alia quaestio, cùm in confessione facta in iudicio sententia iudicis, à qua non est appellatum, imponat finem reuocationi erroris: nunquid idem sit in laudo uel sententia arbitri? Videtur quòd sic, per leges de arbi. l. 1. C. de iud. properandum. & facit C. de colla. l. si soror. in fin. In contrarium, non potest dici finis impositus, cùm nec actio, nec exceptio oriatur ex illa. C. de arbit. l. 1. & uerè nisi emologetur, non videtur finitum: ut in proxi. q. sed si fuit arbitrator, uidetur secus: cùm per id uideatur transactum: ut no. in authen. ut diff. iu. post princip. colla. 9. & scripsi de iurein. Quintanallis. in mag. glo. prin. & ante fin. quod gloss. in l. error dicit sufficere, scilicet negotium transactione finitum. quod intelligendum est de transactione quae ualeat. Nec obest. l. ex falsis. C. de transact. Sed occurrit & tertia an in extraordinarijs, quae non sententia, sed decreto finiuntur, habeat post illam locum reuocatio erroris. Secundò in libertate non C. si aduersus liber. l. 2. in alienatione praedij minoris, uel in falsa executione tutoris, uel his similibus non impedire decretum contra illa veniri, ut patet. ff. de transact. cùm hi. §. si praetor. de iudic. si praetor. §. Marcello. C. si ex fal. alleg. tu. ex. su. l. 1. 2. & 3. ff. de rebus eorum, qui sub tu. uel cura l. magis. §. pe. Adde an confessio facta coram arbitro, faciat fidem: Alex. consi. 13. 1. lib.

l Secundum Papam. Ibi scripsi super uerbo, acta. & plenius post Petrum & Abba.

m Ego puto contra. Idem Compo. in decr. per inquisitionem. ut ibi scripsi super ult. glo.

n Confitens obligatus. Hic vide quod dicam infra. §. ult. super uersi. quae autem actio. in fin.

o Obligatur. Non naturaliter, quia tempus non est modus inducendae naturalis. ff. de act. & obli. obligationum ferè. §. placet. sed ciuilis prius inefficax. fit efficax. secundum Odof. ubi supra. dat simile de l. Iulianus. ff. de condi. inde.

p Ad fi. Idem posuit supra, de except. §. viso. uersi. super excep. vbi etiam ponit exceptionis formam, et scripsi de fide instr. si cautio. super glo. pe. ibi uide plenius.

q Similibus. Distinctionibus. Mar. de Fa. quam statim allegat, an sit noua obligatio, an cautio super praeterita: uide infra. de feudis. §. 2. super quarta q. fuit 3. Mar. de Fan. cui concor. Io. de Bla. ut ibi scripsi. Et ad intellectum eorum, quae hic dicuntur, scire debes quòd ipse Io. in suo libello, ubi tractat de actione ex stipulatu, tenet ex stipulatione sine alicuius causae expressione agi posse, cùm ipsa stipulatio sit sufficiens tam ad agendum, quàm ad excipiendum, quod sic probat. Promissio & solutio paria iudicantur à lege. C. ad l. Fal. l. ult. Facit ff. de dona. si patronus. §. 1. & de consti. pec. idem est. 2. sed nemo praesumitur indebitè soluere, vt ff. de prob. cùm de indebito. sic ergo dicetur quòd nullus praesumitur indebitum promittere. Vnde cum causa promittendi semper praesumatur, non est necesse quòd causa inferatur: cum etiam stipula-

tio

tio dicatur a stipite, quod designat firmitatem. Insti. de uerb. obliga. in principio. Per se ergo sine alia causa, firmitatem ad agendum designat, ut ibi probatur, idem deducendo per singulas obligationes. Institu. de obligatio. §. fina. ff. de procura. l. licet. §. ea obligatio. sed in alijs singulis obligationibus sine exceptione causæ agi potest: ergo & in ista. Item in stipulatione est obligatio ciuilis, ut patet Institu. de acti. §. de consti. Item subest naturalis. ff. de pact. l. 1. §. adeo. cùm ergo ibi sit utrunque vinculum ad agendum, ergo promittens est necessariò obligatus, alicuius rei soluendæ causa. Institu. de obli. in prin. & si ab agente petat in libello causam sibi edi, respondebit agens quòd causam sui facti ipse scire tenetur. ff. pro suo. l. vlti. ff. ad Velleianum, quanquam. C. de rescin. uend. quisquis. Propter ipsius ergo scientiam, cessabit editio; ff. de eden. si quis ex argentarijs. §. prohibet. Dicit autem l. secundam. §. circa. ff. de doli excep. & de uerb. oblig. si quis cum alt. loqui quando constat nullam, vel falsam fuisse causam: ut dicit autor in præ. 4. quæst. versicu. & idem. quòd à principio putabat causam, & neuter in dolo: quia post reperta falsa uel nulla, si agat tunc stipulator, promissori, qui errauit, competit exceptio doli: ut in §. circa. Apparet enim tunc ueritate comperta, dolus stipulatoris: licet à principio forsan in dolo nō fuerit, ut dixi. Concludit ergo duo. Primum, quòd quamuis quis promiserit causa non expressa, ualet stipulatio: cùm semper præsumatur causam interuenisse, ut est dictum: & ex ea agi potest, donec probatum fuerit causam nullam uel falsam interuenisse. quod per obliquum probari poterit: ut in præ. uer. & idem. Secundum est quod sequitur ex primo, scilicet quòd causa stipulationis in libello edenda est. Adiuuatur autem sic opinio prædicta: lex sine distinctione dicit, quòd si promittatur aliquid certum, agitur certi condictione: si incertum, ex stipulatu. Institu. de uerb. obliga. in prin. & ff. si certum peta. si quid certum. & ff. de uerb. oblig. stipulationum quædam. & l. ubi autem. Sed si legis lator uoluisset, quòd necesse foret causam exprimi, id, quod sibi erat facile, addidisset. Facit l. una. circa finem. C. de cadu. tol. extra, de transactio. cap. 2. uer. unde si circa. cum concor. quæ uolunt, quòd vbi lex non distinguit, & c ff. de publi. de pretio. cum similibus. Inducit etiā quòd si requireretur causa in stipulatione, ergo & causa causæ: & sic in infinitum iri posset, quod euitatur à iure. extra, de rescrip. cap. 2. lib. 6. cum concor. 2. glo. ff. de dam. infec. qui bona. Vide circa fi. ff. de re iudicata. l. à diuo Pio. §. si post.

Sicut igitur non requiritur oblatio, ex oblatione ff. de re iud. si se non obtulit. §. 2. sic nec causa causa, nec lis ex lite. C. de fruct. & litium expens. l. terminato. Item constat quòd uerba legis describentis stipulationem, non ponunt causam: sed dicunt eam sic contrahi: promittis? promitto: facies? faciam: dabis? dabo. Institu. de uerb. oblig. in principio. Rof. tamen in rubrica de certi condictione ex stipulatu, tenet contrarium cum domino suo Azone. quod etiam petit de condict sine causa, scilicet quòd causa est necessario exprimenda in stipulatione: scilicet, promitto tibi ex tali causa: aliàs in effectu stipulatio est nulla: quia exceptio doli, obstabit agenti. imò & obligatio sine causa condicitur. ff. de do. except. l. 2. §. circa. de condictione sine causa. l. qui sine causa. ff. de probationi. cum de indebito. §. fin. Ad idem ff. de do. l. nuda. Nec sibi placet quòd dicatur facta animo donandi: quod negat uerum, nisi ubi ius exprimit in casibus, quos dicit, per dominum suum no. ff. man. l. idem. Adiuuat dictum suum Rof. per casus varios, ubi sine expreßione causæ nil agitur in transactione. ff. de transact. cùm hi. §. in hac causa. Inquiritur etiam causa, si petatur mißio. C. de edi. diui Adria. tol. l. fi. In apocha. C. de apoc. publi. l. prima. respondet ad id, quòd dictum est, legis latorem non expreßisse, dicit hoc uerum in libro Institutionum propter rudes: sed satis est in libris Digestorum, et alijs id expressum. sic & actio edi debet cum causa. Remittit ad ea, quæ dixit de causa agendi: & uerba illa quæ allegantur, promittis? promitto, & c. fatetur quòd sunt apta ad obligandum, sed non cum effectu nō expressa causa. Et huic concor. quod ipse scripsit rubricam, ne uis fiat ei, qui satisda. de opere demoli. ante finem.

r Secundum Odof. In distinctione non habeo: sed Gul. ubi supra. ponit istum, & addit 6. C. arbi. tu. l. fi. & hi duo no. de prob. 3. in fi. ult. glo.

s Differentia. Et ibi glo. soluit contraria de. §. pen. Insti. de rerum diui. cum concord.

t Nihil debebatur. No. & uide quod post Inno. scripsi extra de suc. ab intesta. cum dilectus. super uerbo, asseruit. Hoc etiam scias quòd Pe. de Bel. ibi no. Inno. improbat: ut refert Cy. in l. generaliter in .7. q. falsum est eum ibi dixisse, quod dicit, ut ibi uideri potest in glo. prædicta, ubi ipsius uerba posui. Plus dico quòd si ad literam dixisset quod dicunt, peroptimè dictum esset. Adde ultra ea, quæ habentur in d. §. codicillis. Bald. in consi. 180. & 154. 2. libr. per Ang. consi. 29. Rom. consi. 445. Abb consi. 85. & 15. 2. libr. & ibi quòd pater confitendo in testamento, non præiudicat filijs in legi-

legitima, etiam quo ad pias causas.

u Nisi. *Excipit à legato.*

n Nudis. *Et dicũt antiqui quòd inducebat pro se quã dam falsam auth. cuius tenorem ponit* Accur. *in glo. de qua supra post prin.*

y L. 1. & 3. *Dubitatur posito quòd aliquis pro se & consortibus absentibus, quorum se dicit gestorem, recepit à* Titio *confessionem de feudo uel emphyteusi, quam tenet ab illis, nunquid consortes uel ipsorum hæredes agere ex illa poterunt sine cessione?* Dyn. *hoc tractans suo consi 32. ad negatiuam allegat quòd per liberam personam nostro iuri non subiectam, non quæritur nobis ius agendi sine cessione.* C. *per quas perso. nob. acqui. l. 1. ff. de uerb. oblig stipulatio. §. alteri. nam si non quæritur sine cessione per eum, quem constat habere mandatum: multò minus quæreretur per gestorem sine mandato. tenet contrarium, scilicet quòd eis vel ipsorum hæredibus ratum sine aliqua cessione competet ius agendi: constat autem quòd hæredes eius, possunt ratum habere, quod poterat defunctus, si est ius tale, quòd soleat in hæredes transmitti, aliàs non. ff. rem rat. habe. l. si is qui. & l. bonorum.* Item *constat id quæri per gestorem, ratihabitione sequente. quod quæritur per procuratorem mandato præcedente. ff. de reg. iur. l. hoc iure. §. deiecit.* Item *constat quod per traditionem uel quasi factam procuratori quæritur dominium sine cessione ipso iure: & per consequens ius agendi ratione dominij. ff. de acqui. re. do. si procura. & l. traditio. § fi. & l. per seruum. §. fin. ergo & quæretur per gestorem. si ratihabitione secuta, sine cessione. ff. de neg gest. si ego. sed confessio de qua supra habetur loco traditionis. argumen. ff. de dona. l. quisquis. ff. de acquir. pos. interdum. in prin. & §. finali. & l. qui bona. ergo consortibus uel hæredibus ipsorum, ex illa confessione est dominium acquisitum: & per consequens ius agendi.* Inducit *etiam l. certum. ff. eo. titu. §. certè. ubi patet ex confessione facta procuratori præsenti, quæri domino personalem actionem sine cessione. & id ideo quia plus ex facto confitentis quæritur ius agendi, quàm ex facto procuratoris confessionem recipientis.* Cui *est simile ff. quod ui aut clam. l. 3. in princip.* Concludit *ergo ratihabitione secuta competere ex confessione ius agendi ratione dominij actione in rem, & agendi personali condictione ex moribus ex confessione, qua declaratum fuit rem feudalem.* Vidimus *de consortibus, quorum nomine recepta fuerat confessio: sed quid si singulari confiteor id, super quo res iudicata omnibus prodesset ut in querela nunquid confessio habebit eandem vim ut omnibus prosit?* Vber. *super l. si sine. ff. de interrog act. tenet quòd non, per l. fi. eo. tit.* Non *obst. l. si filius. infra. eo. tit. quæ loquitur in filio in potestate constituto. & idem utrobique not.* Cy. *in præal. l. in 7. quæstio. dicit* Petrum *distinguere inter contentiosam iurisdictionem, & uoluntariam: ut primo casu ualeat quo ad omnes, secundo non.*

z Filij. *Id est, facta filio.*

a §. sequitur. *De confessione nil ibi tractat, sed de testimonio ibi ponit in fi. allegare debuit de cessio. actio. §. 1. uer. sed nunquid sola. & facit quod dixi post 1a. &* Cyn. *de iur. calum. §. restat. uer. procur.* Adde Pau. de Cast. *consi. 83.*

b Possessor. *Facit quod ibi not. in fin. ultima gloss.*

c Secundum alios. Alber. Gal. *ubi supra. uer. sed pone infra. & idem* Accur. *ut statim dicam.*

d Eum qui. *Et sic dixit* Accur. *in præalleg. §. 1. 3. gl. reddens pro ratione pœnitendi, quod non releuat actorem ab onere probandi. & allegat hanc legem.* Ibi *etiam tractat casum conuersum in prius confesso, postea negante: dicens illum puniri: cùm ultima mora noceat. ff. de peri. & commo. rei uend. l. illud.* Subdit *etiam eum, qui duplum solue re non potest, in corpore puniri. ff. de pœnis. l. 1. §. generaliter.*

e §. fi. *De confesso furtum, qui ante litem contestatam moritur an teneatur hæres? vide suprà, de interrog. §. 2. uersi. quid si is. & aliam remissionẽ ibi addidi.*

f Non. *Sine non posuit* Alb. Gal. *quod placet, & si uis subintrare materiam, vide quod plene not.* Cyn. *in l. 1 statim allegata in secunda quæstione. nota. etiam de hoc* C, *de usur. rei iudica. l. fi. in glo. sic ergo.*

g Et secundum Alb. Gal. *cuius ad literam fuit iste ver. eo. titu. in fi.*

SVMMARIVM.

Confessio quæ & quando ualeat reuocari.

1 *Confessio multipliciter est consideranda.*

2 *Confessio procuratoris in iudicio facta, quo casu præiudicet, aut quando possit procurator eam reuocare.*

3 *Dilatio iuramenti per procuratorem facta, an domino nocere possit.*

Confessio defendentis mandatum non habentis, an præiudicium afferre possit.

Procu-

4 *Procuratoribus duobus constitutis, quorum unus negat, alter confitetur, cui sit standum.*
5 *Confessio tutoris, uel curatoris, an noceat pupillo uel adulto.*
6 *Confessio criminis per contrarij probationem, potest reuocari.*
Confessio legitimè, & per principalem in iudicio facta, an & quo casu sit reuocabilis.
7 *In criminibus, an possit quis errorem suum corrigere.*
8 *Confessus crimen, an ex hoc poterit appellare.*
9 *Error habitus in principali, an possit in causa appellationis corrigi.*
10 *Nouis defensionibus, aut allegationibus an quis uti possit in causa appellationis.*
11 *Error facti negotio nondum finito, nemini nocere debet.*

a POSTREMO uidendum est quæ & quando confessio ualeat reuocari. [a] Et est sciendum, quòd confessio fit quandoque ex. ius: de quo s. proximè dictum est. Quandoq; etiam fit in iudicio: & tunc aut fit ante litis contestationem, aut post. Si fit ante litis contestationem, tunc ex iusta causa potest reuocari. quod dic
1 ut s. de interro. ante lit. contest. fac. §. fin. † Si uerò fit in iure, scilicet lite contestata: aut tunc fit per aduocatum, aut per procuratorem, aut per
b tutorem, uel curatorem, [b] aut per principalem personam. Si fit per aduocatum præsente uel sciente clientulo, & intelligente, perinde est, ac si per ipsum fieret. C. de erro. aduoc. l. 1. unde si tacet, si-
c bi præiudicat nisi eam reuocet. ex. de censi. olim. [c] & s. de aduoc. §. iam nunc. uersi. ex præmissis. quod potest facere ipse, uel aduocatus usque ad triduum simpliciter sine probatione erroris: ut C. eo. tit. l. fi. ibi, contraxisse, &c. uel etiam post triduum, quandoque ante sententiam, prius tamen errore probato. ex. de confes. ca. fin. & ff. eo. non fatetur. C. eo. error facti. ff. ad l. Aquil. inde
d Neratius. §. fi. ergo incontinenti uel eadem die, [d] eam clientulus, uel eius procurator, quod perinde est, reuocet, tunc sufficit simplex reuocatio, ut ex. de appel. cùm causam quæ. & de offi. deleg. cùm olim. 1. in fi. ex. de testi. cog. c. præterea. & sic intelligo prædicta iura, quicquid alij somnient.
e Quidam [e] autem dicunt, quòd clientulus debet statim, postquam scit confessionem aduocati, reuocare, uel saltem eadem die: & in hoc grauatur. sed potest hoc facere simpliciter: & in hoc alleuiatur. suam autem non potest, nisi probato errore & in hoc grauatur. sed hoc potest quandocunque usque ad sententiam: & in hoc alleuiatur. Principalis ergo persona, etiam intra triduum nequit suam confessionem reuocare, nisi prius errore probato: licet aliud sit in confessione aduocati, ut dixi. & hoc in errore facti. aliud, secundum quosdam, in errore iuris: ut j. ad fi. Rof. dixit [f] simpliciter & indistinctè, quòd errorem aduocati potest quis, sicut & proprium, usque ad sententiam reuocare. Nam quod dicit aduocatus, perinde est,
g ac si ipse dixisset. [g] C. de errore aduoca. l. 1. & ff. pro suo. l. fina. in fi. imò magis debet ei in errore alterius, quàm in proprio subueniri. argum. ff. de reg. iur. qui in alterius. Hoc autem certum est quòd si clientulus interrogatus an ratam habeat confessionem aduocati, respõdeat simpliciter sic: tunc non potest reuocare, nisi errore probato. Si uerò respondeat se ratum habere, in eo quod pro eo facit: in eo uerò, quod contra eum est, minimè: tunc nudo uerbo sine probatione erroris potest reuocare intra triduum quod cõtra eum est. Ideoque consulo quòd aduocatus, & etiam principalis,
h protestetur: ut in præ. uer. ex præmissis. [h] & semper sub conditione proponat: ut in eo. tit. §. fin. uer. item sit cautus ne. Quidam autem distinguũt, an errauerit in facto, an in iure. quod dic ut in Summa dom. mei, eo. tit. §. an error. Error autem
i iuris potest quandocunque reuocari. [i] † Si uerò
2 sit per procuratorem, præiudicat, k nisi eam reuo-
k cet. quod potest facere quandocunque ante sententiam, errore probato. ex. de offic. deleg. cùm olim. 1. prope fin. ex. de confes. c. fi. ex. de elec. scri-
l ptum. prope prin. [l] quòd autem procuratoris confessio domino noceat, probatur ex. de postu. c. 1. prope prin. uer. uerum. cum suis concor. & ff. ad l. Aquil. proinde. §. 1. & ff. de interro. in iure fac. l. alius. & l. si defensor. ex. de re iu. suborta. qui-
m dam [m] tamen contra, nisi procura. habeat de hoc speciale mandatum, uel nisi sit generalis procura-
3 tor. † Sicut nec pactum nec dilatio iuramenti per eum facta, nocet domino, nisi ad hoc habuerit speciale mandatum. ff. de iureiur. iusiurandum. §. fi.
n & l. sequen. & ff. de pact. nam & nocere. [n] uel do-
o minus confessionem ratam habeat. ex. de procu. c. 1. Alij, inter quos est Vincen. [o] distinguũt inter procuratorem & defensorem. ut confessio defen-
p soris, id est, eius, qui non habet mandatum, non præiudicet, ut in præ. l. si defensor. & ff. de procu. Plautius. [p] nisi dominus postmodum ratum habuerit. ff. de interrog. act. qui seruum. confessio enim procuratoris, id est eius, qui mandatum habet ad causam, uel etiam eius, qui habet literas de rato, præiudicat domino, ex. de procu. c. 1. & de offi. deleg. coram. & in præ. l. proinde. nisi dominus contrarium possit probare, ad quod potest admitti. nam & contra propriam confessionem admitteretur, si se doceret errasse: ut in præ. l. error. Verius credo cum Ioan. quòd semper obstet domino confessio ueri procuratoris: ut in præmis. concor. nec est expectandum quòd dominus ratam habeat confessionem. argumen. ff. de cond. inde. si procurator & l. indebitam. nam & quando procu. delinquit circa iudicium, domino præiudicat. nisi fines mandati excedat. ex. de offi. deleg. cùm olim. C. de procu. si procurator. De hoc, & quando factum procuratoris domino præiudicet, no. ex. ut lit. non contest. c. 1. in fi. & s. §. sequitur. uer. 14. & §. nunc uidendum, & uide in repertorio nostro eo. tit. & in tit. de proc. Item an taciturnitas procuratoris habeatur pro confessione: no. s. tit. proxi. §. 9. & est argum. quod no. ex. de postu. præla. c. 1. prope prin. ibi: non negaui, &c. ubi

q ubi de hoc secundum Papam. [q] Quæ autem actio
oriatur ex confessione procuratoris. no. ff. de in-
r ter.act.de.ætate.§.qui interrogatus. [r] † Sed po-
4 ne.feci duo procuratores, unus confitetur, alter
s negat: quæritur cui stetur? [s] Respon. [t] secundum
t eos, qui dicunt confessionem procuratoris domi-
no non obesse, planum est. secundum alios uerò
uidetur quòd neutri. Nam si duo arbitri diuersas,
&c. ff. de excep. diem. §. si plurales. ff. de re iudi.
u duo. ex. eo. c. fi. [u] sed uidetur ei standum. quod
magis nocet. ff. de lib. causa. uno. §. fin. ff. ad Sil. si
quis. §. fin. Sed distingue. nam aut incontinenti
unus confitetur, & alius negat: quo casu melior
est conditio prohibentis. ff. de cur. fur. consilio. §.
fin. Aut ex interuallo: & tunc statim dominus obli
gatur ex confessione sui procuratoris. unde ne-
quit consequi ex negatione sui procuratoris, quod
ex sua consequi nequiuisset. ff. de minori. l. 4. §. sed
an ultro. C. quod met. causa. si per impressionem.
Vel dic quòd stabitur idoneiori. ff. de testi. ob car-
men. §. fin. secundum Odof. Alij dicunt quod si
dominus uelit contra probare, audietur: cum & si
tantum unus esset, hoc posset. & sic intelligunt ff.
de confes. certum. §. si quis. Si uerò non est pro-
bare paratus. tunc ei nocet. & uide s. tut. §. fin. uer.
5 quid si duo. † Confessio autem tutoris uel cura-
toris, utrum noceat pupillo uel adulto: no. ff. eo-
6 dem certum. §. 2. † Cæterùm si fit per principa-
x lem personam, [x] & sit legitimè facta, secundum
ea quæ habes s. eod. §. sequitur. statur ei, & nocet.
C. de confes. l. unica. extra, eodem ca. 2. 14. quæ. 2.
§. 1. nec reuocari potest, nisi errore probato: &
tunc potest usque ad sententiam, non post, nisi
y fuerit appellatum. [y] C. de trāsactio. sub prætextu.
C. de iuris & fact. ignor. error facti. ff. eodem non
z fatetur. Vnde [z] si fui confessus, me occidisse ho-
minem, nunc probo eum uiuere: admittar ad re-
a uocandum: ut in præ. l. inde Neratius. § fin. [a] uel
fui confessus me promisisse tibi decem, uel ma-
trimonium contraxisse Narbonæ tali die: nunc
uolo probare quòd in illa die eram Romæ. extra
de testi. ex tenore. C. de contrahen. stipul. optimā.
uel fui confessus me tibi debere decimas de ali-
quo prædio, nunc uolo probare illud esse in alte-
rius parochia. extra de paroch. ca. fin. & de deci-
mis. quoniam. & ca. cùm contingat. 11. q. 1. si quis.
7 † Sed quid in criminalibus, potest quis suum er-
rorem corrigere? Dicit Vber. quòd si in eo perse-
uerauit, secundum ea quæ no. s. in prin. huius tit.
8 uer. & hoc in ciuili. † Sed nunquid confessus cri-
men, potest ex hoc appellare? Respon. non secun-
b dum Vber. [b] C. quorum appel. non reci. l. 2. & 2.
q. 6. §. sunt quorum. uersi. nullus etiam, &c. & est
speciale in causa criminali, secundum eum. Ego di
co quòd confessus siue in ciuili siue in criminali
causa, potest appellare, si non admittitur ad pro-
bandum errorem. ff. de confes. cùm fideicommis-
sum. Seruus si sit conuictus & confessus, & argumen
tis superatus: ut in præ. concor. arg. contra, C. de
erro. aduoc. l. fi. Hoc prosequere prout no. ex. de
app. cum speciali. §. porrò. & c. Romana. §. si autē
c post sententiam. [c] scilicet & j. de app. §. in qui-
d bus. uer. 2. [d] † Sed nunquid in causa appellationis,
9 potest quis corrigere errorem habitum in prin-
cipali? Videtur quòd non, cùm sit finitum negotiū
per sententiam. ex. de confes. c. fi. & in præ. l. error.
ex. de litis contest. exceptionis. lib. 6. ff. de re iud.
l. 1. Dic contra. nam appellatione, suspenditur pro
nunciatum: & ita non potest adhuc negotium di-
ci finitum. ff. ad Turpi. l. 1. in fi. & ad hoc. C. de er-
ro. aduoca. l. fi. Nec potest etiam dici res iudicata,
ubi est à sententia appellatum: ut supra. de excep.
10 §. dicto. uer. ut autem hoc. † Et præterea in causis
appellationis, nouis defensionibus & allegationi-
bus uti possum. C. de appel. eos. §. 1. & de tempo.
appel. per hanc. ex. de testibus. fraternitatis. & ex-
ceptionē peremptoriam in causa principali omis-
sam, in causa appellationis proponere. ex. de fide
instr. cùm Ioannes. C. sententiam rescin. non pos.
peremptorias. At corrigere errorem, est perem-
e ptoriam proponere: & sic obtinuit. [e] Cætera de
hac mat. ria uide supra. de positio. §. decimo. &
11 per totum titulum. † In summa nota quòd error
f facti, negotio nondum finito, nemini nocet. [f] C.
de iur. & facti igno. error. ex. de confes. c. fin. puta
quia errauit quis in aliqua confessione, in iudicio
facta. & bene dicit facti. Seruus autem si errauit in
g iure. [g] nam tunc statim pro iudicato habetur. C.
de confes. l. 1. ff. eo. non fatetur. ubi de hor. Vnde
dixit Rose. secus esse, si naturale indebitum iuris,
errorem promittat: ut ff. de condictio. indebiti. in
summa. Pileus tamen dixit idem esse in errore iu-
h ris, & supplet in præd. l. maximè. [h]

ADDITIO.

a *Reuocari. Notatur, quia de confessione quæritur in hac materia, non de negatione, quasi de illa non dubitetur. Ab eo enim quod tendit in ipsius fauorem, diuertere potest: sed non ab eo quod respicit fauorem aduersarij regulariter: ideo expedit de hoc tractari* Hoc *tamen scias, quòd si negatiua esset contra eum: idem quod in affirmatiua, pone terminos decreta. ut nostrum. ut ecclesia. bene. uersi. ergo. ubi archiepiscopus primò dixerat se non contulisse, & hoc erat contra eum, per quod petebat Papam, ut de uacante officio potuisset disponere: reuocatio faciebat pro ipso secundum illa quæ narrauerat. Ad idem de tempo. ordi. dilectus. ubi confessus fuit episcopus. quòd non habuerat mandatum archiepiscopi. & hoc erat contra eum, cùm mandatum alleuiasset culpam. Idem dici posset de decre. secunda de capel. monach. si dicatur quod presbyter primò negauerat se iuisse ad illorum capellam, quod postea confessus fuit, uidens probationes paratas. Ad idem de testibus. ex tenore. Si enim ille miles confessus fuisset se in septimana paschali non habuisse uxorem, hoc erat in fauorem actricis. Non potuisset igitur id postea reuocare. Interrogatus an essem in sacris tempore, quo fuit electus in episcopum, respondit quòd non: hoc est contra me. Interrogatus de ætate, respondendo*

dendo

dendo se minorem uel maiorem, uel respondendo quòd habuit mandatum, uel quòd erat laicus, uel clericus, & his similes, secundum ueritatem causarum, quandoque faciunt pro ipso, quandoque contra ipsum: & tamen sunt affirmatiuæ. Ex his concluditur in hoc §. tractari de confeßionibus de affirmato uel negato, quæ respiciunt fauorem aduersarij in totum uel in partem: an ista poßint reuocari, & qualiter.

b *Vel curatorem. Si per prælatum. uide no. de elect. dudum. secundo. in gl. nota ergo. & hic per Cynũ de prælato & de capitulo quæstione 15. & sequenti. & de his, quando agere poßint, uide plene suprà de actore. §. 1. in ultima charta. Adde Rom. consi. 388.*

c *Olim. Vide quod ibi nota. in glo. secunda. & quod super ea scripsi. & in decretali, cùm causam. c. de appel. super 5. glo. ibi distinxi præiudicium negotij principalis ex confeßione & sola ordinatione litis per contestationem. Adde ut plenè per episcopum Alex. in c. dilecto. extra. de appella. & ibi an procurator confeßionem aduocati reuocare poßit.*

d *Eadem die. Vt dicit decreta. cum causam. de app.*

e *Quidam. Scilicet Bonagui. ubi suprà, in fine. & Cyn. ubi suprà, uersicu. pen. tenet principium huius dicti, scilicet quòd incontinenti fieri poßit, nil probando. Allegat. ff. de manu. testa. l. Stichus. & illud regulare, quæ incontinenti fiunt, &c. aliàs secundum eum necesse erat probare errorem. C. de erro aduocati. l. 1. & opiniones contrarias dicit truffas.*

f *Dixit. Rubrica 7. qui poss. esse aduoca. ultra prin. uersi. bene intelligat.*

g *Dixisset. Imò ex ipsius persona, aduocatus format talia dicta. ut scripsi in præ. decre. olim super 2. glo. & patet ex forma rubricæ. C. de errore aduoca. libel. seu. precon.*

h *Ex præmis. Hoc consilium non approbat usus, ut ibi dixi.*

i *Reuocari. Contrarium, dicit, in fi. huius §. ibi: inde dixit Accur. in l. fi. C. de erro. aduoca. positis circa huiusmodi errorem aduocati duabus opinionibus, sua & Pla. omnes concordare, errorem iuris reuocari posse, usque ad sententiam. & sic loquitur de errore aduocati.*

k *Præiudicat. De hoc per Host. in Summa eodem titulo, §. 1. uersi. dominus causæ. & multum plenè per eum, in Summa de procu. §. pen. uersi. sed nunquid confun. & plenius per Cy. ubi suprà in quæstione quarta, in qua etiam de tu. & cu. tractat prolixe, & ponit octo opiniones, quarum prima distinguit an confeßio emanauerit præsentibus dominis pupillis uel adultis: & tunc præiudicat, licet minores restituantur, aliàs non præiudicat. Secunda distinguit an confiteantur tales in causis, quas inchoarunt, an in alijs. Tertia distinguit, an confeßionem fuerit secuta sententia necne. Quarta, an tutor in tota lite durauerit, uel non durauerit. Quinta, quòd præiudicet, nisi dominus, pupillus uel adultus, probet contrarium, & hæc placet glo. ff. de procuratori. non solum. VI. Ia. de Rauẽ. dicentis confeßionem administratorum talium nõ præiudicare habito respectu ad dominos. VII. distinguit an confiteatur præparatoria: & præiudicat. an decisoria: & non præiudicat. pro ratione sumunt quòd ubi maius periculum, &c. VIII. quã dicit canonistarum, est quòd confeßio procuratoris nocet domino, nisi probet illam erroneam: ut lit. nõ contest. c. 1. de re indi. suborta. distinguit demum inter procuratorem & defensorem: & hæc clara. Item inter procuratorem habentem speciale mandatum ad hoc. & ista clara, uel habentem generale tantum: & hunc coniungit tutoribus & curatoribus, distinguens uoluntariam iurisdictionem à necessaria. primo casu nec præiudicat. ff. eo. certũ. uersi sed an ipsos. secundo respondendo positionibus uel petitionibus præiudicat: cùm & præiudicet sententia: ergo & confeßio ff. de re indi sed si se obtulerit. in prin. & §. tutor. nisi dominus probaret contrarium confeßionis, ut in princ. decret. prima in fi. Diuersitatis ratio, quia in uoluntaria iurisdictione uidetur donare. quod non potest. ff. de pactis. contra iuris. §. si filius. In necessaria & contentiosa, quæ redditur in inuisum, non donat: nec prohiberi debet agnoscere bonam fidem. ff. de admi. tu. quoties. §. sicut. Sed si opponas quòd quandoque tales sunt ribaldi: respondetur in tutoribus, qui satisdant non est timenda fraus. In procuratore, imputet sibi dominus, qui talem elegit si non potest se contrarijs probationibus releuare. Adde, an confeßio prælati noceat domino, Paul. de Ca. consi. 1.*

l *Prope prin. Vide quod ibi not. in glo. & quod super ea dixi.*

m *Quidam. Hoc tenuit Vin. in l. 1. C. eod. per l. certum. ff. eo. Sed dic ipsum procuratorem teneri, per leges supra, proxi. allegatas. Idem tenet Iac. de Are. in l. certum. dicens solùm in tribus casibus domino præiudicari. Primò, si mandauit eum sic confiteri. ff. de inter. act. si seruum. 1. respon. in fin. Secundò, quando ipso præsente, & non contradicente, confessus est. C. de erro. aduoc. l. 1. Tertio, quando ratum habet, ut sequitur: & dicit eum ratum habere, si statim cùm scit non reuocat. ff. de sol. ra*

tum rem ra.habe.l.quo.enim.C.ad Mace.l.fin. facit ut lit.non contest.c.1.in fin.de iureiur.c.ult.2. respon. lib.6.

n Nocere. *De procu.qui ad agendum. in fi.lib.6.*

o Vim. *In decreta.prima de postu in prin.*

p Plautius. *Et de hoc eo.si non solùm.in prin.*

q Secundum papam. *Vide quod ibi dixi super gl.2. & est expeditum de confes.c.2.lib.6.*

r Interrogatus. *Hic est duplex error, causatus ab Albe Gal.eodem titulo post prin. versicu. sed quae actio.qui simpliciter de confessione quaerebat, non expresso procuratore: & dicebat sic: Dic quòd aut confitetur formiter aut informiter. ut no.ff. &c. & in Albe.habetur additio talis. Sed certè ibi nõ inuenio notatum: sed tangitur.ff. de confessis.l. certum.in fin.ult.glo.sed non soluit Accur.an haec additio fuerit sua, vel alterius, fuit malè locata: quia cùm in fi.uer. poni debuisset, posita fuit post praemissum, ut no.ante illud.ff.& uerum est quòd in illa glo.aliquid dicitur de forma,dicendo, illud quaeritur si cum formas quis confiteatur ex uenditione, an utili ex uendito teneatur, & uerum quòd Accur.non soluit: sed Rof.ubi supra.in prin. hoc prosequitur, dicens actionem in factum dari ex confessione. licet fateatur Io. in arbore nil de illa dixisse: sed quod supplendum sit, allegat.ff de testi.l.scio quaesitum.ff.de spon. oratio. Dicit ergo quòd si quis confitetur se sibi debere decem, aut informiter, id est, sine adiecti one causa, aut formiter, id est, causa adiecta, puta mutui, decre.si cautio. de fide instrumen. determinationem ponit pro hac forma, primo casu oritur actio in factum: secundo, utilis certi condictio sicut si daretur directa ex uero contractu. nam qui confitetur, obligatur ex eo sicut ex contractu.ff.de interr. act. de aetate. §.qui interrogatus, sicut est secundum eum in iureiurando delato: ut si iuratur formiter, id est, adiecta causa, datur utilis ex contractu: si informiter, datur in factum. ff. de iureiuran.l.nam postea.§. pen.& ulti.& l.sed & si possessori.& l.si duo patroni. §. pen. Nec est uerum quòd ex confessione oriatur utilis confessoria: quod quidam dicunt per l.inde Neratius. §. ult.ff.ad l. Aquil. ubi de hoc. nam confessoria pro seruitutibus est inuenta: remittit ad tractatum suum de confessoria.& scripsi de indiciis, examinata.super glo.2. Fatetur tamen, quòd nedum in utili, de qua est dictum: sed etiam in actione in factum, ut competat, requiruntur illa decem, quae in uersibus & in prosa habentur, propter quòd ipse prosam uel regulam prosequitur, & exponit prius, & post quasdam obiectiones ponit satis congruas materias, quas per te uideas: ponit etiam libellos & positiones, qui & quae conueniunt utrique actioni. Et ualent haec ad declarationem eorum quae no.in decre.si cautio. de fide instru.in 4.glo.& eius quod no. infra de accu. §.1.uer.quid si latro.*

s Stetur. *Tene quod no.de procu. si duo. lib.6. in 3.gloss.*

t Respon. *Secundum Albe.Gal.cuius fuit iste uer.eo. tit.uer.pen.*

u C.si. *Per quae iura ponit Albe.opinionem, quae habet quòd dominus eligit cui stetur. sicut eligit ordinarius in sententiis delegatorum suorum.*

x Personam. *In hoc membro distinguit Cy. ubi supra.q.11. dicens quòd aut scienter aut ignorãter. Secundo casu aut in facto errauit, aut in iure. Si in facto, regulariter usque ad diffinitiuam reuocari potest: ut in l.error. fallit C.de condi. inde. ca quae Insti. de obl. quae ex quasi contract. §.fi. & sic loquitur l.si is.ff.eo. Secundo casu, quia debuit peritos consulere, secundum gl. nullo iure reuocat. ff.eo.tit non fatetur.& de reg. iur. quod quis.& Dy.hoc concedit, si post litem contestatam, erretur: sed ante litem contestatam excusatur secundum eum.ff.de inter.act.de aetate.§. qui iusto.& §.Celsus. hoc nota in regula, ignorantia. lib. 6. Sed secundum Petr. casus est in contrarium, si non uioletur litera, in l.cum fideicom. ff. eod. tit. Item in damnis uitandis excusat: ut in l. error. Dicit ergo uerum esse illud non reuocari ipso iure: sed sic restitutionis ope. Et in hoc differt ab errore facti, quod reuocatur ipso iure. In confessione autem facta scienter, distinguit an sit ad praeparationem litis: & ante litem contestatam poenitet, postea non. ff. de rei uen.is, qui. Si tendit ad litis decisionem, confessus non poenitet: ut l.1. C.eod. fallit in casu.l.inde Neratius.ff. ad l.Aqui.§. fin. Notoriè enim constat, se non interfecisse hominem qui uiuit: sed non sic notoriè constare potest, se non debere quod confessus es, ad id quod distinxit post Ia.de Are.in decre.ff.eo.tit.remittam.infi.attento dicere quòd in hac materia summè necessaria esset principalis constitutio, determinans has uarietates secundum ius, ubi praualeret quid certũ: aliàs uteretur placito. quod eo casu meritorium putarem. de quo Insti. de iure na. gen. §.sed & quod prin. distinctio tamen Dy. plenè placet: ad quam in fi.remittam.*

y Appellatum. *De hoc statim infra.uer.pen.*

z Vnde. *Exempla ista fuerunt Bonagui. uer. suprà. ante finem.*

a §.fi. *Si ille uerè mortuus est, sed inuentus est occisor, dicit Iac.de Are. quòd in hoc casu, qui euenit*

Pergami,

Pergami, Iurista ibi concordabant confessum decapitandum per l.4. ff. eo. tit. ipse super lege illa tenet contrarium, inducens l.1. ff. de quaestio. §. ul. dixit etiam Gui. de Suz. super l. inde Neratius. quòd si quis vulneravit aliquem, quem fortè credidit occidisse, & captus sic confessus est: etiam amici admitti debent ad probandũ quod ille uiuit.

b Secundum Vber. Et Iac. Bal. ut dicit Alb. Gal. ubi suprà, versic. sed nunquid confessus ipse tenet cum Gul. allegans quod no. ff. de appel. l. si. §. 1. Adde ad hanc materiam, quòd confessio extraiudicialis in criminali non nocet, quantum ad hoc, ut poßit ordinari & puniri, sed extraordinariè tantum, ui de Rotam in nouißimis decisio. decis. 180. ubi pulcherrimè hoc tractatur.

c Post sententiam. Lib. 6. ubi de hoc in gl. alternatiuam. & uide quod super ea dixi.

d Ver. 2. Sic incip. & allegare intendit, quicquid cõtinetur sub illo uersi. usque ad uers. 3.

e Obtinuit. Secundum Alb. Papien. in l per hanc. C. de temp. app. ideo uide Vber. Iac. Bal. super l. error.

f Nocet. Hoc uerum, probato errore, quem probari necesse est per allegantem, ut suprà. §. 2. uer. 3. & scripsi ad fi. glo. ad quam hoc in fi. remittam. Alb. Papie. ad id allegat. ff. ad Treb. si heres ab eo. in fi. & dixit Gul. in l. error. quòd si obligaui me pluribus in solidum, per instrumenta, & Titius ex illa obligatione agit contra me, & ego confessus fui me ex illo instrumento sibi obligatum: si postea appareat illius nomen in instrumento scriptum non esse, probatus erit error. Alleg. ff. ad l. Aquil. inde Neratius. §. ult. cum l. se. Dicit etiam probatum errorem, si aduersarius id confiteatur. Allegat ff. de interr. act. l. fi. & dixit Albe. Pap. ubi suprà proxi. dixi cũm Ie. & Azo. & in hoc omnes concordant, quod probas dicendo se errasse, & probãdo rem aliter se probare. ff. de proba. uerius. de admi. tut. hoc autem. C. de episc. audi. si legibus. Fit etiam hac probatio per testes, instrumenta, & literas amicorum. ff. de interro. act. de atate. in fi. Et si dicas quòd illud dicere probare, non concludit erratum: quia potuit res aliter esse eo sciente, confiteor: sed stabitur praesumptioni ignorantia, nisi probet aduersarius scientiam: ut etiam dixi ubi in fi. remittam. quod est uerum, nisi esset casus quo scientia non obstaret: ut suprà. §. proxi. uer. quod si ex certa. & dixi nunc in distinctione Cy. uersi. in confeßionem.

g In iure. De hoc suprà. §. 2. uer. 3.

h Maximè. Vide quod scripsi in decre. ult. eo. tit. super uer. error facti. & post Dy. in regula, ignorantia. de reg. iur. lib. 6. in prin. distinctionis. De hoc etiam per Cy. C. de iur. & fact. igno. l. error. in ult. q.

Bal. De confeßionibus.

NOTA quòd in criminali non ualet confeßio, uel negatio minoris sine autoritate tutoris. C. de auto. praestan. l. clarum. Quod est uerum in spontanea: sed in tormentis sic, propter iussum iudicis. Ex quibus colligi potest, quòd tantum ualet iussus iudicis, in actibus minorum agendis, quantum autoritas curatoris, &c. Confeßio fit interdum ad iudicij euitationem: interdum ad iudicij inchoationem: interdum ad ueritatis indaginem post litem contestatam. Primo casu aut confitens effert: & tunc loquitur. ff. de procu. l. si reus paratus. Aut petit dilationem: & tunc fit praeceptum cum dilatione arbitraria. ff. de iudi. l. si debitori. ex quo praecepto oritur actio in factum: ut no. in l. fi. §. neceßitatem. C. de bo. quae lib. Et nota quòd ista confeßio, quae fit ad litis euitationem, est mirabilis natura: quia licet fiat in causa famosa, non infamat: ut d. l. si reus. quod intelligo quando causa est ex contractu, ut mandati. Secus si ex delicto, ut furti: quia tunc infamat confeßio facta etiam non in figura iudicij. ff. de infa. l. ictus fustium. Certè gloss. dicit illud esse ex genere paenae corporalis, & publicè inflicta, non ex mero uigore confeßionis. Item nota quòd si agatur ad paenam criminalem, tunc per istam confeßionem non euitatur iudicium, quia in criminali semper est ferenda sententia. ff. de custo. reo. l. si confessus. Si uerò fit in contestatione litis uel postea confeßio: tunc est necessaria sententia, nisi competens soluat. Et nota quòd ista talis solutio est mirabilis natura: quia fingit quod per confeßionem, nulla infamia sit contracta. Et est ratio, quia fertur amodo sententia absolutoria: ut d. l. si reus. Bal. uide infrà, de reg. iur. §. item nota quòd in confessum. & infrà. ee. §. praeceptũ. An ex sola confeßione poßit quis dãnari ad mortẽ. Dic quòd sic, si est sponte confessus: & sufficit semel. Si autem cum tormentis, non ualet confeßio, etiam decies repetita: nisi praecedant indicia, quae debent esse uerisimilia. C. de quaestio. l. milites. §. oportet. ff. de adil. edic. l. quaestio. §. fin. & de proba. l. cum probatio. ff. de quaestio. l. maritus. Si autem indicia praecedunt, & de facto liqueat, licet de persona sit incertum: hoc certificatur per confeßionem, in qua sit perseueratum, id est, quae non fit reuocata. in §. effectus per G. Con-

fessio ista non debet fieri coram solo notario, nec coram iudice in camera, sed coram iudice ad banchum causarum. C. de cust. reo. l. 2. Facit quod no. C. de libo. causa. l. iubemus. & ff. de testi. l. 3. §. idem diuus ibi, interrogare soleo. argum. contra, quod no. ff. de insa. l. ictus. sed ibi fuit processum de facto, non uia iudiciorum. ff. de inter. act. l. noluit. §. 1. sed in preparatorijs qua sunt modici praeiudicij, ubi non requiritur solennitas sessionis pro tribunali sic. unde aliud in criminalibus, ubi stat pondus diei & actus. Bal. uide infrà, de app. §. confessus in tormentis. & de re indic. §. iudex debet sedere. An valeat confessio in criminali absente accusatore? Videtur quòd sic: quia in criminali fiscus est aduersarius: sed fiscus est ubique praesens: ut no. in l. 1. C. de quadri. praescri. ergo. Item quia iudex supplet in criminali: ff. de adul. l. constante. Bal. Titius confitetur se occidisse quendam, cuius nomen ignoratur: an ex ista confessione possit puniri? Dic quòd si constat de corpore, non curo de nomine: ut no. 3. q. 8. libellorum. sicut si quis occideret puerum non baptizatum uel in utero matris, cui nomen non est impositum. Si autem non constat de corpore, tunc secus. ff. ad Sil. l. 1. §. item illud. Bal. Punitus non est malefactor ex sua confessione: quaeritur an uerus malefactor releuetur, quin & ipse puniatur? Dic quòd non. ff. de interr. act. l. qui seruum. post prin. & argum. ff. de adult. l. dominici. §. quaeritur. Non enim alius pro alio potest soluere poenam corporalem. Bal. Confiteor me hominem occidisse hoc modo, uidelicet ad mei defensionem: quaeritur an nullo alio probato, debeam condemnari? Et uidetur quòd non: quia non confiteor: imò interimo obligationem natam. facit quod no. per G. suprà, tit. 1. §. si. uer. ante pe. Item confessio idem est quod concessio: sed ego non concedo illam speciem homicidij, qua mihi obijcitur. nam mihi obijcitur species homicidij uoluntarij: & ego confiteor in necessario. Item ista confessio est sub uno contextu: ideo non potest diuidi. ff. depo. l. Publia. in fi. facit quod not. C. de dona. qua sub modo. l. 2. Ad idem extrà. de acc. c. cùm dilecti. Contrarium est uerùm, quia praesumptio est contra confitentem: quia praesumitur in malefico dolus: & ex illa praesumptione iuris, damnabor potius, quàm ex qualitate confessionis. C. de fica. l. 1. sed Bart. in l. Aurelius. §. 1. de li. le. Hinc est quòd si statutum dat beneficium confitenti, iste non meretur beneficium: quia non confitetur simpliciter maleficium. Idem si sit confessus per gerundium, id est, confiteor me fecisse defendendo: quia gerundium significat modum, uidelicet confessio est modificata non simpliciter, tamen statur contra se. Alij dicunt quòd non potest diuidi: quia est unum constructum, & una oratio. In passiua significatione gerundium significat necessitatem: ut no. in l. 1. de eden. gerundia & supina sunt communis significationis: ut no. in c. 1. de postu. lib. 6. in nouella. Confessio instrumenti dotalis non excludit exceptionem non nu. pec. nisi sit renunciatum tali exceptioni. §. sequitur. uer. tu facias: ut sit pactum, id est, promissio, non uera renunciatio: ut scilicet promittat non opponere exceptionem non nu. pec. quod pactum ualet tanquam pactum dotale: nec praesumitur donatio. facit quod no. C. de do. can. l. prima, per Accur. & hoc uerum quo ad personalem actionem inter ipsos contrahentes: sed quo ad praeiudicium aliorum creditorum, ita confessio non meretur priuilegium iuris: quia est dos confessata: ut no. in l. assiduis. C. qui po. in pig. hab. in glo. perua. unde non habet tacitam hypothecam. quod est no. Bal. Confessio matrimonij excusat accusationem stupri. §. 1. uersic. sed pone. G. sed non accusationem raptus. C. de rap. uir. l. 1. ff. de his qui. ut indig. l. Claudius. B. confessio facta in ultima uoluntate, non probat debitum esse uel non esse. ff. de li. le. l. Aurelius. §. fi. de leg. 2. Titia. §. Lucius. unde potest talis confessio reuocari: quia est species ultima uoluntatis, non autem species probationis. & facit pro eo qui legat decem pro usuris uel malè ablatis: ut si conualescit, non possit ex ista scriptura conueniri. De quo dic per Cy. C. de non num. pec. l. generaliter. Bal. Item confitetur quis factum, sed non modum seu qualitatem: arg. C. de arbi. tu. l. interdicta. Bal. Quando in confessione apponitur dictio taxatiua, non prodest confitenti C. de tran fact. aliàs, de excep. siquidem. Prohibita confessio praesumitur simulata. ff. de proba. l. qui testamentum. & ibi no. Bal. Contra factionem non admittitur confessio: ergo nec positio: sed contra praesumptionem iuris & de iure, sic: in authen. de aequali. do. §. illud. Baldus. Confessio facta in iudicio, siue formiter, siue informiter, ualet sicut iuramentum: ut not. ff. de interr. actio l. 1. Instit. de act. §. item si quis post. Si autem extra iudicium, tunc aut ad deliberandum: & non ualet. ff. de pactis. l. tale pactum. aut ad obligandum: & non ualet ipso iure confessio informiter, id est sine limitata causa: sed in realis sine limitata causa: ualet ut si confiteor te do-
mutuum. quod dic ut l. cùm falsa. C. de iuris & fac. igno. per Cy. & hic per Spec. dico quòd ualet
in

in modum probationis: non quòd nudis uerbis fiat alienatio. l. traditionibus. secundum Spec. unde qui rem propriam recognoscit in emphyteusim ab ecclesia, non praeiudicat sibi, probata ueritate, secundum Iac. quod est uerum in errante: sed sciēs videtur donare: unde sufficit donatio in ecclesia absque traditione, secundum Bart. ut l. ut inter diuinum. C. de sacrosanc. eccles. Sed potest respondert, quòd illud in uera donatione: secus in praesumpta. ut no. ff. de polli. l. 1. & C. de do. pro. l. 1. nec uidetur tradere possessionē, qui nihil agit, & rem propriam conducit. ff. de usucapioni. l. ei, à quo. uide infrà, de instrumen. edi. §. instrumentum habet uim. & in §. deficit: infrà, eodem §. confessio in absentia. & infrà. de loca. §. an quis soluendo. Bald. Confiteor filiumfam. mihi soluisse, deinde ipse promittit mihi non obstante refutatione. Quaeritur, an illa noua promissio obsit patri. Et uidetur quòd non. C. de loca. l. si cùm heres mei. ff. de pact. l. fi. In contrarium, quia uidetur confessio simulata. ex quo incontinenti est ab ea discessum. argum. ff. de priuileg. credit. l. si uenter. §. fi. C. de pigno. l. fin. ff. de manu. l. 4. §. si ab ignoto. ff. quibus modis pignus uel hypothe. sol. l. uoluntate. Et facit pro marito, qui confessus fuit se ab uxore habuisse dotem, quam frater uxoris statim postea promittit non obstante refutatione ut non teneatur maritus uxoris, nisi ad cedenda iura. ff. de iure dotium. l. si extraneus. argumentum contra. ff. mandati. l. inter causas. §. abesse. Item quia ius fuit quaesitum mulieri, quod ius pacto sibi auferri non potuit: aliàs esset facile uiro submittere promissionem in fraudem mulieris. Sol. si mulier consenserit promissioni, debent ei iura cedi. si non consenserit, tunc non nocet sibi talis promissio, per leges allegatas, cum simili & uide ff. de acquiren. possess. l. praedia. per Bart. Bald. Confessio in absentia aduersarij facta probat solutionem. in authen. de test. §. & licet non obligationem. C. de lib. cau. l. Aurelius. §. fina. nisi fiat in iudicio aduersario citato. quia tunc iudex supplet locum absentis. C. de appellatio. l. ampliorem. §. 1. & ubi fit confessio incerta positioni in libello. C. de libera. causa. l. cùm precum. Renunciatio in absentia an teneat? Dic ut C. de pact. l. postquam liti. remissio uel an pactum ualeat: dic ut ff. de pactis. l. idem in duobus. & de liber. leg. l. non solum. §. liberationis. de ratihabitione dic ut in l. Pomp. §. 1. ff. de nego. gest. De gratia & beneficio dic ut not. ff. de iureiuran. l. Labeo. & uide l. fi. in prin. C. arbi. tute. Bald. Quid de concessione? uide suprà de cessione. §. an cessio. Bal. Quandoque processus non tenet ratione iudicis incompetentis: & tunc nec confessio ualet. extra, de iudi. c. at si clerici. quandoque ratione ordinis iudicij deficientis: & tunc tenet confessio de restitu. spo. c. Pisanis. Quandoque ipsorum litigantium inhabilitate: & tunc non tenet. ff. de interrogato. actione. l. si filius la. secunda. C. de autorita. praestand. l. clarum. Baldus. Confessio, quae non est erronea, potest exponi non permi. de act. cùm dilectis. Bal. Syndicus confessus fuit se debere id, quod debet uniuersitas: an ex ista confessione teneatur ipse ut ipse? fuit indicatum quod sic. §. nunc uidendum. uer. de facto quaeritur. G. Certè imò non tenetur, nisi transferendo in se iudicium fuerit confessus. nam quo ad ipsum iudicium confessio non habet causam. Bald. Praeceptum obtinet uim sententiae: & ex eo oritur actio in factum, scilicet quando fit in confessum. ibidem G. & ob hoc dicit Ioan. cùm appellatur ab eo, non est necesse exprimi causam, sicut cùm appellatur à diffinitiua. Ita no. ipse de appella. c. peruenit el 2. quod no. uide suprà. eo. §. 2. uersi. ex quo Bald. Confessio aduocati non nocet domino, si infra triduum reuocetur. Secus in confessione procuratoris, quae statim nocet, nisi probetur error. §. postremo. per Guliel. Hoc uerum nisi procurator confitetur bona fide. si autem per dolum: tunc non uidetur sibi hoc mandatum. ff. mandati. l. creditor. §. Lucius. tamen domino nocet post litem contestatam: quia procurator est dominus litis. ff. de except. do. l. apud. §. quaesitum. & l. purè. §. 1. sed ante litem contest. in decisorijs secus. Bald. Si duo sunt procuratores, & unus confitetur, alter negat: quid iuris. §. fi. uersi. sed pone facit. G. Confessus potest appellare & reuocare confessionem in causa appellationis. uersi. sed nunquid confessus. uer. seq. no. de appel. creditor. §. iussus. Secus autem si quis est confessus, & insuper conuictus. C. quorum appel. non reci. l. 2. & l. fi. uersi. de hoc uide. & infrà, de appel. §. appellans à diffinitiua. Bal. An pater possit reuocare confessionem filij? Est arg. quòd sic. ff. si ex nox. causa aga. l. 2. in glo. & ff. quod quisque iur. l. 3. §. si filius. ff. de appel. l. Lucius. C. de accu. l. 2. & de libe. cau. l. 2. scilicet pro suo interesse. Bal. Quando quis cōfitetur factum, & negat qualitatem, uide C. arbi. tu. l. cum interdicto. & supra. eo. §. item confitetur quis. Quando quis confitetur conditionaliter uel sub modo, uide. C. de excep. l. si quidem. Item quādo quis confiteatur partem, & partem separabilem negat, uide C. de transact. l. si quidem. Bal. Quid de confessione facta

cta coram arbitro: uide infrà de instrum. edi. §. cõfessio facta. Contractus apud acta aequiparatur confessioni factae in iudicio. infrà, de sen. §. contra fugitiuum. De confessione guarentigia infrà, de appel. minori 25. annis. cum §. seq. ubi habes quòd confessio minoris ualet, licet detur restitutio. Pro plena materia confessionis uide Bal. in l. unica. C. de confess. & l. generaliter. C. de non numerata pecunia. per Cy. & Bar.

a *De probationibus.* [a] *Rubrica.*

SVMMARIVM.

Actore non probante, reus, & si nihil praestiterit absoluitur.

1 *Ponentis intentio, si per responsionem ad positiones non fuerit probata: qualiter statuere habeat iudex terminum ad probandum.*

2 *Terminus unus an possit praefigi ad producendos testes super principali, & ad illos reprobandum.*



IN Superiori tit. diximus quid iuris sit cum quis actoris intentionem confitetur: nunc dicendum restat quod iuris sit cùm negat: tunc enim actori incumbit probatio eius quod dicit. ff. de prob. l. 2. 6. q. vlt. actor. 4. q. 3. uer. qui intendit. idem de
b proba. supponamus. [b] † Si ergo per responsionem
1 ad positiones, non est ponentis intentio probata: debet iudex partibus terminum statuere, ad probandum hoc modo: Dicet enim notario, scribo quod statuo partibus terminum 15. dierum, ad probandum quod probare uoluerint: quem terminum statuo pro prima dilatione. Vel sic: statuo usque ad mensem pro prima, secunda & tertia dilatione. arg. extra de prob. licet. sed prius dictum magis est in usu. Sed & caue ut in primo termino aliquam inducas probationem: alioquin non dabitur tibi secunda dilatio, sine causae cognitione. arg. in authen. de testi. colla. 7. §. quia uerò. se-
c cundum Aegi. [c] Ex causa tamen dabitur tibi secunda & tertia: quarta uerò non, sine solennitate. quae prosequere, ut suprà de teste. §. qualiter au-
2 tem. uersic. uolens ergo. & seq. † Potest etiam unus terminus praefigi ad producendos testes super principali, & ad reprobandos illos. extra.
d eo. capi. praesentium. §. testes. [d] Et ex tunc non debet quis admitti ad reprobandum, ut ibi. & argum. in prae. c. licet. Sed uidetur quòd tunc fraus poterit committi: nam si talis terminus datus est utrique parti, actor malitiosè differret producere testes suos usque ad ultimam horam finalis diei ipsius termini, ut sic reus suos nequeat intra terminum producere: qui etiam post terminum non admittetur: ut in c. decre. Sed certè tunc dari debet reo noua dilatio, ad reprobationem huiusmodi faciendam: arg. 3. q. 3. §. spatium uersi. ei autem. C. de temp. in inte. rest. l. petendae. ex. de
e de iud. §. fi. & de rest. spo. frequens. §. soler. [e] Sed
f & licet prael. decre. licet, det mentem ad hoc [f] nihilominus consideratis loci distantia, personarum, & negotij qualitate, dilationem huiusmodi moderetur: ut in prae. §. quia uerò. prope fi. ex. de ap. cum i fit Romana. & est expressum in prae. §. testes. & uide s. de teste. §. qualirer. in fi. De probationibus igitur aliqua disputemus, dicentes: Quis, & qualiter debet probare. Quid & quando debet probari. Et quot sunt species proba-
g tionum. [g]

ADDITIO.

a *Pauci ex practicis autoribus formarunt hanc generalem Rubricam: & quomodo generalis hic cõueniat, licet species subsequenter, scripsi super ru. eo. tit. ubi uide in prima obiectione. Pileus formauit hanc Rubricam. & est prima quarta suae partis. Tanc. eam posuit. & est 5. tertiae partis Io. de Deo cauil. lib. 5. rubr. 3. & in li. mdicum, item multimoda probatio, ubi nil ad genus. Gallicus formauit rubricam, quam restrinxit ad testes. Rolandinus doctor etiam eam formauit, ut dixi supra Rubri. de teste.*

b *In superiori. Supponamus. per id patet quòd congruè praecessit supra proxi. ut scripsi super rub. eo. tit. in fi.*

c *Secundum Aegid. cuius fuit totum quod in hoc principio praecedit, & sequitur sua rub. 49. & uideas quod Aegid. & autor consentiunt. in princ. causae terminum ad probandum simul assignari actori & reo. & faciunt leges. eo. tit. quidam. C. ad leg. Corneliam de falsis. l. ubi. & de aboliti. l. fallaciter. Si enim id in criminalibus, fortius in ciuilibus. & facit decreta. licet. eo. tit. statim allegatis & decre. cùm causam. de testibus. Ad cõtrariũ, quod notatur infrà proxi. uer. sed ubi ego dico quod uarietas causarũ utrũque dictum iustificat, si sunt duo electi, quorum uterque se confirmari petit, & aduersarium cassari: hic optimè datur communis dilatio. Idem in interdicto uti possidetis, & similibus. & de his non est dubium. Sed si petis à me mutuum, depositum, legatum, uel aliquid tale, licet partibus uolẽtibus possit talis terminus assignari: puta quòd reus possit restituere & petere nullum terminum sibi assignari cum actore, ne frustra fatigetur, actore non probante, maximè si sua defensio ueniret probanda de longinquo, facit quod no. de testibus. c. de testibus. in ult. gloss. In foro tamen seculari, actore & reo uolentibus* proba-

probare per testes, caueat sibi reus, ne expectet publicationem testium actoris, si in foro illo seruaretur opinio Io. & Azo. ut scripsi super glo. praedicta. Tunc ergo peroptime procedit datio communis termini, ut actor actionem probet, & reus defensionem. In foro igitur canonico uel seculari, ubi nostra opinio seruaretur, procedit illa gloss. & terminorum diuisio. Sunt & qui dicunt interesse actoris, terminum sibi & reo simul non dari, moti per l. petendae. de temp. in integ. restit. ut post suas dilationes probare possit in termino reo dando. & hoc etiam eo inuito: ut notatur supra de dilationibus. §. uidendum. uersi. quid si reus. Videamus de alia coniunctione, quam statim subdit scilicet unicum terminum dari ad producendum testes probatorios in prin. & reprobatorios personarum: & fateor quòd sic fuit factum in decre. licet eo. tit. statim alle. & patet in decre. cum causam de testibus. & fieri potuit, eo quòd in ipsa productione, etiã antequam deponat, uel cum deponunt, possunt producere testes reprobatorios: tamen in ipsa eadem decre. licet. ibi: indulto ex tunc altero mense. & demum in decretali, praesentium, statim alle. ibi: si uero Abbas. patet termino diuiso, & non simul, confundi terminos prima reprobationis & secunda: per quem modum fraudi, de qua sequitur, optime prouidetur.

d §. testes. Lib. 6.

f §. solet. Lib. 6.

Ad hoc. Si intendebat de communi termino, de quo premisit: debuit dicere tres menses: sed intendit ad hoc, scilicet ad reprobandum, de quo proxime dixit: & hoc intendit, quòd non est tempus illud iuris & ordinarium, quod patet in decre. praesen tium. §. si uero. ubi si computas, uidebis tres menses, quod d. §. testes. infra allegato, non possumus ita concludere. concor. autem hic quod not. de conuer. coniu. ex publico. in 3. glo.

g Probationum. Hec membra posuit Tanc. ubi supra ad quae praemittebat, quid sit probatio. quod forte autor omisit, propter ea quae scripsi eod. tit. super rub. Subdebat etiam cui facienda esset probatio, quod etiam posuit Pil. sed autor id, quasi notissimum, non curauit. Dicebat autem iudici fidem faciendam, non aduersario. allegat Pil. C. de testibus eos. cano. eos. 4. questione 3. eos. Tan. alleg. eod. tit. si quando. §. sed cum & C. ex quibus cau. si idcirco. 30 quaestione 5. indicantes. extra de rescrip. inter caeteras. adeo Host. in fi. eod. tit. §. fi. cui ius nouum patet. & de rescrip. statutum. §. cum uero actor. ad fi. lib. 6.

SVMMARIVM.

Qui & qualiter debent probare.

1 Negatiua alia facti, alia iuris, alia qualitatis. Negatiua facti, quomodo diuidatur, & quae sit earum qualibet.
Probari non potest, quod non est.

2 Negatiua facti, pura, simplex, & indeterminata, an sit probabilis.

3 Negatiua facti determinata, an sit probabilis.

4 Negatiua iuris, qualiter, & à quo sit probanda.

5 Negatiua iuris, quid sit.

6 Neganti ius, quare incumbat probatio, non autem neganti factum.

7 Negatiua qualitatis quae sit, & qualiter probanda.

8 Qualitas quotuplex sit, & quomodo probetur.

9 Reus regulariter nihil tenetur probare, imò, actore non probante, debet absolui.

10 Onus probandi, per quae transferri possit.

11 Onus probandi, an sola praesumptione pro actore transferri possit.

12 Spontanea probationis assumptione, transfertur onus probandi.

13 Repetens tanquam indebitum quod iam soluit, regulariter debet indebitum probare.
Onus probandi an & quomodo ratione delicti transferatur.

14 In communibus iudicijs utriusque partis probationes admittuntur.

15 In crimine falsi, utriusque partis testes audiendi sunt.

16 Partis utriusque probationes, quibus casibus admittantur.

17 Partibus utriusque super suis articulis in causa testes producere uolentibus, & simul concurrant, quis prior audietur.

18 Probatio in causa appellationis, competit actori uel appellanti.

19 Furiosus per dilucida interualla, si testamentum faciat uno dicente ipsum furiosum, altero autem econuerso dicente quòd non: cui istorum incumbat probatio.

20 Probatio communis opinionis, aut praescriptionis, cuius initij memoria non extat, qualiter fieri possit.

21 Distinguere rationes agentium, uel actuum, non interest testium.

22 Praescriptio tam longi temporis, cuius initij memoria non extat, an probari possit per testimonium de simplici auditu.

23 *Testibus plura deponentibus, standum est dignioribus & uerisimiliora deponentibus, iudicis arbitrio.*

24 *Signa apparentia, an possint esse testimonia ad probandum de non uisis, aut non auditis.*

25 *Nouale durat tandiu quandiu ecclesia parochialis enormiter non læditur.*

Priuilegium de nouallbus, quo ad religiosos, quo modo sit intelligendum.

26 *Priuilegium, an perdatur unico actu contrario.*

27 *Fundi pars, an & quomodo dicatur fundus.*

28 *Opinio communis idem est, quod credulitas.*

29 *Interrogatus de communi opinione, qualiter debeat respondere.*

30 *Opinio communis, transfert onus probationis.*

31 *Probatio per communem opinionem, quibus casibus locum habeat.*

32 *Possessio continua, qualiter possit probari.*

33 *Medium colligitur per extrema.*

34 *Probatio, non est in transcursu facienda.*

1 PROBARE autem † [a] debent actor & ac-
a cusator qui aliquid dicunt, si reus id neget, ut iam dixi: quoniam actore non probante, reus, & si nihil præstiterit, absoluitur. C. de edendo. l. qui accusare. 2. q. 5. §. 1. ex. ut eccle. bene. c. 1. de causa pos. & proprie. cum ecclesia prope fi. de iureiuran. c. fi. Non ergo reus negans. probare debet. & hoc ideo quia negantis factum per rerum naturam, nulla est directa probatio: ut ex. de elect. bonæ. 1. & de probat. quoniam contra, in princip. & in præ. l. actor. ex. de renun. super hoc. in præ. decre. cum ecclesia. & quia ei, qui dicit, nō
2 ei, qui negat, incumbit probatio, ut supra. † Super quo scias quòd negatiua alia facti, alia iuris, alia
b qualitatis. [b] Negatiua facti alia pura & simplex & indeterminata, alia terminata, alia prægnans. Negatiua facti pura & simplex & indeterminata est, quæ non habet determinationem loci uel temporis uel alterius rei: ut cum dico, non fui citatus: ut in præallegata decretali, bonæ. §. contra hoc. uel si dico, non contraxi cum Berta. & talis probari non potest: quia negationum non sunt causæ. Cum enim aliquid negatur esse: hoc probari non potest: quia quod nihil est, probari non potest: & testis uolens eam probare, repellendus est. ex. de causa pos. cum ecclesia. ex. de proba. iurauit. Est tamen quidam modus probandi ex. de proba. tertio. ex. de frigi. & male. fraternitatis. prope principium ibi: quòd eadem non poterat esse mater. Tertius per iuramentum ex. de iureiur. c. fi. Quartus, si dico simpliciter, me non interfecisse Titium. Possum enim hoc probare, probando eum uiuere, uel morte naturali eum obijsse, uel quòd alius eum interfecit. ff. ad leg. Aqui. inde Neratius. §. si quis hominem cum duabus legibus sequentibus. & ff. de interro. act. qui seruum. Quintus, per acta. ex. de re iu. lator. ad fi. & c. consanguinei. Sextus, si dicatur, quòd aliqua clausula fuit apposita in literis iudicum, non de conscientia ipsorum: statur enim super hoc testimonio eorundem. argumen. extra de excess. prælato. inter dilectos. §. præterea. ex. de præscrip. olim. Septimus, propter probationis impossibilitatem:
3 quod dic ut infra uersi. rectoris. & seq. † Negatiua autem facit determinata, scilicet habens determinationem loci uel temporis, bene probatur, saltem indirecte: ut si nego me Titium interfecisse, uel cum Berta contraxisse tali die & loco, bene possum hoc probare indirecte, probando quòd illa die alibi eram. C. de contrahen. stip. optimam. ex. de testib. ex tenore. Instit. de inuti. stipu. §. item
c uerborum. [c] Sed quomodo fiet istud cum instrumentum debeat edi siue die & consule? Dic quòd tribus modis petitur edi. quod dic ut infrà de instrumen. edi. §. uidendum restat. Item negatiua facti prægnans est, quæ habet implicitam affirmati-
d uam [d] ut si dicam, non sponte renunciaui. iam enim implicite affirmo siue inficiando assero me ui uel metu renunciasse. & hoc possum & debeo probare. ex. de renun. super hoc. in fi. Vel si dico non sum in patris potestate, quia iam simpliciter assero negando me liberatum à patria potestate: & ideo debeo hoc probare. ff. de proba. si filius. Item si nego testatorem fuisse sanæ mentis: quia negando implico eum fuisse alienum à mente: & ideo id debeo probare: ut 3. quæst. 9. indicas. ex. de suc. ab intest. c. fi. C. de codicil. nec codicillos. &
e sic in similibus. [e] † Sequitur uidere de negatiua
4 iuris, & hæc probanda est ab eo, qui eam opponit. Verbi gratia: nego emancipationem recte factam: iam enim nego eam iuste factam, & ideo debeo probare. ff. de proba. ab ea parte. in fi. Vel dico quòd non potes esse procurator. ff. de procu. mutus uel testis. ff. de testi. l. 1. Vel non potes matrimonium contrahere. ex. de spon. cum apud. uel postulare, uel agere, uel huiusmodi, quæ à iure communi conceduntur. Si enim dico te aliquo iure prohibitum, debeo aliud ius probare. argum. in præ. decreta. cum apud. ff. de procu. l. 1. quia omnia licent, nisi probentur prohibita 11. quæst. 1.
5 aliud. & ff. de reg. iur. non omne. † Negatiua autem iuris est, cum negatur aliquid iure factum esse: ut iuris solennitatem abfuisse. & hoc aut in iudicijs, aut in contractibus. Si in iudicijs, aut negatur postquàm sententia transijt in rem iudicatam, in processu iuris solennitatem abfuisse: & tunc in causa nullitatis, talis negatiua probatur. aliàs semper præsumitur pro processu iudicis. ex. de re iudi. sicut. & de renun. in præsentia. ubi de hoc. Aut antequam in rem transijt iudicatam: & tunc non probat negans, imò non præsumitur pro processu: nisi quatenus, &c. extra de proba. quoniam contra. Si uerò in contractibus: tunc de iure communi probare debet, qui solennitatem iuris negat adhibitam: ut in præ. l. ab ea. tamen fauore ætatis, minor qui dicit rem suam alienatam, non adhibita iuris solennitate, scilicet tutore autore, & cum decreto, hoc non probat, imò rem reuocat: nisi is, qui dicit adhibitam, hoc non
6 probet. ff. de publiciana. quæcunque. §. fin. † Sed quæritur

quæritur quare neganti ius incumbit probatio, &
non neganti factum. Respond. quia præsumitur
contra negantem ius. Omnia enim præsumuntur
licere, nisi probentur prohibita. ff. ex qui. cau. ma.
necnon. §. quod eis. 11. q. 1. aliud. Sed contra negan
tem factum, nulla est præsumptio, nisi in casi-
bus, ubi idem iuris est, quod in negante ius: ut
7 infrà, uer. secundum. † Restat uidere de negati-
ua qualitatis, quæ est, si quis dicit, non es bo-
f nus, non es diligens, non est legitimus [f] non es
g soluendo [g] hic enim negatur qualitas. & qui hoc
dicit, debet probare. Nam quilibet præsumitur
idoneus: nisi probetur contrarium: ut ex. de seru.
in ordi. facien. c. unico. de præsum. c. fi. ff. de leg. 2.
cum quidam. l. cum pater. §. rogo. C. de inoffi. te-
sta. omnimodo. uer. si tamen. ff. de priui. cre. si cre-
8 ditores in fi. Super hoc tamen distingue. † Nam
qualitas alia est scientiæ uel ignorantiæ: & hæc
probantur per examinatorem. Non per eum, qui
eam proponit: ut ex. de præben. cum secundum.
ex. eod. qualiter. & ex. de æta. & qua. accepimus. &
h c. fi. 24. distinct. quando. [h] Alia ætatis: & hæc
aut est notoria: & tunc probatur per aspectum
corporis. ex. de electi. dudum. 1. ff. de mino. minor
25. an. ex aspectu. Aut de ea probabiliter dubita-
tur: & tunc qui dicitur minor, probat se maiorem
ut ex. de elec. cum nobis. quod uerum est secun-
dum Io. si ipse sit actor. Nam si reus dicatur mi-
nor, qui dicit, hoc probet: ut nor. suprà, de a-
ctore. prope priu. uer. si ergo excipis. Alia ordi-
nis, de qua si dubitatur, probat qui negatur or-
dinarius. extra de cleri. pereg. per totum. Alia
conditionis alicuius, ut legitimatio, excommu-
nicatio, interdictum. unde si dico te illegitimum
uel excommunicatum, uel interdictum, & simi-
lia, hæc debeo probare: quia quilibet præsumitur
bonus, &c. ut supra. An negatiua positio sit ad-
mittenda, dixi plene suprà de positionibus. §. 7.
i uer. 8. [i] † Nunc ad propositum redeamus: & not.
9 quòd reus non tenetur probare regulariter: imò
actore non probante, licet reus nil probet, absol-
uitur: ut supra in princip. Sed licet reus genera-
10 liter probare non teneatur † tamen quædam sunt
k quæ transferunt onus probandi in eum. [k] Primû
est exceptio: puta peto à te decem: tu excipis
quod soluisti. uel peto fundû quem probo meum:
tu excipis de præscriptione, & similia. Certe de-
bes has exceptiones probare. Nec mirum: nam
reus in exceptione fit actor. ff. de exceptio. l. 1.
ff. de proba. in exceptionibus. extra eod. ex lite-
ris. in fi. 16. quæst. 3. inter memoratos. extra de
præscrip. auditis. & hoc uerum est, cum reus ex-
cipiendo aliquid asseuerat. Secus est si excipien-
do neget, ut patet in exceptione non numeratæ
pecuniæ: quoniam ea à reo proposita, actor debet
probare numerationem, & non reus exceptio-
l nem: ut C. de non numerata pecu. si ex cautione [l].
11 † Secundum est præsumptio, scilicet quæ est pro
actore. Vnde si frater petit a fratre partem prædij,
quod fuit pars communis: quamuis reus neget il-
lam pertinere ad actorem, tamen probare debet
qualiter ad se tantum pertineat: aliàs in causa suc
cumbet: ut C. de probatio. siue possidetis. Item si
aliquid relictum sit episcopo in testamento ab ex-
tranea persona, præsumitur intuitu ecclesiæ sibi
esse relictum. Vnde licet ipse sit in possessione, &
neget illud ad ecclesiam pertinere, tamen probare
debet sibi soli esse relictum. ex. de testa. requisisti.
xij. q. iij. pontifices. Item si episcopus petit eccle-
siam sitam in sua diœcesi, quam alter detinet, di-
cens non esse episcopi: hoc debet probare qui de-
tinet, quamuis neget. ex. de reli. do. constitutus. &
c. seq. xvj. q. vij. omnes basilicæ. ex. de rescrip. cum
non liceat. Itē quòd præsumptio transferat onus
probandi in reum, probat dist. 100 contra morē.
ex. de præsump. quia uerisimile. & de restitu. spo-
lia. solicitè. & de renun. super hoc. ff. de proba. quin
quaginta. & l. cum indebito. ex. ut eccle. bene. c.
unico. ex. de procura. ex insinuatione. ex. de iure-
iuran. c. fina. ff. de dona. inter uirum & uxorem.
Quintus Mutius. Et breuiter ubicunque ius com-
mune pro aliquo facit, & pro eo præsumit, talis
præsumptio iuris transfert onus probandi in reû
50. dist. ferunt. ex. de sponsal. is qui. Secus si sit præ
sumptio iuris & de iure, quæ non admittit proba
tionem in contrarium. quod dicunt no. ex. de spō
sa. is qui. 53. dist. fraternitatem. & uide infra. § ui
12 dendum. uer. quarto. † Tertium est spontanea pro
bationis assumptio. Si enim reus uelit onus pro-
bandi subire, mos ei gerendus est, ut uolens pro-
bare admittatur. ff. de proba. circa xxix. q. ij. c. cu-
m ius rei causa. ex. de resti. spoliato. c. i. [m] Quartum
est iuramenti delatio. nam si iudex reo deferat iu
ramentum, suscipere debet ipsum, quod præstitū
loco probationis habetur. xvi. q. iii. dilectio. 31. q.
2. si uerum. ex. de probatio. sicut consuetudo. ex.
de iureiur. c. fin. de testi. præsentium. ff. eo. scilicet
de iureiuran. l. iusiurandum etiam. & l. manifeste.
13 † Quintum est actoris priuilegium. Nam qui repe
tit tanquam indebitum, quod iam soluit, regula-
riter debet probare indebitum. tamen si repetens
sit priuilegiata persona, puta pupillus, uel minor,
uel miles, uel agricola: reus debet probare se
debitum recepisse. Sextum est delictum. nam si
reus, a quo indebitè solutum repetitur, negat se
ab actore pecuniam recepisse: certè actore solu-
tionem probante, reus necesse habet probare po-
stea sibi debitum recepisse. Hos duos casus habes
extra de solu. cap. fin. & ff. de proba. cùm de inde
14 bito. circa prin. & §. si autem. † Septimum, in
communibus iudiciis utriusque partis, probatio-
nes admittuntur. extra de probatio. ex literis. ff.
de iudiciis. in his tribus. Octauum, cùm uterque
se asserit possidere, uterque probat: ut in c. 1. &
extra de proba. licet. Nonum, in crimine falsi,
15 utriusque testes audiuntur. C. de falsis ubi. † Sed
pone, ecce peto a te cētū q̄ mihi debes, tu mihi
negas debitum: produco instrumentum ad pro-
bandum: tu excipis contra illud de falso: nunc
n quæritur quis nostrum debet probare [n]? Iacob.
distinguit. nam aut de falso agitur ciuiliter, aut
criminaliter. Si ciuiliter aut instrumentum il-
lud est prima facie suspectum, puta est can-
o cellatum, uel in aliqua sui parte abolitum [o],
uel tabellio alias falsas scripturas consueuit
conficere: & tunc producens debet illud pro-
bare uerum esse. C. de probatio. iubemus.
p [p] Aut non est suspectum: & tunc excipiens

cc 4 debet

debet illud probare esse falsum. C. de den. qui accusare. Si autem criminaliter de falso agitur, tunc uterque debet probare: primo tamen excipiens, & subsequenter producens: ut in præ. l. ubi. resp. 1.
q q † Decimum, quando utrinsque testes admitti-
16 tuntur in crimine læsæ maiestatis & in sacramentis desertis, & in proditione patriæ, & in crimine peculatus. C. de aboli. fallaciter. in fi. Est autem peculatus, furtum de republica perpetratum 23. quæstione quarta. quid ergo. ff. ad l. Iul. peculatus. l. 1. Vndecimum, negatiua habens in se implicitam affirmatiuam, debet probari à reo. quod dic ut supra, uer. negatiua facti. alias autem regulariter uerum est. quòd actor debet probare. quod dic
17 ut supra in princip. huius §. † Sed ubi uterque uult testes super suis articulis in causa producere, & simul concurrunt, quæritur quis primo pro
r ducet[r]? Et uidetur quòd actor, qui prior est in omnibus iuxta regulam illam, qui prior appellat, prior. aga. ff. de iud. qui prior. extra de or. cog. c. 2. ff de reg. iur. secundum naturam. C. ad l. Cor. de falsis. l. fi. & l. ubi argum. contra quòd reus possit prius testes suos inducere. C. de inoff. test. liberi.
ſ in fi. ff. de prob. circa. §. fi. [ſ] ff. de fe. feriæ. §. ff. de reg. iur. non debet. ex. de mut. pet. c. fi. & de excep. cum inter. uersi. cum non debeat. Vber. de Bo. dixit, quãdoque de consuetudine iudiciorum quemlibet admitti: & utentur communibus dilationibus: ut C. de tempo. in integ. resti. petendæ. Quandoque etiam dixi ex officio iudicis id pendere, qui debet attendere an actor id dicat, seu ut impediat, uel an uelit producere. ff. de rei uend. in fundo. in fi. Et an sit periculum in mora: quia tunc nequit regula iuris seruari. ff. de offi. procon. l. aliquando. extra de iudi. c. fi. Ego puto actoris testes prius debere recipi & examinari supra sua petitione, quàm rei super sua defensione: ne reus fatigetur
t inutiliter laboribus & expensis. [t] C. de probat.
u exceptionem. & in hoc concor. Azo [u] ut in primis concor. & probatur ex. de proba. licet. ex tenore commissionis ibi factæ. & de test. ad hoc.
x alias incipit, præsentium. [x] & in authen. de instru. eau. §. oportet. C. de testi. si quando. ff. de tab. exhi. l. locum. & si contra fiat, actor ex hoc poterit ap-
y pellare. & sic obtinuit. [y] Fallit tamen hoc in primis undecim casibus, & in præiudicialibus quæstionibus, in quibus prius admittuntur probationes rei. extra de or. cog. c. fi. 3. q. 9. per totum. & ui-
18 de §. de dila. §. uidendum. uer. & not. † Sed quis probabit in causa appellationis? Respond. actor siue appellans. in authen. de his, qui ingre. ad app. §. illud. Quidam tamen contra de hoc. C. eod. hi
z qui ad ciuilia. [z] † Pone, quidam erat furiosus, per
19 dilucida interualla: fecit testamentum: dico eum fuisse furiosum: tu dicis eum fuisse sanæ mentis: quæritur cui incumbit probatio? Dicit Vber. de
a Bo. [a] quòd tibi, ut C. de codicil. nec furentem. Alij dicunt quòd mihi agenti, dicenti eum fuisse furiosum, incumbit probatio: uel agenti, & dicenti quòd fuerit sanæ mentis. Nam ei, qui dicit, & c. ff. de proba. ei qui. 6. q. ult. actor. extra de suc.
b ab inte. cum dilectus. [b] † Vltimo quæritur, qua-
20 liter fiet probatio communis opinionis, uel etiã præscriptionis tanti temporis, cuius memoria nõ

existit: puta aliquid esse nouale: uel aliquem locũ ultra hominum notitiam, uel non fuisse inhabitatum: ut extra de priuil. c. fi. & de uerb. sig. quid
c per nouale. & c. ueniens [c] uel aliquem notarium uel prælatum fuisse, & huiusmodi. Ad cuius rei euidentiam, exempli gratia, finge monasterium Fontis frigidi habere priuilegium de percipiendis decimis noualium intra parochiam de Burgarachio: unde agit contra actorem eiusdem ecclesiæ: quia eas quasi possidet de iure communi: rector uero econtra agit contra monasterium, ut eas sibi dimittat in pace. Hic quæritur quid hinc & inde ueniet in probatione. Et certe not. papa In-
d noc. 4. [d] quòd testes monasterij dicere debent, q est communis opinio hominum habitantium circa loca, quæ monasterium asserit noualia esse, & etiam aliorum, quibus cura est de his quærere, uel melius hominum, qui circa hoc arbitrantur nullũ uiuentem uidisse uel audiuisse, quãdo loca illa culta fuerint. Adijcient etiam quòd nunquam uiderunt uel audiuerunt aliquos, qui dicerent se uidisse loca illa coli, uel qui audissent ab alijs prædecessoribus sursum in infinitum, uel etiam ab alijs, qui secum conuiuebant, sursum in infinitum prædicta loca tempore suo coli. ar. ff. de probat. l. si arbiter. & extra de testi. quoties. in fi. & c. licet ex, & est speciale ut testimonium de alieno auditu ualeat. Oportet autem hos habitantes uel arbitrantes, qui prædicta opinantur, esse ad minus duos uel plures, prout iudex arbitrabitur: nec oportet esse omnes uel maiorem partem. nam municipes scire dicuntur, quòd maiores sciunt. ff. ad muni. municipes. extra de testi. ad hoc. alias incipit, præsentium. prope princ. ibi: uel maiores, &c.
e [e] Nec uidetur sufficere, si testes dicant, non est opinio hominum, nec etiam alicuius præcedentium in infinitum, quòd prædicta loca culta fuerint: quia hæc est negatiua, quæ probari non potest: ut s. in priu. huius §. Non est etiam necesse quòd dicant se audiuisse prædicta loca semper fuisse inculta: imò bene ualet eorum dictum, licet audiue-
f rint aliquando fuisse inculta [f] tunc enim probabit ipsum monasterium præscriptionem eius temporis, cuius non extat memoria contra confessionẽ, quam dictus rector de iure communi intendat ad decimas petendas: ut in præ. c. quid per nouale. & c. ueniens. Innoc. tamen not. in præ c. quid per nouale. quòd hæc probatio non incumbit priuilegiato, qui non est in possessione. Et hoc dic secundum do. meum, prout ibi not. In huius autem præscriptionis probatione debent dicere testes eẽ se communem opinionem hominum prædictorũ, quòd nullus uiuẽs uidit uel audiuit quòd suo tempore culta fuerunt dicta loca: sed ludis, uel transeuntibus bestijs patebant: uel erant nemora seu paludes: quodque nõ uiderunt aliquos qui hæc uiderint uel audiuerint et ab alijs de suis temporibus. Et aduerte quod dixi de suis tẽporibus. Si n. hoc nõ dicerẽt, hoc eodẽ modo probari posset le-
g gem à Moyse datam esse [g] & transitus maris ru-
h bri [h] chorea gigantium, schisma Chore, Datan &
i Abiron [i] & huiusmodi 7. q. 1. denique. ex. de elec. licet & et multæ absurditates & impietates, et de Christo, & de alijs: ideoque restringenda est in his

his interpretatio, non laxanda hoc modo dicendo quodque non uiderunt aliquos qui hoc uiderint, & hoc clarum est, uel audiuerint etiam ab alijs de suis temporibus. & hoc etiam planum est, prout uerba simpliciter sonant. Si autem uelles intelligere & supplere, uel ante tempora eorum factum esse, præmissæ absurditates. & aliæ sequi possent.
k Dicunt tamen quidam, & bene [k], quòd etiam si testes non dicant de suis, sed de aliorum temporibus sed certis æquè bene impeditur præscriptio, sicut si de suis temporibus dicant. Verbi gratia, dicunt P. dicentem se audiuisse à Io. quòd loca illa tempore Caroli colebantur: sed ab eo tempore citra, est communis opinio quòd fuerunt inculta. Si enim à Carolo audiuissent, certum esset præscriptionem non probari, sed impediri. Idem quoque uidetur, si non dicunt de certo homine, nominãt tamen certum factum sic, audiuimus quòd colebantur quando Narbona fuit à Saracenis capta: sed postea inculta fuerunt. alij dicunt contra, quod non sufficit eis dicere quo ad impediendam præscriptionem, se audiuisse ea tempore Caroli uel captionis Narbonæ culta fuisse, nisi dicant quòd uiderunt uel audierunt suo tempore fore culta: uel secundum opinionem primam, nõ uidetur differentia a fine audiuerunt à Ioan. siue à Carolo, cùm eis sufficiat dicere ita de alieno tempore sicut de suo. Isti tamen bene fatentur, quòd non debent tempus confusum dicere: puta quòd culta fuerũt tempore Christi uel captionis Troiæ citra, & huiusmodi: sed certum dicere debent, ut præmissum est, scilicet tempore Caroli, uel captionis Narbonæ. Quid si testis interrogatus respondet aliquos, & paucos, sed sine ratione, contrarium opinari? Dic præscriptionem nihilominus probari. Sed quid si dicit parem partem contrarium opinari, sed sine ratione? Dic quòd non ualet eius dictum.
21 † Non enim est testis distinguere, quia faciat cum
22 ratione uel non. † Quid si sic dicit, audiui aliquẽ dicentem se uidisse uel audiuisse, quòd tempore suo culta fuerunt, sed ei non credidi: quia cum ab eo quærerem de causa sui dicti uel de circunstantijs, non respondit mihi, uel falsum mihi respondit. Dic per hunc testem non probari præscriptionem: quia cùm ipse non esset iudex illius, à quo audiebat prædicta loca culta, non tenebatur ille respondere sibi. Sed si falsam causam subiecisset sui dicti: tunc præscriptio probaretur, dummodo constet falsam esse, & illum eam dixisse: quia fortè non est testi credendum, quòd eam ille dixerit, nisi pars monasterij illud probet. Rectores autem testes nouale negantes, debent contrarium dicere scilicet esse communem opinionem hominum supra dictorum, quòd aliqui sunt qui uiderunt uel audiuerunt, quando prædicta loca culta fuerunt. & hoc sufficit, licet non probent aliquid aliud, puta
23 diem, consulem, uel annum, & huiusmodi. † Quid si testes utriusque partis hoc pleuè dixerint? Dic iudicis arbitrio relinqui æstimare, qui quibus præferantur: & cùm testes iuxta præmissa debeant dicere communem esse opinionem loca fuisse culta uel inculta: præferat digniores & uerisimiliora dicentes. ex. de test. in nostra. c. præterea. 4. q. 3. Item in criminali. prope prin. Item etiam si in hoc articulo, testes monasterij præferantur non sufficit ei nisi probent etiam alia iam præmissa, scilicet annum, diem, & consulem: cùm lex eum ad omnia illa adstringat. in auth. ut nomen impera. præpo. do cu. Si uerò testes rectoris hoc probent, sufficit ei, licet aliud non probent. Item si testes rectoris deficerent in hoc articulo, probareut tñ alium: puta si uidisset uel audiuisset tales dicentes se uidisse illos, qui audiuerant ab alijs, quòd prædicta loca suo tempore culta fuerunt, id in cõmuni opinione habebatur, nec dubitabatur ea culta fore, præfertur rectoris probatio. ff. de aqua plu. arc. in sum. in prin. & §. fi. cũ. n. iure communi utatur: sufficit ei in uno, & si non in omnibus, monasterij probationem infringere: hoc etiã casu, si duo tantum testes hunc articulum bene probent, præferuntur quotcunque testibus monasterij contrarium asserentibus. Hi enim affirmatiuam adstruunt: quod est secundũ ius cõmune dicentes communẽ esse opinionẽ culta fuisse. illi uerò negatiuã, quod est contra ius: ut s. in prin. huius. §. licet hoc casu propter impossibilitatẽ probationum admittuntur. Alij autẽ dicunt: & hoc dicis discretioni cõmitti. quia utrũque testimonium admissum est, contra ius: quia de auditu, ut s. de teste. §. 1. uer. itẽ quod nõ prohibet quamuis testimonium monasterij magis sit contra ius, & quia de auditu: & quia adstruit negatiuam. Hæc satis probantur in præ. l. si arbiter. & l. in summa. §. itẽ Labeo. Dicunt autẽ quidã, quod si cõstet per confessionẽ uel alio modo quòd à centesimo anno citra fuerint culta, monasterium succumbet quantuncũque probet per se omnia prædicta. oportet. n. ipsum probare præscriptionem, cuius memoria non existit. At hæc quæ est infrà centum annos, non est talis, cùm usque ad centum uel parum minus. ff. de usufr. an usus fructus. C. de sacro san. eccl. ut inter. Secus autem si de tempore citeriori non constet: sed constet a ducentis annis citra, culta fuisse: quia tunc ualet monasterij proba
l tio prædicto modo facta [l]. † Quid si non est qui ui
24 derit uel audierit quòd fuerint culta, apparent tamen aliqua signa, puta ædificia antiqua, uel locus est uicinus alicui castro antiquo & depopulato? Resp. debent quo ad præstationem decimarum pro cultis haberi: quia ager est locus, qui sine uilla est. ff. de uer. sig. ager. & per ædificia probatur aliquid. C. de admin. tu. lex quæ. §. nec enim. & C. de ali. pu. præstan. l. 3. 12. quæst. 2. quatuor. in fi. & capitu. aurum. 24. q. 2. sane. ff. de alb. scrib. l. 1. & 2.
25 † Circa nouale autem nota quòd tandiu durat nouale, quàm diu ecclesia parochialis non læditur enormiter. ex. de uerb. sign. quid per nouale. ex. de deci. suggestum. de priuil. cap. fi. Item etiam quan diu à primis religiosis detinetur: ut extra, de priuil. capitu. fina. si enim ad alios locus peruenerit, desinit esse nouale: licet isti sint i, quo minus possit hominum extendi memoria uel uita ad hoc
m priuilegio gaudeant [m]. Item si ab istis iterum redeat ad primos, idem est. si enim seruus promissus consequitur libertatem, licet postea seruus efficiatur, non recedit in priorem obligationem. ff. de uerb. obliga. inter stipulantem. §. sacramen. & §. seq. Item priuilegium de noualibus, intelligendum est quando religiosi excolunt propriam

priam & non alienam terram. Item ubi habent do
minium, non ubi nomine posſident alieno tan-
n quàm conductores [n]: ſecus ſi tanquàm emphyteu
o tæ uel uſufructuarij. [o] † Quid ſi religioſi excolūt
26 de nouo huiuſmodi terras, & exacti ſoluerunt de-
cimas: nunquid poſtea poterunt opponere indul-
gentiam? Videtur quòd ſic: ex̄. de priuil. conſul-
p tationi, & cap. ſi de terra. & cap. accedentibus. ar-
gum. contra. C. de iure do. imper. ſi creditor. [p] &
27 ex̄. de re iudica. ſuborta. † Quid ſi pars agri quan
doque culta fuit, & pars nunquam: an parte incul
ta fieri poterit nouale? uidetur quòd ſic. nam quæ
libet pars fundi fit fundus ſi ſcindatur. ff. commu-
nia præ. ſi quis duo. & l. ſi quis partem. & pars præ-
ciſi, præciſum cenſetur. argum. ex̄. de uerb. ſign.
innouatæ & c. quid per nouale. Pars enim incul-
ta trahit ad cultam, ſeu habitatam: quia ſingulæ
glebæ non excoluntur. ff. de acquir. poſ. poſsideri.
Licet ergo talis pars inculta perueniat ad priuile-
giatum: tenetur inde ſoluere decimam. ex̄. de uer-
bo. ſign. ueniens. quia debet ſequi naturam prædij
culti, cuius pars eſt. & hoc ſentit Vincen. prout
no. extra, de priuile. cap. fin. Alij dicunt quòd a-
ger poteſt eſſe pro parte nouale. & pro parte nō:
quando uidelicet primò incipit eſſe non nouale:
& præciſus eſt quaſi nouale: vt 12. quæſtio. 2. co-
q gnouimus. [q] Hoc etiam not. quòd ſi ſylua à laico
præciſa, culta eſt: licet eodem anno ad priuile-
giatum peruenerit, qui eodem anno iterum eam
colit, uel alium fructum inde percipit, tamen in-
de decimam ſoluet. Nam non habet nec colit no
uale: cum iam ab alio prius fuerit locus præci-
ſus & cultus. ex̄. de uerb. ſign. innouatę. argumen.
contra quòd id, quod in anno colitur, nouale cen-
ſeatur 35. q. 8. c. 1. Cum ergo in eodem anno ter co
li poſsit, ſi eodem anno ad illum peruenit: & illud
colit in eodem anno, non uidetur quòd tunc uel
deinceps inde decimam ſoluere teneatur: ſed pri
mum uerius. & iunge quod eſt infrà, de deci. uer-
r ſicu. in ſumma. [r] Et no. quòd præſcriptus [ſ] proban
ſ di modus, uidetur etiam locum habere ſi negetur
Conſtantinum Romanorum Imperatorem, uel
Carolum Francorum regem, uel aliquem notariū
publicum uel prælatum fuiſſe: & ſic de ſimilibus,
dummodo prædictam metam centum annorum
exceſſerit, utrobique enim eſt eadem æquitas: un-
de & idem ius eſſe debet. extra, de conſti. transla-
to. C. de nuptijs. ſi libertatem. infrà, uerſic. nume-
rum. Alij tamen dicunt habere, etiam ſi quod pro
bari debet metam 40. anno. excedit. extra, de præ-
ſcrip. de quarta. & cap. ſeq. quia hominum memo-
ria labilis eſt. C. de teſtam. hac conſultiſsima. §. at
cùm. ff. de pign. contrahitur. C. de proba. ſi arbi-
ter. & in princ. repertorij noſtri. Tertij dicunt e-
tiam præſentia ignota: tamen puta in India facta
hoc modo poſſe probari. quod non approbat In-
28 nocen. papa 4. † Illud autem ſciendum eſt, quòd
hæc communis opinio idem eſt quod creduli-
t tas. [t] ideoque importat & formam & credulitatē
cum aliqua ratione. Licet enim lingua facilè mo
ueatur ad loquendum quod uult: anima tamen
quam ſolus Deus ſcrutatur, ut extra, de iud. no-
uit. non facile mouetur ad aliquid credendum,
ſed tantùm præcedente ratione: ideoque is, qui
de opinione deponit, interrogatus quomodo ſcit
hanc eſſe communem opinionem: reſpondebit,
neſcio: quia ſolus Deus ſcit. ſed credo, ſcilicet,
quia ſic uerbis exprimebatur. 22. q. 5. humanæ. uel
aliam quam uolet, ſubijcit credulitatis cauſam,
hac etiam eadem ratione: quoniam tantum de
29 credulitate † reſpondet, qui ſuper opinione te-
ſtificatur: uidetur quòd ſi interrogetur quomo-
do ſcit communem eſſe opinionem: reſpondebit
quòd ſic audiuit à multis: & credit quòd omnia
organo uocis ſuam exprimebat uoluntatem in
præ. cap. humanæ. & extra, de do. & contu. ueritа-
tis. Eſt etiam ſufficiens cauſa, ſi dicit quòd cùm
multi ſuam exprimerent opinionem: alij non con
tradicebant. extra, de præſum. nonne. & ſi interro
gatus à quibus audiuit, nominat aliquos, bene
eſt. Si uerò dicit, recordor de aliquo, quia ſic
communiter diceretur: non notaui de aliquo ſpe
cialiter: dicitur etiam teſtimonium ualere. Sic
ſcias quòd uidetur eſſe idem probare communem
opinionem, & omnium opinionem. argumen-
tum præ. l. ſi arbiter. quia ſi unus ſolus ratione du-
ctus contrarium opinaretur, non eſſet commu-
30 nis opinio, ut dictum eſt. † Verùm licet probatio
communis opinionis etiam cum prædictis adie-
ctionibus, non ſufficiat in his quæ prædictas me-
tas excedunt: tamen in his, quæ circa eas ſunt, ſæ
pe prodeſt. Nam transfert probationis onus in
reum: ut extra, de præſum. quia uerisimile. & ca-
pitu. illud. C. de teſtam. l. 1. & in authen. ibi poſita.
C. de ſenten. & inter. omn. iudi. l. 2. Et hæc uera ui
dentur, ſi dicatur contractus alicuius prælati de-
functi non ualere, quia non fuit prælatus: uel con
tra inſtrumenta tabellionis defuncti, quia non
fuit tabellio: uel contra filios, quia non fuit ma-
u trimonium inter parentes. [u] Vel ſi dicitur uiue-
re, qui communi opinione mortuus dicatur: &
huiuſmodi. arg. prę. legum, & 34. quæſtio. 1. cap. 1.
ff. de offi. præto. Barbarius. 3. quæſtion. 7. §. tria in
x prin. [x] Secus autem eſſet, ſi prælatus, uel tabel-
lio, uel maritus, & huiuſmodi uiuerent. Nam
tunc ſi ipſi agerent: puta, quia fortè prælatus
ſuam repeteret eccleſiam, quam alter poſsidet:
uel uxor uirum peteret, ſeu contra: uel tabellio
bentur, no. infra, de fruc. & interesse. in princ. &
& uersic. illud etiam. & seq. Item qualiter proba-
tur, aliquem deleuisse instrumentum. i. de cri. fal.
si. in si Item qualiter probetur infamia: infra, de
inquisi. §. nunc tractemus. uersi. quid si ille. Item
qualiter probetur instrumenti amissio, not. infrà,
de edi. instr. §. restat. uer. illud quoque. Item su-
per probatione minoris ætatis, & per qualem scri
pturam probetur, uide suprà, de actore. in prin. &
i. de testi. in integ. §. 1. uer. sed cuiusmodi. Itē qui
opponit cōtra literas uel sigillum, uel characteres
quis probabit, uide i. de procur. §. ratione autē.
z uer. item quod non sunt factæ. & seq. z

ADDITIO.

a *Xij. Tan. posuit sex tantùm. & hoc ordine. s. quar tam, 6. quintam, 7. primam & tertiam Hostien. posuit 9. dans uersus. Aspectus, sculptum, testis notoria, scriptum. Iurans, confessus, præsumptio prima probauit. Hos prosequitur in Summa. §. ulti.*

b *De teste. Per totum. & de proximo dicto in §. 1. suprà uersi item quod deposuit.*

c *Prope finem. Vbi de hoc in si. ult. gl. & uide quod super ea dixi.*

d *Præsente. Intellige contra quam erat impetratū. Super quo uide quod dixi suprà de rescri. præsen. in prin. super uer. sed obycitur.*

ADDE quod pro hoc facit quod consuluit Pet. de Ancha. consil. 40. quòd licet mandatum procuratoris aliàs exhibitum in iudicio, non reperiatur: tamen si reperitur copia facta per notarium, uel legitimatio iudicis, probatur mandatum.

e Quid si. Et per dicta hic in prin. de V ber. videtur quod ibi dicitur de ipso intelligendum de legatis inferiorum à principe.

f Testi m. Ibi est quid imputari illi debeat, qui contraxit in scriptis se obligando: ut sic uideatur in se liberando solennitati illius legis assensisse. timor etiam subornationis id induxit, ut ibi in princ.

g Diligenti. V bi scripsi de hoc super 1. gl.

h Vtilitatem. ff. de testibus. l. 1. in prin. ubi dicitur testium usum, necessarium, ad idem in auth. eo. titu.

i Captando. Hæc ratio non procedit, si loquatur de creditore ex mutuo in legatario uel his simili procedere possit gl. Item ille, qui falso dicit se creditorem, bene procedit.

k De pacto. Host. ibi plenè tractat cui iuri renunciari possit: & autor infrà de renun. in 3. co. & Iaco. de Bel. in §. fi. infrà alle. ubi ponit hunc casum sub membro quo mixtim uersatur utilitas communis, & renunciantis. De hoc etiam scripsi de fo. cōpe. si diligenti. super prima gl. in fin.

l Azo. Hostien. ubi suprà, dicit contrarium de Azone autor recepit ab Albe. Gal. qui sic ponit. Adde, quod Bald. consil. 34. incip. uerba instrumenti, tenet tale pactum ualere. & ita consuluit: poterit tamen debitor secundum ipsum probare, ex certa compensatione. Et aduerte, quia etiam ibi interuenerat iuramentum quod facit ad uersicu. seq. tamen de iuramento Bal. non facit mentionem. Stante tamen statuto quòd solutio non possit probari, nisi per aliud instrumentum: creditor non poterit probare creditum per testes. Ita consuluit Pe. de Ancha. consil. 301.

m Aequum. Et placet Alb. Gal. qui has tres opiniones posuit de testi. uer. sed pone. & hac continuat uer. tertium. qui sequitur ibi: sed quoties.

n Officio. Facit ad hoc de iureiur. ad nostram. secunda.

o Verbo creditoris Cyn. in l. si quis in conscribendo. C. de episco. & cle. format hanc quæstionem de illo, qui promisit super damnis & expensis stare sacramento creditoris: & dic Petrū tenere quòd non ualet per l. conuentre. ff. de pact. conuen. super dote. Et si dicatur quòd ualere deberet, sicut iuramentum delatum à parte parti. C. de re. credi. l. Actori. extra, de iureiur. c. fin. Respondet ibi licere post contractum ex interuallo, quod in cōtractu non licet. alleg. C. de pac. pig. l. fi. coniuncta cum l. ff. de pig. act. l. Lucius. habetur post Albe. Papi. sub l. 2. ff. de in litem iurau. quæstio de debitore, qui nudo uerbo creditoris dare promisit sub damnis & expensis: & arguit per ipsam legem quòd ualet & per l. 3. §. fina. ff. de eo quod cer. lo. Nam uidetur arbitrator qui si iniquè arbitretur, reducitur ad arbitrium boni uiri. ff. loca. & condu. si in lege. & de bonis liber. si libertus. Nec obstat l. penul. ff. de arbi. per id quod ibi not. in fi. glo. subdit hoc pactum in mutuo, maximè uideri appositum in fraudem usurarum. ff. de ac. emp. & uen. Iulianus. §. ibidem. & C. de usu. cum alle gas quod procedit in illo, qui erat solitus fœnerari. ff. de pigno. ac. uel uniuersorum. extra, de pig. illos uos. ubi concord in ulti. gl.

ADDE, ut per Alexand. consi. 37. 2. lib.

t Quartò. uersi. iste quasi ad literam fuit Tan. usq; ibi: & etas.

u Sacerdotibus. Hanc non habemus, sed fuit in prima compil. post c. sicut. erratum fuit propter Tan. qui illum allegauerat.

x Et not. secundum Tanc. ubi supra uersic. penultime.

y Ver. ulti. extense, & est circa medium §.

z C. 2. hucusque Tanc.

a Possessum. Sic de re ind. cum aliquibus. ubi scripsi post Inno.

b Habet. Octauum modum probationis, scilicet per aspectum oculorum, qui deest hic: obliuione autoris uel errore scriptoris, uide in Sum. eod. titu. §. fin. uersic. 8. illum tamen uidetur suprà, expressisse sub quarto.

c Cum causam. Vide quod ibi no. in gl. 1. & quod super ea scripsi post Host.

ADDE ad uer. seq. s. decimum per literas sigillatas: quòd creditur literis episcopi cum solo sigillo, etiam plura asserentibus, que fieri potuerunt eodem tempore. Rotæ in anti. deci. decisi. 397. An autem credatur epistola transmissæ tertio amico contra scribentem, Vide Rotam in anti. decisi. 430. quòd sic.

ADDITIO. Adde tu uidendum Car. Zaba. in c. post cessionem. extra, eo. ti. de proba. ubi palchrè determinat an literis episcopi credatur: & an litera sigillata absq; testiu subscriptione, probent: & quando dicatur sigillum autheuticum, uide latè per Gui. Papa in quæstionibus suis q. 175. incip. litera quantūcunq; & q. 481. incip. literis. ubi an credatur literis non sigillatis. Hen. Fer.

d C. 2.

d C.2. Ibi uide quod scripsi in glo. magna.uersi.sed quid de his.in fi. & quod scripsi.de solu.c.2.super uer.quibus.

ADDE ad uersi.seq. Rotam in anti. decisio. 397.

e Sciant.Quæ est ex ulti.C.eod. tit. ubi Cy tractat, an crimen probetur per instrumentũ, & quæstionẽ meam de hoc uide super regula, semel malus. de regu.iur.lib.6.ultra id scias quod Tho.de Pipera. Facit sub tractatu de fama. plenum tractatum de indicijs: quẽ decurtando ut hunc uer.faciam in materia remissibilẽ prosequar. sic dicendo sicut ipse ubi suprà uer. uiso de fama. ubi quærit quatuor. Quid sit indicium: unde dicatur: ex quibus oriatur: & quis sit eius effectus. & ante oĩa differentiam inter indicare, quod producit secundũ, ad illud quod corripit. uide Inno.de elect. ubi periculũ. in fi.ult.glo.lib.6.cũ sua remis. & iste est primus modus, quo sumitur indicium.extra,de fur.qui cũ fure.ff.de præscrip.uer. solent. Quandoque sumuntur indicia pro plena probatione.C.de rei.uen.indicia.& de his non quærimus: in proposito enim ponitur indicium, pro notabili signo maleficij uel alterius rei, ad ipsius ueritatem habendam. Dicitur autem indicium ab indicãdo: ut supra & in præd. l. solent. Oritur autem ex his, quæ urgere debent iudicis animum ad credẽdum maleficium uel rem aliquam, de qua agitur euenisse, saltem credulitatem, quæ eum moueat ad torturam: effectus est ut ex indubitatis indicijs puniatur reus, ex dubitatis torqueatur, ut dixi: & de secundis dicam infra de noto.crimi.super §. ut autem. in prin.ponitur de primo exemplum, cum de camera habente unicum aditum & egressum, egreditur aliquis pallidus cum gladio sanguinolento: & ibi inuenitur homo mortuus. & de his loquitur præ.l.sciant. Palliditas enim & trepidatio, est unum indicium.ar.ff.de quæstio.de minore.§. penult. Delatio gladij põt dici aliud indiciũ, quod lex præsumit ad malum.C.ut armo.usus l.1.lib.11.& in auth.de armis.col.6. sanguinolentis gladij, aliud indiciũ, ex quo capitur cõiectura, sicut & aliàs ff. de do.inter uir.& uxor.l.utrum.sed quia talia indicia sunt rarissima, dat Thom. alia. Occisus est Titius in uinea uel fundo, quòd Seius occiderit, nõ sũt testes: sed sũt de inimicitia, de uibratiõe gladij cõtra illũ. quod uiderunt fugientẽ de loco maleficij tẽpore maleficij. Itẽ de uoce & fama, quòd occidit: hæc quatuor secundum eum bene probarent Titiũ per Seium occisum. & sic intelligit præ. l. sciant. & §. ulti. aliàs numerus. in l. 3. ff. de testa. potius uidetur fienda tortura: ut ex ore suo iudicetur 21. distinct. nunc autem. ff. de iure fisci. imperatores. aliud exemplum sub eodem themate: non extant testes quod Titium occidi fecerit Seius: sed probatur quòd ipse Seius erat inimicus Titij. ff. de quæstio.l.1.§. præterea. & de legatio l. sciendum.§.2.quòd tẽpore occisionis erat in loco, quòd receptauit occidentem, quod occidens erat familiaris & domesticus eius, probatur fama quòd Seius iactauit se, quòd illum faceret occidi, & erat homo ad id potens.C.quod metus causa l. metum. ff.ex qui.cau.maio.l.2.& 3.& quod inter eos offensa præcesserant. De his etiam dicit posse intelligi leges illas. Tenet etiam Thom. quòd fama sola non est sufficiens ad torturam: ut dicam infra, de noto.crimine. §. fama.super uersi.quid si agenti. in fine. Hæc uerba recepis Gui.de Suza.ut proprie in lectura & in quæstionibus statutorum sub litera supra. & uide infra de præsum.& ulti. uersicu. sed pone, P. Adde an per instrumentum probetur crimen, Feder. consi. 24. Oldra. consilio 198. & an ex præsumptionibus uiolentis, quis possit condemnari, per Alexan.consi.15.2.lib.

ADDE, ad hanc materiam indiciorum, quæ plene dicuntur per domi.Anto.de But.& Abb. Sicu. & Fels.in c.inrauit.extra,de proba.

f Dicemus.Ad literam fuit Tan.iste uersi.remittebat autem ad suum titulum de allegationibus.

g §. 3. Hucusque Vber. de Bob. charta tertia, uer. quid si sententia. quod posuit Ioan. de Deo canil. lib. 5. rubrica antepenult. uer. item quæritur quid,

h In summa facit quod not. de præben. dilecto. in 3. gloss.

i In summa not. secundum Tan. tit. quo remedio ualida sententia teleuetur. ultra medium.

k Secundum Tan.ubi proxime dixi.

l Serses.Cuius dictum uide supra de teste.§.qualiter.uersi.sed opponitur.

m Rescrip.§.2.

n Veruntamen.T.ubi dixi suprà proxi.uersi.

o C.1. Vbi scripsi in princip. 2.col.uersi. ad hoc autem. remis. ad summam Host.dat autor infra §. instrumentum. ultra princip.

p Ad aures. De hoc infra de homi.uersi.pone, A. & I. & uide quid ibi dicam.post Gui.de Suza.

q Discipul.12.q.1.c.1.

r Aduocat. Cum uult illam prosequi ut iustam, uel eam recusat iniustam: sed non potest esse testis pro clientulo: ut de testi. Romana.lib.6.contra eum, sicut ibi not. indicare autem in causa non potest. & sic loquitur contrarium.

s Serui neque. Solue ut utrobique not.

t *Instrumenta*. De hoc infrà de iura delatio. uer. 1 insi.

u *Verisimile*. Et extra, de præsumptio. quia uerisimile.

x *Famam*. Tho. de Pipera. non fatetur famam facere semiplenam probationem.

y *Bona*. Ibi not. in ulti. glo. de prædictis casibus.

z *Et seq*. An autem reus ex uerbis rescripti quod per exceptionem elisit in alio iudicio, iuuare se possit, uide quod scripsi de iureiur. c. fi. lib. 6. in 1. glo. Itē an ad probandum clericatum pro exclusione fori secularis, sufficiat litera papalis, quæ uocat illum canonicum: uide quæstionem super regula, non licet lib. 6. de probatione recepta contra uenditorem ad æternam rei memoriam uel aliàs: an noceat emptori? Vide quod dixi supra de teste. §. nunc tractemus. ante fin.

Bald. De probationibus.

AN semiplena probatio sit species probationis, not. in c. 1. de iudi. quod non. & C. de Carbi edict. l. fin. An obyciens plura uideatur se adstringere ad omnia probanda, not. in c. si forte. de elect. in Nouella. lib. 6. Nihil facienti in primo termino non debet dari secunda dilatio ad probandum, nisi probato impedimēto in prin. G. Negatiua simplex non probatur: quia negationum non sunt causæ. §. 1 in princip. & de qualibet negatiua uide ibidem per G. Testes actoris prius debent recipi quàm testes rei, uer. ego puto. G. An habens dilucida interualla præsumatur aliquid fecisse tempore furoris, uel tempore sanæ mentis uer. ponit. G. ex facti qualitate præsumitur. ff. de condi. inde. l. pe. & de offic. præsi. l. diuus. secundum Bar. Qualiter probetur negatiua, memoriam non extare: certe per communem opi. uide plene in uer. ult. quæritur. G. Communis opi. est idem, quod credulitas. Sed quō sciam si tu credis? Respon. per uerba quæ profers. uer. illud autem. G. & idem est probare communē opi. & omniū opi. uer. & scias. G. & per communē opi. probatur quòd aliquis fuerit tabellio uel iudex uer. uerum & seq. G. Continua possessio probatur ex extremitatibus, ex quibus præsumitur medium. Item qui probat se fructus percepisse, uidetur probare se per totum illum annum possedisse. uer. sed quæritur qualiter. quod no. G. & uide Cy. C. de præsc. lon. temp. l. pe. & supra de posi. §. pono me pos. Aduocatus debet omnes attestationes rimari, tam suas quam aduersarij: nam etiam per testes aduersarij quandoque quis probat. & si uidet probatum, instet: alioquin desistat. §. nunc dicendum. uide supra de teste. §. testis productus. G. An delegatio uel commissio possit probari per testes: uidendum post principium. G. Licet quis promittat non probare solutionē nisi per instrumentū: tamen ualet probatio per testes, ne ueritas occultetur. sed pone. G. Vide infra de renun. conclu. §. cum autem insi. An ualeat pactum quòd credatur simplici uerbo alicuius? Dic quòd iurare debet: & uidetur iuramentum conditionale. uer. quid si ibi. G. de hoc in l. fi. de prato. stip. per Dy. & de iureiur. l. iusiurandum quod ex. per. la. & de dote præle. l. Theopompus. per Bar. ibi uide. Si per statutum debet credi iuramento dominij, possidentis, de dam da. an ista uerba comprehendant iustum possessorem, qui non est dominus proprietatis: ut usufructuarium uel bonæ fidei possessorem? Respond. quòd sic. uer. sed pone statutum. in §. uidendum. G. facit quod not. de rustico ff. de ori. iuris. l. 2. §. 1. In contrarium facit: quia illud statutum est contra ius commune: ideo strictè pro uero domino uerba sunt accipienda. Facit ff. de reli. l. 1. §. 1. imò nec emphyteuta comprehenditur: quia emphyteuta proprie non dicitur dominus: ut l. cum notissimi. §. 1. C. de præscrip. 30. an. ff. si ager uec. l. 1. §. qui perpetuum. ubi de hoc. ar. contra. ff. de iniur. l. lex Corn. §. domum. facit ff. de procu. l. & habet. §. 1. Sol. quando fit mentio dominij absolutè, intelligitur de proprietate: sed quando per relationem ad aliud, id est, ad aliquem effectum: tunc aut ille effectus dependet à proprietate: & tunc significat proprietatem: ut quando concernit totum ius rei. Si autem est tale quod concernat fructus: tunc sufficit iusta possessio. ff. ad l. Aquil. l. item Mela. §. pe. & ff. de usufruct. l. qui scit. §. fin. & ita intellige hic Bald. & uide supra de primo & secundo decreto. §. quod per iuramentum. Bald. De auctoritate cuiuslibet sigilli uide plenè in uersicu. 10. per literas quod not. G. & quòd opponantur. uer. illud G. licet in sententia fiat mentio procuratoris, non tamen probatur mandatum. uer. sed pone iudex. G. uide l. optimam. C. de contrahen. & commit. stipu. per Cyn. Acta facta coram iudice, ualent coram arbitro. uersi sed nunquid omnes, licet nulla lex hoc exprimat. G. Siquis petit absolutionem, an uideatur confiteri se ligatum? uer. sed nunquid probatur. G. arg. ff. fam. ercis. l. qui familiæ. Bal. Cuilibet perito in arte, est credendum. unde an uulnus sit lethale uel non, uel factum cum falcione, uel lapide, uel calce, iudicio medicorum statur: ut fuit in causa cuiusdā homicidij, & fuit corpus exhumatum & ostensum medicis. uer. quoque. G. Quot species sunt semiplenæ probationis, uide ibidem ad finem. G. Probatio,


Probatio, est assertio ueritatis, sensate directe, & immediate per seipsum. Argumentum est assertio quaedam oriens ex sensu alicuius rei facto principali connexo, non ex ipso immediate. unde argumentum est sicut syllogismus, in quo uno praesupposito, aliud sequitur: ut uulnerauit, quia habebat gladium euaginatum, sanguinolentum in rixa. Coniectura, est assertio alicuius circunstantiae, quae non cogit intellectum hominis ad sic credendum: sed inducit ad id praesumendum & suspicandum: ut quia uisus est scholaris in camera cum Berta. Vnde rhetoricus cuius scientia in persuadendo consistit, frequenter utitur argumentis sumptis ab indicijs & coniecturis: & ius ciuile quandoque idem facit. Bald.

De articulorum exhibitione, & testium productione. *Rubrica.*



QVALITER Formentur articuli: & qualiter testes producantur: & qualirer productionis testium renuncietur, plene dictum est sup[illegible] §. nunc uidendum. [illegible] & per totum tit. ideoque haec non ducimus refricandum.

a *De instrumentorum a editione.* *Rubrica.*



DICTO de probatione uiuae uocis, quae fit per testes: dicendum est de probatione mortuae uocis, quae fit per instrumentum, dicentes: Quid sit instrumentum, & unde dicatur? Qualiter publicetur, & fiat. Qualiter propria scriptura exempletur, publicetur, seu reficiatur. Et qualiter aliena, & quid iuris sit de publicatione instrumentorum. Quando sunt exhibenda instrumenta: & qualiter. Quot sunt eorum species. Quibus instrumentis fides adhibeatur, & quanta. Quibus modis diuersae scripturae in iudicio productae, ualeant impugnari, uel contra eas excipi. Instrumentum est scriptura ad assertionem seu probationem alicu-
b ius rei facta. b Vel sic: Publicum instrumentum est solennis & rite ordinata scriptura per authenticae personae manum, publice causa memoriae facta: ut infra §. nunc dicendum. in princ. Dictum est autem instrumentum, quia instruit. extra, de do. & contu. c. fi. seu documentum, quia docet. arg. 12. q. 2. si quis de clericis. & C. de eden. authe. si quis in aliquo. ex. de rebus ecc. non alienan. c. si quis presbyterorum. seu munimentum, quia munit producentem, contra aduersarium: ut ex. de
c app. cordi. §. post hoc c ex. de his, quae fiunt a praela. fine con. cap. 100. quanto. §. fi. & de testi. ad haec.
d aliàs incipit, praesentium. §. fi. d Et licet appellatione instrumentorum, testes contineantur, & omne id, quod instruit iudicem, ut ex. de test. cog. perue-nit. 1. & ff. de fide instrum. l. 1. tamen instrumentum hic proprie dicitur scriptura ad memoriam
e alicuius rei confecta. e

ADDITIO.

a *Pileus nō fecit de instrumētis rub. sed in tit. de probat. in fi. de hoc tractauit, & modicū. Itē in tit. de test. subscriptis in instrumēto de Bagaro. idē dico, & quòd modicū inseruit, ubi tra. de test. Tan. parte 3. posuit rub. de exhi. instrumētorū & ipsorū fide. Roff. ubi de edictis ponit rub. de actione in factum, de edēdo. ubi de eorū editione tract. V ber. de Bo. rhar. 2. tractatū inchoat: quē prosequitur de scripturis priuatis & publicis, & de priuilegijs. Io. de Deo cauil. lib. 5. posuit rubricā de instrumētis & diuersis scripturis publicis, postquā posuit de scriptura priuata, & de priuileg. et in lib. iudiciū, parte ult. posuit rubricā de fi. inst. & ipsorū iuribus, & quādo dicatur authenticū. Aegid. de ipsorū productione posuit rubricā lib 7. & Alb. Gal. posuit rubricā de fi. instru. Nepos de Monteal. posuit secundā rubricā cōtra scripturas publicas & priuatas, & cōtra priuilegia: unde quod dicam in §. cōpendiose. in prin. Vides quòd hic nouē diuisiones facit autor, de quibus maiorē, numerū facere potuisset. Et sciendū quòd Nicolaus Matarelli de hac materia summā prolixā formauit, dicēs circa scripturā probatoriā, quae dicitur instrumētum stricto modo sumptū, ut no. infra §. 1. in fi. & ff. eo. tit. l. 1. distinguendū, qua distinctio, quia differt à mēbris autoris: motus ēt quia in quadā quaestione quā circa materiā ipse & ego consulere habebamus. Paduae satis illā reuoluimus: ideo hic illā ponā, quā breuius potero prosequendā. Distinguit aūt sic: Aut dubitatur de illa cōficiēda, & hic prolixus est tractatus, aut de ipsa cōfecta, exhibēda, & tradēda: aut de ea uacuata exhibēda, & restituenda: & quia haec duo, breuius per ipsum expediuntur, illa praemittam. Dicit ergo circa hoc secundū quod iuxta diuersitatē factorū & specierū, diuersis actionibus ad talia tradēda agendū esse, quādoque officio iudicis, quādoque ex actione in factū qua datur de aequitate, quādoque rei uendicatione, quādoque actione ex eo contractu, quādoque actione mādati, quod dixit apparere ex dicendis super 1. membro. Circa tertium uidendum dixit, quādo scriptura dicatur uacuata: quod dicit esse posse diuersis causis. Primò, quando probatoria scriptura est inefficax: quia id, ad quod facta fuit, probari non expedit: quia de illo modo iudicari non debet: uel quia causa est sublata, de qua sperabatur litigium, uel quia non est sequuta: & sic recte dicitur uana uel uacuata. Exempla ponit. C. de condi. fine*

causa. dissolutæ. & l. fi. de sol. & ad exhiben. l. ult. & hoc modo dicitur etiam testamentum uacuatum, quando est inefficax. in authen. ut cum de ap. cog. §. sine igitur. Procedit aũt inefficacia, cũ id, propter quod factum fuit instrumentũ, nec secutũ est, nec sequi sperabatur: & tunc per partem, quæ illud dedit, petitur ut reddatur: uel iudicis officio, si in iudicio datum est: uel si extra iudicium, cõdictione sine causa. C. de app. si quis libellos. & de condi. sine causa. l. fi. Si uero charta probatoria nõ est producta, uel data, sed est penes illum qui scripsit, petitur ut aboleatur: & id per quamunque partem, uel per officium iudicis si illud locum habebat illa facienda, uel actione mandati, si ad illam faciendam competeret. Facit. ff. de accu. l. libellorum §. fi. & de iudi. l. partus edictum. §. 1. Est etiã inefficax scriptura, cũ solutũ fuit id, propter quod facta erat: & tunc aut est penes scribentem aut penes illum, pro quo facta fuit, aut apud tertium, & secundo casu petit debitor illam sibi dari per leges prius allegatas: cum causa, & negotiũ inter eos gestum. ff. de condi. sine causa. l. 1. Si uerò creditori data fuit per scribentem. per quam dationem creditor fuit ipsius dominus, & nũc inefficax est apud ipsum, non petit illam debitor per condictionem sine causa: cũ inter eos nullũ negotiũ gestũ fuerit, unde nascatur talis condictio: sed petere condictione ex l. dissolutæ. ff. de condi. ex l. una. Si uerò charta est penes scribentem creditor ab eo illam petere poterit, ac si esset efficax: et illa habita tenebitur illi, cõtra quẽ factũ est, ut dictũ est: & posset debitor cõtra creditorẽ agere, ut cõtra scriptorẽ agat. Ad hoc ff. de act. emp. & uen. l. Iulianus. & l. qui impleto. §. messem. Posset tamen se ab onere liberare, cedendo actionẽ id petẽti: ut in dictis legibus not. per l. quod debetur. ff. de pecu. ubi authen. scriptura esset penes debitorẽ, qui soluit, non est locus petitioni, cum sit ubi esse debet: ut in l. dissolutæ. Vbi aũt esset penes extraneũ, cõstat quòd per dominum scripturæ conueniri põt possessor communibus actionibus. s. rei uẽdicatione, & ad exhibendũ: si dominus nõ apparet, cõueniri poterit per illum, pro quo facit, actione in factum. ff. ad exhiben. l. 3. §. pe. quã habitã, tenetur tradere illi, cõtra quẽ facta est supra. Circa primã speciẽ. s. confessionis, sub distinguit sic. Primò aut fit talis scriptura de actibus iudicialibus, quæ forisia, uel fori dicuntur: aut de extraiudicialibus. Secundo, si illã facere quis debet sponte tantũ: an ad id cogi possit? Tertio, sub qua forma fieri debeat. Quartò, an talis scriptura cedat chartæ uel non: & per hoc cuius esse censeatur. Quinto, quis pretiũ chartæ & scripturæ soluere debeat. Sexto, si talis scriptura est in originali libro: ubi & per quem custodiri debeat & saluari. Septimò, si petitur exemplum transcriptum, cui & per quem, & sub qua forma scribi & dari debeat, & quo iure petatur. Octauo, an talis scriptura transcripti cedat chartæ uel non: & hoc cuius esse dicatur. Nono, quis soluere debeat chartæ pretium & scripturæ. De primo mẽbro circa quod etiã prosequitur alia membra, dicit scripturas iudiciales fieri debere per officiales ad illam deputatos lege communi uel municipali, uel consuetudinaria, si qua sit in loco, & non per alios. Allegat C. de app. præcipimus. §. in his. & §. huic ubi de talium nominibus. & in l. fi. eo. tit. & de do. l. donatio. Nec mirũ si talia quæ prædixi, dant talia officia: cum per illa dentur ẽt iudices ordinarij. de iurisd. om. iudi. l. more. & l. quia. & quod ibi not. Ad idẽ extra, de iudi. nouit. & de fo. compe. cũ contingat. ubi uere per alterũ prædictorum modorũ, nulli sunt deputati ad tales scripturas: dicit seruandum quod dicit decre. quoniã. de prob. in prin. ut index assumat tabellionẽ, si haberi põt: aliàs duos uiros idoneos: ut in decr. quoniã. de proba. & uide quod ibi no. in 3. glo. & quod super ea scripsi. De secũdo circa tales scripturas iudiciales, dicit quòd sicut executores coguntur per iudices suum officiũ fideliter exercere. C. de spor. l. 2. sic & tales officiales officio iudicis, cui subsunt, coguntur talia scribere, & litigatoribus tradere: ut in præ. c. quoniam. & C. de eden. l. is. apud quem. & C. lib. 12. de nume. l. exceptores. De tertio, dicit omnia iudicis autoritate scribenda fideliter, quæ per iudicem, uel ipsius autoritate, in præsentia ipsius officialis fiunt, apponendo quæ in scripturis publice apponuntur: de quibus satis infrà. §. 2. & patet in præ. decr. quoniam & de inscriptione testiũ, tenet quod ibi no. in 3. gl. Ad quartũ respõdet, quòd nullius priuati scriptura est publica illius Reipublicæ cuius autoritate fit: ut in d. l. is, apud quem. quæ uocat illa acta publica: & merito, cũ per seruos publicos facta sint. unde licet aliàs dicatur, quòd litera cedat chartæ: Insti. de rerum diui. §. litera. tamẽ hoc casu propter publicæ autoritatis excellentiam charta cedit scripturæ, & efficitur publica: sicut fluuio publico cedit alueus. ff. de acqui. rerum do. l. ergo. §. alluuio. Insti. de rerũ diui. §. quod si naturali. ff. de reli. l. is, qui certũ. Ad quintũ respõdet quòd tales officiales, de publico salariũ recipere debẽt pro labore et pro chartis: & illo debẽt esse cõtẽti in auth. ut iudices sine quoquo suf. §. hæc aũt oĩno. & simile. ff. de admi. tut. l. ita tamẽ. in fi. & solu. chartis residuũ est eis quasi peculiũ castrẽse. de quo C. de inoffi. testa. l. si. uer.

ff.ver.de aliis.ibi.de memorialibus,&c. Si autem non habent salarium, recipient à litigantibus secundum consuetudinem & ordinationem locorum arg.C.de sacrosan.ecc.auth.hoc ius. & de epi.& cleri.l.nulli.& C.de episcopa.audi.tam dementis. in fi.Cum enim per leges,quibus. concor. 12.q.2. charitatem.cæteris personis detur in priuilegium. quòd nil soluant.ergo eius contrarium est ius commune in aliis.ff.ad muni.l.1.& tunc ipsi scriptores soluent chartas.& sic seruatur in illis,quæ remanet penes eos. Sed si pars velit illa acta: tūc petunt chartas à parte. Ad 6. respondet quòd talia acta, custodienda sunt in archiuis publicis, vel chartophylacio.de quo 100.di.et c.2. et d prob.c. 1.apud aliquos vocatur cancellaria,& solent esse officiales ad hoc deputati.C.eo.ti.auth. ad hæc de app.eos.§.super his.ubi verò personæ vel loca non sunt ad hæc deputata,licet ad certa alia essent ordinata: tūc putauit illa custodiri per scriptores vel ipsorum hæredes,vel per illos, quibus committerēt ad instar argentariorum. ff. de eden.l. prætor. §. ul.& l.si quis ex argentariis.§. pe. De 7. credit, quòd trāscriptū dari debeat cuique petēti, cum sit publicum autoritate, utilitate, & vsu suo modo. alleg.C.de eden.is,apud quem.quæ indistinctè loquitur.& Inst.de publi.iud. §. 1. & ff. de rerum diui.l.nemo.in fi.& l.riparum. & ne quid in flu. pub.l.2.§.1.Excipit cùm petuntur contra fiscum. ff.de iu.fis.in fraudem.§.quoties. & quod ibi not. & de eden.l.ne quisque.sic est in fisco aliud speciale,quòd contra se pro ipso tenetur quis edere instrumenta.ff.de eden.l.3.& scripsi extra, de proba.c.1.Ad aliam partem articuli.respondet quòd si acta custodiuntur per officiales ad hoc deputatos,ipsi debent dare transcriptum cum sua inscriptione: vt in.§.quoties.et in auth.ad hæc.C.eo.ti. Vbi verò non sunt aliqui deputati:tunc per confessores ipsorum scriptorum vel alios,qui illa habeant.transcribentur cum subscriptione, si sint tabelliones,& si habent personam publicam. Si verò sunt priuati,fiet transcriptum autoritate iudicis, cum fides eius ex autorizantis autoritate procedat per iura proximè allegata: vt extra,eo.ti c. pe.et vlt.puta,quòd anni Domini, & quicquid est in originali,sit transcribendum etiam cum nominibus testium insertis. Testes autem, qui intersunt transcriptioni, non putat necessariò inscribendos, per leges prædictas. auth.ad hæc.& §.quoties.Tutum tamen est illos exprimere, dicens circa ultimum, quòd si prædicti hoc sponte non faciant, officio iudicis præsidentis ad id cogendi sunt,per prædictam auth.ad hæc.& per c.quoniam contra.extra de proba. Ad 8.respondet,quòd tale transcriptum est officialis transcribentis, tanquam autoritate publicum, sed vtilitate priuatum, sicut & tutela.Insti.de auto.tut.§. 1. & cedit charta scripturæ, propter excellentiam publicæ autoritatis, non econuersò,ad instar tabulæ pradictæ,non seruminatorum.Inst.de re.diui.§.si quis in aliena. & ff.de rei uen.l.in rem.§.item quacunque, & per consequens fiet eius,cui per talem officialem tradetur.Inst.de re.diui.§.per traditionem. Ad vltimū huius partis,dicit quòd dominus chartæ, debet habere pretium chartæ à transcribente,per iura proximè allegata:ipse uerò transscribens,habebit pretium chartæ & literæ à petente,pro quo transcripsit: nisi lege uel consuetudine aliud esset inductū generaliter,vel circa certas personas: vt suprà.super 5.articulo. Secundò sequitur videre de scriptura probatoria extraiudiciali,de qua regula talis datur, quòd nulla scriptura extraiudicialis probare potest plenè uel semiplenè contra alium, quàm contra scribentem: nisi de scribendo illi mādatum sit vel ei commissum per quæcunque verba ab illis,inter quos fit,vel ab altero illorum. Hoc probatur in auth.de tabel.in prin.& §.1.et quod ibi not.& ff. de eden.l.si quis. §. pertinere. & l. quædam.in fi.Sic & iudices chartularii, non habent iurisdictionem,nisi inter volentes: vt not.ff. de iud.l.1.in gl.pe.Scriptura ergo iudicialis,naturam iudicii sequitur,quod redditur in inuitum.ff. de ver.obli.inter stipulantem.§.1.Sic & stipulatio,naturam eius sequitur, super quæ interponitur ff.si quis cau.si eum.§.qui iniuriarum.& de vsur. si stipulatus.vt lega.no.ca.l.1.§.si sub conditione. Hac regula præmissa distinguit: aut agitur de scriptura fienda per tabellionem,qui habet ad hoc publicum efficium: aut de scribenda per eum, qui non habet publicum efficium,sed publica autoritate commissum.vt sunt argentarii:vt ff.de eden. l.prætor.§.sed si seruus.& l.argentarius.§.1.aut describenda per alium priuatum ut sunt nummularii, hodie mercatores,& similes.Primo casu sex veniunt consideranda. Primum an tabellio, cui mandatur aliquid scribendum,ad id cogi possit inuitus.Secundò, cuius mandatum interuenire debet.Tertiò,cuius intelligatur scheda scripta per tabellionem,& cuius intelligatur scriptum mūdum ex illa. Quartò,cui dari debeat ipsum mundum. Quintò, quæ sunt illa, de quibus tabellio potest scripturam probatoriam facere. Sextò,quid debet interuenire ad hoc, vt id possit de iure si vult: & si non vult,quòd cogi possit.Ad primum respondet quòd inuitus cogi potest,præcisè opportunis remediis

mediis, cum sit publicum officium, & publica autoritate commissum, ad similitudinem iudicis. ff. de iudi. de qua re. & C. de aduo. diuer. iu. scimus. Et testis. C. de testi. si quando. Et tutoris. Insti. de satisd. in. §. Et si non facit, potest mandator condemnari ad interesse: sicut argentarius. ff. de edē. l. si quis. §. ex hoc. Dixit tamen hoc intelligendum, cùm omnia concurrunt, quæ ad hoc requiruntur, de quibus in sexto membro dicetur. In secundo distinguuntur tria membra, de quibus tractabitur infra. §. postquam. in ver. nunquid est necessarius. vt ibi dicam in fi. De tertio, cuius intelligatur scheda, mundum inde sumptum, de quibus dicitur C. eo. l. contractus. in princ. respondet quòd sunt ipsius tabellionis, non eius, cuius fuerunt chartæ, propter publicam autoritatem: ut suprà. versi. 8. mundum autem de scheda fiet eius, cui tabellio trades, ut ibi dictum est. De quarto respondet, quod si per contrahentes fuit expressum cui dari debeat, illi daretur. ff. de iudi. l. si conuenerit. aliàs dabit illi, pro cuius probatione & vtilitate factum est. ff. de eden. l. prætor. in prin. & l. si quis. §. pertinere. & l. quædam. §. fina. Non datur ergo debitori, pro quo committendo factum est instrumentum mutui, licet ipse commiserit, cùm creditori mandauerit. In contractu verò locationis, in quo pro vtriusque vtilitate mandatur fieri scriptura, dabitur vtrique: quasi hoc tacitè actū haberi debeat pro expresse. ff. si cer. pe. cùm quid. Sed quæritur, quomodo constabit de mandato quòd sit factum, & à quo? Respondet, si quæstio est inter mandantem fieri, & tabellionem, super hoc si appareat tabellionem fecisse schedam, cogetur mundum dare petenti: quasi præsumatur ab ipso fuisse mandatum, & tali à princ. argum. ff. commo. in commodato. §. sicut. alias probet mandatum, qui id dicit. ff. de proba. ei. qui dicit. De quinto se expedit, quòd ad eum pertinet scribere actus licitos. non illicitos. Item actus, qui non sunt extra officium suum: vt quia pertinet ad cognitionem iudicis, & iudex non mandat & de hoc supra. in fi. secundi proximi membri. Subdiuidendo ad 7. respondet, quòd ad hoc ut tabellio possit aliquid authenticum scribere, & si nolit, possit cogi, requiruntur facti commissio, rei cognitio iuris permissio, testium rogatorum præsentia. De primo dicit requiri mandatum, per quæcunque fiat verba, scilicet committo, delego, iniungo, mando. De hoc remittit in auth. de tabel. §. 1. argu. ff. man. l. 1. & de hoc etiam dictum est suprà. De secundo quòd est rei cognitio, sciendum est quòd tabellio id, quod in publicam scripturam deducit, non ex narratione testium vel visione instrumentorum, quia est iudicis: sed scire debet per se, sicut testis. in auth. de tabel. §. nos autem. ibi: vt habeant vnde sciant negotium, & interrogati respondere sciant. C. de testibus. l. testium. ff. de fid. instrum. l. 2. in auth. de here. & fal. §. si verò absunt. ibi: & vidisse quæ tunc agebantur, &c. vnde ipse propriis auribus audire debet illa, ut per hos duos sensus percipiat. Et de hoc dicitur infra. §. restat. circa fi. super ver. sed quæro sub qua. Sed nunquid personas, de quibus instrumenta facit, cognoscere debet? Videtur quòd sic: sicut et testis cognoscere debet eos, de quibus testificatur: ut no. ff de testi. l. 3. §. ideoque diuus. in glo. debet ergo. ad hoc C. de iure deli. l. fi. §. si autem dubius in fi. ibi: qui heredem cognoscant. & ibi not. de hoc in glo. nota argumentum & auth. hoc eod. tit. §. oportet. ibi: & sciant eum, &c. In contrarium facit: quia hoc erit quasi ad nihilum deducere instrumenta, si fieri non possent, nisi de personis prius notis: & sic non facile fiet de mulieribus, de rusticis & extraneis. quod est contra iura volentia probationes ampliari, non restringi. in authen. eo. titu. §. & his qui. in fi. Item dato quòd Titius promittens centum Mauio qui promittit dicas se sic nominari, non propter id dicitur notarius scire nomina, quæ sic possent falsò confingi. Soluit necesse non esse quòd notarius illos prius notos habuerit: sed satis est, quòd ipso tempore illos notos habeat, audiens ipsorum verba, nomina & cognomina: & leges adaptantur ad illa, quæ communius accidunt, non ad illa quæ raro. ff. de legi. nam ad ea. Nec obstat notarium per se scire debere quæ scribit: quia illud uerum de his, quæ scriptura probat, vt dictum est: secus in his, quæ scriptura non probat: sicut hic quòd alter uocetur Titius Mauius. sed probat quòd quidam dicens se vocari Titium, promisit alteri, qui dicebatur Mauius, sicut cùm scribit quòd A. dicens se procuratorem B. tale quid fecit. constat per id non probari procuratorium, sed solus actus. Facit C. de contrahen. & com. stip. l. optimam. & de iure deli. cum quis. & Inst. de le. §. si quis in nomine. teneretur autem pœna falsi ille, qui sic doloisè nomen mutat, scilicet de falsis. l. falsi. in prin. & l. qui falsam. & l. qui Paulus. §. 1. nec præiudicaretur notario, nisi probaretur fuisse conscius: quod in dubio non præsumitur. C. de fal maiorem. ff. de proba. verius. & cùm certis casibus requiratur certa qualitas testium, quòd sint locupletes, bona fama & opinionis, & cognoscentes personas de quibus agitur, vt supra dictum est:

si nota-

si notarius assereret illos tales, bene debet illos cognoscere, fore tales. Sed si hoc in instrumento asserat, non est necesse quòd cognoscat. satis fit enim illis legibus, quæ requirunt, quòd sint tales, quod non sciantur esse tales quantum ad substantiam instrumenti, de quo quæritur. vnde si non erit quæstio super hoc, non erit necesse probari quòd sciebantur esse tales, sed quòd tales erant: & sufficient hæc coram iudice fore probata. Bonum est in hoc statutum ciuitatis Bon. quod vult nullum confici instrumentum, & damnat confectum, nisi saltem vnus ex testibus inscriptus se asserat cognoscere contrahentes: quod in instrumento scribendum est necessariò. prædicta in cognitione rerum non simpliciter procedunt. nam si dicit, deposuit aurum in massa tanti ponderis, vel vas auri, vel librum talem, cum tali apparatu: notarius habet dicere massam auri, vt dixerunt, esse talis ponderis: & sic de reliquis. Si verò simpliciter dicat massam auri, & non sit aurum. & intus est error, puta quia massa erat aureata, excusaretur: quia non erat præsumptio ad id iudicandum, nec habebat, nec habere debebat ministeria ad id parata ff. de exerci. l. fi. C. de fal. l. maiorem & l. nec exemplum. & ff. de fal. l. quid si falsum. in fi. aliàs ubi falsum in his scriptum esset, præsumeretur contra eum. arg. ff. de act. empt. l. Iulianus. §. item qui furem. versic. quid negauit. Hic subdit, an tabellio requisitus possit facere instrumentum de eo, quod discernis alio sensu quàm vi sui vel auditus: De hoc. supra remisi post prin. huius membri ad §. I. eo. restat super versi. sed quaero sub qua. & subdit hanc quæstionem, quàm scripsi super regula, semel malus. lib. 6. & per eam ingreditur tertium membrum huius partis, quod est iuris permissio: dicens officium tabellionis fore circa illa, quæ scribuntur extraiudicium, & circa illa, quæ non sunt à iure prohibita fieri. alle. C. de sac. san. eccl. Iubemus. §. his tabellionibus. & de test. l. iubemus. in fi. de eunuchis. l. 2. & de prohibi. ali. feu. per Fed. l. imperialem. § scribæ. & de feu. ali. per Lotha. l. I. §. si quis verò. Sicut igitur ad mandatum delinquentis de ipso actu delicti nō debet facere instrumentum: quia esset delicto fauere, & facinus illius approbare: quod facere non debet, sed potius resistere. C. de appe. l. quoniam iudices. & de decurioni. l. omnes iudices. sic nec ad mandatum passi offensam: quia id esset cognoscere de delicto, quod non ad tabellionem, sed ad iudicem spectat. Item nec ad omnem iudicem: sed ad eum, qui habet potestatem puniendi. ff. de accu. l. nulli. de custo. reos. l. diuus. de testi. l. 3. §. Idemque diuus. C. de fid. instrum. authen. apud. Dabat ergo duas regulas, affirmatiuam scilicet, & negatiuam. Prima, quod ea, quæ a iuris ordinatione substantiam capiunt, ad officium tabellionis pertinere possunt. Facit C. de aduo. diuer. iudi. l. 2. ff. de pactis. l. seruus tuus. Secunda, econtrà quòd improbata ad ipsius officium, scribere non pertinent. Cùm enim ipse sit seruus publicus. ff. de adop. l. non aliter. & sic videtur quòd seruus eorum, quæ de iure fiunt, in prohibitis à iure se exercere non debet. Si verò de talibus sit facta scriptura per tabellionem: ipse tenet quòd fidem non faciat, sicut nec dicta per testem extra intentionem: ut no. extra, de testibus. in I. glo. ff. de peti. here. si quis libertatem. in fin. & facit ff. de offi. præsi. l. 3. & de testa. l. consulta. & si à non com. in. l. fi. Demum aggreditur quartum incidens sub sexto membro huius partis, de testium præsentia dicens illam necessariam ad effectum instrumenti extraiudicium facti, vt fidem faciat. in auth. de tabel. in princ. de fide instr. §. sed & si instrumenta. vtrobique fit expressa mentio de presentia testium. Dixit autem circa testes attendenda duo scilicet quantitatem, & qualitatem testium: & circa præsentiam alia duo scilicet qualis præsentia, & qualis subnotatio. De primo se expedit quòd requiruntur duo, non computato tabellione: plures non: nisi ubi ius id statuit. ff. de testi. ubi numerus. subdens quòd vbi certus numerus testium requiritur, qui testificari debeant in iudicio, tabellio computatur in numero. ff. de test. l. Domitius. Si verò solùm subnotantur in instrumento: cùm tabellio scribens gerat vicem iudicis, non computatur in numero. ff. qui te. fa. pos. hac consultissima. & in authen. de fide instru. §. oportet. De qualitate verò testium dicit, satis esse quod non sunt prohibi ff. de testi. l. I. §. I. Subdit autem, se non inuenire prohibitionem testium circa contractus: licet in iudiciarys & testamentarys illam inueniat in rescripti utriusque iuris de testibus, & de testamentis: & tamen etiam in his diuersimode. ff. de testa. l. qui testamēto. §. mulier. & §. qui per contrarium. C. de testi. l. parentes. & vide. supra, de teste. §. I. char. pe. ner. Item quod est mulier. & ver. seq. & quod ibi dixi. Dicit autem, quòd in iudiciali scriptura, quā de non sunt necessary testes, non est curandum quales exhibeantur. C. de dona. l. donationibus. C. com. mu. de manu. l. 2. & de lib. causa. l. subscripto. Iudiciary aquè pro ueritate habenda recipiuntur à iudice, & coguntur. C. de testi. si quando. extra, de testi. co. per totum. & interrogati respondere debent

debent causa scientiæ: & secreto deponunt: & si iudicis aures offendunt, puniuntur & torquentur. C. de testi. l. iurisiurandi. & l. nullum. & l. solam. & de aboli. l. fi. Hæc in testibus instrumentarijs cessant, inquantum instrumentarij. Fiunt autem iudiciarij, si propter aliquas dubitationes per iudicem testificari cogantur: & idem in tabellione in auth. de fid. instru. §. sed & his qui. et §. si uerò moriantur. testamentarij uerò sunt, qui manu publica, sunt in instrumento descripti. C. eo. titu. l. fi. & in illis non plus est, quàm in alijs instrumentarijs, nisi numerus testium. ubi uerò testamentum non est scriptum manu publica, sed scriptum & sigillatum secundum legem, hæc consultissima. & l. hæredes. §. fin. & §. seq. ff. de testa. quia talis scriptura non est publica, sed publicanda. ff. de testam. l. seruus. In publicatione autem ipsi testes sunt loco iudiciorum, non tamen in totum. ff. quemadmo. te. ape. l. cùm ab initio. cum legibus sequen. per quæ dicit patere, testamentarios maiorem similitudinem & affinitatem habere cum instrumentarijs, quàm cum iudicialibus: & sic ipsorum prohibitio, & permissio plus est regulanda secundum testamentarios, quàm secundum iudiciales. Facit ff. de sta. ho. l. cùm quæritur. & de acquir. rer. do. l. quicquid. §. cùm partes. Ad hoc facit C. de hæretic. l. quoniam. in fi. ubi innuitur, aliquos esse posse testes instrumentarios. & testamentarios, qui non possunt esse iudiciarij per quæ concludit, omnia scripta de testamentarijs in iure procedere in instrumentarijs: saluo quod de muliere dicitur, quæ non potest esse testis in testamento: quæ tamen potest esse in codicillis. De quo remisi suprà uer. de qualitate. Sic ergo secundum eum poterit esse in contractibus. Circa qualitatem præsentiæ, dicit tria requiri, scilicet quòd tabellio & testes simul audiant, quæ dicuntur per contrahentes circa contractum, ut stipulationes, & pacta. Secundò, quòd uideant quæ aguntur, scilicet numerationes, & facta. Tertiò, quod prædicta non diuisim, sed simul à tabellione & testibus percipiantur. Probantur prædicta ff. de uer. obli. l. 1. in prin. De sententia. ff. de iud. de unoquoque. de arb. l. diem. §. perinde. & §. coram. In testamento. C. qui testam. fa. pos. hac consultissima. §. 1. Facit extra, de elect. in Genesi. & c. sicut eum. lib. 6. Talis autem subnotatio testium, s. quod scribantur ipsorum nomina, requiritur in quolibet instrumento. De hoc infra. §. 2. uer. post locum. Per id autem, quod dictum est de communione testiũ, de ipsorum collectiua præsentia, satis colligi uidetur, illos esse rogatos: & sic cũ tabellio scribere possit eos debita præsentia affuisse: meritò præsumimus illos rogatos uel admonitos, quod est idem. Ubi uerò ius expressè præcepit, testes fore rogatos, & casus uide uoc. supra. de teste. §. 1. pe. col. uer. Item quòd non fuit rogatus. & quod ibi scripsi. tunc necesse est id exprimi si sit diuersitatis ratio: quia in illis casibus, rogatio testium est de solennitate, quam lex in illis specialiter vult seruari. ff. si quis cau. sed & si quis. §. quæsitum. & si quis in ius uoca. l. 1. ad hoc. de elect. is, qui lib. 6. In cæteris casibus sufficit præsumptio scientia ipsorum. & sic procedit quod præmisi. Sed eo quod dixi. quòd uidere debent notarius & testes numerationes: est dubium an debeat notarius vidisse integram numerationem pecuniæ depositæ, mutuatæ, solutæ uel restitutæ. ar. sufficiat vidisse principium numerationis uel partem. Est dicendum quod si notarius per se, uel suum ministrum, vidit integram numerationem: tunc illam securè scribere poterit assertiuè tantam pecuniam numeratam. Ad id. quod de instrumento dixi, facit quod no. ff. de iur. om. iud. l. 1. & regula, qui per alium. li. 6. Et tales ministri, dicuntur annumeratores. In auth. de fid. inst. §. in his uerò. §. verò neque. Notarius autem non debet dicere simpliciter pecuniã numeratam, & tantam esse: sed scribat partem vel partes asserere pecuniam numeratam, & tantam esse. Sic Iudæi dicebant Pilato, Io. 19. Non dicas rex Iudæorum: sed quia dicebat se Regem Iudæorum. Hæc sufficiant pro nunc de primo membro principali, scilicet confectionis: tangentur residua in processu.

ADDE dum in hac additione dicitur quòd mulier non potest esse testis in testamento, quòd tamẽ pt̃ esse in testamento ad pias causas: ut tenet Pau. de Cast. consi. 364. Potest etiam notarius conficere instrumentum numerati, licet pecunia sit in sacculo: dummodo partes ita confiteantur. Ita tenet Bald. eius consi. 217. incipiente, præmisso statuto. 3. libr. Et hoc per l. sed & si quis stipuletur. aliàs incipit, adhuc interest. versi. si uerò simul in sacculo. ff. de vsufr. Dicit tamen quòd notarius cautius faceret, si videret actum numerationis.

b Dicto de probatione.

Instrumentum est. Facta. hic strictè sumitur instrumentum: large comprehendit testes, & quicquid instruit causam & iudicem: vt sequitur largissimè comprehendit vtensilia, per quæ domus uel fundus instruitur. ff. de fundo instru. et instrumento leg. l. instrumenta. & l. quæsitum. & per totum. & extra, de homi. significasti. 2. in fi.

c Post hoc. lib. 6.

§. fi. lib.

d *§.fi.lib.6.in parte decisa:de qua ibi no.in ulti glo. in qua mandabatur quòd comparerent partes certo termino coram papa,cum rationibus uel priuilegijs & munimentis.*

e *Confecta secundum Tan.ubi.supra.& inuenta est ad faciliorem probationem.ff.de pig. l. contrahetur.& uide quæ scripsi eo.tit.super rubrica.*

SVMMARIVM.

Instrumentum qualiter publicetur.

1 *Publicationem instrumenti regulariter facientia.sunt nouem.*

2 *Inuocatio nominis domini nostri Iesu Christi, solet & debet in initio cuiuslibet instrumenti præponi.*

3 *Principio decenti, & Deo amabili existente omnia rectè & competenter geruntur.*

4 *Anni Domini tempore initi contractus concurrentes.uel rei,de qua conficitur instrumentum, sunt.in contractu uel instrumento ponendi.*

5 *Forma indictionis in quolibet instrumento, post annos Domini apponendæ.*

6 *Annus indictionis in instrumento apponendæ, quotus sit,& qualiter sciri possit.*

7 *Dies & mensis,in quo instrumentum conficitur debent in eodem post indictionem inscribi.*

8 *Forma, qua nomen Domini papæ in terra sua uel Imperatoris in Imperio,uel regis in regno, debeat in instrumentis apponi.*

9 *Locus,in quo recitatur instrumentum, quis, & qualiter est in instrumento in eodem confecto ponendus.*

10 *Testes, sub qua forma debeant in quolibet instrumento apponi.*

11 *Nomen tabellionis & pronomen eius debet formaliter in instrumento contineri:& cuius autoritatis sit notarius.*

12 *Sententiam proferens uel confitens per instrumenta,quibus uerbis uti consueuerunt.*

13 *Tabellio semper debet in instrumento dicere, se fuisse rogatum, aliàs eo mortuo uel non recordante de rogatione instrumenti, non ualet instrumentum.*

14 *Tabellio,dicitur seruus publicus.*

15 *Tabellio, debet in instrumento suum signum apponere.*

16 *Publicationes apponi solitæ,in principio cuiuslibet instrumenti.*

17 *Vtrum instrumentum conficiatur in prima uel tertia persona, aut per uerba de præsenti, siue de futuro non est uis.*

BREVITER Commemoremus qualiter
instrumentum publicetur. Super quo scire debes, quare dicatur publicum instrumentum.quod dic ut j. §. nunc dicendũ.
in princ. Item scias quòd instrumentum publicum duo debet principaliter continere,scilicet factum, quod dicitur contractus: quia inter partes
contrahitur & ordinatur, & etiam publicationes.
Circa factum autem huiusmodi non insistimus.
nam super negotijs & cõtractibus instrumentorũ
formas per totum hunc librum inuenies ordinatas. Igitur ad præsens circa publicationes no-
1 stras uersatur intensio eorundem. † Sunt autem
2 nouem regulariter,quæ faciunt publicationem, a
scilicet inuocatio nominis Domini,anni eiusdem,
indictio,dies contractus,nomina Imperatoris uel
Papę, uel Regis, item locus, testes, nomen tabellionis,& eius signũ. & hæc debet hodie quodlibet
instrumentum publicum per ordinem continere:
ut in auth.ut nomen Imper.præpo.docu.§.1.coll.
5.& C.de fide instru.contractus.& j.§.instrumentum. uer. item quod non est. & seq. Alius tamen
ordo not.secundum Acc. C.lib. 10. de tabul.l.generali & de præmissis singulis aliqua prosequa-
a mur. † Ante omnia igitur,solet inuocatio Domini nostri Iesu Christi premitti.ut in auth.ut nomẽ
Imperatoris præpo. doc. §. si qua uero. quod fiet
hoc modo.

FORMA. In nomine domini Amen. ut 23.
b dist.in nomine.ex. de test.in nomine. b uel in nomine.domini nostri Iesu Christi:ut C.de offi. præf. præt. Afri. In nomine domini, uel in nomine
patris & filij & spiritus sancti Amen.ut 73.dist. in
nomine patris. Et hęc inuocatio semper imponenda est in arduis perpetuisq; instrumentis. In minoribus autem & intra tempus breue defecturis,&
in publicationibus actorum iudicialium, nisi sit
sententia diffinitiua, non est uis eam omitti inchoando sic instrumentum: Anno domini, &c.
quamuis & in quolibet instrumento,decens sit eã
poni. Cuncta etenim in nomine Domini facienda sunt:ut 26.q.ult.non obseruetis.& q. 5. non li-
3 ceat. † Nam omnia rectè & competenter geruntur,si principium sit decens & amabile Deo.in auth.quomodo opor.epis.& cæte.cle.ad ordi.perue.
circa prin. Vbi enim Christus non est fundamentum,nullius boni operis superest ædificium.1.q.1.
cum Paulus. Hinc est quòd Imperator in sui initio,inuocat nomen Christi dicens: Deo nobis auxilium præbente, &c. C.de episc.& cle. deo nobis.
4 † Subsequenter ponuntur Anni Domini concurrentes,tempore initi contractus:uel rei,super qua
conficitur instrumentum.quod fit hoc modo:

FORMA. In nomine domini amen. Anno à
natiuitate eiusdẽ MCCLXXI.ut 23.di.In nomine
domini. in prin. & §. instrumentum ergo. uersic.
Item quòd non est ibi.quòd si non præcedat inuocatio nominis Domini,dicatur tamen simpliciter
anno domini Millesimo, &c. & iunge quod est in
præ.uer. Item quòd non est. Quandoque uerò dicitur, Anno ab incarnatione domini M. &c. & hoc
secundum morem quorundam locorum, in quibus incipiunt computare annos domini ab eius
incarnatione: ut in præ. c.in nomine.uerum quòd
anni

anni domini apponuntur, dicunt quidam hoc de consuetudine solum inolitum, non iure inductū: & tamen si non ponantur, non ualet instrumentum. arg. in præ. §. si qua uerò. & eo. ti. in prin. ibi: & quot. &c. Sed tu dic in præ. c. in nomine, hoc in-
5 duci. [f] Post annos Domini, supponenda est indictio hoc modo:

FORMA. In nomine domini amen. Anno à natiuitate eiusdem. 1271. Indictione 14. ut probatur in præ. c. in nomine. in prin. & præ. uersicu. Item quòd non est ibi. & C. de inst. cod. confir. in
c fi. ex. de fi. instru. inter dilectos. §. sed contra. [c] in auth. ut nomen Impe. præpona. §. unde sancimus. Et ut scias quid sit indictio, no. quòd dicta est ab indicendo, id est, præcipiendo siue iubendo. Vnde indictio, id est, iussio uel præceptum. ar. 16. q. 7. maiores. & C. de sac. san. eccle. placet. Cæsar enim Augustus edictum proposuit: ut describeretur uniuersus orbis, idest, ut quilibet æstimaret bona sua, describens orbem sub tributo sibi singulis 15. annis reddendo: quod quidem tempus diuisit per tria lustra siue quinaria: ut scilicet in primo lu-
d stro siue quinquennio [d] ei ferrum pro fabricandis armis erogaretur: in secundo lustro siue quinquennio, argentum pro stipendiandis militibus solueretur, in tertio uerò aurum ærario deputandum tribueretur: ut necessitatis tempore pro Reipublicæ defensione expenderetur: uel secundum
e alios, ut inde simulacra fabricarentur. [e] Sic igitur exactis 15. annis ulterius non protendebatur, sed rursus à capite reincipiebatur, ab his transcursis 15. annorum indictio uocabatur: tantæq; fuit autoritatis indictio, ut nullus sine ea fieret contractus, nec priuilegium, nec testamentum, nec alia scriptura solennis, & etiam hodie eandem obtinet de iure autoritatem: ut in præ. concor. quamuis in hoc stemus consuetudini regionis: ut extra, de fide instr. cùm dilectus. ff. de legi. de quibus. ad fi. 11. dist. in his. Sicut ergo olim ultra 15. annos indictio non protendebatur, sic etiam nec hodie: imò omnis indictio, aut est prima, aut secunda, aut tertia, aut quarta, & sic de singulis usque ad quintamdecimam inclusiuè: ultra autem non proceditur, sed ad primam iteratò reditur: sicque perpetuò fiet: & ut præmisi, spatium siue cursus 15. annorum indictio propriè dicitur: abusiuè tamen hodie unusquisque annus ipsius quindenæ, indictio nuncupatur. nam in primo anno indictionis, dicitur indictio prima: in secundo indictio secunda, & sic de alijs usque ad 15. sed exponi debet indictione prima, idest primo anno indictionis, indictione secunda, idest secundo anno indictionis, & sic de alijs. Est igitur indictio nomen æquiuocum ad tria, uidelicet ad spacium 15. annorum: secundo, ad quemlibet illorum 15. annorum: tertiò, ad tria
6 lustra, in quindena contenta. † Cæterum si uelis scire, quotus sit annus indictionis, diuide annos Domini per quindenas, quoties poteris: quia tot annis indictionis cursus concluditur, ut præmisi, & adde tres: quia tot præcesserant de indictione quando Christus natus fuit: uel quia præmissum edictum Cæsaris, tribus annis præcessit natiuitatem Christi, & quota fuerit summa remanens: tanta erit indictio, seu annus indictionis, uerbi gratia, Pone quod sunt anni Domini 1059. ecce mille & 50. anni sunt diuisi rectè p quindenas: supersunt adhuc 9. ad complendum dictum numerum, quibus adde tres, ut dixi: & sic sunt 12. ergo indictio erit 12. ut probatur in præ. ca. in nomine. in prin. Item hodie sunt anni domini mille 271. è quibus mille 260. sunt rectè per quindenas diuisi, supersunt 11 anni ad præmissum numerum complendum: quibus adde tres, & fiunt 14. ergo indictio est 14. Itē in anno proximo futuro, computabitur. 1272. ex quibus, ut dixi, mille ducenti 60. sunt rectè diuisi, & supersunt 12. quibus iunge tres, & fient 15. ergo indictio erit 15. Item in sequenti postmodum anno, dicetur Mille, 273. & indictio erit prima. nam tunc supersunt 13. quibus adde tres, & fiunt 16. Iam ergo alia quindena est expleta, & superest unus annus: & sic indictio erit prima. & sic de alijs Vnde uersus: Si per quindenas Domini diuiseris annos, His tribus adiunctis, indictio certa notatur. Præmissa autem uera sunt, secundum eos, qui indictionem mutant in natiuitate Domini sicut & annum, & bene: quia tunc nouus Rex, noua lex, & noua sunt omnia, arg. extra, de consti. translato. & etiam secundum eos, qui eam mutant in Calen. Ianuarij, sicut & annum quod non placet: & etiam secundum eos, qui eam mutant in incarnatione Domini scilicet 8. Cal. Aprilis, sicut & annum. Porrò quidam mutant annum 8. Calen. Octobris, sicut & ante Christi aduentum fiebat. Vnde uersus: Incipit Octobris octauis ille Calendis. Vnde hi discordant à primis in computatione indictionis, saltem in tempore: quod est ab octauo Calendas Octobrii, usque ad initium anni sequentis, scilicet usque ad natiuitatem Domini, seu usque ad Calendas Ianuarij, seu usque ad festum incarnationis, licet in residuo tempore concordent. Verbi gratia, cùm computamus, Anno domini M. 271. toto illo anno secundum primos est indictio 14. secundum illos uerò qui eam mutant 8. Calend. Octobris est 15. ab eo tempore quo eam mutant: & sic discordant saltem usque ad initium sequentis anni, & non ultra: quia etiam secundum primos ex tunc erit 15. Si igitur uelis inuenire indictionem, quæ est ab 8. Calen. Octobris, secundum illos usque ad natiuitatem Domini siue ad Calen. Ianuarij subsequentis, seu, secundum alios usque ad festum incarnationis, iunge anuis Domini quatuor, diuidendo eos ut dixi: sicq; secundum eos, certa indictio inuenietur. Circa tempus autem mutādæ indictionis, regionis est consuetudo seruanda. argu. 75. dist. utinam. 12. dist. illa. ff. de legi. de quibus. ad fi. 11. dist. in his. qua consuetudine considerata, sæpe instrumenta concordantur: quæ prima facie propter uarietatem indictionis falsa uidentur. Consulo autem quòd ubi nulla super hoc est consuetudo, ut omnis scrupulus euitetur, indictio
f una cum anno mutetur. [f] † Post indictionem, sub-
7 sequenter ponitur dies [g] mensis, in quo conficig tur instrumentum: ut infrà. §. instrumentum. uer. item quod non est ibi. & infrà uer. & not. quòd tabellio. in fi. quod diuersimode fit. Quandoque enim dicitur sic: Prima die Maij, secunda die intrante Maio: & sic de singulis usque ad 16. inclusiuè: elapsis autem 16. diebus mensis dicitur 15. die

exeunte

exeunte Maio. decima quarta die exeunte Maio. & sic de singulis usque ad penultimam, in qua dicitur die penultima Maij, & ultima, dicitur ultima die Maij, & sic de singulis mensibus 31. dierum habentibus obseruatur. In his autem qui 30. dies habent, proceditur eodem modo à prima die mensis usque ad 15. diem per hanc dictionem intrante: quibus finitis per alios 15. sequentes proceditur, per dictionem exeunte. nunquam tamen in prima die mensis ponitur, intrante: nec in penultimo uel ultimo, exeunte. Sic seruatur Bon. secundum Rolan. Vt autem scias quot dies quilibet mensis habeat not. uersus:

Iunius, Aprilis, septemq; nouemq; tricenos.
Vnum plus reliqui Februus habet octo uicenos.
h *Cui si bissextus fuerit, superadditur unus.* h

Quandoque uerò dies mensis, ponuntur per ascensum hoc modo. Prima die Maij, secunda die Maij, & sic ascendendo gradatim, usque ad penultimam diem. in qua & etiam in ultima dicitur sicut supra: & sic multi in Roma. curia seruant. Tertio modo dicitur prima die Maij, secunda die Maij, sine dictione, intrante. & sic usque ad medietatem mensis. postmodum uerò in sequentibus diebus dicitur, exeunte: ut supra & sic in regno Siciliæ dicitur obseruari. Quarto modo ponitur dies per calendas, nonas, & idus. Et nota quòd Ianuarius & Augustus & December habent 19. calen. Iulius, Octo ber, Martius, & Maius habent 17. cal. Iunius, Aprilis, Septamber, & Nouember habent 18. calendas. Februarius autem habet 16. calendas. Nonas autem & idus collige per hos uersus:

Sex Maius Nonas October Iulius & Mars
Quatuor at reliqui, tenet idus quilibet octo.

Et quæ hic desunt, uide in præ. uersic. Item quod
8 non est ibi. † Post diem quoque ponitur nomen domini papæ, in terra sua, uel Imperatoris uel Regis in imperio uel reguo eorum, hoc modo.

FORMA. Præsidente tali papa, uel imperante tali Imperatore, uel tali Rege regnante. In curia etiam ponuntur anni, quibus Papa sedit, hoc modo: pontificatus domini Clemen. papæ quarti. Anno quarto. Hæc probantur in auth. ut nomen Impe. præpo. docu. & in præ. uer. item quod non est ibi: licet dicatur quòd id poni debeat in princi-
9 pio instrumenti. † Post nomen principis, est etiã apponendus locus, in quo recitatur instrumentum. Locus autem duplex est scilicet ciuitatis, uel uillæ, uel castri: & etiam locus loci specialis, in quo confectum est. quod fit hoc modo: Actum Viterbij in domo Ioannis quondam Gerardi Sanichanioni sartoris, in camera superiori eiusdem domus in parochia sancti Siluestri, uel sub porticu talis domus, & uide super hoc in prædi uersi. item
i quod non est ibi. & sequen. i † Post locum, testes
10 ponuntur, & hoc quandoque per nominatiuum casum, hoc modo: Interfuerunt P. & M. testes ad hoc uocati & rogati. Quandoque per genitiuum. hoc modo: Acta sunt hæc in præsentia P. & M. testium ad hoc uocatorum & rogatorum. Quandoque per ablatiuum hoc modo: præsentibus P. &
k M. testibus ad hoc uocatis & rogatis. k licet autem in quolibet instrumento, tabelliones ex usu apponant testes fuisse uocatos & rogatos, tamen de iure hoc non est necessarium, nisi in quibusdã casibus: quod dic ut s. de teste. §. 1. prope fi. uersi.
l Item quod non fuit rogatus. l † Post testes autem,
11 ponitur nomen tabellionis: & debet poni nomen & prænomen eius: & cuius autoritate sit notarius, hoc modo:

FORMA. Ego Iacobus Tudini, de Podiobonici sanctæ Romanæ ecclesiæ, uel imperali, uel talis episcopi, uel comitis, autoritate publicus notarius his omnibus interfui: & rogatus hæc scripsi. In testamentis autem dicitur: omnia de mandato dicti testatoris scripsi, & in publicam formam redegi. Item in sententijs & processibus iudicum, dicet de mandato talis iudicis scripsi, & in publicam formam redegi. & uide j. §. proxi. uersi. sed
12 nunquid. † Sed in sententijs & confessionibus & huiusmodi, consueuit sententiam proferens uel confitens loqui: ut infra eo. §. instrumentum. uer. item opponitur quòd instrumento perdito, hoc modo:

FORMA. Ego talis in tali causa, sic pronuncio, uel sic confiteor, uel dico: & post subiungit sic: In cuius rei testimonium & memoriam futurorum, hoc præsens publicum instrumentum per talem notarium infrà scriptum fieri iussi. Iunge, si uis, & meo sigillo signaui. notarius uerò postmodum sic se subscribat.

FORMA. Ego talis tali autoritate notarius, prædictæ prolationi uel confessioni, uel prædictis interfui: & ut s. legi. autoritate & mandato prædicti iudicis uel confitentis, uel protestantis fideliter scripsi, & in publicam formam redegi, & meo signo rogatus signaui. Acta sunt hæc, die & loco talibus, præsentibus talibus, & c. Iudex quoque uel confitens possit in fine subiungere: Et ego talis huic instrumento me subscribo: sed hoc non habetur in usu. & notabiliter post subscriptionem notarij dixi de loco, die & præsentibus ad hoc ut ipse notarius uideatur clarius testificari de ipsis. Non enim testificatur de singulis in narratione iudicis, seu in sententia contentis, sed solum de sententiæ prolatione: ut dicam infrà. §. restat. uer. in summa. & hæc in sententia ordinarij. In sententia uerò delegati, qualiter subscribet, uide infrà de sententia. §. ut autem. uersicu. si autem sententia. Præmissa probantur 1. q. 7. §. quoties. prope fi. & 11. q. 3. cum redemptor. & de con. di. 2. Ego Beren-
m garius prope fi. m † Et nota quòd tabellio sem-
13 per debet dicere in instrumento, se fuisse rogatum facere instrumentum: eo enim mortuo uel non recordante de rogatione instrumenti, non ualeret instrumentum. Si autem uiueret, & recordaretur, crederem sufficere in hoc eius testimonium solum. arg. in auth. de tabel. in prin. & de fi-
n de instr. §. si uerò neque. n Alij tamen dicunt, quòd semper præsumitur rogatus: ut in præ. uer.
o item nunquid. o Et scias, quòd cum officium tabellionatus sit publicum & commune, quando notarius rogatur à partibus: quod fieri debet: ut in auth. col. 4. de tabel. §. nos igitur. & inde dictæ sunt rogationes: non debet esse in occulto: sed diligenter cuncta debet quærere, ut sciat quid agitur. in auth. eo. tit. §. nos autem. si tamen contra facit, nihilominus

quenti ff. de fer. more Romano. extra. de offi. dele. consuluit. lex superius allegata ponit causam in illo, qui ad ficare uolens, ne dicatur clam edificasse, denunciat hoc ei, quem suspicatur prohibiturũ: quia huius denunciationis debet scribi dies & hora, ueritas habet quòd regulariter instrumentum necessariò non debet habere horam actus, de quo conficitur expressam. tamen quandoque expedit poni horam: ut poue lata sententia calendis hora 3. qui appellat 11. mensis ante tertiam, faciat illud apponi in instrumento. aliàs oportebit eum per testes probare horam. Omissio ergo horæ, tunc non uitiat instrumentum, sed aggrauat appellantem. Idem dico in omnibus fiendis intra terminũ, qui terminus finitur certa parte diei. Idem quando de gestis diuersis una die scire expedit quod fuit prius. facit de testibus. ex tenore. & exempla uide in regula, cùm sint partium. libro sexto.

h *Vnus. Et quomodo hoc fuerit necessarium, satis scripsi de uerbo. signifi. quæsiui. super gloss. penult.*

i *Seq. Nihil ibi ponit de loco loci: sed ibi addam super uer. quid si locus.*
Adde, ut plenè per Angelum consil. 220. Sufficit tamen si locus tacitè est appositus per coniunctionem causa. Ita tenet Bal. consi. 277. 3. lib.

k *Rogatis. Dicit Accur. ultra prædicta in auth. de instrum. cau. §. sed & si quid quisque notarius in hoc & in similibus, debet esse uniformis ut facilius fiat comparatio. alle. eo. tit. §. si uerò nullus. & text. illius. §. 1. allegati probat quod dicit iste uer. Vult enim quòd ante instrumentorum completionem, adhibeatur ex scripto testium præsentia. Solet autem hæc uocari sub notario, in qua scribuntur nomina testium & etiam cognomina: si sine illis, esse posset dubium in nomine. ff. de testa. ad testium. §. si quis ex testibus. & C. eo. hac consultissima. circa prin. Scribere autem non tenetur ipsi testes, in scriptura publica tabellionis. In priuata secus, in qua testes subscribunt. C. eo. titu. l. contractus. §. 1. qui pot. in pign. ha. l. scripturas principalis tamen tenetur subscribere. in auth. de fid. instru. §. oportet. C. qui te. fa. poss. hac consultissima. de iure delibe. l. fi. §. si autem dubius. qui tunc, si nescit scribere, scribit unus ex testibus, uel adiungitur alius notarius uel testis, qui subscribat ut in dictis legibus.*

l *Rogatus. Vide quod ibi scripsi.*

m *Fi Quod sequitur uide quasi ad literam eo. titu. cap. 1. vt scripsi in magna gloss. uersic. nunc de rogatione.*

n *Neque. Et C. de falsis. si quis decurio & quod ibi no. in ult. glo. Non obstat suprà uersi. testes §. 1. ad fi uer. quid ergo si dicitur in fi. quia aliud est simpliciter scribere quàm subscribere etiam se rogatum, ut ibi dixi. Adde uidendum Ang. consi. 274. ex themate & ex actis.*

o *Nunquid. Ibi all gat ad hoc tria iura, & remittit ad similem. Istud autem dictum placet Accur. in §. nos autem. statim allegato. in fine quarta gl.*

p *Tua. Vt scripsi in decre. infrà, eo. tit. ad fi. 2. ce. uersi. tempus autem. & cle. de uer. sig. abbate. super gl. ex hoc.*

q *Colla. 6. Iste §. non dicit quòd tabellio teneatur signum apponere: sed conditionaliter loquendo, dicit quòd ubi signum apposuit, iudex debet ex illo comparationem facere, lex finalis præallegata, non loquitur de signo notarij, sed consiliarij. lex etiam secunda. C. lib. 10. de conue. fis. debit. quam ad hoc allegat Albe. Gal. eo. tit. ante finem, non ponit subnotationem pro signo imò pro subscriptione, quam in apocha solutionis facere debet exactor debitori fisci, ut ibi not. Cùm igitur nullo iure caueatur, signum necessariò uelut substantiale apponi debere, restat propter illius defectum instrumentum non uitiari. Primum patet, ponderato præ. §. oportet. & præ. auth. de tabellion. & auth. ut nomen impera. &c. Licet ergo sit commendabilis solennitas in instrumento ponenda, non tamen ipsius quasi minima solennitatis omissio uitiat instrumentum. ff. de uen. inspi. l. 1. §. fi. ff. de in inte. rest. minor. l. scio. & facit quod de cæterorum locorum consuetudine sequitur. Item Accur. id omittit. C. de tab. l. generali. lib. 10. in glo. libertus. & facit quod suprà dixi in prin. post Rolan. Adde, quòd cum hac opin. uidetur transire Angel. consil. 220. Et adde, quòd subscriptio uel signum non potest per notarium alteri demandari. Bal. in l. singulos. per illum text. ff. de testa.*

r *Adhibebitur. Gratissima fuisset Rolandino huius autoritatis notitia locanda ad finem sui operis. ubi remissio. in prin. huius §.*

ſ *Dicit. Et est vltimum uerbum sui operi s.*

t *Prin. Arbitrarium est, ut ex superioribus patet.*

SVMMARIVM.

Scriptura propria, qualiter exempletur seu reficiatur?

1 *Scriptura propria, quomodo ex rogationibus poterit exemplari.*

2 *Instrumento casu perdito, an possit tabellio, qui illud scripsit, ad solius perdentis petitionem refcere. & nu. seq.*

4 *Mandatum partium, an exigatur in confectione primi instrumenti.*

5 *Iussus utriusque contrahentis, an sit in conficiendo instrumentum necessarius.*

6 *Tabellio non debet in instrumento aliud apponere, quàm quod ei iniunctum est.*

7 *Obligationes prosunt & obsunt partibus, non instrumentum.*

8 *Instrumento debiti cancellato, an debitor sit liberatus.*

9 *Creditor debet apocham facere debitori.*

10 *Solutione eius, quod debetur, tollitur omnis obligatio.*

11 *Instrumentum continens alicuius rei debitum, non debet refici, nec iterum ex rogationibus exemplari.*

12 *Publicatio seu exemplatio, quomodo contra aliquem sit facienda.*

13 *Instrumentum ruptum aut amissum, qua forma refici possit.*

14 *Creditor petens instrumentum debiti perditum refici, qualiter se debeat habere.*

15 *Creditore uolente & petente instrumentū debiti perditum aut ruptum refici, si debitor se opponat negans se debitorem, an sit audiendus.*

16 *Debitore instrumento debiti amisso, negante se debitorem, debet probare se soluisse.*

17 *Instrumentum de refectione alterius instrumēti, continere debet causam refectionis.*

18 *Copiam iudicialium uolens alteri partium facere, quomodo exemplum inchoare debeat.*

a POSTQVAM [a] De instrumentorum pu-
blicatione ac confectione docuimus, uti-
le esse censemus de proprietate, id est, pro
pria manu confectæ scripturæ exempla-
tione, & de eius refectione, aliqua memorare. Et
b priusquam ad hanc perueniatur doctrinam, no. [b]
quòd aliud est exemplar, & aliud est exemplum.
Exemplar dicitur ipsa originalis scriptura: exem-
plum uerò, quod etiam uocatur iudex uel tran-
sumptum, est scriptura exemplata seu sumpta ex
priori seu originali scriptura. Vnde uersus? Exem
plar generans, exemplum quod generatur. Exem
plari autem publico, fides adhibetur: exemplo
non. quod dic ut infrà. §. nunc dicendum. prope
1 prin. † Si igitur propriam scripturam iterum ex
tuis rogationibus exemplare uelis, & sumere: po
tes id facere autoritate propria, quoties opus e-
rit, ut infra dicam, scribendo eam per ordinem,
sicut primam nulla tamen de priori habita men-
tione: dum tamen illi personæ exhibeatur, cuius
interest, & ad quam spectat: ut ff. de eden. prætor.
§. 1. ut puta priuilegiata instrumenta, exemptio-
nalia, & cuiuscunque contractus mobilium uel
immobilium rerum. Item testamentum procu-
ratorium, emancipatio, tutela, & cura, & quæli-
bet alia scriptura, de qua, & per quam nullum im
minet periculum, nec alteri partium fit præiu-
dicium: etiam si plures eiusdem tenoris inue-
niantur, ut infra dicam. Sæpe etenim ad caute-
lam, quis duplicata uult habere instrumenta. Hæc
probantur ff. de testa. unum testamentum. ff. de
his quæ in testamento delen. l. fi. ff. de bono. pos.
secundum tab. l. 1. §. si quis in duobus. licet sit ar.
c contra. extra de rescriptis ex tenore. [c] dum ta-
men sint eiusdem formæ & datæ, ut dixi. Inde est
quòd cauti tabelliones, cùm partibus exhibent
instrumenta, sibi etiam in suis registris retinent
ipsorum instrumentorum formas: quod fieri uti-
le est. Nam primis casu deperditis, facilius sub
eadem forma reficere poterunt: sed & si de fide
priorum quomodolibet hæsitetur, ad registrum
ipsorum poterit recursus haberi. in auth. de ta-
bel. §. illud quoque. col. 4. debet enim instrumen-
tum refici sub eadem forma, qua prius erat, si ca-
su perdatur, ut dixi. Veruntamen non est uis u-
trum refectum loquatur in prima uel in secun-
da persona. quod dic ut infrà. §. instrumentum
quoque. uersic. item opponitur quòd instrumen-
2 to. † Sed nunquid casu perdito instrumento,
tabellio, qui illud scripsit, potest ad solius per-
dentis reficere petitionem? Videtur ex præmis-
sis quòd sic. & arg. C. lib. 10. de discussoribus. l. se-
d cunda, cum suis concor. [d] & extra, de conuer. con
iug. dudum. uersic. uerum. & ex. de fide instrum.
c. pen. ff. de eden. prætor. §. 1. Sed dic contra, ne de
tur occasio mali. Nam soluto debito, illud iterum
peti posset instrumento in fraudem refecto, ut
iam dicam. Iudex tamen poterit summariè cogno-
scere de amissione, & quædam alia fieri poterūt,
ut infrà dicetur in uersi. nisi. Si autem nemini per
refectionem paratur præiudicium, potest refici
etiam sine iudicis autoritate, uel parte altera
non citata, uel amissione non probata, ut supra
dixi. & probatur in præ. c. dudum. quia cùm ibi
uterque coniugum per instrumentum continen-
tiam perpetuam promisisset, nunquàm à uoto
poterat resilire: ut 23. q. 5. quod Deo patri. 17.
q. 1. qui bona. quia actio semel extincta, amplius
non reuiuiscit: ut de consec. dist. 4. quæris. uersus
prin. ff. de solu. qui res. §. aream. ideoque cum re-
nunciatio iuris, quod ibi ille C. habebat in L. quō
dam eius uxorem appareret per instrumentum,
ius illud non poterat reuiuiscere alio instrumen-
to, super illa absoluta renunciatione refecto.
Imò potius renunciatio confirmaretur, neque
ibi non generabatur præiudicium ex refectione
instrumenti. Consulo tamen quòd ubi aliqua o-
riri potest suspicio, iudicis autoritate, uel saltem
parte altera uocata, reficiatur. argum. extra, de
off. Archi. ad hæc. in fi. C. de autoritate præstan. l.
e fin. [e] † Pone ergo, promisisti per instrumen-
3 tum mihi soluere centum usque ad pascha, ex
quauis causa: soluisti & tibi restitui instrumen-
tum, uel illud cancellaui, uel fregi: demum adeo
tabel-

tabellionem, solutionem huiusmodi ignorantem dicens me casu instrumentum crediti perdidisse: nunquid statim debet illud reficere? & si refecerit, nunquid ualet? Dic quòd non: quia sic posset bis debitum repeti & fraus fieri. cui obuiandum est, ut prædixi ex. de rescri. sedes. in talibus ergo debet ordinarius adiri, & de amissio-
f ne sibi fides fieri. f ut extra, de priuil. cùm olim.
4 i. in fi. † Sed nunquid in conficiendo primum instrumentum, exigitur mandatum partium, ut ei dicatur, rogo, uel mando, uel concedo, uel delego, quòd facias instrumentum? Et uidetur quòd sic. extra de fide instrumentorum. cum P. & in auth. de tabel. in prin. ibi: non esse à se delegata, &c. & §. nos autem. ibi: omnibus modis adiungatur, &c. sed aliud in teste, qui fortius ualet. ff. de test. ad fi. nisi in casibus: ut suprà de teste. §. c. pro
5 pe fi. uers. item quòd non fuit rogatus. † Item nunquid est necessarius iussus utriusque contra-
g hentis? Distingue secundum Azo. g & Vin. h
h Nam si commune sit negotium, puta in gratiam uel præiudicium utriusque: tunc utriusque iussus exigitur: ut in præ. §. nos autem. & in præ. decre. ad hoc. in fi. Si uerò pro uno tantùm fiat: tunc sufficit eius mandatum, cuius gratia fit. Alter enim, in cuius præiudicium fit, nunquàm mandaret. ff. de uer. obli. inter stipulantem. §. 1. ar. ex. de prob. c. 1. maximè in denunciationibus & protestationibus, quæ fiunt ab uno alteri: in quibus ad alterius requisitionem potest confici instrumentum. ex. de testi. significauit. Si autem non contineatur in instrumento aliquid de mandato, præsumo fuisse mandatum, arg. C. de contrahen. stip. l. 1. Insti. de inuti. stipu. §. si ita scriptum fuerit. Insti. de fideiuss. §. 6. & 7. §. instrumentum quoque. uer. item opponitur contra. & uide s. §. proxi. uers. post te-
6 stes. & seq. † Et breuiter scias, quòd tabellio non debet apponere in instrumento nisi quod ei iniũctum est: quātuncũque ipse illud uiderit. In auth. colla. 4. de tabellionib. §. nos autem. uel ab altero contrahentium, uel ab ambobus, uel etiam ab al-
i tero, cui fortè dederit instrumentum. i Videtur tamen quòd non prosit instrumentum, nisi solum præcipienti. arg. C. res inter alios acta. per totum. ex. de præb. dilecto. in fi. arg. contra, quòd præce-
k ptũ ab uno, cæteris præiudicet, uel k sufficiẽs fit probatio, cum sit seruus publicus: ut C. lib. 10. de
7 iure fis. l. facultas. † Obligationes enim prosunt, & obsunt partibus, non instrumentum: quod non est obligatio, nec etiã ex eo oritur obligatio: sed est tantum probatio obligationis, uel cuiuslibet alterius facti. Quidam dicunt instrumentum non nocere, nisi solùm eis, inter quos fit: & hoc etiã in alijs non nocet. Dicitur enim inter contrahentes fieri, licet non ambo, sed solum alter eorum, uel etiam quicunque extraneus, cuius interest fieri, inde præcipiat publicum instrumentum. Alij dicunt id non posse ab extraneo præcipi, nec etiam ab uno contrahentium, nisi ambo consentiant: aliter enim nec est contractus, nec distractus. ff. de pœnis. l. 1. §. & hæc pactio. & l. ab emptione. C. de act. & ob. sicut. Quid enim interest extranei, de alieno facto præcipere fieri instrumentum? & hoc uerum est in contractibus, qui de partium fiũt uo-

luntate. In alijs autem, qui non fiunt de partium uoluntate, ut est testamentum, sententia: pro testamento, & huiusmodi, sufficit mandatum eius solius, qui illud facit fieri: ut patet ex forma iuramenti, quod tabellio præstat in sui creatione: ut infrà. §. restat. uersi. sed quæro. Contrarium tamẽ seruari sæpe uidemus, scilicet quòd notarij instrumenta conficiunt, quocunque iubente. quod ea ratione defendi potest: quia licet ad præsens non intersit, poterit in posterum interesse. Inno. papa
l not. ex. de fide instru. c. 1. l quòd siue ab uno contrahentium tantùm, siue ab eo, cuius nõ interest, siue à quocunque, cuius interest, præcipiatur, ualet instrumentum à publica persona factum: quia id non prohibetur à iure. ff. de proba. ab ea parte. §. 2. & facit ff. de iure fi. in fraudẽ. §. ex his bonis. & §. seq. Ille tamen, qui non præcipit, non potest agere ut sibi edatur, nisi suus procurator hoc præceperit. ff. de eden. si quis ex argentarijs. §. 2. & 3. Tu dic etiam in his, quos res tangit, ut supra di-
m ctum est. m † Quid si debitor soluit sortem: cre-
8 ditor uerò dicit se instrumentum debiti perdidisse, nolens fortè illud restituere, ne ex eo super usuras ualeat conueniri: nunquid poterit debitor ab eo postulare ut sibi faciat instrumentum de solutione? Dic quòd sic. arg. C. de fide instrum. plures. in prin uersi. & quod resecantes. ibi: uel alijs priuatur, &c. & argu. C. de solu. pecuniæ. quare enim non daret, quod alij prodest, & sibi non obest. ff. de euic. in creditore. secundum Vber. Can-
n cellato autem instrumento, n debitor liberatus uidetur. argum. 76. dist. hunc numerum. & C. de plus peti. l. 1. nisi creditor contrarium probet: ut
o ff. de proba. chyrographum o. Securius est ergo facere instrumentum de solutione, quàm resti-
p tuere debiti instrumentum. p De hoc not. ff. de
9 pac. post quam. & l. Labeo. † Quid si solui decem, quæ tibi debebam, & restituisti mihi instrumentum debiti: processu temporis. timeo quòd tu probes instrumenti ipsius amissionem: & sic mihi incumbat onus probandi solutionem & instrumenti redditionem: nunquid ego possum implorare iudicis officium, ut cogaris mihi facere instrumentum de confessione solutionis? Et uidetur quòd sic, arg. in præ. l. in creditore. Creditor enim debet apocham facere debitori. C. de fi. instrum. plures. Ad hoc etiam bene facit. C. de quadr. præscrip. l. 2. prope finem. ibi: sese quod non accepit, &c. à contrario sensu. & in auth. de alie. rerum eccl. §. emptoribus. & de collatore. §.
q 2. & hoc credo q argu. contra Imputem enim mihi, quia quando solui, hoc non petij. ff. de solu.
10 Modestinus. † Item solutione eius, quod debetur, tollitur omnis obligatio: nullæ reliquiæ obligationis remanent. Instit. quibus modis tol. ob-
r li. in prin. r Illud quoque notandum est, quòd si quis extraneus uelit exemplum authenticum instrumenti à re conscribi, debes ei illud dare de uoluntate & præcepto eius, cuius est: & tunc eũdem seruabis in exemplando modum, qui seruandus est in alienarum scripturarum exemplatione. de qua infra proxim. §. disputatur secundum Rolan.
s Bon. s † Vbi autem instrumentum continet alicu
11 ius rei debitũ, non debet refici, & iterum ex roga

ee a tioni-

tionibus exemplari. nam ex hoc posset debitori imminere periculum, eo quòd res toties peti pos set, quoties instrumentum debiti appareret, ut
t prædixi [t]. & patet infrà, de execu.sent.§. si. uersi. illud. Sed si perditum fuerit, tunc refici poterit, amissione probata: ut ff. de eden. si quis. §. fi. & ff. loc. & cō. si quis domū. §. Imperator. & C. de pig. act. si creditor. Et sufficit hoc probari per iuramē tum eius, qui se asserit amisisse: sic enim seruat u-
u sus. [u] ar. ff. de bo. auth. iu. pos. cum plures. ad fi. C. de testa. adhibita tali solennitate. Creditor enim faciet coram iudice debitorem uocari, uel alium, qui ex hoc lædi posset. argum. ff. de eden. si quis ex argentarijs. §. fi. ff. de bo. auth. iu. pos. l. fi §. fin. Item auth. ut fratrum filij. §. 1. ex. de testibus significauit. [x] quia si ueniens confiteatur debitum, & dicat se adhuc creditori teneri in re uel in pecunia in instrumento debiti contenta: quod-
x que non uult contradicere uel se instrumenti per diti refectioni opponere: tale tunc iudex à credi tore exigat iuramentum.

FORMA. Tu iurabis quòd instrumentum il lud, quod refici petis, nullo dolo à te uel alio nomine tuo uel te sciente adhibito perdidisti: quodque nescis ubi, uel apud, uel penes quē sit: quodque dolo uel fraude illud habere uel possidere non desijsti: quodque illud nō postulas refici fraudulenter: quodque si quocunque tempore illud ad manus tuas peruenerit, uel habere poteris restituas tabellioni, qui illud confecit, uel iudici cancellatum & annihilatum: nec eo amplius uteris in præiudicium debitoris, sed solum isto publicato seu exemplato i quodque nunc uelis cassum & irritum haberi, & nullius esse momenti. C. de fi. instr. l. fi. ff. de eden. si quis. §. exigitur. &
12 infra. §. proxi. uer. qualiter. † Quid si is, contra quem fit publicatio seu exemplatio, dicit nō esse faciendam? Respon. si obijcit iustam causam, & statim uel intra breue tempus paratus est docere de iure, audietur ubi in expectatione uel dilatione breui, non immmet periculum, aliàs fiat publicatio saluo iure suo: ut e x̃. de confir. uti.
y uel inutil. cum dilecta. & de priui. ex parte. [y]
13 † Præstito autem huiusmodi sacramento, iudex iubeat tabellioni, qui illud scripserat, quòd ipsum reficiat, & refectum exhibeat creditori: ut no. C. de admi. tu. chyrogr. in 2. gl. De quo iussu & processu, idem tabellio ad sui excusationem, fieri faciat publicum instrumentum per manum alterius tabellionis, hoc modo:

FORMA. Cùm P. coram tali iudice postularet sibi quoddam refici instrumentum debiti centum lib. in quo H. tenetur eidem, scriptum manu H. notarij eo quòd illud se perdidisse dicebat, ipse H. citatus & comparens coram præfato iudice, confessus fuit se debitorem esse dicti P. in quantitate præmissa, & refectioni eiusdem instru menti contradicere uel se opponere nolle: præstans insuper idem P. corporaliter iuramentum, quòd illud uerè & sine dolo perdidit, nec in fraudem refici petit: quodque illud præfato H. restituet, si unquàm ad eum peruenit. iudex autem prænominatus dicto P. præcepit ut illud instrumē tum reficiat & exhibeat H. præfato: post hoc autē B. notarius, qui illud instrumentum scripsit, illud exemplabit, & scribet de uerbo ad uerbum, sicut fecit primum, & se taliter subscribet:

FORMA. Ego B. tali autoritate notarius, his omnibus interfui, & rogatus scripsi, & hoc instrumentum quod alia uice creditori præfato ex-
z hibui: iterum ex rogatione cancellata [z] de præcepto talis iudicis exemplaui & refeci, & ipsi P. creditori dedi, eo quòd ipse H. debitore coram tali iudice uocato, seque debitorem confitente, & refectioni instrumenti non contradicente, dictus P. iurauit illud sine fraude perditum fore, prout in instrumento manu talis notarij facto
14 noscitur contineri. † Si uerò debitor legitimè uocatus minimè compareat, uolens ipse uel alius refectioni contradicere instrumenti: Idem creditor iurabit, ut supra, hoc addito, quia iurabit sibi non esse de prædicto debito satisfactum: uel quòd adhuc tantum ex eo percipere debet: & postmodum præcipietur notario, qui illud scri pserat, ut suprà & hoc mutato, quia in instrumento præcepti dicetur, ipso debitore legitimè citato, & non comparente. & hoc idem etiam subscri
15 ptione notarij dicetur. † Quòd si fortè debitor ueniens, neget se debitorem seq; instrumenti refectioni opponat: dicens simpliciter se soluisse, non tamen ostendens principale instrumentum debiti cancellatum penes se esse: tunc iudex statuet ipsi debitori terminum intra quem probet se soluisse. quod nisi fecerit, recepto præfato iuramento à creditore præcipiet ut fiat refectio instrumenti. Si uerò probauerit solutionem,
16 non fiet refectio. † Porrò si debitor principale instrumentum debiti cancellatum penes se fortè ostendat: tunc etiam incumbit ei onus probandi, qui affirmatiuam proponit: & affirmantis, non negantis, aliqua est probatio: ut supra, de proba. §. primo. in prin. Si ergo debitor dicit, ecce habeo instrumentum debiti cancellatum quod quidem mihi redditum est: quare cum per redditionem chirographi tollatur naturalis obligatio, sum a debitore liberatus: creditor uerò id neget dicens instrumentum redditum non fuisse? Iudex imponet debitori, ut probet redditionem instrumenti. Super quo uide quod not. ff. de pactis. postquam. Si uerò creditor dicat se perdidisse instrumentum, & illud ad debitorem sine causa peruenisse: tunc imponetur probatio creditori, ut probet se perdidisse: ut extra de priui. cùm ol. m. 1. cum suis concor. Vnde in his non est tutum affirmatiuè proponere: præsertim iustam causam fouentibus, & de sufficientia probationis hæsitantibus: cùm plerunque probationis onus implicitum sit & graue: ut 2. q. 7. plerique. & sæpe deficiat probatio, licet ius non deficiat. ff. de
a testa. tu. l. duo. [a] † In summa noc. quòd siue de-
17 bitor confiteatur, siue citatus non ueniat, siue solutionem uel redditionem instrumenti non probet, siue alia causa interuenerit, quare refici debeat instrumentum: semper tamen in instrumento præcepti, quod facit iudex notario de refectione instrumenti, & etiam in subscriptione notarij reficientis, facienda est mentio de processu, & ex qua causa instrumentum reficiatur:

i 18 tit: ut patet ex præmissis formis. † Postremò notá quòd si uelis copiam iudicialium actorum, alteri partium facere, sic tuum exemplum inchoare debebis, præpones enim talem titulum.

FORMA. Hæc sunt acta quædam, habita inter partes infrà scriptas coram iudice tali anno tali, tempore talis papæ uel Imperatoris, uel Regis, quorum tenor talis est. positis autem istis de uerbo ad uerbum, prout iacent, tabellio sic se subscribet. Ego talis tali autoritate notarius, prædictis omnibus interfui: & ut supra legitur, autoritate & mandato dicti iudicis hoc fideliter scripsi, & in publicam formam redegi, & rogatus signo meo signaui. quòd si forte acta sint multa, multasque petias contineant, eas diligenter tabellio alleget, & in fine cuiusque petiæ, suum signum apponat. Et tunc dicat in fine ultimæ petiæ, prædictis omnibus interfui. & ut supra in tot præcedentibus petijs suis. & in fine signo meo signatis legitur, autoritate & mandato, &c. ut supra. qualiter autem acta iudicialia debent scribi, not. secundum papã, extra de offi. deleg. cum in iure.

b

ADDITIO.

a Postquam de instrumentorum.

b Not. Incipiunt uerba Rolandini parte 10. cap. 1. & 3.

c Tenore. Ibi ex quo diuersi sunt iudices, dicuntur diuersa rescripta: secus si idem essent iudices, eadem data, & forma, ut ibi not.

d Concor. In ult. glo.

e L. fi. Dixit Nicolaus: ubi supra quòd nullum instrumentum super actu, qui, uel cuius effectus pendeat ex uoluntate partium, quem eius refectio possit alteri praeiudicare: quia posset illud esse reuocatum de consensu partium: & ideo non congruit, secundum eum, de instrumento uenditionis uel locationis exemplificare. Item ut dicit, talis cognitio non pertinet ad tabellionem, sed ad iudicem facit infra uer. proxi. in fi. & si bene aduertis, hoc dictum non contradicit ei, quod est dictum de decre. dudum. quia ibi effectus non pendebat ex uoluntate partium, ut ibi dicitur. Adde, ut per Alex. consi. 59. 1. lib.

f Fieri. Supple parte uocata. facit quod scripsi eod. tit. c. fi. in princip. magna glo. in uer. illud autem tenendum. ad hoc facit etiam decretalis, quæ sequitur. Adde, an sufficiat facere fidem per iuramentum, Alexan. consi. 58. 1. lib.

g Arg. Qui hoc, & quod præcedit, not. in §. nos autem. qui sequitur.

h Vin. Qui hoc not. in dec. cum P. eod. tit. & eius etiã fuit totus uer. præcedens: & de hoc per Innoc. eod. tit. c. 1 ubi scripsi in gle magna uer. quidam tamẽ dicunt. et est in 3. col. Adde an notarius debeat esse rogatus ab ãbabus partibus, Ale. consi. 109. 2. uol.

i Instrumentum. Et per hoc not. quòd poterit ut testis, quod non potest ut sal ellio. concor. supra eo. §. uer. sed pone. & uide infra §. restat. uer. sed quæro sub quo. Adde ad propositum, q. od notarius non potest aliquid addere, detrahere, uel mutare: & si fecerit nõ uitiabitur tota scriptura, sed id quod est additum uel mutatum. Casus uidetur in l quoties. §. sed si conditio. & ibi hoc per Bal. ff. de hære. institut. Adde quando tabellio probet, ut glo. in l. hac consultissima. & ibi authen. C. qui te. face. pos. Bal. in tit. de pace Constan. in rub. de fide instrumen. Alex. consi. 146. 2 lib.

k Vel. Dicit Inno. proprie loquendo.

l C. 1. Vbi hac scripsi in 3. glo.

m Est. Hanc materiam plenius & aptius prosequendo, distinguendo dicit Nico. Ma. tria membra, quia aut agitur de facto uel actu, qui procedit, & substantiam suam capit ex consensu partium: ut sunt pacta & contractus: & tunc mandari debet ab omnibus quorum consensus in illo actu requiritur. C. eod. l. contractus. in prin. & pro regula dari potest, quòd quorum consensus in aliquo actu requiritur, ipsorum uoluntas in scriptura probatoria requiritur: facit C. de do. in hac. & de relatio. l. 2. in fi & si aliter scripserit, non probabit inter eos talis scriptura. in authen. de tabelli. in prin. & §. 1. & quod ibi not. Aut de eo quæritur quòd pendet ex uoluntate unius tantum, ut est ultima uoluntas. protestatio, repudiatio, & similia: & tunc sufficit mandari per illum, ex cuius uoluntate procedit. & hic etiam firmatur superior regula. Facit C. qui testa. face. pos. l. hac consultissima. §. at cum. & authen. de test. hac consultima. & si aliter scriptum fuerit, non probabit contra illum. sicut enim actus pendet ex illius uoluntate, sic & scriptura probatoria pendere debet. Facit quod dixi supra super rub. uer. sequitur uidere. Et quod dicitur, in cuius uoluntate est aliquid agere uel non facere, in illius uoluntate est illud diminuere, uel tollere. ff. de factis. iuris gentium. §. adeo. de in litem iuran. uideamus. §. pe. et l. in actionibus. §. 1. Aut de eo quæritur, quod procedit sine alicuius uoluntate, ut ruina, inundatio, natiuitas, partus, mors, & similia: & hic distinguitur an aliquis iuris effectus oriatur ex illo actu, propter quod petitur scriptura: puta actio, exceptio, accusatio, excusatio; uel aliquid simile, quod potest induci uel tolli ex uoluntate priuati: & tunc procedat quod dictum est, quando scriptura petitur de actu, cuius substantia pendet ex uoluntate plurium uel unius: ut quod de actibus dictum est, dicatur etiã de effectibus actuum. argum. ff. de adimen. lega.

l. 3. §. conditio. & ibi concordantia. Si uero effectus, de quo agitur, non potest induci uel tolli ex uoluntate alicuius priuati: ut natiuitas hominis quo ad successionem patris: uel mors. quo ad idē facit C. de ca. & postlimi. re. l. nec nos. tunc scriptura non fiet ex mandato alicuius priuati, & facta non probabit: cum certum modum requirat scriptura tabellionis, ut sit probatoria, ut suprà patuit. & si in talibus fieri habeat scriptura, fiat autoritate iudicis, qui non respicit uoluntatem singulorum, sed ueritatem sibi cognitam. ff. de offi. praesi. illicitas. §. ueritas. C. de acc. l. singuli. De his autem quae officium & autoritatem iudicis requirunt, non debet tabellio facere scripturam, nisi ipsius autoritate uel mandato. C. de iur. fisci. l. 3. lib. 10. cum ibi not. sicut de apparitore dicitur supra quod me. causa. l. fi. in fi.

n Instrumento. Non sic de rogatione, ut patebit infra in forma, ego B.

o Chyrographum. Vide uersi. porrò infra eod. §.

p Instrumentum. Hoc dicit prae. l. pecuniae. per quod patet creditorem hoc casu non excusari, nolendo reddere instrumentum.

q Credo. Per easdem leges idem tenuit Marti. de Fano. allegans etiam ff. si usufruct. pe. l. pe. in fi. & idem Lamber. de Rampo. in sua quaestione, allegans etiam C. de pac. con. l. ult. prope finem. & C. de colla. fundorum patri. l. pe. lib. 11. Ad idem bene facit quod not ff. de admi. tu. l. chyrographis. in glo. 2. ff sol. mat. l. 2. in princip. quod ibi not. in fi. 3. glo. & idem dixit ibi Dy in casu conuerso, scilicet, quòd creditor petere poterit, cogi debitorem ut faciat instrumentū debiti; de quo facit fidē per testem. uide de test. significauit. & quod ibi not. in glo. penult. Adde Bar. in d. l. chyrog. & Bal. in authen si quas ruinas. C. de sac. sanct. eccle. ubi dicit quòd si instrumentum debiti est antiquum, idem. Item si confines sunt uariati.

r In prin. Haec iura loquuntur in cessione, quae facta solutione ex interuallo, fieri non potest contra aliū per eum, cui est facta solutio, ratione praedicta. Et si dicis eadem ratione nec liberatio, ex quo per solutionem extincta erat obligatio? Respondeo quòd non quaerit iste liberationem, sed liberationis probationem: ut suprà uer. proxi. in qua nulli imminet praeiudicium, nec sibi: ut supra uersi. proxi. Item in hac materia Hugo formabat casum conuersum & talem: Debitor in centum satisfecit creditori, & recepit instrumentum solutionis, quod postea perdidit: creditor sciens instrumentum perditum, conuenit illum ad centum: ad quae damnatus fuit debitor, quia solutionem probare non potuit. Recuperato demum instrumento de solutione, cum sententia per instrumenta reperta nouiter, retractari non possit. extra de re iudi. cap. suborta. in fi. C. de transact. sub praetextu petebat remedium. & Hugo dedit tale per l. si quis ex argentarijs. §. ex hoc edicto. ut diceret sic agens utili actione ex illo §. debebas tu olim creditor reddere mihi instrumentū, in quo tibi obligatus eram, statim cum tibi solui: & haec non fecisti: imò quia non reddidisti, fui tibi condemnatus ad centum. Peto igitur à te centum: quia tanti mea interest, mihi non fuisse redditam cautionem: dicebat ergò per illum §. hoc iuste peti.

s Bon. Cuius etiam est, quasi ad literam, excep. allegationibus. & uer. quid si is, qui fuit Host. ut ibi dicam, totum quod sequitur usque ad uersi. postremo in parte 10. cap. 3. & 4.

t Praedixi. In uer. sed nunquid casu.

u Usus. Qui etiam hunc libellum uel lit. conte. hoc casu non requiritur. Sed id fatetur Nic. quando haec petitio incidit priori: ut si petitur debitum iudicio, & actor non inuenit instrumentum, quod putabat habere obligationis, uel reus non inuenit instrumentum solutionis: tunc sine nouo iudicio, per sacramentum petentis iudex id expediret, saluo iure utriusque. Ad hoc C. de test lib. authen. si testis. ff. ad exhiben. l. 3. §. ibidē. & C. de fid. instru. l. fi. Ubi aūt super hoc adiretur iudex, putat quòd sicut daretur libellus ut cogeretur facere, sic dabitur ut cogatur reficere perditum uel deletum ad instar argentarij. ff. de eden. si quis ex. §. fi. & uocabitur pars creditor uel debitor, uel is, cuius interest: quo ueniente, ordinato iudicio, procedetur in causa. Si non ueniat: tunc si non resistat notarius, sine libello procedatur, facit C. si ut se ab haeredi. absti. authen. si omnes. ff. de mino. in causa. §. causa. C. si per uim uel alio modo. l. fi. Item secundum eum contradictore non ueniente, stabitur iuramento petitoris, ubi uerisimilitudo assistat: & id saluo iure aduersarij, & super principali quod non sit iure refectum. C. quorum bono. l. 1. Secus si ueniat contradictor: quia cum plena causae cognitio fieri debeat, non stabitur soli sacramento. Nec obstat. l. fi. C. de fide instrum. Nam ibi stabitur sacramento eius, qui dicit instrumentū perditum, quo ad hoc ut non teneatur illud, quod dicitur perditum, producere super causa, qua principaliter petebatur debitum: hic petitur refectio propter perditionem: unde plena probatio requiritur. praesumptio tamen est pro ipso: quia apparet instrumentum in protocollo cancellatum, per quod apparet fuisse: & perditionis ut plurimum difficilis

difficilis est probatio: propter quod in talibus recipitur facilior probatio. C. de repudi. consensu. Vnde in l. si quando. adiunctis aliquibus indiciis, & fide petitoris: praecipue ubi nulla indicia contraria sunt pro contradictore: putat petitori, & non aduersario iuramentum deferendum in probationis defectum iuxta legem, in bona. C. de rebus credi.

x Significauit. Ad idem ff. de adop. nam ita. & quod ibi not.

y Parte. Ad literam fuit Hosti. hoc tit. §. ult. uersi. quid si aduersarius.

z Cancellata. Not. quia prudentes notarii, statim quòd fecerunt instrumentum, ex protocollo illud cancellant: ut sciatur authenticatum semel fuisse: non tamen deletur, ut omni tempore appareat sic fuisse. Sic instrumentum debiti, cuius est facta solutio, inefficax est, tamen praeseruatur ut appareat debitum fuisse. ff. de fur. qui tabulas, & ut possit restitui debitori: ut in l. dissoluta. C. de condictio. sine causa. & ad exhiben. l. fi. Si uerò protocollum est tale, ex quo plura instrumenta confici possunt: tunc non cancellatur, cum uni ex illis datum est: sicut cum pars debiti soluitur, non cancellatur instrumentum, sed subscribitur uel scribitur apoca de solutio. ut praedicta l. qui tabulas. §. 1. & tali scripturae tabellionis statur. scilicet quòd illi datum sit instrumentum: sicut & ei creditur de praesentia testium instrumentorum scriptorum. in authen. de fide instrum. §. si quis instrumenta. Et si non esset annotatio, staretur super tali donatione ipsius iuramento: sicut & de principali ei creditur. C. de testibus l. si quando. faciunt quae dicta sunt suprà.

a Duo. Vide quod scripsi, ut lite pendente. c. ecclesia secundo super ultima glo. ubi posui dictum Goff. & Accur. in l. una. §. ille autem. C. de lati. liber. tollen. & demum distinctionem Iacobi de Aro. hoc addito quod ad secundum membrum subdistinctionis Iacob. quam ibi scripsi, inuenio Alber. Gal. extra uolumen, distinxisse qualitatem debitoris, & quantitatem temporis quo instrumentum fuit penes ipsum: ut scilicet si est homo bonae opinionis, & ipse debitor, & longo tempore penes se habuit instrumentum, sibi non incumbat probatio, sed creditori: quo non probante, iudicabitur debitor liberatus. Ad primum alleg. quod ex personarum qualitate, facta pensamus. ff. de libera. causa. l. diui fratres. & de ac. & ob. l. ult. in fi. 37. distinctione qui de mensa. in prin. & ibi concor. extra de praeben. nisi esset in princip. Ad secundum allegat, quòd ex longitudine temporis inducitur oblinio. C. de testa. iubemus. Bene facit extra de praesum. illud. in princip. & quod ibi scripsi in prin. in fi. mag. glo. Cessantibus his, uel uno saltem istorum, id est, quòd neutrum concurrat: mihi uidetur quòd sentiatur contrarium, quod contrariũ simpliciter tenet G. de Suza. in l. debitori. C. de solutio. In casu, quo non erat debitor ipsius familiaris: non dico ex familia, sed satis est quod fuerit eius aduocatus uel procurator talis qui consueuerit sua instrumenta rimari, secundum eum. Simon Vincen. in praedi. l. una in fi. C. de Lati. li. tol. dicit se tenere cum Azo. hanc partem quam uide p Azo. in summa de proba. in 1. col. circa medium, scilicet quòd praesumatur redditum instrumentum, ex quo inuenitur penes debitorem, nisi per creditorem probetur contrarium loquitur tamen Azo de cancellato. Sed ipse Sim. non curat an sit cancellatum uel non, & in hoc concor. Acc. qui in principali articulo, tenens contrarium non distinguit etiam an sit cancellatum uel nõ. in l. 3. ff. de pact. Et cum facillimum sit debitori habenti penes se instrumentum, illud incidere, uel cancellare: satis mihi placet quancunque opinionem teneas, hic non ponderari. Adde, quod communiter tenetur opin. Bar. in l. si fullo. §. sarcinator. ff. de fur. de qua late per nouis. in l. Labeo. ff. de pac. uide etiã Bal. consi. 281. 1. lib. & consi. 203. 4. lib.

SVMMARIVM.

Scriptura aliena qualiter exempletur seu reficiatur,

1 Scriptura aliena cum extra iudicium exemplatur, duplex concurrit ratio.

2 Notarius aliquam scripturam exemplans, quibus uerbis uti debeat.

3 Exemplificans instrumentum, si amplius solennitatis uelit adiicere, qualiter inchoabit suum instrumentum.

4 Notarius instrumentum reficiens, quot tabelliones sibi debeat adiungere & instrumento subscribere. & num. 8.

5 Instrumentum publicum exemplatum à tabellione qui dicit scripsisse pro ut in authẽtico continebatur, &c. an probet.

6 Instrumento exemplato, an & quomodo sit fides adhibenda.

7 Fides semel instrumento exemplato adhibita, an sufficiat ad eius ualiditatem.

9 Tabellionibus tribus instrumẽto exẽplato se subscribentibus, & se originale uidisse nõ uitiatũ profitentibus, an uno illorũ scribente credatur.

10. *Præsentia iudicis & eius autoritas, est de substant ia forma publicationis alicuius instrumenti.*

11 *Autoritas episcopi uel alterius authen. persona, quomodo debeat in exemplis literarum apponi & scribi.*

12 *Modus exemplandi in curia Romana, à quibusdam tabellionibus.*

13 *Forma qua quàm plures uti solent, in publicandis seu exemplandis instrumentis.*

14 *Instrumentum qualiter & quo pacto demum sit publicabile.*

15 *Exripi quomodo possit, & quando, contra instrumentum exemplatum publicandum.*

16 *Tabellione alij tabellioni suas abbreuiaturas legante, an tabellio legatarius poterit in publicam formam redigere sine iudicis autoritate.*

17 *Instrumentum in quo abbreuiatura inuenitur, quæ à nemine potest intelligi, an possit publicari.*

18 *Iura sæpe abbreuiaturis utuntur.*

19 *Instrumenta exemplari siue renouari possunt, propter uetustatem uel aliam iustam causam.*

20 *Instrumentum qualiter, & quando possit in iudicio exemplari.*

21 *Instrumentum sine die et consule in iudicio exemplandum, qualiter formetur.*

22 *In scriptis iudicio exemplandis, an sufficiat solius notarij subscriptio.*

23 *Falsitate uel contrarietate inuenta in instrumēto, super ijs, de quibus tabellio testimonium prohibet, totum instrumentum cassari debet.*

24 *Publicatio instrumenti seu exemplatio in iudicio, apud quem fieri debeat, & per quem, & in quibus casibus locum habeat.*

25 *Exemplatio instrumenti in iudicio facienda in pluribus casibus locum habere dicitur.*

26 *Instrumentum licet etiam iudicis autoritate sit publicatum, non facit fidem, nisi uocatis ijs, quos res tangit.*

27 *Publicatione instrumenti diu facta, si obijciatur quòd non fuerint uocati ij, quorum interest, quomodo sit præsumendum.*

28 *Publicatio instrumentorum, uel priuilegiorum, uel testium ex parte rei productorum, qualiter fieri debeat.*

29 *Publicare & exemplari quid sit, & in quibus differant.*

30 *Absentes si citari & expectari non possunt, sine peri ulo perditionis instrumentorum: fieri potest publicatio, etiam eis absentibus.*

31 *Publicatio instrumentorum, quibus casibus sit necessaria.*

32 *Scriptura non facta de eo quòd petitur publicari, an possit exemplari.*

33 *Partibus exemplationi scripturarum consentientibus, an sine iudice prosit aut ualeat.*

34 *Testamenta, qualiter sint publicanda.*
Scriptura authentica, non debet exemplari.

35 *Testamentum à testatore uel alia priuata persona scriptū, an possit authentica scriptura dici.*

36 *In publicatione cuiuslibet instrumenti, an totus tenor sit coram testibus perlegendus.*

37 *Notarius quomodo se subscribere debeat, in publicatione testamenti.*

38 *Testamentum quare sit sigillandum, & in certo loco reponendum.*

Publicationis literarum effectus, quis sit.

OSTENSO qualiter propria scriptura exempletur & reficiatur, consequens est ut de aliena aliqua perstringamus. Circa quod distingue.[a] Nam illa exemplatur, aut extra iudicium, aut in iudicio. Item si in iudicio, considerandum est. An sint acta iudiciorum, an alia scriptura: de quibus singulis uideamus. 1 † Cum ergo scriptura aliena extra iudicium exemplatur, duplex concurrit ratio. Prima ut per exemplum habeatur memoria eorum quæ in authentico cōtinentur: & tunc notarius incipiet sic.

FORMA. Hoc est exemplum cuiusdam instrumenti, cuius tenor: siue hoc est exemplum quarundam literarum domini papæ uel talis legati uel ordinarij, quarum tenor est talis. Vel sic: hoc est exemplum cuiusdam scripturæ quæ reperitur in quodam quaternio actorum scriptorum, siue quæ scripta dicuntur manu talis notarij sic intitulato. & pone totum titulum, si titulum habuerint: quo posito, dices: cuius scripturæ tenor talis est. & subsequenter in eadem linea nullo medio uel interuallo relicto, incipias; & per ordinem exemplabis, prout in authentico inuenies usque ad ultimam literam: etiam si in instrumento sit nomen tabellionis illius, qui authenticum illud 2 scripsit: † licet non tenearis ponere signum eiusdemum posito signo tuo, te subscribes hoc modo.

FORMA. Ego talis tali autoritate notarius, hoc instrumentum iuxta authenticum, scriptum manu prædicti talis notarij fideliter exemplaui: nihil addens uel minuens, quod sensum mutet, uel etiam intellectum: uel has literas iuxta authenticas, bulla papali plumbea uel legati seu ordinarij cerea pendenti munitas, fideliter exemplaui: nihil addens uel minuens, &c. ut supra uel prædictam scripturam ex quaterno prædicto sumpsi, & fideliter exemplaui: nihil addens, &c. Prædictus autem modus exemplandi, facilis est, & in instrumentis non magni ponderis solitus adhi-3 beri. † Si autem uelis aliquid amplius solennitatis adijcere, poteris inchoare, & intitulare exemplum, prout est superius prælibatum subse-

subsequenter uerò per ordinem, prout in originali continebitur, exemplabis omnibus autē conscriptis, & etiam nomen notarij originalis,
4 † præter signum eius, quod nullo modo scribere
b teneris, adiunge tibi duos uel tres tabelliones b: Cum quib. diligenter auscultabis ipsum exemplū cum authentico; & si inuentum fuerit concordare, unusquisque illorum posito suo signo se subscribat hoc modo.

FORMA. Ego P. tali autoritate notarius hoc exemplum una cum infrà scriptis A. & B. notarijs iuxta autenticum manu prædicti talis notarij scriptum, fideliter & diligenter auscultaui: & quia utrumque concordare inueni, me testem subscripsi. Alius quoque tabellio se subscribat hoc modo.

FORMA. Ego A. talis tali autoritate notarius hoc exemplum, unà cum suprà scripto P. & infrà scripto B. notario iuxta authenticum scriptum manu talis notarij diligenter, &c. ut suprà proxi. Postremo uerò tu tabellio, qui exemplasti te, posito tuo signo sic scribes: Ego B. tali autoritate notarius, hoc instrumentum iuxta autheticum manu prædicti talis notarij scriptum fideliter exemplaui, & postmodum cum prædictis P. & A. notarijs, diligenter, &c. ut suprà proximè. No. tamen quòd præmissi duo modi non præbent exemplo plenam fidem: nec ex tali exemplo ualet exactio fieri, licet ad solam memo
c riā c fiat: ut dixi ex. de fi. instr. c. 1. C. de edē. auth. si quis in aliquo. ¶. §. nūc dicendū. uer. & generaliter & seq.
5 † Vnde si tabellio exemplans publicū instrumētū, dicit se scripsisse prout in authentico continebatur, nec plus, uel minus, nec in eo inter fuisse uel insertas fuisse aliquas cancellationes, uel interlineaturas: non probatur per tale publicum exemplum: tum quia non est officium notarij firmare primum instrumentum authenticū, & ei firmitatem præstare: tum quia licet ita scripserit prout primo continebatur, nec sint ibi cancellationes uel interlineaturę: tā possunt ibi esse alia, propter quæ fides illi adhibetur, uel propter personā tabellionis, uel propter personam eius, qui illud confici fecit. ¶. uers. porrò. Secunda quoque ratione, exemplantur instrumenta. s. non tātum ut habeatur memoria eorum, quæ in
6 authentico continentur, † sed ut etiam tali exemplo plena fides adhibeatur, & ex ea possit exactio
d fieri. d Habebit enim eandem uim, quam habebat primum, & perpetuam firmitatem habebit. In auth. coll. 8. ut fratrum filij. §. id quoque. ff. de admi. tu. chyrographis. In auth. de fide instr. §. si uerò nullus. sed nec plus iuris tribuit, quàm haberet is, qui publicationem seu exemplationem petijt ex. de fide instru. c. fin. & de confir. utili uel inutili. cum dilecta. de priuilegijs, ex par
7 te. C. de testa. publicati. † Sed e nunquid sufficit,
e quòd semel facta fuerit fides? Videtur quòd sic. ff. de bo. pos. secundum tab. l. 1. §. semel. alias est uer. sub secundo. §. dic contra, nisi & iterum fiat. ex. de priu. cùm olim. 1. hoc in instrumentis: nam testamenta & acta, perpetuam firmitatem habebūt. C. de re iudi. gesta. ex. de testi. significauit, & c. Albericus. & hoc quando ex parte rei, producti sunt: se cus si ex parte actoris: ut infrà. uer. in quibus. Hoc ergo casu talis est solennitas adhibenda. Intitulabis enim & inchoabis exemplum. ut s. dixi. quam intitulationis doctrinam, in quolibet poteris imitari procedens per ordinem usque ad finē, & exēplando ut dictum est: deinde adhibitis quinque
f uel quatuor tabellionibus f, Insinuabitur iudici ut coram eo legatur & auscultetur, & coram ipso iudice, cum ipsis tabellionibus diligenter ausculta bis. & si concors inuentum fuerit, iudex ipse suam interponet autoritatem, quam scribes interuallo unius lineæ post nomen tabellionis originalis relicto hoc modo.

8 FORMA. † In nomine Domini amen. Anno inditione & die talibus, hoc exemplum per me B. subscriptum notarium sumptum ex authentico manu talis notarij scripto, tali iudici insinuatum fuit, & in eius præsentia per me ipsum B. & alios subscriptos notarios, diligenter cum authentico auscultaui: & cùm iudex nouerit illum cū ipso authentico concordare, ut adhibeatur eidem exemplo de cætero plena fides, suam autoritatem interposuit & decreuit. postmodum verò unusquisque illorum tabellionū, subsequenter se hoc modo subscribat.

FORMA. Ego H tali autoritate notarius hoc exemplum unà cū infrà scriptis M. N. R. & B. notarijs iuxta authenticum instrumentum manu talis notarij scriptum, coram ipso iudice diligenter & fideliter auscultaui: & quia utrunque concordare inueni, de ipsius iudicis mandato ad eiusdem exempli bonam fidem & testimonium, me subscripsi. & eodem modo cæteri subscribent se. In fine verò, tu tabellio, qui exemplum scripsisti, pones nomen tuum hoc modo: Ego B. tali autoritate notarius hoc exemplū ex authentico scripto manu prædicti talis notarij fideliter scripsi uel sumpsi: & postmodum in præsentia iudicis cum dictis tabellionibus H. M. N. O. & R. diligenter & fideliter cum ipso authentico auscultaui, &c. ut s. pro-
g xi. g † Sed nunquid creditur istis quinque uel qua
9 tuor aut tribus tabellionibus subscribentibus, & se originale uidisse non uitiatum non cancellatū profitentibus, uno illud scribente? Resp. non, nisi iudicis autoritas interuenerit: ut infra. uer. fiebat. Et est ratio, quia suspicio est, quòd authenticum fuerit uitiosum, & quod ideò fecerit publicari. materia enim fabricandi falsum, tollenda est. Inst. ui bo. rap. §. sed ne dum talia. ex. de accusa. qualiter.
10 † Præterea iudicis præsentia & autoritas, est de substantia formæ publicationis. Ideoque nō ualet quod agitur ex omissa. ff. man. diligenter. ex. de re scri. cum dilecta. in fi. de off. deleg. uenerabilis. qui si sint leg. per uenerabilem. §. t. Ad iudicem enim spectat examinare, approbare, uel reprobare: non ad tabellionem: ut ex. de fi. instr. c. si C. de testa. testamenta. & sic loquitur in auth. ut fratrum fil. §. illud. quod prima facie contradicit. Item contra, quia in ore duorum, &c. ex. de testi. in omni. Item contra, quia credendum est publicæ personæ, quæ illud scripsit. C. de proba. cum precibus. ex. de præsum. illud. & de prascri. ad audientiam. Sed dic quod uidetur in sua causa testificari. 4. q. 3. §. item in cri minali. uer. nullus in re. Item contra ex. de proba.

quo

quoniam contra.ubi in dubio præcipitur, ad acta originalia recurri: sed ibi tabellio per se acta illa tradiderat de præcepto iudicis, in modum priuatæ scripturæ, nec fuerant sumpta in præsentia iudicis, & autoritate solenni: sed nec ibi dicitur quòd licet instrumentum publicum inde factum fuerit, iudex illud examinauerit cum originali. Ideoque dicit recurrendum esse ad originale: ut eo. titu. c.
11 fi. † Hoc autem scias quòd plærunque adhibetur autoritas episcopi uel alterius authenticæ personæ, præsertim in exemplis literarum, quæ quidem in testimonium & fidem ipsius exempli, faciet illud suo sigillo muniri, & scribetur hoc modo.

FORMA. In nomine domini amen. Anno, in dictione & die talibus, hoc exemplum per me subscriptum B. notarium sumptum ex authenticis literis tali sigillo munitis fuit in præsentia uenerabilis patris M. Dei gratia Narbon. archiepiscopi, à meipso B. & alijs subscriptis notarijs diligenter cum authenticis literis auscultatum: cumque idẽ pater uenerabilis cognouerit illud cum ipsis authenticis concordare, ad ipsius exempli plenam fidem & testimonium suam autoritatem interpo-
h suit, faciens illud sui sigilli appensione muniri.[h] Arg. ex. de proba. post cessionem. & 11. q. 3. curæ. Posset etiam illa persona scribere unum testis, & testificari se uidisse literam originalem cum uera bulla & cæteris non uitiatam nec abolitam, & in huius rei testimonium, suum sigillum apponere, & notarius in fine se poterit subscribere, & de mãdato illius hæc in formam publicam se redegisse
12 assere. † Porrò in Romana curia talis modus exẽplandi a quibusdam tabellionibus obseruatur. incipiunt enim hoc modo.

FORMA. In nomine Domini amen. Anno, die, indictione & loco, talibus præsentibus: quoque me subscripto notario & testibus infrà scriptis, talis instantet à tali auditore petijt, quòd per me transcribi & exemplari faceret quoddam instrumentum, manu talis notarij scriptum: cuius siquidẽ instrumenti tenor, inferius annotatur. Idem uerò iudex illius precibus ac instantia motus, præcepit mihi præfato notario quòd instrumentum ipsum autoritate sua transcriberem, exemplatum etiam exhiberem. Tenor autem dicti instrumenti, talis est: In nomine domini, &c. scripto autem toto tenore, sic tabellio se subscribet: Ego talis notarius hoc exemplum siue transcriptum, ut in prædicto instrumento non uitiato, non cancellato, nec in aliqua sui parte abolito inueni, transcripsi & publicaui, nil addito uel diminuto, quod sensum immutet, excepta fortè litera uel syllaba, quæ sensũ immutare non potest: & meum signum apposui. Hoc probatur ex. de fide instr. c. pe. & c. fi. cum suis concor. ex. de priuil. cum olim. c. in fi. C. de edi. diui Adri. tollen. l. 4. prope prin. Si ergo in insinuatio ne aliud omissum est propter quod sensus non immutetur, semper ualet: ut ex. de fid. instr. ex par. 1. q. 1. Marcion. Si uerò aliquid additum uel diminutum est, per quod fiat immutatio sensus: tunc non ualet insinuatio. 9. distinct. ego solis. supra, uersicu. nota tamen. Cæterùm, quidã prouinciales, &
i dominus meus[i] in publicandis seu exemplandis instrumentis, hac forma utuntur.

13 FORMA. † Anno Domini, &c. A. ueniens coram B. iudice tali, supplicauit humiliter. & petijt instanter, quod instrumentum, cuius forma infrà sequitur, faceret in publicam formam redigi: cùm ob uetustatem ipsius propter difficultatem probationis à iure suo cadere posset: ipso instrumento penitus antiquato: qui B. iudex, uolens probationibus subuenire, ne ueritate occultata iustitia, ualeat deperire: citatis & uocatis omnibus, qui fuerant euocandi, & quos res tangebat, uidelicet tali & tali, ipsisque uenientibus, & nihil opponentibus, propter quod deberet huiusmodi publicatio impediri: uel etiam se contumaciter absentantibus dicto instrumento, undique diligenter inspecto, & inuento non cancellato, non uitiato, nec in aliqua parte sui abolito, infrà scripto notario præcepit, ut eius tenorem in publicam formam redigerem ad fidem perpetuam faciendam. Ipsius uerò instrumenti tenor talis est: Anno, &c. ponatur de uerbo ad uerbum tenor, & omnia signa, secundum ãnimum meum. Alij tamen dicunt contra insignis: ut j. uer. 1. & 2. & si erat ibi sigillum, dicatur quòd erat tali sigillo sigillatum. post modum dicunt in fine: Et ego talis notarius de mandato talis iudicis, & ipso autoritatem præstante, prædictũ instrumentum in publicam formam redegi: qui præsens fui in omnibus supradictis, & ipsum originale uidi, & iudici & testibus ostendi, & exposui & perlegi, non uitiatum, non cancellatum, nec in aliqua sui parte abolitum seu suspectum. Neque in charta, neque in scriptura, nec in sigillo, sigillum habebat: tunc etiã testificetur quod sigillum integrum erat, in forma seu impressione, & in literis circunscriptis, quæ legibiles apparebant. ex. de fide instr. inter. post ea subiungunt: Actum in tali loco, talibus præsentibus, ad hanc publicationẽ uidendam & audiendam, testibus uocatis & roga-
14 tis. † Et collige ex præmissis, quòd instrumentum ita demum publicatur si apparet non uitiatum, nõ deletum, uel interletum, uel uitiosum in aliquo, uel cancellatum, seu uituperatum, neque in tenore nel signis nel subscriptionibus, uel etiam sigillo uel filo. ex. de fid. instru. inter. & c. fi. & C. de edicto diui Adria. tol. l. fi. j. §. instrumentum. uersi. item
15 excipitur quod est uituperatum. † Illud quoque prætereundum non est, quod rogationes seu protocolla tabellionis, qui decessit, exemplari, & in publicam formam redigi per alium tabellionem nequeunt, sine iudicis ordinarij autoritate: ut ex. de fide instru. c. pen. sed nec eo uiuente, tabellio potest alij committere complerionem instrumenti: sed per seipsum id facere debet. quod dic ut j. §. instrumentum ergo. uersicu. item opponitur quòd non est confectum. infrà, uer. prox. Iudex ergo ordinarius hoc alicui tabellioni committat hoc modo.

FORMA. Cùm S. filius & hæres quondam R. notarij, concesserit Titio notario rogationes patris sui exemplandas, & in publicam formam redigendas, eo Titio ed sibi iudicis concedi autoritate cum instantia postulante, talis iudex ei prædictas rogationes olim præfati C. legitimè ac fideliter exemplandas: & in formam publicam iuxta tenorem infrà scripti sacramenti, redigendas commisit: qui Titius corporaliter ad sancta Dei Euangelia

ſtia iurauit, rogationes ipſas, eas uidelicet quæ cã-
cellatæ non fuerint, quoties opus erit, fideliter e-
xemplare, & in publicam formam redigere, eas ſo-
lummodo (ijs, quorum interfuerit) exhibendo: cã-
cellatas uerò pro cancellatis ſcribere: quando ſic
exegerit ius & caſus, nilque addere, minuere, uel
mutare, niſi quemadmodum in ipſis rogationibus
ſcriptum inuenerit & notatum, & in his omnibus
omni dolo & fraude ſemotis, fidem debitam con-
ſeruare: ut in prædicto §. illud quoque. Titius au-
tem, cui facta eſt præfata commiſsio, rogationes ſi
bi commiſſas, cùm opus fuerit, exemplabit, hoc
modo: ſcribet enim rogationem de uerbo ad uer
bum, prout eam in quaterno inueniet, nihil addẽ-
do uel minuendo. Nam nec is, qui abbreuiaturam
fecit, aliud ponere debet: ut in auth. col. 4. de ta-
bellio. §. illud quoque. licet hoc non ſit in proprijs
ſcriptis ita ſtrictè accipiendum: ut infrà. §. inſtru-
mentum ergo. uerſi. item opponitur quòd res. quo
facto taliter ſe ſubſcribet.

FORMA. Ego Titius tali autoritate notari-
us, ex commiſsione mihi à tali iudice facta: prout
in rogatione cancellata uel non cancellata olim
Rolan. notarij inueni, ita fideliter per ordinem e-
xemplaui, ſcripſi, & in publicam formam redegi.
Quod ſi fortè in rogatione ipſa non fuerint anni
Domini ſcripti, videat an in aliqua rogatione præ
cedenti, ſeu abbreuiatura ſcriptus ſit dies: quod ſi
inuenerit poſito ſigno & nomine ſuo & tota illa
ſubſcriptione: ut ff. de edendo. ſi quis ex argenta-
k rijs. §. ſi initium. [k] ſic addat: Quam quidem roga-
tionem & ſumpſi, & exemplaui, de quaterno: in
cuius primo folio, uel ſecundo, uel tertio, erant
ſcripti anni Domini, hoc modo ſcribendo annos, ſi
cut inuenit in rogatione notæ, quæ præſentem
proximè præcedebat rogationem: ut in prædic. §
ſi initium. erat etiam dies ſcriptus hoc modo: die.
15. intrante Maio. ſecundum Rolandinum. Qui-
dam tamen in initio inſtrumenti illos annos Do-
mini ponunt, quos proximè inueniunt præcedere
rogationem ipſam, ſicut & faceret in propria ro-
gatione, quod quidem fieri poteſt: ſed præmiſſus
l modus uerior eſt. [l] † Quid ſi aliquis tabellio legat
16 alij tabellioni ſuas abbreuiaturas: quod poteſt:
m ut ff. de eden. quidam. §. nihil ad ſi. [m] nunquid ta-
bellio legatarius poterit in publicam formam re-
digere, ſine iudicis autoritate? nouit do. meus in
n Summa eo. tit. [n] quòd per aliquẽ ad hoc officium
deputatum, quaſi uicarium tabellionis hoc fieri
poteſt, ipſo etiam tabellione uiuente, & iuſta ex
cauſa & uera, & non ficta impedito: dummodo il-
le deputatus ſit iudicis autoritate. in auth. de fide
inſtr. §. in his uerò. & de tabel. §. antepe. & pe. col.
4. eo uerò mortuo, non ualebit niſi iudicis autori-
tas interueniat: & uide ſupra. uerſi. proxi. in prin.
17 † Quid ſi abbreuiatura ſic inueniatur abbreuiata,
quòd neſcitur quod dicere uelit? Reſpondeo, ſi
contractus celebratur in ſcriptis, non poterit pu
blicari: ut patet in his, quæ no. in Summa domini
o mei, eo. tit. §. quid de contractibus [o]. aliàs ſi per
ſcripturam præcedentem uel ſequentem, uel per
aliam eadem manu confectam, in ſimili eodem cõ
tractu poterit fieri fides, bene poterit publicari.
arg. ff. de lega. 1. ſi ſeruus plurium. §. ſi numerus
numerum. & ff. de fundo inſtructo. l. cùm de lanio
nis. §. aſinam. & de pig. actio. l. uel uniuerſorum. &
de uſur. qui ſemiſſes. Cætera enim quæ ibi defici-
unt, quæ continentur ſub, &c. uel ſub alijs ſignis
cum his præſumptionibus iudicis autoritate, ſup-
plebuntur: ut ff. quod cum fal. tu. au. l. 2. §. 2. & in
auth. colla. 9 ut fratrum filij. §. illud quoque. Idẽ
etiam eſt, ſi id, quod defecit, per teſtes, uel per con
feſsionem aduerſarij, probari poſsit: puta quia co
p hærentiæ deficiunt, uel aliquid tale [p]: quod factum
ergo non poteſt iudex ſupplere: quia nequit diui
nare: ex. ut eccle. benefic. ut noſtrum. ſed ius ſup-
plere poteſt, cuius eſt miniſter. & hoc eſt contra
illud, quod dicitur, quòd factum eſt in iudicis po-
teſtate, ſed non ius. ff. ad munici. l. ordine. §. durio
ribus. 2. quæſt. 3. §. notandum. & quòd raſura in
narratione iuris & non facti, obeſt. ex. de fide in-
ſtrum. ex literis. & uide infra. §. inſtrumentum.
q uerſicu. item opponitur quod inſtrumentum. [q]
18 † Quid ergo ſi in abbreuiatura continetur, & re-
nunciauit, &c. quid ponet notarius? Reſpon. ea
r ſola, quæ in inſtrumentis conſueuerunt apponi, [r]
ſiue ſit ipſe idem notarius, qui rogationem ſcri-
pſit, ſiue ſubrogatus. Iura enim quandoque po-
nunt ſimiles abbreuiaturas. ff. de petitione hære-
dita. l. item ueniunt. §. petitam autem. ff. de liberis
& poſthumis. Gallus. in principio. & §. nunc de
lege. & uerſicu. idem credendum eſt. ff. de nau. fœ-
ſ no. l. periculi. ff. de euictio. ſi ita quis. [ſ] extra, de
t re iudi. ad apoſtolicæ. §. & ut ad præſens. [t] & facit
C. de ueteri iure enu. l. prima. §. ſed & hoc ſtudio-
19 ſum. † Breuiter ergo tene, quòd propter uetu
ſtatem uel aliam inſtant cauſam, poſſunt inſtru-
menta exemplari, ſiue renouari: ut ex. eodem cap.
fina. cum ſuis concor. & poteſt eſſe iuſta cauſa, ſi
perdita ſint, ut ſuprà §. poſtquam. in principio.
& argum. ex. de conuer. coniuga. dudum. & iudicis
ordinarij uel delegati, ab ipſo autore exempla-
ta, eandẽ uim cum originalibus habent: ut extra.
20 de fide inſtrum. capitu. penultimo & fi. † Vidi-
mus de ſcripturis alienis, extra iudicium exem-
plandis: nunc autem dicamus de ipſis in iudi-
cio exemplandis. Et quidem ſi aliena ſcriptura
fuerit acta publica: id eſt, ſcriptura in iudicio fa-
cta, puta inſtrumentum procurationis, ſyndica-
tus, tutelæ, curæ, uel huiuſmodi. ff. de regu. iur. a-
cta. & l. ſequen. extra, de proba. c. ſi. debet & poteſt
illa per ordinem exemplari: cum die & conſule:
id eſt, cum annis domini. & nomine tabellionis:
& cæteris omnibus per ordinem quæ in eadem
ſcriptura continentur: præmiſſo titu. in hunc
modum:

FORMA. Hoc eſt exemplum cuiuſdam inſtru
menti: cuius tenor talis eſt: quo exemplato tabel
lio ſe ſubſcribat hoc modo: Ego B. imperiali uel ta
li autoritate, & nunc talis curiæ notarius: prædi-
ctum inſtrumentum de præcepto talis iudicis, ad
authenticum ſcriptum manu talis notarij (prout
in eo inueni) per ordinem fideliter exemplaui.
Quæ autẽ fides adhibeatur exemplis originalium
ſcripturarum, in iudicio productarum, not. in-
frà. §. proximo uerſiculo illud. & ſecundum Papã
21 extra, de off. delegati. cùm in iure. & de probatio.
u quoniam. † Si uerò [u] fuerit alia ſcriptura, quàm
acta

acta publica: vt puta, scriptura priuata, sicut est instrumentum emptionis donationis, locationis, vel simile. & pars aduersa petat in iudicio ipsum exemplari, & de eo sibi copiam fieri: tunc illud sine die & consule, id est, sine publicationibus instrumenti exemplabitur: nisi illud de falso arguere velit. Quod dic ut infra, §. videndum. versi. facienda. igitur sine die & consule, exemplabitur in hunc modum.

FORMA. Hoc est exemplum cuiusdam instrumenti, cuius die & consule prætermissis, tenor talis est. & omissis annis Domini, indictione, die & loco, testibus, & nomine tabellionis exemplabitur solus tenor. & in fine exemplans tabellio se subscribet hoc modo.

FORMA. Ego B. tali autoritate, & nunc talis curiæ notarius, prædictum instrumentum die, ac consule prætermissis, de mandato talis iudicis, iuxta authenticum fideliter exemplaui. Quòd si cum die ac consule exemplabitur, dicetur simpliciter.

FORMA. Hoc est exemplum cuiusdam instrumenti, cuius tenor talis est: & omnibus per ordinem scriptis, à principio, vsque ad finem, taliter tabellio se subscribat: Ego B. tali autoritate, tunc talis curiæ notarius, prædictum instrumentum de mandato talis iudicis, iuxta authenticum scriptũ manu talis notarij cum die, & consule: & omnibus per ordinem in eo contentis fideliter exemplaui. Si autem fit copia legatario de parte testamenti: dic ut infrà. §. compendiosè, versiculo & breui-
22 ter. † Et scias, quòd in scriptis in iudicio exemplãdis, sufficit solius notarij subscriptio exemplan-
x tis, secundum Rol. notarum. x Innoc. verò papa quartus no. extrà, de fide instrumentorum. cap. fi. quòd attestationes, & alia acta per solum tabellionem sine testibus scripta, non sunt publica scripta: nec faciunt fidem coram alio iudice: nisi sint publicata: vt infrà, versi. & not. Tu dic ut infrà. §.
23 restat. versi. sed cum literis. † Et no. quòd si aliqua falsitas, vel contrarietas, inuenitur in instrumento super his, de quibus tabellio perhibet testimonium de visu: vt puta, quando dicit, actum in tali loco, & talibus personis præsentibus, & tali die: totum instrumentum cassatur, tanquàm cui falsitas est admista. 9. distin. si ad sacras. 3. quæst. 9. puta. secus si super alijs contrarietas reperitur. quod dic secundum papam: ut extra, de off. deleg. cùm in iure. & infrà. §. postremò aliàs instrumentum.
y uersi. quid si aliquot. y † Et quoniam de publica-
24 tione, & exemplatione huiusmodi agimus: id la-
z tius prosequamur. z Videntes apud quem fiat, & per quem, & in quibus casibus locum habeat, & qualiter fiat, & quis sit eius effectus. Fiebat autem olim publicatio apud magistrum censust vt C. de testamentis. consulta. & l. publicati. & l. testamenta. hodie verò fit apud defensorem ciuitatis: ut in authenti. colla. quarta. de defen. ciui. §. sed neque. Et etiam apud ordinarium iudicem: licet non habeat administrationem: & apud delegatum ab ordinario administrationem habentem: ut in authen. colla. 9. ut fra. filij. §. illud. Sic intelligitur secundum dominum meum extra, eo. tit. cum P. & c. sic instrumenta per decre.
a extra, de in integ. restitu. causa. a Si ergo talium iudicum autoritas non interuenerit: publicatio non ualebit. C. de edendo procurator. & secundum hoc intellige ff. de administratione tutorum chirographis, secundum dominum meum. Per quem autem fiat, ex præcedentibus satis patet. Fit enim per tabellionem, qui est publica persona ex. eodem, cap. fi. vel si ille non habeatur, per duas personas honestas uel tres cum subscriptione uel etiam una cum nominibus præsentium in scriptis & cum sigillo authentico, secundum dominum meum ex. eodem. c. secundo. & c. cùm dilectus. &
25 de proba. quoniam. † In quibus casibus locum habeat, facile est videre. habet enim locum in dictis testium publicandis, & in publicam formam redigendis, & hoc ex parte rei iudistinctè: Ex parte verò actoris quando timetur de ipsorum absentia diuturna, uel morte propinqua. quod dic ut extra. ut lit. non conte. quoniam. & infra, uersi. qualiter. Item in testamentis: vt in præd. l. publicati. & eo. titu. consulta. Item quando tabellio morte præuentus est: ut supra. uersi. illud quoque. Item in priuilegijs, & instrumentis quando propter uetustatem, vel aliam iustam causam, timetur de consumptione ipsorum: puta, quia litera incipit deleri propter chartæ vitium, vel incautis. ex. cod. inter. uel à muribus corrodi. ff. de bono. pos. secundum tab. l. 1. §. si rosæ. ex. eo. cap. fi. quod enim paulatim labitur, conuenit renouari. in authen. colla. 6. de quæstione. circa prin. Vnde vetustatem renouamus. in auth. colla. 7. de administratoribus. circa princ. Vel in aliam iustam causam, vbicunque moueri iudicem: ut in sententijs, & alijs actis publicandis, & similibus. & sic tenet Albericus. & de sententia & re iudi. si cut. vel si præ-
26 dictum sit, vt infra. uersic. sed nunquid. † Qualiter autem fiat publicatio, satis superius declarauimus, & adhuc aliqua supponamus. Fiat ergo à iudice pro tribunali sedente, citatis & uocatis his, quos res tangit, ex. de off. archid. ad hæc. C. de auto. tutorum. l. fina. ff. de aqua plu. arecn. in concedendo. in authen. de instrumento. cau. §. de quibus. ff. de adopt. nam ita. & l. adoptio. Et nisi uocentur, non facit instrumentum fidem: licet sit ordinarij iudicis autoritate publicatum. & sic
b obtinuit coram me. b C. de fide instrum. l. fi. & in præ. concor. & sequen. ex. de testi. significauit. Cauendum est igitur vt de citatione fiat publicum instrumentum: per quod possit probari citatio, si negetur: ut in cap. significauit. uel si inueniri non possit, mittatur citatio ad domum. extra, de cle. non resi. ex tuæ. infrà. eo. §. ut autem. uersi. fine scri-
27 ptis. † Sed quid si post publicationem diu factam, obijcitur quod non fuerunt uocati hi, quo-
c rum intererat? c Respondeo, dicunt quidam præsumi omnia fuisse solenniter acta. Alij dicunt tunc demũ præsumi, si in publicatione contineatur eos fuisse uocatos: ut in præ. l. alioquin contra, secundum ea, quæ no. infra, de sententia. §. ut
28 autem. ver. & nota. † Quid si citatio eum apprehendit, nec uenit? Videretur sufficere, ut fiat publicatio. & sibi debet imputare. extra, de confir. utili, cum dilecta. & de priuil. ex parte. C. de fide instr. l. fi. in auth. ut spo. lar. §. ad hæc. C. de remis-

mis.pigno.si eo.ex.de te iud.quamuis.Idem est, si hoc scit, quanuis citatio eum non apprehenderit secundum dominum meum. arg.ex. de ele. cùm inter uniuersas. ff. de act.emp. & uen. l. in fi.& in præ.c.quanuis. Veruntamen, quia difficiliter scié
d tia probaretur, tutius est quòd citetur. d Et hoc intellige cùm duplicatio instrumentorum, uel priuilegiorum, uel testium ex parte rei productorum imminet facienda: quia hæc debent habere perpetuam firmitatem. secus si ex parte actoris testes
e publicentur: e tunc enim sufficit, quòd actor intra annum certificet reum super hoc: & illud habet necesse facere. Aliàs anno elapso non ualent d cta: ut in præ.decr. quoniam. in prin. Et sic non obstant quæ aliàs contraria uidentur. est enim speciale, ut dixi: sed nec illud dicitur propriè publi-
29 catio, sed exemplatio, uel transcriptio. † Publicare enim propriè, est in publicam formam redigere, quod aliàs non fuit. Exemplare uerò, est transcribere, quod aliàs est publicum, secundum papã: largè tamen aliter dicitur: & patet s. uer. in qui-
30 bus. ibi item priui. & s. uer. cæterùm. † Porrò si absentes citari, & expectari non possunt sine periculo perditionis instrumentorum: puta propter uetustatem, uel aliam causam consimilem: publicatio fieri potest etiam eis absentibus, secundum papam: ut in præ.c.cùm dilecta. §.primo. & in præ. c.quoniam. in prin. Item si sit instrumentum quod alium non tangit: puta priuilegium, uel indulgentia: tunc debet saltem edictum solenne emitti. Et aliter non ualebit priuilegij publicatio, nisi fiat per illum, qui priuilegium illud concessit: tunc sic: quia ipse de nouo illud concedere posset. Nec obstat ex. de confir. utili, uel inutili. cum dilecta. ubi nullum edictum fuit emissum: quia ibi aduersarius comparuit: & fuit auditus secundum
f papam. f † Et (ut hoc plenius intelligas) nora quòd
31 quandoque petuntur attestationes, uel alia publicari: puta, quia scriptæ sunt per solum tabellionem sine testium subscriptione: nec inueniuntur apud iudicem authenticatæ per tabellionem: uel fortè negantur esse acta. Tunc enim est publicatio necessaria, & non aliter: ut patet infrà §. testat. uersi. sed cum literis. Et tunc sic fiet, iudice uidelicet pro tribunali sedente & uocatis his, quorum interest: ut s. uocato etiam notario, qui eas scripsit. Eodem etiam modo fiet publicatio litis contestationis: & proderit ad interrumpendam præscriptionem: ut C. de præscri. 30. an. cùm notissimi. non tamen ut possit post triennium in causa pro-
g cedi secundum papam. g sic etiam fit publicatio instrumentorum, quæ tabellio defunctus notauit: uel sunt uetustate consumpta: ut suprà. uersicu. illud. & uersicul. cæterùm. Et hæc uera sunt ubi attestationes, & aliæ scripturæ minus solennes pu
32 blicantur, & authenticantur. † Vbi autem scriptura facta nõ est de eo quod petitur publicari: ut quia sententia lata est, uel processus uel contractus factus, uel aliquid factum est sine scriptis. Et ideo petuntur attestationes, & huiusmodi ad certam rei memoriam publicari: ut ex. de testi. Albericus. & capitu. significauit. Tunc iudex uocabit testes, qui sententiæ prolationi, uel tempore contractus, uel processus præfati interfuerunt: & per publicam formam redigi iubebit in publicam, & authenticam formam: quod prius erat in mente testium tantum, uel etiam in chartam publicam, & non authenticam, ad hoc sufficit iudicis autoritas. Vel saltem ad maiorem cautelam poterit ibi contineri: quòd iudex decreuit fidem adhibendam fore illi scripturæ. arg. ff. de iud. de qua re. C. de re iudi. gesta. ff. ad l. Aquil. in l. Aquil. & in præ. c.significauit. Attestationes enim sine testibus per tabellionem scriptæ non sunt publica scriptura secundum papam: ut s. uer. & scias. Idem etiam fit in testamento sine scriptis edito quod dic ut j. §. ut autem. uersi. ad huius ibi: sine scriptura. &c. & j.
h uer. proxi. h Similique modo fit, quando is, qui constitutus est in eodem instrumento procurator contra plures, agit contra omnes. Potest enim instrumentum huiusmodi exemplari, & in publicã formam redigi, & decerni partibus præsentibus, & non contradicentibus eãdem fidem illi sumpto adhibendam, quæ authentico, sine originali adhiberetur: & quòd possit fieri probatio per illud. Nam constituere procuratorem, quoddam gestum fuit: ergo potest hoc in publicam formam redigi: cùm unum non sufficiat omnibus: ut in prædi. l. gesta. & in auth. ut fratrum filij. §. illud. & j. §. nunc dicamus. uer. & scias. Sed opponatur: nam licet publicatio fieri possit in actis: unde non est instrumentum confectum: ut s. tamen secus est hic, ubi fuit instrumentum, de procuratione confectum. Respondeo, nihil prohibet fieri publicationem alicuius gesti, licet sit inde instrumentum confectum: si instrumentum illud non sufficit omnibus: ut ff. de eden. si quis ex. in prin. & licet hoc casu, scilicet quando sumpto fides decernitur adhibenda, aliqui his uerbis utentur, scilicet quòd publicatur gestum: melius tamen uidetur dici publicari, uel edi instrumentum. Item quomodo fiet publicatio huius procurationis absente domino, nec uocato, contra ea, quæ s. dixi? Respondeo: ex quo procuratori concessum est agere contra plures: per consequens concessum uidetur quòd procurationem faciat publicari, sine quo mandatum non posset commodè adimpleri. ff. de iurisd.om.iudi. l. 2. ex. de off. deleg. præterea. Odof.
i etiam dixit, i quòd in exemplatura instrumenti, quæ fit per notarium iudicis autoritate, est pars citanda: aliàs non poterit per exemplum probatio
k fieri: ut in prædictis iuribus. Sed alij k hoc negant, cùm non inueniatur iure cautum, quòd pars sit requirenda. Ad hoc dicunt tamen esse tutius, quòd
33 citetur. † Hoc etiam no. quòd si partes exemplationi consentiant sine iudice, non ualet. argu. ex.
l eo. si instrumentum. l quanuis consensus partis sine iudice, sufficeret ad faciendum instrumentum de contractu, uel super confessione contra-
34 ctus iam facti, secundum papam. † Et no. quòd testamenta sic publicanda sunt. m In primis enim mortuo testatore, & petita eius publicatione faciat iudex iurare eum, qui petit publicationem quòd eã causa calumniæ, non petit: ut C. quemadmo. testa. aperiantur. l. eius. arg. ff. ad exhi. thesaurus. ut s. proxi. §. uers. ubi autem. Item uocabit pro his omnibus omnes quos res tangit: ut s. eodem. uersi. qualiter. Item uocabit testes inscriptos

ptos in testamento:& si qui,uel etiam omnes, sint
absentes, mittetur ad eos testamentum ut reco-
gnoscãt sigilla sua:& utrum testamento interfue-
runt, & si omnes consenserint, publicabit illud. ff.
quemadmodum testa.aperiantur l.1. in fi.& l.cùm
ab initio.& l.seq.Nec est in hoc tabellio requiren-
dus, nam in prædictis legibus nulla de eo fit men-
tio. loquuntur enim de testamento, quod non est
per tabellionem scriptum. C. de testa.cum anti-
quitas. §. fi. Eodem etiam modo facienda est pu-
blicatio,si non appareat testamentum.ff.quemad-
modum testa.aperiantur.si in duobus.§. fi. & hæc
publicatio, quæ apud certos iudices facienda est:
&.in multis legibus apertio testamenti uocatũ: &
ea facta, authentica sunt instrumenta. Testamen-
tum enim non est authentica, nec publica scriptu
ra, nisi scriptum sit per tabellionem: tunc cùm sit
authentica scriptura, non oportet scripturam il-
lam exemplari, nisi aliqua causa subsit: ut hic,
35 † Quod autem testamentum à testatore, uel alia
priuata persona scriptum, quòd fieri potest:ut C.
de testa cum antiquitas. §. fin. & auth. ibi posita,
Et quòd non sit authentica scriptura,patet ex eo,
quòd non fit per publicam manum, nec habet si-
gillum authenticum:ut ex̃.de fide instru.c.2.& in
frà.§.nunc dicendum.uersi.tertio.Hæc autem pu-
blicatio autoritatẽ authenticationis habet: quia
per eius ostensionem fit missio in pos.hæreditatis,
per edictum diui Adria.C. de edic. diui Adria.tol.
l.fi. Aliter autem licet sigilla,nnmerus testium, &
aliæ solẽnitates prosint ad hoc,quòd uoluntas te-
statoris ualet: nihil tamen probant, nisi scripta
sint per publicam manum. Sed in exemplatione
publicorum instrumentorum,hæc non sunt neces-
saria, cùm illa authenticationem suam retineant
ex sigillo,uel signo prælati, uel tabellionis. Quod
ex eo patet:quia post mortem prælati, uel tabel-
lionis fidem faciunt, secundum Papam. Domi-
n nus autem meus no. in Summa eodem tit. n quòd
cùm testamentum publicandum est, debent testes
simul uocari, & totus tenor testamenti legetur co
ram eis.& si iurauerint sic esse, ut scriptura testa-
tur,præcipiet iudex redigi in publicam formam:
ut C.de testa.hac consultissima.§.fi.& peu. & qui
testam.facere possunt:hac consultissima.§.at cum p
humana.Sed contra,quia sunt testes sigillatim exa
o minandi.ex̃.de testibus c.secundo. o † Sed nun-
36 quid fiet idem in aliorum instrumentorũ publi-
catione, ut totus tenor coram testibus legatur si-
mul? Respondeo, Hugolinus dixit quòd sic: quia a
tangit testes, quare ab eis est probandum. s̃. uersi.
qualiter.Arg. contra:quia diligenter examinandi
sunt,in præd.c.significauit,& c.Albericus. & facit
pro & contra ex̃.de priuil.cùm olim.1. Tamen se-
cundum dominum meum, in utroque casu tutius b
uidetur, & uerius, quod sigillatim examinentur:
nisi fortè ex causa aliud iudici uideatur. Quid
enim si tenor instrumenti nimis prolixius sit: uel c
si quis intendit probare prolixum processum co-
ram aliquo habitum,de quo testis nullo modo,uel d
non de facili recordari potest? ex tali quidem cau- e
sa,uel simili potest iudex, si uult, legere tenorem
coram testibus idoneis & fide dignis etiam simul f
uocatis: & sic non sigillatim examinabit. Si uerò
sint suspecti, eos examinabit sigillatim. Et ex his
uidetur dominus meus intelligere, quòd etiam
scriptura authentica publicetur: quod uerum est
ex causa, ut ex superioribus liquet. Item uidetur
ex præd. decre. cùm olim. quòd priuilegium, uel
instrumentum prædictum publicari potest, si te-
nor per testes probetur. & argu. in præd. l. si in
37 duobus.§.fi. † Et nota quòd in publicatione testa
menti, notarius se hoc modo subscribet. Exem-
plabit enim totum illud testamentum, & postea
dicet:Anno,mense,die,& indictione, & loco tali-
bus, hoc testamentum fuit exhibitum coram tali
iudice,uel episcopo,pñtibus talib⁹ testi⁹sigilla sua
recognoscentibus, uel præsentibus talibus testi-
bus idoneis & honestis, inuenientibus in eo talia
signa dependentia. Et ego talis tali autoritate no-
tarius, de mandato talis iudicis, uel episcopi,
exemplaui quam ueracius potui, nil addens, uel
minuens,& in publicam formam redegi,originali
ipso,quod sigillatum fuerat,in tali archiuo rema-
nente. & illud originale iterum sigilletur ab ipsis
testibus, qui interfuerunt publicationi: & sic ori-
ginale in archiuo ad perpetuam memoriam re-
maneat sigillatum. Et debent ibi testes esse septẽ,
qui intersint publicationi, & apertioni, & ultimę
sigillationi. & hoc exemplatum superioris auto-
ritate fidem facit nriginali perdito.C.de testa.pu-
38 blicati. † Quare ergo sigillatur illud, & reponi-
tur? Respondeo, ut quasi protocollum semper ad
memoriam remaneat: aut si fortè exemplum pe-
riret,uel suspectum diceretur, uel falsum: possit
semper recursus ad illud haberi. Poterit autem
illud quoties opus fuerit,aperiri: & iterum sigilla
ri coram iudice,& de nouo exemplari, & publica-
ri: & semper ualebit. Originale ergo semper in
uno loco sit. Illud uerò,uel illa,quæ exemplata,&
publicata sunt,portentur ad iudicium,& ubi opus
erit: hæres autem, qui scit inquantum est hæres,
etiam ante publicationẽ potest hæreditatem adi-
re,& ad suos hæredes transmittere. C.de cadu.tol.
l.1.§.s.a.& 3.& §.cùm enim. & §.in nouissimo.&
C. de iure delib. l. 3. De publicatione autem testa-
menti sine scriptis, uide ĩ.§.ut autem. uersicu.ad
huius. Quis autem sit publicationis effectus: uide
p s̃.uer.secunda quoque. p

ADDITIO.

a *Ostenso. Dist. secundum Rolan.cuius est quod se-
quitur,usque ad uer. Innocentius uerò exceptis al-
legationibus & his quæ infrà.signabo,& hoc par-
te.10.2.alleg.3.c.*

b *Tabelliones,uide infrà.uersi.hoc ergo casu.& quod
ibi dicam.*

c *Fiat. Secundum Roland. hic continuatur uersicu.
quoque.& hoc medium fuit additio.*

d *Fieri. Hic continuat Rolan. uersi. hoc ergo casu.*

e *Se. Iste uersi. est ultimus Host. in sum. lmius tit,*

f *Tabellionibus. Miror de Rolan. & non minus de
autore,qui sequutus est eius uerba hic,& suprà,in
prima*

prima forma dicendo quòd in illa sunt tres, uel ad minus duo tabelliones adiungendi principali notario, & in ista quinque uel quatuor tabelliones ad minus. Cùm enim fateatur primam fidem non facere, sed solum tenere memoriam: ut suprà. uer. no. ad quid tot notarios fatigat, quod per unum solum, imò & per priuatum expedire potest: si illud instrumentum exemplet. Item cum infrà. proxi. uer. fatetur, quòd etiam quinque notarij non sufficiunt ad fidem sine iudice faciendam: ad quid tot ponimus quod nullo iure probant. Scias autem primum dictum non seruari, & meritò ut pradixi. nec secundum seruatur in totum, scilicet quo ad tantum numerum: sed bene seruatur quo ad duos adiungendos. Quod commendo, potissimè quando non sunt præsentes, quos res tangit. quod quandoque contingit, ut patet infrà. uersi. quid si citatio. in prin. & in uersi. porrò. & suprà. §. proxi. ante finem uersi. si uerò debitor. & quando specialiter alterum non contingit: ut in præ. uersi. porrò Omnis enim cautela, est adhibenda, & licet non necessaria, commendanda: sed cum decre. ult. eo. tit. in singulari loquatur, dicens per publicam personam illa exemplanda, tu qui dicis exemplationem fiendam per plures, uel quòd tot publicæ personæ sint necessariæ: ad text. & tres leges allegatas in uer. suprà. proximo in prin. id probant. Dico igitur exemplationem uel insinuationem de autoritate iudicis factam per unum notarium secundum formam præ. decre. ultima fidem facere. Habet tamen ille notarius in instrumento subscribere testes, sicut & in alijs instrumentis. Et hoc præcipuè assero, quando fit aduersario præsente: sed idē quando absente: uel quando nullus est aduersarius, ut prædixi. licet hoc maximè casu commendem cautelam propter rōnem, quæ ponitur infrà. uersi. proxi. facit ad prædicta quod not. in præ. decre. ul. in ulti. glo. & infra uer. per quem.

g Proxi. Secundum Rolan. qui hoc continuat uersi. hoc autem.

h Muniri. Secundum Ro. qui hoc continuat uersicu. illud quoque.

i Meus. Qui ponit hanc formam in summa eo. titu. prope finem.

k Initium. & Insti. ad l. Aqui. §. ante pe. & ibi concordantia, & uide infra, §. instrumentum. uersi. quid ergo.

l Verior est. Dicit Rolan. mihi uidetur tutior. & hic continuat, ut uidimus quòd intendat resistere ei, quòd dixit proximiorem poni. quod etiam placet Vber. de Bo. sed commendat potius in fine quā in principio poni: & quia de rogatione cancellata, facta est mentio: Est sciendum quod dominus meus in legibus disputauit hanc quæstionem si in rogatione notarij mortui, ex quo nullum factum fuit instrumentum scriptum est de manu ipsius sit cassum & cancellatum de uoluntate partium, & una pars petit de illa fieri instrumentum. Altera resistit, quid iuris sit, quæritur? declinauit in partem quod instrumentum fieri debeat his rationibus: quia cancellatura non habet sua solennia, scilicet testes, diem, & consulem: de quibus dictum est in prin. huius tit. & sic quia non habet publicam formam, impedire non debet confectionem instrumenti: cùm nec ei soli sit credendum, an contractus intercesserit, uel ab eo sit recessum: licet de eo (an instrumentum fecerit) recurratur ad eum, si uiuit: ut no. in auth. de hære. & fal. §. si uerò absint. Item instrumentum cancellatum, probat debitum fuisse. ff. de furtis. qui tabulas. qui dicit quod desijt esse debitor, id probet. quod illa scriptura non facit. Fiat ergo instrumentum, maximè ne detur tabellionibus materia delinquendi. C. de Lati. li. tollen. l. una. §. ille autem. & ibi concordan. in prima gl. Cùm ergo cancellatio non perimat instrumentum. ff. de his, quæ in testa. delen. l. secunda & illa scriptura cassum, &c. & quæ dicis possit calumniosa, & non bona fide facta forsan à tabellione corrupto nullam uim habere debet ff hoc eodem titulo. l. secunda. de custodia reorum. diuus. Ad allegata in contrarium, quæ plus urgebant, respondet quòd hoc casu scriptura cancellata non erat penes eum, qui se uellet ex illa iuuare: sed erat penes tertium, qui dolosè potuit cancellare: & sic nocet parti. Nec obstat ff. de dolo. si quis tabulas. & ad legem Aquiliam. qui tabulas. quia ibi dolo tertij sic erāt tabulæ deletæ, quod legi non poterant: et ideo cùm ex illis is, ad quem spectabat, se iuuare non possit, agit contra delentem ad interesse: sed hic legi potest. Nec obstat in authentica de tabellio. §. nos autem. Nam ibi tabellio audiuerat contractum, & committebat alij scribendum. quòd non licet. hic autem omnia consummata erant per tabellionem. Alterum ergo horum fiet: aut illa scriptura producetur: & probabit aut sumetur exemplum ex illa, iudice autore, secundum eum. per hunc finem colligere potes, dominum meum intellexisse de rogatione perfecta, & coram partibus lecta. alias certum est quod si notarius rogatus partium notas uel protocollum scripsisset, quod postea coram partibus & testibus non legisset, illud non ualeret, nec fidem faceret. Patet hoc ff. de legatis tertio. leg. fideicommissa. §. primo. Iterum sciendum est, quod Roffredus

fredus sua quæstione quadragesimaseptima, prolixè tractauit de instrumentis communibus inter partes, quæ per pactum ipsorum contrahentium, uel præcepto arbitri cancellari debuerunt, uel cancellata fuerunt, an fides eis habeatur, si in iudicio producatur. Addens si tabellio post mandatum sibi factum per arbitrum de cancellando, ante cancellationem tamen fecerit uni parti instrumentū, uel fecit parti instrumentum de iam cancellato de uoluntate partium, an talia instrumenta fidem faciant: & an tabellio commiserit falsum. hæc quia in uoluminibus habentur, transeo. & solum in ultimo allegabo, priusquam notarius non teneatur: quia falsum non committitur sine dolo, etiam si subsit lata culpa. ff. de sicar. in lege Cornelia. quod est generale in maleficijs. Vnde si ex lata culpa credens dominum permissurum, utor re sua, furti non teneor ff. de furtis. l. inter omnes. ad finem. In contrarium de iure est, notarium de uoluntate contrahentium facere instrumenta. C. eodem titulo lege contractus. consuetudo hoc habet, & æquitas suadet: & minimè sunt mutanda, &c. ff. de legi. minimè. ff. de aqua pluuia. arcenda. l. in summa. §. quanquam. & sic expedit ad fraudes uitandas, in auth. eodem titulo, post principium collation. 6. Nec sufficit defuisse malam fidem. ff. de re mili. l. 3. §. in libello. Item lata culpa comparatur dolo ff. si mēs. fal. modum dixer. l. prima. ergo, &c. soluit eum puniri pœna stellionatus, si fuit in dolo, & ff. de crimi. stellio. l. prima. aliàs non punietur. Reliqua priora soluit, & latius quàm quæreret, dicens quòd si instrumentum cancellatum est uel rasum, aut per casum, aut per partes, aut dolo uel malitia alterius. Primo casu ualet. ff. de bonorum possessione secundum tabulas, lege prima. §. si post. Secundo casu ualet, ad probationem præteriti, non futuri. ff. de fur. qui tabulas. & lege quidam tabularum. Tertio casu fidem non adhibeat. C. de edi. di. Adri. l. fina. & de testa. l. si unus de 9. quando interlineatum est, nisi notarius dicat in fine se id sua manu fecisse. Allegatur l. 2. ff. de his, quæ in testa. de. in q. 1. dicit instrumentum fidem non facere: quia actio semel extincta, &c. ff. de solutio. qui res §. aream. nisi de uoluntate utriusque partis. C. de transactioni. si diuersa. & hoc si talis sit actio, cuius primæ reliquiæ non remanserunt: quia tunc resuscitari non potest. ff. de pactis. si unus. §. pacta. Vbi autem cassatum fuit de mandato arbitri: tunc quia primitiua, actio non tollitur, nec ipso iure, nec ope exceptionis: uideretur fides adhibenda, putat contrarium emologato arbitrio. C. de arbit. l. ne in arbitris. & si scriptum fuit instrumentum priusquam cancellaretur, dicit ne dolus patrocinetur, illud admitti non debere. ff. de dolo. non debet. cum lege seq. Adde, quòd primam partem addi. sequuntur Bald. Ang. & Pau. de Cast. in l. si unus. C. de testa. & Pau. de Cast. consi. 37. incipiente, dubium facit. uide tamen Ang. consi. 274. & Petrum. de Anch. consi. 244.

m Ad si. Et in medio & ante medium.

n Eo. tit. §. ult. uersi. quid sit tabellio. & seq. hoc uer. uide paulò post illum uersi. quid si abbreuiatura.

Idem Vber. de Bo. dicens in Italia seruari, quòd legatarius de autoritate iudicis in consilio uel arenga licentiā recipit, & iuratur, ut suprà proximè. Adde quod Bar. in l. si quis ex argentarijs. §. 1. in fi. tenet quòd absque iudicis autoritate, poterit expedire succedens notario defuncto: cuius dictum Abb. in c. cùm P. tabellio sequitur & quia munitur sibi mandatum à lege.

o Contractibus. Et scripsi post eum eodem titulo, cum P. super uerbo, redacta. & suprà proxi. dixi, ubi hoc ponit Hosti. nam §. hic allegatus, materiam uersi. non tractat: sed solum de contractibus in scriptis.

p Tale. Sic intellige quod scripsi ubi suprà.

q Instrumentum. Et uersi. seq. ad materiam huius uer. & sequentis, scire debes quòd fuit hoc disputatum per do. Octauianum de Florentia de notario habente ad publicandum, alterius notarij rogationes, an possit supplere illarum defectum circa substantialia: & si non, an heredes imbreuiantis possint conueniri ad interesse, & qualiter succurratur ei, ad quem pertinet abbreuiatura. si compleri non potest? Ad primum inducit quòd cùm ommissio substantialium contractus, reddat illum nullum. ff. de transac. cùm hi. § si prætor. 6. q. 1. nihil. & cùm solus princeps ualidet inualidum, ad quod sufficiant no. de trasact. quanto. in quinta gl. ergo supplere non poterit. Induxit etiam l. si quis arbitratu. & l. quicquid astringendæ. de uerbo. obligatio. ad contrarium inducit, quia omissio siendorum, non uitiat. extra. de spon. c. 1. ff. de uentre inspi. lege prima in fi. extra. de sacra. non iteran. capitulo primo. & ult. ff. qui satisdare cogan. de die. §. si seruus. de leg. secundo. unum ex familia. §. ultimo. de conditio. & demonstratio. l. auia. in prin. de re. indi. Paulus. & l. actorem. de præto. stipula l. 1. in fi. de testa. heredes §. 1. per quæ iura patet, omissum supplendum: & sic non scriptū scribendum. Soluit, quòd circa substantialia, de quibus in auth. ut nomen Impera. præpo. in principio. supplere non potest: etiam si de illis per testes inscriptos uel alios fieret: cùm ab initio non ualuerit.

ualuerit. Iura uide collecta de regulis iuris, non firmatur. lib. 6. & ff. eodem titulo. quod ab initio. Circa reliqua tenet quod no. infra, uersiculo proximo alleg. ff. de donatio. qui id quod. C. de indi. properandum. §. si autem in medio. Antequam ad alia dubia procedam, scire debes quòd dubia in protocollis solent esse talia: qui talis debitor uel aliud promisit, & c. renunciauit, & c. uel similia. Item quando dubium insurgit ex signis uel notis, quæ secundum intentionem scribentis aliqua designant. quod secundum characteres et ordinem literarum per alios, non potest intelligi. Dabat Nico exemplum, Cum duo CC. ponuntur pro A. ut dicit se uidisse: & ego uidi magna uolumina ueterum librorũ, sic scripta. Ipse autem Nico. tenet quòd si abbreuiatum in protocollo habet certum intellectum per se, ex diffinitione iuris uel consuetudinis uel communis intellectus: dat exempla. Insti. de fideiusso. §. fina. ubi si scriptum est quem fideiussisse præsumuntur omnia solenniter acta. Ad idem ff. de legatis tertio. l. librorum. §. libris. & §. sed si bibliothecam. & de fundo instructo. l. cùm delanionis. §. asinam. extra. de dona. pastoralis. de uerborum significatione propterea cum suo suffragio. tunc ipse qui fecit protocollum, illum intellectum in instrumento exprimere poterit: quia conscius de intellectu scripturæ, alium non aliter autem secundum ipsum Nico. nil potest addere uel minuere: sed ad literam debet scribere, prout iacet protocollum. Iste enim, nec scit intentionem scribentis. nec potestatem habet interpretandi alienã scripturam: si quid ergo addendo uel minuendo immutat, non ualet in ea parte. Facit C. de iure fis. l. 2. li. 10. in alijs no. C. de transa. si ex falsis ex cess. bus. rigor uidetur mihi iste, & placet quod nota de his imbreuiaturis. infra, uer. si. proxi. pro tuitione tamen rei, consulo quod iudicis autoritate fiat declaratio per ipsum notarium usitata in similibus instrumentis. Redeo ad disputata. & in 2. quæstione arg. pro & contra sumuntur ex decre. ultima, de sepul. & ibi no. in ult. glo. cum suis remis. soluit heredes notarij subscribentis sic confusè, teneri & conueniri posse actione mandati uel locati. & sic ex contractu uel quasi: alle. in auth. col. 4. de tabellio. & Insti. de perpe. & temp. act. ante fi. Sed Iac. de Belui. in l. 1. de edendo. C. in solutione contrariorum, dicit notarium non teneri actione mandati, licet fuerit rogatus: quia non facit ratione mandati tantum, sed plus ratione officij: nec facit gratis. Dicit igitur eum ad id teneri officio iudicis & actione in factum ad similitudinem argentarij. Alle. 2. l. e. tit. & ff. eo. prætor. §. 1. & l. argentarijs §. 1. in quibus & de hoc & per id soluta sit tertia: Sed secundum disputationem si hæredes non sunt soluendo, poterit petere testes, qui interfuerunt instrumento, ad perpetuam publicari memoriam, cùm scriptura deficiat: & sic probatio facti depereat. alleg. de testi. significauit. ff. ad l. Aquil. in lege.

m Adde in uersi. nec scit intentionem scribentis quòd Bal. in l. Gallus. § idem credendum. ff. de liberis & posthu. quem illi sequuntur Ang. Raph. Imo. & Alex. in l. argentarius. in prin. ff. de eden. dicit, quòd si notarius fuit rogatus de imbreuiatura, in qua sit scriptum talis uendidit tali pro tanto pretio, præsẽtibus, & c. quòd ipse notarius indistinctè, nulla iudicis autoritate interueniente poterit extendere. Si autem notarius sit subrogatus loco alterius, non possit imbreuiaturam extendere: quia successor tanquam non informatus, non potest declarare factum prædecessoris l. Pomponius scribit si frumentum. ff. de rei. uendi. quod intelligit uerum Ant. de Bu. in c. cùm P. tabellio. de fide instru. nisi successor extenderet de mandato iudicis, & parte citata. de quo uide Pau. de Ca. consi. 50. 1. & Alex. consi. 28. secundo libro.

r Apponi. Sup. per eum. sic dixit Vber. de Bo. in l. si fundus ff. de euic allegabat ibi. ff. de adil. edict. quod nolit. §. quia assidua. de testi. l. testium. § si. de aqua plu. ar. l. si prius. §. 1. Alia quatuor iura uide suprà. uers. proxi. in prin. omnino uide quod ibi dixi, post finem. in 1. q.

s Si ita quis. Et l. seq.

t Præsens. Lib. 6. quia illud, etc. ibi non habetur communiter. uide quod ibi scripsi.

u Si uerò. Gl. est contraria in l. 1. §. editiones. ff. de edendo. quam ibi communiter sequuntur docto. ubi uide.

x Notarium. Cuius suprà allega. hic finitur.

y Aliquot. ubi dicam. Adde quòd ubi in instrumento est aliqua falsitas uitio notarij, totum reputatur falsum. Rota in anti. decisio. 217.

Additio Adde tu an instrumentum in parte falsum, reddatur falsum in totum. uide omnino Bal. consi. 66. incip. factum tale. in 1. colum. in 3. uol. & eundem Bal. consi. 405. inci. quæstio est. ubi pulchrè in 4. no. Henr. Fer.

z Prosequamur. Imbueant uerba Hostien. in Summe, eo. titu. §. ulti. qui licet membra ista ibi non præmittat: illa tamen prosequitur. & præmiserat in prin. titu.

a Causa. Ipse Hostien. hoc not. in summa huius tit. §. ult. in prin. In apparatu in neutra illarum decre. expressit per ordinarium nõ habentem admi-

nistrationem id fieri posse: sed bene expressit delegari id non posse per talem ordinarium, ut in eis scripsi in insinuatione, quæ uoluntariè fieret. potest hoc procedere ut cum creditor petit, & debitor consentit instrumentum insinuari: sicut & diceremus de insinuatione donationis, quæ summã excederet. aliàs cum secundum quod statim sequitur, si certa persona tangitur, illam citari oportet. aliàs edictum publicè poni: non uideo quomodo per talem iudicem hæc insinuatio, uel publicatio fieri possit.

b Coram me. Concordat Odoff. ut infrà, uersi. & ut hoc in fi.

c Interesrat. Hoc membrum plenius scripsi post Inn. & Hostien. de testibus. Alber. in gl. quid si contra. in princi.

d Citetur. Fuit uerbum Host. ubi suprà sub uersi. & qualiter.

e Publicentur. Melius diceret, producantur: quia tunc non publicantur.
& uide quod dixi in decreta. quoniam post prin. super uer. aliud. Quando uerò recipiuntur ad rei memoriam, tunc publicantur: ut ibi no. in §. sunt & alij. quod procedet etiam ex parte actoris, qui adhuc agere non potest: ut dixi in d. §. in prin. & in decret. significauit. de testi.

f Secundum papam ut scripsi post eum de testi. Alberi. in glo. quid si contra. ante fin. ubi uide plenius.

g Secundum papam. Vbi suprà & ubi dixi. Host. resistit huic dicto in foro canonico, per decreta. pe nul. de iudi.

h Versi. proxi. quod sequitur plenius scripsi post Inno. in prædi. gl. quid si contra. uersi. qui etiam scripsi hic.

i Dixit. In auth. si quis in aliquo. C. de eden. & idem ibi Sim. Vin. alleg. iura quæ dicunt illos uocando, quorum interest. ff. de ado. non ita. & his similia, quæ uide suprà, uersi. qualiter.

k Sed alij. Vincen. eo. ti. c. fi. & Gui. de Suz. in auth. prædicta, si quis in aliquo, quam induci non potuit ad faciendum partem de necessitate uocandam. Formabat autem quæstionẽ, ubi suprà Gul. quid si tale instrumentum postea producatur, contra quod aduersarius allegat, se non fuisse citatũ. Item petit originale exhiberi, quod uult probare falsum, producens primum negat: ad secundum respondet se illud perdidisse. Dicit ipse, quòd non audet consulere publicationem non ualere. Sed pronunciabit iudex, personarum & causæ qualitate pensata, instrumentum publicatum esse suspectum: & sic producens carebit illius commodo nisi illud iustificet. C. de proba. iubemus. de fide instrum. l. fi. in prin. & C. de fal. l. fi. Consuluit tamen uocari eum, qui ex publicatione lædi posset, ut suprà.

l Instrumentum. Vbi post eum plenius scripsi ad fin. 2. col. uer. sed quid si tam.
Adde Panor. ibi.

m Publicanda sunt. De hac parte satis scripsi post Inno. & Hostien. eo. tit. c. fi. in prima, & secunda col.

n Eodem titu. §. fin. ultra med. uersic. & si testamentum.

o C. 2. infrà soluitur. & sunt quæ sequuntur etiam uerba Hostien. & Ioan.

p Quoque. Fuerat hic quintum membrum. uersi. & quoniam. ff. eo.

SVMMARIVM.

Instrumenta quando sint exhibenda.

1 *Instrumenta possunt usque quo sit in causa conclusum produci.*
Lite contestata, & iuramento de calumnia præstito, potest iudex statuere terminum peremptorium ad producendum instrumẽta, quibus sunt partes usuræ.

2 *Exceptio quandoque impedit litis contestationem.*

3 *Iustificare personam aliud est, & aliud iustificare causam.*

4 *Probationes super principali, non sunt ante litem contestatam admittendæ.*

5 *Mentionem faciens in libello, uel positione de aliquo instrumento suo, non alterius, debet illud etiam ante litis contestationem exhiberi.*

6 *Iudex, apud quem res agitur, acta publica tam criminalia, quam ciuilia iubebit exhiberi ad inuestigandam ueritatem.*

7 *Arbiter qualiter, & quando possit facere fieri editionem.*

8 *Actor interrogatus à reo, an uelit uti instrumentis, an possit cogi respondere huic petitioni.*

9 *Oblatio instrumenti procurationis in iudicio dicitur de actis, non tamen tenor instrumenti.*
Factum suum nemo dicitur ignorare.

10 *Medium dicitur colligi per extrema.*

11 *Rescriptum commissionis, & procurationis, est in actis inserendum.*
Delegationes & subdelegationes per sola iudicum

cum sigilla probantur.

12 *Originalia semper debent penes iudicem remanere.*

NVNC Dicamus quando sunt exhibenda instrumenta. Et certè utraque pars exhibere potest ea ante publicationem testium. & post, quandocunque uoluerit, usquequo sit in causa conclusum. extra, de fide instrum. cùm dilectus. & de testi. cùm causam. Postquam autem est conclusum, id est, renunciatum productioni instrumentorum, & alijs probationibus: induci non possunt, nec aliquid ualet in causa mutari. argum. ex. de cau. pos. pastoralis. in fi. ex. de testa. cum uenissent. de procu. auditis. C. de re. credi. si quis iusiuran. nisi noua orirentur capitula ex ueteribus pendentia, in quibus possunt de nouo instrumenta exhiberi, etiam in causa appellationis, sicut & testes noui recipi. extra, de testi. fraternitatis. C. de temp. appel. per hanc. uel nisi esset talis persona, cui beneficium restitutionis in integrum indulgetur: puta minor: uel ec-

a clesia. ut dicemus ĩ. de io inre. resti. [a] Quidam autem dicunt etiam post conclusionem posse produci. nam cum in causa appellationis producti post sunt, melius est ante tempus occurrere, &c. ut C. in quibus causis in integ. resti. non est ne. l. fi. Alij dicunt aliter. quod dic ut no. papa ex. de fide in-

b strum. cum dilectus, [b] sed tu teue quod prædixi.

1 † Licet autem possint usquequo sit in causa conclusum produci, iudex tamen statim post litem contest. & post iura. de calum. præstitum, potest præfigere terminum peremptorium ad exhibendum omnia instrumenta: quibus sunt partes usurae in causa: ut ff. de eden. l. 1. §. ededa. ubi de hoc.

c [c] & sic sæpe obtinui. Quidam tamen hoc reputant durum: cùm id usque ad conclusionem liceat, ut prædixi, & secundum eos, licet hoc iudex possit non tamen facere debet. ff. de iudi. non quicquid. ff. de reg. iur. non omne. tt. q. t. aliud. De hoc ĩ. de dila. §. uidendum. uer. quid si data. uer. quid si

d datus. [d] † Sed pone: appellans à sententia in cau-

2 sa appellationis offert libellum, & appellato negante appellatum fore, fit fides iudici de appellatione per publicum instrumentum, de quo petit appellatus copiam sibi fieri priusquam respondeat libello: appellans uerò dicit non debere copiam fieri ante litis conte. quia illud producit tantum, ut liqueat iudici appellatum esse. extra,

e de appel. Romana. §. si uerò uocatis. [e] & appellantem non calumniosè agere causam appellationis: quæritur quid iuris. Et primò uidetur quòd debet copia fieri: nec respondebitur prius. Nam talis exceptio impedit litis contesta. ut dixi suprà de excep. §. nunc uidendum. uersicu. sed pone quòd in causa. Item quomodo cognoscetur de meritis appellationis, nisi prius appellatio ostendatur: ut in præ. decre. Romana. & arg. ff. de iure codicil. quidam. extra, de eccle. ædifi. c.

f pe. in fi. & de re iudi. abbate sane. [f] Hoc etiam probatur. C. de eden. is, apud quem. quæ etiam facit in contrarium? Dic contra: nam cùm testes, & instrumenta parificentur: utique nō sunt producenda instrumenta super principali causa ante litis contest. sicut nec testes. C. de fide instrumen. in exercendis. ex. ut lite non contest. per totum. & in præ. §. edenda. & C. eod. l. fin. & sic obtinuit: Nam articulus appellationis huiusmodi est negotium principale: negando tamen esse appellatum, lis est contestata. Idem quoque puto, si dicatur non esse iustè appellatum: ut s. de lit. contest. § secundo, uersic. sed nunquid per. Nam in processu de hoc cognoscetur: & tunc demum lite contestata copia fier. sed ante litem conte. sufficit iudici fieri fidem, aut ei, qui causam appellationis committit. Idem quoque dicendum est, si à grauamine, uel interlocutoria ante sententiam, uel etiam extra iudicium fuerit appellatum. Et hæc obtinent de iuris rigore: æquitas tamen in

g contrarium suadere uidetur. [g] † Sed pone: peto

3 coram iudice appellationis sententiam cōtra me latam cassari, uel cassam pronunciari? Respondet aduersarius, exhibe sententiam: ego dico, non habeo ipsam scriptam, quia iudex noluit mihi facere copiam, uel quia amisi: quæritur an appellatus eam exhibere cogatur? Respondeo, dicit papa quòd sic: ut extra, de fide instru. G. perpetuus.

h ubi de hoc. [h] & argumen. C. de eden. is apud.

4 † Sed quid: ecce T. cedit mihi ius, & actiones, quas habet contra P. conuenio ipsum P. Ipse uerò ante litis contestationem petit copiam instrumenti cessionis: & uidetur quòd sit facienda: quia personam alterius in iudicio repræsento, ex quo ago ex iure cesso ut patet in his, quæ not. suprà de procura. §. sequitur uidere. Item quia uis resultet, quòd actu habeam ius in re: nihilominus tamen agendo ex iure cesso uice procuratoris fungo: ut probatur & nota. ff. de procura. seruū. in fi. & l. seq. Ergo ante litem contestatam est copia facienda. extra, de procura. in nostra. in fin. 3. q. 6. si quia episcoporum. §. exceptio. Et no. C. de procur. ita demum. quia sine mandato non debet audiri. ff. de procur. l. prima. Contrarium tamen puto: quia ante litis contest. non sunt admittendæ probationes super principali, etiam si ego uelim. ex. ut lite non contest. per totum. ex. de iudi. exhibita. Item si fieret copia ante litem contesta. sequeretur absurditas: quia pari ratione hæres, legatarius, emptor, permutator, & quilibet habens causam, uel titulum ab alio, teneretur ante litem contest. exhibere instrumenta, quibus huiusmodi causa, uel titulus continetur. quod ridiculum esset dicere: quia sic cognosceretur de principali: & ideo tales exceptiones non impediunt litis conte. & uide. suprà, de actore. §. primo. uers. item qui se dicit. Vel dic, quòd si ago meo nomine, scilicet utili actione, tunc non cogor exhibere ante litis contestationem: secus si ago directa, scilicet nomine cedentis: quia tunc idem iuris est, quod in procuratore, tutore, & similibus. & sic obtinuit argumen. ff. de procura. licet. & sic dominus Clemens papa 4. uisus est sentire. De hoc dixi suprà, de actore. uersicu. item contra

i prælatum. & seq. uersus finem. [i] † Quid si quis

5 in libello, uel positione facit mentionem de

k aliquo instrumento suo, non alterius? [k] Dic quòd iudex ex officio suo faciet illud exhiberi,

ff 2 etiam

etiam ante litis contest. uel ante aduersarij respõsionem. argum. ff. de eden. l. fi. Nam sine illius inspectione non potest plenè deliberare respõdens. argum. ff. de eden. l. 1. in prin. quod uerum est, si habet illud in promptu. Alioquin facta fide de hoc per iuramentum, procedetur in causa, licet non exhibeatur, & coget respondere libello, uel positioni simpliciter. nec tunc in curia Romana admittitur talis responsio: credo quòd ponitur, si appareat instrumentum, uel scriptura, de quo, uel de cuius tenore ponitur: oportet enim confiteri simpliciter, uel negare. Alioquin per talem responsionem in nullo ponens releuaretur: quia si instrumentum in iudicio exhiberetur, fidem faceret, nec de hoc positionem fieri oporteret. Idem puto si ponat de communi scriptura, quod de propria: secus si de aliena. Nam ponẽs illam non cogitur exhibere: & is, contra quem ponitur simpliciter cogitur respondere: ut infra. §.
6 proxi. uersi. ex præmissis. & uide s. de teste. §. qualiter autem. uersicul. quid ergo. † In summa nota quòd iudex, apud quem res agitur, acta publica, tam criminalia, quàm ciuilia iubebit exhiberi ad inuestigandam ueritatem: ut C. de eden. is, apud
l quem. l & exponitur ibi res. i. causa appellationis: ut C. de app. nec causas. & l. eos. in fi. uel res, id est, causa principalis. sed tunc exhibentur acta: quia actor diu abfuerat: ut C. de iudi. properandum. §. 1. & §. & si quidem. Vel res, id est, causa principalis, quæ apud successorem primi iudicis agitur. ff. de iudi. mortuo. uel loquitur in administratore, qui debet rer acta uidere: ut C. de iudic. auth. ad
m hæc. m † Sed nunquid arbiter faciet fieri editio-
7 nem, secundum formam prædi. l. is apud quem? Respondeo, non uidetur. argumen. ff. de arbitris. non distinguemus. §. de officio. arg. contra. ff. eo.
n non ex omnibus. §. sed & contumacia. n † Quid si
8 actor interrogaretur à reo, an uelit uti instrumentis: & si uelit, dicit quòd ea debeat exhibere: nunquid actor est cogendus huic petitioni respondere? Videtur quòd sic: nam si uoluerit uti, & exhibere: sciet reus, an uelit uti suis: & æquitas debet ad hoc iudicem mouere. ff. de inter. actio. ubicunque. & argum. ex. de dolo & contumia. prout econtrà uidetur, ut s. de positionibus. §. 6. uer. hoc autem. & quia nondum deliberauit actor an uelit uti eis: ideoque debet habere tempus ad deliberãdum. ff. eo. qui interrogatur. forte enim ignorat, an sibi prosit. C. de proba. ad probationem dominij. Sed dicunt quidã referre an ex facto suo conueniat: ut tunc respondere cogatur: cùm non debeat factum suum ignorare: ut C. de rei uend. quisquis. & potuit deliberasse cum peritis: ut in 3. q. 3. c. induciæ. §. spatium. uersi. ei autem. & C. de inge. & ma. si autem. an ex alieno: & tunc non. ff. pro socio. l. fi. uel saltem habebit tempus ad deliberandum: ut s. secundum papam. P. uerò dicit non debere respondere. nam & post sententiam poterit falsum dicere, si uoluerit. C. de
9 fide instru. l. fi. C. ad l. Cor. de falsis. querela. † Illud autem scias quòd quando instrumẽtum procurationis, uel huiusmodi offertur in iudicio, licet oblatio ipsa de actis sit: non tamen tenor instrumenti. Vnde nisi aliàs solenniter publicetur, oportet semper originale ostendi, secundum Innocen. ex. de fide instru. c. primo. Alij uerò aliter dicunt, & maximè post litem contest. argu. ff. de procu. Pomponius. §. rati. Ex quo autem instrumenta coram iudice, uel alio de ipsius mandato, & parte præsente sunt producta, & exemplata, ex tunc non cogitur ad editionem originalium, ad quam rarò agi potest: sed solum actorum, ad quã
10 semper agi potest: ut j. dicetur. † Prima enim si originalia instrumenta translata sunt in acta s. §. ostenso. uer. uidimus. & seq. Idem etiam est, si non sunt exemplata, sed in actis continetur, talis produxit instrumentum quoddam, quod sic incipit, & sic finit. ex tunc enim instrumentum illud, seu ipsius tenor inter instrumenta censetur. Nam per extrema colligitur medium: ut 28. distinct. quia. ff. de hære. insti. l. sed & si. §. solemus. Vel dic ut j. §. proxi. uersi. primo. Præmissa probantur extra, de proba. quoniam contra. ibi: instru-
11 mentorum productiones. † Per quam decreta. dicunt quidam, quòd rescriptum commissionis & procurationis, & huiusmodi, inserenda sunt in actis. quod licet tutum sit: si tamen non fiat post litem contestatã non habet necesse probare man x
datum procurator ex quo usque ad litis contesta. admissus est: ut in præ. §. rati. Nec iudex commissionem sibi factam: ut not. secundum papam
o extra, de elec. statuimus. o & de offic. iudi. deleg. cùm in iure. Vel dic & melius, quòd bene oportet probari rescriptum commissionis, & procurationem in iudicio exhibitam, & in actis redactam, scriptam & publicatam fuisse: non tamen oportet originalia monstrari, nec tenorem eorum probari. secus si non sunt in actis scripta: ut in præ. cap. quoniam contra. Sufficit enim in actis contineri, quòd talis exhibuit coram tali iudice parte præsente, quoddam rescriptum apostolicum per procurationem suam: nec est necesse inseri tenorem. Eorum delegationes autem, & subdelegationes debent scribi: ut in præd. cap. quoniam contra. & s. de rescrip. præsentata. §. primo. uersic. sed obijcitur. & seq. & sufficit ibi dici: hæc subdelegatio scripta fuit per tales. Alij dicunt, &
p hoc obtinuit, p quòd delegationes, & subdelegationes probantur per sola sigilla iudicum: ut. ex. de offi. deleg. prudentiam. in prin. Non enim censentur acta: cùm fiat sine causæ cognitione, & partibus præsentibus: ut s. de probatio. §. uidendum. uer. sed nunquid. Nec obstat his, quæ dicta
q sunt in præ. §. rati. q † Et scias quòd si pars aliqua
12 repetit instrumentum procurationis, uel aliud à se in iudicio exhibitum: aut illud est speciale ad causam illam, in qua exhibuit: & tunc sibi non restituitur, cùm originalia debeant penes iudicem remanere: ut s. de testi. §. publicatis. in princ. Aut est generale etiam ad alias: & tunc æquum est sibi originale restitui, copia illius penes iudicem remanente: ut in alijs casibus uti possit: ut probatur in his, quæ, no. suprà uersi. illud autem. melius. s. §. ostenso. uer. & hoc plenius. ibi: simi-
r lique modo. r

ADDI-

ADDITIO.

a Resti. Hucusque Tan. in uer. quando fuit.
b Cum dilectus. Vbi scripsi super glo. 2.
c Vbi de hoc. Et ibi de hoc tenet Gui. de Sux. ultra iura in remissionibus alleg. inducens l. ff. de here. insti. si quis instituatur. §. item si conditioni. ibi: ut nisi intra certum tempus, &c. & similis tex. habetur ff. de bon. au. iu. pos. l. 4. Allegat etiam: ff. de cur. bo. dan. l. 1. & C. de inoffi. scimus. §. fi. & idem scripsi in authen. si quis in aliquo. C. de eden. Facit secundum prædicta de resti. spol. frequens. §. solet. lib. 6. Facit etiam ad prædicta l. si ea. C. qui accu. non pos. & quod ibi not.
ADDE uidendum Iuan. in cle. sæpe. de uerb. sig. & uide Rotam decisi. 147 in antiquis.
d Si datus. Ibi de remis. ad cle. sæpe. & ibi no.
e Vocatis. lib. 6.
f Abbate sane. lib. 6.
g Videtur. Hoc dictum scripsi in pra. §. si uerò in glo. quando appellatus. uide quod scripsi de proba. c. 1. in glo. si quæritur. uersi. dixi quòd aliud est iustificare personam, aliud est iustificare causam.
ADDE quod Spec. dictum commendat etiam Bal. in l. 1. §. 1. ff. de eden. & uersi. seq. adde ultra not. in d. l. is. apud quem. Fede. consi. 202. incipien. audiui.
h Vbi de hoc. Et ibi scripsi super uerbo, communium.
ADDE uersi. seq. Lap alleg. & Pau. de Cast. Ang. Bar. Alex. in d. l. is. apud quem.
i Finem. Et per ibi scripta uides quòd legitimare causam suam non cogitur ante litis contestationem, sed personam sic: ut etiam scripsi de proba. c. 1. in ult. glo.
k Alterius. De hoc scripsi post Innocen. de probat. cap. 1.
l Quem. Et ibi totus iste uersi. in 1. glo.
m Ad hæc. Vt extra, de offic. deleg. super quæstionum. §. intentionis. uersi. non obstante.
n Contumacia. Vide, quod ibi not. in glo. quomodo.
o Statuimus. lib. 6. ut ibi in glo. not. ibi enim.
p Obtinuit. Vt scripsi in pradi. decre. quoniam, in glo. not. ex quo uersi. alij dicunt.
q Rati. Constat enim quòd litis contestatio est de actis. Item quòd per eam procurator factus est dominus litis. & hoc latius uide in glo. prædicta uer. obstat.
r Modo. Vtrum autem debet eligere producens testamentum ante litis contestationem, an uerò illo uti tanquam testamento dic ut infra §. compendiose. uersi. & not. & seq.

SVMMARIVM.

Instrumenta qualiter exhibeantur.

1 In exhibitione iudici facienda qualiter sit procedendum, & qua forma tabellio uti debeat.
2 Scriptura notarij, de quibus dicatur specificare.
3 Instrumento uolens sine pœna uti, quibus uerbis utitur.
4 Tabellio an & quando sit cogendus rogationem exhibere.
5 Instrumenta producere uolens, quid agere debeat.
Diuersas scripturas producens, sibi ipsi dicitur præiudicare.
6 Scriptura, uel probationes, non sunt in transcursu facienda: nam celeritas in iudicio improbatur.
7 Appellatio legitima, dubiam reddit quæstionem.
8 Papa iudicibus mandante in causa eis commissa, procedendum iuxta priorum continentiam literarum, an primis literis non apparentibus sit procedendum.
9 Exhibitio partis in iudicio qualiter sit facienda.
10 Instrumentorum omnium, quibus utitur quis in iudicio pro se, debet etiam fieri copia aduersario contra se.
11 Actor an ad suam intentionem fundandam petere possit à reo instrumenta sua propria, quibus non est usurus.
12 Producente aliquo instrumentum quod contra se est, si aduersarius uoluerit se eo iuuare: producens autem dicit se per errorem produxisse, an producenti nocere debeat.
13 Instrumentorum editio qualiter parti sit facienda.
14 Iudice præsumente falsitatem malitiose opponi: an opponens cogi possit ad pœnam extraordinariam seipsum obligare.
15 Aduersarius uidens quòd lites non edatur, si ponat quòd instrumentum de certa fuit confectum: an producens teneatur de hoc respondere.
16 Editio instrumenti tribus modis petitur.
17 Instrumentorum genera sunt multa.
Instrumenta hereditaria, cum sint communia, debent inter coheredes exhiberi.
18 Ponente aliquo instrumenta patris sui esse in arca alterius, an iudex ad talem petitionem ex officio suo iubere possit arcam talem aperiri.
Pro seruo fugitiuo rimari possunt, etiam cubicula senatorum.

19 *Producens instrumentum diuersa pacta continens, an possit per aduersarium cogi totum, uel in parte edi.*

20 *Instrumento continente, quòd solutio fieri debeat usque ad sex menses: quomodo per huiusmodi editionem possit sciri, an aliquid debeatur, uel non.*

21 *Instrumenta si petantur exhiberi lite pendente, tunc iudex in omnibus casibus iubebit ea exhibere.*

22 *Editio instrumentorum diuersimode fieri potest.*

23 *Editio instrumentorum fieri debet præsente iudice, uel alio ab eo deputato, & in loco tuto.*

VIDENDVM restat qualiter instrumēta exhibeantur. Et quidem sciendum est, quod aut loqueris de exhibitione fa
1 cienda iudici, aut de facienda parti. † Si
quidem de facienda iudici, sic procedas: ueniens enim ad iudicis præsentiam cum tuis instrumentis in termino tibi ad hoc assignato, dices ei: Domine, ad probandum de iure meo produco uobis hæc instrumenta mea pro ueris, & publicis in causa tali, quam habeo cum tali coram uobis. Et tunc iudex ea recipiat: seu per notarium suum recipi faciat: tabellio uerò scribet hoc modo.

FORMA. Die tali talis exhibuit in iudicio tale instrumentum, manu talis notarij scriptum in causa tali, puta procuratorium tutelæ, seu curæ, uel emptionis, & huiusmodi: & si scribatur hora exhibitionis id approbo propter multas calumnias uitandas, quas plerunque occurrere uidi. Quod si forte iudex, uel tabellio sit tibi suspectus: consulo ut tibi retineas exempla ipsorum instrumentorum: ne quid machinari ualeat falsitatis: uel, quod melius est, notarius ea transcribat, uel saltem principium, & finem cuiuslibet instrumenti. & reporta si potes originalia tecum. Posset enim, sicut iam contigit, ea malitiose occultare; & negare te produxisse: nec posses probare tenores ipsorum, nisi ipsorum transcripta, uel principium & finem retinueris. Cautela enim prodest 50. dist. quanto. extra, de elect. licet. & c. bonæ. Quidam autem nouitij aduocati faciunt simpliciter scribi, quòd ipsi quatuor aut quinque instrumenta producunt ad suam intentionem pro
2 nandam: & post secum illa reportant. † Quid
ergo erit si eo asserente per instrumenta producta, suam intentionem plene fore fundatam, altera uero pars negat illa fuisse producta: quia scriptura notarij non magis specificat de illis, quàm de alijs instrumentis: sed dicit simpliciter quatuor
a aut quinque. [a] Certe obtinuit scripturam huiusmodi non probare illa fuisse producta. & uide
3 infra uersi. item not. † Quod si uelis sine pœna
uti instrumento, quod falsum dicitur, dicas sic.
b [b]Ego talis dico, & protestor instrumentum tale, quo utor, factum manu talis notarij, uerum & uerax esse. Sed si apparuerit esse falsum: tunc nolo eo esse usus, & perinde esse uolo, ac si usus non fuerim. ar. extra, de cri. fal. ad falsariorum. si aduersarius dicit: certifica me, an uelis eo uti, uel non, non tenetur: sed pōt sic protestari. arg. C. de excep. si quidem. ff. de not. oper. nun. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. Nam ex ui talis protestationis si appareat postmodum uerum esse, poterit eo uti, & habebit effectum ex uirtute huius dictionis tunc, quod extremum tempus significat. ff. de condi. & demonst. l. quarta. §. fin. & de uulg. substit. in substitutione: secus si sic simpliciter diceret: nolo eo uti: quod tunc non posset eo uti aliqua ratione. C. de fide instrum. si aduersarius. & ad legem Corne. de fal. si falsos
4 codicillos. † Et nota quòd tabellio cogendus est rogationem exhibere, cùm necesse fuerit, recepto tamen competenti pretio pro labore. argum.
c ff. de eden. argentarius in princip. [c] † Item nota
5 quòd cum uolueris instrumenta producere, lege ea & perlege diligenter, & uide an faciant contra te. nam si producis diuersas scripturas, tibi imputatur: & dicere poteris, Heu patior telis uulnera facta meis. C. de fide instrumen. scripturæ extra, eodem imputari. Si autem pro te uideris facere, ostende ea iudici, cui fides est facienda, non hosti. C. de condict. ob tur. causam. l. prima. extra, de rescript. inter cæteras. ff. de pro
6 bat. quinquaginta. † Item non exhibeas ea, uel aliquam probationem in transcursu: sicut quidā faciunt miseri aduocati: quod si fiat, non uidebitur fuisse factum. C. de contrahen. stipula. l. optimam. Celeritas enim improbatur. quod dic ut supra de aduoca. §. hic docendum. uersi. cum autem. Alij etiam in termino dato ad probandum, & ad instrumenta præsentanda & ostendenda, portant plenum saccum de chartis, ea non distinguendo. & sic non potest sciri, de quibus sit parti copia facienda, unde non uidetur ualere talis præsenta
d tio [d] argumen. ff. de iniur. item apud. §. hoc edictum. ff. de bonis authen. iu. pos. l. fin. ff. si quis cau. l. secunda. §. quæsitum. ar. tamen contra, quòd ualeat. C. de anna. excep. l. si ibi: huiusmodi narratione, &c. C. de præscrip. 30. uel 40. ann. omnes supra de quadrien. præscriptio. l. secunda. C. commu
e nia præ. in tradendis supra uer. primo. [e] † Sed po
7 ne, ecce appellatum est à iudice delegato: huius appellationis causa tibi commissa est, ita ut si in
f ueneris rite appellatum, [f] procedas in causa secundum formam prioris rescripti. quæritur an ille delegatus debeat tibi mittere bullam, uel sufficiat transcriptū per manum publicam? Respon
g deo: not. Ioan. de Deo in quæstion. suis [g] quòd primus iudex non tenetur mittere bullam, cum super hoc lis pendeat, & appellatum sit: si tamen dubites, debet ille tibi per suas literas fidem facere, uel per publicum instrumentum. extra, de
8 proba. c. si. † Sed quid: ecce papa sic mandat iudicibus, in causa eis commissa procedere uolentibus, procedatis iuxta priorum continentiam literarum, ut extra, de iudi. quia V. Primæ autem literæ non apparent, quamuis constet eos ipsas habuisse, sed postea forte perijsse, quæritur an poterunt procedere? Respondeo, dic quòd non, nisi forte prima prius appareat. argumen. extra, de fide

h de fide instrum. c. 1. ubi de hoc [h] 35. quæst. 2. c. sci-
mus. C. de eden. authen. si quis in aliquo. uel nisi
9 probetur tenor prioris. † Porrò [i] si quæras de
i exhibitione parti facienda: illa hoc modo fiet.
recitentur enim instrumenta à iudice, uel ab eo,
cui ipse deputauerit, parte contraria audiente,
quæ sibi copiam postulet: instrumentum non tra
datur eidem ad transcribendum: sed per nota-
rium, uel per duos uiros idoneos ad hoc deputa-
tos transcribatur. & exinde parti aduersæ co-
pia fiat. quod si super uno tantum capitulo de
priuilegijs, seu instrumentis quæstio fuerit: il-
lud solum recitetur, & transcribatur, & parti
aduersæ copia fiat. extra, de fide instrumen. con-
10 tingit. † Illud autem certo certius est [k] quòd
k omnium instrumentorum, quibus quis in iudi-
cio utitur pro se, debet etiam fieri copia aduersa-
rio contra se. ff. de eden. l. 1. §. edenda. C. eod.
tit. is, apud quem. & 45. distinct. qui syncera.
ibi: ex eorum collicibus, &c. quod locum habet
11 tam in actore, quàm in reo. † Veruntamen actor
non potest petere ad suam intentionem fundan-
dam, à reo instrumenta sua propria, quibus non
l est usurus. extra, de probat. cap. 1. [l] C. de testi-
monis. C. de eden. l. fi. in fi. 4. quæst. 3. si testes.
§. item qui intendit. nisi sint communia: nam il-
la petere potest: ut ff. de eden. si quis ex argenta-
rijs. ff. de iure fisci. in fraudem. extra, de fide
instrumen. G. perpetuus. Reus uerò potest pete-
re ab actore sua propria instrumenta, ad proban-
dam suam exceptionem. C. de eden. non est nouũ.
& similiter actor à reo ad suam replicationem pro
bandam. C. eod. l. fi. in fi. & iam dicam. Azo &
m Yin. [m] dicunt, quòd nec actor reo, nec econtra
cogitur edere instrumentum, nisi quo in iudicio
est usurus: ut sunt attestationes, & acta: ut in
præ. §. edenda. de hoc not. Instit. de inuti. stipu.
12 §. item uerborum. † Quid si aliquis produxit in-
strumentum, quod contra se est: & aduersarius
uult se eo iuuare: producens autem dicit se per
errorem produxisse: quare sibi nocere non debet,
argum. pro eo. ff. de iudi. l. 2. Nam & pœnitere
potest. ff. de rei uend. is, qui se. ff. de in ius uo-
can. quamuis. C. ad l. Corne. de fal. si falso. Sed
dic quòd non iuuat se errore: nam potuit delibe-
rare. extra, de fide instrum. imputari. C. de acti.
& oblig. sicut. ff. de iur. & fac. igno. regula. §.
sed iure. ff. de bono. possess. l. in bonorum. Item
ad hoc. C. de temp. in integ. resti. petendæ. Ex
quo enim ueritas est, secundum eam conuenit iu
n dicari. C. de edend. is apud [n] 8. distinct. qui con-
13 tempta. & uide supra de positio. §. 8. uer. 1. † Fa-
cienda est autem parti instrumentorum editio si-
ne die, & consule. id est, sine publicationibus in-
strumenti, de quibus dixi suprà. §. breuiter. ne
detur materia fabricandi falsum. ff. quemadmodũ
test. ape. l. 1. & ff. de eden. l. 1. §. editiones. & §. eden
da. quod qualiter fiat, dixi supra, §. ostenso. uer. si
uero fuerit. nisi is, cui editur, petat sibi diem edi,
ad intentionem aduersarij elidendam per exce-
ptionem, uel replicationem: quoniam tunc eden
dus est sibi dies. argum. C. de eden. l. fi. & l. non
est nouum. præstito ab eo primitus iuramento,
quod non calumniæ causa id postulat: ut ff. eo. si
quis ex argentarijs. §. exigitur autem. uel nisi ue-
lit illud instrumentum de falso arguere: quoniã
tunc præstito iuramento, quòd æstimat se posse il
lum de falso arguere, & facta legitima inscriptio-
o ne [o] edendus est ei dies, & omnia, quæ in instru-
mento continentur. ff. de edend. si quis. §. exigitur.
p C. de fide instru. l. fi. [p] C. de contrahen. stipu. opti-
mam. Instit. de inuti. stipu. §. item uerborum. &
econtra illud, quicquid uoluerit, probabit: contra
quas etiã probationes, pars altera quod uoluerit
probabit. ex̃. eo. c. 3. C. de in integ. rest. petendæ.
Qualiter aũt probetur falsitas, dixi s̃. de proba. §.
fi. in fi. & usq; ad quod tempus. j̃. de sententia. §.
quoniã. uer. & nota quòd. Debet etiam tunc fieri
copia originalis seu authentici sigilli, & subscri-
ptionum, & signorum. ex̃. eo. inter dilectos. Sed
quod iam dixi de inscriptione, non habetur in usu,
quo ad pœnam ordinariam. & bene, cum tunc nõ
agatur ad pœnã ordinariã infligendã: sed ut ei fi-
des nõ adhibeatur. ex̃. de ordi. cog. c. 2. in fin. cum
14 suis concor. † Veruntamen si iudex præsumit quod
malitiose falsitas opponitur: coget opponentem
se ad pœnam extraordinariam obligare, si defece-
rit in probando: & sic seruamus. Si aũt ẽt in prin
cipio causæ peto ostendi mihi instrumentũ produ
ctum, ut uideam an sit uerum, uel falsum: facien-
da est editio: tamen sine die, & consule, ut quidã
dicunt: nisi cum nomine fisci agitur. ff. de iure fis.
nec quisquã. Sed & communia instrumenta, puta
literæ apostolicæ, rationes, & acta iudicij, & simi-
lia, debent integre cum die & consule edi: ut ex̃.
de rescriptis. eam te. cum suis concor. & in præd. l.
optimam. & in præ. §. item uerborum. ff. de eden.
l. 1. §. rationes. C. eo. l. 2. ex̃. de fide instru. c. 2. & c.
G. perpetuus. & de prob. quoniã contra. ubi de hoc
15 & j. uer. ex præmissis. † Quid si aduersarius uidẽs
quòd nõ editur dies, ponit sic: Pono quòd instru-
mentum die tali fuit confectũ: nunquid tenetur
producens respondere? De hoc s̃. de teste. §. quali
16 ter. uersi. quid ergo. † Et nota ex præmissis, quòd
tribus modis petitur editio instrumenti. Primò,
ut actor fundet intentionẽ suam, ex instrumento
rei, uel reus exceptionẽ suam ex instrumento acto
ris: & tunc non cogitur quis edere, si ipse non uta
tur ut supra uersi. illud autem. Secundo, quan-
do utitur: nam tunc editur ut uideatur an aliquid
sibi possit opponi. Exhibetur tamen tunc sine die,
& consule: ne detur materia fabricandi falsum.
Tertio, ut de falso accusetur: & tunc cum die, &
consule editur. quæ dic ut supra uer. facienda.
Petuntur etiam alijs modis instrumenta edi, id
est tradi per uaria genera actionum: ut infra uersi.
proxi. Prædictis autem tribus modis petuntur edi,
17 id est demonstrari. † Ex præmissis etiam collige,
quòd instrumentorum quædam sunt rationes,
ut sunt scripturæ, quas faciunt mutuatores, de
pecunia mutuata: & hæc edenda sunt aduersario.
ff. de eden. l. 1. §. editiones. & l. argentarius. &
l. si quis, & l. prætor. in prin. Quædam priuata, sci-
licet quæ continent priuatam alicuius utilitatem.
j. §. proxi. uersi. priuatam. de quibus dic, ut s̃. uer.
illud autem. Quædam forensia: de quibus j̃. §. sa-
tis. Quædam sunt publica: ut acta causæ. j̃. §. pro-
xi. in princip. & hæc peti possunt exhiberi: ut ex̃.

de proba. quoniam contra. & suprà uer. illud. Quædam sunt communia: ut instrumenta continentia limitationem parochiarum, uel prouinciarum. Item instrumenta hæreditaria, & huiusmodi: & hæc edenda sunt. ff. fami. erc. si quæ sunt. extra, de fide instrum. G. perpetuus. Potuit enim ibi esse commune instrumentum: quia continebat obligationem decimarum factam uicario, & priori. Et instrumenta ergo hæreditaria, cum sint communia, sunt inter cohæredes exhibenda: ut in præ. l. si quæ sunt. & C. de eden. l. procurator. Et testamenta & sunt communia: & ideo exhibenda sunt inter cohæredes, & legatarios: ut ff. de fide instrum. l. si. & de hoc j. §. compendiose. uer. sed quæritur an. & seq. Et instrumenta tutoris, & curatoris, & procuratoris, & negotiorum gestoris, per actionem tutelæ negotiorum gestorum & mandati, eduntur. ff. de eden. quædam. & idem in actis, & literis: ut s. uersi. sed & communia. Hæc autem instrumenta dicuntur communia: quia communiter fiunt pro cautione plurium. ff. eo. prætor. §. 1. Dicuntur etiã communia instrumenta, quæ communiter pluribus à tabellione uel à quocunque alio, cuius sunt, assignantur. Vnde si in instrumento contineatur communis cautio duorum, uidelicet quòd tibi uendidi domum, & caui tibi de cautione: tu uero promisisti mihi soluere pecuniam certo termino. Siquidem ergo redemero instrumentum à tabellione, non cogar tibi copiam facere. argum. ex. de proba. c. 1. sed tabellio, qui illud confecit, ad preces utriusque cogitur exhibere. Idem etiam puto si haberem protocollum notarij reum & illud sit commune: ita enim rogatum est pro te, sicut pro me. Ideoque illud cogar exhibere. arg. in præ. l. prætor. §. 1. Idem quoque uidetur in actis, & instrumentis hæreditarijs, & alijs communibus scilicet quòd uno exẽplaria à notario redimente: illa non cogitur exhibere, sed originalia tantum, quæ communia sunt, & inuicem exhibenda. Alij q autem dicunt, & bene q quòd acta, & rationes, & instrumenta tutoris, & negotiorum gestoris etiã propria, quisque cogitur exhibere. ar. præ. l. prætor. & C. eo. tit. l. 2. & præcipue iudicis officio rursi iusta causa ipsum mouerit, forte quia actor amisit sua instrumenta, & etiam originalia sunt deperdita. C. eo. l. 1. ff. eo. si quis §. prohibet. uel actione ad exhibendum. ff. ad exhib. l. 3. §. penult. Alij contra: magnæ autem causæ habet iudicem mouere ad cogendum aliquem instrumenta sua aduersario exhibere. ex. de proba: c. 1. ut supra. §. proxi. uersi. in summa. alios uerò facilius exhibere coget: ut in præ. l. fi. ff. ad exhibendum. l. 2. §. pen.

18 † Pone, instrumenta patris mei dicuntur esse in r arca tua inter tua instrumenta: quæro utrum iudex ad petitionem meam ex officio suo faciat arcam aperiri: & hoc per se, uel per aliũ inquiret: & uidetur quòd sic: nam & pro seruo fugitiuo rimari possunt cubicula senatorum. ff. de ser. fug. l. 1. & Ediuus. Item in plerisque casibus mihi tribuenda est facultas inspiciendi domum, uel arcam tuam: ut ff. ad exhi. thesaurus. & l. 3. §. si quis noxam. ff. de ope. not. nunc. nõ solum. §. sciendum. ff. de offi. præ. congruit. ff. de do. l. quod agit. & C. de his, qui ad eccle. cofu. l. præsenti. Iudex .n. quibus modis pôt debet inquirere ueritatẽ. ff. de iur. fis. in fraudem. 30. q. ult. iudicantẽ. Dic contra, nisi aliquas probationes adducerẽ, quæ dictum meum uerisimile reddant: ut puta, quia fuit tutor meus, uel negotiorũ gestor. Ratione .n. præsumptionis per mittitur, quod aliàs non permittitur. C. de quæstioni. l. 1. C. ad l. Cor. de fal. sicut falsi. Nõ est enim cogendus aliquis edere, nisi quibus est usurus in causa. ff. de eden. l. 1. §. nec quisquã. imò potes prohibere ne intrem domum tuam: arg. ff. de iniu. iniuriarũ. in fi. ff. de serui. rus. præd. Ediuus. s

f † Quid

19 si producto instrumentũ diuersa pacta continens, siue plura: uolo eo uti tantum pro unico pacto & petit aduersarius totum edi, excepto die, & consule: ut ff. de eden. l. 1. §. editiones. Ego dico, nolo alijs partibus uti: unde non debet tibi fieri copia: ut in ea. l. §. edendo? Respon. non debet fieri copia, nisi de capitulo, quo quis usurus est. ex. de fide

t inst. contingit t quia tot sunt stipulationes, quot

20 sunt res. ff. de uer. ob. pluribus. † Sed cũ die, qua solutio facienda sit: ut sciatur utrũ stipulatio sit efficax ad agẽdũ, uel nõ, licet dies conscripti instrumenti non sit edendus: ut in præ. §. editiones. Potuit in instrumẽto continetur, quòd solui in facienda est usque ad sex menses: quæritur q hoc per huiusmodi editionem scietur, an pecunia debita sit necne: cũ ignoremus, utrũ sex menses elapsi sint, ex quo dies cõscripti instrumẽti ignoratur. Super hoc dicunt quidã præ. §. editiones intelligendum esse simpliciter prout sonat: & toleratur hæc absurditas ad hoc, ut maior uitet: quæ esset si fraus edito die cõmitteretur. Vel dic, quòd aut est terminus usque ad sex menses: & tunc dies conscripti instrumenti edi debet. Aut usque ad pascha: & tunc secus: quia & sine eo, idest sine editione diei, in quo instrumentũ scriptũ est, apparere pôt utrũ pascha sit elapsum, uel non: & de proximo paschæ intelligi debet: ut ff. de uerb. oblig. eum qui calendis. Ia. dixit simpliciter, quòd dies conscripti instrumenti nõ est edenda parti: sed indici sic: ut p

21 hoc sciat qualiter debeat sniam formare. † Et nota q si lite pendẽte petuntur instrumẽta exhiberi, iudex in oibus casibus mediante suo officio pedisse quo exhibere iubebit: sicut super lite iuberet ea exhiberi per actionẽ, uel per officiũ, quod uicẽ ob-

u tinet actionit, secundũ papam u ut iam dictum est.

22 † Hoc quoque prætereundũ nõ est, quòd editio instrumentorũ fit quoque per actionẽ ex testamento, quæ datur cõtra hæredẽ: ut exhibeat instrumentũ rei legatæ, & præsertim si & ipsum instrumentũ legatũ sit. C. de fi. instru. instrumẽta. C. ad l. fal. si præ diorũ. Emptor quoq; agit cõtra uenditorẽ actione ex empto, ut rei uenditæ exhibeat instrumenta. ff. de ac. emp. Titius hæres. Et idẽ dici pôt in omni cõtractu, ex quo de euictione contra actorẽ actũ est: ut in eodem casu actio ex contractu pro instrumentis edendis proponatur. Item in alio casu, ut C. de libe. causa. sicut datam. Item debitor soluto debito agit contra creditorem condictione sine causa, ut edat, & tradat instrumenta: & hoc si erant propria creditoris: quia ipse satisfecit tabellioni pro illis ut C. de condi. sine causa. l. dissolutæ. Sed si erant debitoris, scilicet quia ipse soluerat ea: tunc agetactione ad exhibendũ. C. ad exhibendum.

bendum.l. fi. Item hæres contra hæredes familiæ ercifcundæ iudicio, ut exhibeant cautionem, uel instrumentum, uel tabulas ad fidem rei gestæ faciẽdam: nec enim sufficit exemplum ostendere. C. de eden. procurator. & auth. ibi posita, ex. de fide instru. c. 1, ff. fami. erc. cæteræ. §. fi. l. si quæ. & l. Pomponius. Item etiam socij socio per actionem pro socio, & procurator per actionem mandati domino: & tutor per actionem mandati, tutelæ pupillo: & curator adulto, per actionem utilem neg. gest. & per directam à spontaneo gestore coguntur exhibere, & tradere. Idem & in argentario, qui per actionem in factum cogitur edere rationes. Et idẽ in tabellione, qui ei similis est. ff. de eden. quædã. respon. 1. & §. fi. Item per interdictum, de tabulis exhi. ab eo, qui negat se tabulas habere, uel exhibere debere, uel per edictum quemadmodum testa. ape. si fateatur se tabulas habere: nec prætendit, cur non exhibeatur. ff. de tab. exhi. l. 1. ff. quemad. testa. ape. l. 2. §. fi. Cæterum editio instrumentorũ, quæ pertinet ad causam cœpti iudicij, fit iudicis officio. Super quo tres diuersitates no. C. de eden. l. 1, acta uerò uel iudicis officio, uel condictione
23 ex lege petuntur: ut eodem ti. l. 2. † Fieri quoque debet editio præsente iudice, uel alio ab eo deputato: ut in præ. decre. contingit. Item etiam in loco tuto: & is, qui eam petit, debet esse contentus in inspectione 12. hominum. extra, eo. accipimus. & in
x consti. Alex. 3. quia personæ, x sed hoc est arbitrarium. Quæ autem hic desunt, uide secundum papam extra, de proba. c. 1.

ADDITIO.

a *Videndum restat, Obtinuit per Aegid. ut ipse refert, ubi supra, & totum quod præcedit, est de ipsius mente, vel verbis. & scripsi de prob. c. 1. in glo. no. quòd ex quo. in prin. post Inno. & Hostien.*

b *Dices sic, secũdum Gui. de Suza. super auth. si quis in aliquo. C. de eden. & uide infra. §. instrumentum. uersi. item opponitur quòd aduersarij, quod et ibi scripsi.*

c *In princip. Vbi hoc no. Accur. Et per hæc uerba Accur. & autor uidentur velle quod rogatio uel protocollum probet. Pro quo dicto facit, quia omnia illa habet, quæ habere debet instrumentum, & plus: quia ipsa rogatio est origo, & fons vnde sumitur instrumentum. Et sic plus illi credendum. 9. dist. ut veterum. Et quod ibi. not. & 76. dist. ieiunium. C. de eden. l. pen. & authen. si quis. Sed Nic. contra dicens protocollum esse principium instrumenti nondum completi: unde nisi compleatur, pro nihilo est. argu. C. ad Sylla. l. penult. in fine. Dat simile de testamento, & de sententia: quæ nondum completa, licet scripta, nihil probat. Patet primũ. C. de testamen. l. fuis, & l. ex ea. Secundum. C. de sent. ex breuiculo recitan. l. 1. & uidetur secundum eos casus. C. de fide instr. contractus. in princ. ibi: non aliter uire; habere. quàm si in mundum, &c. Et sequitur: ut nulli liceat priusquam, &c. & licet ibi loquatur de contractu in scriptis, quo ad substantiam obligationis: idem tamen dicendum de alio, quo ad substantiam probationis, ex identitate rationis. C. de constitu. pecun. l. fin. de confir. uti. vel inuti. cum dilecta. Et facit quod not. C. de testam. l. 1. & 2. bene facit ad principale dictum de ele. ecclesia nostra. Adde ad hoc uidendum Pau. de Castr. consi. 104. & omnino uide, quia pulcher casus incipit. ad primum.*

d *Præsentatio. Nota quia loquitur autor de illo, qui præsentauerat, & produxerat saccum. hoc dico. Gui. de Suza. super auth. si quis in aliquo. C. de eden. in fi. format quæstionem, quæ de facto fuerat, de illo, qui portauerat saccum, & aperuit coram iudice. aduersarius eius dicit iudici quòd reciperet saccum, & inueniret ibi tale instrumentum falsum. quod iudex fecit, & sic inuenit, & puniuit illum. Ipse dicit iudicem malè fecisse: ex quo non produxerat: cùm aliorum instrumentorum inspiciendorum potestas dari non debeat: ut dicit. l. qui accusare. eo. ti. de eden. Inducit etiam l. 1. ff. eo. tit. §. edenda. Ad hoc facit, quod no. infrà. uersi. pone, instrumenta.*

e *Versi. 1. De facto seruatur, quòd recipitur talis productio si fiat simpliciter: si verò dicat se ex illis illa producere, quæ faciant ad causam, non recipitur: nisi iusta causa subsit, ut iam dixi: puta, quia ponderata breuitate termini, & distantia loci, de qua portata sunt instrumenta, fortè hæreditaria, non potuerunt discerni pertinentia: bene tamen faceret iudex, si terminum prorogaret, ut discerni possent, & produci ad rem spectantia. & illa solum.*

f *Appellatum. Procedit ergo quæstio, ut sit dubia post legitimam appellationem.*

g *Suis. l. 1. q. 22.*

h *Hoc. in gl. secunda. Adde quod consuluit Roma cõsil. 336. quòd si papa mandat alicui, ut iuxta tenorem dictarum sententiarum executionem faciat, quarum tenor inseratur in bulla, quòd per hoc non nisi originaliter sententijs, non potest facere executionem.*

i *Porrò. Hic incipiunt verba Tancredi, ubi suprà, uersi. hoc modo. & durant usque ibi: C. de contrahen. dempta illa parte Azonis & Vin. & sequenti versi. quod si. qui fuit additio.*

k *Est. Tanc. dicit & nota quòd omnium, &c.*

l *Probat. c. 1. ubi de hoc.*

m *Vinc. qui de hoc no. c. G. perpetuus. eo. tit.*

n *Apud. Secundum Gui. de Suz. cuius fuit ille uersic.*

quis

qui fuit additio in authen. si quis in aliquo. C. de eden. & quæstio. penul. ubi eam plenius prosequitur. Ad hunc autem finem alleg. etiam l. illicitas. §. ueritas. ff. de off. præsi. Adde uidendum Bal. in l. 1. C. ut quæ desunt. uel quæ ibi posui post Bar.

o *Inscriptione. Vide quod statim subdit: & hoc non posuit Tanc.*

p *Instru. l. fi. secundum Tan.*

q *Bene. Sic posuit Inn. cuius fuerunt hæc uerba: ut scripsi in decre. prima. de proba. super gl. 2.*

r *Penul. Satis est magna causa id agendi: tùm quæritur ueritas matrimonij: unde fuit hic disputando terminatum, quòd si illa, cum qua matrimoniū contraxit, dicitur primum uirum habere, & me uendicat in maritum, uel ego ob hoc ad diuortium prouoco: ipsa cogetur edere instrumenta contractus, uel dotalitia, quæ habere scitur, uel præsumitur de primo contractu. si enim fauore fisci cogatur quis edere propria instrumenta. ff. de eden. l. 3. fortius hoc fieri debet fauore matrimonij, in quo multa sunt fauorabilia: quæ vide: ut lite non contest. c. 1. in glo. nota quòd, & super ea subest alia ratio, scilicet periculum animæ: & per hoc facit clemen. de usu. grands. §. 1.*

ADDE, *refert & sequitur Roma. consi. 388. quòd decisionem Specu. in hoc uersicu. sequuntur do. de Rota decisio. 202. & Ant. de Butr. in cap. 1. de proba.*

s *Dnus. Concordat quod not. in clem. de usu. c. 1. in glo. quid contingat.*

t *Contingit. Legitur tamen totum, ut ibi: & de priuil. cùm personæ. 1. scripsi in fi. li. 6. quod dic ut ibi not. Adde quod uoluit Barto. in l. 2. ff. de no. ope. nunc. quòd petenti editionem alicuius statuti, non est edendum totum uolumen statutorum, sed illud statutum quod facit ad causam. Et uersicu. seq. adde ut refert Alexan. in d. §. edi. quòd do. Ant. in c. G. perpetuus. tenet quòd tunc debeat edi dies instrumenti sine quo non uidetur edi posse dies solutionis. & pro hoc dicit facere ipse Alexan. l. 2. ff. de ur. om. iud. & ita dicit uelle Cyn. Bald. Gui. de Suz. & Paul. de Castr. ibi: quia est eadem ratio, quæ in libro rationum. Additio. Adde tu uidendum do. Ias. post Bart. & alios in rubri. ff. de no. oper. nunc. ubi in col. pen. uer. glo. in rub. an totum statutum debeat produci, cū sua rub. an sufficiat producere particulam statuti. Hen. Ferran.*

u *Papam. In præ. decre. 1. de proba. ut hic sequitur. in fi. §.*

x *Persona. Quod non habemus, sed quod sequitur ui de priui. cum persona. 1. responso. lib. 6.*

SVMMARIVM.

Instrumentorum species quot sunt.

1 *Instrumentum publicum quale dicatur.*
2 *Officium notarij, an dicatur publicum.*
3 *Scriptura dicitur publica cui de iure, vel de speciali consuetudine creditur.*
4 *Instrumentorum priuatorum species sunt tres.*
5 *Scriptura priuata regulariter credendum non est.*
6 *Scriptura priuata inducta contra eum, qui illā fecit, nec negat se fecisse, an stetur.*
7 *Literæ propria prændicant scribenti, licet sint priuata scriptura.*
8 *Consuetudo an aliud possit operari quo ad fidem scripturis præstandam.*

a NVNC Dicendum restat, quot sunt species instrumentorum. Et quidem duæ. Nam aliud est publicum seu authenticum, aliud priuatum. Publicum, seu authenticum est, quod publicam habet autoritatem: 1 cuius species sunt plures. † Nam publicum est, quod est per manum publicam scriptum, id est. per manum notarij, qui est publica persona: ut C. de epi. & cle. orphanotrophos. Vnde seruus publicus dicitur ut C. li. 10. de iure fisc. facultas. & in consti. b Greg. ro. de usur. c. quanquam. [b] & in publicā formam redactam: ut extra, de præsump. illud. ex. de 2 fi. instr. c. 2. & c. inter dilectos. §. rursus. † De notario autem dicetur 7. §. proxi. Cuius officium dicitur publicum, quia ob publicam utilitatem est inuentum. Item dicitur publicum instrumentum, quod est sigillo authentico sigillatum: extra, eod. scripta. ex. de proba. tertio. 10. q. 3. statuimus. sed tunc potius dicitur authenticum, quàm publicum ut probatur in præ. c. scripta. Quod autem sigillū dicatur authenticum, dixi 5. de prob. §. fi. versi. 13. dicitur publicum, quod est autoritate iudicis exēplatum, & authenticum: ut C. de testa. publicati. C. de re iudi. l. fin. C. de iure emphy. l. fi. in auth. de quæstore in prin. & ut fra. fil. §. illud. ex. de confir. uti. c. 1. extra. de fide instrum. c. pe. & fi. de quo dictum est supra. §. ostenso. Aliter enim non creditur sumpto: extra. eo. cap. 1. C. de eden. authen. si quis. ff. eo. l. 2. Quartò dicitur publicum instrumentū, quod in iudicio scribitur apud acta publica: & ualet per quemcunque scriptum sit: ut C. de eden. l. 2. C. de re iud. gesta. extra, de proba. quoniam contra. Quintò dicitur publicum, quod habet subscriptionem trium, uel secundum canones duorum uiuentium, etiam si fit per priuatam manum scriptum: ut extra, de fide instrum. c. 2. c extra, de testi. cap. 1. [c] de proba. quoniam contra, &c. qui pot. in pig. hab. l. scripturas. in auth. de fid. instrum. §. si quis igitur vult cautè. & §. sequen. 16. quæstio. 3. cap. placuit. §. potest. 2. versi. si autem. C. de anna. ex. ut perfectius: sed mortuis testi-

testibus non ualet, ex. eo. c. 2. Sextò dicitur publicum, quod de archiuo publico producitur, liber scilicet rationum, uel alterius rei: & ei creditur si habet publicum testimonium, scilicet si iudex cōfiteatur illum fore de archiuo, seu armario publico productum. ex. de præscr. ad audientiam. 30. q. 1. peruenit. In auth. de his, qui ingre. ad appel. §. si
3 uerò. ff. de probat. census. † Et generaliter nota omnem scripturam dici publicam: cui de iure, uel speciali cōsuetudine creditur. extra, de fide instr. cùm dilectus. & not. secundum Innocen. extra eo.
d c. 1. d & cuilibet prædictorum creditur: ut patet in præ. concor. & Insti. de inuti. stip. §. item uerborum. Quod quidem uerum est si originale, id est ipsum authenticum instrumentum introducatur. Si uerò exemplum, uel sumptum, quod & uocatur iudex: ut supra. §. postquam in princ. id est, exhibeatur, fides ei non adhibetur. ff. de fide instrum. l. 1. ex. eo. c. t. C. de eden. auth. si quis in aliquo. 76. dist. ieiunium. 9. dist. vt veterum. C. de diuer. rescri. sancimus. nisi autoritate iudicis sit transcriptum per manum publicam, ut prædixi: uel nisi illud authenticum, de quo fit mentio, uel alia legitima probatio exhibeatur: ut in authen. ut spon. larg. §. & hoc insuper. argum. contra. C. de testi. l. 2. C. de re iud. l. 2. in fi. & ff. de admi. tuto. tutor. De humanitate tamen secundum Vber. deberet ualere, nisi fiat in fraudem. argum. ff. de iure fis. in fraudem. §. neque. iunge hic quod est infra. §. nunc autem. uersicu. item opponitur. sed tu hæc prosequere ut no. de uerb. sig. abbate. 100. distinct. contra morem. Quid si producens sumptum, quod de originali faciat mentionem, uult probare per testes quòd sic continebatur in instrumento pro ut ipse dicit? Dic ut infra. §. proxi. uersicu. illud
4 quoque † Priuatum autem est omne aliud instrumentum à quocunque sic scriptum: nisi aliquo prædictorum modorum sit corroboratum. Priuatorum autem tres sunt species. Nam aliquando facis scripturam tibi tantum: aliquando alij tantum: aliquando tibi & alij, scripturæ quam tibi facis, nulla fides adhibetur. C. de probat. non exemplo. & l. non epistolis. C. de conue. fi. debi. l. fi. scripturæ uerò, quam facis alij contra te: puta creditori tuo de eo, quod ab eo accepisti: bene creditur contrà te. ff. depositi. Publia Mæuia. §. fina. 1. q. 7. saluberrimum. 27. quæstio. 1. omnes fœminæ. Tibi autem & alij facis scripturam, sicut est codex rationum quarum, cui interdum creditur. ff. de eden. si quis ex argentarijs. & l. quædam. §. nummularios. Est autē argentarius, is qui præponebatur olim au toritate publica argento dando & recipiendo: ad cuius fidē sicut & tunc ad fidē tabellionis recurrebatur. Idē et in nummulario. C. qui alienam pe unniam tenebat, publica autoritate: ut in præ. §. nummularios. & argumen. in authen. de fideiuss. §. fina. col. 1. & eius scriptura erat publica: hodie uerò non: ut ff. de eden. argentarijs. 10. quæst. 2. si
e œconomus. e Eiusdem quoque naturæ, cuius est codex rationum, est chirographum, quod fit super deposito. quod solet in eadem forma fieri depositario, & deponenti: ita uidelicet, ut quædam li-
f teræ per medium incidantur, secundum Tan. f sicut in dioc. esi, & prouincia Narbonen. & seruatur etiam in alijs contractibus, cui scripturæ standum est: ut in prædic. l. Publia. & ff. de probatio. si chirographum. Item & scriptura de pensionibus
5 acceptis. † Regulariter ergo priuatæ scripturæ non creditur. C. de probatio. l. instrumenta. l. exēplo. & l. rationes. C. de conueni. fisci debi. l. 3. & l. fina. nisi contra eum, qui scripsit: & hoc in personalibus: secus in realibus. C. qui potio. in pigno. habe. scripturas. uel nisi fortè fit à testibus, non paucioribus tribus subscripta. Si tamen testes inscripti mortui sunt, non ualet: ut suprà, uersiculo quinto. Sed si uetus scriptura est, facit præsumptionem, uel semiplenam probationem: ut in prædi. l. instrumenta. & l. exemplo. & l. rationes C. de rebus credit. l. 3. uigesimaquarta quæstione secunda. cap. sanè. Licet autem instrumenta priuata per se non probent, tamen cum alijs adminiculis fidem faciunt: ut in præd. l. instrumenta,
g quia quæ non prosunt singula multa iuuant. g extra de succes. ab intesta cùm dilectus. C. lib. 10. de agrico. & censi. cùm scimus. in prin. Probat ergo secundum Vber. cum uno teste sicut cum iuramē to: sicut & aliàs dicitur de uno teste cum iuramento, habita consideratione qualitatis rei, & personæ: ut C. de rebus creditis. actori. ergo ex prædicta l. instrumenta. uidetur quòd si nummularius seu campsor nostri temporis, cuius scriptura non est publica, sed priuata, ut dixi, dicit in scriptura sua: de tali mutuaui centum tali, præsumetur pro scriptura cum adminiculo unius testis, uel sacramenti, habita distinctione, cui de-
h beat deferri: quamuis id durum uideatur. h † In
6 summa ergo nota, quòd si scriptura priuata inducitur contra eum, qui illam fecit, nec ipse neget se illam fecisse, ei statur: ut in prædicta l. Publia. & infra. uersi. proximo. nisi in mutuo, ubi habet exceptio biennium antequam ualeat. C. eod. titu. in contractibus. in princ. Si verò negat esse suam: hoc probari oportet. Sed & si de alio instrumento dicitur, quòd aliquis illud fecerit: si negetur illud fecisse: idipsum probari oportet. Si uerò certum sit per sigillum, uel alio modo suam esse scripturam, dicatur tamen ei non esse credēdum: tunc ei credendum non est, nisi sit tabellio: uel nisi sit de consuetudine introductum, quòd ei credatur: nisi à casu: quia actis cuiuslibet iudicis creditur: ut extra, de proba. cap. quoniam con-
i tra. secundum Papam. i † Illud etiam not. quòd
7 propriæ literæ præiudicant scribenti, licet sint priuata scriptura: ut extra, de transac. quanto. in princ. in parte decisa. & in præ. l. Publia. §. fina. ff. de pig. l. pen. 1. quæstio. 7. quoties. 10. q. 1. uiduæ. 27. quæstio. 1. omnes fœminæ. scriptura enim propria præiudicat scribenti. C. de non nume. pec. generaliter. cum præ. concor. in tantum, quòd si eam abnegauerit, & conuictus sit suam esse, condemnabitur in duplum quantitatis, de qua agitur: ut C. eod. auth. contra qui propriam. argum contra. C. de probat. non epistolis. & l. exemplo. Solue secundum distinctionem positam supra. uersicu. priuatorum. Et circa epistolas absentium uide iura, quæ inducuntur circa nuncium. infra. §.
8 instrumentorum ergo. in prin. † Hoc quoque notatu dignum est, quod in prouincijs, ubi non est vsus tabel-

tabellionum, multùm operatur consuetudo; qui ad hoc utrum credatur alicui scripturæ, uel non: extra, de fide instrum. cùm dilectus. & de proba. quoniam contra. 16. quæstio. 3. cap. placuit. §. potest. circa medium. extra, de offic. ord. pastoralis. in fin. 11. distinct.

ADDITIO.

a *Quidem due. Totum fere, quod hic ponitur usque ad uersi. regulariter fuit Tancr. ubi supra.*

b *Quanquàm. lib. 6.*

c *Testi. c. 1. Autor dabat scriptoribus materias scribendas, qui scribebant, ut inueniebant, & post ea corrigebat, & addebat Tan. alle. extra, de testibus. c. 1. & illud erat. c. cum à nobis. primum. in 3. compil. hoc remansit incorrectum.*

d *Extra. eod. c. 1. ibi scripsi in prin.*

e *Si œconomus. Quia de argentario, & numulario hic loquitur autor de his tractandum est. & breuius de primo: quia hodie est in vsu. Est ergo uidendum de quibus, quo casu. & qualiter ipsius scriptura sit probatoria in iudicio. Et breuiter aut est de officio sibi commisso, quod propriè est in scribendis rationibus de accepto dato, & constitute. ff. de eden. l. prætor. in princ. & l. si quis. §. rationem. In cuius etiam officio principaliter ponderatur, qualiter sibi soluenda fuerit pecunia, non simpliciter, qualiter soluatur: ut dicitur in simili, ff. de contrah. emp. l. 2. C. de rescin. uen. l. pe coribus. Tunc stabitur ipsius scripturæ: duntamen diem, & consulem, & ipsius subscriptionem contineat. ff. de eden. l. infra. §. rationes. & l. si quis. §. 1. & §. si initium. & C. de edendo. iniustum. & l. non est nouum. Nec putat Nico. in eis necessariam præsentiam testium, vel aliam solennitatem: cũ hoc non sit iure cautum. Nam & statur sine his libro censuali, & producto de archiuo publico: satisque est quòd habeant suas proprias solennitates. extra, de proba. cùm causam de præscri. ad audientiam. in his. De hoc ff. de proba. census. C. de fi de instru. ad hæc. Si autem scripsit circa id quod ad ipsius officium non spectat; non probabit nisi sicut alia priuata. Bene facit ff. nautæ caup. stab. l. idem ait. §. eo modo. Subdit autem uideri quod scriptura argentarij cedat chartæ, cùm non sit publica manu facta: in qua secus. facit ff. ad exhib. l. 3. §. pe. Ipse contrarium tenet cùm hoc officiũ publicam habeat causam & autoritate publica exerceatur, & fiat. ff. de eden. argentarius. §. 1. & sic cedat charta scripturæ: liber est ipsius argentarij, ad utilitatem eorum, pro quibus scriptus est. Vnde per ipsum custodiuntur, eduntur, & leguntur. ff. de edendo. quædam. §. fi. sic & fundi dominus propter communem utilitatem hominum, præstare potest viam communem. ff. quemadmodum seruit. amit. l. si locus. §. fi. Soluet autem argẽtarius domino chartæ pretium congruum per actionem in factum ad exemplum ferruminatorum. ff. de rei vend. l. in rem §. item quæcunque. Non obstat l. præ. ad exhib. l. 3. §. penul. nam ibi seruus vxoris meæ rationes fecerat, quas uendico, si in charta mea scripta erant: quia ille non habebat publicam autoritatem; quia scribens seruus non erat argentarius, si non erant in charta mea: propter meum interesse ago actione in factum. Restat tractare de scriptura alicuius priuatæ personæ numularij nostri temporis, vel alterius. Circa quam distinguẽdum est, an fiat per officium, cui quis adstringitur, aut per mandatum de hoc susceptũ. De primo dantur exempla in tutore, vel curatore, in procuratore, & negotiorum gestore. Item in socio. Item in quolibet, qui ex officio res alterius administrat: cùm illi teneantur per se, uel per alios ex consequentia sui officij scribere, quæ recipiunt & impendunt. ff. de tu. & ratio. distra l. 1. §. officio. de eden. l. quædam. in prin. & sic tenetur ad id eo iure, quo sunt adstricti ad exercendum officium & sic ea actione. ff. commo. si ut certo. §. usque adeo. deposi. l. 1. §. quæ depositis. & dicto §. officio. Et sit talis scriptura expensis eius, cuius sunt negotia, domini scilicet vel pupilli, vel societatis: tã in chartis, quam in scriptura: sicut & alia, quæ ad ipsius officium pertinent. ff. mand. idemque. §. si ad vecturas ff. pro socie. l. cùm duobus. §. quidam. C. de contrario. iud. tuto. l. fi. in fi. Et si in arca domini scribantur, uel societatis: erunt eius: & poterit eas petere ab illo officiali, soluendo illi pretium scripturæ, non solùm illa actione, sed etiam actione ad exhibendum, & rei uendicatione contra quemlibet possidentem. ff. ad exhib l. 3. §. penult. Si uerò chartæ erant scribentis, tenetur soluto sibi pretio chartæ, & scripturæ exhibere domino negotiorum actione: quia tenetur ex officio quod administrauit. Si uerò scriptum fuerat in chartis tertij, erunt eius, cuius sunt chartæ: cùm scriptura sit priuata: ut in præ. §. pen. & Instit. de rerum diui. §. litera. Et hoc uerum si domino chartarum placuerit habere illas sic scriptas: & tunc tenetur soluere pretium scripturæ bona fide in illis factæ opposita exceptione, si agat contra scribentem: ut in §. item. & §. seq. Si autem scriptor mala fide scripsit in illis, vel non possidet, perdet pretium scripturæ contra dominum chartæ: vt in d. §. litera. & ff. de condic. indeb. l. si area. Intelligo scriptorem,*

ptorē, qui scripsit per se uel per operarios ipsius, nomine scribentis: cùm ipse scripsisse intelligatur. ff. de regu. iur. qui per alium. ff. de domini. tute. ita tamen. §. gessisse. & de acquir. rerum domi. l. quicquid. primo responso. in fin. Gessisse igitur dicatur officialis ille, qui rationes scribere et exhibere tenetur: sed ne officium sit sibi damnosum, is, pro cuius negotio scriptura facta est, pretiū scripturæ soluere tenetur: si per dominū chartæ solutū non fuit: qui etiam tenebitur ipsum librum exhibere in iudicio, æquitate suadente officiali, ac etiā domino negotiorum in actione ad exhibendum. Sed actione in factum quoties opus erit: ut in præ. §. penult. Tenebitur etiam de hoc cauere ff. famil. erciscun. si quæ sunt cautiones. & de iudi. l. in omnibus. & si scripturam destrueret, teneretur propter dolum suum. ff. ad exhib. l. Iulianus. in prin et l. 3. §. præterea. Sed si dominus chartæ uelit de suis chartis deleri scripturam, non auditur ad hoc solum intendens, ut noceat. ff. de rei uendica. in fundo. & ex tali mutatione uidetur substantia perempta, cùm charta sine læsione in pristinum statum reduci non possit. Facit præd. l. Iulianus. §. si quid & ff. de lega. 3. librorum. §. libris. Petat ergo pretium chartæ, per actionem in factum ad instar ferruminatorum. ff. de dona. inter uirum & uxor. l. utilem. & de rei uendica. in rem. §. item quæcunque. Contra dolosum, quasi dolo desierit posse restituere, competeret rei uendicatio. ff. de rei uendica. sinautem. §. sed & his. & tunc qui scripsit, est dominus libri. quasi chartas emisset. ff. de rei uendi. l. eius. & scriptura: quia scripsit, uel scribi fecit: & sibi librum restituere teneretur omnis is, ad quem peruenisset, sicut domino: ut in §. pe. sæpius alle. Dominus autem negotiorum ab extraneo petet illud sibi exhiberi per actionem in factum, æquitate sugge- rente: ut in præ §. Si uerò quæratur an prædicta scriptura fidem faciat in iudicio, cùm sit priuata? Respondet quòd sic contra scribentem. pro ipso non. ff. de interro. act. de ætate. §. 1. & C. de prob. rationes. & l. exemplo. Si tamen alijs adminiculis adiuuetur, putauit Nico. quòd etiam sibi proderit. Inducit quòd præ. l. rationes. dicit quòd sola non sufficit. & facit l. instrumenta. ibi: præcedens. uide quod statim dicam super. uers. licet autem. Sed ultra quæritur, an talis scriptura debeat aliquas solennitates habere? Respondet quòd tales rationes habent similitudinem ad rationes argentariorum: licet partem effectum non habeant. Dici tamen quòd habere debent diē, & consulem, id est, tempus quo scribuntur, sicut illæ, cùm sit eadem ratio. de quo ff. de eden. l. 1. §. rationes. Item debent continere quicquid ad talem administratorem peruenit de pertinentibus ad illum, cuius negotia gessit, & ex qua causa recepit, & ex qua expendit, & quantum: & sic apparere poterit de fide et diligentia sui actus. Ad quod ista scribuntur ff. de tute. & ratio. distr. l. 1. § officio. Et ratio legis ponderanda est. C. de interdi. l. 1. alias solennitates de testibus, et similes non putat Nico. necessariò ponderandas. Dicit etiam quòd si prædicta dies, & causa non ponantur: ualebit scriptura contra scribentem: ne sibi prosit suus dolus, uel defectus: sed in his, quæ facerent pro ipso, fidem non faciet, ut suspectus: licet ex causa, quantitate, qualitate, & tempore aliqualem probationem pro se induceret. Allegat ad primum C. de dona. authen. eò decursum est in fin. & C. de transac. si ex falsis. quod dictum est de aliquali probatione pro ipso declaratur: ut quia dicitur expensum in alimentis pupilli, qui uixit: in doctrina ipsius, qui profecit, uel artibus imbutus est in ædificijs: hæc nō possunt esse sine expensis. Putat ergo quod secundum quantitatem, & qualitatem horum quandoque sine alio auxilio staretur assertioni: quandoque esset causa iuramenti deferendi: quandoque esset præsumptio minus semiplena, sed aliquod facit indicium: hoc habet iudex æstimare. ff. de ali. pup. præstan. l. si. facit C. de admi. tut. l. lex quæ. in auth. de hære. & fal. §. si uerò absunt. Dicto de priuata scriptura, quæ fit per officium scribentis: dicendum est de illa, quæ fit p mandatum. Et hæc duplex: quia una fit in forma rationum, alia documentorum, uel instrumentorum. Prima quandoque fit de eo, quod fit inter alios: ut si tu & ego deponimus penes mercatorem pecuniam, quasi faciendo ipsum scribam de his, quæ per nos diuisim, uel coniunctim agentur. Aut respicit id quod fit cum ipso scribente. Primò locum habet, quod dictum est de argentario, salua tali dissimilitudine: quia argentarius cogitur recipere, & scriptum edere per edictum de edendo: sed mercator ille non cogitur recipere, uel scribere: & si recipiat cogitur per actionem mandati, scribere, & edere. ff. mandati. l. 1. quod est uerum, si interest mandantis: aliàs nō. ff mandati. si procuratorem. §. man. & §. fi. Item si scribit, litera cedit chartæ: & sic conuenitur rationibus scriptis ex officio. Item si constat confessione partium, uel probatione legitima, scripturam factam de partium uoluntate: ei stabitur inter eos, si per alterum non negatur, stabitur ei, quo ad plenam fidem, quia priuata est. C. eo. instrumenta. Cum alijs tamen adminiculis prodesse poterit, ut ibi: quæ adminicula maiora, uel minora erunt pon-

deratis

deratis circumstantijs personarũ principalium, & scribentis, quantitatis rei, & similibus. Quod autem dixi mercatorem teneri edere: non intelligas de toto libro rationum, sed de parte, quæ pertinet ad mandantem. ff. si cer. pe. cùm quid. fami. erc. l. si quæ sunt. & de eden. l. prætor. § fi. Quod dic ut extra, eo. tit. contingit. & de priuil. cum persona. lib. 6. Secundo casu cùm scriptura respicit solum mandantem & scribentem: si scriptura est solùm pro scribente, non statur ei. C. de proba. l. exemplo. 13. q. 2. c. 1. Si uerò scriptura mista est pro eo, & contra eum: ut continens recepta, & data contra se: puta in receptis, indistinctè credetur in datis: ponderabit iudex circumstantias, de quibus suprà proximè dictum est. C. de proba. rationes. ff. deposi. l. Publia. in fi. 2. q. 1. in primis. in prin. de testi. in nostra. Primo uerò casu, quo scriptura est contra scribentem, si per confessionem eius, uel per testes constat illum scripsisse per se, uel per alium: licet condemnetur per id. C. qui pot. in pig. habe. l. scripturas. & de dona. l. in donationibus. non tamen. quia per illam scripturam efficiatur debitor, si non erat: quia iste non est modus constituendi obligationum. ff. de donatio. l. nuda sed præsumitur ex hac scriptura debitum esse, si causa legitima obligationis contineatur in illa: ut in præd. l. Publia. in fi. dicitur de confessione facta in epistola. Facit quod no. ff. de usur. cùm de in rem uerso. ubi longæua solutio non inducit obligationem: sed inducit præsumptionem obligationis ex causa allegata. Quid si in prædictis terminis, mercator scripturam libri sui negat, sua uoluntate factam? dicit Nico. sufficere quòd in libro suo scriptura est, nisi contrarium appareat: sicut de libro census dicitur. ff. de proba. l. census. Facit C. de Insti. codi. confir. l. 1. § hunc igitur. C. eo. ti. auth. ad hæc & de arbi. l. ne in arbitris. De solennitate dic quòd contra scribentem non est de solennitate quærendum, scilicet inquantum esset contra mandantem: sed quantum ad id, quod continet pro scribente, requiritur quòd habeat formam rationis, scilicet diem & consulem, de quibus supra. Nunc de secundo uidendum de scriptura, scilicet quæ habet formam documentorum, scilicet quæ docent, & instruunt in iudicio, quod factum est: & propter idem uocatur instrumentum in rubricis utriusque iuris. Primum, 2. q. 7. plerique. & q. 8. sciant cuncti. quæ lex canonizata habetur C. de proba. l. fi. Ad idem. C. de eden. si quis in aliquo. Et hæc documenta quandoque sunt publica, scilicet scripta manu publica: forma quandoque priuata: quæ sola ad fidem iudici faciendam non sufficit. Et hæc priuata diuiditur: quia aliud est priuatum documentum, tanquam publicum, & aliud omnino priuatum. Primum Nico. uocat illud, quod licet deficiat in prædictis duobus, uel altero illorũ, scilicet persona publica & forma: tamen habet effectum publici instrumenti. Quod procedit, quando id, quod deficit in instrumento, ut sit publicum per iuris ordinationem, suppletur in alio, scilicet quod habet effectum publici. Quod dicit fieri per septem supplementa, quorum tria sunt in confectione: alia tria post confectionem: septimum pertinet ad utrunque. Primum est maioris solennitatis, scilicet quæ adhibetur in numero, qualitate, & subscriptione testium. Constat, quòd in publica scriptura, quæ fit per notarium, regulariter interueniunt duo testes etiam ignoti, qui scribantur per tabellionẽ. In scriptura uerè facta manu. priuati, deficit publica manus, & forma. sed habet præsentiam, & subscriptionem propria manus trium testium probatæ opinionis: talis solennitas supplet, & dat uires publici documenti. C. qui po. in pig. ha. l. scripturas. & quod ibi no. dum tamen tempus contineat secundum loci consuetudinem. in auth. ut præpo. no. Impe. §. 1. & §. si qua uerè. Secundum supplementum est maioris autoritatis, scilicet cùm scriptura fit à priuato. sed habet subscriptionem cum solitis signis, uel sigillis maioris magistratus, illius scilicet cuius officium est in illo loco, uel curia publicis sigillationibus: sicut in curijs papæ, uel regum, uel episcoporum seruatur. & idem in communitatibus ciuitatum. hæc enim maioris sunt efficaciæ, quàm scriptura notarij. Et putat Nic. hanc etiam sine testibus ualere: dumtamen fiat de eo quod ad officium sigillantis, uel subnotantis pertineat: ut C. eo. ti. authen. ad hæc. ff. de iur. fis. in fraudem. §. quoties. C. de quadri. præscri. l. fina. ibi: siue per nosmetipsos, siue per procuratores, ex epistalmate tamen nostro, &c. & in authen. ut diui. ius. sub. ha. col. 8. extra. de proba. c. 1. & c. post cessionem. de fid. instru. cum dilectus. & c. inter dilectos. Si ergo recipio mutuum, quod scribitur per priuatum, & sigillatur per magistratum: non putat Nico. quòd fidem faciat: cum non inueniat hoc iure statutum, nec eius officium se ad hoc extendat, nec ad id fuit inuentum. Facit ff. de custo. reo. l. diuus. nisi consuetudo loci hoc inducat. de materia uide suprà de probat. §. fin. uer. 10. Tertium supplementum est conscriptio, uel subscriptio. hæc autem locum habet, cùm subscriptio fit ad utilitatem unius partis tantùm, & scribitur uel subscribitur per illum, contra quem facit, uel per illum ipsius uoluntate, ut est in donatione,

tione, uel in mutuo. Et est idem quando scriptura facit pro utroque. Exemplum in locatione, quae scribitur per unũ, & subscribitur per aliũ: uel per tertium ipso uolẽte. Et idem si scribitur per tertiũ & subscribitur per alium, uel per alios ipsorum uoluntate. His enim modis suppletur defectus publica persona, & etiam testium. C. de dona. in donationibus 2. respon. & l. nice donatricis. C. eo. titu. l. plures. & l. comparationes. procedunt per edicta: cùm is, cuius uoluntate dicitur scriptum, id fatetur. Si uerò negat producens, habet id probare. C. qui potio. in pigno. habe. authen. si quis uult. & ff. de procura. si procurator absentem. ibi: literis eius approbatis. & tali approbatione facta sic stabitur illi scripturae, quòd qui negauit, de suo mendacio punietur, secundum authenti. C. de non numera. pecu. contra qui propriam. & dicta l. scripturas. & in hoc differt hoc tertium supplementum à secundo, quia illi statur prima facie, etiam si ab aduersario negetur: nisi alia fit contra id suscipio: sicut etiam dicitur de publico instrumento. hic secus. Hac autem & tria supplementa respiciunt confessionem, & succedũt tria quae sequuntur. Et est quartum supplementum, iudicis examinatio confessionem sequens, quod procedit in ultimis uoluntatibus: quae licet sint scripta à persona priuata, uel à seruo, tamen coram iudice examinantur, & publicantur. C. de testamen. l. publicati. ubi de hoc. & postea probat. Quia similitudinis ratione putat Nico. quod si quodcunque priuatum instrumentum fuerit coram examinante publicatum, & authenticum, plenè probet. in authenti. ut fratrum filij. §. illud. & de testi. §. penult. quae est de testi. auth. praeterea. & sic etiam quidã intelligunt, id est scripturas. C. qui pot. in pig. habeantur. Quintum supplementum loci deputatio. quod intelligitur cùm autoritate publica deputatur certo die tanquam publica in archiuis publicis: & pro publicis communiter habentur: & ut talia per iudices seruantur. hi sunt libri censuales, libri aestimorum, & statutorum. arg. prae. authen. ad hac. & ff. de proba. census. de praescrip. ad audientiam. & facit l. Barbarius. ff. de officio praeto. Sextum est temporis obseruatio, scilicet quae longis temporibus, a singulis ut publica & authentica sunt seruata. Exemplum in libris ueteris & noui testamenti. epistolis Pauli; libri Aristotelis, Hippocratis, & similes, quia pro dictis autoritatibus à longis sunt recepta, & seruata, & habita. Facit. ff. de aqua plu. arcen. l. 1. in fi. & l. principis. Dicit autem quod hae ultima duo supplementa solum procedunt quo ad personas inter quas sunt seruata, & quae subsunt iurisdictioni illorum quorum autoritate deputata custodiuntur. Septimum supplementum, quod respicit utrunque tempus de quo suprà, est loci consuetudo. Vnde Venetijs statur instrumentis scriptis per sacerdotes. In multis partibus, facit fidem certum sigillum, certa subscriptio, certa stampa, uel forma impressio: stabitur enim consuetudini illius loci, & instrumentis eo loco factis, etiam si alibi agatur, uel producatur. C. de emanc. l. 1. extra eod. titu. cùm dilectus. & dixi suprà in secundo supplemento. & in fine primi plures concord. ponit autor hic in fine huius §. Per praedicta instrumentum priuatum dicitur etiam publicum, omnino uerò priuatum, quod nullum supplementum habet de praedictis. quandoque patitur defectum modicum, scilicet quando persona scribens est magnae opinionis, & fidei, sed non est tabellio: & habet eius scriptura omnia, quae requiruntur in publico. Quandoque habet multum defectum: ut quia scriptum ab eo, pro quo facit. Est autem secundum qualitatem defectus habenda fides. Quandoque semiplena, quandoque minor, quandoque nulla. C. de proba. instrumenta. & l. exempla. Adde quòd libri rationum absque die probent contra scribentem; tenet Alexan. in l. ait praetor. ff. de eden. ubi dicit hanc addi. in hoc no. Et an stetur libris mercatorum post Bar. uide quae ibi posuit in l. nuda. ff. de dona. et uide Ro. consi. 346. per Bar. in l. admonendi. de iureiu. et per nouis. in l. quaedam. §. numularios. ff. de edendo. an ualeat statutum, uel consuetudo, quòd libris mercatorum detur plena fides, Bal. consi. 365. li. 4. uidetur tenere quòd sic. Item liber registri notarij positus in archiuo publico probat, licet absque die & consule, secundum Roma. consi. 138.

f Secundum Tan. In scripturis, in quibus sunt data & recepta, procedere potest talis diuisio. Si intelligas quòd dimidiam scripturae diuisa forsan per longum, habent qualibet pars: uel forsan non diuiditur charta tota, sed certa litera fiunt in magna figura, quae diuiduntur: & dantur in signum. & bonus modus est, quo quandoque usus sum: quia non potest falsari.

g Multa iuuant. Versus fuit Ouid. secundo de Reme. amoris. in prin. addit bonum uersum. infra, de proba. § si ultra principium. Et si non obsunt singula, multa nocent. Ad hoc ultimum alleg. de eo, qui du. in ma. cùm haberet. & l. fi. ff. de proba. Ad primum uersum alleg. Accur. ibi contrarium de l. C. qui numero tute. l. 1. in fi. ad idem extra, de ele. innotuit. uersi. multa enim solent dici. ubi concor.

procedere

procedere in probationibus in excusationibus: non ut in contrarijs. Et hoc ibi placet Alexan. uel ut dicit ibi Iaco.de Bel. quando unum per se sufficit: tamen reliqua iuuant. Sed hec solutio non congruit princi.uersus inquantum dicit, quae non prosunt singula, &c.propter quod dici potest ex qualitate factorum, & circunstantijs id arbitrari debere: an pluralitas indiciorum per se non sufficientium moueat iudicis animum ad effectum unius efficientis necne. Debet autem iudex in istis, quae sic cedunt in arbitramentum factum, esse circunspectus, extra, de testib.preterea. ut ibi scripsi post Hosti.in gl.pen.ibi etiam gl.ult. B. ponit superiorem uersum.

h *Videatur. Et Cy. in pra. l. instrumenta. reprobat illud dictum secundum Pe. dicens quòd ibi adminicula dicuntur depositiones testium inscriptorũ. sed & hoc uidetur durum: quia sine scriptura sufficeret depositio plurium testium. Item exemplũ, quod ponit gl.non placet multis, dum exemplificat in eo, qui scripsit: debeo tibi decem: quia contra scribentem sufficeret propria scriptura sine testibus. sed ipse intelligit non sufficere ex defectu causa. Et licet hoc sit uerum, quod confessio extra iudicium sine expressione causa, non probat debitum.C. de non nu. pecu. l. generaliter. et ff. de proba. cum de indebito. §.fi. non uidetur tamen lex illam expressionem cause uocare adminicula, ut ibi per Cy.Gui.de Sux intelligit illam l.in priuata scriptura creditorum extra librum rationis. de libris his dicit propter ea, que de illis dixi suprà. §. dominus meus legebat illam in scriptura priuata facta à tertio contra eum. uel non probat secundum eum: sed facit indicium. Iac.de Bel.ponit in solutione contrarierum codicil. quandam distinctionem: quam ibi scriptam per te uideas.* ADDE *Bart. in l.nuda.ff.de dona.& ibi Alexan.in apostilla: quod de hac addi. mẽtionẽ facit.*

i *Secundum Papam.quod uide in c. 1. hoc eo. titu. in ulti.col. uersi.hoc etiam. in his rebus. & c. scit sancta.65.dis.utinam.de con.dis.4.de trina. 18. q.2.seruitium.extra, de consue.ex literis.& supra.de probatio. §.fi. uersi.10. Adde ad uersi.sequentem, quòd creditur epistola alicuius scripta tertio amico contra ipsum scribentem, & in fauorem eius, quem ibi appellat suum creditorem. Rota in anti.deci.430.*

S V M M A R I V M.

Fides quibus instrumentis adhibenda sit, & quanta.

1 *Instrumento publico sine alio adminiculo credendum est: dummodo non sit cancellatum, aut aliter uituperatum.*

2 *Inducens instrumentum uituperatum, rasum, uel cancellatum, uel suspectum, debet illius ueritatem probare.*

3 *Instrumento quot testes possint praeiudicare.*

4 *Contra instrumentum quantumcunque publicum, possunt testes admitti.*

5 *Instrumento super aliquo contractu producto, si opponatur aliquem contrahentium tempore contractus alibi fuisse, an sufficiant due testes ad hoc probandum.*

6 *Instrumentum in iudicio productum, si dicatur factum in longinqua regione conficientis nomine ignoto: an sit ualidum.*

7 *Scriptura priuata, an & quando prosit: uel noceat producenti.*

8 *Instrumentis in causis dicendis, quanta fides sit adhibenda.*

9 *Uxore à duobus petita: si aequaliter probetur: cui probationi standum sit.*

10 *Instrumento scripto, si testes negent ea, quae in eo scripta sunt: an potius instrumento credatur, quàm testibus.*

11 *Instrumentum, cui unus ex testibus in eo conscriptis contradicit, redditur suspectum, donec contra probetur.*

12 *Sriptura tabellionis an potius credendum sit, quàm dicte testis in instrumento contento.*

13 *Testes contradicentes instrumento, in quo non sunt conscripti an sint credendi.*

14 *Una uox duorum testium in nullo casu ualidior est publico instrumento.*

Publicum instrumentum in quibus casibus ualidius sit duobus, uel pluribus testibus.

15 *Obiectio publico instrumento facta in modum exceptionis de falsitate, uel defectum, &c.an potius probetur p testes, quàm per instrumentũ.*

16 *Probatio quandoque melius fit per instrumentum, quam per testes.*

17 *Probante aliquo per testes contra instrumentũ, an poterit probari per alios sic esse.*

18 *Instrumento publico, an potius sit credendum, quàm literis episcopi, uel alterius iudicis.*

Tabellio aequipollet duobus testibus, & quandoque tribus.

Scriptura tabellionis qua ratione potius credatur, quàm literis episcopi.

19 *Instrumenta sibi contraria, et ab eadem parte producta, derogant fidei.*

Probationis partium aequalibus existentibus, absoluendus est reus.

20 Facto

20 *Facto aduersarij perdens instrumentum, quo usurus erat, quomodo debeat intentionem suã probare.*

21 *Sigillum Imperatoris, uel bullam papæ habenti, an sit credendum.*

22 *Tabelliones fauere quis possit.*

23 *Tabellio ab Imperatore, uel papa, uel eo, cui hoc speciali priuilegio est indultum, ordinatus, potest ubique suo officio uti, & instrumenta conficere. & nume. 25.*

24 *Tabellionatus officium non datur à natura, nec ab omnibus confertur.*

25 *Presbyter semel ordinatus, potest ubique celebrare de eius licentia, ad quem declinat: sic & tabellio simpliciter constitutus ab eo, qui potestatem habet, potest ubique uti suo officio.*

26 *Tabellio constitutus in spiritualibus, an possit instrumentum conficere in temporalibus.*

27 *Tabellio constitutus à domino temporali in ciuilibus, an possit instrumenta conficere in spiritualibus, seu ecclesiasticis.*

28 *Tabellione laico scribente vota canonicorum in scrutinio electionis, non tenet talis electio.*

29 *Fieri multa prohibentur, quæ iam facta tenent.*

30 *Seruus an possit fieri tabellio.*

31 *Instrumentum confectum à tabellione excommunicato, an sit ualidum.*

32 *Instrumenta per eum, qui non est publicus notarius facta, an sint publica, & an fidem faciant.*

33 *Instrumenta per non notarium publicum confecta habentibus qualiter sit subueniendum.*

Tabellioni instrumentum falsum conficienti, an postea sit fides cæteris instrumentis per eum confectis adhibenda.

34 *Instrumentum factum ab hæretico, an sit ualidum.*

35 *Tabellione ob aliquam causam officium suum perdente, an postea possit uti suo officio.*

36 *Tabelliones an possint facere fieri formam instrumenti per aliquem: & postea in publicam formam redigere.*

37 *Tabelliones sub qua forma creari debeant.*

38 *Comites, & barones priuilegium faciendi tabelliones ab Imperatore habentes, cuius forma instrumento uti habeant.*

39 *Episcopi & barones potestatem creandi tabelliones habentes, sub qua forma fieri debeat hæc creatio.*

40 *Tabellio multas habet appellationes.*

41 *Tabellio an iura scire debeat.*

42 *Sententia iudicis prolatio per quæ fieri debeat.*

43 *Instrumentum continens talem esse debitorem talis & tanti: an originali, aut primario ostenso sufficiat ad credendum.*

a RESTAT Videre quibus instrumentis fides adhibeatur, & quanta. [a] Et quidem solis publicis, uel alio modo authẽticatis, quod dic ut ĩ. §. proximo. priuatis quoque creditur in casibus in eo. §. dictis.
1 † Creditur autem publico sine aliquo alio adminiculo: dummodo illud instrumentum appareat sine cancellatura, uel uituperatura, uel innouatione primæ figuræ, uel rasura, quæ possint suspicionem inducere: nec sit deletum, uel abolitum. in authen. de fide instrum. §. si uerò moriantur. extra, eod. ex literis. & c. inter dilectos. & de crimi. fal. licet. C. de edi. diui Adria. tollen. l. fin. §. 1. C. de testib. si unus. extra, de relig. do. cùm uenerabilis. §. sed pars. C. de testamen. l. penul. extra, de priuil. cùm olim. 1. & 2. & infra. §. instrumentum. uersi. item excipitur, quòd est uituperatum. Est autem suspecta rasura in annotatione indictionis: ut extra, de fide instrumen. inter. §. sed contra. & argumen. ff. quemadmodum testamen. aper. l. 2. C. de contrahen. stipu. l. penul. uel temporis. extra, de relig. do. cùm uenerabilis. uel nominibus iudicum, uel rei, actorum, uel in data, uel in nomine loci, uel in narratione iuris, uel in remotione appellationis, uel in coactione testium, uel assignatione termini, & in pluribus alijs, quæ iudex circunspectus attendet: ut extra, eodem ex literis. extra, de rescript. olim. Sed & si contra has suspiciones appareant aliquæ in contrarium, eas iudex attendet. Magis autem uidetur instrumentum suspectum propter rasuram, quàm
b propter consumptionem; secundum papam. [b] Et breuiter creditur instrumento, dummodo nõ sit appositum aliquod de illis uitijs uel defecti-
2 bus, quæ sunt infrà, §. proximo. † Si autem appareat uituperatum, uel rasum, uel cancellatum, uel suspectum in aliquo de illis modis, uel huiusmodi: oportet inducentem illud probare ueritatem. quod si non fecerit, præsumitur falsarius, & punitur. C. de testibus. iubemus. Captiosa enim scriptura uim in iudicio obtinere non debet.
c ff. de fide instrumentorum. l. 2. [c] licet sit argum.
d contra. ex. eodem tertio. [d] Hoc intellige prout no. §. breuiter. uersi. & nota quòd licet sit argumen. contra. ex. eodem. tertio. Si uerò non apparet suspectum, incumbit probatio accusati. 6. q. ultima actor. C. de accusa. qui accusare. & hoc cùm ciuiliter agitur de falso. nam si criminaliter utrique incumbit probatio: ut C. ad legem Corne. de
3 falsis. l. ubi. † Sed quæro quot testes præiudicent
e instrumento. Odof. & Bernar. [e] dicunt quòd autoritas tabellionis æquipollet duobus testibus: ut ex. de probatio. quoniam contra. & ff. de testamẽ. Domitius Labeo. C. de fide instrum. in exercẽdis.

licet alibi uideatur quòd tribus: ut 16. quæstio. 3. cap. placuit. §. potest. uersicu. is autem. & al bi quòd uni: ut C. qui testamen. facere possunt. hac consultissima. §. sed quia. & secunda quæstio. 4. c. primo ex. de testibus. in omni. Ergo patet quòd quatuor aut quinque siue scripti, siue alij, tantum uincent instrumentum. Dicit autem Odoffre. quòd consideranda est natura contractus in instrumento contenti: ut si sit testamentum, in quo sunt septem testes necessarij: uel codicillus, in quo quinque requiruntur: tunc enim necesse est instrumentum per totidem, & per duos amplius reprobetur: uel etiam per plures, ubi aliqui pro ipso instrumento deponunt: ut ff. de pignori. contrahitur. qui duo producantur contra tabellionem: cùm propter autoritatem tabellionis credatur testibus inscriptis. & hoc si sint mortui. De quo dic ut ff. de testamentis. hæredes palam. Et plenius hoc prosequere prout notatur secundum papam. extra. de fide instru. cùm

f Ioannes. f † Et nota g quòd contra instrumen-
4 tum quantumcunque publicum testes admittun-
g tur, prout expressè habetur extra de fide instru. cum Ioannes. extra de præscri. ad audientiam C. de proba. cum precibus. nisi in duobus casibus. Primus est, quia contra inuentarium publicum non recipiuntur. C. arb. tu. l. fi. Secundus est, si mulier confessa sit recepisse pecuniam pro intercessione, ut fideiuberet, & hoc in instrumento contineatur: tunc enim testes instrumento non pos-
h sunt obijci: ut C. ad Velleia. antiquæ. h † Sed po-
5 ne producitur aliquod instrumentum super aliquo contractu: opponitur aliquem contrahentium alibi fuisse tempore contractus, & probatus hoc per duos testes, quæritur an sufficiat: & dicit Azo quòd sic. arg. ff. de testi. l. ubi numerus. & 4. q. 3. c. si testes. ubi numerus. Sed contra. nam instrumentum æquipollet duobus testibus: ut s. ergo uidetur in dubium ei standum: ut s. de proba. §. uidendum. uer. 3. & uer. 5. Sed ipse respondet, quia testes non dicunt hoc directè contra instrumentum: sed per obliquum: sed si directè contra illud dicerent tunc plures quàm duo, requirerentur, ut uincerent scripturam. ff. de testi. l. 3. ibi, aliàs numerus, &c. Quod si unum instrumentum dicit aliquem fuisse Romæ tali die: aliud dicit eum fuisse Narbo. eadem die: dic ut j. §. proxi. uersi. item opponitur contra instrumentum id quod per alium.

6 † Sed quid si producitur aliquod instrumentum in iudicio, quod dicitur esse factum in longinqua regione: nec conficientis aliqua notitia habetur? Super hoc distingue. Nam aut illud apparet in publica forma, aut est priuata scriptura. Siquidem apparet in publica forma, uidetur quòd non sit ei credendum. Nam nota testimonia & uerissima documenta debent præstari: ut C. ubi de crimi. agi opor. l. 2. in fi. Et ignotis sigillis non creditur: nisi eis fides per aliquos, qui ea nouerint, imponatur. extra de cler. pereg. c. 1. & 2. & s. de procu. §. ratione autem formæ. uers. 2. Sæpe enim eulogia ex mala fide scribuntur. ff. de custo. & exhi. reo. diuus. Sed dic quòd ex quo in publica forma apparet confectum, non uitiatum nec in aliqua parte sui abolitum, nec suspectum: quia tunc aliud est

set. ff. de fide instrum. l. 2. & C. de edic. diui Adria. tol. l. fin. §. 1. bene sibi plena fides habetur absque alio adminiculo: ut probatur. C. quemadmodum testa. ape. l. 2. C. de proba. cum precibus. Instit. de inuti. stipu. §. item uerborum. ibi: omnimodo esse credendas, & c. ubi de hoc. & §. si scriptum. & Instic. de fideiusso. §. fi. in authen. de instru. cau. & fid. §. oportet autem. & §. seq. ubi de hoc. colla. Præsumitur enim pro producente, quòd sit memor suæ salutis: ut 1. q. 7. sancimus. Et pro tabellione, quòd uera scripserit: ut ex. de præscript. ad audientiam. Maximè autem pro instrumento præsumitur, ubi continet signum tabellionis, & scriptionem: ut in auth. de instru. cau. & fide. §. sed & si instrumenta. colla. 6. & j. §. instrumentum. uer. item quòd non est signatū. Nec obstat quòd quisque potest similem confingere scripturam: quia multipliciter dicentis falsitas reconuinceretur. in auth. eo. ti. §. si tamen quisquam. in fi. §. & arg. ad idem. ff. de offi. præto. Barbarius. 3. q. 7. c. infamia. §. tria. in prin. Stabitur ergo ei, nisi qui contra illud obijcit, quod obijci probet: ut C. de proba. sciant. C. de contrahen. & commit. stipu. l. optimā. uersi. sancimus. & de fide instrum. l. 2. Et hoc dicūt

i multi. & hoc tenet Azo, prout no. i summa auth. Alij dicunt contra: nisi cōstet illum in sua prouincia officium exercere. Ego uerò distinguo: nam aut producens est legalis & fide digna persona, & bonæ famæ: quo casu prædicta obtinent. Consulo tamen, ut & tunc iudex maximè parte, contra quā producitur, absente, faciat producentem iurare, quòd instrumentum uerum est, & à persona publica confectum. arg. in præ. §. si tamen quisquā. eo. ti. §. si uerò moriantur. & §. si uerò nil aliud. Si uerò pars præsens sit, & neget eum tabellionem esse, qui confecit: probabit tunc producens, prout nota. j. uersic. & scias. & uersi. illud autem. Aut est persona suspecta, & quæ consueuit uti falsis instrumentis: & tunc ei non credatur, nisi fides imponatur: ut in concor. quæ sunt infrà, §. instrumentum ergo. prope finem. uersi. item opponitur quòd tabellio. Nam ex personis hominum dicta pensantur. C. si quis Imperato. male-

7 di. l. una. in fin. † Porrò si sit priuata scriptura, producenti non prodest: sed contra eum fidem facit, si in ea causa aliqua sit inserta. in auth. de iureiurand. à morien. præst. §. primo. C. de non nu. pecu. l. generaliter. quod dic ut s. §. proximo.

8 † Quanta k autem fides instrumentis, in causis
k decidendis adhibeatur, quæritur. Et est dicendū, quòd tanta quanta duobus uel pluribus testibus. Parem enim uim habent in exercendis litibus, instrumenta, & testes: ut C. de fide instru. in exercendis. ex. eo. titu. cùm Ioannes. §. porrò. C. de rei uendi. l. indicia. C. qui pot. in pig. hab. scripturas. ex. de proba. quoniam cōtra. Vnde si una pars pro se inducit publicum instrumentum, altera uerò testes: si dicunt diuersa, & non aduersa, utrique probationi stabitur: & secundum utranque

9 probationem iudicandum est. † Quid ergo si duo petunt eandem uxorem, & uterque æqualiter probat? Dic ut extra, de testibus. in nostra. Si uerò testes dicant aduersa, seu contraria instrumento: sic quòd aut sunt testes in instrumen

to

l to inscripti, aut alij. Si inscripti: dicit Pileus l
quòd si omnes testes inscripti in instrumento te-
stificentur contra ipsum instrumentum, statur te
stibus in illo iudicio: & magis credetur tunc ui-
uæ, quàm mortuæ uoci. in authen. de fide instru-
men. §. si uerò aliud. & ff. quemadmo. testa. ape.
10 l. 1. in fi. ex. de probati. tertio. † Quid si dum at-
testationes publicantur, plures ex testibus dicunt
se non dixisse quæ scripta sunt: quæritur cui ma-
gis credetur, an tabellioni, an testibus? Hæc quæ
m stio dominicalis est m & soluitur quòd tabel-
lioni, si sit bonæ famæ, propter officium suum ex-
tra, de præscript. ad audientiam. ff. de rebus eo.
magis. & extra, de appel. cùm parati. Nisi testes
probent se contrarium dixisse: ut extra, de con-
di. appositis. c. per tuas in integra. Testes enim sin
gulares sunt in suis dictis: quia singulariter exa-
minati fuerunt: & ideo non probanc. extra, de e-
lect. cùm dilecti. prope finem. Si autem tabellio
sit suspecta persona, quæ consueuit falsa scribe-
re: tunc potius testibus sit credendum. ff. de su-
spectis tu. l. 3. §. sin autem. ff. de act. si cui. §. ijsdem.
extra, de pig. illo. in fin. Vel dic inspiciendum nu
merum, & conditionem testium; & tabellionis.
ff. de libe. causa. diui fratres. in fin. ff. de actio. &
n obliga. l. fi. in fi. ff. de rei uendi. in fundo. n Hoc
plenius prosequere secundum papam, prout not.
o o extra, de fide instrumen. cap. cùm Ioannes.
11 † Quid si tantum unus ex testibus in scriptis
contradicit instrumento? Respond. dicunt qui-
p dam p instrumentum reddi suspectum, donec
contra probetur. ff. quemadmo. testa. ape. l. 1. in
12 fin. de hoc in præ. c. cùm Ioannes. † Sed quid
si unus ex testibus à tabellione receptis accusa-
tur falsum dixisse: testis uerò dicit aliter scri-
ptum esse dictum eius, quàm ipse protulerit, ne-
gans illud: quæritur cui magis credetur, utrum
scripturæ tabellionis an dicto testis id se dixisse
negantis? Respondeo, omnes doctores Bonon.
in nostra examinatione priuata, concordarunt
quòd non credatur instrumento contra istum:
cùm in criminibus apertæ debeant esse probatio-
nes, ut secunda quæst. 7. sciant. Sed certè nec ipsi
testi contra ipsum instrumentum hac eadem ra-
tione: & ideo neuter punitur, scilicet nec testis,
nec tabellio ut extra, de electio. cùm inter R.
seniorem. & hoc prosequere ut suprà de teste. §.
q primo, eodem uersicul. sed pone, ecce iudex. q
13 † Sed si alij testes, & non illi, qui sunt in instru
mento inscripti, contradicunt instrumento?
r Dicit Pil. r quòd stabitur instrumento, & in nul-
lo ei derogatur. argumen. C. de edi. diui Adri. tol-
len. l. fin. & argumen. ff. de proba. census. Azo ue-
rò dicit s quòd uiua uox duorum testium in nul
s lo casu ualidior est publico instrumento: sed pu-
blicum instrumentum ualidius est duobus, uel
14 pluribus testibus in multis † casibus, in qui-
bus non habent parem uim, & in quibus requi-
ritur scriptura. & probat per scripturam. Pri-
mus est C. si minor se ma. dixe. si alterius. Se-
cundus, C. de non nume. pecu. generaliter.
Tertius, C. de testibus. testium. & authenti.
rogati. Quartus, C. de suf. l. unica. Quintus,
C. qui testamen. face. possunt. hac consultissi-
ma. §. ex cum humana. extra, de præscriptio. ad
t audientiam, Sextus, in præ. l. census. t Septi-
mus, in baptismo. de consecr. distinctio. quarta
baptizandi. Octauus, in electione 63. distinctio.
quanto. & c. uota ciuium. 62. dist. c. Osius. §. sed
aliud. & c. sequenti. extra, de elect. quia propter.
& c. innotuit. Nonus, in ordinatione. 61. dist. cap.
episcopus dum. extra, de tempo. ordi. nec epi-
scopi. Decimus in reuersione à schismate. 1. q.
7. quoties oculus. & c. saluberrimum. Vndeci-
mus, in excommunicatione. 11. quæst. 3. cur. &
extra, de sent. excom. cùm medicinalis. libro sex-
to, & de treu. & pa. cap. primo. Duodecimus, in
reconciliatione. 24. quæst. 1. miramur. Xiij. in ac-
cusatione. 2. q. 6. c. 1. & cap. per scripta. §. libello-
rum. Xiiij. in sententiæ prolatione. 2. q. 1. in pri-
mis. ad fi. & l. statutis. Omnes prædicti casus à se-
ptimo usque hic, habentur. 2. q. 1. legum. Xv. in re
nunciatione. 7. q. 1. c. sicut uir. §. ecce his. & c. qua
liter. Xvj. in manumissione: ut 54. dist. c. 2. Xvij. in
infantum expositione: ut 82. distinct. si expositus.
Xviij. in professione: ut 20. q. 1. vidua. & 28. quæst.
1. omnes fœminæ. Xix. in legatione, uel delega-
tione. 97. distinct. nobilissimus. extra, de offic. de-
leg. cùm in iure. C. de mau. prin. l. unica. Xx. in a-
lieni clerici susceptione. 71. dist. ab extraneo. ex-
tra, de cleri. non resi. fraternitati. C. de epis. &
cle. si qua. Xxj. extra, de priuileg. porrò. & de
usu pal. c. fi. Xxij. 10. q. 2. hoc ius. extra, de rebus
eccl. nõ alie. c. 1. Xxiij. extra, de procu. c. 1. Xxiiij.
C. de fide instr. contractus. Xxv. in appellatione fa
cta ab interlocutoria, uel grauamine. extra, de ap
pel. cordi. lib. 6. Xxvj. in donatione, quæ excedit
quingentos aureos. C. de donatio. in donationi-
bus. Xxvij. in emphyteusi. C. de iure emphyt. l.
prima, & secunda. Xxviij. in fideiussione. ff. de
dam. infec. qui bona. §. fi. Xxix. in requisitione
transcripti sententiæ excommunicationis. extra,
de senten. excom. cùm medicinalis. §. primo, &
u u si qui alij similes inueniantur. x In alijs autem
x non refert, dummodo per testes fieri possit pro-
batio, quæ dic secundum do. meum in Summa,
de fide instrum. §. quid si instrumentum. & §. seq.
15 † Tu autem dic, y quòd si obijciatur publico
y instrumento in modum exceptionis, falsitas, uel
defectus, uel conditio, uel aliquod simile, quod
ibi debuit esse, uel non esse: si probetur per te-
stes, quod obijcitur, dicta testium præferuntur
instrumento: siue sint in eo scripti, siue non.
Nisi ipsum instrumentum iuuetur per alios te-
stes, qui secundum illud testificentur. Hæc pro-
bantur extra, de fi. instrum. cùm Ioannes. ubi de
hoc secundum papam. C. de proba. cum precibus,
extra, eo. de proba. tertio. C. de contrahen. & com
mit. stipu. optimam. arg. extra, de testib. ex teno-
re. Si autem nil tale obijciatur instrumento, sed
una pars pro se inducit instrumentum, in causa
altera testes: hoc casu discretus iudex conside-
rare debet quod eorum magis conuenit naturæ
negotij, & quod magis uerisimile uidetur: & se-
cundum illud pronunciet. arg. 4. q. 3. c. si testes.
§. si testes. extra, de testi. in nostra. Considerare e-
nim debet quale sit negotium, de quo quæritur.
16 † Nam quædã melius probantur per instrumẽta,

gg 2 quàm

quàm per testes, sicut dicta testium, qui olim tulerunt testimonium, sententia arbitraria, pactum plures articulos continens: & his casibus, & similibus, magis credet instrumento, quàm testibus. Si uerò probari debet numeratio pecuniæ, uel
z matrimonialis consensus, uel crimen, z uel similia: præferet testes instrumento, argum. 3. q. 9. si debitum. C. de nup. neque sine nuptijs. extra, de maio. & obed. cùm in ecclesijs. sed & tempo-
a ris consideratio habenda a est. Nam cùm res, uel factum antiquum probatur, magis credendum est instrumento, quàm testibus: hominum enim memoria labilis est. C. de ueteri iure enu. l. prima. §. si quid autem longum. secus in nouo aut recenti,
b ubi testes sunt boni, discreti, & honesti. b Hoc prosequere prout no. extra, de proba. tertio. & c. quoniam. contra, de testi. in nostra. & 4. quæst. 3. d. §. si testes. Ibi etiam no. quod testes præualeant instrumento. Ex præmissis ergo satis colligitur, quòd potest per testes probari contrarium eius, quod in instrumento publico continetur. argum. C. de probatio. cum precibus. C. de contrahenda & committen. stipu. l. optimam. §. fi. quod uerum est, præterquam in duobus casibus: ut C. ad Velle. antiquæ. & C. arbi. tu. l. fin. §. 1. De hoc no. C. de non nume. pec. generaliter. Instrumenti quoque falsitas per testes probatur: ut suprà, de pro-
17 ba. ad fi. † Et nota quòd si probo per testes contra instrumentum: tu poteris per alios probare sic esse, prout in eo continetur: ut extra, de testib. series. Vbert. contra: ne hoc in infinitum procedat. extra, de rescript. cùm in multis. lib. 6. Nec obstat secundum eum præd. decr. quia illud speciale
18 est in causa matrimonij, ut dicit. † Sed cùm literis episcoporum credatur, ut not. ex. de proba. post cessionem. & 11. q. 3. curiæ. quæro cui magis sit credendum, an instrumento publico, uel scripturæ episcopi, uel alterius iudicis? Et dic quòd instrumento. Nam tabellio æquipollet duobus testibus, imò tribus quandoque. quod dic ut supra, eo. §. uersi. hoc autem. Et quia scripturæ iudicis non creditur, nisi habeat testes inscriptos. extra, de testi. cùm à nobis. Sed scripturæ tabelliõis cre-
c ditur in iudicijs: c licet non habeat testium inscriptionem: ut C. de dona. l. in donationibus. & arg. 30. q. 1. c. 1. C. de fide instr. auth. ad hæc. in authen. de his, qui ingredi. ad appel. §. illud. & argu.
d in præ. c. quoniam contra. ubi de hoc: d dummodo diem apponat: ut in auth. de fide instrumen. §. fi. & infrà. §. proximo. uersi. & not. licet secus sit in contractibus: ut auth. col. 1. de hære. & fal. §. sancimus. aliàs. §. si uerò absint. ubi de hoc. & j. §. proximo. uersicu. item quòd non sunt ibi. & in præ. l. in donationibus. nisi fortè instrumentum fiat coram populo in publico parlamento: quo casu testes non sunt necessarij, secundum Vber. argu. C. de his, qui in eccle. manumi. l. 1. C. de testamen. omnium prope prin. & C. de Lati. lib. tol. l. unica. Ratio autem est, quare magis credatur scripturæ tabellionis, quàm episcopi, uel iudicis: quia tabellio iuratus est. extra, de præscrip. ad audientiam. extra, de præsump. illud. in fi. 1. quæst. 7. sancimus. Sed cum etiam iudex iuret: ut ex. de iureiuran. uenientes. §. quia uerò. cum suis cõcor. melior est ratio: quia tabellio scribit acta iudicij, autoritate & mandato iudicis: & sic duorum autoritas concurrit, id est, sua, & iudicis: quorum quilibet est in officio publico constitutus. Non sic aũt est in scriptura, quã per se facit iudex: & uide quod not. suprà, de teste. §. 1. uer. sed pone ecce. Ex quo ergo attestationes, siue acta per solum tabellionem scripta sunt, creditur eis inter easdem personas, & in eodem iudicio, & in alio: ut in præ. concor. & ff. de iureiuran. sed & si possessori. §. ult. & seq. licet sit arg. contra, in auth. de hære. & fal. §.
e sancimus. e & in hoc concor. papa: prout not. ex.
19 de test. r. c. Albericus. † Porrò, si instrumenta sibi contraria, uel aduersa indirectè, uel etiam directè ab eadẽ parte producuntur: sibi derogant fidẽ. C. de fi. instr. scripturæ. ex. eo. c. imputari. Si uerò à diuersis producantur: uideat iudex quod magis sit sine suspicione, & quod magis congruat negotio, & secundum illud iudicet: uel si æquales sint probationes, absoluat reum, arg. ex. de proba. ex
f literis. in fi. f C. de contrah. & commit. stipul. op-
20 timam. † Illud quoque non est otiosè prætermittendum. nam si per factum aduersarij mei perdo instrumentum, quo usurus eram, sufficit ad intentionem meam fundandam probare quòd eius uitio perditum est instrumentum, per quod probatur id, de quo agitur. C. de proba. si de possessione. C. de testi. testimm. §. fi. argum. ex. de testi. cogen. peruenit. j. 3. q. 7. c. infamis. §. tria. Quod si per factũ alterius perdidi, non prodest mihi probare amissionem, & etiam eius tenorem. C. de fi-
g de instrum. apud eos. secundum Tan. g & Azo. & Vin. qui hoc no. extra, de conuer. coniu. dudum. quia fides instrumenti poterat multipliciter annulari: ut j. §. proxi. argu. tamen contra quòd sufficiat probare amissionem & tenorem instrumen-
h ti. ex. de priuile. cùm olim. h 1. Vbi autem instrumentum perditum est, potest quis probare intentionem suam per testes, nisi in casibus, in quibus non fit probatio per testes, quos habes s. uersicu. sed si. Vber. de Bob. dixit quòd instrumenti amissio potest probari per præsumptionem per iuramentum partis perdentis, & per famam, & per causam. ff. quod ui aut clam. semper. C. unde ui. si quando. extra, quod metus causa. cap. fin. 2. quæst. 1. in primis. extra, de proba. §. fi. Quod si iudex ignoranter perdidit, ualebit processus. ff. de offic. præ. si fortè. ff. de procur. l. si procuratorem. quod non puto: ne id iudex quandoque procuraret in fraudem, ex qua non debet commodum reportare. C. de rebus credi. l. fin. extra, de rescript. sedes. extra, ut eccle. bene. c. unico. nisi tenor rescripti alio modo probetur. quod dic ut in præ. c. cùm olim. & extra, de offic. deleg. cùm in iure. Quid si legatus perdit literas suæ legationis? de hoc suprà, de legato. §. superest. uersicu. sed quid
21 si. † Quid si habet sigillum Imperatoris, uel bullam papæ: nunquid ei credetur? Quidam dicunt quòd sic. Tu dic contra: quilibet enim eum posset habere, & dicere: hoc iubet Imperator, uel papa: & ignoraretur quid ipsi uellent. vbi autem perditur per dolum partis iudicis commissio, si quidem iurisdictio erat approbata: puta per lit. contest. non habet necesse

exhibere

exhibere originale. Et adde hoc quod not. j. de te-
ste. §. satis. in fi. & C. de fide instrum. sicut in quo j
22 † Sed quis potest facere tabelliones? Respon. In-
i noc. papa not. ex. de fi. instrum. c. penul. [i] quòd nul
lus nisi papa, uel Imperator: ut supra de procu. §.
ratione autem. uer. item quòd sunt factæ. Nisi con
suetudo, uel priuilegium speciale ab eis conces-
sum aliud inducat. arg. C. de emanci. l. 1. & fi. ex.
de exces. præla. accedentibus. ad fi. ex. de fi. instru.
cum dilectus. quamuis tamen consuetudo conce-
dat alicui tales facere, hi possunt dici notarij: quia
in notas redigunt acta coram eis, uel tabelliones,
qui in talibus, scribunt: non tamen habent pote-
statem & officium publicum, quod tabellionibus,
à legibus, & iure scripto datur. Sed tantum illud,
& in tantum habent, quod & in quantum consue-
tudo concedit. Reges autem, qui habent supre-
mum, & merum imperium, bene possunt eos face-
re. ex. qui fi. sint legi. per uenerabilem. sed nullus
alius subditus ecclesiæ, uel Imperio põt eos face-
re: nec etiam statuere, uel nudo pacto se obligare:
quod credatur instrumentis alicuius personæ pri-
uatæ. Dominus meus not. ibidem, quòd sicut uni
uersitas potest ordinarium facere: sicut & is, qui
eam regit, potest tabellionẽ facere. Idem not. in
Summa, eo. tit. §. quibus instrumentis. in princip.
quòd Comites, & prælati hoc possunt in terris suæ
iurisdictionis. arg. in authen. de tabellio. §. pen.
col. 4. 10. q. 1. regẽda. Idẽ not. in Summa ne clerici
uel mo. §. quæ sunt sub. §. clericis. uer. quid igitur.
k [k] † Et nota quòd tabellio ab Imperatore, uel pa-
23 pa, uel ab eo, cui hoc speciali priuilegio indultum
est, ordinatus, potest ubique, & in Francia, uel An-
glia, seu Hispania, non solum in terris eis speciali-
ter subiectis suo officio uti, & instrumenta confi-
cere. arg. 9. q. 3. cuncta. & c. per principem. ff. ad l.
Rhod. de ia. deprecatio. 7. q. 1. in apibus. ex. de con-
sti. c. fi. 11. q. 1. c. oẽs. §. hæc si quis. & c. uolumus.
26. dist. duo sunt. 63. dist. Adrianus. 2. 8. dist. quo iu
re. 22. q. 5. futuram. 23. q. 8. c. si in morte. §. ecce. &
§. conuenior. C. de quadri. præscrip. bene à Zeno-
ne. C. de iudi. rem nõ nouam. circa prin. C. de sum.
trin. l. 1. in prin. & lib. 12. de colon. Palæsti. l. 1. in
prin. ff. ad Trebel. omnibus. C. lib. 12. de eunuch. l.
2. ex. qui fi. sint legit. per uenerabilem. uer. insu-
per. non sic est in alijs: ut j. uer. quid de his. dum-
modo priuilegium generale sit: secus si speciale:
per quod uidelicet possit is, cui conceditur in cer-
24 tis locis errare. † Et scias quòd tabellionatus of-
ficium non datur à natura, sed confertur: non om
nibus, sed à paucis: puta à Principe, uel ab eo, cui
ipse concesserit: non cunctis, sed quibusdã: ut C.
lib. 10. de tab. l. generali. & per totum titulum. &
in authen. de tabel. & de instrum. cau. per totum.
quod intellige ut prædixi. Ideo si is, qui instrumen
tum confecit, negetur esse publica persona, proba
bitur econuerso publica: nisi id sit notorium: nam
ex quo semel fuit non publica: adhuc præsumitur
non publica, nisi probetur publica. C. de proba. fi-
ne. & uide j. uersi. illud autem. [l] † Quid de his, qui
l
25 sunt ab Episcopo, uel comite, uel uniuersitate,
not. dominus meus in Summa, ne clerici uel mo-
nachi. §. quæ sunt sub §. clericis &. uersi. quid igi-
tur. & sequenti. quòd tabellio simpliciter constitu-
tus ab eo, qui potestatẽ habet constituendi, potest
ubique uti suo officio: sicut & presbyter semel or-
dinatus, potest ubique celebrare, saltem de eius
licentia, ad quem declinat. ex. de clericis peregri-
nis c. 1. sicut & uoluntaria iurisdictio ubique exer
cetur. ff. de officio procon. l. 1. & 2. & ff. de emanci-
pa. l. emancipari. Si autem dicatur sic: Do tibi po-
testatem conficiendi instrumenta intra talem dioe-
m cesim uel prouinciam [m] extra illam positus non
habet exercitium: sicut nec Archiepiscopus extra
prouinciam sibi commissam potest uti pallio. 100.
distinct. contra morem. ex. de usu pallij. capit. pri-
mo, & penul. Ego credo quòd etiam simpliciter
constiturus, intelligitur constitutus intra metas iu
risdictionis constituentis: ut probatur euidenter
n ex. de foro compe. Romana. §. pe. [n] ubi prohibetur
Archiepiscopus mittere suos clericos ad dioeceses
suffraganeorum pro recognoscendis ibi contracti
bus coram eis. Cum enim ibi non sit usus tabellio-
num, illi clerici per Archiepiscopum missi conce-
debant patentes literas super contractibus coram
eis initis: sicut ergo illi non possunt uti illo offi-
cio, quòd succedit in locum tabellionatus extra
iurisdictionem eos mittentis: sic & nec tabellio-
nes hoc poterunt. arg. C. de sum. trini. cunctos. &
ex. de sent. excom. à nobis fuit. & ff. de off. præfe.
urb. l. 1. §. initio eiusdem epistolæ. & l. fi. ff. de iur.
om. iudi. l. fi. ex. de poeni. & remis. quod autem. &
de postula. c. 1. & 6. q. 3. scriptum. de elect. uenera-
bilem. ff. de off. præsi. l. 3. ex. de off. leg. excommu-
nicatis. Ex quibus iuribus uidetur dici posse, quòd
tales non possunt instrumenta conficere ex. iuris-
dictionem eos constituentium. Secus autem est
his, qui sunt à principe ordinati: ut supra uersi. &
nota quòd. Non tamen nego quòd instrumenta in
tra metas illius iurisdictionis confecta, fidem fa-
ciant extra illam inter homines illius iurisdictio-
nis, & alios alibi fortè litigantes: postquam con-
stat ea per tales confecta fuisse. Alij tamen dicunt,
quòd tabellio unius loci, cum sit publica persona,
potest ubique instrumenta conficere: nisi prohi-
beatur ab eo, in cuius iurisdictione conficit: põt
enim prohiberi per illum. Sunt etiam, qui dicunt
quòd tabellio unius loci potest alibi conficere de
partium consensu, saltem expresso, & non erroneo
arg. C. de iurisdi. om. iudi. l. priuatorum. ff. eod. est
receptum. de iudi. l. 2. ex. de fo. compe. si diligenti.
o [o] Sunt etiam, qui distinguunt, & non improbabi-
liter, an fiat alibi instrumentum de re uoluntaria:
ut tunc possint. argum. præd. l. emancipari. & si-
milium. An de re, quæ iurisdictionem respicit
contentiosam: ut de dilationibus, requisitioni-
bus testium, & huiusmodi: ut tunc locum habeat
regula illa ff. de iurisd. om. iudi. l. fi. & de bonis
auto. iudi. poss. cum unus. §. penult. ff. de uerbo. si-
gnifi. pupillus. §. territorium. Alij dicunt in hoc
regionis consuetudini standum. extra, de fide in-
26 strumen. cum dilectus. † Quid si tabellio sit
constitutus ab Episcopo in spiritualibus: nun-
quid ille poterit conficere instrumenta in tem-
poralibus? Dominus meus uidetur not. in præ-
di. §. sub §. clericis. & uersi. quid si nihilominus
& uersi. & breuiter, quòd sic. argum. pro eo. extra,
27 qui fi. sint legi. per uenerabilẽ. Alij contra. † Quid

de constituto à domino temporali in ciuilibus: nunquid poterit in spiritualibus, uel ecclesiasticis conficere instrumenta? Dicit dominus meus ibidem, quòd tabellio ecclesiasticus non debet conficere in ciuilibus: nec secularis in ecclesiasticis: quia istorum conuersatio debet esse discreta. 4. distinct. statuimus. 2. q. 7. laicos. C. de episcop. & cleri. repetita. in authen. de sanctis. episcopis. §. omnibus autem laicis. coll. 9. etiam si constitutus à domino temporali sit clericus secundum eum, ex quo constitutus est à laico. ex. de iudicijs. decernimus. & de arbi. contingit. de rebus ec-
p cle. non alie. cum laicis. & de deci. tua. [p] † Quid er-
28 go si tabellio laicus scribit uota canonicorum in scrutinio electionis? Secundum hoc uidetur quòd electio non teneat, imò secundum Iacobum Bald. propter hoc cassa fuit electio Placentinæ. argum.
q [q] extra de electio. Massana. & Dominus meus in
r hoc concor. [r] Innoc. autem & Hos. [s] & Gof. di-
s cunt contra: quia nec existens in sacris debet esse tabellio: imò debet hoc sibi interdici. extra, ne cler. uel mona. sicut te. Officium enim tabellionatus publicum est: ut C. lib. 10. de tabul. l. generali. Et publica negotia sunt clericis interdicta: ut C. de episco. & cleri. placeat. & lex uetat scribas, seu notarios in alijs officijs militare: ut C. de tabul. l. 1. & hoc puto. Et iura, quæ prohibent laicos interesse electionibus, intelliguntur ne intersint, ut
t colligant, uel disponant, uel præcipiant. [t] † Sed
29 cum dixeris existenti in sacris debere interdici tabellionis officium, saltem in secularibus: quæritur si fiat tabellio, & instrumentum conficiat in illis, an ualeat, argumentum quòd non: 10. dist. c. uides. extra, de dolo & contu. ueritatis. C. de legibus, non dubium. arg. contra: quia fit ab eo, qui iurauit, & alias honestus est. de præ. scri. ad audientiam. & de præsump. illud. Multa enim fieri prohibentur, quæ iam facta tenent. Dicit dominus
u meus in præ. §. sub §. clericis [u] quòd non ualet, si publice & solenniter fuerit eis indictum. secus si occulte, ne homines decipiantur. ff. de offic. præto. Barbarius. ex. de simo. quoniam simoniacæ. ad si. infra de sta. mona. uersi. 27. Ec puto quòd clerici in causa spirituali & ciuili possunt uti tali officio. argum. ex. de probatio. quoniam contra 27. quæst. 2. c. multorum. Alij tamen contra. Quid si tabellio religionem ingreditur, nunquid postea complebit instrumenta? De hoc in præ. uersi. 27. Quid si legat alicui protocolla? De hoc supra §. ostenso. uer. quid si aliquis. Quid si tabellio amisit instrumentum tabellionatus, nec apparent testes, per quos possit probare? Dic ut infra, §. proxi.
30 uersi. quid ergo. † Sed nunquid seruus potest esse tabellio? Dic quòd non, ut C. lib. 10. de tabu. arg. generali. & supra de procu. §. ratione autem. uer. item quòd non sunt. ubi habes de quibusdam alijs personis prohibitis. Quid de liberto? Dic quòd esse potest: ut C. de seruis Reipub. manumit. l. fi. Item decurio non potest esse tabellio, ut C. lib. 10. de decu. uniuersos. licet sit argumentum contra. C. de tabula. l. 2. Pari ratione etiam uidetur quòd nec aduocatus possit esse tabellio, ut no.
x in præ. l. uniuersos [x] & in præ. l. generali. † Quid
31 si instrumentum confectum est à tabellione, qui erat excommunicatus? Responden. uidetur ualere. arg. ex. de hære. excommunicamus. 1. §. credentes. ibi: si tabellio, &c. à contrario sensu, ubi habetur quòd si satisfacere cōtempserit intra annum, ex tunc instrumenta per eum confecta non ualēt: ergo à contrario prius confecta tenent: licet esset excommunicatus ipso iure, ut ibi patet: & in hoc uidetur B. consentire in sua noua additione ibi ad
y meam instantiā posita. [y] Alij dicunt simpliciter quòd instrumentum ab excommunicato cōfectū, non ualet. Pro quibus facit optime 3. q. 4. nullus. ex. de sen. excom. c. nouerit. Tertij, quos dominus meus sequi uidetur, dicunt, & melius ut uidetur, quòd quandiu eius excommunicatio est occulta, ualet instrumentum ab eo confectum: uel etiam si fit manifesta, non tamen probari potest. arg. pro eis ff. de offi. præto. Barbarius. 3. q. 7. c. insanus. §. tria. in princip. uersi. uerum. C. de testa. l. 1. ex. de procura. c. fi. de sent. & re iu. ad probandum. Et de excep. l. pia. §. si uerò post. & seq. Extra de cohabita. cler. & mul. c. uestra. prope finem. Secus si sit notoria: ut ex. de exceptio. exceptionem. de hoc not. secundum Papam. ex. de excep. pia. §. si uerò.
z [z] † Quid si is qui non est notarius publicus, exer-
32 cuit tabellionatus officium: sed postmodum apparet eum notarium non fuisse, nunquid instrumenta per eum confecta publica erunt, & fidem fa-
a cient [a] argum. quòd sic in præ. l. Barbarius. & in præ. §. tria. in prin. & ff. qui & à quibus. l. 1. C. de te stam. l. 1. Dic quòd si habuit priuilegium ab eo, qui potestatem habuit creandi notarios, licet ex post facto appareat eum non posse notarium esse, puta quia seruus est: ut supra uersic. sed nunquid seruus, tunc instrumenta eius ualebunt: ut patet in Barbario, qui fuit à populo electus. & ideo eius sententiæ ualuerunt. Si uerò nullum priuilegiū habuit: tunc communis error non potuit eum facere notarium: ut ex. de cleri. non or. mi. c. 1. & 2. ar. C. de iu. om. iud. priuatorum. ex. de [illegible] compe. si diligenti. ff. rem ra. habe. bonorum. 1. q. 1. cum Paulus. unde non ualent talia instrumenta. ff. de bonis eorum, qui sub tut. uel cura sunt. l. qui neq; C. de sacrosanct. eccle. decernimus. Nec censenda sunt instrumenta publica, sed priuata, quibus nō creduntur, nisi trium testium habeant subscriptio-
33 nem. C. de fide instrum. l. comparationes. † Sed quomodo subuenitur habentibus talia instrumenta? Respond. agant contra illum, & consequenter ad interesse suum per actionem in factum. ff. ad legem Corneliam de falsis. qui sub nomine. Quid si tabellio confecit aliquod instrumentum falsum nunquid instrumentis postea per eum confectis
b credi debet? [b] Et uidetur quòd non. 9. dist. si ad sacras. ex. de hæreticis. fraternitatis. ex. de summa tri. c. 2. ad fi. ff. de eden. si quis ex argentarijs. §. 1. uersi. qui. n. & ff. quod quisque iur. l. pen. §. illud. Ex quo. n. semel male fecit, postea præsumitur male facere. ff. de re milit. l. 3. §. is, qui. a. & l. non oēs. §. à barbaris. Ad idem ex. de pig. illo uos. in fi. & ff. de suspe. tuto. tutor quoque. §. nunc uidcamus. & §. si aut ipse. & §. si curator. & uidetur expressum C. lib. 10. de suscep. & arca. si aliquid argum. contra ff. de iud. l. per minorem. Nam qui semel male iudicauerit non prohibetur iterum iudicare. C. de accu. l. 4.

accu.l.4. Et idem uidetur in teste.ff. de his, qui not. infa. Lucius. Dic quòd donec fuerit priuatus, uel interdictus uti officio per sententiam, ualent instrumenta per illum postea confecta. ff. de dona. post contractum. & uide infrà uer. proxi. & infra
c §.instrumentum. uersi. quid si aliquod. c † Quid
34 si confectum instrumentum ab hæretico sit? Respond. dico quòd non ualet, si confectum est postquam fuit de hæresi condemnatus: secus si ante, dum ut catholicus agebat, & contrahebat. argum. in præ. §. credentes in uerbo, ex tunc, &c. & in præ. l. Barbarius. & ff. de dona post contractum. C. de hære. l. Manichæos. ibi: cuiquã conuicto, &c. & in prædi. §. tria. & in præ. decre. nestra. & 8. q. 4. nomine. ff. quod cum fal. tuto. auto. l. 1. §. fi. ff. de mino. l. ait §. præmittitur. ff. de supel. leg. l. 1. in fi. & l. 3. §. fi. C. de test. l. 1. ff. eod. ad testium. §. conditio. Arg. contra, quòd etiam prius confectum non ualeat: si tamen confectum est postquam tabellio in hæresim inciderit. in præ. §. credentes. in uerbo, nec ad publicam. & C. de hær. l. fi. & l. iubemus de pœ. dist. 1. nemo. & ex. de Iudæis. cum sit. & c. ex speciali. & C. ad leg. Iul. maie. quisquis. uersus fi. uer. dotes. ex. de hæreti. fraternitatis. cum suis concor. Prius dictum plerique sapientes à me consulti approbauerunt. arg. eius, quòd not. in prædi. c. exceptionem. & secundum Papam in præ. c. fraternitatis. & ne côtrahentes hoc ignorantes decipiantur. Alij uerò contra in odium tanti criminis: &
35 iura sic persequuntur. † Quid si tabellio perdit officium ex aliqua causa: puta, quia scribit in alienatione sacræ rei: ut in authen. de non alie. §.
d ad hæc. uel quia d conficit instrumentum pro hæ
e retico: ut ex. de hæreti. si aduersus. e & similia. Dic quòd instrumenta post per eum confecta teñêt. arg. authen. colla. 4. de tabelli. §. inde. uersi.
f ipsis tamen. f & in præ. l. Barbarius. C. de sent. &
g interloc. om. iudicum. l. 2. secundum g Vinc. & Ac
h cur. arg. contra. C. de sent. pas. l. fi. h † Quid de hoc,
36 quod faciunt quotidie tabelliones? Nam euitantes laborem, faciunt formam instrumenti per aliquem contrahentium ordinari, & ipsi postea scribunt, & in publicam formam redigunt. Certe ui detur quòd possint: ut 12. q. 2. cum redemptor. ibi: scribenda dictauimus, &c. Ipse tamen notarius postea per se diligenter considerabit singula uerba, & quod ei uidebitur, emendabit: melius tamen est, si hoc per se faciat: & ad id tenetur.
37 † Sed quæro sub qua forma fiant seu creentur tabelliones? Respond. in Romana curia hoc modo. Præsentatur nanque summo pontifici aliquis, qui uult fieri notarius: & si eum dominus Papa admisit, mittit eum ad examinatorem super hoc deputatum: qui examinator eum diligenter examinat, tam in grammatica, quàm in scriptura, quã etiam in diuersorum contractuum formis: quem si idoneum reperit, eum pro sufficienti domino Papæ repræsentat: & tunc adest unus diaconus cardinalis, qui illum iurare facit fere omnia illa, quæ continentur infra in tract. libe. in tit. de feu-
i dis. §. quoniam. in fi. Item iurat insuper i quòd ipse fideliter suum officium exercebit, extra de præscrip. ad audientiam quodque contractus fideliter in scriptis rediget pro utraque parte. Et quòd
k cum fuerit requisitus k instrumenta conficiet de his, super quibus rogabitur, quæ ui lerit, & au-
l dierit: l quòd etiam in scripturis iudicialibus nil falsitatis adhibebit: sed ea prout à contrahentibus uel præcipientibus, uel iudicibus iniunctum fuerit, fideliter in scriptis rediget, & publicabit nil addendo, uel minuendo, quod sensum immutet. Item quòd instrumentum non conficiet de aliquo contractu, in quo sciat interuenire uim, uel fraudem. Item quòd contractum in protocollum, seu primam collectionem, seu scripturam rediget, & postquam redegerit, malitiose non differet contra uoluntatem contrahentium, uel eius, cuius est super eo publicum conficere instrumentum. Saluo tamen iusto salario, & consueto. Item quòd si aliquod falsum instrumentum ad eius manus peruenerit: illud destruet, si hoc facere posit absque suo periculo, siue damno. Sed si ista sibi imminere uideret, proferet hoc in notitiam rectoris prouinciæ, seu eius, qui ibi iurisdictionem habebit. Quo facto dominus papa concedit ei potestatem conficiendi instrumenta publica, & contractus audiendi: & de officio tabellionatus eum inuestiet per calami & pugillaris traditionem dicens: Accipe potestatem condendi chartas publicas, secundum iurã & bonos mores: & literas super officio sub tali forma concedit.

FORMA. Clemens episcopus, &c. tali in minoribus ordinibus constituto, seu laico salutem & apostolicam benedictionem. Ne contractuum memoria deperiret, inuentum est tabellionatus officium, quo contractus legitimi ad cautelam præsentium, & memoriam futurorum manu publica notarentur. Hinc est quòd prædictum officium, ad quod repertus fuisti idoneus, tibi ducimus committendum, ut illud prudenter & fideliter exequaris: & ad te, cum necesse fuerit, recurratur. Nulli ergo omnino hominum, &c.
38 † Porrò sunt nonnulli comites & Barones, maximè in Italia habentes priuilegium ab Imperatore faciendi & creandi tabelliones. Si igitur aliquem tabellionem fecerint: de hoc instrumentũ fiet publicum in hac forma.
m FORMA. m De imperialis plenitudine potestatis, idcirco in egregium uirum talem Comitẽ creandorum tabellionum emanauit potestas, ut eiusdẽ potestatis gratiã imperij refunderet in subiectos: ea propter ex indulto eidẽ super hoc ab Imperiali culmine priuilegio speciali: prout in eo dem euidentius continetur. Idem comes P. publicum & authenticum tabellionẽ creauit, & fecit, ipsumque flexis genibus deuote suscipientem, de tabellionatus officio publice exercendo, tam in instrumentis, & ultimis uoluntatibus, & quibuscunque iudiciorum actibus authentice conscribendis, quàm in oĩbus & singulis, quæ ad dictum spectant officium, per omnes terras & loca, quæ Romanum profitentur Imperium, peragendis: cum
n pennæ, & calami n traditione solenniter, & legitime inuestiuit. Qui P. ipsi domino Comiti uice & nomine Imperij Romani recipiẽdi corporale præstitit fidelitatis debitæ sacramentũ, iurans ad sancta Dei Euangelia: quòd instrumẽta tam publica,

qu int priuata, ultimasque uoluntates, & quæcun-
que iudiciorum acta, & generaliter oĩa & singula,
quæ sibi ex officij debito facienda occurrerent,
seu scribenda iuste, pure, fideliter omni simulatio-
ne, machinatione, falsitate, & dolo remoto, scri-
bet scripturas illas, quas in publicam formam
debuerit redigere in membranis, & non in chartis
abrasis, uel de papyro fideliter conscribendo: nec
non suĩas & dicta testium, donec publicata fuerint
& aperta, sub secreto fideliter retinebit, & oĩa fide
liter, & recte faciet, quæ ad ipsum pertinebunt. ex.
de confir. uti. uel inuti. cum dilecta. Ex præmissis
ergo satis possunt instrui episcopi & barones pote
statem creandi tabelliones habentes, sub qua for-
39 ma eos create debebunt. † Illud autem notandũ
est, quòd licet in aliquo instrumento dicatur. Ego
talis Imperiali, uel papali, uel tali autoritate nota
rius: non constat tamen ex hoc quòd ille sit nota-
rius: imò põt obijci cõtra instrumentũ, quòd non
est confectũ à notario publico. C. de fide instrum.
iudices. ibi: qui prolatis instrumentis, &c. & in
his, quæ not. s. de procu. §. ratione quoque constit.
o in fi. [o] Non .n. nascitur quis tabellio, imò fit. Si-
mile de consecra. dist. 2. panis & calix. & duobus c.
seq. & debet fieri a prædictis, uel ab alijs, quibus
ipsi hoc commiserint: ut not. C. de tabn. l. fi. & s.
uer. & scias. Qualiter ergo se probabit tabellionẽ?
Nam si per instrumentũ tabellionatus, oportebit
quòd ẽt probetur qualiter is, qui illud confecit, sit
tabellio, & sic res in infinitũ abibit: quod tamen
p uitandũ est. ex. de præscrip. cũ in multis. [p] Debet
ergo sic talis probatio fieri. Probabit .n. quòd pu-
blica fama, & cõmunis opinio est, illũ esse publicũ
notarium, & quòd publice conficit instrumẽta in
singulis contractibus: & quòd instrumenta ab eo
confecta pro publicis habentur in tali ciuitate uel
diœcesi: & quòd exercet officiũ tabellionatus, &
tanquã tabellio fungitur publicis muneribus. ff.
ad mu. l. 3. in prin. & ff. de offi. præto. Barbarius. 3.
q. 7. c. infamis. §. tria. C. qui, & aduersus quos. l. 1.
ff. ad mani. l. fi. §. fi. j. §. instrumentũ. uer. quid ergo
si. & iunge quod not. s. de proba. §. 1. uer. & nota
quòd. & uersi. uerum licet. Nec sufficit ostendere
tantũ duo instrumẽta per eum confecta: imò tot
debent apparere, quòd euidenter appareat eum
commune officiũ pro oĩbus gerere. Sed & per in-
strumentũ probari põt, aliquẽ fuisse tabellionẽ se-
cundum Innoc. quartum. quod dic, secundũ eum,
q ut not. ex. de fide instrum. c. 1. [q] † Illud ẽt nota ꝙ
40 tabellio multas habet appellationes. quod dic ut
legitur & nota. C. lib. 10. de tabularijs. super Rubri
r ca, & l. 1. [r] † Sed nunquid tabellio debet scire iu-
41 ra? Videtur quòd sic: ne illicitos contractus ce-
lebrans puniatur: ut C. de sacrosan. eccle. iube-
mus. §. his tabellionibus. & C. lib. 11. ut nemo ad
s suum patroc. l. 1. & l. 4. C. de eunuch. l. fi. [s] In sum-
ma not. quòd licet instrumentũ plura contineat:
tamen tabellio, qui dicit se his interfuisse, intelli-
gitur dicere solũ de his, quæ eodẽ loco & die acta
sunt, secundũ Innoc. quartũ: ut not. ex. de proba.
quoniam contra. ibi: & personas, & omnia, &c.
t [t] † Hinc est quòd iudex si in sua narrat sententia,
42 qualiter in causa, in qua pronunciat, lis fuit con-
testata iuratũ est de calumnia, testes recepti, par-
tium confessiones factæ, eos, uel procuratores af-
fuisse, & similia: non tamen hæc probantur per in
strumentũ sententiæ: quia hæc narratio est. Nõ .n.
fuerunt acta die & loco, quibus instrumentum ip-
sum factum fuit. Solum ergo per illud probatur
sententiæ prolatio, quæ eisdẽ die & loco prolata
fuit, quo rogatum fuit: ut s. §. breuiter. uer. sed in
sententijs. & arg. ex. de præscrip. auditis. Imò ẽt se
cundum eum, si diceret tabellio, die, & loco tali
fuit lis contestata, & confessiones factæ, & iura-
tum, & c. non ualet super his, ut instrumentum:
sed quantum ad hoc sunt literæ testimoniales:
u [u] quia non super his principaliter confecit instru
mentum: sed incidenter ea narrat. unde oportet
de illis per acta causæ, uel aliter doce ut in præ. c.
quoniã contra. & ex. de fide instru. c. 2. C. de eden.
authen. si quis in aliquo. arg. tamen contra, ꝙ scri-
ptura fidẽ facit ẽt de eo capitulo, super quo princi
x paliter nõ est facta. ex. de censi. cum olim [x] ad fi.
C. de contrahen. stipul. optimam. C. de iure delibe.
y l. cum aliquis. [y] Dic igitur ꝙ aut in instrumento
sententiæ fit mentio de prædictis, aut non. Si quidẽ
fit: nõ auditur illa negans, & eius executionẽ ob
hoc impediens: nisi contrarium probet. Nam pro
ea præsumitur: ex quo ab ea ex causis huiusmodi
non appellauit: ut ex. de renun. in præsentia. cum
suis si. Sed si uelit eam ex hoc dicere nullã, proba-
re tenetur. ex. de procu. in præsentia. ad finem. C.
eo. licet. Si quæris quo negãs, probare cogitur con
tra illud. C. de proba. l. actor. quæ est 6. q. ult. ex. de
elect. bonæ. 1. respond. hoc operatur præsumptio,
quæ surgit contra eum: & pro snia, quia nõ appel-
lauit. ff. de proba. cum de indebito. C. de dona. in-
ter ui. & uxo. l. etiam. ex. de proba. post cessionem,
ut ec. bene. c. unico. prope prin. 3. q. 9. indicas. Si
aũt de his nulla fit mentio in instrumẽto sententiæ
dicunt quidã simpliciter ꝙ non incumbit sibi pro-
batio, sed uictori. præsertim si negentur substan-
tiales solennitates, de quibus dixi s. in prin. huius
z secundi libri. [z] Alias nõ tolerabitur sua sententia,
nisi eam doceat rite latam: ut in authen. col. 5. de
his, qui ingr. ad app. §. illud. Sed lex illa loquitur
in causa appellationis. unde uidetur dici posse ꝙ
siue fiat mentio, siue non, ex quo fuit appellatum,
sed iam in rem trãsiit iudicatã, & prima facie non
apparet falsa, uel uitiata, stabitur: nisi probetur
aliquid omissum, qđ eam reddat nullã uel falsam.
quæ prosequere secundũ papam, ut not. in præ. c.
a cum in iure [a] & j. de snia. §. ut autẽ. uer. & not. se-
43 cundum. & §. iuxta. uersi. sed quid si. † Quid si in
aliquo instrumẽto continetur, ꝙ A. promisit solue
re decẽ B. quæ sibi debebat ex causa uẽditionis eu-
iusdam equi, prout continetur in instrumẽto scri-
pto manu talis notarij, uiso & lecto à me notario:
nunquid ualet, si primæum & originale nõ osten-
ditur? Dixit Lanfrancus quòd non: ut C. de eden
auth. si quis in aliquo. ex. de fide instrum. c. 1. & ff.
eo. quicunque. Prædicta .n. auth. indist. nec loqui-
tur. unde nõ est recedendum à uerbis eius. ff. de
b leg. 3. non aliter. Sed Vber. [b] dixit ualere arg. C.
de falsa cã adie. l. 5. & l. fi. Instit. de lege fusia cani.
ff. de pac. l. tale pactum. ff. de duob. reis. l. eandem.
Nec hoc dicitur exemplum, sed originale nouum
per se. Et quotidie uidemus talia fieri instrumen-
ta:

ta: quod spectandum est. ff. si cer. peta. l. certi. §. si. Item quod si in aliquo instrumento dicitur, A. filius B. promittit P. decem, nec adiecit quondã, cum tamen B. mortuus sit? Dic quòd propter hoc instrumentum non erit falsum, uel uitiosum: ut ff. c si cer. pe. l. eius, qui. c & no. in actis iudicialibus sufficeret quòd cum die inueniatur hoc modo. Talis libellum die tali coram tali obtulit tali: & talis est litem contestatus, & iurauit, & positionibus respondit: & consuluit, & renunciauit, & huiusmodi: & de his actis creditur sine testium subscriptione: ut supra. §. proxi. uersi. sed cum in litteris. & cautè facit iudex, qui in sententiarum prolatione facit de singulis mentionem. Sed & secundum quosdam aliter si tabellio scribit sententiam & alius acta, præcipiet iudex illa acta subscribi à notario, & eorum publicationi suam præbebit autoritatem: ut in præ. §. iuxta. uersi. si autem sententia. Si autem id. m utrunque scribit, ille idem acta subscribet sententiæ absque qualibet publicationis solennitate.

ADDITIO.

a *Quanta. An per instrumentum probetur crimen, uide quæstio. super regula. semel malus. lib. 6. & uide infra. sed si aliq. ante finem.*

b *Secundum Papam. Vt scripsit post eum, eo. tit. inter dilectos. super gl. consumptio. Adde ad id quod dicitur de annotatione indictionis quid si aliqua pars indictionis instrumento apposita esset corrosa, an ui iaret instrumentum, si posset legi etiam in ipsa corrosura maxima perspicacia intellectus: uide Bal. in l. 1. in 2. colum. ff. de his quæ in testa. delen.*

c *L. 2. Secundum Tan. ubi supra. uersicu. solum publicis.*

d *Tertiò. Si intendit allegare capitulum, quod incipiat, tertio hoc non est subscripta rub. si uerò allegare intendit decre. tertiam istius tituli, dic ut ibi no. in glo.*

e *Et Ber. in decre. tertio. de proba. in ult. glo. & in decre. cum Ioan. eo. tit. in glo. & ita.*

f *Ioan. Et ibi scripsi in glo. mag. quæ incipit, dixit hic Innocen circa fin glo. ut ibi scripsi. & super glo. & ita teneo cum Inno. instrumentum reprobari posse per duos testes. quod satis efficaciter ibi probo. unde ibi uideas, ubi etiam omnem opinionem inuenies. Et prædicta distinctio Oldof. parum ualet, cum etiam fides inscriptionis testium pendeat ab autoritate notarij ibi intelliges. procederet enim ubi testes scripsissent. Adde ut plenius scripsit Panormi. in dicto cap. cum Ioannes. ut per Alex. consi. 25. 2. libro, Bal. consi. 36. 3. lib.*

g *Et no. Ille uersicu. est ad literam in si. prædi. l. ult. in glo. in decreta. tertio. & uide quod super ea dixi.*

h *Antique. Ratio ibi no. in 3.*

i *Auth. Circa medium. uersi. sed quid si proferatur. de quatuor opinionibus. circa hac mentionem feci extra, eodem titul. c. 1. ad fin. 1. col. Et de his uide Cyn. C. eod. titu. comparationes. in q. pe. & Iacob. de Bel. in auth. eo tit. §. sed & si instrumenta. in fi. Adde Paulum de Castr. in l. si qua per calumniam. C. de episc. & cler.*

k *Quarta. Incipiunt uerba Tanc. ubi suprà. uer. sequitur. quanta. licet multa interponuntur.*
ADDE *quod instrumentum habet uim tot testium, quot ibi sunt inscripti ad substantiam instrumenti: hoc tamen qualiter intelligatur, uide pulchrè per Bal. in l. hæredes palam. in fi. prima colum. ff. de testam.*

l *Pil. Rubr. de testi. sub instrumento. in prin. Idem Gui. de Suzar. super l. si quis decurio. C. de fal. si testes sunt bonæ famæ.*

m *Dominicalis est. 47. & infra. uer. 2. in fi. datur remissio de materia.*

n *In fundo. Et dicit Albe. Gal. cuius fuit iste uersicu. circa medium titu. de testibus. Quod hoc ultimum uersus infra. posuit autor opinionem dicentium illi parti standum, quæ pro reo facit, de re iudica. c. ult. cum concord.*

o *Prout not. Enim directè ad terminos quæstionis: Adde rectè ad terminos. Bald. in dicto consi. 55. 3. lib.*

p *Quidam Albe. Gal. ubi supra. uersicu. sed pone quod unus.*

q *Ecce index. Sed formatur alia quæstio de notario actorum, qui scripsit præconem retulisse se talem citasse: & præco resistit dicens se nec citasse nec retulisse. Cy. ponit q. in l. si quis decurio. in fi. C. de falsis. & tenet cum Iac. de Are. ex qualitate personarum: cùm uterque suggerat hoc dijudicandum. Vnde si tabellio est suspectus ex prius gestis, addito dicto unius testis huic suspicioni sibi nõ credetur: sed duo hæc imperfecta faciunt unum perfectum. C. de testi. sancimus. de proba. rationes. aliàs in dubio stabitur scripturæ. ff. de libe. causa. diui fratres. de legi. tu. legitimos. Adde quæstio. Specu. concor. per Alex. eius consi. 70. 1. lib. & sequitur Inno. in cle. 1. de haret. tamen uide Bald. consi. 55. 3. lib.*

r *Pil. Vbi not. supra dixi: quia hoc dictum continuatur illi, & utrunque recitat Tanc. & etiam quod sequitur de Azone.*

s *Dicit. In summa, eo. tit. §. porro.*

t *Census. Hos solos posuit Tanc. ubi supra.*

Medic

u Medicinalis.§.1.lib.6.

x Inveniantur. Vide quod no.de censi.Rom.lib.6.in glo.no.casum.& quod super ea scripsi,ubi alios casus invenies.

y Tu autem dic. Secundum Tanc.cuius verba trassumit.usque ad finem huius. versi.

z Vel crimen. Hoc non posuit Tancre.de hoc remis. dedi in prin.§.1.

a Habenda est. Idem Vbert. de Bob.super l.in exercendis.

b Honesti. Secundum Tan.

c Iudicijs. Id est, in actibus iudicialibus,quę scripsi hac extra,de probatio.quoniam.in 3.gl.uide quod super ea dixi.

d De hoc in gloss.3. Additio. Adde quod illud dictum Vber de Bobio,quod refert & sequitur Specu. hic,scilicet quod quando aliquod instrumentum fit in publico parlamento, uel coram populo, valet sine appositione testium. dicit esse singulariter notandum Abb.in cap.primo.col.4.versic. adverte tamen.extra,de fide instrum. & And.Sicu.in repe.rub.illo eo.titu.in 24.charta. in 2.col. ubi ipse adducit in simili dictum Ioan. Andr.in addi.Spec.in titu.de assess.§.officium,in prin.vbi dicit assessores electos a populo habere iurisdictionem ordinariam,sed electos à potestate habere delegatum,de quibus ibi latius per eum. Hen.Fer.

e Sancimus. Facit etiam pro.& uide quod ibi not.in glo.ergo à contrario.

f In fi. Hucusque.uer.iste Tanc,ubi supra.ver.pen.

g Secundum Tanc.ubi supra in fine.

h Olim.1.Dixit Tan. sed illi decre.posset congruè respondeti,& hoc est vltimum ver.in titu.puto quòd intellexit Tanc.responsionem fieri per finem decre. ibi quod sine reprehensione, &c.& uide quod ibi not.in prin.ultima glo. & quod super ea dixi, ubi invenies quomodo in probatione tenoris veniunt dies & locus.Adde vt per Bart. in authen.si quis in aliquo.C.de eden.quem sequitur Pau. in c.cùm olim,extra,de privil.Et versi.seq.uide Ange.consi.24.

i C.pe.Cuius uerba plenius,quàm hic, ibi scripsi in glo.secunda.

k Igitur.Hoc dictum Hes.roberatur per l.generali, allegatam infra,ver.secunde. qui vult singulis provincijs,vel ciuitatibus tabularios necessarios ordinari.Cùm ergo princeps non statuerit, per quem, nec expressè sibi hoc retinuerit, rectoribus provinciarum commisisse videtur.ff.de off.praefec.urb.l.1.§.cùm vrbem.extra,de sen.excom.nuper. Item hoc casu non prohibitum, dicitur concessum:iuxta not.extra,de transla.c.2.in glo.argum.quòd non. & licet concessio supremorum officiorum & dignitatum reseruetur principi non commissa: ut in prae.c.& per totum titulum.ff.de off.eius. cui mā. est iurisdictio.l.1.notaria tamen est uile officium. Facit quod de liberto affirmatiuè, & de decurione negatiuè dicitur.infra.ver quid de liberto. Et prętanto dicitur Reipublicae seruus.C.de adoptio.l.2. de vsucis.quanquam.lib.6.Et licet arguere ex nomine: extra,de praeben cum secundum. Inst.de dona.§.est & aliud. Propter quae non est verisimile, quod Princeps hoc vile officium sibi, saltem in provincijs, reseruasset: maximè cùm ad illud etiam gerendum notarij cogantur: ut no.C. ne quis liber actum Reipublicae.l. 1. in vltima glo.lib 11. Item si delinquunt ordinarij eos puniunt,& destituunt.C.de defen.ciui.l.iubemus. & de sacrosan. eccle l.iubemus.§.his tabellionibus. & communiter cui competit destituere, & instituere,& econuerso. extra,de haere. cùm ex iniuncto.in fine. Itē de autoritate iudicum stipulantur. ff rem pupil. sal.fo.l. 2. & notas vnius notarij alteri publicandas committunt; in prae.decre.cùm P.Volens tenere contrarium, hac restringet ad executionem officij, non ad collationem ipsius.Et pro hac parte facit l actuarios. C. lib. 12. de numeratijs, actuarijs &c. ibi: manus sanxerit principalis. & in auth.de tabellio.in fi.versi.si verè tabellio; qui autoritatem habet à nobis diffinitam? Sed responderi potest ad l.quòd loquitur de praeponendo pecunijs recipiendis, in quo cura fortior esse debet. ff.de sol.l.hoc iure. & l.inter artifices. Ad §.respondetur,quòd localis est. sed quia gloss. ibi post prin. super uerbo,in provincijs.hoc improbat, dicentius quòd ibi loquitur non de autoritate creationis: sed de autoritate delegandi,quam ibi proximè concesserat. Adde suo loco uidendum hanc addi. per Oldra.consil.75.incip.quis possit creare notarium.

l Illud autem. Ad intellectum illius,& istius uer. & ver.quid si is,qui non est.& ver. seq.infra.eo. & infra.§.proxi.versi.quid ergo,si tabel.Est sciendū quòd Dominus meus in legibus disputauit quaestionem talem: Produxi instrumentum confectum per eum, qui longo tempore exercuit officium: Reus negat illum tabellionem: queritur Primè,an mihi incumbat onus probandi? Secundò,an sufficiat probare descriptum in matricula notariorū: vel quòd multo tempore tabellionatus gessit officium, Tertio, an his,vel ipsorum altero probatis. sit ille & fuerit tabellio. Quartò,an ualeat instrumentum quod produxit,& alia facta per ipsum: & quid de fiendis. De primo se expedit, quòd actori

nicum-

incumbit probatio: cùm afferat factum, vel solennitatem. C. de proba. actor. ff. de publica. quacunque. Facit ratio huius ver. Nec obstat possessio officij: quia cùm præsumptio sit pro aduersario, etiam possessor probat. C. de probatio. fine. extra. de proba. ex literis. ad finem. De secundo dicit matriculam non probare. Inducit ff. de decu. Herennius. secundum literam, quæ ibi habet, alibi: ut ibi not. & C. de testam. milit. l. scriniarios. Et quia ordinatio, quæ requiritur in tabellione creando. C. de tabul. l. generali. in prin. non probatur per scripturam matriculæ: quæ est scriptura priuata. C. de proba. instrumento. Et dato quòd esset publica: pro quo facit C. de dona. in hac. non probat: quia nil asserit fieri, sed innuit factum esse. allegat ff. de leg. 3. prædij. §. Titio Nam uerus tabellio, cuius nomen solebat esse scriptum in matricula, licet modo ibi non reperiatur, non desinit esse tabellio: nisi ex causa legitima ad id exemptus fuisset. ff. de infami. l. 2. §. ignominiosa. facit 2. q. 1. nomen. & quod ibi no. fatetur quòd solennitas matriculæ, multum operatur, concurrentibus præcedentibus examinatione, & creatione. C. de aduo. diuer. iudi. petitionem. ff. de albo scriben. l. 1. & 2. Et quandoque præcedentia sine illa, non sufficiunt: & tunc esset necessaria. ff. de testa. milit. l. ex eo tempore. quod gessit officium dicit etiam non sufficere, quia id non facit eum tabellionem. Et instat circa l. Barbarius, concludens Barbarium non fuisse liberum: quia nec creans id intendebat ff. de in ius uocan. l. sed si. §. patronum. nec prætorem, nec lex contra dicit. Innuit enim quòd se gessit pro prætore. allegat l. non mutant C. de libera. causa. lib. 10. si seruus ad decu. aspi. l. 1. & 2. Vsurpatio ergo & possessio officij, non facit eum talem. C. de acquir. possess. l. improba. & ubi causa status. l. 1. aliàs se quereretur ridiculum, quòd quisque se facere posset notarium. Et per hoc solutum sit tertium. Ad quartum distinguit, ut in præ. uersi. quid si is. infra. eo. per quod respondetur ad l. Barbarius. & sic etiam ibi distinguit Gui. de Suza. Item sic etiam ad l. 2. C. de senten. & interlo. respondetur: quia ibi de creatione constabat. Per eundem modum respondere poterat ad l. ff. de iure fisci. sed si accepto. ut ibi patet in prima gloss. Ad l. competit. ff. qui & à quibus respondetur ponendo casum, ut ibi dicit glossa. Consentit tamen opinionem Azo. quando de longinquo fertur instrumentum posse tolerari. de qua supra, eodem §. versicu. quid si producitur. Item consentit ei, quod not. de illo, quem constabat tabellionem, sed remotus erat. In authentica de tabellio. ad finem. in glo. hic est argumentum. in fi. quod dictum ponitur infra. uersicu. quid si tabellio perdit. & uide quod ibi dicam. Vltimum autem dicit per prædicta solutum, quòd conficienda non ualent. nam & si propter communē errorem præterita instrumenta ualerent: non sic in futuris, errore comperto. Vnde dicit Barbarium restitutum domino in pristinam conditionem: & fieri debuit per præ. leges libro decimo. & C. de tabu. l. generali. & qui milita. non pos. super seruit. Scire debes quòd Iac. Bal. de materia tractauit in l. sororem. C. de his quibus ut indig. dicens iura, quæ dicunt stari instrumento: quod apparet non uitiatum, non cancellatum, &c. not. supra. eodem. §. in prin. non procedere quando negatur instrumentum, aliàs ei statur. Sed si apparet contradictor: tunc suo ordine causa agitari debebit: nec sibi credetur dicenti, uel scribenti se notarium. Allegat in authenti. de hæred. & fal. §. si verò absunt. & C. de decuri. l. 1. lib. 12.

ADDE quod Alex. consi. 138. 1. lib. per omnia uidetur sequi hanc additio. Bal. tamen quo ad primū consi. 319. incipiente, quia plenissimè. dicit quòd aut ipse tabellio petit aliquem actum, tanquā existens tabellio: & debet probare de titulo: ut ff. de decurio. l. Herennius. & l. secunda. si seruus ad decurio. aspi libro decimo. & C. de fid. instr. l. si non solennibus Aut de officio est quæstio inter alios, & sua possessio est longa: sufficit. secus si recens, ut dicitur in simili per Cynum & Iacobum Butr. in l. si qua per calumniam. & subdit dicens quòd etiam si possessio est recens, & aliquas scripturas fecisset in iudicio: faceret eum præsumi tabellionē, ex quo à iudice eius persona est approbata ar. ff. quod fal. tuto. l. 1. §. idem Pomponius. Item si est bonæ famæ, & multos contractus fecit, & publicè reputatus est, dicit ipse, iudex debet super hoc arbitrari ex consecturis, & indicijs, quæ sufficiunt, ubi clare probationes haberi non possunt: ut ff. de re mili. non omnes. §. à Barbaris. Et quòd sufficiat longa possessio, tenet eius consi. 329. eo. 1. lib. Pet. de Ancha. consi. 214. Et quòd per matriculam probetur quis notarius noluit Ang. consi. 160.

m Prouinciam. Vel faciens tabellionem habet potestatem faciendi intra certos limites.

n §. pen. Lib. 6. Adde quòd notarius creatus ab alio, quàm à papa, uel ab Imperatore non possit conficere instrumenta, nisi in diœcesi. seu in prouincia constituentis, tenet etiam Rota in nouiss. decisi. ubi sequitur opinionem autoris hic, decisio. 291.

a Si diligenti. Gul. de Cu. resistit huic dicto in l. repetita. C. de episc. & cleri. per ipsam. l. & per l. consulta diualia. C. de testam. Bene facit C. lib. 12. de officio procon. & leg. l. 1. Item notarius nititur autoritate creantis. in auth. colla, 4. de tabellio. circa medium. Non poterit ergo. quod ille non possit ff. de regul. iur. nemo plus. Inducit. l. 3. §. si. tutor. ff. iud. sol. ff. de admi. tuto. l. si duo. & in authen. de admini. offi. §. prime. collat. 3. & quod no. C. lib. 12. de prox. sacro. scri. in hac parte. in ult. gloss. Item punitur, qui excedit metas officij commissi sibi. C. lib. 10. de decu. utrum. & C. lib. 12. de num. & actua. l. in prouincijs. & in ea. l. de excep. l. 2. & C. de dona. l. secundum diui. Iura contraria hic allegata in iurisdictione loquuntur: quae prorogari potest: istud uero est nudum officium, ut in praed. l. consulta. & patet extra, ne cleri. uel mo. sicut te. Vnde coram ipso adoptio fieri non potuisset. C. de apod. l. adop. Nota ad idem C. de iure fisci. l. 2.

ADDE his vltimis verbis Oldra. consi. 253 ubi ponit, an insinuatio possit fieri coram non suo iudice.

p Dec. tua. Ipse Hostien. fatetur in decreta. sicut te. ne clerici uel mona. contrarium de facto seruari. clarius autem opin. suam probat: ut ibi scripsi in fine secundae glo.

q Concord. Vide in summa de elect. §. qualiter. super uerbo, in scriptis redacta.

r Inno. In decr. quia propter. super uerbo, redacta. dicit Innoc. id fieri posse per tabellionem, etiam extraneum. de laice non dicit expresse.

s Autem & Rof. in libel. iur. canonici, super rub. de libel. de forma scrutinij.

t Praecipiant. Vide quod scripsi de elec. quia propter. super gl. per ipsos.

u Clerici. Aliter dixit in apparatu, ut scripsi in praedi. dec. sicut te post principium.

x Vniuersos. Propter minoritatem officij dicit ibi Accur. quòd contrarium seruatur Mediolani. Adde Ang. consi. 283. & Mediolani non sunt procuratores illi de collegio.

y Posita. Hauc non habemus.

z Si uerò. Lib. 6. & no. de sent. excom. decernimus. lib. 6. in vlt glo.

ADDE an ualeant instrumenta excommunicati. Fede. consi. 84. Et an ualeant ab eo condita, qui notarius reputabatur: per eundem consilio 137.

a Faciant. Vide quod dixi supra. uersi. & scias. supra. eo.

Debbet. Quaestio fuit Mar. de Fano. qui idem soluit. & per eandem l. plenius tamen arguit. & haec super l. fi. C. de fi. instru.

c Aliquod. Et uer. item opponit, quòd tabellio.

d Vel quia. Hoc exemplum non fuit Accur. nec Vincen.

e Aduersus. Vide quod ibi dixi super verbo, suspensos, & ne cle. uel mo. sicut te.

f Tamen, Ibi est glo. Accu. & incipit hoc est argumentum.

g Secundum Vincen in decre. cùm quod. eo. tit.

h L. fi. Sic signauit & insolutum dimisit Accur. hoc contrarium, per quod dici potest prius edita ualere, sed edita post, non: per l. si aliquid allegatam supra. uersi. 2. & faciunt ibi dicta. & supra. uer. proximo. & not. ff. de eden. si quis ex argentarijs. §. 1. & argum. C. de transact. si ex falsis. Iac. de Bel. super glo. distinguit, an tabellio officium perdat in genere, & in totum: & procedat quod dixit. Si autem in certa specie tantum: tunc remanet in officio, quo ad alias species. Exemplū: deliquit in officio gabellae, & illo officio priuatus est, ne perpetuò illud exerceat. idem potest exemplificari de loco.

i Insuper. De his capitulis scripsi post Hosti. ne cleri. uel mona sicut te.

K Requisitus. Hic uide quod post Hosti. dixi in prae. c. sicut. de hac requisitione quae ibi ponitur pro primo cap.

l Audiuerit. Nota. quia non sufficit intellexisse, nisi fuerit rogatus. concor. supra. §. 2. uersi. sed pone: eo. tit. & versi. item nunquid. Item nota quòd de quinque sensibus corporis in iuramento exprimuntur duo tantum, visus & auditus: qui duo propriè competunt notario, qui facit instrumentum de alienis actibus. Reliqui autem conueniunt testibus, de quibus, satis suprà de teste. §. nunc tractandum. uersicu. ut autem. & sequentibus. Et tabellio, qui ordinauit rem faciendam, uel gustauit amaram, uel palpauit duram, non potest de hoc facere instrumentum: licet fieri posset de alijs, quòd id dixerant, sed hoc non probaret quòd talis esset, sed quòd tales dixerunt sic esse, hoc capere potuit per auditum. Practicemus: Debebam tibi uas uini dulcis: duco notarium: praesentaui tibi uas vini: tu gustasti, & inuenisti illud amarum. optimè poteris facere fieri instrumentum, quòd recusasti solutionem illius uini, dicens illud amarum: poteris etiam adhibere testes ad gustandum & cognoscendum: sed notarius non poterit scribere, quòd testes senserint illud amarum: sed bene poterit scribere, quòd tales dixerunt illud amarum. De suo autem gustu, non habet facere instrumentum

tum: licet magna esset præsumptio, si adderet se gustasse & sic inuenisse. Facit quod scripsi de proba. quoniam contra. in magna gl. ante fi. uersi. tamen quaæritur. De alienis ergo actibus, qui non cadunt in intellectum notarij, non debet facere instrumenta. & uide quod dixi infra, de accusatione. §. 1. uer. quid si accusatus. Cognitis igitur, quæ requiruntur in notario & testibus, simul decerni debet per notarium & testes, quod natura non concedit in omni sensu corporis: ut patet per superiora. Patet hoc etiam ex eo quia iura noluerunt soli tabellioni credi, sine testium subscriptione, in auth. de hered. & fal. §. si uero absunt. & hoc eo. tit. §. sed si instrumenta. in fin. Testis autem non facit præsentia sola: aliàs dormiens esset testis: sed facit cognitio eius, quod agitur. 3. q. 9. testes. Per prædicta intelligo instrumentum non probarc: & tabellionem, qui id fecisset, fatuè id egisse. per id tamen tabellionem non dico puniendum, quasi falsum scripserit. Cessat enim hic dolus. Sic & sententia iudicis non competentis. & dictum testis extra intentionem non ualet: non tamen proferenti, uel deponenti infligitur pœna proprie sumpta. cùm id iure non caueatur. Vitiatur ergo instrumentum: non quia sit falsum, sed quia fecit extra officium: licet uerum sit quod scripsit. Per præmissa uidetur quòd ad dictum interpretis mediatoris inter duos diuersarum linguarum contrahentes notarius non potest facere instrumentum de contractu: licet possit de uerbis interpretis. Et licet uerè per interpretem inter tales contrahatur lege dicente, siue Græco, siue Hebraico sermone quis loquatur, obligationem contrahi. dummodo alter alterius linguam intelligat, siue per se, siue per interpretem. ff. de uer. oblig. l. 1. in fi. quod uide in rub. de spon. ex literis, infra, super 4. gloss. Quia tamen contractus non cadit in intellectum notarij, uel testium, instrumentum de contractu nō uideo fieri posse. Non obstat lex. ff. de testa. qui testamento. in fi. Ibi enim loquitur de testamento in scriptis: ut ibi not. ubi testis non habet intelligere uerba testamenti: sed satis est quòd intelligat se testem adhibitum testamento. & si non sit intelligens linguam Latinam ad signandum testamentum Latini admittitur. sed secus in nuncupatiuo: ut ibi no. per l. ibi seq. si tamen notarius & testes alterius linguam intelligerent per aliqua signa ad iuncta cum uerbis interpretis posset contractus intelligi, & sic instrumentum formari in terminis: Græcus exposuit librum uel equum uenalem, interpres pro Latino offert certum pretium: finaliter concordant, & latinus sibi pretium numerat, & ille tradit sibi librum uel equum satis per hoc contractus uenditionis apparet. Adde quòd communiter tenetur hæc conclusio in d. §. fi. de respectu ultimæ partis. De qua uide etiam Fede. consi. 133. incipiente, dicit uerum.

m FORMA. Ad literam fuit Rolandini. 5. parte, in fin.

n Et calami. Rolan. dicit calamarij.

o In fi. Vide supra. eo. uersi. quid si producitur.

p In multis. Lib. 6.

q Cap. 1. Vbi scripsi in prima colum. uersicu. quid si negetur.

r L. 1. Et uide quod scripsi de probatio. quoniam cōtra. super uer. publicam.

ADDITIO. Adde ad uersicu. sequen. ibi: sed nunquid, &c. Glo. in l. fin. & ibi Bald. in fi. C de fideiuss. quòd tabelliones non intelligunt clausulas iuris, quas in instrumentis quotidie apponunt: unde eorum simplicitas nocere non debet contrahentibus. Et qualiter puniatur tabellio, qui confecit instrumentum, quod de iure non tenet, uide eundem Bal. in l. 1. C. de sepul. uiola. Hen. Ferran.

s L. fi. Iste uersi fuit Accur. ad literam in l. 3. C. de tabu. lib. 10.

t Omnia, &c. Ibi scripsi super uersicu. quæ occurrerint.

u Testimoniales. Quid circa hoc dicit Host. scripsi in fi. præ. glo.

x Cum olim. Super glo. pe. in fin. & de materia tit. ibi in diuersis glo.

y Aliquis. Vide de priuil. si papa. in princi. & quod ibi nos. in 2. & 3. gloss. & in clemen. de probatio. literis.

z Libri. Solet uocare partem, quod hic dicit librū.

a In iure. Multum memoratur à longe: cùm supra, in hoc §. non sit allegata, nisi in prin. 3. col. uer. 9. & uersi. illud quoque. in fi. & hæc sunt de his, quæ tempus occupant.

b Sed Vber. cuius ad literam fuit hæc additio super authentica, si quis in aliquo. & facit infrà. § fin uersic. 2.

c Eius qui. Poterat hoc omitti, quod plenius ponit infra. §. proxi. uersi. quid si ita. Adde quòd h. c tenet Barto. in l. 1. ff. de oper. noui nuncia. ut refert & sequitur Hippo. per Institu. qui & ex qui. cau. ma. non pos. in princip. in 3. col. post medium.

POSTREMO Restat uidere qualiter scriptura in iudicio producta impugnetur, & qualiter contra eam excipiatur. Super quo notandum est quòd diuersæ scripturæ in
1 iudicio proponuntur. † Quandoque enim produ-
a citur rescriptum apostolicum. a Quandoque instrumentum

strumentum publicum. Quandoque priuata scri-
b ptura. b Quandoque forenses. Quandoque priuilegium, uel confirmatio, uel concessio. Quandoque testamentum. Quandoque instrumentum donationis causa mortis, uel etiam inter uiuos. Quandoque inuentarium. Quid ergo contra quamlibet præmissarum excipi ualet sub compendio perstringamus. Quid ergo contra rescriptum excipi posit, suprà de exhibitione rescripti est rescriptũ.

ADDITIO.

a *Apostolicum. Hoc non prosequitur, sed remittit.*
b *Scriptura. De hoc remittit. in §. satis. & ibi sequentem prosequitur.*

SVMMARIVM.

1 *Publicum instrumentum qualiter impugnetur.*
2 *Tabellio si instrumentum tabellionatus amiserit, nec testes apparent, qui per ipsum instrumentum uiderint ipsum constitui tabellionem: an sufficiat se probare diu officium exercuisse.*
Tabellio nemo præsumitur, nisi probetur.
3 *Instrumentum ualidum plura necessariò debet continere.*
4 *Instrumentum, in quo non continetur dies, uel consul, an sit ualidum.*
5 *Locus contractus in instrumento non insertus, instrumentum reddit nullum, quare etiam testis interrogandus erit de loco.*
6 *Tabellio conficiens instrumentum sine die, loco, & consule, an poterit illud reficere, & omissa apponere.*
7 *Publicum instrumentum si fuerit aliquo modo imperfectum, an posit refermari.*
8 *Tabellio in notula seu protocollo diem apponens, postea autem instrumentum conficiat sine die, an uideatur dies in utroque repetitus.*
9 *Instrumentum dicitur uitiosum, si quid ex necessarys omittatur.*
10 *Instrumento in aliqua parte sui existente uitiposo, an totum dicatur uitiosum & falsum.*
11 *Instrumentum uires sumit ex fide tabellionis.*
Periurus in uno, non est credendus in alio.
12 *Notario formam contractus sub compendio in protocollo, seu abbreuiatura ponente, an posit in publico instrumento ampliari.*
13 *Tabellio quomodo, & quando posit instrumento addere uel minuere.*
14 *Instrumento perdito, an posit aliud in noua forma refici?*
15 *Instrumentum per suspectum notarium confectum, an sit ualidum.*
16 *Instrumenta tanto sunt cautiora quantò plura sunt in chartis signa.*
17 *Productis diuersis, & à diuersis, cui productioni standum sit.*
18 *Instrumentum, in quo filius talis expresse continetur, an si non superstit pater, sit instrumentũ uitiosum.*
19 *Testis in instrumento inscriptus, si sit excommunicatus, an reddat instrumentum nullum.*
20 *Alieno sigillo nemo debet sigillare, si proprium habet.*
21 *Instrumentum scriptum in papyro, an sit reprobandum.*
Versus Ioan. de Deo de mala consuetudine.
22 *Publica persona de falso accusata, & conuicta: ex tunc instrumenta, & dicta eius robore, & ualitudine carebunt.*
23 *Nemo melius confiteri potest, quàm propria manu scribendo.*
24 *Confessio in scriptis facta, præiudicat.*
25 *Iudex an posit instrumentum falsum coram se exhibitum comburere.*
26 *Instrumentũ nõ debet scribi per notas aut signa.*
27 *Filio instrumentum faciente de pecunia patris, an sit credendum.*
Instrumentum conficiens in negotio proprio, non est credendus.
28 *Testatore legante aliquid tabellioni conficienti testamentum nuncupatiuum, an ipse tabellio poterit sibi illud adscribere.*
29 *Testator an posit communiter legare omnibus testibus, in testamento conscriptis.*
30 *Legatum testibus in testamento conscriptis, qualiter, & per quos sit probandum.*
31 *Legatus an posit esse testis.*
32 *Dicens instrumentum esse falsum in modum exceptionis, an postmodum poterit accusare de falso.*
33 *Producens instrumentum licet non posit contra illud de falso dicere: potest tamen dicere illud contra se non facere.*

INSTRVMENTVM ergo publicum
a qualiter impugnetur, breuiter uideamus: a Primò igitur qualiscunque scriptura sit, uide & perlege diligenter totum eius tenorem. Alioquin non poteris eam bene arguere, seu etiã impugnare. ex. de fid. instru. accepimus. ff. de legi-
1 bus. inciuile. 29. dist. c. 1. in fi. † Et uide quis contraxit, quis stipulatus est, & quid, & cui, & an sibi uel alij, & an sit talis, qui hoc potuerit, & an qui contraxit, agat, uel conueniatur, uel alius: circa quæ uide C. si quis alteri uel sibi. per totum. ff. de consti. pecu. cum, qui. §. 3. ff. de uerb. ob. stipulatio ista.

ista.§.alteri.ff.de reg.iur.,qui tutor. in fi. Insti. de inuti.stip.§.alteri.Si igitur alius agat, uel conuenitur, quàm qui contraxit: uide si hæres sit contrahentis. Super quo uide C. de hære. ac. per totum.ff.depositi.hominem. in prin.ff.de act. & ob. ex contractibus. Si autem agens non sit contrahens, nec hæres contrahentis: uide an contrahens sit filius legitimus litigantis, qui uult habere emolumentum ex instrumento.ff.de uerb. obli. filius. & l. quod dicitur. insti. per quas personas nob. acqui.2.q.6.biduum.uer. palam.uel seruus eius ff.de acqui.re.do.etiam.ff.de uerb.oblig.seruus eius.ff. de stipu.seruorum.per totum. uel nuncius: & talis, per quem poterit negotium explicari. ff. de pac.l.Labeo.ff. de. consti. pec. qualiter. in fi. & l. seq.ff.mandati.l. 1.ff.pro socio.l.quinta.ff.de contra.& commi.stip.l. 1. ff.de sponsalibus. l. 1. & 2. C.de inuti. stipu. ut inter absentes. Item uide si agens sit tutor, uel curator, uel administrator. ff. quod cuiusque.uniuersi.no.l.fin.ff.de consti.pecu. cum qui.§.pen.ff.de admi.tut. quoties. in princi. ff.quando ex facto tuto. l. 2. C.arbit. tut. per totum.ff.de euict.illud. §. uult. uel procurator, uel syndicus, uel institor habita distinctione, utrum sit soluendo,uel non.ff.de procu.si procurator. ff. de exercit.act.l.1. & per totum. ff. de insti.actio.l. 1.& 2.& per totum ff. de actio. empt. Iulianus.§. si procurator. His autem consideratis opponac contra instrumentum multipliciter. Et primò quòd de ipsius instrumenti fide hæsitatur: ut si dicatur quòd si tabellio in scriptis id non scripsit super quo ipse idem,si uiuit, testificabitur, & recognoscet suam scripturam, & testificabitur. ff. quemadmo. testa.aperi. sed si quis. C. ad l. Corne.
b de falsis. si quis decurio. in fin. [b] §. uersicul. item opponitur quod non est:uel si discesserit, fiet comparatio literæ cum alijs instrumentis: quæ idem tabellio facit. in auth. de fide instru. in prin. & §. in his uerò.& §. qui nota. & §. si uerò nullus. extra,de priuileg.cùm olim. 2. & de excep. cùm uenerabilis. de qua comparatione dic plenè ut nota. in Summa domini mei in titul.de fid.instrumen. §. ex quibus. & §. à quo. & §. quis sit effectus. in authenti.de instrument.cau.& fide.§. si uerò moriantur. Item quòd tabellio non fuit constitutus ab eo, qui constituere potest, uel eo modo, quo debet:ut supra.§.restat.uersicul. sed quis potest.& sequen. uel quòd aliter se habet quàm fuerit scriptum. §. uersicul. item opponitur quòd res, quas oppones me offero probaturum. Hoc probatur extra, de fide instr. cum Ioannes. de elec. cùm inter R. Instrumento enim sic in dubio reuocato, non statur ei. Sic intellige ex. de elec. scriptum.
2 † Quid ergo si tabellio amisit instrumentum tabellionatus:nec apparent testes, qui per ipsum instrumentum uiderunt eum constitui tabellionem: nunquid sufficit probare se diu hoc officium exercuisse, ad hoc ut possit exercere, & ad hoc quòd instrumentis eius fides adhibeatur tanquam pu-
c blicis. Do.meus [c] quòd sic, arg.ex. de fide instru. cùm dilectus. & de re iud. ad probandum. ff. ad Maced.l. 3. ff. de iur. fi. diuus. ff. de offi. prætor. Barbarius. C. de test. l. 1. ueruntamen si quæstio est de quasi possessione officij, potest allegari contra huiusmodi, quasi possessionem officij. ff. de rebus eorum, qui sub tut. uel cur. l. qui neque. in prin. Non enim præsumitur quis tabellio, nisi pro
d betur:ut supra.§.restat.uersic.& scias. [d] & uersi. illud autem. Item obijcitur quòd est aliàs qualitercunque falsum.C.eod.l.2.& 3. ex. eo. inter dilectos.præstito prius iuramento:ut supra.§.uiden
3 dum. uersic. facienda. † Quid si iudex instrumentum falsum pronunciat esse uerum. De hoc supra. de rescrip.præsentatio.§.1.in fine. Item quòd non est ibi inscriptus annus Domini, uel nomen Imperatoris,uel annus imperij,uel consul, uel potestas illius anni, uel quòd deest mensis, uel dies,
e uel indictio. [e] Hæc enim omnia sunt de iure ponenda: & in literis papæ nomen eius, & annus sui pontificatus, & mensis, & dies debent poni. Hæc probantur in authen. ut nomen.Impe. præpo.docu.§.1.& 2.colla.5.& in auth.qui.mod.na.ef.legi. §.in maioribus ita.colla.6.C.de apoch.publi.l. 1. lib.10.in auth.de exhib.& intro.reis.§. sancimus. ex.de fide instrum. inter dilectos.sed contra. ex. de procurato. tuæ. 25.q. 2. si quar.23. distinct. in nomine. in princip.ff. quemadmo. te.aper. l. 2. §. diem. ex. de relig. do. cùm uenerabilis. supra. §.
4 breuiter. in auth. eod. §. penulti. † Quid ergo si dies, uel consul non continentur in instrumento?
f [f] Et uidetur quòd non ualet: ut in prædic. concordan.& C.de diuer.rescrip.si qua. quæ est 25.q. 2.arg.contra C.de nouo C. compo.§.& si quæ earum. & ff. de uentre inspic. l. 1. C. de episcop. & cler.nulli.§. cùm autem. C. de Iusti. Cod. confir. §.hunc igitur.uersic.nullaq; dubitatione.Respondeo,dicitur communiter non ualere:ut ff.de aqua plu.arcen.l.1. §. antepen. Alij distinguunt, an sit tale factum,quod debeat fieri in scriptis. quod dic ut supra.§.restat.uersicu.sed si alij,an non. In primo casu non ualet: ut C. de fide instrum. contractus.In secundo sic:ut ff.eod.l.pe.& ff.de pig.con-
5 trahitur. † Quid si locus contractus, uel ubi instrumentum conficitur, non sit appositus in instrumento? Videtur quòd non ualet.ex. de probationibus. quoniam contra. 2. quæst. ulti. libellorum.
g [g] C.de contrahen.& com.stipu. optimam.in
h fi.ubi de hoc. [h] Potest enim esse quòd is, qui confecit, non habuit potestatem conficiendi in loco ipso:ut supra.§.prox.uersic.& nota quòd tabellio. & uersic. quid de his. nam & testis de loco interrogatur.ex.de testi.cùm causam.& 3.quæst. 9. nihilominus.cùm hæc duo genera probationis, scilicet per testes, & instrumenta. sint similia. C. de fide instrumen.l.in exercendis.ex.de testi.cogen. peruenit. 1.ergo idem ius erit.arg. 1. quæ.1. quod quidam. de rescriptis. inter cæteras. Idem etiam dici potest in literis domini papæ. Alij dicunt locum instrumentis, de consuetudine solùm appo-
6 nendum. cùm id nullo sit iure cautum. † Sed nunquid confecto instrumento sine die, & consule, uel loco, poterit iterum tabellio reficere, & ea
i apponere, si bene recordetur? [i] Arg. quòd sic ex. de sacra.non ite.c.1. arg. ff. de uerborum oblig. l. 1.circa princip. quia & creditur de his,quæ gessit: ut C.ad legem Cornel.de fals.si quis decurio. ff.de adulte. accusaturus. Distingue an incontinenti, seu ex modico interuallo fiat:& tunc ualet instrumentum,

mentum. An post magnum interuallum, & tunc
non: in auihen. de æqualit. dot. §. aliud. ff. de uerb.
oblig. l. 1. circa princip. secundum Alber. Papi. &
ex. de elec. officij. ex. de test. cog. præterea. Alij di-
cunt, quòd nullo modo potest, etiam incontinen-
ti, postquam facta est copia parti, cùm functus sit
officio suo. ff. de re iudi. iudex. ex. de offic. deleg.
in literis. & in prædic. §. aliud. nec enim soli tabel-
lioni creditur: ut in authenti. de hæredit. & falcid.
k §. si uerò. sicut nec soli arbitro. ff. de arbitris. [k] ne
in arbitris. quia ab initio factum in totum sine su-
spicione est: quod uerò postea, suspicione non ca-
ret. in authenti. coll. 7. de æquali. do. §. & ne con-
7 tingat. imò etiam dicunt plus. † Quòd si publi-
cum instrumentum confectum est, & aliquid igno
ranter, uel alio modo omissum sit, tabellio non
poterit àmodo etiam partibus consentientibus il-
lud addere, propter præd. auth. & ff. de rei uendic.
in fundo. & uide ff. ad Vellei. Seia mancipia. quod
durum uidetur. Vnde consulti à me super hoc ple-
rique sapientes concordarunt, & bene, quòd si ta-
bellio potest ostendere se per errorem, & non ex
certa scientia hoc omisisse: bene potest ite-
rum prædicta apponere, & ualebit instrumen-
tum, aliàs non. Consulo tamen sibi, quòd de li-
l centia iudicis reficiat illud. [l] & uide j. uersi. item
8 opponitur quòd res. & seq. † Quid ergo si in no-
tula, seu protocollo diem apposuit, sed postea con
ficit instrumentum sine die: nunquid uidetur re-
petitus dies: ut sicut est in protocollo ita appona-
tur, & repetatur in instrumento? Respond. sic: ut
ff. de damno infe. si finita. §. item uideamus. uer.
repetita igitur, ff. de eden. si quis ex argentarijs. §.
si initium. Insti. ad leg. Aquil. §. hæc autem actio.
ff. de oper. no. nun. de pupillo. §. si quis ipsi præ-
9 tori. ex. de rescri. causam, quæ. † Item generaliter
instrumentum uitiatur, si quid ex necessarijs omit
tatur: ut arg. ff. de in integ. rest. l. diuus. ff. de transf.
cum his, §. si prætor. nisi constet de facto: ut ff. de
pac. l. pe. §. fi. Item excipitur quòd est uitupera-
tum abrasum, uel cancellatum: quòd dic ut s. §.
restat: in prin. uel subscriptum, uel suprascriptum,
seu interlineatum. ex. de fide instrum. inter dile-
ctos. §. cum cera. de relig. do. cùm uenerabilis. ff.
ad legem Cornel. de fal. Paulus. uel incisum uel
rasum, uel quod legi non potest. ff. si ta. te. nu. ex.
l. 1. ff. de bo. pos. secundum ta. l. 1. §. si rosæ. ex. de
fide instrum. c. fin. & supra. §. ostenso. uer. & col-
m lige. Sed præd. §. si rosæ. facit in contrarium. [m]
Nam priuilegia perpetua sunt. C. de diuersis rescri.
10 l. 2. 25. q. 2. c. 1. & 2. † Quid si aliquod instrumen-
tum uitiosum est in aliqua parte sui, nunquid to-
tum dicitur esse falsum? arg. quòd sic, 2. q. 9. putà.
n 9. dist. si ad sacras. [n] arg. contra ex. de arbitr. cùm
tempore. & de testa. Raynutius. Dic quòd non,
quando sunt plura capitula separata & diuersa.
Secus si sint connexa, uel unum est alterius acces-
sorium. ff. de mino. etiam. §. ex causa. ex. de appel.
o inquisitione. [o] uel distingue per decre. ex. de fide
instr. ex literis. Ioan. dicit totum esse falsum, nisi
probetur uerum. C. de proba. l. pe. Bar. dicit quòd
totum est suspectum: nec ei creditur in aliquo, ex
quo aliquid falsitatis continet, qualitercunque de
ea constet, nisi alter de ueritate constet. ff. de fide
instrumen. l. 2. in fi. idem dicit Papa, ut not. ex. de
p hære. c. fraternitatis. [p] Vel dic ut supra. de teste.
§. 1. uersicu. item quòd aliquid. & de hoc supra. §.
ostenso. uersicu. & not. quòd si. Idem dixit Iacob.
11 de Al. † Cùm enim instrumentum uires sumat
ex fide tabellionis: quia nisi ipse subscribat est pri-
uata scriptura. C. qui po. in pig. hab. scripturas.
cùm in uno inueniatur periurus, non adhibetur
ei fides in alio capitulo: ex. de præscrip. ad au-
q dientiam. [q] H. uerò. & Da. & Tanc. [r] dicunt quòd
r tantum ille articulus erit falsus, & ab alijs separa-
tus: sed si ibi est falsitas, ubi est uis quæstionis, to-
tum reputatur falsum: ut C. de edicto. diui Adria.
s tol. l. fin. Hæc quæstio est uenerealis. l. [s] Item op-
ponitur contra instrumentum, quòd non continet
causam, in qua distinguo: nam si est confectum su-
per obligatione: tunc præsumuntur omnia solen-
niter acta. Instit. de fideiusso. in fi. & de inutili stip.
§. si scriptum. ff. de uerb. oblig. sciendum. nisi quis
probet. Contra quod facere potest ff. de pactis. iu-
risgentium. §. quod fere. Si autem confectum sit su
per confessione: dic ut supra. de confessis. §. nunc
uidendum. uer. si autem in causa prima. & in Sum-
ma do. mei in tit. de fide instr. §. quibus instrumen
tis. uer. item contra tenorem. Item opponitur,
quòd res aliter fuit gesta, quàm contineat in-
strumentum, supra. uersicu. item quòd tabellio.
quod potest opponens probare. C. plus ualere
quod agitur. per totum. ex. qui fil. sint legiti. per
tuas. & de probationib. tertio. ex. de electio. cùm
inter R. C. de probatio. ad probationem. & j. uer.
12 proxi. † Hic autem puto, quòd licet notarius in
protocollo seu abbreuiatura, ponat sub compen-
dio formam contractus, ipse tamen, uel is, qui in
hoc sibi succedit, potest postea in publico instru-
mento uerba ampliare, addere & mutare, & om-
nia ibi ponere, quæ ad contractum sint utilia: ser-
uata tamen forma ipsius contractus, & substantia
non mutata arg. ad hoc. C. de no. Cod. compo. §.
adijcientes. & C. de ueteri iur. enn. l. 1. §. sed & hoc
studiosum. ff. de re iud. actorum. & uide supra. §.
13 ostenso. uer. illud quoque. & seq. † Quid si à con-
trahentibus data est tabellioni licentia addendi
& minuendi, & instrumentum, prout melius po-
terit, conficiendi ad sensum sapientis? Respon. po-
terit addere, & minuere, & facere ad confirma-
tionem rei gestæ contractus substantia non mu-
tata: ut rem uel pretium. Talia enim uerba non
possunt ius cõe immutare. ff. mãdati si mãdato. §.
fin. Et facit ff. de reg. iur. actorum. C. de ueteri iur.
enuc. l. 1. §. sed & hoc. ff. de hæred. instit. illa insti-
t tutio. [t] † Item opponitur quòd instrumento per-
14 dito, refectum est in aliam formam, quàm prius
esset: non est tamen uis, utrum instrumentum lo-
quatur in prima uel in secunda persona: dum ta-
men non immutetur substantia ueritatis: ut ex. de
conuer. conui. dudum. & ff. de donatio. ex hac
scriptura. nisi fortè in instrumento sententiæ, in
quo iudex debet in prima persona loqui. arg. C.
de senten. ex breuic. reci. l. 1. Alij contra; ut j. de
sententia. §. iuxta. uersic. non ualet etiam. sed nec
refert utrum concipiatur per uerba præsentis
uel præteriti temporis, extra, de iure pac. quod an-
tem. in fine. Vtrum autem instrumentum per-
ditum

ditum, uerbis primis non mutatis, reficietur, de
15 hoc not. suprà, eod. §. postquam. uersic. 1. † Item opponitur quòd non est confectum per eum notarium, qui est suspectus. s. uersicu. 1. & super quo no. breuiter quòd est magister stationis, qui maior est in statione, sub quo est tabularius: & sub isto est minor tabellio. in authen. de tabel. in prin
u cip. col. 4. u Quandoque tamen unum pro reliquo ponitur. Vnde olim cùm contrahentes ueniebant ad eum, qui præerat stationi, ille remittebat eos ad alium, puta ad tabularium, ut eos audiret: & is, qui fortè scribere nesciebat, audito contractu iterum alio, puta tabellioni scribendum committebat, ut ibi probatur: hodie uerò tabellio contractum audit usque in finem, & ipse per se debet scribere documentum, & complere: ut in eo. tit. §. nos autem. & §. ut igitur omnia. & C. lib. 10. de tabul. generali. C. de fide instr. contractus. Nec potest hoc alij committere. in auth. eo. §. pe. quia facere instrumentum, non competit iure magistra-
x tus. x Vnde non potest committi. ff. de offic. eius, cui man. est iur. l. 1. in prin. si tamen commiserit, seu delegauerit, punitur ipse. Sed instrumentum factum uidetur ualere: ut in eod. tit. §. ut tamen non. uersic. si uerò potest. Sed illud in ciuitate Cō
y stantinopolitana: ut ibidem no. y Sed quid si uidemus Narboñ. & Florentiæ aliquem esse magistrum stationis, & ille mandat per discipulos confici instrumentum? Respond. illud ideo est: quia & ipse discipulus audit contractum, & ei iniungitur scribere documenta: ideoque scribere potest, & magister ibi suum signum apponit, & se subscribit propter maiorem autoritatem: ut ff. de eden.
16 si quis ex argentarijs. §. primo. † Nam quantò plura signa in chartis, tantò sunt cautiora instrumenta: ut authent. de fide instrum. §. oportet. 98. distinct. §. primo, & cap. primo, & secundo. extra, de offi. deleg. prudentia. in princ. ibi: integrū est iudicium, &c. ubi autem non est magister stationis, habens discipulos iuratos in prædictis locis, non potest unus tabellio id alteri demandare. Ex quo patet quòd extirpandus est abusus, qui plerisque locis diœcesis & prouinciæ Narboñ. irrationabiliter inoleuit: ut 68. distinctio. cor episcopi. ibi enim tabelliones mandant in singulis uillulis uel castris, sacerdotibus uel clericis, & quandoque etiam laicis, ut eorum uice audiant testamenta, & cōtractus matrimonij, & alios, & in scriptis cum testibus redigant: ex qua scriptura ipsi postmodum conficiunt instrumenta, uel scripturæ per illos factæ subscribunt: & malè, ut patet ex præmissis: nec talis scriptura faceret fidem si opponeretur. In his autem multùm operatur cuiusque loci consuetudo. ex. de fide instr. cùm dilectus. Item opponitur quòd talis illud scripsit, qui non posset esse tabellio. quod dic ut suprà. §. restat. uers. sed cùm dixeris. & seq. Item opponitur contra instrumentum, quòd per aliam scripturam contrariam eadem die factam, uel ab eadem parte productam, derogatur ei fides. extra, de fide instrumentorum imputari. C. eod. scripturæ. Idem & in literis papæ. extra, de rescript.
17 pastoralis. † Sed pone, produco instrumentum, in quo continetur quòd promisisti mihi decem Narbonæ die tali, tu profers aliud instrumentum, in quo continetur me uel te, illa die fuisse stipulatum Romæ: quæritur cui potius stabitur? Et uidetur quòd ultimo producto. arg. C. de contrahen. stipula. optimam. ad fin. ex. de test. ex tenore. Sed dic quòd iudex inspicit quod instrumentum inducat maiorem probationem: quia fortè primum inducitur per eum qui consueuit facere & producere falsa instrumenta. ex. de pig. illo. in fine. uel erat abolitum, uel cancellatum, seu uituperatum: ut C. de edicto diui Adria. toll. l. fin. & ff. de accusat. si cui. §. 1. ijsdem. uel tabellio non erat bonæ famæ. ex. de præscrip. ueniens. uel proferens erat persona famosa & uilis. ff. de eden. si quis ex argentarijs. §. primo. Si autem ambo sint æqualia: quod ad hoc attendat utrum secundum producatur ad absolutionem, uel obligationem: si ad absolutionem, creditur secundo: si ad obligationem: non creditur: ut argum. ff. de act. & oblig. Arrianus. ex. de proba. ex literis. & s.
z de confes. z sed si expediens uisum fuerit, nulli credat. C. de fide instrumentorum. scripturæ.
a Sed eodem themate retento, a pone quòd tu per tuum instrumentum obtinuisti: nunquid ego potero probare contrarium per testes? Dicit Vber. quòd non. argum. C. de fide instr. l. 3. ff. de ædil. edic. quod si nolit. §. in factum. & uide su-
18 pra, §. proxi. uer. sed pone, produxit. † Quid si ita
b b continetur in instrumento, P. filius T. promisit die tali decem H. & illa die T. non uiuebat, & sic. P. non erat eius filius. Dic quòd non, ideo falsum dicitur instrumentum uel uitiosum. ff. si cer. pet. eius qui. Debet enim suppleri filius T. scilicet, quondam. Sic debet exponi & suppleri. ff. de damno infe. si finita. §. si fortè. uer. ut autem. ibi: dominus, scilicet quondam. & C. de rebus cred. ad excludendum, ibi: tutor, scilicet quondam. ff.
c de publi. & ue. l. cotem. §. illicitarum c. & C. de tempo. l. pen. Item opponitur quòd aduersarius semel coram iudice professus est se eo non usu-
d rum d. C. eod. l. 3. ex. de accusatio. ueniens. septima quæst. 1. quàm periculosum. ex. de renun. sane. & cap. dilectæ. Item quòd non sunt ibi testes scripti, ex. de procurat. c. 1. in auth. de fide instru. §. si quis igitur. & §. sed & si quis igitur. & §. sed si quis. quod dic ut s. §. restat. uersic. sed cùm literis. & in Summa domini mei. eod. ti. sub §. idem redditur. uersic. item secundum Goff. Item quòd non est ibi numerus testium, qui secundum legē requiritur, habita distinctione utrum contrahatur in ciuitate, uel agro, à perito uel imperito: & an contractus ascendat libram auri, uel non, in auth. eo. §. sed & si instrumenta. C. eo. auth. si con-
e tractus. s. de teste. §. restat. e Itē quòd testes inscripti non sunt idonei: puta quia sunt de adulterio condemnati. ff. de testi. scio. quod dic ut supra de teste. §. 1. ita possunt enim impugnari, sicut produci in iudicio. Contra, quia sufficit illos fuisse bonæ famæ tempore, quo fuerunt inscripti. C. de testi. l. 1. de hoc s. de teste. §. 1. uersicul. item
19 opponitur quòd est cri. † Quid si testis inscriptus in instrumento est excommunicatus? Respon. instrumentum nihilominus ualet, dummodo instrumentum non sit aliàs suspectum: quia tunc nō da-

retur ei fides per testem, nec excommunicatum. Si autem nunc est absolutus, bene dat fidē instrumento per suum testimonium: licet tempore, quo fuit inscriptus, excommunicatus fuisset. Sed contra: si nunc est excommunicatus, sed tēpore inscriptionis nō: tunc per suū dictū nō dat fidem instrumento suspecto, cùm sit excommunicatus, sed Papa. Alij contra. de hoc secundum papam, ex. de excep. pia. §. si uerò. f arg. præ. & contra. s. de teste.
f §. 1. uer. itē quòd excommunicatus. & seq. & uers. quid si post datum. & seq. Item g quòd in instru-
g mento deest aliqua litera. ex. de fide instru. ex parte. ff. de manu. te. qui habebat. Item quòd illi, qui dicuntur in eo interfuisse contractu, tunc erant alibi. extra. de his, quæ fiunt à præla. quanto. & de test. tam literis. in fine. C. ad legem Cor. de falsis. l. qui uelut. Item quòd notarius non fuit rogatus facere instrumentum. quod dic ut s. §. breuiter. uer. & not. quòd. Item quòd non est factū per manum tabellionis publici: quod dic ut s. §. nunc dicendum. in prin. & uer. priuatum autem. & §. restat. uers. illud autem. Item quòd non est à tabellione subscriptum, uel etiam à partibus, ubi contractus celebratur in scriptis. C. eo. contractus. C. de conue. fisc. debit. l. 2. ex. de priui. eodem, inter dilectos. §. instrumentum. ex. de priuil. cùm olim. 2. circa medium. Item quòd testes non subscripserunt in testamento, ut not. C. de testa. hæc consultissima. & auth. quod sine. & arg. in auth. de instru. cau. & fide. §. oportet. & in casu, qui est C. ad senatuscon. Vel antiquæ. §. sed si quidem. Quidam tamen dicunt ibi non esse necessariam eorum sub-
h scriptionem. h Item quòd in instrumento non dicitur quòd testes fuerunt rogati in casu, in quo id fieri necesse est: quod dic ut s. de teste. §. 1. ad fi. uersic. item quod non fuit rogatus. Item quòd testis inscriptus contradicit instrumento, uel se negat interfuisse, uel se subscripsisse, uel suum sigillum esse, uel de sui conscientia appositum fuisse. ff. quemadmodum. te. ape. l. 1. §. fin. & l. sed si quis. ff. de tab. exhib. locum. §. hoc interdictum. ff. de proba. si eum. ff. de his, quæ in test. delen. l. 1. De hoc uide s eod. §. restat. uersi. quid si diui. & seq. Item quòd non est signatum ab eo, qui ad hoc deputatus est. ff. de iure fisc. in fraudem. §. quoties. in authen. ut diui. ius. subscrip. ha. gloss. quæ. §. 2. & in præd. §. rursus. Item quòd non est sigillatum sigillo quo debet, cùm diuersa habentur. ex. de appellatio. significauit. Item quòd nō est signatū signo authēticæ personæ, nec subscriptum, uel annotatum, seu roboratum: ut s. §. restat. uer. sed quid si. C. de fide instr. contractus. C. de conue. fisc. de l. 2. & ex. de priuileg. cùm olim. 2. 12. quæst. 2. cum redemptor. ex. de fide instr. inter dilectos. §. sed contra priuilegium. & §. rursus. & cap. 1. & C. eod. authen. ad hæc. C. de testa. si unus. Item quòd habet subscriptiones uarijs manibus annotatas, uel quod non est eadem manu perfectum. ex. de
i priuilegijs. cum olim. i 2. & in præd. decret. inter dilectos. uersicu. instrumentum quoque. nisi hæc diuersitas ex mutatione calami, uel atramenti inducatur: ut ibi, & in authen. de fide instr. prope princi. Quod autem dixi de subscriptionibus intellige propriè, prout no. in prædict. decre. cum olim. & probatur in præ. c. cum redemptor. Item quòd imago sigilli non est integra, uel aliqui caracteres, seu literæ eius sunt deletæ: ut in præ. §. sed contra priuilegium. Item quòd cera sigilli est uetus exterius, interius uerò recens: ut in præ. §. rursus. & §. instrumentum. Itē quòd sigillum nō est authenticum: ut in præ. §. rursus. & eod. tit. c. a. de quo dic ut s. de proba. §. fi. uersi 10. Itē quòd sigillum non est eius, cuius esse dicitur: dummodo ille habuerit proprium: ut s. de cita. §. iam de citatione. uer. literis igitur. & de proba. §. fi. uersi.
20 10. † De sigillo namque annulli talis similitudo imaginaliter exprimitur, qualis in sigillo essentialiter habetur: ut de pœn. distin. 2. principium. prope princ. uers. de annulo. ideoque non debet quis alieno sigillo sigillare, si proprium habet. ff. qui te. fa. pos. ad testium. §. si quis ex testibus. & l. pe. ex. de re iud. cum inter uos. §. 1. De hoc dixi in prin. uersi. literis igitur. & suprà, de procur. §. ratione autem. uers. item quod non sunt factæ. & seq. Item quòd sigillum dicitur esse talium, qui non faciunt corpus, uel collegium: quòd dic ut ex. de exces. præla. dilecta. Item quòd in publicatione instrumenti non fuerunt uocati hi, quos res tangit, quare non ualet: ut s. §. ostenso. uersi. qualiter autem. Item quòd est suspectum, nec ei fides imponitur: ut suprà, §. breuiter. uersi. & nota quòd. Item opponuntur quæ habes s. de procur. §. ratione autem. uers. item quòd non sunt factæ. & sequentibus. Item quòd instrumentum cōtinet in se duo repugnātia seu cōtraria. ff. de reg. iur. ubi repugnantia. ff. de re iudic. ubi duo. 3. q. 9. nihilominus. ex. de testi. in nostra. de appel. sollicitudinem. ad fin. 25. quæst. 2. si ea. puta si dicatur ibi quòd superior confirmat, & donat: ut in
21 prædict. capit. inter dilectos. §. cæterum. † Item quòd est scriptum in papiro. Sed hæc non est sufficiens causa reprobandi instrumentum, sed innouationem obtinendi. ex. de confirma. utili uel inutili. cum dilecta. In nonnullis enim regionibus instrumenta in chartis bombycinis fiunt, quod irreprehensibile iudicamus: ut s. §. re stat. uersic. porrò sunt nonnulli. Item reprobatur instrumentum, si probatur tale quid, quo probato, non possit stare quod in eo continetur. C. de contrahen. stip. optimam & de fide instrumen. inter dilectos prope finem. Item opponitur quòd tabellio, qui confecit: consueuit falsa componere, uel producens falsa inducere, seu fabricare: utrunque enim reddit instrumentum suspectum, arg. ff. de eden. si quis ex argentarijs. §. 1. ff de suspec. tut. l. 3. ff. de accusa. si cui. §. ijsdem. ex. de præscrip. ad audientiam. ex. de pigno. illos. in fi. ff. de re milit. non omnes. §. à Barbaris. C. de probatio. iubemus. C. ad legem Cornel. de fal. l. fi. de quæstionibus. de mi-
k nore. in fi. unde uersus k:

Qui malè consueuit, cui prauus mos inoleuit,
Rarò deleuit, quod de consuetudine creuit.

Arg. 49. dist in c. hinc etenim: uersi. impetiginem. Arg. contra quòd abusio in uno instrumento non præiudicet in alio. C. ad l. Cor. de fal. si falsos. & est hoc uerum quòd licet tabellio confecit unum instrumentum falsum: nihilominus ualent alia uera

ra instrumenta per eum confecta, quandiu in officio toleratur, & hoc est propter publicam utilitatem: ut in concor. quas habes j. de exec. sen. §.
22 1. ad fi. † Si tamen publica persona accusata & cõdemnata fuerit de falso: ex tunc instrumẽta & dicta eius ratione personæ robore carebunt, & non ante. argu. ex. de testi. testimonium. & præalleg. concor. & in concor. positis §. restat. uersic. quid
l si confectum l & ad idem ex. de hæreticis. fratern nitatis. m † Sed pone tabellio confecit instrumẽ
23 tum testamenti: demum coram arbitris agitur de successione illa: & coram eis illud instrumentum producitur: ipsi uerò in sententia sua ita dicunt, pronunciamus sic non obstante instrumento testamẽti coram nobis exhibito, quòd talem filium pronunciamus, siue reputamus. Hæc autem pronunciatio scribitur per eundem, qui illud confecerat instrumentum, & tacet: nec in aliquo cõtradicit, quæritur an hoc sit falsarius reputandus. Et uidetur quòd sic: ut C. lib. 10. de suscepto. & arca. l. si aliquid. Nam in talibus sola sententia spectatur. ff. de pœnis. quod ad statutum. Sed certè ibi directè actum fuit contra condemnatos, & sententia contra eos lata: per quas leges quidam hoc dixerunt. & argu. pro eis, ex. de testi. testimonium. uer. aut grauata. de re indic. quãuis. Item pro eis est: quia nemo melius confitetur, quàm propria manu scribendo: & talis confessio præiudicat: ut ff. de pig. fideiussor. 2. §. 1. & ex. de priuil. cum olim. 2. 61. dist. §. sed aliud. & §. seq. ergo non uidetur contra illum alium inquirendum. C. de cõfes. l. unica.
24 † Nam confessio in scriptis facta præiudicat. ex. de fide instr. si cautio. licet facta sit in iudicio ad aliud instituto. ex. de confes. c. 2. ex. de elect. per inquisitionem. nam crimina undecunque claruerint, puniri debent. 24. q. 3. ecce autem. ex. de collu. crimina. Itẽ in hoc crimine quis sine accusatore punitur. C. de probat. iubemus. & acerrima indago in eo fit. C. ad leg. Cor. de fal. l. ubi. Itẽ ex tali confessione puniri debet, quãuis non fuerit ad hoc actum. ex. de elec. per inquisitionẽ, ex. de confes. ca. 2. Ego credo quòd sentẽtia illi non obest: tum quia non fuit ad hoc actum. ff. de his, qui no. insa. Lucius. ex. de excep. c. 1. & de ordi. cog. c. 2. in fi. cum suis concor. tum quia sententia inter alias personas, & ad aliud lata, sibi nõ debet præindicium afferre: ut ex. de fide instrumen. inter dilectos. § porrò. ex. de re iudic. cap penul. quãuis ex hoc illius opinio de facto grauetur, & eius instrumenta suspecta quodammodo reddantur, ex. de testib. testimonium. ex. de simon. per tuas. ex. de piguo. illo. in fine. Eis tamen stabitur, nisi aliud contra ea probetur: ut in auth. col. 4. de tabel. § si uerò indignus. uersi. ipsis tamen doc. ut & ibi not. Nam & sententia arbitri non infamat: ut ff. de his, qui not. infa. quid ergo. §. ex compromisso. nec de hoc fuit compromissum: quod & si factum esset, non ualeret: ut ff. de arbit. non distinguemus. §. Iulianus. ex. de in integ. restitu. causa. Sed nec confessio talis, etiam si expressè fieret coram illis, tanquam facta coram non suo iudice ei præiudicet. ex. de iudic. at si clerici. Nam nec potest dici confessus, cum in instrumento sententiæ non ipse locutus fuerit, licet uerba conscri-

pserit arbitrorum: ut ex. de excep. prælatis. ex litte-
25 ris. † Sed nunquid iudex potest comburere instrumentum falsum, coram se exhibitum? Respon. sic, secundum Vber. arg. ff. de tabu. exhib. l. si. C. de famo. li. l. 1. nisi alia persona esset in instrumento ? scripta, quæ ex hoc nimium læderetur.
26 † Item opponitur quòd instrumentum scriptum est per notas, siue per signa, quod esse non debet. arg. C. de emen. Iust. Cod. prope fin. §. cuius scripturã. & C. de ueteri iur. enu. l. 2. §. hoc autem. Nam & Pe-
n dius scribit notas n non esse literas. ff. de bo. poss. l. sed cum patrono. §. nota. licet sit contra. Nã notarius a notis dicitur: ut 77. dis. monachus. Sed nũquid & per titulos debet scribi. Dicunt quidam quòd sic, quasi illud non sit signum tale, quale dicitur in præd. concor. Alij dicunt quòd in instrumento nõ debet fieri aliquis titulus: quia citò potest in eo falsum fabricari: & quod infirmari, uel uituperari potest, præcauendum est. ex. de seruis non ordinan. c. 1. sed hoc non seruatur. In curia tamen Romana scriptores domini papæ à periculo sis abstinent abbreuiationibus: ut tetigi s. de rescrip. præsen. §. 1. & uide s. §. ostenso. uers. quid si abbreuiatura. & seq. Item quòd non est originale, seu sumptum, licet de originali faciat mentionem: cum ei non credi debet, nisi ipsum originale ostendatur uel nisi eius contineñtia per testes, uel confessionem probetur. De hoc s. eo. §. nunc dicẽdum. in prin. seu uer. 3. Item quòd est domesticũ, puta à filio uel alia persona domestica factum: ut C. de probatio. instrumenta. Qui autem sint domestici, dixi s. de teste. §. primo. uersicu. item excipitur quòd est domesticus. Vel potest prædicta lex intelligi de priuata scriptura: ut ibi not.
27 † Item quid si filius fecit instrumentum de pecunia patris, nunquid ei creditur? Videtur quòd non, ut in præd. l. nam filius non est testis ido-
o neus in causa patris o. 4. quæstio. 3. ubi testis idoneus. ex. qui ma. accus. poss. uidetur. ff. de testi. idoneus. Si enim dicatur falsum, oportet probari per filium: ut C. ad legem Cornel. de fal. si quis decurio. arg. contra. C. de his, qui sibi in testa. adscri. l. s. Item contra, nam filius potest esse iudex in re patris, in uoluntaria iurisdictione: ut ff. de adop. l. 3. & 4. & etiam in contentiosa in priuatis delictis ut ff. de arbitris. quinetiam. de quo dic ut supra, de iudice deleg. §. superest. uersic. item si est maritus. Potest ergo patri consuli, secundum
p Vber. ut adhibeat alios tabelliones p. Item excipitur quòd in negotio proprio quis instrumentum confecit: ideoque non debet credi ei: argu. ff. ad legem Cornel. de fal. l. 1. §. ad testan. C. de testa. dictantibus. C. de his, qui sibi in testa. adscri. l. s. 2. 3. & 4. Nullus enim idoneus testis in re sua est. 4. q. 3. uer. nullus. ff. quando appellan. sit. l. 1.
28 §. in propria. † Quid ergo si testator legat aliquid tabellioni conficienti testamentum nuncupatiuum, quod fieri potest: ut C. de testa. dictantibus. nunquid ipse tabellio poterit sibi illud adscribere? Respon. sic: nec incidet in l. Cor. de falsis. nec obstat. C. de his, qui in testã. sibi adscri.
q l. 2. q Illud enim locum habet in eo, qui scribit, & dictat testamentum quod est in scriptis, cuius
r uires omnes depẽdent ex scriptura illa r. Secus in

nuncupatiuo, quod fit hodie: quia ibi fit scriptura solum ad memoriam, non ut uires testamenti
29 dependeant ex illa. † Sed quid si aliquis ab intestato ueniens sibi adscribat. de hoc not. eod. titu. l. 1: Sed super his dic secundum Rof. ut not. in l. 1.
ſ in tit. de senatuscon. Libo. ſ & super hoc concipe libellum, ut infra in tractatu libel. in titu. de fide instr. uer. adhuc. Sed nunquid omnibus testibus,
t qui sunt in testamento, potest communiter t legari, puta decem? credit Iac. quòd sic, argu. Insti.
u de testa. ordin. §. legatarijs u. † Sed qualiter, & per
30 quos probabitur huiusmodi legatum? Respon. quilibet poterit esse testis pro altero, licet non pro parte sua: unde si fortè fuerint octo testes, quibus legatum est septem, probabunt pro octo: & sic de singulis fiet. Non enim in re sua aliquis
31 poterit esse testis, ut dixi. † Quid de legatario, nunquid poterit esse testis? Dic quòd si occasione legati sui quæstio est inter eum & hæredes, nō potest esse testis. Si uerò quæstio est inter hæredem & extraneum, tunc potest esse. Instit. de testa. §. legatarijs. C. eod. omnibus. 4. quæstio.
x tertia. §. item in criminali. uersic. nullus in re x. Item opponitur quòd continet maiorem partem affuisse, quod tamen falsum est, ut extra, de his, quæ fi. à præla. sine consensu capit. c. quanto. in fine. & talis falsarius debet suspendi ab officio & beneficio: ut extra, de test. tam in literis. in fin. De iuribus autem, quibus consueuit in instrumētis renunciari, not. infrà, de conclu. & renuncia. uersicu. quoniam. & sequen. Item nota quòd quatuor modis agitur de falso: ut j. de sententia. §.
32 fina. uersi. & nota. † Quid si dixi instrumentum esse falsum in modum exceptio. nunquid postmodum potero accusare de falso? Videtur quòd non. ff. ui bo. rap. l. 2. ff. de pub. iud. interdum. Sed uidetur contra: quia per modum exceptionis nō condemnaretur, ut ff. de his, qui no. infa. Lucius. extra, de ord. cog. cap. secundo, & not. ff. ad legem Iul. de adul. l. 2. §. si publico. in gloss. speciale, &c. in fi. nisi fortè iudex ex officio suo condem
y net. ut C. de proba. l. penult. & hoc uerius est. y Verum autem teneatur lege Cor. de fal. qui scienter illicito utitur instrumento, no. in auth. col. 2. de non ali. aut per. §. ijsdem pœnis. & facit extra.
33 de cri. fal. ad falsariorum. † Vltimò no. quòd licet producens instrumentum non possit contra illud de falso dicere: potest tamen dicere illud contra se non facere. Item licet non possit dicere contra ea quæ in eo continentur, aliud tamen est in testibus. Item si induxi pro me instrumentum, quod non bene intelligebam: & postea in aliquo inueniatur contra me facere, non uidetur mihi obesse. Item licet instrumentum quod produxi, falsum probetur: non fit mihi præiudicium, quoad contenta in eo. Sed hoc prosequere secundum
z papam, ut ex. de excep. cum uenerabilis. z & de
a censi. cum olim a.

ADDITIO.

a *Videamus. Habetur quidam tractatus de hoc, qui incipit, quoniam nonnulli. & dicitur fuisse Ioan. B. ex quo satis adiutus fuit autor, sed hic longè plenius.*

b *In fine. Vt dicebat Odof. super illa l. super hoc statur dicto suo, an scripserit uel non: sed de ueritate scripturæ ab eo non quæritur. Accur. ibi no. in ulti. gloss. quòd si diffiteatur suam esse scripturam, tunc est suspecta. Alleg. ff. quemadmod. testa. ape. l. 1. §. fin. Pileus ubi suprà de testibus. sub instrumento. uer. sed quid si tabellio dicit non derogari fidei scripturæ: quia posset id dicere per malitiam: relinquit hoc iudicis arbitrio. Vide Cy. C. eo. in exercendis. intra primam quæstionem. Sed quid de notario, à quo peto quod mihi det instrumentum per se stipulatum, de centum quæ Titio mutuaui: ipse dicit se non recordari quòd illud instrumentum fecerit, & sic illud celat. quærebat Lambertinus de Ramp. an pessim illum accusare de falso. allegat quòd sic: quia celando committitur falsum. ff. de falsis. Paulus respondit. in fi. & l. qui testamentum. in prin. nec in facto proprio eum excusaret ignorantia. ff. de iur. & fac. ignoran. l. plurimum interest. C. de rescin. uen. quisquis. Item argentarius qui semel habuit codicem rationum, illum habere præsumitur: nisi probet se perdidisse ff. de eden si quis ex argentarijs. §. fi. Item quòd de tabellione cogendo no. eo. tit. argentarius. circa prin. & uidisti suprà. §. uidendū. uer. nota bene. Facit in auth. de tabel. §. ut igitur. uer. propterea. ibi: optimi fiant circa documenta, & iusti, & cautiores, & non propter suā requiem & delicias alienas corrumpunt uitat. In contrarium inducit, quòd potest uerum esse quod dicit notarius: quia memoria labilis est. ff. de prob. si arbiter. quæ ex tractu temporis etiam in testibus uariatur. ff ad Carb. l. 3. §. duæ aūt. Itē lex Cor. de fal. locū non habet, nisi de falso dolo cōmisso ff. de fal. nec exemplum. & dolus regulariter non præsumitur. Hinc est quòd illum allegans, probare debet ff. de proba. quoties. §. 1. licet fallat in casibus. ff. de admi. tut. tutor qui. in prin. de his, quæ in frau. cre. l. omnes. § Lucius. ad l. Fal. l. dolo carere. ff. manda. si procuratorem. §. si ignorantes. Præsumetur ergo potius huius tabellionis error, quàm dolus. & sic facit pro eo textu. C. de his qui sibi in testa. adscrib. l. pe. in fi. Soluit distinguendo, ut sæpe in hoc ti. factum est circa conditionem personæ et temporis quantitatem, ut. s. si notarius est bonæ opinionis, & tempus longum, quo factum dicitur fuisse instrumentum, accusari non possit: & si accusatus fuerit, absoluatur, salua contra eum quæstione ciuili in ordinario iudicio ad damnum & interesse, per prius allegata. ar. C. de testa. sancimus.*

mus in casu conuerso, cum tempus est breue, & persona est suspecta, accusari poterit, & puniri per iura supra allegata. facit ff. de eden. si quis ex argentarys. ibi: humilis & deploratus, &c. secundum eum. Hoc scias quòd si notarius iste confessus esset se stipulatum contra eum, sed diceret se perdidisse rogationem, sibi uel suo sacramento non creditur: imo oporteret perditionem probare. Hoc uult tex. & glo. prædicti §. ult in l. si quis ex argentarys. ff. de eden. Adde primam partem addit. Bal. consi. 143.4 lib. ubi ponit an debeat dari fides instrumento, cum notarius asserat illud falsum. Quo uero ad secundam uide Fede. consi. 123. Alex. 73. 1. lib.

c Do. meus in Summa, eod. tit. §. 2. uer. quid ergo si tabellio.

d Et scias. Vide quod dixit.

e Vel indictio. Vide quæstionem, quam posui in fi. 6. lib super data de omissione editionis, an uitiet instrumentum. Et quid, si expressa non concurrit cum anno: ubi inferitur dictum Goffr. de nomine Papæ uel Imperatoris anno pontificatus uel imperij.

f In instrumento. Huic quæstioni conuenit quod not. supra de procu. §. ratione formæ. uer. sed quid si mandato. & de teste. §. iam de interrogatorys. uer. item de tempore.

g Libellorum. Quæ est lex. 3. ff. de accusa. ADDE quod nec ualet consuetudo, ut in instrumento non ponatur dies uel locus. Ita Rota in antiqui. deci. 440.

h De hoc. Vide quod not. de re indi. Abbate. ad finem. lib. 6. in glo. scilicet donationibus. & quòd super ea scripsi: ubi etiam tractatur de loco loci exprimendo. & Vber. de Bo. in l. optimam. quòd locus sufficeret. alleg. quod certo loco dicitur esse promissum id, quod promissum est Ephesi. uel in alia ciuitate. ff. de eo, quod certo loco. per totum. si diceretur actum in diœcesi nimis esset indeterminata locutio: finaliter putat ex talibus inscriptionibus non uitiari instrumentum, sed fieri suspectum: maxime propter consuetudinem, quæ uult certum & determinatum locum apponi, non uiribus carebit, nisi producens adiuuet illud per testes. C. de probat. l. ult. & de falsis l. fina. Et scias quòd etiam intra ciuitatem posset esse generalitas nimia, ut si dicatur, actum Bononiæ in quarterio sancti Proculi. de quo Dyn. suo consilio 21. quo casu puto procedere quod prædixi post Vber. unde autor supra. §. 2. uer. post nomen ualde specifice posuit locum loci. De tali ergo hoc intellexisse uidetur. Facit in authen. quibus mo. na. effic. legi. §. quantum uerò. colum. 6. & facit quod de libello accusationis. not. infra de accusationib. in prin. ADDE Ang. idem tenentem eius consi. 220. Bal. consi. 221. 2. lib. Alex. consi. 54. 2. lib. & consi. 123. 1. lib.

i Recordetur. Adiuuabo te declarando tres opiniones sequentes, inquantum de die quæritur. Ad negatiuam inducitur, quòd sibi soli non est credendum, uel sequitur, nec debet ipse fungi duplici officio, factoris scilicet & correctoris. C. de assess. l. fin. de prox. sacro. scri. l. hac parte. & ibi cum corpore. lib. 12. Item necessaria omissa uitiant. C. de testa. l. testamentum. non ideo uitiatum. ergo non reparabit. Ad contrarium error notarij ueritati præiudicium afferre non debet. C. de testa. l. error. C. de erro. aduoc. l. 2. ff. de offic. præsid. illicitas. §. ueritas. & promptiores esse debemus, ut res ualeat. ff. de uerb. oblig. quoties. de reb. dub. quoties. extra. de uerbo. signific. abbate. uer. hic autem. ubi concord. & ratione iuramenti præsumitur pro notario. extra de præsum. illud. de præscrip. ad audientiam. Est aduertendum quòd uersiculus sequens declarat autorem intellexisse de defectu in notula, uel protocollo. opinio Alb. Papi. distinguit nouum à ueteri, ut sequitur. Placuit Gui. de Suza. in l. 1. §. editiones. ff. de eden. inducis labilitatem memoriæ. ff. de acquiren. possessio. l. peregre. Veniat igitur hoc in discussione & causa cognitione. ff. de Carb. edic. l. in causa. facit quod scripsi. de præsum. illud. in glos. magna, ante fin. Secunda opinio placuit Columbo, principaliter per authenti. de æquali. do. infra allegatam, & per l. testamentum. quam superius allegaui. Tertia opinio, quæ placet autori, iustificatur ex eo, quia nullo iure uidetur prohibitum: & sic est permissum ff. de procura. mutus. §. 1. ff. de testibus. l. 1. & hoc est brocardum: de quo extra de translatio. cap. 2. in glo. argumen. quod. Secundum hoc ergo respondebo ad §. & ne contingat. quia alias est uersi. sub §. dedimus. quod non pertinet ad casum nostrum: cum ibi loquatur de coniugibus, inter quos ex postfacto facilè aliquid confingeretur in fraudem creditorum. C. de donatio. l. data. Vnde dos à principio constituta non est suspecta. secus in augmento secuto. hic autem cessat suspicio: cum certum sit instrumentum factum fuit quòd id fuit certis die & loco; quæ necessario comitantur contractum. de re indi. Abbate. in fine. lib. 6. & per hoc etiam respondetur ad §. si uero absunt. in authen. de here. & fal. testium enim præsentia, uel numerus nō est de necessario comitantibus contractum, sed de ualidanti-

lidantibus: unde non sic liceret in illis addere, ut in primis. Item instrumento quandoque creditur, licet non sint testes inscripti: ergo quaestio, &c. patet id supra. §. proxi. in fi. cum sua remis. Teneo igitur cum autore. & consilium quod de adeundo iudice subdit commendo maxime, propter id quod dixit lex, eos qui. in prin. ff. ad leg. Cor. de falsis. licet propter id, quod proxime dixi hic nihil sit aduersum, imò necessario insitum. Haberet ergo locũ consilium, quando errasset in die: tunc enim bene esset contrarietas, & expediret consilium praedictum. Et hoc casu plus esset necessaria distinctio, an notarius sit bonae famae: & an alteratio diei praeiudicium afferat aduersario, uel non: & haec mouerent iudicem ad facilius uel difficilius concedendum correctionem diei. & facit quod statim dicam.

x In arbitris. Nec soli iudici. extra de proba. quoniam.

l Reficiat illud. Putat Nico. hanc licentiam necessariam, quando de illo errore mota est quaestio inter partes: aliàs si notarius uidet se errasse in protocollo, uel instrumento, poterit illa corrigere, nouũ protocollum, uel instrumentum faciendo, quod melius est, quàm corrigere: ex quo posset haberi aliqua suspicio: ut not. C. de test. l. fin. non tamen dicit illud non ualere. facit lex, qui tamen. ff. de arbi. facit quod infra eo. uer. dixi.

ADDE Alexan. consi. 70. 1. lib. ubi sequitur hanc addi. & praecedentem.

m Contrarium. Vide quod not. de con. uti. uel inuti. cũ dilecta. in 4. glo. & quod ibi dixi.

n Ad sacras. Vbi not. opi. Io. & Ber. de quibus sequitur.

o Inquisitione. Hoc dictum placuit Gof. ut dixi de elec. ecclesia. 2. in glo. hic tractat Gof. ipse tamen Gofr. in sua q. 11. dicebat quòd si constat eum, qui scripsit, aliquid in eo correxisse, sint unum uel plura capitula in instrumento, non reputat illud in aliquo uitiosum. allegat C. de testa. si unus. per quam leg. dicit contrarium in toto, si alius immutauit hoc in instrumentis. in rescriptis autoritate papae, si certum est scriptorem eorum correxisse in l. uitiosum. si dubitabatur, dicit distinguendum: ut in decr. ex literis. eod. tit. hoc in rescriptis apertis in clausis, dicit quòd nulla suspicio est: ut ibi not. per praedicta, uides quòd ibi non loquitur, cum constat instrum. in uno c. falsum.

p Fraternitatis. Vbi post eum, & Hosti. plene scripsi cum certi reges in suis regnis sibi uendicent ius imperiale. Vidi dubitatum, si Rex decernat instrumentum, uel attestationem ualere, in eo quod ueritatem continet, ualeat, non obstante quòd in aliquibus falsa contineat: & omissa disputatione potestatis ipsorum, de qua etiam alioquin scripsi de re iud. cum tex. in glo. magna. uer sed numquid. & contra quos facit lex 2. C. de offi. praefe. praeto. dicendum uidetur, tale decre. non ualuisse. quia non ualeret etiam ab Imperatore, contra partem non uocatam: cuius ius per illud tollitur, uel laeditur. C. si per uim uel alio modo. l. 2. idem de ipsius rescripto. C. de preci. Impe. offe. l. 2. Ad idem C. si contra ius uel uti pu. l. fin. Potest tamen tale regis decretum interpretari secundum ius commune, scilicet in falsitate, circa intrinseca, quae non uitiant: non autem circa substantialia, quae iuxta superius dicta, totum uitiant. facit l. si quando. C. de inoffi. test. extra de elec. ecclesia. de rescriptis. cum adeo.

ADDE quòd facilius comprehenditur mendax, quàm claudus: ut hic colliges, si Oldr. inspexeris, eius consi. 37. incip. ad primam quaestionem.

q Ad audientiam. Huic dicto, & ipsius rationi concor. aliter Iacob ut ponit Cyn. C. de transact. si ex falsis. in fi. qui dixit, quòd si falsitas procedit à notario, in totum reprobatur. Alleg. quòd semel malus, &c. habetur regula, semel malus. in 6. alleg. secus Accur. C. de uet. iur. enu. l. 2. simpliciter dixit in ult. col. instrumentum ratione partis totum non censeri falsum: sed in prae. l. si ex falsis uidetur distinguere inter separata & connexa, ut supra. Item sciendum est quòd de producente instrumentum in uno capitulo falsum, Gui. de Suz. quaerit in ea. l. si ex falsis, an teneatur poena falsi. & uidetur quòd non: quia non est omnino falsum, quod habet primordium ueritatis. ff. de leg. 2. cũ filius. §. haeres meus. tenet contrarium. quasi tot sint instrumenta, quot sunt capitula: ut in eadem l. in fi. ff. de uerb. oblig. l. scire. in prin. & l. quod dicitur. & l. Publius. & ff. de mino. l. etiam. §. 1. & de euic. l. quod dicitur. in prin. quaerit demum si falsum sit, ubi nulla est uis quaestionis, an utens eo teneatur poena falsi, & tenet quòd sic. allegat ff ad l. Cor. de fal. si quis legatum. in prin. & ff. de arb. l. cum poena. & si quis cautio. quae autem, in fi. & de eden l. ubi. §. 1. Remissiones uide infra e. §. in fi.

r Et Tanc. & Alber. Gal. eo. tit. uer. sed pone quòd instrumentum.

s Venerealis. l. Bar. ibi recitat tres opiniones, ex his subdens suam. Pileus quaest. 92. tenuit do. Io. & per eandem legem quando in parte non modica, et maxime circa substantiam apparet uitiosum: quia breuiter & pulchre allegauit, non habentibus eius scripta hoc participio: dixit enim quòd contra instru-

instrumentum faciunt quatuor. Primò, pro parte uiti. sa contra aliam iusta præsumptio. Secundo, ueritatis pro falsitate mista corruptio. Tertio totius ratione partis contaminatio. Quarto, totius pro parte legitima condemnatio. Ad primum inducit ff. de probat. cum de indebito. C. de edi. diui Adria. l. fin. Ad secundum ff. de excus. tut. qui testamento ff de rebus dubijs. si qui. §. utrum ad tertium. C. de uet. iur. enu. l. ulti. in fi. Ad quartum. ff. ad Syl si quis in graui. §. si quis tabulas. Ad contrarium inducit alia quatuor, dicit, fortiora. Primum, ratione partis circa totum non habenda suspicio. Secundum, utilis propter inutile non facienda mutatio. Tertium, maioris partis legitima præpositio. Quartũ, residuæ partis perfecti: ma lectio. Ad primũ. ff. de his quæ in testa. delen. l. pen. & C. de transact. l. pen. Ad secundũ ff. si cer. pet. l. certi. Ad tertium. ff. de contrahen. emp. l. domum. Ad quartum. ff. de his quæ pro non scrip. l. 2. Addo quod Bart. in l. si ex falsis. C. de transactio. tenet quòd instrumentum falsum in uno capitulo, sit in totum falsum. Bald. uero consi. 264. incip. factum tale est 1. lib. consultus cum in instrumento esset uenditio duorum castrorum: & in rei ueritate non esset uenditio facta, nisi unius castri: respondit, non in totum uitiari & ita tenere Oldr. & Accur. & facere not. per Imo. in d. c. fraternitatis.

8 Institutio. Ibi & in præ. l. si mandato. §. fi. tractat de hac clausula Richar. Malum. in sua quæstione, mihi 17. quæ incip. Titius ex prædefuncta terminauit, quòd si talem clausulam, ad uerbum reliquit, non potest addi iure institutionis, uel huic simile: quod habet ualidare testamentum, quando descendentibus erat relictum. Quicquid dicat, contrarium fit de facto, & habet æquitatem: sæpissime enim testatores filiabus, relinquunt, filios instituunt. Ad hanc autem uerborum subtilitatem seruandam subdunt quòd habeatur consilium sapientis, maxime cum uerbum relicti etiam institutioni coaptetur, ut not. in authen. de heredi. & fal. §. & hæc quidem. super uerbo, relictis. ff. de test. ex ea. §. 1. & de here. insti. l. his uerbis. in glo. & quod no. de test. c. 1. lib. 6. in glo. nunquid. In fine autem quæstionis illius tractat quid talis clausula in contractibus operetur: dices primò quòd omne id, quod in testamentis operari posset: ut scilicet uoluntas testatoris, & id, quod sensit, describatur et dilatiori, & clariori modo, & magis proprio, & in dubio opinionum tutiori: & hoc fortius in contractibus, qui magis possunt conferri in alterius arbitrio, quàm ultima uoluntatis. ff. de testa. l. 3. & quod ibi not. in fi. 1. glo. In illis ergo sapiens suppleri poterit de consuetis, licet non dictis. Et sic posset intelligi quod not. ff. de uerb. oblig. ex ea parte scilicet quod ibi consuetum erat promitti pœnam. Nec obstat quòd consueta ueniunt etiam sine clausula, do sapiente. ff. de adil. edic. quod si nolit. §. quia assidua. & de aqua plu. arc. si prius §. 1. quia id additur ad dubitationem tollendam. ff. man. qui mutam. Supplebit ergo in consuetis & naturalibus, cum consuetudo est altera natura. ff. de lib. & posthu. si quis posthumos. Inducit quod not. ff. de act. emp. emptorem. §. qui autem. in prin. magna glo. & l. si quis seruum. in glo. 2. & in hoc consilio ueniet arbitrium boni uiri. ff. de reg. iur. in personarum. §. 1. per quod etiam inconsueta possent suppleri, extranea uerò, accidentalia, uel naturalia, quæ bonus uir non arbitraretur, supplere non poterit: quia de his non uidetur actum uel cogitatum. Facit de iniu. in nostra. de iureiu. c. penult. quod procedit in omni generalitate, uel obscuritate, de reg. iu. inspicimus. & c. generali. lib. 6. De substantialibus autem certum est supplere non posse: illa enim à principio sic insunt contractibus, quòd sine illis uitiatur. C. de testamentis. l. testamentum. de spons. tua & c. seq. in fi. & quod not. C. de contra. emp. l. in uen. de substantialibus autem & naturalibus contractum: & de accidentibus remittit ad no. ff. de contrahen. emp. l. pac. Per prædicta terminatum fuit in contractum uenditionis, donationis, uel alio quo transfertur dominium, posse addi precarium, scilicet quòd uendens, uel donans se constituit precario possidere pro emente, uel donatario: quia id fieri consueuit: & efficacius uenitur ad mentem contrahentium. facit ff. de manu. test. si quis locuples. in fi. de leg. 3. si quis. C. communia de legatis l. 1. circa medium. & idem cum notarius posuit, &c. ut illud ibi includatur, quod est de natura, uel more contractus. ff. de lib. & posthu. l. Gal. post princip. & de iureiuran. si duo patroni. in princip. & §. idem scribit. Redeundo ad quæstionem autoris, de potestate data notario, inuenio super l. 1. C. de procu. opiniones recitatas. Prima opi. habet quòd possit quod uerbum sonat, cum contractus ex conuentione legem accipiant. ff. de reg. iur. contractus. & eod. tit. contractus. lib. 6. & nil tam congruum fidei, quàm promissa seruare. ff. de pactis. l. 1. circa princip. C de transact. nõ minorem. & quia uerba debent aliud operari in contractibus, legatis, & priuilegijs. ff. de usuris. si stipulatus. de leg. 1. si quãdo. ad muni. l. 2. de priuil. si papa. §. 1. in fi. lib. 6. Gui. de Suza. distinguebat an esset, uel non esset certus sapiens nomina-

tus ad id, ut primo casu procedat quod dixi. Allegat C. de contrahen. empt. l. fin. ff. loca. si merces. 2. responso. C. de nouo Codic. fac. l. hac quæ necessario. §. ideoque. Secundo casu nil possit, per præ. l. si merces. 1. respon. Facit ad hanc distinctionem extra de arbitr. innotuit. de elect. c. 2. lib. 6. Iac. de Are. etiam eo casu quo fuit certus sapiens nominatus, restringit ipsius potestatem, ut supra dixi post Ricchard. Quando autem uenditor promittit se curare emptorem ad sensum sapientis, & sapiens dicit fideiussorem dari: uide quod not. infra de emp. & uen. §. 1. super uerbis fideiussoris protestatione, quæ ibi ponuntur in instrumento contractus. & uide etiam quod ibi dicam.

ADDE, *ut plenè per Bar. & Alexan. in l. illa institutio.*

u *Colum. 4. Et uerba sunt Accur. quæ sequuntur ibi nota §. primo in glo. caue tibi.*

x *Magistratus. Hæc ratio fuit Accur. in glo. de qua dixi. Sed non placet Iac. de Bel. cum certum sit, tabellionem magistratum non esse. Sed hoc uoluit Accur. nec iurisdictionem habere, sed habet officium. Dicit ergo rationem esse, ne usurpentur officia, uel promiscuis actibus confundantur alleg. C. de episcop. & cler. repetita. & lib. 12. de numera. & actu. l. 4. & 6. & l. nemini. Adde rationem, quòd personæ fides & industria est electa. extra de offic. deleg. cap. fin. §. 2. ff. de solut. inter artifices.*

y *Ibidem not. In glo. hic est arg. quod tenet in alijs locis instrumentum non ualere. Sed ad partem quòd ualeat instrumentum, inducitur, quòd alius est, qui scribit testamētum originale, puta seruus, uel ipse testator, & alius qui illud publicet ad fidem faciendam, puta, officialis, magistri census, uel similes. Patet primum ff. de test. l. seruus. & C. eo. hac consultissima. in prin. & C. eo. testamenta. & l. consultæ. Idem in donatione scripta per aliū publicata. C. de dona. l. in hac. & maximè in hoc, cum consentit, qui protocollum scripsit. Facit regula, qui per alium. lib. 6. concor. & omnia nostra facimus, &c. C. de uet. iure enu. l. 1. §. sed neque. Facit ff. de edendo. si quis ex argentarijs. §. 1. & uidetur casus in authen. de fide instrumen. §. in his uerò, ibi: si quidem per se non scripsit, sed per aliū ministrantem sibi. Quod non possit, inducitur: quia qui per se cognouit causam, pronunciare debet per se, & nòn per alium. C. de sen. ex breuic. recit. l. 2. & 3. facit C. de iur. emp. l. fin. C. de his, qui ueniam æta. l. 2. Dilatare potes materiam per not. regula, potest quis. lib. 6. in parte prima dicit Nico. notarios distinguendos, ut iudices, quorum aliqui totum & partem committere possunt, etiam priuatis. ff. de iurisdict. om. iudicum. l. magistratibus. & l. cum qui. & l. 2. & 3. in fi. extra de offic. deleg. super quæstionum. §. 2. in qua tamen non procedit quod dicitur de priuatis personis. de rescript. statutum. §. 1. lib. 6. Sunt alij, qui iurisdictionem habent in uolentes totum, qui dicuntur iudices chartularij, de quibus C. de iudic. rem non nouam. §. 1. ff. eo. l. 5. extra, de restit. in integ. c. penulti. Sic est dare in notarijs magistros tabularios, & tabelliones, ut dictum est supra uersi. proxi. & uer. hic sequen. & horum diuersa sunt species, & diuersa officia, & nomina, de quibus nota. C. de tabulari. super Rubric. & constat per prædicta, quòd tabularij scribere possunt per alios, & per se signare & hoc innuitur in authen. de tabellio. in princip. ibi completum à tabellione, & tabulario possent etiam per seipsos totum scribere. Omnis enim tabularius est tabellio, secundum eum: sed non conuertitur. Item etiam ipse, quem tabellionem uocamus, si à seipso extra officium, sine commissione facta à tabulario rogatus scriberet instrumentum, haberet plenam fidem sine subscriptione tabularij. Sed cum in officio ex commissione tabularij scribit, illa scriptura à subscriptione magis tabularij, quàm à subscriptione tabellionis fidem habet. Facit ff. de offi. eius, cui man. est iur. l. si prætor. Sunt alij notarij, uel tabelliones, qui stationes non habent, nec per aliud officium, quàm tabellionatus deputati sunt ad scribendum & audiendum instrumenta: isti instar secundorum iudicum, de quibus supra bene possunt audire contrahentes, & conficere protocolla, & instrumenta: & totum per se debent audire, scribere & complere, & nullam partem per alium explicare, ut in d. §. nos autem. de tabellio.*

ADDE, *ad uersi. seq. si item opponitur quod talis illud scripsit, &c. quòd aliquis prohibitus etiam notarius, licet sit in quasi possessione tabellionatus, & conficiat instrumenta: non tamen propter hāc quasi possessionem tenuit ualida sua instrumenta. Secus tamen esset, si ille esset in quasi possessione huius officij, qui posset etiā tabellio. uide per Ang. in add. ad Bar. in l. generali. C. de tabula. lib. 10. Si uerò instrumento non reducto in modum, morto, uel alio impedimento ineuitabili, non posset rogatus facere instrumentum: autoritate ordinarij fiet per alium, & ualebit. extra eod. tit. c. pen. Itē si consuetudo loci haberet quòd ex protocollo unius possit alius notarius facere instrumentum, illi staretur. C. quæ sit longa cōsuet. l. 1. extra, eo. tit.*

eo.ti.cùm dilectus,2.responso. ubi etiam decuriones,uel regimina ciuitatum hoc alicui concederēt quòd de alterius protocollis possent instrumenta publicare,ualerent alia instrumenta, & sic seruat Italia.Facit C.de iustitia & iur.omnes populi.& de emanci.lib l.1. & uide supra.eo.tit.§.ostenso.uer.quòd si aliquis tabellio. & in uer. ibi sequenti,tractatur de abbreuiatura protocolli,de quo ui de quod ibi dixi.

ADDE, ut per Bal.consi.85.2.lib.Pau.de Castr. consi.230.per Pet.de Ancha consi.244.

x De confes.§.nunc uidendum.uer.si autem.& uer. sequentibus.

a Retento.No.quia hac defendit solutionem,& loquitur quando secundus obtinuit,per quod improbatum fuit instrumentum actoris.

b Quid si ita.Hoc posuerat supra.§.proxi.uer.pen. sed hic plenius.

c Illicitarum.Melius dixisset §.penult.

d Vsurum. Sup. cum fides instrumenti reuocaretur in dubium,sic ponit lex illa.& no.de test.praesentium.in fi.1.gl.Consilium circa hoc uide supra.§. uidendum uer.quòd si uelis.Vnde ut in l.illa no. si eius esset,si non reuocaretur in dubium. Hoc scias quod Gof.in q.28.dixit l.illam locum habere, etiam in alio iudicio & uariato modo agendi. Nā cùm instrumentum,quod produxit,arguitur de falso,& ego dico me illo uti nolle, uideor de crimine conuinci,& pacisci.ff.de his,qui no.infa.athletas §.u ti.& per id poenam euado.C. ad l. Cornel. de fal l.si falsos.& de crimi.fal.ad falsariorum. Et si negaretur per hoc apparere falsum, non potest negare illud suspectum: & suspecta scriptura in iudicio produci non debent.C. de proba. iubemus. de rescri.ad audientiam.infra.de fide instrum. Et quòd poenam euadit,intellige secundum pre. l. si falsos. quando opponebatur usus tantùm. secus si machinatio,uel fabricatio,ut ibi. Adde,ut per Alexan.in apostilla.d.l.si falsos.

e Restat.Totus tractat de numero testium. Hic autem quod praedixit,est ibi.in princip.

f Si uerò.Cuius dictum posui de senten.excommuni.decernimus.lib.6.super ulti glo.ad fin.

g Item.Repete opponitur quod est supra. uersi.patet enim per iura.aliàs,quòd opponitur. item oppositio non procedit saluo quod ibi scripsi super uerbo, deerat.

h Subscriptionem.Ibi uide in glo.2.

i Cùm olim.In glo.ex hoc.

k Vnde uersus. Quos posuit Ioan.de Deo,cauil.lib. 5.ut supra.in prin.

l Si cōfectum.Et in uer. proximè praecedenti illum.

m Fraternitatis.Vbi scripsi in glo.magna.

n Scribit not as.Id est.algorismum,ut ibi not.constat autem notam recipi pro rogatione. extra. eo.titu. c.pen.& suprà eo.§.uer.quid ergo.

o Patris.Etiam si sit emancipatus.uide suprà,de teste.§.1.uer.item quòd est parens.

p Tabelliones. De instrumento à se confecto,quod procurator meus producit: uide quaestionem super regula,cùm quid uno.lib.6.

q L.2. Vbi de hoc per Cyn. Huic autem dicto concordans Odo.& Vber.de Bob.dictum Iac.de Rauens inuenies per Cyn. fertur Dynum tenuisse contrarium in l.1.§.inter filium.ff.ad leg.Cor.de fal. ubi glo.mouet hanc quaestionem,& non soluit. Sic etiam Do. meus super pre.l.2. Id autem probabat Dy.per l.impuberem.§.qui codicillos. & l. diuus. eo.tit.Sed ista leges,quae dicunt in codicillis Libonianum locum habere, pro tanto non probant: quia sicut & testamentum, sic & codicilli in scriptis,& sine scriptis fieri possunt. C. de testa. cùm antiquitas in fi.& de codicil.l.fin. Dominus Rusticanus disputauit hanc quaestionem,& tenuit etiam in nuncupatiuo locum esse Liboniano, & si non ex uerbis, tamen ex mente: quod multis rationibus probauit,inducens ultimò no.in l.fin.C.de edic.diui Adria.in glo.sigillorum. & C. de fideicom.l.fi.Rationes autem fundantur super eo quod dictum est uersi.pro.& super indistincta & generali prohibitione, & super indemnitatis ratione fuit quaestio facti de patre notario testamentum scribente nuncupatiuum,in quo testator filium notarij fecit fideicommissarium, uel executorem ad soluenda legata,uel ad distribuendam certam quātitatem in pauperes. Et posito quòd opinio Odof. de nuncupatiuo non defenderent,fuit tamen obtentum: quia per id nihil acquirebatur filio: & sic nec patri leges praedicta,uel Libonianum,cùm haberet quòd licitè filius illud officium exequi posset. Ad quod facit ff.de fal.l.uxori.§.1. & quod ibi no.& in l.impuberem.§.fin facit l.de eo. & l. sequens.eo.tit.ff. de adi.leg.l.pen.§.1.quando dies le.ced.l.Firmio.§.1.& de lega.l si quis Titio.& quo ibi no.ibi enim distinguntur in ministerio, an sit cum commodo,uel sine.

ADDE quod pro hoc ultimo dicto Ioan.Andr. faciunt quae no.per Bar. in d.l.impuberem. quòd pater potest inscribere filium legatum: dummodo patri non quaratur ususfructus.Quo uerò ad quae Odof.Bal.in l.1.§.fi.ff.eo.dicit quod si est testamentum nuncupatiuū, quod probatur per instrumētū, quia tunc est eadem ratio,quae est in testamento in scriptis,incidat in poenam. Si uerò testamentum

probatur,

probatur per testes, tunc non incidit in pœnam. Et hoc sequitur Bald consi. 387. 2. lib. incip. dispositio.

r *Scriptura illa. Testibus ignota: cuius contrariũ in nuncupatiuo.*

s *Libo. Ibi nil de nuncupatiuo, de quo supra uersicu. prox.*

t *Communiter. Singulariter enim non est dubium, ut in præ. l. dictantibus.*

u *Legatarijs. Et sic seruatur.*

x *In re. Vide quod dixi supra. de teste. §. 1. uer. itẽ quòd est talis.*

y *Verius est. Vide quod scripsi supra. tit. prox. §. 1. supra uersi. sed pone ecce. & facit supra. de teste. §. 3. uer. sed nunquid index. & uersicu. seq. & quod ibi dixi.*

z *Venerabilis. Ibi scripsi in glo. quasi dicat. ad fi.*

a *Cùm olim. Ibi scripsi post prin.*

SVMMARIVM.

De impugnatione scripturæ forensis.

1 *Scriptura forensis quæ dicatur.*

2 *Scriptura forensis in iudicio producta, quæ possunt opponi.*

3 *Scriptura forensis, aut attestationes mortuis testibus, an ualeant post triennium.*

4 *Scriptura publica iudiciali etiam sine testium inscriptione, credendum est.*

SATIS Vtiliter tractauimus, qualiter scriptura publica ualeat impugnari: superest ergo ut de impugnatione priuatæ tangamus. sed quia hoc supra, in §. nunc dicendum, tetigimus: ideo hic non repetimus, aliqua
1 ergo de forensi dicamus. † Et scias quòd forensis scriptura dicitur, quæcunque fit coram iudicibus, uel alijs publicis personis, ut emancipationes, protestationes, & huiusmodi. extra, de offi. ord. pastoralis. §. fina. C. de an. exce. l. ut perfectius. C. de iudic. cum specialis. extra, de procurat. capitu. primo. sic dicta à foro, ut ex. de uerb. sig. fortius. in prin. quia specialiter fit de his quæ in fo-
2 ro fiunt, uel dicuntur. † Si igitur in iudicio talis scriptura producatur, opponatur ei quòd non ualet i nisi sit publicata legitimè. C. de re iud. gesta. & de do. in donationibus. & supra. eod. §. ostenso. uersi. qualiter autem. De hoc & an ipse iudex possit acta scribere. not. secundum papam extra, de te
a sti. cum à nobis. a Item quòd non ualet si factum fuerit inter alias personas. ex. de fide instru. inter dilectos. uersu finem. ff. de iureiur. sed & si posteriori. §. fin. & l. sequen. Item quòd non ualet post lapsum triennij. de quo habes C. de iudic. propc-
3 randum. in fi. & ex. cod. uenerabilis. † Dic quòd attestationes ualebunt etiam post lapsum triennij, si testes mortui sunt. Si uiuunt iterum, poterunt examinari, secundum Ber. Vincen. & Accur. extra, de testi. præsentata. & C. eod. l. fina. & Gof. idem dicit in omnibus actis, quòd non pereunt, si de mandato iudicis per publicam manum sint scripta, per prædic. l. gesta. Confessiones etiam ualent perpetuò si sint publicatæ, ut in præ l. gesta. nam & regulariter acta unius iudicij, faciunt fidem in alio. C. de lib. cã. l. penultim. in fin. extra, de testibus, cum causam. & cap. præsentata. de probatio. cap. fin. & hæc procedunt secundum eos qui dicunt l. properandum. non corrigi per decre. uenerabilis. quo ad lapsum triennij. Alij contra, se-
b cundum quos hæc dubitationem non habent. b An attestationes & confessio in uno iudicio factæ præiudiceut in alio, dixi suprà, de confes. §. nunc
4 uidendum. in prin. † Et scias quòd scripturæ publicæ iudiciali creditur, sine testium inscriptione,
c ut s. §. restat. uersi. sed cum literis. c Quid autem possit contra sententiam obijci, uide infra. de sen ten. §. iuxta. & §. seq.

ADDITIO.

a *A nobis. Vbi scripsi in glo. colligunt quidam*

b *Non habent. Vide suprà. titu. 1. §. restat. uer. item quòd instant & quod ibi dixi.*

c *Cùm literis. Ibi remissionem dedi.*

SVMMARIVM.

De impugnatione priuilegij.

1 *Priuilegij confirmatio non ualet, nisi confessio principalis ostendatur.*

2 *Confirmatum priuilegium, qualiter dicatur confirmari.*

3 *Seruus quicquid acquirit domino acquirit: si tamen iustè acquirit.*

Confirmationi standum non est, nisi originale, & authenticum ostendatur.

4 *Priuilegium continens ius commune. non dicitur priuilegium.*

5 *Clausula non obstante tali lege in priuilegio inserta, an & quando non impediat illud.*

6 *Dubitans priuilegium esse personale uel reale, quo recursum habere possit.*

7 *Papa scribens alicui archi. & dicens uices nostras tibi, in tali prouincia duximus committendas, an intelligatur committere personæ, uel dignitati.*

8 *Clausula in instrumento, quæ ad omnia referri potest apposita, an & qualiter sit referenda.*

9 *Priuilegiatus multis modis potest priuilegium suum perdere.*

10 *Abbas in totum à potestate episcopi exemptus, si Episcopo sponte dederit procurationem per*

40. annos,

40. annos, an possit episcopus eam petere causa praescriptionis.

11 *Imperatore fundante de bonis regni ecclesias eisque priuilegia conferente, an eius successor poterit reuocare,*

NVNC Autem uidendum restat de impugnatione priuilegij, uel confirmatio
a nis, seu concessionis. [a] Et quidem hoc
fit multis modis. Cum enim priuilegium contineat ius priuatum, & speciale personae,
uel uniuersitatis, ut 3. distin. priuilegia. & 26. q.
2. non exemplo. & ex. de uerb. sig. abbate, & C. de
praescrip. 30. uel 40. ann. omnes. in fi. de facili ius
commune ei praefertur, ut in auth. de non alie. aut
per. re. ec. §. quia. ex. de statu mo. recolentes. ex.
de priuil. si de terra. & c. ex ore. de iud. cap. suborta. quia res de facili ad suam naturam reuertitur.
ff. de pact. si unus. §. quòd si non, ut licet aliàs. in
his plena sit interpretatio facienda. ex. de do. cum
dilecti. ff. de consti. prin. beneficium. in primis igitur considera & inspice totum tenorem, ut de instrumentis dixi s. §. instrumentum ergo. in princ.
Deinde uide bullam si est papale priuilegium: &
considera quae habes supra, de rescrip. praesenta. &
rece. §. 1. uel etiam sigillum, si est alter. us priuilegium, in quo considera quae dixi supra. §. postremo. uersicu. item quòd non est signatum. & sequentibus.
1 tibus. † Item oppone contra confirmationem quod
non ualet, nisi ostendatur cõcessio principalis. Pri-
b mò, [b] quia principalis causa deficit. ff. de reg. iur.
cum principalis. Secundò, quia qui confirmat non
dat. ff. de iurisd. om. iud. & quia. Tertiò, quia facit
mentionem de prima scriptura quae non apparet.
quod dic ut supra. §. nunc dicẽdum. uer. 1. in prin.
Haec omnia plenè probantur ex. de fide instru. in-
c ter dilectos. uersus finem. [c] & de senten. & re iud.
cùm inter. prope fin. & de confirma. utili uel inuti
d li. cùm dilecta. [d] Insti. de do. prope fi. ex. de uerb.
e sig. abbate. [e] † Quartò, quia quicquid confirma-
2 tur, intelligitur confirmari, si iustè quaesitum est.
f [f] sicut quicquid seruus acquirit, domino acquirit,
si iustè acquirit, ff. de acquir. poss. quod seruus.
argum. tamen contra confirmationem ualere, licet concessio non appareat. Nam qui confirmat,
uidetur donare. ff. de pactis. conuentionum. & l. sequenti. Ad hoc etiam facit, quod dicitur de marito qui delegauit, uel promisit dare dotem certam quam dixit se accepisse, quàm tamen non accepit. C. de fal. causa adiect. & ff. de dote prael. per
totum. & ff. de aur. & argen. leg. Quintus respon.
2. Insti. de leg. §. si quis in nomine. ex. de consang.
& affi. quia circa. Praetereà quandoque ualet confirmatio, licet concessio non tenuerit. ff. de adop.
adoptio non iure. Quidam distinguunt utrum
erat uerisimile confirmantem de nouo concessurum, necne: tu dic quòd si simpliciter fit confirmatio, uel in genere, dicendo, confirmo donationem uel concessionem tibi per talem factam non
ualet confirmatio, nisi appareat donatio uel legitima, ut in primis concor. Si uerò fit ex certa scientia: puta quia confirmator uidet concessionem, &
tam de uerbo ad uerbum in confirmationem inserit, ut patet suprà. de rescrip. praesen. §. ratione
formae. uersi. sequitur uidere. tunc bene ualet: ut
63. dist. in synodo. ex. de confir. uti. uel inuti. c. pe-
g nulti. [g] & in praedic. concordan. contrarijs. & ff.
h de testa. tut. iure. & haec quaestio uenerealis est. [h]
Et nota quòd aliud est priuilegium, & aliud confirmatio, ut not. secundum papam, ex. de re iudic.
i cùm inter. [i] † Quid si concessum est alicui priuile
3 gium à principe: puta ut possit facere tabelliones,
uel aliqua alia iurisdictio: postea per successores
principes facit iste sibi priuilegium huiusmodi cõfirmari, pro qua confirmatione facit in auth. colla. 1. de haered. & Falcid. in 1. colla. processu temporis, dum fortè priuilegium in dubium reuocatur
confirmatio in medium producitur, contra quam
opponitur ei standum non esse, nisi originale, &
authenticum ostendatur. C. de eden. auth. si quis
in aliquo. ex. de fide instr. c. 2. ex. de confir. uti. uel
inuti. c. 1. & c. cùm dilecta. Odo. dic. tei credendũ
esse: arg. C. de testa. ff. de iurisd. om. iud. & quia. ff.
de pac. legitima. ff. de uerb. sign. l. lege obuenire.
k ex. de confir. uti. c. pen. [k] Item si concessio principalis apparet: oppone contra confirmationẽ eius
uel priuilegium, quòd ipsa concessio non tenuit:
ergo nec priuilegium uel confirmatio, quae sunt
accessoria, ut ex. de re iudic. cùm inter uos. prope
fin. ut in praedic. l. iure. in prin. Alij dicunt contra,
arg. praed. l. adoptio non iure. sed primum uerius.
l Alij distinguunt, ut supra. uersicu. proxi. [l] Item si
concessio seu donatio, & bulla, & sigillum sine uitio appareant: oppone quòd concedens non potuit concedere tale priuilegium: super quo uide
ff. de postul. l. 1. §. de qua. ff. de mino. denique. in
prin. ff. de flumi. l. pe. ff. quod ui aut clàm. prohibere. §. 1. ff. à quib. app. non licet. l. 1. ff. qui test. fac.
poss. l. 2. & l. qui potestate. 1. q. 7. Dayberrum. ex. de
4 dec. dudum. † Item oppone quòd continet ius cõ
mune: ergo non est priuilegium, ut supra in prin.
huius §. frustra ergo concessum fuit. ff. ad munici.
l. 1. C. lib. 10. de thesau. l. unica. Si autem fit praeter
ius, debet interpretari secundum ius, ut C. de inoffi. test. si quando. in prin. ex. de consue. cùm dilectus. si contra ius, uide contra quod ius, & contra
quem, & quae laesio inferatur, ut 25. q. 2. rescripta.
& l. nec damnosa. quae est C. de preci. Imp. offe. ex.
de uerb. sig. quid per Nouale. & de deci. suggestum
5 & de testi. causam quae uertitur. † Et scias quòd si
in priuilegio dicitur non obstante tali lege: tunc
omnia ualent, si concedens habet ius tollendi legem illam, ut princeps. ff. ne quid in lo. pu. l. 2. §. si
quis à principe. C. de testa. auth. haec autem inter
liberos. ff. de leg. 3. si quis. in prin. ff. de recep. l. 3.
in fi. & l. 4. ex. de rescrip. nonnulli. Si uerò dicatur in genere, non obstante aliqua lege: fortè non
ualet nulla lege specificata. ff. si quis cautio sed &
si quis. §. quaesitum. ex. de confirma. uti. bonae. C.
lib. 10. de pe. bo. sub. l. 2. ex. de offi. deleg. ex parte.
2. arg. tamen contra, quòd ualet etiam in genere:
quia tantum ualet genus in omnibus, quãtum species in specie, ut ff. de admi. tut. si plures. & l. si duo
in fi. ff. si cer. pet. certũ. Potest hoc distingui, utrũ
ex certa scientia scribunt, uel non: uel dic ut not.
in praedic. decre. ex parte. & de hoc infra. de in in-
m teg. resti. §. ulti. uersicu. quid si in causa. [m] Itẽ opponitur

ponitur quòd est obtentum lite pendente, ut ex.
n ut lite pen.cap.fin.ex.de priuileg.dudum. [n] Item quòd est obtentum per falsi suggestionem, uel ueri suppressionem.ex.de confir.uti.uel inuti.c.2.& C.si contra ius uel util.pu.præscriptione.& l.& si legibus.quæ sunt.25.q.2.ff.de natali.resti.l.1. Distingue tamen hic, ut ex.de præscrip.super literis. Item quòd fuit concessum personæ, non loco: uel econtrà.& uide ff.de re.iur.priuilegia.ff.de censi. l.3.ff.de aqua quot.& æsti.l.1.§.antepenultim.ff. sol.ma.quia.ff.de administ.tut.si ex pluribus.ff.de leg.2.cum patronus. Priuilegium enim personale non transit personam: reale verò perpetuò manet.ex.de præsum.mandati.7.q.1.petisti.16.q.1. hinc est.ex.de usu pal.cap.2.25.q.2.c.1.2.& 3.&
6 per totum.& 26.q.2.non exemplo. † Si aut dubiũ est, an sit personale uel reale, recurritur ad intentionem concedentis illud.ff.de regul.iur. Neratius.ex.de iudic.cum uenissent.11.q.1.§.ex his omnibus.quòd si non poterit concedens haberi, intelligetur reale: nisi contra probetur. ff.de constitu.prin.beneficium.ex.de emptio.& uend cum dilecti.ex.de rescrip.ad audientiam.16.q.3.placuit. Et ad hanc materiam facit quod a iàs dicitur de pacto,& personali,& reali.ff.de pactis.iuris gentium.§.pacto.& l.si tibi.§.pen.& l.idem.§.personale.ff.de proba.si pacta.ff.de lib.leg.non solum.
o §.tale.& l.Aurelius. [o] † Quid si papa scribit ali-
7 cui archi.uices nostras tibi in tali prouincia duximus committendas: nunquid intelligitur concedere personæ uel dignitati? Respon.credo quòd personæ: argumen.in prædic.decre.cum uenissent.& in prædic.decre.mandata.94.distin.capit.
p primo,& in hoc concordant T.& Ber. Alij [p] contra, per præ.decre.cum uenissent. Hæc quæstio ue
q neralis [q] est: & uide secundum dom.meum, in summa de priuileg.§.quæ sunt species. Item oppone quòd fuit ad tempus concessum quod lapsum est.25.quæstio.2.cap.fin.C.de legi.l.fin.de postulan.l.antep.à contrario sensu.35.q.5.quædam.& cap.quod scripsi. Item quòd est ibi aliqua incerta conditio quæ non est impleta: uide etiam si est ibi modus, & an satisdedit de adimplendo modo, uel non.super quo uide C.de his quæ sub modo, uel conditione.l.1.& 2.& ff.de condi.& demon.l.quibus diebus.in fi.& l.qui hæredi.§.fina.& ff.loca.qui insulam.ex.de condi.appo.cap.1.& 2.& fi.de pœ.distin.4.cap.1.& 2. Item quòd fuit ob causam concessum quæ cessat: & attende, an illa fuerit finalis uel impulsiua. Et uide super hoc C.de episcop.& cler.generaliter.ff.de postul.l.1.§.3.ff.de do.l.2.in fi.& l.3.ff.de iure pat.adigere.ex.de iureiuran.& si Christus.prope fi.ubi de hoc 32.q.7.tantum.extra, de renun.post translationem.§. cæterùm.1.q.7.quod pro remedio.& 1.quæstio.1.quod pro necessitate.19.q.2.duæ. Item excipe quòd talis clausula ibi posita respicit tantùm sequentia,& non præcedentia, ut ex.de dona.cùm dilecti.uel quòd præpostera posita est, ut extra, de
8 rescrip.causam quæ. † Et nota quòd si in priuilegio, uel in instrumento est aliqua clausula, uel aliquod dictum quæ uel quod potest referri ad omnia præmissa, ad omnia referenda est, licet de odio tractetur: argum.C.de lib.præter.l.1.ibi, intelligendum est,&c.ff.de rebus dub.l.fin. quod uerum est si sine iniuria, uel testatoris offensa, possit ad omnia referri, ut ff.de iurisd.omn.iudic.si idẽ. Alioquin ad proximè præcedentia tantùm. ff. de postulan.l.1.§.proinde.& de leg.1.talis scriptura.& l.seq.secundum Odoffre. Tu dic quòd clausula generalis, quandoque ponitur in principio instrumenti: & tunc quæ ibi ponuntur, aut sunt connexa seu accessoria principali, aut non. Primo casu omnia sequentia complectitur,& respicit, nisi appareat per finem testatorem, uel contrahentes aliud sensisse.ff.de leg.3.si quis.in prin.& 33.q.6. Apostolus. quæ enim in præfationibus, &c.ff.de uerb.oblig.a Titia.ff.de condi.& demon.auia. Quandoque ponitur in medio, & tunc aut debet de sui natura præcedere, aut non. Si debet, tunc non respicit præcedentia, uel sequentia tantùm, sed debet secundum suum ordinem intelligi, ac si ibi ordinatè posita fuisset, ut in præ.decre.causam quæ.& C.de condi.instit.l.pe. si non debet præcedere, aut non sunt omnino diuisi articuli: & tunc non refert ubi ponatur, ut ex.de app.secundo. Aut sunt diuersi omnino: & tunc si ponatur in medio, sola præcedentia respicit: dum tamen sint principali accedentia, uel annexa, ut ex.eo.inquisitioni. Cæterum quandoque ponetur in fine: & tunc si plures articuli præcedunt, & quilibet eorum habet suam propriam determinationem, excepto ultimo, post quem ponitur clausula generalis: tunc respicit tantùm proximè positum, ut in prædic.decre.cùm dilecti.ff.de in rem uerso.si pro parte.§. penulti.alias clausula illa in fine posita, respicit omnia præmissa, ut extra, de rescrip.olim.propè fin.cum suis concord. quia non est nouum, &c.ff. ad leg.Aquil.si seruus seruum.§.inquit lex.& uide infra, de dispu.& alle.aduo.§.post hæc.uersicu.
r licet in principali. [r] † Item oppone quòd priuile-
9 giatus perdidit priuilegium, quod fit multis mo-
s dis [s] Primò, si priuilegiatus ueniat, uel faciat cõtra priuilegium, ff.de leg.2.cùm pater.§.libertis. ff.de mino.auxilium.ex.de præbend.pro illorum.& de constitu.cum accessissent.extra, de priuileg.
10 si de terra.& cap.accedentibus. † Quid ergo si Abbas in totum à potestate Episcopi exemptus sit, ut nihil ei præstet, nisi quod sponte dare uoluerit: ipse uerò præstat episcopo procurationem
t per 40. annos? Dicit Pileus [t] quòd Episcopus non potest eam petere, qua præscripserit: quia
u uidetur causa hospitalitatis ad quam tenetur [u] eum procurasse, tu dic contra: ut in præ.decre.si
x de terra. Hæc quæstio est dominicalis. [x] De hoc infra.de præscrip.uer.hoc etiam not. Secundò, perditur per negligentiam spatij 10.ann.ff.de nundinis.l.1. Tertiò, si eo abutatur.11.q.3.priuilegium.74.dist.ubi ista.in auth.ut iu.fine quoquo suf.§. antepe. Quartò, propter delictum. ff.de ritu nu. filio.C.ubi sena.uel claris.l.2.extra, de pœ.ad aures.& cap.in quibusdam.8.q.3.talia. Vnde ciuitas perdit priuilegium, propter delictum ciuium.25.q.2.ita nos. Quintò, cum enormæ damnum inducit alteri: ut ex.de deci.dilecti,& c.seq.ex.de uer-
y bo.sig.quid per nouale. [y] Sextò, si princeps, qui illud concessit, scienter iudicat contra illud ex. de re iud.suborta.in fi. Septimò, si uerbo, uel facto

cto tacitè, uel expresè ei renunciat priuilegiatus C.de pac.si quis in scribendo.ff.de ac.hæ.recusare. ff.de assigna.li. l. 1. §. assig. ex̄. de re. licet ex̄. de deci.nuper.ex̄.de his quæ fi.à ma. par.c. ex ore.& 7.in prin. Octauò, per secundum priuilegium expressam de primo faciens mentionem.ex̄.de rescr. c.1. Vbi de hoc ex̄.de præscri.ueniens. uers.non obstante. à contrario sensu. ff. de iure codicil. diuus §.pe.ff.de leg.3.si quis in prin.considera etiam, an utrunque sit generale, uel utrunque speciale. uel unum generale & aliud speciale:ut ff.de lega.3. uxores.§.felicissimos.& l.seruus urbanus.§.fin.& ff.de reg.iur.in toto.25. q. 2. in Galliarum. ex̄. de rescri.c.1.& c. ex parte. Nonò, si concedens illud reuocet:ut C.de Iudæis. iussio. ex̄. de deci. suggestum.& arg.ff.de iud.iudicium. ex̄. de re. iu. §. 1. Considera tamen, an concedens sit talis, qui possit illud adimere. sicut alias legitur de testatore: ut ff.de adimen. leg.per totum.uel non possit, ut in donatore: ut C.de dona. quæ sub. modo. l. per-
11 fecta.ex̄.de do.cap. fin. † Quid si Imperator uel Rex fundat, uel dotat de bonis imperij, uel regni multas ecclesias, & multa priuilegia eis confert: nunquid eius successor poterit reuocare? Io. de
z Deo no.in quæstionibus suis [z] quòd non, nisi imperium, uel regnum, uel ducatus enormiter lædantur: quia tunc posset, nisi ecclesiæ præscriptione, uel alia causa legitima iuuarentur. ex̄.de do. pastoralis.ex̄.de iureiurando.intellecto. ex̄.de re iu-
a dic.abbate sanè. [a] & bene facit in auth. de non ali. aut per.re.ec.§.si nimis. col.2. ex̄. de in integ.re. auditis. Decimò, si quis non seruat priuilegia aliorum, sua decurtabuntur. ex̄.de priuilegij. dilecti.

ADDITIO.

a *Concessionis. Multum habuit autor de hoc membro ab Vber.de Bob.opere suo,5.& 6.col.& Ioā. de Deo lib.6.cauil. ubi supra. & Nepos de Mon. Alb.hoc prosequitur sub respon.2.*

b *Primo. Ponit uerba Vber.ubi supra.*

c *Versus finem. Et uide quod ibi scripsi de confirmatione simplici, & illa quæ habet clausulam ad instar in glo.no.Inn. & hoc ad decret.auditis.de restit.in integ.*

d *Dilecta. Et c.pen.ubi de hoc in glo.2.*

e *Abbate. Vbi de hoc in glo. ex hoc.& ibi remissiones uide. Faciunt leges ff.de leg.1.si sic, §.1.ubi per Dyn.ff.de here.uel act.uen.quòd si in uenditione.& de acquir.pos.possideri.§.incertam. & l.locus & de usur.si fur.l.ult.*

f *Quæsitum est. Facit de rescr.c.si gratiosè. in si.li. 6.cum concord.*

g *C pen. Vide quòd ibi dixi super glo.pen.*

h *Venerealis est.49.& facit etiam.57.*

i *Cùm inter. Vbi scripsi super uerbo, priuilegia.*

k *C.pen. Vide quod ibi dixi post Host. super 2.gloss. per quod intelliges diuersitatem huius casus ad præcedentem.*

l *Versic. proxi. Proximus erat antequam interponeretur additio.uersi.nunc proxi.*

m *In causa. Et supra, de rescrip. præsen.§.ratione causæ.uer. item quòd est contra ius & uide quod plenè dixi de exces.præla.c.uno.lib.6.super gl.ergo necesse.*

n *Dudum. Et de testib.causam.2. Et uide quod ubi dixi super glo.2.*

o *Aurelius. De hac quæstione & seq.uide quod scripsi super regula,priuilegium. de regu.iur.lib.6.in quæstionibus. & facit ad prædicta quod not. Host. in summa de pact.§.quæ sint diuisiones. uersi.pen. Adde an priuilegium in dubio sit præsumendum reale uel personale. Bald.consi.305.3.lib. Petr.de Anch.consi.428. Alexan.consi.181. Et an concessio facta alicui non exprimendo proprio nomine in dubio sit realis uel personalis, uide Feder. consilio 68.*

p *Bernar. Alij, scilicet Damas.dixi in quæstione prædicta, quomodo uide quomodo decre. mandata.inducitur ad partem suam, scilicet quia protestatio non fuisset necessaria, si commissio non intelligetur realis: & quomodo respondetur ad hoc & ad decre.cùm uenissent.*

q *Venerealis.22.*

r *Principali. Sed Gul. Ang. in tit. de recusa.2.col. tripliciter distinguit. Primò sic, aut repetitio uitiat repetitum: & tunc cessat repetitio.ff. de uer. obligat.quicquid. Aut non uitiat: & tunc procedit, ut prædicta l.à Titia.uel sic: Aut quæritur de obligando: aut de primo casu non repetitur, per præd.l.quicquid. Secundò sic: per l.prædictam, à Titia ff.de actio. & oblig. Arrianus. Vel sic: aut potest, aut non potest una sine reliqua terminari, secundum id repetitur, uel non repetitur.alleg.de appell.super eo.prædi. Adde de clausula in fine posita, ad quæ referatur. Alexand.consi.11.libr.1. Bald.consil.258.4.lib.Paul.de Castr.consil.153. Ros.consi.337. Additio. Adde Soci.consil.250. incip.in causa in 2.uolu.ubi in penul.colum.uersi. tertia ratio.dicit quòd prædicta clausula refertur tantùm ad ea quæ sunt apposita per uiam dispositionis principaliter, non ad ea quæ sunt posita per uiam conditionis, & demonstrationis accessoriè, ut est casus, & ibi Bar.in l.fi.§.Titia.ff.de lib.leg. & de hac clausula uide Guid. Papæ sing.200.incip.clausula posita. Henri.Ferran.*

s *Modis. Quorum aliqui not.11.q.3 priuilegium. 22.dist.renouantes.de deci.suggestum.in 1.gl.& reliquos ibi addidi post Host.*

t *Dicit Pil. in quæstione sua 80. in qua dicit quòd*

.episcopus.

episcopus intentabat confessoriam uel iudicis officium.

u Tenetur omnibus. Sic expressit Pil. patet id 43. dist. §. 1. extra, de emp. & uen c. 1.

x Dominicalis. 14.

y Nouale. Et ff. ne quid in flu. pu. l. 1. §. sunt qui putant. in fine.

κ Suis. Lib. 1. q. 1. in qua etiam exprimebat de Constantino, Carolo, & Leone. de donatione Constantini, unde quod no. in cle. de iureiuran. Romani. ad fin. in glo. disputauit. ubi posui opinionem Accur. contrariam Ioan. & remisi ad Summam Hostien. de immu. ecc. §. penul. ad fin. Item Iacob. de Bel. in authen. quomodo oportet epi. in princip. in sua noua quaestione tractat, an posito secundum dictum Accur. ibi not. quod donatio Constantini non tenuerit, an ecclesia Romana praescribere potuerit, per id, quod hic sequitur. innuitur quod sic. Ipse allegat pro & contra: inter quae alleg. quod not. infra. de praescriptio. uer. illud etiam quaeritur. ubi dicam. Sed est alia quaestio dominical. 19. affinis illi de filio Regis longo tempore peregrino, cuius loco alter se submisit, quem interim Rex decedens, credens eum filium, heredem instituit: qui monasterium construxit, & illi multa bona donauit, quae uerus filius reuersus repetit: quaeritur an possit, ad negatiuam allegatur 12. quaest. 2. nulli liceat. 14. quaest. ulti. comperimus. de con. distinct. 1. ligna. & cap. se. 19. quaest. 3. quae semel. 3. quaest. 7. § tria. ff. de offic. praeto. Barbarius. C. de testamen. l. 1. ff. ad Maced. l. 2. & de solutio. uero procuratori. §. 2. extra. de impa. consultionibus. qui filij sint leg. cum inter. & cap. ex tenore. agat igitur uerus filius contra putatiuum. ad affirmatiuam alleg. 1. q. 7. Daybertum. de dona. inter. uir. & uxo. nuper. de despon impu. ad dissoluendum. 8. dist. ueritate. ff. de offi. praesi. illicitas. §. ueritas. Solu. per l. si mater. C. de inoffic. te. & per l. si pater. C. de here. insti. uero filio illa bona restituenda. consecraturum autem restituetur pretium per pra. c. comperimus. & aget monasteriũ contra putatiuum de dolo. ff. de dona. Aristo. in fi.

a Sanè. Lib. 6.

SVMMARIVM.

Testamenta qualiter impugnentur.

1 Testari potest quilibet non prohibitus.

2 Hominis, ascriptitij religionem intrantis, cuius esse debeant bona si filios non habuerit.

3 Filiusfa. an possit testari in rebus aduentitijs sibi ita relictis, ne ad patrem perueniat usufructus.

4 Testamentum à filiofa. de consensu & uoluntate patris conditum, quo iure sit ualidum.

5 Bannitus, an possit testari.

6 Exculcatus propter crimen, an possit testamentum condere.

7 Personae quae non possunt haeredes, uel legatarij in testamento institui, sunt plures.

Seruus de adulterio cum domina commisso accusatus, non potest haeres domini institui.

8 Testamento tanquam solenni producto, qualiter sit opponendum.

9 Vno ex testibus in testamento inscriptis, uno testatore moriente, an ruptum sit testamentum.

10 Milites in castris, seu in expeditione, aut exercitu existentes, cum quot testibus testari possint.

Milites in propria domo existentes, testari debent communi.

11 Ius canonicum dicit in testamento sufficere duos testes, cum proprio sacerdote.

12 Testamentum cum tribus testibus sine presbytero conditum, non est legitimum.

13 Instrumentum ubi sunt duo testes conscripti, si contineat quod talis condidit testamentum nuncupatiuum, coram 7. testibus, an probet testamentum.

14 Solemnitates testa. an possint consuetudine remitti.

15 Ad testamentum ualidandum, an sola consuetudo regionis, uel patriae sufficiat.

16 Alienigena in testamenti conditione seruans consuetudinem patriae in qua est, an possit à legitimis suae regionis impediri.

17 Electione in iudicio facta, iam non est uariandũ.

18 Clausula ista, si non ualet iure testamenti, ualeat iure codicillorum, &c. quid operetur in ultimis uoluntatibus.

19 Securè testari uolens, quae habeat dicere.

20 Legans alicui aliquid si postea testamentum condat nulla de praedicto legato mentione facta, an intelligatur legatum reuocatum.

21 Fideicommissa, an possit petere haereditatem à legitimis.

22 Duobus institutis haeredibus, uno purè, altero sub conditione, an purè institutus, habebit totam haereditatem uel medietatem tantum.

23 Vltima uoluntas. an per aliam posteriorem dicatur mutari.

24 Testator dicens si secundum testamentum fecero, non ualeat: an propterea non ualebit.

25 Iurans non contrauenire suae uoluntati, an si condat secundum testamentum contrauenire poterit.

26 Redditio iuramenti, est de iure naturali, & in praecepto, nec est infringendum iuramentum.

27 Duorum

27 *Duorum testamentorum, si primum fuerit generale, & secundum speciale, an primum rumpatur.*

28 *Testamentum faciens, si audiat quòd hæres sit mortuus, & secundò testetur, an si primus hæres appareat, ualeat secundum testamentum.*

29 *Pater habens tres filios, quos instituit hæredes, si postea fecerit testamentum, unum instituendo, an ualeat.*

30 *Secundum testamentum factum sub conditione, an primum rumpatur.*

31 *Testamentum faciens solenne, & secundò incipiens aliud, sed morte præuentus perficere non potest, an primum ualeat.*

32 *Testamentum faciens, si per arrogationem testatoris rumpatur: postea autem sui iuris effectus uult quòd ualeat, an debeat ualere.*

33 *Deductio Falcidiæ cessat in relictis ad pias causas, sed non Trebellianica.*

34 *Testatore præcipiente, illicitè acquisita restitui, non est de restituendis aliquid diminuendum uel deducendum.*

35 *Codicillos plures facere, an quis possit, & an unus tollatur per alium.*

36 *Testamenti forma, quæ esse debeat.*

37 *Exhæredare uolens aliquem causa ingratitudinis, quem tenebatur instituere, qua forma uti debeat.*

38 *Pater, an possit filiam i dote heredem instituere. Dos est proprium matrimonium mulieris.*

39 *Testamentorum aliud priuatum, aliud solenne.*

40 *Testamentum, in quibus, aut comparetur, aut differat à testamento nuncupatiuo.*

41 *Forma, qua quilibet ex testibus in testamentis se subscribere debeat.*

42 *Cæcus, an & qualiter testari possit.*

43 *Testamentum cæci, qualiter dicatur nuncupatiuum.*

44 *Testamenti partes sunt sex.*

45 *Legatorum species est triplex.*

46 *Directa hæredis institutio fieri nequit, nisi in testamento.*

47 *Prouida testatorum dispositiones sunt plures.*

48 *Testamentum integrum, cui dari possit, & quibus testamenti partes.*

a COMPENDIOSE [a] Transcurrimus, qualiter priuilegium impugnetur, sed quia testamenta frequenter in iudicijs producuntur: adeo de ipsis aliqua subnectamus. In quo quidem hoc ordine procedamus. Nam primò quæ possunt opponi contra testamentum ponemus. Secundò uero, formas ultimarum
uoluntatum inseremus. Tertiò, quid iuris sit de
executoribus testamentorũ aliqua disputabimus.
b [b] In primis igitur cùm quæritur, an ualeat testamentum: consideranda est testatoris persona, utrũ
uidelicet sit testabilis, uel non, ut ff. qui testa. fa.
pos. l. si quæramus. & per totum. Institu. quibus
1 non est per. fa. te. † Potest autem testari quicunque non prohibetur. C. de relig. & sum. fune. statutus. Primò, ergo oppone cõtra testamentum quòd
testator prohibitus erat à iure testari, quod in
c multis casibus contingit. [c] Primò, si fuit seruus,
ff. qui testamen. face. poss. filius. 13. q. 2. illud. Ipse
enim nec seipsum, nec bona habet: imò pro mortuo reputatur. ff. de re iud. quod attinet, & l. seruitutem. Quid de adscriptitio? Videtur idẽ cùm &
ipse deterioris sit conditionis, quàm serui, ut C.
lib. 11. de agri. & censi. ne diutius. & arg. C. lib. eo.
in quibus causis coloni censici. l. 2. ubi dicitur
quòd bona domini, cuius & ipsi sunt non alienẽt,
sed ibi in alienatione inter uiuos: unde dic quòd
possunt testari. C. de episc. & cler. si quis presbyter.
Quod autem dixi adscriptitium testari posse: idem
est etiam in colono, quos lex liberos uocat, ut C.
de agri. & censi. cùm satis. Intelligo uerum esse
inter suos, ut C. de episco. & cler. authen. si quis
d presbyter [d] liberti autem testari possunt, relicta
tamen patronis legitima portione: alioquin cassatur testamentum, ut Instit. de suc. liber. & C.
2 de bo. pos. contra tab. lib. † Sed quid si homo uel
adscriptitius meus intret religionem? Dic quòd
si non habet filios, bona sua mihi quasi suo hæredi debentur. Idem est in criminali, cui curia succedit. Idem in liberto, cui succedit patronus, ut
C. de episco. & cler. si quis presbyter. & C. lib. 10.
in quibus causis colo. cen. l. 2. secundum M. de Fano. Verum autem homo meus possit de bonis suis
testari. no. j. de feud. §. quoniam. uers. 19. Secundò, si fuit monachus, uel canonicus regularis, &
alij non habentes proprium nec arbitrium uolontatis, quæ plenè prosequere ut j. de statu mo.
uer. 4. & seq. Tertiò, si fuerit interdictus bonis à lege. ff. qui testa. face. possunt. si eui. respond. r. [e]
e Quartò, prohibetur testari hæreticus: & credens,
& fautor hæreticorum nolens satisfacere intra annum. ex. de hæret. excommunicamus. §. credentes. & c. uergentis. C. eo. Manichæos. Quintò, incertus de statu suo. ff. qui testa. face. possunt: de
statu. & l. qui in domini. Sextus, filiusfamil. ff. eo.
qui in potestate. & C. qui testa. face. pos. l. pen. nisi
de peculio castrensi, uel quasi. C. de inoffic. test. l.
3 fin. † Sed nunquid filiusfamil. potest testari in rebus aduentitijs sibi ita relictis, ne ad patrem perueniat usufructus. Dicunt quidam quòd sic, ut in
authen. colla. 8. ut liceat ma. & auiæ. in prin. ibi: quo
noluerit modo ea disponere, &c. & C. de bo. quæ
lib. l. fina. §. duntaxat. Alij contrà, & uerius: quia
testamenti factio est publici iuris, & ff. eod. l. 3. &
l. qui potest, ff. de do. causa mor. tam is. & ff. ad
f Treb. l. 1. [f] & in præ. §. duntaxat. & 13. q. 2. §. sed
4 aliud. † Quid si filiusfamil. condit. testamentum
de consensu & uoluntate patris, quod de iure fieri
non potest, ut in præd. l. tam is. ff. de testa. l. is qui.
2. q. 6. §. diffinitiua. & dixit si non ualet iure testamenti, ualeat iure codicillorum, uel cuiuslibet
alterius

nitate dubitetur:quæ opinio de conſuetudine ob-
tinet teſtamentum tenet.quæ opinio no. C. de fi-
u deicom.l.fin.C.de bo.poſ. ſecundum ta. l. fin. [u] ſ.
uer.quid ſi in inſtrumento. Item quòd teſtes non
fuerunt rogati, ſed fortuitu. In codicillis tamen
ſufficiunt quinque non rogati. quod dic ut ſupra.
de teſte.§.1.uer. quòd non fuerit rog. Item quòd
omnes teſtes non fuerunt liberi neque puberes,
ut C.de teſt.l.1.& l.hac conſultiſsima. Inſtit.eo.§.
ſed neque. & §. 1. Item quòd teſtes non ſubſcri-
pſerunt uno eodemque die, loco & tempore, ut
in l.hac conſultiſsima. & Inſtit. eod. §. 1. Sed nec
unus pro alio debet ſubſcribere.ff.eo.l.penul.niſi
in teſtamento ruſtici.C.eo.l.fi. Item quòd teſtes
non conſignarunt illud, ut in prædicta l.hac con-
ſultiſsima.& eo.tit.ſi unus.& C. de bo. poſſ. con-
tra ta.l. 1. Item quòd teſtes inſcripti ſunt fœmi-
næ,uel hermaphroditi, qui magis in fœmineo ſe-
xu incaleſcunt.Inſti. de teſta.§.ſed neque. & 4.q.
3.uerſi.hermaphroditus.Item quòd teſtis inſcri-
ptus fuit in poteſtate teſtatoris, uel hæredis, uel
hæres in eiuſdem poteſtate, uel in eadem pote-
ſtate eum hærede, uel erat pater, uel filius teſta-
toris.Inſtit.de teſta.§.in teſtibus. & §. ſed neque
hæres.& 4.q.3.uerſ. pater & filius. & generaliter
non poſſunt eſſe teſtes illi quibus in teſtamento
relinqui non poteſt, quos ſuprà dixi: ut patet in
eiſdem concor.& ſuprà de teſte.§. 1. prope prin.
uerſ. pater autem. & etiam alia excipe contra te-
ſtes,ut ī.in eo.§. Item oppone contra teſtamen-
tum, quòd teſtator non ſcripſit nomen hæredis,
quod facere debet ſi poteſt, ut C. de teſti. iube-
mus.Item quòd hæres non eſt in eo inſtitutus. C.
eo. non codicillum. & ff. de codicil.illud. & ff.de
his quæ in teſta.delen.l.proximè.C.de uul.& pu-
pil.ſub.l.1.in fi.Item quòd teſtamentum per mul
ta interualla non continuè præter neceſsitatem
corporalem conditum eſt.C.de teſt.cum antiqui
tas. Item quòd non debet aperiri coram clericis,
ſed tantum coram magiſtro cenſus.C. de teſta.te-
ſtamento.& l.conſulta.C.de epiſco.& cler. repeti
ta.& hæc Romæ uel Conſtantinopoli. in prouin-
cijs autem etiam coram defenſore ciuitatis fit. in
auth.de defen.ciuit.§. nulla. Item quòd non de-
bet aperiri niſi in præſentia ſeptem teſtium:ar.C.
quemad.teſt. ape. l. 2. Item quòd filius eſt in eo
præteritus, uel poſt eum poſthumus eſt natus. C.
de poſth.hær.inſti.auth.ex cauſa.C.de bo. poſ.cō
tra ta.l.2.& ff.eo.l.1. ff.de iniuſ. rup. & irri.te.nā
& ſi ſub conditione. Item quòd filius eſt in eo ſi-
ne cauſa expreſſa exhæredatus. C. de poſthumis.
authent. non licet. quod intellige ſecundum hoc
quod habetur.C.ad Tertul.auth.in teſtamento.&
C.de inoffic.teſt.omnimodo.Inſti.de exhær.li. in
princ. Item oppone quòd filius de bonis mortuæ
matris,uel etiam de alijs, in quibus patri uſusfru
ctus acquiratur, teſtatus eſt patre uiuente, quod
eſſe non debet.C. de bo. quæ li. l. fin. §. filius au-
tem.etiam ſecundum quoſdam patre conſentien-
te.C.qui teſ.fa.poſ.l.pe.& l.ſenium.& ff. e. qui in
poteſtate.& Inſti.eo.in prin.ī.uer.ſed nunquid fi
lius. Item quòd poſt teſtamentum conditum te-
ſtator adoptatur, uel arrogatur, uel aliàs capite
minuitur.Itē quòd aliàs eſt imperfectum uel iniu
ſtum,uel rumpendum,quod dic ut Inſti.qui. mo
te.infir.§ alio autem.& per totum ti. Item quòd
teſtator non uidit tabellionem,uel teſtes:nec ui-
ſus eſt ab eis.Hæc circa ſolēnia exempli gratia ſuf
x ficiat perſtrinxiſſe. Verum [x] opponentem cautū
eſſe oportet, ut ipſe teſtamentum à principio nō
neget,alioquin ſe hac allegatione priuabit, ſuper
quo uide Inſtit.de fideicom.li. in fi.C. de fideicō.
l.fi. Nec enim ſe iuuabit ex eo quod negauit.ī.de
10 poſi.§.8.uerſi.ſed ſecundum præmiſſa. † Sed & ſi
præmiſſæ ſolennitates, uel aliæ huiuſmodi non
ſint adhibitæ in teſtamento, poteſt quandoque ſu
ſtineri: puta propter priuilegium patriæ conceſ-
ſum,& multò magis ſi ſingulari perſonæ, ut C.de
teſ.ſi nō ſpeciali uel hominibus: puta ruſticis,uel
militibus,ut C.de teſt.mi. per totum. & de teſt.l.
y fi. [y] milites enim dum ſunt in caſtris ſeu in expe-
ditione teſtari ualent:prout uoluit etiā ſine duo-
bus teſtibus,ſcribendo etiam ſanguine proprio in
clypeo,uel alibi propriam uoluntatem. Sed quan
do ſtant in propria,uel aliena domo,teſtari debēt
iure communi. Quando uerò ſunt in exercitu,nō
tamen in bello, teſtari poſſunt cum duobus te-
z ſtibus. [z] † Item per ius canonicum duo teſtes cū
11 presbytero ſufficiunt in teſtamentis, etiam in a-
lijs quàm ad pias cauſas,ut ex̄. de teſta.cum eſſes.
a [a] & duo tantum ſiue presbytero in relictis ad pias
cauſas,ut eod.tit.relatum.1.Et intelligo in præce
denti caſu neceſſariam præſentiam ſacerdotis:
quia non detrahitur ſolennitati legali, niſi quate
nus inuenitur expreſſum,ut ex̄.de deci.ad audien
tiam.ex̄.de elec.eccleſia noſtra.2.in fi.C. de teſta.
ſancimus.C.de inoffic.dotibus.l.unica. Si ergo ip
12 ſe ſolus intereſſet cum alio,non ſufficeret. † Sed
& ſi eſſent tres ſine ipſo,non ualeret. Multum e-
nim pro ipſo præſumit ius quod fraudes exclu-
dat,ut ex̄.de ſimo.nemo.ex̄.de poſtul.c.fin.& ma-
gis eius dicto creditur, quàm alterius, ut 77. diſt.
monachus. prope fin. ideoque ſtatuit ut duo cum
eo ſufficiāt.Si uerò eſſent quatuor ſine eo,duos ſi-
bi præferrem quantūcunque præſumatur pro eo,
arg.ex̄.de teſtib.cum à nobis.& cap.licet ex qua-
dam.4.q.3.uerſi.iure.25.q.6.§.fi. in fi. Sic intelli-
ge prædictas duas decre.licet alij aliter intelligāt.
13 † Quid ſi in inſtrumento ubi ſunt duo teſtes in-
ſcripti, continetur quòd Titius condidit teſtamē
tum nuncupatiuum coram ſeptem teſtibus: nun-
quid per hoc inſtrumentum probabitur teſtamē
tum? De hoc not.ff.de teſta.hæredes. & in ſumma
b do. mei e.ti.§.quot teſtes.& ī.uer.quid ſi unus.[b]
14 † Sed nunquid [c] de conſuetudine poſſunt præ-
c miſſæ ſolennitates remitti? Dico quòd ſic, cum
non prohibeatur conſuetudo hæc admitti. ff. de
legi.de quibus.C.quæ ſit longa cōſuet.l.2.11.diſt.
conſuetudinis.ex̄.de conſuet.c.pen.& fin.C.de e-
d man.l.1.in fi. [d] Sed quomodo conſuetudo dat re-
miſſionem ſolennitatis: cum hoc ſolum à princi-
pe impetretur,ut ff.de his qui teſt. fa. poſ. l. 2. &
ff.de bonis liber.l.Paulus. §. 1. Reſpon. illud ue-
rum erat in eo qui inteſtabilis erat. Vbi autem
quis teſtari poteſt, bene relaxatur, quandoque ſo
lennitas per conſuetudinem. An autem iuris ſo-
lennitates poſſint partium conſenſu remitti. no.
15 ex̄.de offic.deleg. de cauſis. † Sed nunquid dice-

nius in hoc sufficere solam consuetudinem regio-
e nis,aut ciuitatis,uel uillæ,uel castri [e] aliquod ius?
puto quòd sic, & super hoc uide ff.de usu.l.1.ff.de
test.testium.in fi.ff.de leg.1.apud.& l.si seruus plu
rium in fi.ff.com.præd. uenditor. §.una. C.de edi.
priua.l.3.C. quæ sit long.consue.l.1.ex̄.de consue.
16 c.fi. † Quid si de consuetudine alicuius loci testa-
mentum coram tribus testibus factum ualet,& ali
quis alienigena ibi coram tribus testamentū con-
didit, & aliquem de ipso loco hæredem instituit:
f nunc legitimi huic testamento se opponunt? [f] Et
uidetur testamentum ualere. arg. ff. communia
præd uenditor.§.si constat.ff.de reb. dub. quoties.
& 8.dist. quæ contra.facit enim pro consuetudine
tali.ff.de pact. si unus. §. quod in specie.ff.de bo.
pos.secundum tab.qui testamento.§.fi.cum iune-
tur per legem diuinam:ut ex̄.de testi.in omni.arg.
g contra.C.de testam. si unus [g] non enim uidetur in
loco fuisse,qui ad tempus ibi erat.ff.de lega.3.quę
h situm [h] ex̄. de uerb. signifi. nam & ego. Item illa
consuetudo est specialis, sed lex est generalis, ut
septem testes requirantur. Vnde consuetudo non
ualet.ff.de sepul.uio.l.3.§. diuus.nec ligat nisi in-
colas.ff.de tutor.& curat.da.ab his.pupillo.Super
hoc dicunt quidam,quòd si agatur in foro ecclesia
stico,ualebit: si in seculari, & agatur in loco, ubi
testamentum factum est:iudex seruabit illam con
suetudinem.arg.ff.de testib. l. testium. §. fi.ex̄.de
eo,qui mit.in pos.causa rei seruan.cum uenissent.
& utrum ibi agi debeat.Dic ut C.ubi de fideicom-
mis.agi oportet.& ff. de euict. si fundus. Si autem
agitur in terra, unde testator fuit,non seruabitur
consuetudo. Sed arg.contra hoc in prædic.l.si fun
dus.cum talis consuetudo sit ad litem decidendā.
i [i] Alij dicunt, quòd si mora erat periculosa: quia
erat in mortis periculo constitutus, nec alibi po-
terat ire: tunc ualet testamentum. arg. C. de an-
na exce. ut perfectius. in fine. ff. ad Trebel. cum
hæreditas. Vel dic quòd si instituit extraneos,non
ualet: uel si legitimos,sic: ut C. de testam. hac cō
sulcissima. secundum Vber.de Bo.& uide C.de epi
scop.& cler.nulli.§.si autem non designata.& arg.
pro & contra ī.de constitut.uersi.sunt hæc.& seq.
& uide quod not. ff. de peculio.licet. §. idem scri-
bit.de hoc no.ī.de senten.§.qualiter autem.uersi.
17 item pone.† Et nota [k] quòd cum ultima uoluntas
k in iudicio ostenditur, dici debet ante litis contesta
tionem exhibenti, ut eligat, an uelit eam uti tan-
quam testamento,uel tanquam alia ultima uolun-
tate: & ipse debet eligere, nec post electionem si-
bi fas est uariare.arg.C.de codi.l.fin.in princip.&
ex̄.de crimine fal.ad falsariorum prope prin. ff. de
tributa.quod in hæredem. §. eligere. Aliæ enim
impugnationes competunt, si uult ea uti, tan-
quam testamento, & aliæ si tanquam alia ultima
uoluntate. & ad hoc ff. de sol. si duo rei stipulan-
di.ex̄. de priuileg. cum olim.nam & testamentum
imperfectum non ualet inter liberos, si eo nolunt
uti tanquam testamento, secundum quosdam: se
cus si tanquam alia ultima uoluntate,ut C. famil.
erciscun.filij patris.& l.fi.C.de testam.hac consul-
tissima.§.ex imperfecto. & maior desideratur so-
lennitas in testamento, quàm in alia ultima uo-
luntate, in qua solum mens testatoris spectatur:
ut C. de sac. sanct. eccle. l. prima in authen.coll'a.
quarta de nup.§.disponat.13.q.2.cap.ult.& §.sed
aliud.extra de test.relatum.1.Et patet ex præmis-
sis, & his quæ sunt infra §. proxi. quòd si reus ta-
cuerit ante litem contestatam, & post litem con-
testatam hoc dicat: tunc potest respondere exhi-
bens, frater, totum ius meum in iudicio deduxi,
extra de re.iudic. abbate sane. §. 1. uersic.præmis
l sa [l] & de causa poss. & proprieta. cum ecclesia.
Ita ualet mihi, siue sit testamentum, siue alia ul-
tima uoluntas, hoc uideat iudex. Stultus enim
fuit reus, qui hoc nōn petijt ante litis contesta-
tionem: ut C. de codicil. l. fin. ff. de lega. 2.cum
filius.§.uarij. Porrò si dubium sit an debeat habe-
ri pro testamento, uel pro codicillo: considera
mentem testatoris: ut.ff. de iure codicil. l. 1. &
uerba eius: ut eod. tit. illud. & l. fin. & C. de co-
m di.non codicillum. [m] † Item uide si est ibi clau-
18 sula generalis, & solita: si non ualet iure testa-
menti, ualeat iure codicillorum, uel cuiuslibet
alterius ultimæ uoluntatis: ut ff. de testam. mili.
l. 3. in fi. & ff. de uulga. substit. cohæredi. §. filiæ.
C.de codi. l. fin. §. illud quoque. ff. de iure codi-
cillorum. conficiuntur. Quid autem operetur
prædicta clausula, in ultimis uoluntatibus, uide
C. de lib. pręte.uel exhæred.authen.ex causa.Bre-
uiter tamen nota secundum Iac. But. quòd hæc
clausula, operatur tantum, cum testamentum de
ficit propter defectum solennitatis? puta cum de-
ficit numerus testium, uel alia solennitas: ut tūc
ualeat iure codicillorum: cum autem operatur,
si in alio deficit, puta si rumpatur per querelam,
uel posthumi agnationem, uel minima capitis di-
minutione: & hoc probat ex eo, quod dicitur
ibi, ualet: & sic loquitur de præsenti defectu,
qui est, ut quia non est ibi plenus numerus te-
stium, uel non sunt rogati, uel est mulier, non
de futuro, ut de illo, quod fiet: puta aliquot de
præmissis modis. Si enim dixisset ualebit: tunc
futuros complecteretur defectus: ut ergo omnes
hos modos comprehendat, debet dici, si non ua-
let, uel non ualebit iure testamenti, &c. argum.
ff. de uerbo. oblig. si stipulatus fuerim. §. 1. & l.
si à colono.ff.de uerbo.signifi.uerbum oportebit.
Item aliud uidetur dictum, si non ualet: & aliud,
n si non ualeat. [n] Vel dic secundum Odof. quòd
aut statim deficit testamentum propter solen-
nitatis defectum: & tunc uerba illa, si non ua-
let, &c. referuntur ad illum casum tantum, &
non ad alios prædictos. Aut non deficit sta-
tim, sed postea ex euentu: puta capitis diminu-
tione, uel posthumi agnatione, uel alio mo-
do: & tunc etiam ad casum illum pertinent hæc
uerba: quia in dubijs interpretari debemus,
o ut res ualeat [o]. ff. de uerborum obligatione
quoties. extra de fide instrumen. inter. prope
fin. & in testamentis. &c. ff. de reg. iur. in testa-
mentis. extra de donat. cum dilectus. & argum.
ad hoc ff. de lega. 2. cum filius. §. hæres. & l. si
19 quis testamento. † Si quis uult igitur secure te-
stari, sic dicat.

FORMA. Si non ualet testamentum ratio-
ne præteritionis, uel exhæredationis, uel alterius
solennitatis, ualeat iure codicillorum, & alterius
cuius-

cuiuslibet vltimæ voluntatis : & rogo omnes mihi uenientes ab intestato , vel succedentes ex testamento,uel aliquo iure , ut hæreditatem meam restituant P. nam hoc casu quilibet tenetur restituere hæreditatem per fideicommissum. argum. C.de fideicom. ex testamento ff. de leg. 3. si cum fundum . detracto tamen debito bonorum subsidio .
20 † Pone , B. in suo testamento legauit mihi decem :postea condidit secundum testamentum, nulla de prædicto legato facta mentione : quæritur an intelligatur legatum reuocatum?, cùm in primo testamento dixerit,si non ualet iure testamenti , ualeat saltem iure codicillorum , &c.Respon.quòd sic,argum.ff. de adimen. lega.si tibi.arg.contra.ff.de probat.cùm tacitum.Sed illud locum habet in tacito legato. De hoc not.ff.
p si cui plusquam per leg.Fal.l.3.§.pen. p † Sed pone,
21 quidam instituit filium suum impuberem hæredem,& rogauit eum , quòd si sine liberis decederet,restitueret P.hæreditatem:& reliquit legata,& adiunxit,quòd si non ualeret iure testamenti,saltem valeret iure codicillorum : decessit impubes testatore uiuente:quæritur an P. fideicommissarius , possit petere hæreditatem à uenientibus ab intestato : & an legata debeantur. Et uidetur quòd possit petere,propter prædictam clausulam.ut ff.de uulga. & pupil.substi.cohæredi.§. cum filiæ. ff. de iure codi. l. 3. Videtur enim ad legitimos transisse cum onere:ut C.de cadu.tol. l. unica.§.in causa.ff.de leg.secunda,si Titio. Arg. contra, quòd à legitimis petere non possit fideicommissarius uniuersalis:cùm expiret substitutio pupillaris,& fideicommissaria,si decedat hæres testatore uiuente:ut ff.ad Treb. ille à quo. ff. de admi. tut. tutores.§.primo. Item uidetur quòd pupillus fuit personaliter obligatus. Vnde onus nō trāsit ad legitimos:ut ff.de leg 2.Celsus.§. fin. ff. de leg.3.l.1.§.§. Nec obstant prædicta uerba, quæ locum habent in defectum solennitatis : ut in præ.
q authen. ex causa.in fi. q & iunge ī.uers. quid si filius.
22 † Pone,quidam fecit testamentum , adiecta clausula prædicta, & legata & fideicommissa plura reliquit:eo mortuo,natus est posthumus: nunquid illo uiuente , legata & fideicommissa peti
r possunt ? De hoc C.de posth.hæred.inst.l.2. r Sed si duo instituti sunt hæredes, unus purè, alter sub conditione : nunquid purè institutus habebit totam hæreditatem, uel medietatem tantùm ? De
s hoc ff.si pars hæredi. pe. l. 2. s † Sed & t considerandum
23 est, an ultima uoluntas ab initio non te
t nuerit : uel an sit mutata per aliam posteriorem. Super quo uide Instit.quibus mod. testa. infir. & C.de codicil. cùm proponas . C. de fideicom. lib. clari.ff.de leg.3.si in iure.ff. de adi. leg. per totū. Distingue tamen super hoc, inter genera scripturarum : nam si utraque uoluntas est testamentū , ualet secundum,& non primum:ex.de celeb.missa.cùm Marthæ. §. cæterùm . C. de test. omnium. 13.q.2.ultima.& uide super hoc ff.de iniusto rup. test.cùm in secundo.ff.de hære.instit. pater. ff. ad Trebel. si quis.nisi in militis testamento:ut ff. de
u testa. mili. quærebatur u. † Quid si testator di-
24 xit in testamento, quòd si faceret secundum,non
x ualeret : nunquid tollitur secundum x ? Dic quòd sic , nisi dicat in secundo pœnituisse prioris uoluntatis. de hoc ff. de leg.3. si quis. in princip. ff. de leg. prima , si mihi & tibi . §. fina. Sed quid si in primo testamento dixit quòd non licet ei pœnitere ? Dic quòd nihilominus poterit pœnitere , si primi dicti exprimat qualitatem:ut not.l.si mihi. §. fin. nam ambulatoria est testatoris uolun-
25 tas, ut iam dicam . † Quid si quis iurauerit non uenire contra uoluntatem suam : nunquid poterit contrauenire , condendo aliud testamentum? Et uidetur ex præmissis quòd sic : non enim potest quis sibi legem imponere , à qua non liceat resilire . ff. de leg. tertia , si quis . in princip. respon.primo, nec libertatem supremi iudicij , potest quis restringere.ff.pro soc. l. cùm duobus. §. Pomponius.& §.fina.in fin. Voluntas enim testatoris ambulatoria est usque ad extremum exitum uitæ.ff.de adi.le.l.4.extra , de cel. mis. cùm Marthæ.§.cæterùm.& præ.c.ulti.etiam si pactum interuenerit,quòd mutari non possit.C. de pact.l.pactum quod dotali.ff.pro soc.l.si inter fratres. respon.1.etiam si primum sit per principem confirmatum.arg.C.de testa.l.omnium.Vltimum enim testamentum morte hominis confirmatur,& immobile perseuerat.C.de sac.san. eccl.l.1.C. de testa.l. quoniam indignum . & testamenti factio est publici iuris.ff.qui testa.face.pos l.3. & ius publicum,&c.ff.de pact.ius publicum . Primum testamentum tollitur per secundum.Insti.qui. mod.testa. infir. Sed nec tenet pactum quòd contra alienum testamentum non fiat.C.de pact.de quęstione.ff.de acquir.hære.quod superstitis. His ratio-
y nibus moti Legistæ y dicerent secundum testamentum ualere, & hæredem in eo institutum debere hæreditatem habere: aliaque in eo contenta ualere , quia iuramentum contra leges præstitum non obligat.ex.de foro compet.si diligenti.C. de legi.non dubium. 10. dist. Vide tamen secundum Deum,& in foro ecclesiæ, contra puto : nam omne iuramentum seruandum est , quod seruari potest sine interitu salutis æternæ. ex. de iureiuran. si uerò.ex. quod met. cau. cùm dilectus . & argumen. ad hoc ex. de iureiuran. cùm contigat . in
26 fin. † Et redditio iuramenti est de iure naturali,& in præcepto. 22. quæst. prima , si pactum . in princ. extra , de iureiuran. & si Christus . uersus finem. ibi: redde Deo , &c. Vnde nullo modo est infringendum : ut 32. quæst. 7. flagitia. extra, de no. oper. nun. cùm ex iniuncto . & de reg. iur. qui scandalizauerit. Idem puto in electione sepul
z turæ:ut not.infrà,de sepultu.uer. & nota z. fas enim fuit sibi de rebus suis, qualitercunque placuit disponere:ut ff.si quis à pa.ma.fu. l. 2. 13. q. 2. §. sed aliud . Vnde contra ordinationem iura-
a tam sibi non licet uenire,ut supra. a † Quid si pri-
27 mum testamentum fuit generale , ut quia est in eo hæres institutus in omnibus bonis , secundum speciale , quia est hæres institutus in fundo? Respon. rumpitur primum . Sed hæres institutus in una re , tenetur restituere omnes tes, præter fundum primo hæredi. argum. ff. ad Trebel. si quis priore.& hoc in Pagano , qui non potest decedere pro parte testatus,& pro parte intestatus.aliud in milite.ff.de testa.milit. quærebat.

28 secundum Vber. † Quid si is, qui testamentum fecit, audiens quòd hæres mortuus est, facit aliud testamentum, dicens, quia intellexi P. quem primò hæredem institui mortuum esse: ideo talem institui, sed post apparet primum uiuere? Resp. primum testamentum ruptum est, sed primus habebit hæreditatem de æquitate: præstabit tamen legata in secundo, ff. de hæred. instit. l. fina. Vel dic primum non rumpi, quia falsus rumor non debet abesse, uel prodesse: ut probatur & not. ff. de condi. & demon. l. falsa. ex. de eo, qui cog. consang.

29 uxo. suæ. c. super eo. † Quid si pater habens tres filios, eos instituit hæredes: postea faciens aliud testamentum, unum solum instituit? Respon. primum non rumpi per secundum: quia quantum ad institutionem non ualet, cum in eos sit filius præteritus. ff. de lib. & posthu. filius. ff. de uulg. & pup. subst. si quis cum. §. primo, legata tamen debentur. C. de lib. præte. anthent. ex causa.

30 † Sed quid si primò fecit testamentum, postea fecit aliud, in quo sibi hæredem sub conditione instituit: nunquid primum rumpitur? Videtur quòd non, arg. ff. de rescind. uend. si id. Sed distingue, an sit condicio concepta in præsenti tempore, an in præterito, uel in futuro. si in præsenti, uel proterito, aut est uera: & tunc ruptum est primũ, aut non: & tunc non rumpitur. Si de futuro, licet illa nunquam existat: quia tamen existere pōst, rumpitur primum. ff. de iniu. rupt. & irri. test. cùm in secundo. ff. de hæred. instit. pater. Quid si in primo instituit capaces, in secundo non? Respon. primum effectu rumpi, quia non capaces de mero iure sunt hæredes, licet eis ut ab indignis hæreditas auferatur. ff. de ijs quib. ut indi. cum quidam. ff. de uulg. sub. ex facto. in fine.

31 † Quid si prius fecit testamentum solenne, & postea aliud facere cœpit, sed morte præuentus non compleuit? Respon. primum non ualet, quantum ad legata, & fideicommissa: quia sola uoluntate potuit illa tollere: sed quantum ad institutionem, bene ualet mero iure, ff. de lega. 3. si iure facto, id est, cùm non denegentur actiones: sed per sententiam denegabuntur, prout notatur

b ibi. & ff. de adimen. leg. ex parte [b]. † Quid si a-

32 liquis fecit testamentum, & ruptum est per me-

c diam [c] capitis diminutionem: pura quia testator se dedit in arrogationem, & postea sui iuris

d effectus, uule [d] quòd ualeat testamentum, quod prius fecerat? Respondeo, ualet, quasi uideatur iudicium retrogressus, quod ante fecerat. ff.

e de bo. poss. secundum tab. l. secunda, [e] uel fortè illud additum est à compilatoribus noui iuris,

f secundum Vbert. [f] Quid si mulier filium uulgò conceptum, in minus solenni testamento instituit? Videtur quòd ualeat: quia semper mater certa est. Instit. de succes. cog. §. uulgo. Quid si pater naturalis in non perfecto testamento reliquit unciam uel dimidiam? Et uidetur quòd possit. C. de confir. tu. l. fin. C. de natu. lib. l. secunda, & l. humaniearis. Quid si filius in minus solenni testamento instituit patrem? Videtur ualere, C. de inoffic. test. nam & si. Sed dic contra, arg.

33 ff. de leg. & sena. con. quod uerò. † Sed cum deductio Falcidiæ cesset in relictis ad pias causas, ut C. ad legem Falcid. authent. similiter. & in alijs casibus, qui noe. C. eod. tit. l. in testamento. & secundum Innoc. ex. de testa. capit. tua nobis. nunquid erit idem in Trebellianica? Videtur quòd non: ut ff. ad legem Falcid. l. prima, §. ad municipium. Si enim conditor legis de Trebellianica, sicut de Falcidia, uoluisset, hoc & in hac, ut in illa statuisset: ut ex. de deci. ad audientiam. & quod non est expressè sancitum, &c. ut extra, de transla. cap. 2. §. sed neque illud. 31. q. 1. quòd si dormierit. ff. de publica. l. de pretio. argum. contra in auth. de eccles. tit. §. si autem hæres. ubi dicitur, omni Falcidia uacante, Trebellianica sub nomine Falcidiæ continetur: ut not. in Summa Azo. de hæred. & Falcid. Vnde dicendo, omni Falcidia, nullam excipit. ex. de maio. & obed. solitæ. prope finem. Et uidetur expressum in dic. §. si autem hæres. si coniungas cum illo §. illum, si quis in nomine Dei. ibi præcedentem: ubi dicitur hæreditatem uel legatum. Præterea, cùm non possit probabilis ratio diuersitatis assignari, quare aliud sit in Falcidia, quàm in Trebellianica? idem ius erit interpretatiuè seruandum: nam de similibus idem debet esse iudicium: ut C. ad leg. Fal. §. fin. C. de cadu. tol. l. unica. §. sed ue manifestetur. ex. de rescrip. inter cæteras. ex. de consti. translato. 1. quæst. 1. quod quidam. ff. ad leg. Aquil. l. illud. & l. quæsitum. & uidetur etiam ca-

g sus decre. Ioannes Frangepanem. [g] ubi hoc not. & C. de episcop. & cleri. si quis ad declinandam. in multis locis & glosis eiusdem. l. prima, & in præd. authent. similiter. per quæ iura fuit pro hac parte indicatum: quamuis tunc responderint ideo in prædict. decre. Ioannes. & in l. si quis ad. non deducitur Trebellianica: quia non erat ibi qui eam deducere posset, porrò legitima iure naturæ debita, tunc semper deducitur. argumen. extra, de testa. Raynutius. & not. in prædic. l. si quis ad in princip. & in præd. auth. similiter. quamuis contra not. in prædict. decre. Ioannes. & ma-

h lè. [h]. Quid si Deus directè institutus est: sed hæreditas est propter legata exhausta? Dic quòd poterit ipse Deus, siue executor deducere quar-

34 tam Falcidiam, siue quiuis alius. † Item scias quòd de his, quæ testator præcepit restitui de illicitè acquisitis, nihil est diminuendum uel deducendum prætextu alicuius impositionis, post obitum testatoris, uel etiam antè, ipso in lecto ægritudinis iacente, in fraudem sibi factæ, fortè ab aliqua uniuersitate pro debitis, seu quibuscunque negotijs ipsius uniuersitatis: aut aliàs iuxta libitum uoluntatis, & contrafacientes per censuram ecclesiasticam compelluntur. Hæc leguntur in

i consti. Alex. 4. de testa. quia nonnulli. [i] † Cæterũ

k [k] si utraque scriptura est codicillus, possunt om-

35 nes ualere, si sibi non sint contrariæ prorsus: potest enim quis plures codicillos facere: nec unus tollitur per alium, nisi sint contrarij: nec est necesse eos signari, uel testes subscribere. ff. de iure codicil. diuus. §. codicillos. & C. eo. cùm proponas. & Instit. eod. tirul. Secus autem in testamento: quia per posterius tollitur prius, ut dixi. Si uerò una est testamentum, & alia codicillus, utraque potest ualere, & utraque etiam deficere,

ficere, ex eadem causa. Instit. de codicil. in fi. ff. de iure codicil. ante tabulas. & l. ab intestato. Porrò uolentem utranque scripturam reijcere, cautum esse oportet: nam licet posterior uoluntas, ita demum rumpat primam ipso iure, si fuerit ualida & solennis: ut ff. de uulg. & pupil. sub. si quis enim. in fine. tamen saepe secunda inualida facit exceptionem obstare priori, ut C. de test. hac consultissima. §. penulti. & C. ad Syl. haereditatis. de acquit. haered. l. Claudius. ff. de his, qui ut indi. cùm quidam. ff. si tab. test. l. 1. §. si haeres. Potest tamen ex aduerso replicari: frater, non competit tibi exceptio. ff. de test. milit. codicil. ff. de bono. possess.

36 secun. tab. l. penulti. §. primo. † Quid si duo testamenta producuntur: quae eodem tempore & die, facta esse uidentur: in uno continetur quòd A. institutus est: in alio quòd B. De hoc C. de

l edic. diui Adria. tol. l. edicto. [l] Vt autem cautè praemissas impugnationes euites, sic forma testamentum, & primò breuem formam testamenti ponamus.

m FORMA. [m] A. filius quondam B. per gratiam Iesu Christi sanus mente, licet languens corpore, suarum rerum & bonorum omnium dispositionem, per praesens nuncupatiuum testamentum, sine scriptis hoc modo fecit: In primis quidem de bonis suis reliquit decem B. pro anima sua: de quibus dari uoluit & mandauit tantum tali ecclesiae. Item tali, tantum, &c. de residuo uerò expendi & distribui iussit hoc modo, &c. Et aliàs prout utilius pro ipsius anima commissario, infrà scripto uisum fuerit expedire: quem quidem commissarium suum ad praedicta omnia & singula exequenda esse uoluit T. Praeterea de alijs bonis reliquit iure legati D. eius nepoti tantum. Insuper C. eius uxori reliquit dotes suas, quae fuerunt tantùm. Item de bonis suis reliquit eidem tantùm iure legati. In omnibus autem alijs bonis suis mobilibus & immobilibus, iuribus, & actionibus, tam praesentibus, quàm futuris, H. eius filium haeredem instituit. Et hanc suam ultimam, &c. ut in sequenti forma ad fin. usque, ultimae uoluntatis. Vt autem in his plenius instruaris, formam testamenti, conditiones & dispositiones uarias testatoris continentis subijciamus hoc modo:

FORMA. P. per gratiam Christi sanus mente, licet aeger corpore. Vel sic: Sanus mente ac corpore, uolens peregrinari pro succursu terrae sanctae, mare transire desiderans, dum in membris uigor uiget corporis, & ratio regit mentem: quam siquidem rationem saepe adeò languor obnubilat, non solum temporalium rerum: uerumetiam suijpsius cogat ipsa languoris uehementia obliuisci conditionis humanae ineuitabile desiderans debitum peruenire res & bona sua, &c. Vel sic:

FORMA. Dum corpus sanitate uiget, mens interiori in semetipsa collecta pleniori utitur ratione, quia non cogitur id cogitare quod dolet. Vnde tunc ultimae iudicium uoluntatis, in quo trà quillae mentis rationis usus exigitur, salubris pro uidetur. Quapropter P. corpore sanus ac mente compos, rerum suarum dispositione per praesens, &c. Vel sic:

FORMA. Suprema hominum iudicia, quibus & animae suffragijs, & temporalibus curae patrimonij, post uitae praesentis exitum prouidetur, etiam languente corpore: dum tamen in mente possideatur ratio, legitimè disponuntur: hinc est quia A. licet aeger corpore, mentis tamen suae compos, bonorum tamen suorum dispositionem per praesens, &c. Vel sic:

FORMA. Licet incerta mortis hora semper debeat in prudentis animo esse suspecta, corporis tamen imminente languore, ipsius plus naturaliter formidatur euentus: idcirco A. aeger corpore, &c. per praesens nuncupatiuum testamentum sine scriptis disposuit in hunc modum: In primis quidem disposuit, uoluit & mandauit, omnia à se recepta, & habita per usurariam prauitatem, aut rapinam, aut aliam quancunque illicitam, & indebitam exactionem, seu retentionem restitui, & solui de bonis suis, usque ad integram satisfactionem, illis, à quibus eum apparuerit habuisse: pro his soluendis & restituendis omnia bona sua, obnoxia & obligata relinquens. Item pro anima sua, & parentum suorum, reliquit de bonis suis centum libras, de quibus dari praecepit ecclesiae parochiali decem libras, pro restitutione decimarum, & iurium subtractorum. Item operis talis ecclesiae quinque solid. Item cuilibet hospitali, & cuilibet loco religioso ciuitatis quinque solidos. Item pro sepultura tantum, &c. Ad haec omnia & singula exequenda, & complenda esse uoluit & disposuit commissarios suos, & huius testamenti executores, T. & M. eius uxorem, & rectorem talis ecclesiae, qui pro tempore fuerit, dans eis, & mandans, & cuilibet eorum plenam licentiam, & omnimodam, ac liberam potestatem: ut sine contradictione haeredis eius, aut alterius cuiuscunque personae, possit sua autoritate, de quibuscunque bonis ipsius testatoris, uoluerint autoritate sua accipere, uendere, tradere, alienare & obligare pro praedictis restitutionibus faciendis, & dictis legatis pro anima soluendis, & pro praedictis omnibus, & singulis exequendis, ut dictum est: & si contingeret aliquem, uel aliquos dictorum commissariorum suorum praemori eidem testatori, aut mori ante executionem omnium praemissorum: alij, uel alius, nihilominus prae-

n dicta omnia & singula exequantur [n]: uel si uoluerint, alium eligant loco eius. Liceat quoque eis agere, & facere procuratorem & actorem, qui contra haeredes meos agat, ad omnia quae dicta sunt, exequendo: & ad poenam testamenti petendam, & damna, & expensas à meis haeredibus exigendas: & quibuscunque per eos, uel eorum alterum, ut dictum est, fuerit assignatum, & obligatum: ego res meas omnes illis ex nunc obligo iure hypothecae, id est, pignoris, ut eas possint in iudicio petere & habere: ex nunc enim mandato, & facio quod ipsi facient, mandabunt. uel dicatur ut infrà, §. proxim. uers. notandum quoque. Item de bonis suis relinquit iure legati, tantum. Item tali, tantum, Item M. uxori

uxori suæ reliquit dotes suas, quæ fuerunt 200. lib. & insuper legauit, seu reliquit ei de bonis suis 20. lib. iure legati, & tota mobilia sua, scilicet lectos, scrinia, & omnes pannos lineos & laneos, quibus utetur tempore obitus testatoris. Præterea legauit eidem, uoluitque & disposuit, quòd ipsa sit in domo pro hæreditate sua domina & usufructuaria o quandiu uixerit, & uidualem & honestam uitam in ipsa domo seruauerit, dotes, & legatum in iudicio non petierit, & uictum & uestitum habeat honorifice: onera quoque personalia, si eam infirmari contingeret, & etiam patrimonialia, quæ contingerent suam dotem pro collationibus, uel aliquibus publicis muneribus, de mea hæreditate soluantur. Si autem filij mei se de ipsa non bene portarent, & ipsa uellet secedere ab eis, tantum habeat de bonis meis. Si uerò aliam uitam elegerit, uoluit eam solum habere dotes prædictas & legatum prædictum, scilicet ipsarum 20. librarum, & mobilia supra dicta. Item A. eius filiam sibi hæredem instituit in centum libras, quas eam habere uoluit, cum nupserit, uel religionem intrauerit: & insuper in decem libras iubens eam, & uolens his esse contentam de bonis suis. Item H. filiam suam, uel ea præmortua, liberos eius superstites instituit in eo quod sibi, uel pro ea dedit homine dotis, quando nupsit. Insuper reliquit eidem nomine benedictionis, uel augmenti decem libras: bis uolens, & iubens eam esse contentam. Vel sic: & iubens eam pro parte, & Falcidia meorum bonorum esse contentam, argumen. C. de inoffic. testamen. authen. non licet. Item dicunt quidam non sufficere, si filia instituatur in dote. Vnde dicunt sic esse dicendum: Filiam meam in centum libras, quas habuit in dotem, & insuper in centum solid. hæredem instituo: quia ex quo in aliquo etiam uilissimo instituitur, computabit dotem in legitima infra uersi. sed super. In omnibus autem alijs bonis suis corporalibus & incorporalibus, mobilibus, immobilibus, iuribus & actionibus, tam præsentibus, quàm futuris, G. & C. eius filios sibi æqualibus portionibus hæredes instituit: quod si contigerit ipsum ex dicta M. aut ex quacunque alia legitima eius uxore, ex nunc filios habere per ueruentes in lucem, posthumos, aut modo tempore natos, si masculi fuerint, ipsum, uel ipsos cum prædictis G. & C. uel altero, qui superuixerit, æqualibus portionibus hæredes instituit. Si autem fœmina una uel plures, ipsam, uel quamlibet earum sibi in centum libras Turon. hæredem instituit. Vel sic: Et si dicta M. eius uxor, prægnans esset, & pareret filium unum, uel plures posthumos, aut medio tempore natos, ad lucem peruenientes: si masculus, uel masculi fuerint, &c. ut iam dixi. Et hoc ultimum uidetur locum habere specialiter, quando proximus suspicatur obitus testatoris. Si uero aliqua dictarum filiarum, tam natarum, quam nascendarum, quam etiam posthumarum aliquando, uel intra tale tempus decesserint sine filijs, substituit ei pupillariter & uulgariter, & per fideicommissum superstites filios masculos, uel eorum in stirpes, & non in capita. Et si aliquis filiorum suorum masculorum, tam natorum, quàm nasciturorum, uel etiã posthumorum aliquando, uel intra 25. annum suæ ætatis decederet sine liberis, uel intra pupillarem ætatem, substituit ei pupillariter & uulgariter, & per fideicommissum superstites filios masculos, uel eorum filios in stirpes, & non in capita: quod si masculi, uel eorum filij non fuerint, alias fœminas, uel eorum filios in stirpes, & non in capita. Item si omnes, tam masculi, quàm fœminæ non extantibus, uel remanentibus aliquibus ex eis filijs decesserint, eo casu iussit, & noluit de bonis suis fieri hoc & hoc. Præterea uoluit & disposuit, quòd non obstantibus omnibus præmissis substitutionibus, possit quilibet filiorum suorum, aut filiarum suarum testari, ac disponere de eo quod sibi relictum est, aut de eo, quod ad ipsum spectabit ex hæreditate prædicta, usq; in quantitatem quinquaginta librã. in Falcidia sibi debita computandam. Item uoluit, disposuit & mandauit, quòd prædicti filij sui masculi, simul & communiter habitent, & ad diuisionem non perueniant, usque quo omnes compleuerint 25. annum suæ ætatis, quod si non fecerint, aut si quis eorum alios ad diuisionem prouocauerit, uel requisierit, priuetur: & eum ipse testator priuauit quarta, uel dimidia, uel tanta quantitate ex sua parte dictæ hæreditatis: quam dimidiam, uel quantitatẽ deuolui, & peruenire uoluit ad cæteros, uel ad talem ecclesiam. Item præcepit, quòd turris uel domus talis à nullo liberorum suorum possit extra familiam alienari eorundem: alioquin seruantes uoluntatem eius in suis partibus, partem alienatam uendicent à quolibet possessore. Item uoluit & disposuit, quòd dicti eius filij uendere non possint de bonis immobilibus huius hæreditatis, quo usque exegerint 20. annum, uel tale tempus ætatis suæ: quod si contra fecerint, uoluit quòd fiat hoc, & hoc. Tutores autem filiorum suorum, tam natorum, quàm nasciturorum pupillorum esse uoluit talem & talem. Quod si euidens necessitas uel utilitas fuerit, cum talium consilio propinquorum, possint de bonis uendere & permutare sine decreto, absoluens eos, & liberans à ratione administrationis reddenda, & ipsam eis remittes. In fine autem sic dices: Et hanc suam ultimam uoluntatẽ esse uoluit, quam ualere uoluit iure testamenti: quod si iure testamenti non ualebit, ualeat saltem iure codicillorum, uel cuiuslibet alterius ultimæ uoluntatis. Vel dic ut supra §. proxi. uersi. item uide. & sequen. Et uoluit hoc testamentum nuncupatiuum, seu hanc ultimam uoluntatem, omnibus alijs eius testamentis, uel ultimis uoluntatibus hinc retro factis præualere: uel tam factis, quàm faciendis de cætero præualere, &c. secundum quod in his uerbis disponet testator. Et quicunque suorum hæredum, uel legatariorum & fideicommissariorum contra hanc suam uoluntatem fecerit, uel eam non obseruauerit, uel extra iudicium uiolenter, uel in iudicio contentiose institerit: uoluit quòd sit bonorum suorum expers: & quicquid illi reliquerit, teneatur per fideicommissum restituere illi, quem sua uiolentia, uel contentiose iudicialiter fatigauerit: siue fuerint pauperes, siue alij fatigati:

gati: & quilibet legatarius, uel fideicommissarius, pro pauperibus habeat actionem, si fuerint fatigati. Et sic patet, quòd testator potest grauare hæredes in eo, quod uult, nisi solum in debito bonorum subsidio: & pœnam adijcere: ut extra de testamen. Raynaldus prope fi. & c. Raynutius.
37 prope finem. † Si autem his, qui aliquem tenetur instituere ex causa ingratitudinis, illum exhæredare uelit, ita dicet.

FORMA. Insuper H. eius filium, quia manus atroces impie iniecit in eum, uel mortem sibi per poculum ueneni parauit: omnino exhæredauit, & ab omni substantia & hæreditate sua constituit alienum. B. uerò sibi hæredem instituit. Si autem noluit eum exhæredare, nec instituere, sed præterire, causam tamen inserendo sic dicet: Præterea H. filiam suam uel neptem, neque instituit, neque exhæredauit: quia cum ea honeste maritare uoluisset, ipsa luxuriari prælegit: B. uero hæredem instituit. Et talis præteritio à patre, uel à matre, uel ab aliquo ascendentium, siue ex parte patris, siue ex parte matris, cum cau-
p sa facta pro exhæredatione habeatur. p Hoc tamen nota, quòd si pupillarem facit substitutionem, uel etiam masculus, qui non habet liberos in potestate, non ualet. ff. de uulga. & pupilla.
q substit. l. 2. q ff. de alimen. & ciba. lega. l. alimen
38 ta. † Sed super forma præcedenti quæritur, an pater possit filiam in dote, hæredem instituere?
r r Et uidetur quòd non: s quia dos est proprium pa
s trimonium mulieris: ut ff. de minori. deuique.
t §. sed utrum. in fine. t & in suo patrimonio nemo potest institui. Institut. de legat. §. sed scire. Item dos non est, nec inuenitur in bonis patris. ff. de colla. bonorum. si filius. & ff. ad legem Falcid. pater filiam. & abscessit à bonis patris. ff. de colla.
u bono. l. fina. Respond. dic contra. u & sic de generali consuetudine. argumen. C. de rei uxo. actio. l. unica. §. cautione. uersi. quo à nobis. ubi dicitur quòd dos potest in legitimam imputari. & C. de de inoffic. testamen. quoniam. Nouella. & hoc olim, & etiam hodie. Nam quæcunque olim com putabantur, dum tamen aliquid, etiam modicũ, relinquatur iure institutionis: ut in authen. col. 8. ut cum de app. cognosco. §. cæterum. & in Nouella. in tit. quæ sunt iustæ causæ exhæredationis. §. fi. C. de inoffic. testam. quoniam. Et quòd dicitur quòd est proprium, intellige, scilicet & quasi: ut in præ. l. de rei uxo. actio. §. & hic ex rei. ubi dicit quasi proprium. Nam si prius pater obierit, reuertetur dos ad filiam: quod si merum patrimonium esset, non reuerteretur de bonis patris ad eam. Et sic intelligitur in ea l. §. ad hoc. Item dicitur quasi proprium patrimonium, propter id, quod habes eod. tit. authen. sed quamuis. & ad hoc facit ff. de solut. qui hominem. §. & si gener. Pater ergo dum uiuit, habet dominium dotis: & recte in ea filiam instituit, si in ea sit minus legitima, fiet suppletio: ut in prædic.
x authen. sed quamuis. x Verumtamen prænullus ordo, non ubique seruatur in testamentis. Alicubi nanque statim post procemium scribitur hæredis institutio: eo quòd ipsa dicitur caput & initium testamenti. Deinde ad legata, & similia pro

ceditur. Sed primus modus Bononiæ seruatur, &
y bene y argum. C. de testam. ambiguitates. uerum tamen non refert utrum primo legetur, & postea
39 hæres instituatur: ut Instit. de leg. §. ante. † Ad huius autem materiæ clariorem doctrinam scire
z debes, z quod testamentum, aliud priuatum, aliud solenne, scilicet in scriptis. Item priuatum aliud fit sine scriptis, aliud sine aliqua scriptura sub testium præsentia. Testamentum priuatum sine scriptis dicitur illud, quod fit sine solennitate à iure inuenta: ut patet in præmissis formis. Et tale dicitur nuncupatiuum, quando uidelicet coram septem testibus, & tabellione testator suam uoluntatem & hæredis institutionem, & alia quæ in testamento ordinantur, nuncupat, siue declarat & exprimit. Sic ponitur de conse. distinctione 4. prope finem. Nec alia solennitas adhibetur: quamuis illa per tabellionem redigantur in scriptis. Dicitur ergo sine scriptis, id est, sine solennitate: Institut. de testam. §. fina. C. eod. hac consultissima. §. per nuncupationem. Sine scriptura autem sic fit testamentum nuncupatiuum: Nam si tabellio haberi non potest, testator uocet testes septem in ciuitatem: in uilla uero quinque si plures nequit habere: & coram eis disponat suã uoluntatem & ordinationem: hæredem nominet & instituat, legata exprimat, & illos testes roget. Hæc probantur C. de testam. l. fin. & l. hac consultissima. & l. publicati. Mortuo itaque testatore is, qui ex testamento ius habet, uolens huiusmodi testamentum probare, adhibebit iudicem, & hoc coram eo proponet: ipse uerò uocatis hæredibus, legatarijs & fideicommissarijs, uel propinquis, qui habent ab intestato succedere, siue uenerint, siue non: recipiet testes ad notitiam testamenti, & ad perpetuam memoriam: ut extra de testibus significauit. & cap. Albericus. Et quilibet testis iuratus, sigillatim interrogabitur de nomine, prænomine, ætate, conditione, & mentis sobrietate testatoris: de uerbis, quibus usus est in testando: de hæredis institutione, & de anno, die & loco, & de præsentibus, & de alijs. Quo facto dicta eorum coram iudice, & de alijs septem testibus prædictis ad hoc uocatis, qui ius habebunt, recitabuntur, & sententialiter pronunciabuntur: eaque ex tunc pro plena ipsius testamenti probatione haberi: notarius autem in membrana, appositis annis Domini, & cæteris dublicationibus, attestationes ipsas: item iudicis pronunciationem, & præsentiam, uel citationem prædictorum ordinate scribet: & demum supponet illorum septem testium nomina, recitationi & pronunciationi iudicis adhibitorum. Et hæc omnia in publicam & authenticam rediget
a formam. a Veruntamen secundum M. de Fa. uocatis præmissis, & etiam eis, qui forte in alio testamento instituti dicuntur, ante huiusmodi pronunciationem, iudex faciet testes receptos publicari, hoc modo: Dicet enim notarius: Anno, mense, die talibus: tales coram tali iudice, proposuerunt se uelle probare per testes, ad æternam rei memoriam testamentum talis. Qui iudex uocatis talibus, uel faciens publice præconizari, si quis contradicere uellet: tandem quia nullus

apparuit, uel quia nihil rationabile oppositum fuit: interlocutus est testes debere admitti: & mihi notario iniunxit, ut eorum dicta redigerem in scriptis. Talis ergo testis iuratus: sic dixit & talis sic. In fine uero dicet: Lecti, & publicati sunt testes isti ad æternam rei memoriam, autoritate & mandato talis iudicis, in tali curia, præsentibus talibus productoribus, & talibus eorum aduersarijs, & in præsentia talium testium, sub anno Domini, &c. Ego talis scripsi & publicaui. & uide

40 supra §. ostenso. uersi. qualiter. † Testamentum uero solenne, scilicet in scriptis, licet in continentia & tenore, & cæteris omnibus, quæ in dispositione rerum propriarum, siue de iuris solennitate, siue de testatoris uoluntate necessaria sunt, parificetur, & simile sit nuncupatiuo testamento. Tamen in solennitatibus, & in forma, magna est differentia inter ea ex quibus substantiam & efficaciam sumit testamentum in scriptis: de quibus,

b & de eius forma dicamus. b

FORMA. Volens igitur ordinationem suam forte fore secretam, & tutam, si literatus est, ipsemet scribat testamentum, uel etiam per alium scribi faciat in membrana bona & solida: in cuius parte superiore relinquatur spatium uacuum trium, uel quatuor digitorum: in dextro uero latere & sinistro tantundem spatij: in parte autem inferiori superfit spatium uacuum tantum, quantum palmus, siue palma digitis extensis protenditur, uel circa: in medio autem horum spatiorum scribetur tenor & series testamenti, quo facto publicabitur charta ipsa, ita quòd spatium superius coniugatur cum inferiori parte: & signantur ibi tres chordulæ. In plicatura uerò dextri spatij duæ: & sinistri aliæ duæ sic, ut qualibet chordula duo habeat foramina interiorem literam non lædentia uel attingentia. Quibus chordulis, singula spatia, & singula coniuncta ligantur, ita quòd interior litera uideri, uel legi non possit. Porrò, de illo magno spatio inferiori uacuo, tantum debet discoopertum relinqui, quòd ibi possint patenter & aperte scribi subscriptiones testatoris & testium: quibus, uel eodem die, uel uno, uel pluribus diebus ante sic scriptis, uel factis, uel ordinatis: & postea quando placuerit testatori, uocabit septem testes iuratos utique literatos, & scribere scientes: & nullum iuris impedimentum habentes, & coram eis testator ipsam scripturam clausam & inuolutam, id est, dictis chordulis ligatam, ut dictum est, in manibus tenens offerre debebit, dicens illud suum esse testamentum, sua, uel talis alterius manu scriptum, & eos rogare in testes, & rogando mandare quòd ipsum testamentum subscribant & signent. Ipse uero etiam se debebit sua manu subscribere, prout inferius exprimetur. Igitur ibidem, & in præsenti, uno contextu, antequam ipse testator uel aliquis ex testibus inde discedant, debebit unusquisque ipsorum testium annulum uel sigillum characteratum ad unam ex chordulis appendere, siue suum, siue alterius testis, si proprium non habet. Post hoc continuo in spatio inferiori discooperto subscriptiones fient. Primo autem testator, si propria manu scripsit testamentum, se hoc modo subscribet.

FORMA. Ego A. præsentem paginam clausam & ligatam, in manibus tenens, infra scriptis testibus omnibus simul præsentibus, pure ad hoc adhibitis & rogatis, obtuli ab eis secundum iuris ordinem signandam & subscribendam: asserens quod in ea scriptum est, meum fore testamentum, & illud totum, & hæredis institutionem, & omnia & singula, quæ in eo continentur, à me scripta esse, necnon coram eis ibidem præsentem subscriptionem propriam manu subijciens. Si uero de mandato testatoris alius testamentum scripsit, ille taliter se subscribet.

FORMA. Ego R. mandato A. literarum ignari, uel subscribere propter corporalem ægritudinem impediti, hoc eius testamentum, tam hæredis institutionem, quàm cætera in eo contenta, suo mandato mea propria manu scripsi: & eo postea præsente paginam clausam ligatam, infra scriptis testibus ab eo uocatis & rogatis omnibus simul præsentibus offerente & asserente id, quod in ea continetur, suum esse testamentum, & à me scriptum, præsentem subscriptionem meam uice & nomine suo & eius mandato apposui, & in testimonium me subscripsi. Cæterum, ibidem

41 & in præsenti † quilibet ex testibus taliter se subscribet.

FORMA. Ego C. rogatus & præsens, una cũ omnibus infra scriptis, siue supra scriptis testibus, ad omnia & singula in hoc præsentis paginæ, inferiori spatio facta, contenta & scripta simul præsentibus & rogatis in ipsa pagina eius utique A. testamento suo mandato manu mea in testimonium me subscripsi, & eam sigillo proprio (si proprium habet) uel sigillo infra scripti D. signaui, habente in circulo formam aquilæ uel leonis: quod ad unam ex chordulis suprà dictis ceræ impressi. Sic igitur septem sigillis appensis, & factis octo subscriptionibus antedictis, & cæteris rite peractis, testator testamentum, secrete studeat custodire. Ex his ergo solennitatibus substantiam capit, & uitam & nomen testamenti in scriptis: nec aliter factum ualet, nisi inter filios testatoris: ut C. qui testamenta facere possunt. hac consultissima. §. ex imperfecto. & in authenti. hoc inter liberos. Præmissa probantur in prædict. l. hac consultissima. & eodem titulo cum antiquitas. §. fina. & l. iubemus. & authenti. hoc nou obseruato. Institut. eodem titulo. §. postea uero. usque ad §. testes. ff. eodem hæredes. in fine. & l. ad testium. §. signa autem. & l. penultima & supra §. proximo uersiculo tertio & sequen. Consequenter autem is, cuius interest, postulabit illud aperiri & publicari. Super quo dic ut

42 supra §. ostenso. uer. quoniam. & sequen. † Illud autem non est ignorandum, quod cæcus testari non potest sine solennitate quadam. Debet. n. uocare septem testes & notarium, & coram eis exprimere se uelle sine scriptis testari. Debet etiam exprimere nomina, & indicia, & dignitates hæredum, quos instituit, & legata, & fideicommissa designare: quæ omnia scribenda sunt à notario coram testibus: Vel, si iam scripta erant, debent

debent coram eis recitari: & cecus debet profiteri illud suum testamentum, & illud dispositum fore ex sui animi sententia. In fine uerò in inferiori chartæ spatio debent, tam quilibet testis, quàm notarius se subscribere: & testium & notarij sigilla apponi debent in octo chordulis appositis. Quod si notarius haberi non potest, debet octauus testis adhiberi: ut per eum capiat effectum, quod per notarium fieri debebat, ut iam dictum est. C. de testamen. hac consultima. quæ omnia fiunt in hunc modum.

FORMA. A. licet oculorum carens uisione, tamen corpore & mente sanus: uel mente tantum sanus, sed corpore languens: uocatis me notario & testibus infrà scriptis, protestatus est, se per nuncupationem, & sine scriptis uelle testari: declarans & exprimens infrà scripta legata, hæredum nomina, & dignitates, & iudicia, & cæteras infrà scriptas dispositiones dilucidè ore proprio. Coram nobis itaque bona sua testando, disposuit in hunc modum: Primò nanque pro anima sua, &c. Scripta ergo clausula finali ipsius testamenti: postmodum sic in fine dicetur: Igitur prædictis omnibus, coram dictis testibus, apertè recitatis & lectis, dictus A. protestatus est hoc suum esse testamentum ex sui animi sententia dispositum, rogans infrà scriptos, ad testimonium adhibitos testes esse: & ut scriptiones suas, & sigilla secundum iuris ordinem subijciant, & apponant, & statim quilibet testis subscribat hoc modo.

FORMA. P. simul cum infrà scriptis alijs testibus, siue cum supra & infra scriptis alijs testibus, à dicto testatore adhibitis & rogatis, huic testamento & recitationi, & omnibus & singulis supra scriptis præsens interfrui: & ab eodem testatore rogatus, in testimonium me subscripsi: & sigillum meum proprium: uel, si non habet proprium, dicat: sigillum infra scripti N. habens intra circulum formam agni, uel columbæ, in una ex chordulis ceræ imprimens & apponens: & eodem modo cæteri testes similiter. In fine autem tabellio se subscribet hoc modo.

FORMA. Ego L. notarius ab ipso A. testato re uocatus, prædicta omnia & singula suo mandato scripsi, & scripta coram dictis testibus recitaui & legi, & in publicam formam redegi, ab eo rogatus in testimonium me subscribens, & sigillum proprium, uel alterius talis, habens talem formam pedens ad unam ex chordulis subijciens & apponens.

43 † Et nota quòd hoc testamentum dicitur nuncupatiuum: licet multam habeat similitudinem cum testamento in scriptis: quia si cæcus codicillari uoluerit, eadem sunt in codicillo seruanda. Hæc omnia probantur in præd. l. hac consultissima. & Institutio. quibus non est per. fa. testa. §. penult.

44 † Et in summa nota quod partes testamenti sunt sex. Primò, ponitur procemium. ff. de regul. iur. l. 1. Secundò, legata: licet quidam ponant hæredum institutionem: ut s. uersicu. ueruntamen. Tertiò, hæredis institutio. Quartò, substitutio. Quintò, prouidæ dispositiones testatoris. Sextò, illa clausula generalis, & hanc suam ultimam, &c. Ponuntur etiam & alia, puta exhæredatio, quæ & etiam substitutio & institutio, non nisi in testamento fieri potest: ut C. de test. non codicillum. Item ponitur fideicommissum. Item tutorum datio. Item pœnæ adiectio: ut ex. de testamen. Raynaldus. In procemio debet nomen testatoris exprimi, siue certa determinatione monstrari. argumen. ff. de codicil. quidam. Item debet dici, an in scriptis, uel sine, uelit testari. Tertiò, debet dici status mentis & corporis eius. C. de transact. sanum corpore. C. qui testamen. face poss. Seium. licet præsumatur compos mentis, ex quo testatur. C. de codicil. l. nec codicil

45 los. † Circa legata uerò scias, quòd eorum triplex est species. Prima, illicitorum restitutio. c 14. quæst. 6. si res. ex. de usuris. cùm tut. Nulla enim legata debentur, nisi ære alieno deducto. C. de iure delibe. sancimus. §. si uerò creditores. 1. q. 1. non est putanda. ff. de fur. si pignore. §. 1. Secunda, impensæ funeris. & legata ad pias causas: & post has eligitur persona commissarij ad ea soluenda. 19. q. ult. c. prælatum. §. econtra. Non enim expedit hoc committi fidei hæredis. de pœ. dist. 6. nullus. uer. quem enim morbus. Tertia, legata uxoris & propinquorum. 86. dist. non satis. 12. q. 1. expedit. Primò, igitur prima, secundò secunda, ter

46 tiò tertia species seriatim ponentur. † Tertiò, dicendum restat, de hæredis institutione. Super quo simpliciter tu Canonista, nota quòd directa hæredis institutio fieri nequit, nisi in testamento, & non in codicillo, uel alia ultima uoluntate. Est autem directa, si quis instituatur hæres directo iure, ad quem testator uult peruenire suam hæreditatem, in qua eum instituit. C. de codicil. hæreditas. Institut. eod. tit. §. penulti. Obliqua uerò, seu fideicommissaria hæreditas relinqui potest, & in testamento, & in codicillo: ut si hæres institutus in testamento, uel hæres ab intestato ueniens, rogetur in codicillo, ut hæreditatem alteri restituat: ut infra. §. uiso. Is enim, cui hæreditas restituetur, hęres erit per fideicommissum: & quodammodo per obliquum hæreditatem capiet, altero mediante: ut Institu. de fideicommiss. hæredi. §. præterea. & §. in primis. extra, de testamen. Raynutius. & cap. Raynaldus. Fit autem hæredis institutio uerbis directis sic: Titius, hæres mihi esto: uel, hæreditatis meæ dominus esto. Item etiam uerbis inflexis, sic: Titium hæredem facio, uel instituo, uel ei iure institutionis relinquo. C. de testamen. quoniam. ff. de hære. institu. his uerbis. Inflexa enim dicuntur nomina in omnibus casibus suis, præterquam in nominatiuis. Idemque est, si dicit: Tibi relinquo hæreditatem, uel alia bona mea: ut C. de secun. nupt. l. hac edictali. respon. s. & Institut. de testamen. mili. Per hæc enim uerba uidetur eum instituisse, ut ibi probatur, quod uerum est, nisi alium instituerit. Tunc enim loco legatarij habeatur: ut C. de hæred. instit. quoties. De hoc, in authen. colla. 1. de hære. & fal. §. si uerò nulla. Tunc potest fieri institutio purè: ut illum hæredem institu. ff. de hæredib. instit. hæreditas. Item sub conditione: ut T. hæredem instituo, si cum filia matrimonium contraxerit. Ex certo autem tempore, aut ad certum tempus, non potest fieri institutio.

turio.Institut.de hæred.instituen.§.hæres. Item potest fieri in uniuerso: ut in omnibus meis bonis T.instituo. Item in certa parte. Item in re, uel quātitate certa. C.eod. quoties. Item possunt plures simpliciter partibus non expressis. Instit.eod.§.si plures. Item sic potest partim in capita, & partim in stirpem fieri: ut A. & B. filios meos, scilicet quēlibet eorum pro tertia, & C. & D. & E. nepotes meos, filios quondam H. filij mei pro alia tertia mihi hæredes instituo. Nam & sic ab intestato uocantur. Institut. de hære. quæ ab intest. de. c. §. quia placuit. De substitutione uerò nil dicimus: quia
47 satis de illa à doctoribus disputatur. † Sequitur uidere de prouidis testatorum dispositionibus, quæ quidem plures sunt. Nam quandoque prohibet hæredem detrahere Falcidiam, de legatis. in authenti. de hære. & Falcid. §. si igitur à nobis. & §. si uerò expressim. Institut. de lege Falcid. §. ex diuerso. Quandoque prohibet rei alicuius alienationem. Institut. de lega. §. fi. C. de his quæ pœ. no. l. 1. Quandoque prouidet pupillo de tutore: ut s. de tuto. Quandoque relinquit aliquid filiæ ultra dotem. extra, de testamen. c. Raynutius. Quandoque etiam pœnam adijcit. C. de his quæ pœ. no. l. 1. Institu. de lega. §. pœnæ quoque. & §. fi. extra, de testamen. Raynaldus. & similia, ut patet supra, in forma testamenti posita in ver. numerum. De ultima clausula dixi supra. §. proxi. uersi. item uide.
48 † Et breuiter nota, quòd per testamentum integrum & authenticum dari potest cuilibet hæredum, & substitutorū, & fideicommissariorum, & legatariorum certa pars testamenti: puta illa, in qua fit mentio de eo, quod sibi legatum, uel relictum est. hoc modo.

FORMA. P. sanus mente & sensu per gratiam Dei, licet languens corpore, suarum rerum & bonorum omnium dispositionem, per præsens nuncupatiuum testamentum, sine scriptis in hūc modum facere procurauit. In primis quidem reliquit de bonis suis pro anima sua centum lib. &c. & in fine ante alia, quæ in eodem testamento disposuit, tale fecit legatum his uerbis expressum. Præterea de alijs bonis reliquit iure legati B. nepoti suo quinque lib. Turon. In fine autem ipsius testamenti sic continetur: In omnibus autem alijs bonis suis mobilibus & immobilibus & actionibus, tam præsentibus, quàm futuris, D. eius filium hæredem instituit: & hanc suam ultimam uoluntatē asserit esse uelle, quam ualere uoluit iure testamenti. quod si iure testamenti non ualet, ualeat saltem iure codicillorum, uel cuiuscunque alterius ultimæ uoluntatis. Et sic uides quòd quando pars sumitur, debet poni principium, atque finis: quia per extrema colligitur medium: ut 28. dist. quia sunt. & specialiter hæredis institutio, & in medio poni debet illud legatum, cuius occasione sumitur pars, secundum prædictam formam.

ADDITIO.

a *Compendiosè. Hic autor aggreditur materiam testamentorum, quam tres primi practici autores Pileus, Tanc. & Bagarotus prosecuti non fuerūt, quasi ad iudiciorum ordinem non spectaret. Idem dico de Vber. de Bonacur. de Bonagni. & de Aegi. Item idem de Guid. de Su. Rof. ubi inter ciuiles de act. om. ex t. stamento. De hoc prosequitur Vbert. de Bo. & Ioan. de Deo, post eum sic continuat materiam, ut autor post priuilegiorum scripturas examinando scripturas testamentorum. Primus hoc facit charta secunda. ibi, si ostendatur testamentum. Secundus, lib. 5. sub propria rubr. & sub rubr. de edi. & rubr. sequenti, & ipsorum quisque breuiter & sine exemplis ponit illa tria opponenda, quæ ponit hic autor. ibi primò ergo oppone. & ibi secundò oppone: & ibi tertiò oppone, per quæ exempla autor utiliter dilatauit ipsorum pe stetè uerba assumens Io. de Bla. bene ponit rubricas de actio. ex testamento. & de pe. bis. cùm duabus sequen. sed materiam huius principij non prosequitur Nepos de Montealb. directè prosequitur materiam in rubricis, contra testamentum solenne, & contra nuncupatiuum coniungit codicillos. Albert. Gal. posuit rubr. de testamentis. & aliam de fideicommissarijs. posuit etiam rubricam de quarta Trebellianica, & tres rubricas de diuersis successionibus.*

b *Disputabimus. Quidam habent quatuor de donatione causa mortis, quinque de codicillis, sex de inuentarij confectione supponemus: sed non puto hic bos poni debere, qui positi fuerunt supra. §. postremo. ubi ponitur diuisio in septem partes ultimi principalis membri: hic autem quintum membrū illius diuisionis subdiuidit in tres partes, & hoc respectu allegatur quandoque iste. §. pro toto. quod sequitur quo ad illud quintum membrum.*

c *Contingit. 14. not. Accurs. ff. de testamen. l. 4. est sciendum quòd Rolandi. in flo. super 8. parte summæ ponit de his hos uersus: Testari nequeunt impubes, religiosus filius in sacris, mortis damnatus, et obses. Prodigus, ac stultus, dubius, seruu., furiosus. Crimine damnatus cum muto, surdus, & ille. Qui maiestatē læsit: cæcus & ipse. autor autem ponit 16. casus, & hi seruus. 14 hoc est: quia decimusquartus, & 15. comprehenduntur in uersibus. Oppositiones ergo deberent esse 17. Respondeo, autor unit duos in numero 8. quos Rolan. diuisit: quia aliud furiosus quàm mente captus, uel stultus, ut dicit uersus: secundum hoc posset addi uersus, ab hostibus captus, interdictus, hæresiarcha, & primum differt ab obside, qui sponte datur, uel ingreditur: bene tamen poterat includi sub seruo. Institu. de iure perso. §. serui. quod dicitur de interdicto bonis iudicis iustificatur ex inter-*

interdicto, qui interdicere non debebat, ut dicam super uersicu. tertiò si fuerit. quod de haeretico dicit, intelligendum est ut supra. uersicu. quartò prohibetur.

d Presbyter. Hanc autē non habemus, & siquis infra, & supra alleg. non facit. Accur. autem in l. cùm satis proximè allegata. & in l. 2. C. in qui. cau. co. all. g. super. allegat l. si quis. C. de incest. nupt.

e Respon. 1. Etiam si interdici non debuerat, ex quo non appellauit, ut no. Instit. qui test. face. poss. §. item prodigus. in ulti. glo. Adde, quòd ille qui habet interdictam bonorum administrationem te statur inter filios. Ita consuluit Bald. eius consi. 235. 1. lib.

f L. 1. Ad literam fuit Alber. Gal. de testa. in prin. ADDE, Pau. de Cast. consi. 201. Adde, an filiusfamil. possit testari uigore statuti, uel consuetudinis, Bal. in l. 3. ff. de testa. quòd sic. Bar. et ibi Bal. in l. si quaeramus. ff. eo. tit.

g ff. eo De dona. cau. mor.

h De dona. Ad literam fuit Alber. Gal. de te. uer. fi. & idem Dyn. ut recitat Cyn. tractans hanc quaestionem in l. 3. C. qui test. fa poss.

i Qua aetate. De principio istius legis triplex est ibi litera, ut ibi not. in glo. & hic autor accedit lecturae, quae habet post sex horas noctis diei antepenultimae desinentis possit testari: plus placet ibi Accursio, quòd post sex horas noctis diei penultimi desinentis id possit, & hoc placet: & sic intendit, quòd satis est naturalem diem inchoasse, qui incipit in media nocte. de offic. delega. consuluit puto tamen horae natiuitatis rationem haberi, ut natus calendis hora tertia die praecedenti, post horam tertiā testari possit ratione praedicta, quā etiam not. in §. praeterea. statim allegato, prius non: Super quo uide omnino quod scripsi de despon. impu. tua. super uerbo, nobilis. & quod not. Azo C. de in lit. liber. in summa. uersi. potest quis.

k Facere testamentum. §. praeterea. quis probet hoc casu, uide supra. de proba. §. 1. uer. pone quidam.

l Prophetę. Luca 1. cap.

m Latronibus. Quid de damnato sub conditione, qui testatur ad pias causas, uide quod scripsi de usuris. quanquam lib. 6. in ulti. gloss. de illo qui plura delicta commisit damnatione digna, post quae testamentum facit. pro anima multa relinquens: postea captus, decapitatus fuit: non relictis ascendentibus uel descendentibus: quaeritur an ualeat testamentum, quo ad legata praedicta. Et uidetur quòd sic, per l. 1. C. de sacrosanct. ecclesiis in princip. & fin. ad idem l. sancimus. eodem tit. Item facit ff. de donatio. causa mort. l. tam is. §. filius. Hoc intelligas infra. §. penul. in princip. & fauore animae saltem pontificali autoritate seruabitur ff. de peti. haredi. l. haereditas. §. fina. facit ff. de donatio. inter uirum & uxo. si sponsus. §. cùm ita. Item cùm agnati & cognati quandoque excludant fiscum, in authent. de mand. princip. §. oportet. 2. & text. qui ibi habetur generi. & legis uarios habet sensus & contrarios, de quibus ibi not. & glo. ibi remittit ad not. de incest. nupt. §. 1. maritò haeredes scripti debent fiscum excludere qui uincunt haeredes ab intestato, à quibus fiscus excluditur. C. de edic. diui Adria. l. 2. in fine. cum ibi no. ad idem ff. de acquiren. haredi. l. quando ad hoc. 6 quaestio. 16. cognouimus & cap. episcopo. & c. illud. ad contrarium: quia talis, nec testamentum, nec donationem causa mortis facere potest, ut ff. de testamen. eius qui §. 1. de donatio. causa mortis l. si aliquis, & uide quod not. C. de dona. inter uir. & uxor. l. res uxoris. in ultim. glo. & si non ualet testamentum: ergo nec legata debentur. C. de fideicommiss. l. eam quam. ergo nec donatio si secuta fuit condemnatio ff. de dona. l. post contractū. De hoc uide quod dicam infra, de donatio. super uersi. item pone aliquis.

ADDE. Pau. de Cast. consi. 86. pro malè ablatis. Bal. consi. 355. in 1. lib. tamen legare potest. Ita Ros. consi. 164.

n Testari. Alber. Gal. cuius fuit iste. uersic. alleg. ff. de cri. stel. l. 1. & uide supra. de arbit. §. differt. uer. quid de bannito. & quod statim dicam in uer. secundo, oppone.

o Relegati. Glo. ibi loquitur cùm fit expressè bonorū publicatio, sed quaeritur, an tacite intelligantur publicata in bannito, qui pro crimine debeat deportari. Gui. in q. statu. in prin. & in l. fin. C. de bonis proscri. tenet quòd sic, utrobique alleg. ff. de poe. si praeses. & ff. si quis cau. si eum. §. qui iniuriam. Et scias quod etiam in relegatione bona adimi possunt expressè, sed tacitè nunquam dicuntur adempta. ff. de iniuri. & releg. l. relegata.

p De excep. pia. lib. 6. plenissimè uideas expeditum hunc casum de senten. excom. decernimus. lib. 6. super ultim. glo.

ADDE Bar. in l. si quaeramus. & ibi Bal. ff. de testib. quòd excommunicatus potest testari.

q L. penult. Hic concluditur casus. decr. felicis. de poe. lib. 6. post prin.

r Casus sunt. Circa istud scire debes quòd Gul. Accurs. disputauit quaestionem de Rege Henrico filio Imperatoris Federici, qui cum Theutonicis et certis Lom-

tis Lombardis aggrediens Bononiam captus fuit per Benon. & finaliter hic decessit sepultus apud prædicatores: quærebat de ipsius testamento, an ualeret: & præscire debes, prout dicit gl. in prædic. §. fina. quod qui est apud hostes captus, uel obses iste est qui testari non potest. & facit ff. de test. l. eius qui apud hostes. remanet ergo quæstionis dubium, an Bonon. dicendi essent hostes, tenuit testamentum non ualere, sive Bonon. essent ueri hostes resistentes ei qui illos obsederat, & illis bellum induxerat patris mandato, & pro Imperio augendo, sicut de Romano populo dicebatur olim. ff. de uerborum significationib. hostes. & l. quos nos hostes. & ff. de cap. & post reuer. hostes. & de talibus permissim dicitur quòd capta fiunt capientium: & personæ fiunt serui: & ideo non testantur, ut in l. eius qui. siue etiam Bonon. non fuerint ueri hostes: tamen quia neque amicitiam, nec fœdus, nec hospitium inuicem habebant quo ad capta: idem in eis quod in ueris hostibus ff. de cap. & postlim. reuer. l. postliminij. §. secundo, qui incipit, in pace. sed quo ad hoc ultimum, uide quod dicam post Homobon. infra. de obligat. & solut. §. nunc aliqua. uersicu. illud autẽ, ad finem.

f Metallum. Per hanc l. quæ est 3. in ti. dixit Vbert. de Bo. idem in perpetuo bannito, cum ipse & deportatus loco mortuorum habeantur, & fiscus succedit in eorum locum Facit ff pro soc. l. actione. §. publicatione. & mortuis relictum efficitur caducum. C. de cad. tol. l. una. §. & cum triplici. §. seq. Item cùm ea quæ iuris sunt, non habeant: etiam testari non possunt. ff. de leg. 3. l. 1. §. 2. in relegato secus. ff. de inter. & rel. l. relegatorum. §. 1. & sequentibus. & omnino uide quod dixi supra, de cessione act. §. 1. uersi. illud etiam quæritur.

g Postremo. Communiter allegatur §. instrumentum.

h L. fin. Ad literam fuit Alb. Gal. de testi. post prin. concor. in 2. q. in §. ulti. & facit quod not. C. de testi. l. testium. in fi.

i Verum. Secundum Vber. de Bob. ubi dixi in prin. §. & Ioan. de Deo, post eum.

y L. fin. Dixit Vber. uel per ius diuinum si ageretur coram iudice ecclesiastico hoc uerbum, dedit causam, uer. sequenti.

z Testibus. De testamento militis. diuersis priuilegijs. circa id plures posuit Host. in sum. de testa. §. 3.

a Cùm esses. Vide quod ibi scripsi in tex. & supe. 3. glo.

b Si unus. Ibi allegat alias duas. hic tamen loquitur de instrumento: ibi de testibus. An uerò ualeat ademptio facta coram duobus testibus de legato facto in testamento: plenè per Hostien. in summa de testamen. §. qualiter confirmetur. uersi. 1.

ADDE Bal. in d. l. heredes palàm. ff. de testa in 1. colum. ubi dicit quòd per hoc, nec uoluntas, neque solennitas probatur. ibi uide rationes.

c Sed nunquid. Iste ver. cum duobus sequen. ad literam fuerunt Vber. de Bob. ubi supra.

d In fine. Dicit Ioan. de Deo, in cauil. lib. 5. ubi de ultimis uoluntatibus. in fi. quod apud Hispanos non scribitur testamentum, sed solùm uocantur testes. Venetijs etiam non seruatur lex de numero testium & Iacob. de Are. disputauit, an eorum consuetudo testandi coram paucioribus testibus sit ualida. & dato quòd ualeat quærebat, ut infra. quæstio. 2. de qua ibi dicam. & de prima tenuit quòd si ibi est consuetudo de consensu principis ualet, quasi censetur uisse uideatur id quod patitur, & cõsentit. ff. de infa. quid ergo. §. 1. ff. locati. cùm in plures. §. locater. de execu. l. 1. §. magistrum. C. de serui. & aqua. l. 2. Censtat enim principem talẽ formam standi Venetijs concedere potuisse. C. de testi. si non speciali. aliàs dicit consuetudinem non ualere. alleg. C. de test. l. 3. Item cùm lex dixit tale testamentum nullum esse: consuetudo non potest illud ualidare. Ad primum alleg. C. de testib. si unus. cùm multis legibus. Ad secundum. infra, de cõsuetud. ff. de legat. 1. nemo. Ad idem extra, de iure cal. cæterùm, de probat. c. 2. de fideiuss. constitutus. Item omne hominum genus legibus uiuere debet C. lib. 11. de cendu. & procu. domus Aug. l. 1. & ff. de sepulcro uio. l. 3. diuus. C. de legi. l. leges. Item cùm lex numerum illum statuerit, oportet falsitatis timorem. C. de testa. l. iubemus. de fideicom. lib. l. fin. consuetudo quæ aperit uiam falsitati irrationabilis est, C. de iudic. l. 1. in auth. ut nulli iudi. §. 1. 8. dist. frustra. ponens autem ibi distinctionem, quo ad mentem de consuetudine in genere, quam posui super decr. ult. de consue. membro. Pe. dicebat ad propositum, quòd quando consuetudo sequitur legem contrariam, & est rationabilis de patientia principis ualet per iura superius allegata, & talem dicit istam. Homines enim mercationibus occupati, uix ab illis auocari possunt. ff. quemadmod. testa. ape. l. sed si quis ex signatoribus. Putat tamen expressum consensum principis, hoc casu requiri propter l. fi. C. de testa. quæ non uult etiam prætextu consuetudinis numerum septem testium minui. Cùm autem sine principis scientia procedit aliqua cõsuetudo: dicit quòd fi eui-

si euidens necessitas uel utilitas ei faueant: puta quia legem seruari esset in lece damnosum, ualet consuetudo: quia credendum est principem, qui ad subiectorum utilitatem intendit id fuisse concessurum ff. de uulg. & pupil. & substitu.l. ex facto. in prin. ff. de legi. l. in rebus. de pactis. tale pactum. in fi. Si uerò non subest necessitas, ut supra. distinguit, aut lex est de leuibus: & praualet consuetudo. ff. de uentre inspi.l. 1. §. fin. Aut de grauibus: & praualet lex, ut in §. diuus. ff. de sepulcr. uiolat. Et secundum hanc determinationem, quod dicit lex Lombarda, nullam consuetudinem praeponi legi. Respond. qualiter iudices iudic. de l. placuit. Sed conuerso casu quaeritur, an probationem instrumentorum uel testium, de iure plenam & ualidam consuetudo faciat inualidam, uel insufficientem. Solu. quaestio soluit seipsam, cùm regulariter qui potest unum oppositorum potest reliquum. de maio. & obe. cùm inferior. ubi de hoc in prima glo. ff. de acquiren. here. is, qui heres. & l. is potest. Constat autem quod est dictum, quòd consuetudo potest primum. de fide instrum. cùm dilectus. Secunda responsio. ergo poterit & secundum. His conueniunt 12. distinct. nos consuetudinem. extra. de cleric. coniug. cùm olim. per quae duo probantur, quòd consuetudo inhabilem habilitat, ut in primo. & aliàs habilem inhabilitat, ut in secundo faciunt leges allegatae in praedict. de cre. cùm olim. in ultima gloss. quae quid dicant, uide ibi in suffragio. Bene facit: quia dat leuiorem & grauiorem formam contractibus, ut in promissione de euictione est expressum. ff. de euict. si fundus. sic approbat & improbat administrationem tutoris. ff. de admini. tut. sine herede. §. Lucius. Si te in his uis extendere, uide quod scripsi de consue. c. fin. super glo. & quam.

ADDE, quòd non ualet consuetudo, quòd minori numero testium testetur, quàm per l est inductum, tenet Oldrad. consilio 243. & Bal. sensisse uidetur, consilio 153.4 lib. Bartol. uerè contra l. cunctos populos. latius ibi uide.

e Vel castri. Interposuit Vber. aut progenies.

f Opponunt. Cyn. in l. 1. C. de sum. trin. tractat hanc quaestionem, allegans etiam hunc uersicu. & Iacob. & Pet. dicunt institutum habere bona illius loci: & reliqua habebit legitimus ad l. ius nostrum. ff. de reg. iur. Respondet id de iure scripto quod est uniforme: hoc ex iure consuetudinis uel statuti, quod est difforme. Et est simile quod scripsi de resti. in integ. constitutus. super gl. consuetudo. Scire debes quòd Gul. de Cu. super ea. l. tractat quaestionem de illo, qui habet bona in Anglia, ubi licet testari cum tribus testibus. & Bonon. ubi seruatur ius scriptum coram tribus testatus est. quòd intellexit in Anglia, uel alibi non declarat. salue quod dicam infra. allegat quòd neutra debeat habere heres, nec quae sunt in Anglia, nec quae sunt Bononiae ista ratione; quia non seruauit ius scriptum: nec quae sunt in Anglia, ne decedat partim testatus, partim intestatus contra regulam ius nostrum. ff. de reg. iur. Ad contrariũ quòd debeat habere heres bona Anglicana inducit quòd diuersitas patrimonij facere aliquem potest partim testatum. ar. ff. de excus. tut. l. iurisperitos. §. cùm oriundus. sicut in milite qui habet duplex patrimonium castrense & Paganicum, & potest duo testamenta facere, & duos heredes. ff. de milit. testa. l. 1. & l. si miles. Vtrum sequatur ergo diuersitas iuris ad diuersitatem patrimonij, sicut de seruo dicitur qui habet diuersa peculia. ff. de pecu. hinc quaeritur. §. potest. & in pupillo. ff. de tut. & curat. da. ab his. l. pupillo. sibi placet quòd institutus habeat omnia bona, & ad omnia admittatur: quia ut dicit in consuetudine Angliae attenditur sola dispositio. & non bona. Sicut ergo in Anglia testatus illo more haberet omnia bona adeundo ubicunque sint: & sic hoc casu dat simile in tutore qui non potest autorizat sibi in obligatione pupilli: & tamen autorizat ut hereditatem adeat sui debitoris: & sic per consequens erit sibi obligatus. ff. de autori. tut. l. 1. Instit. de legi. patre. tut. §. sed nostra. ff. de legi. tut. l. 3. in princip. Sicut ergo potest quis super fundo conueniri alibi, quàm sit fundus. C. de praescrip. long. temp. l. fina. & plenè scripsi de rescript. dilectus. 2. super fin. 2. glo. sic testamentum factum in Anglia suo more fidem faciet in Italia. Inducit etiã l. omnium. C. de testament. per quam patet quòd testamentum factum apud acta sine numero testium, dabit facultatem adeundi, & ualebit coram omni iudice. Concludit ergo quòd tota hereditas ubicunque sint res est unum patrimonium: & ubicunque sint bona una aditione spectant ad heredem, cùm sola dispositio ponderetur in tali consuetudine, ut dixi. Indixit pro decisione l. ex mili. cum l. sequen. ff. de mili. testa. & de castr. pecu. l. hereditate. §. quaedam. & de her. instit. l. quisoluendo. & per haec uerba dicit non sic esse de consuetudine Gallicana: quia uxor superueniens lucratur partem bonorum mariti, quia illa consuetudo directè est super bonis, non super dispositione, ut proxima: & ideo bona quae sunt extra locum consuetudinis non possunt sic includi principaliter, sicut ibi incidenter uel per consequens. allo-

gat l. 3. ff. de offi. praesi. ff. ad municip. l. constitutionibus. & de iur. fisc. l. circa forma. lib. 10. Ex hoc sibi incidit alia quaestio quam diffusè prosequitur.

ADDE, ut per Bart. in l. cunctos populos. uers. sepa quaero. in 1. quaest. princip. Paul. de Cast. consi. 224. respectu uerò consuetudinis Gallicanae Pet. de Auchar. consil. 162. tenet quòd nec uxor haberet bona alibi sita, si testator etiam illa sibi legasset, uel illam in illis haeredem instituisset: quia hoc fecisset deceptus, putans consuetudinem ualere quo ad bona alibi sita.

g Si unus. Facit plus ad causam, eo. tit. si non speciali priuilegio patriae tuae. nota tua. & ff. de iur. fis. sed si accepto. per quas leges Iacob. de Aret. in quaestione, de qua supra dixi, tenuit quòd testari secundum consuetudinem Venetorum, licet solis Venetis, & non illuc euntibus. Inducit quòd etiam l. fi. C. de testa. coniuncta cum l. conficiuntur. §. 1. ff. de iur. codi. per quod patet, quod licet rusticis, non licere declinantibus ad eos.

h Quaesitum. In prin. & l. si ita legatum. de leg. 1. huiusmodi. §. legatum. & de fund. instr. Seia. §. Pamphila. de act. empt. fundi. §. fin. Sua igitur ciuitatis, & non illius, ad quam declinauit, lege adstringitur: illa enim suorum ciuium est propria. ff. de iust. & iure. & l. omnes. & patet 12. dist. illud.

i Decidendam. Vide quod not. de elect. licet canon. lib. 6. super uersicu. de caetero.

k Et not. Secundum Vber. ubi supra.

l Praemissa. Lib. 6.

m Codicillum. Ad intellectum huius uer. & eorum, quae de clausula statim sequuntur, est sciendum quòd Pi. disputauit quaestionem, quae incipit, quidam paterfamil. de illo. qui facto prius solenni testamento, in quo filios haeredes instituit, post tempus uolens codicillari in praesentia septem testium rogatorum, eosdem filios instituit, dicens in fine, quod uolebat ipsam dispositionem iure codicillorum ualere: & si sic non ualeret, uoluit quòd ualeret iure testamenti, & omni iure quo melius poterat, & primum testamentum confirmauit: quaerebat, an haec dispositio ualeat iure testamenti, uel iure codicillorum. Subtiliter allegat pro & contra: tenet quòd dispositio illa sit testamentum, & non codicillus: cùm habeat solennia testamenti, scilicet institutionem haeredum, & solennem numerum testium rogatorum: quae sunt species testamenti, non codicilli, quae concurrere non possunt quasi contraria. C. de testa. non codicillum. & ibi no. ff. de iure codi. illud. §. tractari. Principaliter autem se fundat in hoc, quòd licet institutio facta in codicillis ualeat interdum, non ut directa, sed traditur ad fideicommissum. ff. de iure codi. l. 2. §. fina. de leg. 2. codicil. §. Lucius. & sic si scripturà, de qua quaeritur, possit esse codicillus, tamen illa, & omnia alia iura id dicentia, oportet intelligi, cùm possibile est directam codicillarem trahi ad fideicommissariam, quod est, quando diversi sunt, qui debent fideicommissum ab illis, quibus debentur: ut quia ueniens ab intestato, debet restituere institutis: ut l. 3. & l. conficiuntur. ff. de iure codi. Sed cùm in casu proprio sit idem debens, & cui debetur: non est possibile directam trahi ad fideicommissum, ergo ualere debet quo iure potest, scilicet directo. & secundum id impossibile est quod sit codicillus, qui non facit directam, ergo est testamentum. ff. de iure cod. quod manus, ff. ad treb. l. Scaeuola. fatetur quod quibusdam probabiliter prima facie uideretur contrarium per l. 6. C. de cod. cum sua glo. & quòd testator sic noluit. Dicit enim ad iura illa iam responsum, ut procedat cùm fideicommissum potest esse utile ex diuersitate personarum, debentis, & cui debetur: quod quia hoc casu deficit, cùm idem sint scripti in utroque, concluditur quod praedixi: & uerba illa, si non ualet iure codi. &c. sic intelliguntur, ut sonent, si non ualet iure fideicommissi, ualet iure directo. Vnde cùm hic fideicommissum deficiat, propter causam saepius dictam, ualebit ergo directò, & sic iure testamenti, extra, quod haereditas directò dari non potest. C. de cod. l. 2. Et si dicatur quòd cùm plures essent filij instituti unus alteri ex fideicommisso restituere poterit. Hoc non procedit in terminis quaestionis: nam cùm fuerint pariter instituti, necessariò est fideicommissum inuicem relictum esse inutile. ff. de leg. 2. l. cùm pater §. pater qui filio. quare cōcluditur quod supra.

quòd alter executorum, seu fideicommissario-
rum, possit sine reliquo agere. argumentum C.
de hæredita. actio.l.2. argumentum tamen contra
ff.de cura.bo.dan. si plures.& ff.de administratio.
tutorum. & ff.de procurat. si quis cum procura-
f torio. & l. sequenti. & hoc tutius est: [f] secundum
Vbert. maximè quia non coguntur hoc officium
13 suscipere. † XIIJ. Quid si sunt plures executores,
& unus decedit: nunquid erit inter eos ius ac-
crescendi, ut superstitibus accrescat officium
g istius? [g] Et uidetur quòd sic, ad instar usufructua-
riorum: ut ff.de usufructu accrescen.l.1. in princ.
Sed hoc contra, secundum Vbert. imò episcopus
in locum defuncti, alium subrogabit ad instar tu
torum mortuorum: ut C. in quibus caus. haben.
tuto. per totum. nisi dati forent à testatore, cum
illa clausula, quòd si non omnes interesse pote-
ritis, &c. extra. de offic. delega. uno. & capitu. pru-
dentiam.§. adijcimus. & extra, de testamen. Ray-
naldus. in princip. de hoc infra. uersicu. 49. sed si
h aliter. Vel distingue [h] ad solutionem huius quæ
stionis & præcedentis: Aut testator legauit cer-
tas res certis personis, aut commisit arbitrio
commissariorum aliquid distribuendum pauperi-
bus, aut mandauit aliquid fieri, puta fundari ec-
clesiam, uel hospitale, uel etiam aliam domum
religiosam: si quidem legauit certas res certis
personis, & unus solus commissariorum soluit
eas illis, & distribuit inter eos: ualet quod fe-
cit, licet malè fecerit, consocios non requiren-
do: quia multa fieri prohibentur. &c. extra, de re-
gu.ad apostolicam.1. quæstio.1. quidam. 30. quæ-
stio.5. capitu. sed obijcitur. Si autem iussit testa-
i tor res uendi, [i] uel ut pecunia, si qua extabat,
secundum arbitrium commissariorum pauperi-
bus distribueretur, tunc unus solus nequit hoc
expedire sine alijs, ad instar coniudicum: ut su-
pra, uel coeligentium: ut extra, de electio. in
Genesi. Si uerò iussit fundari monasterium, uel
aliquod pium opus fieri: tunc omnium consen-
sus debet requiri: qui si discordent, uel diffe-
rant, tunc etiam ad unius eorum instantiam, eos
episcopus coget. Ad hoc extra, de testamen. nos
k quidem. C. de sacrosanc. ecclesi.l. prima. [k] nec de
bet tunc episcopus alium substituere, altero eo-
rum mortuo, cùm alij possint id fideliter exe-
qui. Non enim fuit mens testatoris, ut altero
eorum decedente, alij non possint exequi, sed
econtrà. Et in testamentis benigna est interpre-
tatio facienda. extra, de donatio. cùm dilectus.
Vt uoluntas defuncti impleatur. C. de sacrosanctis

ecclesi.l. prima. 13. quæstio. 2. ultima. in authenti.
de nuptijs.§. disponat. colla. quarta. extra, de te-
stamen. cap. indicante. Si autem negligentes, uel
suspecti essent: tunc debet episcopus interponere
partes suas: ut in prædic. cap. nos quidem. & eo-
dem titu. tua nos. & cap. Ioannes. & sic etiam de
hæredibus, ut eodem titu. si hæredes. & si illi in-
ter se adinuicem dissentiant, poterit episcopus
cum eis consentire, qui locis, uel personis pau-
peribus intendant prouidere. ff. de lega. 2. l. 2. &
in authenti. de ecclesi. tit. per totum. C. de episcop.
& cleri. si quis ad declinandam. ff. de lega. 3. lega-
tis.§. primo. Sed si concordant in bono, episco-
pus non habet quicquam facere: ut in prædic. con
cordan & uide supra. uers. septimo, sed pone quod
14 priu. † XIIIJ. Item pone, cùm quidam fœnerator
ueniret ad pœnitentiam, promisit sacerdoti no-
lenti sibi aliter dare pœnitentiam, restituere usu-
ras receptas, & remittere recipiendas: nunc quæ-
ritur, an per sacerdotem actio & exceptio debi-
toribus acquiratur. Et uidetur quòd non: ut In-
stitut. de uerborum obligationibus.§. alteri. Item
quia cessat causa mortis. Item quia sacerdos non
est hominis seruus publicus, sed solius Dei: un-
de Deo debet acquirere, & non alij. Dic contra:
quia ius publicum consistit in sacris, & in sacer
dotibus: ut 1. distinctio. cap. ius publicum. & ff.
de iustitia & iure.l. prima.§. ius publicum. & sic
sacerdos est publica persona, per quam alteri be
ne quæritur utilis actio. ff. rem pupil. sal. fo.l. quar
ta. C. de episcop. & cleri. authen. generalis. &
de litis contestio. authenti. libellum. quæ est 3.
quæstio. 3. capitu. induciæ.§. spatium. Et hæc mea
opinio hodie canonizata est in decret. Gregorij
decimi, de usuris, quanquam, libro sexto. ubi de
hoc diximus. & facit ad hoc extra, de simon. ne-
mo. & uide supra, de primo decreto.§. iam de ef-
fectu. uersicu. sed oppones. & de satisdationibus.
l §. uiso. uersicu. sed quis. [l] † Decimoquintò, quid
15 si fœnerator præcipit illi, quem dedit tutorem
filijs suis, ut usuras redderet? Respondeo, ualet
præceptum, ac si factum esset hæredibus. argu-
mentum ff. de lega. secundo. peto.§. mater. ff. de
annuis legatis.l. liberto suo.§. fina. in fi. Qualiter
conficiatur instrumentum super uenditione ali-
cuius rei à fideicommissario facta: uide infra, de
m emptione & uenditione.§.1. uersicu. interdum. [m]
16 † Decimosextò, & scias [n] quòd executores hu-
n iusmodi, nomen, & uim habent hæredum: ex
quo patet eos posse agere & exigere, nedum ab
o alijs [o] sed etiam ab hæredibus relicta: ut C. de e-
piscopis & clericis.l. si quis ad declinandam.§. u-
bi autem. & l. nulli. in principio. & argumen-
tum ff. de religiosis. si quis sepulchrum.§. funus.
& in decreta. extrauagan. de testamentis. Ioan
p nes, Frangepanem.§. primo. [p] Sed contra. Nam
dixit lex, quòd talis minister, nequit exigere
ab hæredibus fideicommissarijs: si tamen hære-
des ei gratis soluant, ipsum tenetur distribuere
inter eos, de quibus est à testatore rogatus: ut
ff. ad Trebellianum. Lucius.§. Meuia duos fi-
lios. uersiculo, de hoc. Sed dic quòd si iste mi-
nister est institutus ad erogandum relictum ad
pias causas: bene potest etiam ab inuitis hæ-
redibus

redibus exigere : ut in prædicta l. nulli. & in prædicto §. funus. & expressè extra, de testamentis. Ioannes. & si nullus sit hæres, poterit etiam totam hæreditatem uendicare : nec detrahet Falcidiam : ut prædic. decret. Ioannes. & eodem titu. tua. & C. de episcopis & clericis. si quis ad declinandam. Si autem non sit executor ad pias causas, sed ad alias, puta quia testator sic dixit, M. uxorem meam hæredem instituo, & uolo ut de-
q cem, quæ habeo in mobilibus, reddat Titio. q Itē quod idem T. ea diuidat inter tales amicos meos, & nil sibi retincat: hoc quidem casu non habet T. actionem contra uxorem hæredem scriptam : ut in prædic. §. Mæuia. & ff. de adi. lega. l. filio ex parte. & l. filio. §. matri. Nec obstat prædic. decreta. Ioannes. si bene intelligatur : prout ibi nota-
r tur secundum papam : r quæ tamen prima facie contraria esse uidetur. unde circa hunc articulū
s sic distingue : s † Cùm quis legat t alicui aliquid,
17 ut ille illud legatum inter aliquos distribuat: aut
t iste cui legatur, est minister merus, siue purus, seu executor tantùm, aut est minister & particeps illius legati. Si sit minister, siue executor tantum, ut quia ex legato nihil debet penes eum remanere, sed totum debet inter eos, inter quos rogatus est distribuere, quia fortè testator sic dixit: Centum, quæ habeo in arca, pauperibus relinquo, per talem amicum meum distribuenda, uel inter consanguineos meos talia decem, quæ habeo in arca, diuidat: tunc regulariter nullam habet actionem pro illo legato exigendo : sed si fuerit ei solutum, debet ipsum inter legatarios diuidere: ut in prædicto §. Mæuia. & in prædicto §. matri. ff. de lega. 2. l. codicillis. in princip. & l. si quis Titio. ff. de adimen. leg. filio. §. matri. Tamen fallit hoc : cum est minister, siue cùm est legatum ad
u pias causas. u Nam tunc licet nullum emolumentum, debeat habere ex tali legato, habet tamen actionem ad illud recipiendum, ut in prædicta l. nulli. & ff. ad Trebellianum Lucius. § primo. ff. de alimen. & cibar. lega. alio. cùm alias fuerat relicturus : ut ff. de lega. 3. l. pater. §. Tusculanus. cùm suis similibus. Item fallit cùm testator expressè concedit ei potestatem petendi, dicens sic: H. mihi hæredem instituo. P. amico, centum le-
x go, x quæ centum uolo quòd ipse poterit petere, & petita exacta distribuere : ut ff. de lega. 1. cùm quidam. §. si scriptus. & l. si à pluribus. in princip. & ff. famil. ercisc. si filia. §. Papiuianus. Si autem sit particeps legati : ut quia testator sic dixit : Titio relinquo centum, de quibus uolo quod retineat quinquaginta : alia distribuat inter pauperes pro anima mea. Ille indistinctè potest petere, & exigere ab hærede : quia quo ad suam partem est legatarius, quo ad aliam est minister: unde licet actionem ad repetendum legatum, & postquam repetierit, debet hoc distribuere : ut ff. de lega. 2. si quis Titio decem. in principio. ubi de hoc. & de leg. 3. l. si legatarius. Item etiam ubi aliquid uoluit executorem testator habere : puta Falcidiam, tunc aget : ut ff. de lega. secun-
y do. si quis Titio decem. y † Xvij. Sed quo iure
18 petetur hoc legatum in his casibus, in quibus commissarius habet actionem? Dic quòd si is, qui debet petere, particeps est, sibi competunt tres actiones, scilicet ex testamento, hypothecaria, & rei uendicatio : ut C. communia de legatis. l. 1. & 2. & colligitur ff. de legatis tertio. si legatarius. in princ. & supra. de actio. seu petitio. §. sequitur. uersi. illud uerò nota. & infra, de testamen. §. primo. uersicu. & nota quod. Si autem non sit particeps legati : tunc si potest petere, quod est in duobus casibus, ut dictum est : petet conditione ex prædicta l. nulli. §. si autem post. Nam cùm ibi detur actio, nec sit cautum quo genere actionis agatur : competit ex l. condictio. ff. de condictio. ex l. unica. uel petetur actione in factum. cum deficiat actio. uel pontificali autoritate : ut ff. de petit. hæred. hæreditas. in fine. & interest iudicis, & ad eius officium pertinet, huiusmodi pia legata solui : ut in prædicta l. nulli. in fine. unde etiam iudicis officio peti potest. argumentum. ff. de lega. secundo. si quis à Titio. & extra, de testamen. cap. nos quidem. & cap. tua, secundum Odof-
z fred. z Vel dic quòd actio ex testamento, a cùm
a tanquam legatarius, uel fideicommissarius sit : ut in prædicta l. si quis ad declinandam. uel distingue secundum Ubert. an sic dixerit testator, lego centum Titio : & rogo eum, ut expendat ea in redemptionem captiuorum: ut tunc locum habeat actio ex testamento. Si aūt dixerit, relinquo centum pro redemptione captiuorum, & uolo q̄ T. ea disponat : tunc condictio ex l. locum habet.
b de hoc infra. uer. 44. illud b etiam. † Xviij. Quid si
19 hæres dicit : paratus sum soluere hoc legatum, si tu executor mihi caues de implenda uoluntate de-
c functi. Quidam c dicunt eum ad hoc non teneri: cùm non dicat hoc præd. l. nulli. & quia officium suum non debet ei esse damnosum. ff. quemadmo. te. ape. si quis ex signatoribus. sicut nec tutor testamentarius : quia eius fides à testatore est approbata, ut Institut. de satisda. tut. in princip. & C. episcop. audien. ne creationibus. & argumentum
d ad hoc. ff. si cui plusquam. per l. Falcid. diuus. d & ff. de ann. leg. l. liberto. §. largius. & ff. quādo. dies leg. ced. l. Firmio. §. primo. in fine. etiam si sit fra-
e ter minor, e qui nil habet in bonis. Cùm enim eius fides a testatore electa sit, hoc loco satisdationis habendum est : ut in prædicta l. de creationibus. Nec obstant contraria, quia de uoluntate testa-
f toris cauebatur. Alij contra f, scilicet quòd tenetur satisdare : argumen. ff. de leg. 3. si tibi legatum. & ff. de leg. 1. cùm quidam. §. 2. & l. si à pluribus. & ff. de condi. & demon. Titio. circa princ. & l. quibus diebus. in fi. in authen. de hære. & Fal. §. si quis autem. ff. loca. & con. insulam. §. fina. de hoc infra. uer. 45. sed quæro. Tertij dicunt, q̄ si sit ei aliquid in testamento relictum : tunc tenetur satisdare. arg. ff. de confir. tu. l. fi. in fi. ff. de le. 3. si tibi. Tu dic, quòd si sit diues, & bona persona, quæ consueuit esse fidelis, non cogitur satisdare : ut ff. de fur. si seruus communis. §. quia uerò. Quia hodie præsumitur bonus, qui olim fuit. ff. de
g re mili. non omnes. §. à barbaris. g Si uerò sit homo inops, perfidus & suspectus : tunc sic. argum. ff. de peti. hæred. l. pen. ff. de rei uendic. l. si is à quo. extra, de pig. illo. in fine. & 46. distinc. sunt nonnulli. ad fin. Alij dicunt, quòd nec in hoc casu satisda-

satisdabit. ff de peti. hæred. diuus. ff. qui satisda. cog.
si fideiussor. §. fin. sed in primo sic: ut prædic. l. sit
h tibi. h † Xix. Sed, nunquid debet iurare quòd bona
20 fide faciat? Dicunt quidam i quòd sic. C. de do. si
i quis pro redemptione. respon. 1. & in prædic. l. de-
k creationibus. & in authen. ibi posita. k Alij con-
l tra, l per præ. l. si quis. quæ innuit iuramentum
præstandum esse post distributionem, & non ante,
ut infrà, uersi. 48. sed nunquid. secundum Vincen.
21 † Xx. Quid si executor iam habuit legatum, & di
cit se illud expendisse in pias causas, & hoc uult
m iurare: nunquid est ei credendum? m Azo dicit
standum eius sacramento. C. de do. si quis pro re-
n demptione. §. 1. n & argumentum pro eo, C. de e-
piscop. & cler. orphanotrophos. Alij contra, & q
debet per scripturam probare hoc expensum fu-
re, iuxta defuncti uoluntatem: ut in authen. de
sanc. episcop. §. œconomus. & in præd. l. nulli. Nec
obstat, præ. l. si quis pro redemptione. Nam ibi te
feci dominum, ut tu postea illi dares. In nostro
t autem casu non feci te dominum: sed solum exe-
cutorem, unde ibi minus exigitur, quàm hic.
Vel dici potest, quòd si executor fuit aliâs bonus,
& legalis: tunc statur eius sacramento, aliàs non,
secundum regulam, Qui fuit bonus, præsumitur
bonus, & econtrà. extra, de præsumptio. mandata.
o 46, distin. nonnulli. o Vel dic quòd aut expensa est
magna, & tunc requiruntur testes. Aut modica,
& tunc non requiruntur. argum. ff. de pig. act. si pi
gnore subrepto. ff. de uen. in pos. mit. l. 1. in fi. &
ff. de excusat. tuto. non tamen. in fine. secundum
p Odoffre. p † Xxj. Sed quæro quando executores
22 possunt ab hærede legata repetere: an statim
mortuo testatore. Dic quòd demum adita hæredi
tate ex testamento, ut ff. de test. tu. si nemo. ff. si
quis test. li. esse iussus fue. l. 1. §. ante aditam. Nisi
fortè in illis casibus, in quibus ualet legatum, uel
fideicommissum, etiam non adita hæreditate. C.
de fideicommissa. eam, quam. Si decessit ab inte-
stato: tunc etiam debet esse adita hæreditas: ut
ff. de fideicom. lib. l. 2. nec potest dici quod ha-
beat hypothecariam. C. communia de lega. 1.
23 † Xxij. Quid si hæres dicit se nelle interesse di-
spositioni: commissarius uerò seu executor con-
tradicit? Arg. pro hærede. ff. de usu & usufruc. leg.
q l. legatum. q argum. in præd. l. nulli. r & C. de do
r na. si quis pro redemptione. Xxiij. Quid si quis s
s mihi legat, ut uadam ultra mare, tamen modo
nullos ire audet: nunquid habebo legatum? Di-
cunt quidam quòd sic, dummodo uadam ad fini
t lem locum. argu. in præ. l. legatum. t Xxiiij. Quid
si reliquit omnia bona sua pro redemptione capti
uorum: quando petetur hoc fideicommissum? Re-
spon. de subtilitate iuris non potest peti, cùm ne-
u mo sit hæres. u. & ideo secundum Vbert. consu-
lendum est executoribus, ut semper faciant fie-
24 ri hæredes. † Xxv. Sed nunquid ante litem con
testatam possunt facere procuratorem, qui petat?
Videtur quòd non, ad similitudinem tutoris, &
& curatoris, & procuratoris. C. de procur. neque.
Arg. contra quod possint: ut & procurator ad ne-
gotia datus: ut ff. manda. si procuratorem. §. 2. &
x in præ. l. si quis ad declinandam. in fi. x Et ut hoc
plenius intelligas, pone: aliquis instituit hæredem
in testamento, & decem pro anima sua legauit ex
pendenda iuxta dispositionem P. cui dedit potesta
tem exigendi & recuperandi de bonis suis, & uen
dendi: nunquid ergo ipse P. poterit ante litem cō
testatam facere procuratorem contra hæredem,
uel contra bonorum possessores, uel debitores?
Et uidetur quòd sic: quia habet condictionem ex
l. nomine suo: ut C. de episc. & cler. nulli. Nam &
aliàs commissarius agit, quando ad pias causas, &
quando ad alimenta factus est: ut ff. de ali. & cib.
leg. l. alio. Item procurator, qui uendidit, uel sti
pulatus est, actionem suo nomine habet, & procu
y ratorem facit y: ut ff. man. si procuratorem §. fi-
na. in fi. ff. de acquiren. posses. l. 1. in prin. ff. de iu-
reiuran. sed si unius. §. procur. argum. contra, cū
non sit commodum habiturus: quia propria cau-
sa dici non potest ff. de leg. 2. si quis. ff. quam. appe.
sit l. 1. §. in propria causa. & 2. q. 6. biduum. Nam
aliter habetur loco tutoris, qui hoc non potest an
te litis contestationem: ut suprà. So. Dico quòd
potest: nam commissarius est loco hæredis: ut in-
fra. uer. item pone. & procurator priuati si stipula
tus sit sibi dari nomine domini, habet actionem, &
dominum facit procuratorem, ar. ff. manda. si pro
curator § fina. & tamen nullum habet ibi commo
z dum. z Alij tamen contra: quia fides eius fuit à te
statore electa, & certum officium ei commissum:
a ex. de offic. delega. cap. fina. a Vel dic quòd si uult
procuratorem constituere ad agendum, hoc fieri
non potest Nec obstat quod sibi ad petendum da-
tur actio utilis ex testamento, secundum quosdā:
uel saltem conditionem ex præd. l. nulli. quia suo
non nomine, seu ex sua persona, sed illorum, in-
ter quos distribuendum est, competit ei. Si uerò
uult constituere ad distribuendum legata, hoc po
test. ut in prædic. l. si procuratorem. §. 1. Quod in
tellige, quando uult dare quibusdam: quia tunc
constituere potest procuratorem ad dandum il-
lis: non autem, ut ille suo arbitrio dispenset, qui
bus sibi uidebitur. Nam executoris persona ad
hoc fuit a testatore electa, secundum Odof. ex-
tra, de offic. delega. cap. fin. ff. de sol. inter arti-
25 fices. † Xxvj. Quid si testator dixit: relinquo
pro anima mea, quod iustum fuerit, uel quod
filijs meis uidebitur: nunquid Episcopus, ad quē
spectat talia exequi, ut extra, de testamen. tua nos.
cum suis concord. poterit agere contra hæredes?
Videtur quòd non: cùm sit incertum legatum.
C. man. l. salarium. ff. de iure do. cùm post. §.
b gener. b Dic contra, fauore religionis. ff. de an-
c nu. lega. si cui. ff. de leg. 2. quidam. & l. penultim. c
26 † Xxvij. Item pone, quòd aliquis non insti-
tuit hæredem, sed tantùm reliquit legata: puta
in codicillis, in quibus reliquit aliquem dispen-
satorem, per quem uult omnia legata solui: quæ-
ritur an legatarij conuenient illum fideicommis-
sarium: & an ille erit loco hæredis? Et uidetur
quòd iste erit loco hæredis, præterquam ad Fal-
cidiam. in prædicta l. si quis ad declinandam.
§. licentia. & in authenti. de ecclesi. titu. §. si
quis autem. collat. 9. & C. de dona si quis pro re-
demptione. & ff. de alimen. & cib. leg. pecuniæ. &
l. alio. Compelli autem etiam potest talis distribu
tor: ut in authenti. de ecclesi. titu. §. si quis autem
face re

facere iussus. & arg. ff. de lega. 1. si seruus. §. qui Margaritam. & ff. de leg. 2. si quis Titio decem. Econtrà uidetur quòd non sit loco hæredis, nec possit compelli. arg. ff. ad Trebel. Lucius Titius. §.
27 Mæuia. Non enim potest compelli: † quia quantò aliquem honoramus, tantò eum possumus onerare: ut ff. de lega. 2. Imperator. ex. de rebus eccle. alie. uel non. c. 3. Item si testatori placuisset eum hæredem fore, id ipse fecisset: ut C. de caduc. tollē. l. unica. circa finem. & ex. de deci. ad audientiam. Et contraria inducta in specialibus casibus loquūtur propter fauorem captiuorum uel pauperum, uel alimentorum. Quod ergo testator potuit, scilicet hæredem facere, noluit: & quod uoluit, scilicet ordinare distributorem, qui sit loco hæredis, non potuit. C. si quis alteri uel sibi. multum. ex. de offi. deleg. cùm super. in fi. Roff. d quòd talis
d distributor est hæres, seu loco hæredis: ut in prædi. l. si quis ad declinandam. §. licentia omnimodo. & argumen. ff. de cur. bo. dan. l. 2. & fideicommis. lib. l. 2. & 3. Et potest à legatarijs conueniri, per iura prædicta. In hoc tamen non est hæres, quòd Falcidiam uoluit retinere: quia testator hoc uidetur noluisse: ut in l. si quis ad declinandam. §. & si quidem. In hoc minus est quàm hæres, & etiam quātum ad hoc, ut non possit uendere, uel distrahere: ut in prædicta l. alio. & etiam quantum ad hoc, quòd nudo ministerio utitur: ut in præ. l. si quis Titio decem. In hoc autem plus est quàm hæres: quia cogi potest adire, & bona distrahere: ut in prædicto §. si quis autem facere. uer. iussus. Quod non est in alio hærede, ut adire cogatur: ut C. de iure delib. nec emere. cùm hæreditatis aditio in solo animo consistat: ut ff. de acquiren. hæred. adit. io. Et hæc est ratio, quare per procuratorem adiri
e non potest: ut in eodem tit. per procuratorem. e Item iste distributor cogetur adire, ex quo debet alteri restituere: sicut fit in alio hærede, qui compellitur per Trebellianum adire & restituere: ut ff. ad Trebel. cogi. Item ratio est, quare alius non
f possit cogi, quia possit habere emolumentum, f scilicet quo ad Falcidiam, potest illi renunciare. Nec obstat præ. §. Mæuia. quia ibi illi nepotes, quibus debebant bona restitui, nondum peruenerant ad 25. annum: ideoque contra fideicommissarium, non agunt illi distributores: aliàs agerent actione ex testamento: ut in prædic. concor.
28 † Xxviij. Sed si fit loco hæredis distributor, quæritur quas actiones intentat, & quibus tenetur? Et
g dicit Roffred. g eum habere utiles, utilibusque teneri, sicut & in fideicommissario, cui est hæreditas restituta: ut Institut. de fideicommis. hær. & ff. ad Trebel. legatario. arg. C. de leg. h. ex legato. ff. de procur. pater filio. Ex quo enim testator distributorem eum reliquit, uidetur sibi concessisse, & agere & defendere, quia talis est lex obligationis. arg. ff. de sol. l. fina. Quantum enim ad libelli effectum, hæres est, præter quàm in illis quæ præmisimus: ut argu. ff. quod cum eo. si filius. Alioquin nisi ageret, uel conueniretur, & hæreditas esset in omnibus, quod quādoque contingit: ut ff. de petit. hæredi. hæreditas. iam nullus esset, qui conueniret debitores hæreditarios, quod iniquum
h foret. Patet ergo quòd loco hæredis habetur h

Accur. not. in prædicta l. si quis ad declinandam. §.
29 ubi autem. † quòd executor est hæres nomine, sed non re. Azo uerò notat in præd. l. nulli. quòd non est hæres, sed administrator. Porrò si executor non ad omnia, siue non uniuersalis, sed aliquorum bonorum tantùm, & in testamento sit hæres
i i institutus: tunc indubitatè talis non habetur lo-
k co hæredis. k ar. C. de hæred. instit. quoties. ff. eo. titu. l. 1. Nam in incertis, & non certis locus est coniecturis. C. de actio. & oblig. l. obligationum substantia. & l. fin. in fi. C. de contrahen. empt. l.
30 si. prope fin. nihilominus tñ agere potest. † Xxix.
l Sed pone, l quædam mulier erat tutrix, & fidei-
m commissaria: tutela finita. m habebat decem penes se: uult ea re iure, ut ea soluat pro malè ablatis: nunquid potest? Respon. aut constat quòd huiusmodi malè ablata, puta usuræ, debentur: aut quod non debentur, aut dubitatur. In primo casu retinet: quia cui damus actionem, &c. ff. de superfic. l. 1. §. 1. in secundo non: in tertio statuetur certum tempus, intra quod cognoscatur, an debeatur, quo elapso restituat. arg. ff. de pet. hær. si
n quis libertatem. §. pen. in fi. n † Xxx. Sed quæri-
31 tur, an hæres, uel distributor teneatur dare instrumenta legatario, quæ pertinent ad negotium rei legatæ? Et uidetur quòd non: ut C. de fideicom. instrumenta. Sed illud intelligatur: quando pars prædiorum legata erat: unde maior pars remanet penes hæredem: & ideo non dat ibi exempla. Alias enim si unicum prædium sit legatum, credo hæredem dare debere legatario instrumenta, cùm hæres de euictione non teneatur. arg. ff. de fa. erc. cedere. in fi. & l. seq. si rem. & de fide instr. si tab. Nec obstat ff. de act. emp. & uend. Titius hæres. & l. creditor. quia uenditor tenetur exhibere, & non dare, quia de euictione tenetur. Dico ergo hæredem dare debere legatario instrumentum. arg. C. de li, cau. sicut. C. ad leg. Fal. prædiorum. secundum unū
o eius intellectum. o † Xxxj. Sed an executor ultimę
32 uoluntatis potest alienare bona curæ ipsius com-
p missa? p Et uidetur quòd non. ff. de ali. & cib. leg. Lalio. quod uerum est: ut ea in alios usus conuertat: ut ex. de testi. tua. uel etiam sine causa. Aliàs enim bene potest. arg. C. de epis. & cler. orphanotrophos. §. 1. 10. q. 2. hoc ius porrectum. C. de præd. mino. sine decr. non alienan. l. ob æs. puta ut pecunia in solutione legatorum conuertatur, si aliter satisfieri non potest. arg. ff. de tutela. siue generalis. arg. ff. de cur. fur. l. fin. in aut. he. de ecclesi. tit. §. fina. & §. si iam annale. & seq. ad instar curatoris bonis dati. ff. de cur. bo. dando. l. 5. & ulti. & de bonis autor. iudi. posiden. prætor. §. his uerbis. C. de episc. & cler. si quis ad declinandam. §. ubi & §. præcedenti. & in auth. colla. 8. ut cùm de appel. cogno. §. in huius. Potest etiam alienare, si hoc sit ei à testatore commissum. ff. de dote præ uir. uxori. ff. de condi. insti. l. quæ sub conditione. §. mortuo. in fi. Et hæc uera sunt, ubi nullo hærede relicto, constitutus est ad uniuersa bona, pro anima testatoris eroganda. Nam tunc ipse loco hæredis habetur: ut supra. uer. 27. item po-
q ne quòd aliquis. q Xxxij. Quid si non ad uniuersa, sed duntaxat ad aliqua eroganda, hærede ex testamento, uel ab intestato succedente constitutus

est

est: nec est sibi à testatore alienandi concessa potestas: nec potest satisfieri legatarijs, nisi aliqua alienentur? Et certè uidetur quòd tunc hæres, non executor, alienabit: ut in præd. l. alio. Arg. tamen quòd etiam executor hoc possit: quia ad omnia datus uidetur, sine quibus testatoris uoluntas impleri non potest: ut ff. de iurisdic. omn. iudi. l. 2. extra. de offic. deleg. præterea. ff. de procurat. ad rem. Maximè hærede rem legatam uendere nolente, quod satis concedi potest, si dixit: tale prædium pro anima mea relinquo, uolens, & præcipiens illum uendi, & pretium pauperibus dari: &
r ad hoc exequendum talem facio executorem. r
33 † Xxxiij. Illud etiam quæritur, si nomen debitoris legatum sit distribuendum per executorem: utrum debitore soluere nolente, nec etiam herede contra eum agere curante, executor agere posf
sit contra debitorem: ut soluat? f Et uidetur quòd sic: ut in præ. l. nulli. respon. 1. in authen. de eccle. tit. §. si quis autem. & §. si autem. qui facere. in fi. ad instar curatoris bonis dati. ff. de cur. bo. dan. l. 2. respon. 1. ff. de his, quæ in frau. cre. l. 1. in prin. & ad instar orphanotrophi. in authen. eo. tit. §. fin. C. de episcop. & cleric. orphanotrophos. & ad idē ff. de fideicommil. l. 4. ff. sol. mat. Caius. & hoc tet
nent Azo Vbert. de Bo. Roffred. & Bul. t Aget autem contra debitorem utilibus actionibus, quibus directis testator agere potuisset: ut supra. uer. 29. sed si sit loco. Azo uerò dicit competere conditionem ex prædicta l. nulli. & idem dicit Vbertus: uel etiam officium iudicis in defectum actionis. argumen. ff. de mino. in can'. z. 2. uel secundum Bul. dubitatur actio in factum subsidiaria: quia æquitas suadet electionem dari, nec apparet quæ. ff. de præscri. uerb. l. 1. & quoties. C. de sac. sanc.
u ecclesi. sancimus. quod non placet, u ex quo præmissa habet auxilia. De hoc supra. uer. 17. sed quo
x iure. x † Xxxiiij. Sed nunquid iste agens contra
34 debitorem, satisdabit hæredem uel legatarios rem ratam habituros? Et uidetur quòd sic, cùm ipse
y possit ab omnibus conueniri. ff. de leg. 1. si à pluribus. respon. 1. ff. rem pup. sal. fo. & si ad species. Arg. contra: nam habet legitimam administrationem ad instar tutoris. C. de administrat. tut. tutrices debita. & l fi. §. defensionem. ff. eo. l. 1. §. nec cogendum. ff. rem ra. ha. actor. nisi forrè dubium sit, utrum hoc officium sit ei commissum. ff. de administ. tut. uulgo. Sic & in actore, & procuratore. ff. quod cuiusque uniuer. no. item eorum. §. actor item etiam iste reconuentus à debitore tenetur defendere, sed non satisdare. C. de episcop. & cler. si quis ad declinandam. §. ubi. in fi. ff. de annuis leg. libertorum. ff. quan. di. leg. ced. Firmio. §. 1. in fi. ad instar tutoris & curatoris. C. de administ. tut. tutores debita. & l. fin. §. omnem. ff. de cur. bo. dan. l. 2. respon. 1. & ad instar actoris uniuersitatis
35 ut in præ. §. actor. † Xxxv. Item, nunquid hæres, qui rogatus est restituere executori, potest petere ab executore, quòd satisdet, quòd eum seruabit indemnem, cùm ipse possit à legatarijs conueniri? Et uidetur quòd sic: ut in prædic. l. si à plu-
y ribus. respon. 1. y Vber. contra, argumen. ff. de alimen. & cibar. leg. pecuniæ. Eadem etiam quæstio, & responsio sit in debitore, cuius nomen legatum est. De hoc J. uersic. 49. sed si aliter. in fine.
36 † Xxxvj. Sed an debitor hæreditatis soluens distributori, liberetur. Et uidetur quòd non: nam talia debita creditori, quibus testator iusserit, sunt soluenda. C. de hær. act. & C. ut act. ab hærede, & contra hær. inci. quasi per totum. C. de pact. filius. unde si alteri soluat, non liberatur. ex. de iureiur. eam te. ff. de solu. si alieni. Sed dic contra. ff. de administrat. tut. quoties. ff. de uentre in possess. mit. l. 1. §. item si periculum. Ex quo enim habet exigendi licentiam, ut supra. liberatio contingit: ut in prædic. l. si à pluribus. respon. 1. & in præ
z di. l. liberto. §. Largius. in fi. z † Xxxvij. Quid si de-
37 bitor uult potius hæredi soluere, quàm executori, uel econtrà. Et uidetur hoc sibi licere: sicut & licet hæredi soluere, cui maluerit, scilicet, an legatarijs, uel executori. arg. in. præd. l. si à pluribus. respon. 1. Debitor enim utrique tenetur, scilicet hæredi directis actionibus: ut C. de hæred. acquir. per totum. & ff. de acquir. pos. cum hæredes. in prin. & executori utilibus: ut C. de noua. & deleg. l. 3. & supra. uer. 33. illud etiam. Et hoc uerum est, nisi uelit soluere executori hærede contradicente, propter iustam causam superuenientem: puta, quia executor desijt esse soluendo, quo casu ei soluetur, nisi prius ipse idoneè cauerit: ut in præd. §. Largius. in fin. Tamen si soluit hæredi, executor potest agere contra ipsum hæredem, ut id quod recuperauit, sibi tradat. arg. ff. de leg. 3. si legatarius à quo. respō. 1. ff. de leg. t. si seruus legatus. §. qui margaritam. ff. de legat. 3. Imperator in
38 prin. † Xxxviij. Sed an executor, uel etiam legatarij, habent aliquod auxilium contra hæredem, ut ipse cogatur agere contra debitorem directis actionibus? Et uidetur quòd cogetur agere. Nam nisi ipse debitū exegerit, uidetur esse in culpa, uel dolo: & ideo ex hoc conueniri potest: ut in præ. l. si legatarius. respon. 1. & l. seruus. §. cum quid. ff. de opri. lega. l. si cui. Sed dic contra: ut ff. ad Treb.
a nam quod. §. non omnis. & l. se cogi. a & in præ. §. qui margaritam cùm eis non teneatur, nisi solùm ad iura cedenda: ut Instit. de leg. §. causa autem: ff. de leg. 1. si sic legatum. §. 1. in fi. Executor autem, ut quidam dicunt, non liberatur legatarijs
b iura cedendo. b † Xxxix. Sed qualiter subuenitur
39 pauperibus, uel legatarijs, executore contra hæredem, uel contra creditorem hæreditarium agere nolente? Dic quòd est per episcopum ad hoc cogendus. Alias enim non potest defuncti uoluntas impleri. arg. ex. de testa. tua. & c. Ioannes. in præd. l. nulli. uel forte legatarij agent contra illū condictione ex lege illa, uel ex officio iudicis, ut agat. Est enim, ut uidetur, in ipsorum optione, quem eorum malint conuenire, scilicet an hæredem, uel executorem. arg. in præ. l. si à pluribus. respon. 1. Xl. Item quid si executor in potentia iuris, uel facti impeditus nequit exequi: Dic quòd potestas agendi & distribuendi in episcopum transfertur: ut in præ. l. nulli. §. 1. 2. & 3. & l. si quis ad. §. 1. ex. de rescr. scilcitatus. arg. C. de contrahē.
40 emp. l. fin. de hoc J. uer. 49. sed alter. † Xlj. Quid si hæres conuentus excipit contra executorem agentem, quòd ex aliqua causa agere non potest? Dicunt quidam, quod hæres mero iudicis officio coge tur

getur per episcopum, uel prætorem tradere rem
legatam arg. ff. de pet. hæred. l. hæreditas. in fi. ex.
de test. nos quidem. Si autem debitor conuentus
dictam exceptionem sibi opponit, nec hæres agere
curat: legatarij suo nomine habent utilem actio-
nem contra debitorem. C. de leg. l. ex legato no-
41 minis. uel etiam episcopus aget, ut dixi. † Xlij. De
illo autem quæritur. an executor transigere, uel
pacisci possit cum hærede, uel cum hæreditario de-
bitore? Et uidetur quòd non, debitum remitten-
do: sicut nec tutor, nec curator præstant libera-
tionem remittendo, licet agere possint. C. de pact.
l. pactum curatoris. ff. de pro emptore. l. qui fun-
dum. §. si tutor. ff. de adminis. tut. l. Lucius cura-
tor. §. fin. & l. tutor ad utilitatem. ff. de solu. Re-
spon. 1. Sicut nec procurator ad agendum datus:
ut ex. de arbitr. per tuas. C. de transac. l. transactio-
nis. Nisi fortè consensu legatariorum, quos tangit,
hoc facere. argu. ex. de transac. contingit. uel nisi
haberet à testatore ad hoc speciale mandatum. ff.
de fideicommi. liber. l. 4. & argumen. C. de procu-
rat. si procurator. & procuratorem. C. de donatio.
l. non abstulit. Dicunt quidam, quòd cùm ei sol-
ui possit, & ipse possit rem in iudicium deducere,
& transigere meritò poterit & pacisci. ff. de pact.
rescriptum. §. fina. & l. sequen. Præcipuè si sit bo-
norum uniuersorum distributor constitutus. ff.
eod. nam & nocere. ff. de iureiuran. l. iusiurandum
quod. §. fina. & l. sequen. præsertim ubi lis est du-
bia & incerta, & probationes desunt. C. de tran-
sact. præsens. ff. de iureiuran. tutor. ff. de fur. l. si pi-
gnore. in fi. & l. & interdum. §. qui tutelam. Eis-
dem etiam rationibus dicunt, quod possunt com-
promittere. ff. de arbit. item si unus. in princip.
42 † Xliij. Et nota quòd executor agit causam sine
sumptibus notarij & iudicis: ut in prædicta l. nul-
li. §. 2. ibi: sine ullo dispendio. & ibi: iudiciorum
dispendijs. & argumen. 12. quæst. 2. charitatem.
Vel secundum Vbert. exponitur ibi iudiciorum,
id est, iudicium. ff. de uerborum obligatio. si cùm
fundum. ut non referatur ad sumptus notarij, nisi
fortè ille haberet salarium de publico: ut 23. q. 1.
c militare. in fi & 1. q. 3. si quis episcopus. [c] Xliiij.
Sed coram quo aget executor contra hæredem,
debitorem, uel etiam legatarij contra eosdem, uel
etiam ipsum executorem? Dic quòd coram epi-
scopo loci, in quo defunctus habuit domicilium.
arg. in auth. de eccles. titu. §. si autem qui facere.
& §. si quis ædificationẽ. & in auth. ut cùm de app.
cogno. §. si unum. uel in quo natus fuit. argu-
men. in præ. l. nulli. uel etiam coram ciuili iudice
d utriusque loci [d] arg. in præd. l. nulli. §. cùm autẽ.
in præd. §. si quis ædificationem. Si autem non ha-
buerit ibi, sed alibi domicilium: tunc attenden-
dum est, ubi acceptauit officium, uel agnouit de-
functi uoluntatem, uel administrauit. ff. de iud. hæ
res absens. & l. seq. & l. argentarium. & infra, uersi.
57. hoc etiam. prope fi. & uersi. 67. quid si episcop.
e in cuius, & seq. [e] † Xlv. Sed quæro, an executor
43 habet necesse cauere de restituendo hæredibus
partes singulorum captiuorum, uel pauperum de-
functorum legatariorum. Et dicit Azo quòd non:
nisi testatori id fieri iusserit tacitè, uel expressè.
argum. ff. de condi. & de. in quibus. in fine. ff. si cui
plusquam per l. Fal. diuus. uel nisi testatore uiuen-
te, & ignorante, defierit esse soluendo. ff. de ann.
leg. l. liberto. §. Largius. in fi. ff. de test. pater. in fi.
Et hoc tum quia ex necessitate gerit: tum quia fi-
des eius est à testatore approbata: ut in concord.
positis. uer. 28. quid si hæres dicit. ubi de hoc, &
ff. quan. di. le. ced. l. Firmio. §. 1. in fin. ff. de ali. &
cib. leg. pecuniæ. C. de epis. & cle. orphanotrophos.
in prin. auth. de eccl. titu. §. fin. argum. tamen con-
tra. ff. de ali. & cib. leg. l. 3. sed ibi non loquitur de
distributore in ultima uoluntate dato: sed de da-
to à iudice. Item contra ff. de leg. Fal. l. p n. in fi.
sed ibi loquitur, non de distributore, sed de distri-
butoris hærede, cuius fides non erat à testatore
approbata. Item contra. ff. de leg. 3. si tibi lega-
tum. & ff. de con. & de demon. l. Titio. Sed illæ le-
ges non loquuntur de mero executore testamen-
tario: sed de legatario rogato alteri restituere,
uel aliquid facere. Item cõtra. ff. de leg. 1. quidam.
§. pen. sed ibi non dicitur, quòd hæres idemque
distributor præstat huiusmodi cautionem: sed
quòd ei à cohærede præstetur, uel illis, inter quos
est distributio facienda. Item contra. ff. eod. si à
pluribus. respon. 1. sed ibi loquitur de alia cau-
f tione. [f] Sed nec etiam satisdabit rem saluam fore,
propter præmissas rationes. licet sit arg. contra in
g præ. l. si à pluribus. respon. 1. [g] † Xlvj. Sed an te-
44 netur inuentarium facere de bonis, quæ habet di-
stribuere? Et uidetur quòd sic, sicut & orphano-
h trophus: ut j. eo. tit. §. dicto. uers. sunt etiam. [h] &
sicut episcopus, qui est legitimus testamentorum
executor: ut in præ. l. nulli. §. 2. & arg. C. de do. si
quis pro redemptione. respon. 1. C. de bo. prosc. si
quis. 12. q. 2. charitatem. 28. dist. de Syracusanæ. &
i hoc tenent quidam, [i] ubi datus est distributor uni-
uersitatis bonorum: sicut in tutore & curatore di-
citur: ut C. de admi. tut. tutores & curatores. & in
prælato: ut in præ. §. dicto. uer. prælatus. secus aũt si
sit datus ad certã rem. ar. C. de in litem dando tut.
ad protegendum. Sicut etiã contingit in curatore
bonis dato ad certã rem, uel speciẽ. ff. de bo. auto.
iu. poss. l. fi. ff. de uene. in pos. mit. l. 1. §. itẽ si pericu-
lum. & in auth col. 8. ut cũ de app. cog. §. si unum.
ar. tamen contra. C. de in litẽ dan. tut. l. fin. ff. rem
pup. sal. fore. l. & si ad species. & in præ. l. nulli. re-
k spon. 1. ibi: sine testamento hæres. & §. 2. [k] Alij
contra, & hic inuentarium gratis est conficien-
45 dum: ut supra uersi. 43. & nota quod. † Xlvij.
Sed an simplex commissarius, seu executor tene-
tur reddere rationem episcopo, uel hæredi, uel
l prætori, uel etiam legatarijs? [l] Et uidetur quòd
sic, sicut tutor, & curator, & negotiorum gestor.
ff. de neg. gest. l. 2. ff. de tuto. & curat. da. ab his. l. 1.
in prin. & ff. de administ. tut. actus. C. eo. tit. ratio-
nes. C. arbit. tut. l. tutorem. ex. de accus. qualiter. 2.
arg. contra in præd. l. orphanotrophos. in authen.
de eccle. tit. §. si. Bul. dixit quòd non tenetur: de-
bet tamen iurare quòd sine dolo & diminutione
administrauit, & erogauit: ut in prædic. l. si quis
pro redemptione. respon. 1. Sed uidetur quòd præ
tori ratio sit reddenda: ut in præd. l. nulli. §. 1. si-
ue episcopo, uel iudici ciuili: ut in authen. de ec-
cle. tit. §. si uero sol. §. si quis ædificationẽ. & ideo
m dixit Odof. [m] quòd talis tenetur rationem redde
re;

re:ut in authen. de sau. epi.§.œconomus.quia hæc
actio est de bono & æquo introducta: ut ff. de re-
lig.& sum. fu.at si quis. §. hæc actio. Aequum au-
tem est,ut rationem reddat: aliàs quare faceret in
uentarium: ut supra uer. proxi. & forte reddet
n eam hæredibus & legatarijs præsentibus [n] quia
eorum interest.C.si ut se ab hæred.absti.l.1.& au-
then.ibi posita.ex̄.de elec. statuimus. lib. 6. & de
test.significauit. & de confirma. uti.cum dilecta.
o [o] Xlviij. Nunquid secundum dictum Bul. stabitur
p eius sacramento? [p] Et † uidetur quòd sic,per præ.
46 l.si quis.& arg. C. de iu.do.impe.l.fin.& C.de bo.
auto.iud.pos.l.fi.§.fi.& C. de ali.pu. præ. l.2. arg.
contra,nisi probetur.C.de usufruct. eum quem.ff.
de mino. intra utile.§. fi. Sed potest dici, quòd ei
stetur,maxime si in codice rationum suarum scri-
pserit erogata.arg.ff.de neg. gest. Nesennius.cir-
ca fin.& C. lib. 11. de solu. & lib. debi. ciuitatis.l.
unica.dum tamen circa officium non male se ges-
serit, nec de mendacio arguatur: quia tunc non
staretur.C.de adul. si qui adulterij.ff.qui satisdat.
cog.de die.§.fin.22.q.5.paruuli.2.q.7.non potest.
& q.1.prohibentur.ex̄.de pign. illo.in fi.ex̄.de ec-
cle. bene.cap.unico.ex̄. de præsumpt. scribam.C.
de probatio. iubemus. Alij contradicentes, quòd
iste iurabit in principio,& non post: ut supra uer.
q 19.sed nunquid debet [q] cum in uno negocio ab ea
dem persona sit semel tantum iurandum, & non
pluries: nisi ex causa: ut 1.q.7. conuenientibus.
& cap.quoties.ex̄.de elect.significasti,& de ma. &
obe.cum in ecclesijs. & cap. legebatur.de iureiu-
rau.& si Christus. & argum. ff. de dam.infec.l.qui
47 bona.§.si quis. † Xlix. Sed si alter ex duobus exe
cutoribus obijt,quæritur & an alter subrogabitur
& per quem, & an episcopus illi succedet in offi-
cio, an uero superstes tenetur illud sine aliquo a-
diuncto implere, quasi uideatur ibi locum ius ac-
r crescendi habere. [r] Et primo, uidetur quòd alter
sit per iudicem uel episcopum subrogandus, ad
quem spectat tueri decedentium uoluntates. ff. de
pet.hæred.l.hæred.in fi.ex̄.de test.nos quidē.ff.ali.
& cib.leg. l. 3. §. item enim. & in præ.l.nulli.§.fi.
ad instar.tutoris excusati, uel mortui uel remoti.
ff.de test.tut.si quis.ff.de admi.tut.Lucius.§. cum
testamento.ff.qui petant. tu. l. fi. respon. 1.ff. de
iud. proponebatur. in prin. uel in locum defuncti
succedit episcopus:ut s̄.uersi.40.item quid si exe-
cutor, sicut si nollet suum implere officium: ut
s̄.uers.executores autem.de hoc j̄.uersic.54.quid
si unus.& hæc enim paria sunt, scilicet, nolle, &
non posse.C. de contrahen. emp. l. fina. ex̄ de re-
scrip.sciscitatus.& etiam hæc tria,scilicet nullum
executorem in testamento dimittere, uel dimis-
sum mori, uel nolle officium assumere: ut in au-
then.colla.8.& lic.ma.& auiæ.§. 1. Videtur ergo
hoc officium ad episcopum pertinere, sicut per-
tinet si unum dimisisset:ut in præ.l.nulli.§.1. 2.&
3.Vel dic ibi habere locum ius accrescendi: ut su-
perstes possit. & debeat ministrare. arg. ff. de suis
& leg. hæred. si ex pluribus. C. lib. 10. quan. non
peten. partes pet.accre. l. unica. ff. si pars hæred.
pet.l.2. de hoc s̄. uers. 13. quid si sunt plures. Vel
distingue prout distinguitur in legatarijs, uel fi-
deicommissarijs,& tutoribus,& fideiussoribus, &
magistratibus: quia aut sunt constituti coniun-
ctim, uel simul, & insolidum: aut disiunctim si-
ue in partes: ut in primo casu distributio alteri
accrescat altero mortuo: & habeat officium illud
implere. In secundo uerò non.ff.de exerci.act.l.1.
& §.si plures.& l.non tamen. in princip. de eui.si
ideo.§.1.ff.de administra.tut.decreto.§. fin.& l.si
plures.in princip.& §.1.ff.de cur.bo.dan.l.2. §.fi.
C.de cad.tol.l.unica.in princip.C.de hæred.instit.
l.1. & 2. Subrogatus autem uidetur quod euitabit
satisdationes, quas euitat testamentarius execu-
tor: si consensu legatariorum fuerit subgrogatus.
arg.ff.rem rat.hab. actur. arg. tamen contra ff. de
admini.tut.l. Lucius. 2. §. cùm testamento. ff. de
alimen.& cib.lega.l.3.in auth.ut li. ma. & auiæ.§.
1. de hoc s̄.uers.34.sed nunquid iste.& seq.& uer.
48 21. † Lj. Sed quæro quid si unus erat tantùm, &
mortuus est:uel etiā plures erant, & omnes mor-
tui sunt: nunquid episcopus in eorum locum suc-
cedet? uel nunquid episcopus, uel iudex alium,
seu alios dabit? uel nunquid hæres defuncti eius,
seu eorum uices supplebit? Et uidetur quòd nul-
lus sit dandus in locum ipsorum: sed legitimus
administrator succedat,fortè hæres. arg. ff. de te-
sta.tut.l.si quis.in fi. & in præd. §. si quis ædifica-
tionem. j̄. uersi. 81. insuper. uel fortè episcopus,
qui est hoc casu eorum legitimus successor:ut in
eod.tit.§.si autem qui facere.& in præd.l. nulli.§.
1.quod uidetur simpliciter esse uerum, si nullus
in ultima uoluntate fuerit hæres institutus: se-
cus si fuit institutus, & ille uelit, & possit testa-
toris uoluntatem implere. Episcopus enim non
habet se intromittere, quandiu est qui testatoris
exequatur uoluntatem, ut in præd. concor. Vel
s dic simpliciter, [s] quòd episcopus succederet: ut
s̄.uersic.proxi. sed cùm nullus executor à testa-
49 tore datus est, episcopus aliquē deputabit. † Lij.
Sed quæritur,an executores præsentes possint exe
qui testatoris uoluntatem, absentibus non uoca-
t tis? [t] Et uidetur quòd non, quia omnes iussi sunt
distribuere,sicut dicitur in arbitris.ff.de arbi.si in
tres.& l.seq. & in iudicibus delegatis. ff. de re iu-
di.duo ex tribus. ex̄. de offic. deleg. cùm causam.
Nisi dictum sit quòd alter posset sine altero pro-
cedere,ut ex̄.de testa.c.Raynaldus. in princ.ex̄.de
offic.deleg.c.uno.& c.prudentiam. respon. 1.ff.de
arbi.non distinguemus. §. cùm in plures. Vel dic
eos de æquitate uocandos, si commodè uocari
possint, quia fortè non nimis distant: & si con-
gruo tempore expectati non uenerint,ualebit pro
cessus præsentium,uel maioris partis eorum:aliàs
u non.argumen.contra [u] ex̄. de elect. quod sicut.§.
1.& c.cùm inter uniuersas. & c. coram. & c. quia
propter.ex̄.de postula.præla.bonæ.1.43.dist.quā-
to.ff.ut in poss.leg.l.1.§. non exigitur. & in præ-
50 dic.c.prudentiam.respon.1. † Liij. Sed quid erit,
si sunt plures, & non sunt in exequendo concor-
des, sed quilibet uult sine altero administrare? Et
x uidetur quòd tunc episcopus dabit tertium: [x] ut
quod ille cum altero eorum fecerit,ratum habea-
tur.arg.ff.de re iud.l.si uni.ff.de pac.maiorem.ex̄.
de testa. nos quidem. & cap. tua. & c. Ioannes. ff.
de petitio.hæred.l.hæreditas.in fine.Tu dic,quòd
si eodem tempore circa idem sunt discordes, &
ipsi

ipsi sunt in numero æquales: Episcopus, uel iu-
dex coget eos terminum assumere, ut quod ma-
ior pars fecerit, obseruetur: ut in præd. l. hæredi-
tas. in fi. & in præd. l. non distinguemus. §. princi-
paliter. ex̄. de arbitr. cap. 1. & de offic. deleg. su-
spicionis. C. de iudic. cùm specialis. Alij dicunt,
quòd episcopus assignabit eis terminum compe-
tentem ad ordinandum, siue exequendum: quo
elapso, nisi fecerint, ipse exequetur: ut ex̄. de ap-
pel. cùm speciali. & cap. secundo requiris. §. fin.
& cap. legitima. libro 6. Vel dici potest, quòd il-
lius distributio ualebit, quam episcopus confir-
mabit, uer. iudex. argumentum. ex̄. de transactio.
cap. primo, ff. de re iudica. duo. ex̄. eodem tit. cap.
finali. Si uerò non sunt numero æquales, ualebit
quod maior pars ordinabit, nisi minor aliud ra-
tionabile apponat, & probet: ut ex̄. de his quæ
fiunt à maio. par. ca. c. 1. ff. de decre. ab ordin.
fa. l. 3. ff. quod cuiusque uni. nomine. nulli. & l. se-
y quen. y † Sed nunquid ubi plures dati sunt, erit
51 melior conditio occupantis: & an negotium ab
uno cœptum, alter poterit explicare? Et qui-
dem uidetur melior conditio occupantis: &
quòd alterius mandatum reuocatum intelliga-
tur, nisi contraria uoluntas appareat testatoris:
sicut est in pluribus procuratoribus. ff. de procur.
pluribus. & l. sequen. ex̄. eod. ti. non iniustè. &
in præ. l. non distinguemus. §. cùm in plures.
Alioquin seruabitur quod in pluribus tutoribus
& curatoribus obseruatur, scilicet, ut quisque
z per se agere possit. z ff. de adminis. tut. si plu-
res. in prin. & l. decreto. in fi. ff. de exerci. ac. l. 1.
§. si plures. Et hoc tenet Vbert. de Bo. uel ser-
uabitur, quod in arbitris seruatur: ut ff. de arbitr.
item si unus. & l. sequen. & in prædi. §. cum in
plures. & quinquage. distinct. §. 3. uel quod in
iudicibus ordinarijs uel delegatis. ff. de re iudic.
duo. & l. inter pares. & ex̄. eod. tit. c. fin. Item
dicendum est, quòd cœptum ab uno alter perfi-
cere potest, si cœptor facere impediatur: sicut est
in tutoribus. ff. de excus. si idem. §. 1. & 3. & in iudi-
cibus ordinarijs eiusdem tribunalis. ff. de offic.
procon. l. prima, in princip. ff. ad muni. l. magistra
tus. & facit ad hoc ff. de cur. bo. dan. l. 2. §. si plu-
res. & C. si unus ex plu. tut. ap. l. 1. & 2. & j. uersi-
a cul. 87. quid si episcopus, in cuius. & sequen. a
52 † Liiij. Quid si unus ex duobus executoribus,
b non uult se intromittere? b Respon. dicit Vber.
quòd alter solus exequatur. arg. C. de aduoca. di-
uer. iud. l. fin. & l. laudabilem. ff. de fideicommis.
lib. si legatario. ex̄. de rescript. sciscitatus. Vel dic
ut supra, uersic. 49. sed si alter. Potest etiam dici,
quòd cogetur cum altero exequi: ut infrà, uers.
57. hoc etiam. nam & si unus tantùm scit, sed no-
lit testatoris exequi uoluntatem, sed res & pecu-
lium testatoris in proprios usus expendat: mo-
nitione præmissa, exequi est cogendus: ut infrà,
uersicu. 69. quæritur. Expectabitur autem iustè
quod exequatur per annum, uel per sex menses.
53 De hoc infra, uersicul. 89. illud etiam. † Lv.
Quid si executor est suspectus: nunquid poterit
remoueri? Et uidetur quòd non, argumen. C.
de do. si quis pro redemptione. respon. primo, &
in præd. l. orphanotrophos. Sed dic contra, sicut &
tutor & curator propter hoc remouentur: ut ff. de
suspect. tut. l. 1. §. ostendamus. & l. 3. §. præterea.
& l. 4. & procurator: ut ff. de procurat. post litem.
c & l. seq. ex̄. eo. c. 3. c & prælatus ecclesiæ. ex̄. de
simon. c. licet Heli. & c. seq. & de testib. constitu-
tis. & de acc. qualiter. 2. & c. inquisitionis. 3. quæst.
2. quia ea. & iudex delegatus. ex̄. de offic. deleg.
insinuante. & c. cùm super. 3. quæst. 5. quia suspe-
d cti. argum. tamen contra. 2. quæst. 1. primò. d quæ
tamen per eum ante propositam accusationem
de suspecto, uel etiam ea pendente legitimè ad-
ministrata sunt, bene tenent, nisi ipso iure, uel
per iudicem sibi fuerit administratio interdicta.
ff. de sol. quod si. §. 1. C. de suspect. tut. eum quem.
Instit. eo. tit. §. si quis autem. & ff. eod. titul. l. 3. §.
præterea. ex̄. de accus. c. fin. ex̄. de offic. deleg. ue-
nerabili. ex̄. de simo. accusatum. & cap. quoties. de
elect. nihil est, in fi. Porrò ubi quis tanquam su-
spectus remotus est, siue unus, siue plures in te-
stamento dati, uidetur quòd alter in locum eius
subrogabitur: & quod episcopus non succedet:
sicut in tutoribus contingit. ff. de test. tut. si quis.
& ff. qui pe. tut. l. ulti. 1. responso. C. in quib. cau.
tu. haben. l. licet & C. qui pe. tu. l. in locum. Vel
dic ut suprà, uer. 49. sed si aliter. & seq. & uers. 54.
quid si unus ex. Sed & accusatione de suspecto
pendente, uidetur alter sibi subrogandus, nec se
episcopus intromittet. argum. C. de suspect. tut.
eum quem. argumen. tamen contra, quòd tunc
demum si alter dandus sit, cùm alter fuerit remo-
e tus: in præd. l. licet. & ex̄. de iud. c. 1. e Potest au-
tem executor de suspecto accusari, uel ab episco-
po, uel ab hærede, uel a legatarijs: in præ. l. §. si
nitorij decreti : ut in præd.§. illud. Sunt etiam
qui dicunt, quòd cùm his episcopis non sit à iu-
re determinatum, episcopi uel iudicis secularis
arbitrio relinquitur statuendum. extra, de simo.
c.1.de offi.deleg.de causis.ff.de iure delib. l. t. in
fi. Posset etiam dici, quòd si primò & secundò mo
nitus differat exequi, non est ulterius expectan-
dus : ut in præd.§.si autem facere. Nec etiam si in
continenti constet episcopo de malitia eius, nolen
tis exequi : sicut nec manifestè contumax expe-
ctandus est, nec ei est altera dilatio danda. extra, de
iudic.c.1.C.de tempo.ap.l.fin. ex. de procur.con-
stitutus. 18.distin.si quis. De hoc supra uersic.54.
83 quid si unus ex. † Xc. Quid si executor à testato-
re ad distribuendum aliqua inter pauperes depu
tatus, aliquid de bonis suis in exequendo offi-
cium illud expendit : nunquid hoc deducetur de
bonis & hæreditate defuncti, in quibus datus est
executor. Argum. quòd sic, C.de episcop. & cler.
nulli. uer. ita tamen. ut ibi : nec humanitatis ob-
tentu, relictæ pecuniæ iudiciorum dispendijs ero-
gentur : ubi inuenitur quòd episcopus, qui sub-
stituitur à lege in locum eius, quem defunctus de
putauerat, erat facturus expensas de hæreditate :
unde idem dicendum erit in eo, qui fuit à testato
re deputatus, cui episcopus succedit. arg. ff. si quis
o cau.si eum.§.qui iniuriarum. [o]

ADDITIO.

a *Disputemus. Hunc tractatum, cum his, quæ addi-*
di, publicare disposui : tamen cum clausula, sal-
uo, &c. quæ ponitur in libellis. mouet vtilitas ve-
risimiliter sequutura ex aliqua parte operis pu-
blicata : cum per id posset in opere alicuius gra-
ta alterationis haberi consilium, quod post Chri-
sti vicarium, & ipsius fratres requirendo suppli-
citer, ac excelsum Principem dominum meum, do
minum Hugonem Hierusalem & Cypri regem
serenissimum, qui scriptorum mei familiaris sui
auidus, habens cum magno sumptu omnia publi
cata, sæpe opus hoc expediri solicitat : & quem
sine hyperbole constat omni scientia theologica,
iuris vtriusque, artium, & septem liberalium
eruditum : licet ex altitudine ingenij fortiori a-
stterum, scilicet fortius delectetur, propter sci-
entiam tamen studium, curam Reipublicæ non
omittit quod regni prosperitas patens facit. Isti-
us uerò partis præeligendæ causam dedit : quia
ultra præteritas, quarum aliqua adhuc pen-
dent, nouissimè simul occupor tribus execu-
tionibus voluntatum certorum, quos nec dispo-
sitionis executores fore sperabam, scilicet domi-
ni Gui-

ni Guidonis Concordiensis episcopi, cordialissimi mihi patris: propter quem Bonon. Mutinæ & Rhegij, mihi hoc onus incumbit. Item domini Azonis dilectissimi generi, post cuius funus mihi coniugem charissimam dies quarta subtraxit. Decuit ergo tractatum prælegi, in quo uerus affectus, etiam ad hoc mouit tollenda difficultatis, quæ hic in inueniendis uersiculis habebatur: ut sic saltem illo commodo studentes interim fruerentur. Contulit etiam ad hoc, quia tractatus est generalissimus, & utrique iuri, & foro communis, aliquid etiam adiecit reuelatio grandis furti. Circa quod sciendum quòd Ioann. Blancus Massiliensis urbis, sub quatuor rubricis. prima generali, & tribus specificatis, prolixum tractatum fecit, in quo 135. quæstiones inclusit, quod hoc opus præcessisse patebit intuenti illud inchoatum 1262. ut in ipsius princip. cum eo, quod habetur supra, eodem titu. ad finem secundæ columnæ. authoris. Sæpe tamen, quod commendo, plures illius quæstiones autor sub uersu uno coniunxit, vt numerum decurtaret: quia verò ipse Ioann. multas ex illis plenius autore tractauit, illarum numerum describam, ut possit facilè inueniri. Fuit autem nimis grande furtum, in nulla parte tractatus exprimere inuentorum. Potuisset tamen ex eo moueri: quia ipse Ioan. in suo proœmio se non expressit fore doctorem. Item sciendum quòd huius §. materia per multos tractata est ante & post prædictum Ioann. & per Vbertum de Bobio, Odofredum & Rofredum. Item Iacob. Bald. de Rauen. & Nicol. Matth. super l. nulli. & Cynus super l. id quod pauperibus eodem titulo. Iacobus uerò de Aret. fecit tractatum de hoc, qui incipit, quia fideicommissariorum. diuidens illum in quatuor partes. Prima est, unde dicatur commissarius. Secunda, quis possit ordinari. Tertia, per quem. Quarta, quòd sit eius officium. & hoc in principio. Item in medio. Item in fine. Summè placuisset quòd autor sub his membris aliquibus additis, sic diuisim collocasset superiora dispersa. Constat etiam, quòd primum & tertium de paruis ferculis saturasset. Secundum autem prosequitur in uersi. 74. & sequentibus. Satis autem sit nobis, quòd ipse Ioan. aliqualiter diuisim, & autor post eum licet indiuisam longè pleniorem talem faceret, quàm alij. Interseruit etiam hic autor certas quæstiones aliorum, harum utrasque sæpius impugnabo. Placuisset autem ualde quòd autor hic fecisset versiculorum numerum, sicut fecit in §. nunc ostendendum & §. nunc de episcoporum. supra, de legato. & in §. fi. infra, de loca. de statu monach. §. 1. Et quia non attento numerum addere ad contextum, propter versiculorum iam factas allegationes innumeras. Ideo quod & alibi bis faciam, tabulam hic componam cum suo numero, quem demum extra columnam in contextu signabo: in qua etiam tabula quæstiones utiles, & aliæ, quæ addā, discernentur per nigrum positum post rubrum. Et ne per præmissa numeri inculcentur, numeros quæstionum prædicti Ioannis, sub tabula ponam, non sub versiculis prælibatis. Vltimò sciēdum est, quod vbi hic uel alibi autor allegat huius tituli versiculum, numerum addam nomine reseruato. In meis autem verbis deinceps solo numero contentabor. Et sit primum in tabula.

b *In princip.* De hac dixi supra. §. compendiosè ad fi.

c *Legitimi.* Verba Io. sub quæstione. 124.

d *Originem duxit.* De hoc infra. ver 44 ibi: sed coram quo. & 57. versi. hoc etiam quæritur. ibi: cogere autem, &c.

ADDITIO. *Adde uidendum Cardin. Zaba. in c. tua. de testa. Hen. Ferran.*

e *Ad pias causas.* An autem habeat episcopus executionem in non pijs. plenè scripsi super decre. Ioan. vltim. q.

f *§. si vnum.* Ibi bona decedentis in captiuitate neglecti per liberos ecclesiæ originis applicantur, quæ facto inuentario illi reseruare debet ad redemptionem captiuorum: ut sic quod in patris redemptione non fuit impensum, aliorum redemptioni proficiat: ut per id defuncti anima subleuetur.

g *Datiui verò.* Versicu. Ioann. in fine tractatus Iacob. de Rauen. non est ausus dicere quòd executor detur à iudice: dicens hoc iure non expressum. allegat Marti. in authenti. de ecclesi. titu. §. quis. hac dixit in l. nulli. C. de episc. & cler. Cy. ponens hoc dictum eo. titu. l. id quod. alleg. de sanc. episc. §. qui abundat in utroque cap. & per te videas. hoc scias quòd Io. illam solam legem pro datiuo allegat, quam autor infrà. At quam tamen Ias. respondere posset: quòd illa non est executio uoluntatis: quia cessaret unico herede relicto. Ei ergo quædam prouisio contra difficultatem prouenientem ex pluralitate heredum illius qui legauerat alimenta libertis.

h *Porrò.* Verba sunt ipsius Ioannis in prin. post proœmium.

i *Diuisio.* Textus dicit legatorum diuisio.

k *Executores.* Ioan. dixit commissarios, & malè fecit Gul. mutando. Primò, quia hoc uerum, illud

falsum.

falsum. Et idem vide in l. diuus. ff. si quis plus quam per legem Falcid. & in auth. de eccl. ti. § si quis autem pro redemptione. Secundò, quia allegatio sequens Roff est secundum veram literam vera, secundum falsam, est falsa: quæ fecit me aliàs satis musare. Vt autem dicit Ioan. de Aret. congruit nomen commissariorum illis, quibus committitur aliquid disponendum.

l Perducit. Sed hoc non videtur obstare: cùm & testamentum dicatur sententia. ff. de testam. l. 1. in auth. de hered. & fal. §. si verò expressum. & §. seq.

m Ioannes. Vide quod ibi scripsi super verbo, executores.

n Relicto. De hoc infra. versi. u. sed si sit. in fi. 27. est.

o Meum. Vt Ioan. ponderabat istud, ut quod designat modum: & sic seruando necessariò videbatur. C. de his, quæ sub mod. l. 3. extra, de testi. spol. Pisanis. De primo not. de condi. oppo. verum. in fi. 2. glo.

p Requisitum. Sup. & congruo tempore expectatum responsum, per eadem iura, est hoc arbitrarium secundum Ioan.

q Potuit. Iacob. de Aretio mutat terminos, scilicet, cùm consiliarius datur executori: vt quia iubet, quòd cùm consilio Titij executor cuncta disponat. At partem, quod sine ipsius consilio valeant acta per executorem, allegabat ff. de administrat. tuto. quidam decedens. §. Paulus. & l. Titium §. primo. Item, quid valeret quærere, ex quo non tenetur sequi. ff. mandati l. secunda. extra, de arbitr. cap. cùm olim. In contrarium allegat voluntatem defuncti omnino sequendam, si fieri potest. C. de lega. l. cùm quæstio. in authenti. de nupt. §. disponat. in authenti. de iureiuran. quod à morien. prest. in princip. Fiat igitur distributio. ut mandauit. ff. de institu. sed pupillus. §. conditio. & de exercit. l. 1. §. si plures. extra, de dilatio. cùm in veteri. de inoffic. delegati. cap. venerabili. Non obstat lex, quidam decedens. quia cum sub iuris veteris, hoc vide supra, de tut. §. nunc videndum. versi vt autem. non possit testamento mandari matri tutela communium liberorum. ff. de testamen. tute. l. iure nostro. nec poterit mandari aliud simile, ne circumuentatur lex. ff. de sponsa. l. oratio. & de tuto. & curato. da. ab his. l. scire. Taliter tamen licet teneatur consilium requirere, non tamen tenetur illud sequi: vt in præ. decre. cùm olim. & cap cùm veteri. Et si dicas, ad quid ergo requiritur? Respondetur, quod trahi posset in sententiam consulentis: ut in prædicto cap. cùm olim. & statim sequitur. Vide quod de requisitione consilij plenè scripsi super regula, nullus ex consilio. lib. 6. post quæstiones 4.

ADDE, vt per Angel. consi. 92.

r Quia. Hæc ratio. no. in præ. decr. cùm olim.

s Succedat. Arg sup. quod expiret.

t Quidam dicunt. Alb. Pap. vt dicit. Ioan.

u Alq. contra. Scilicet Io. autor huius tractatus qui dicit eum præcisè cogendum prætoris remedijs, captis pignoribus & distractis, & mulctis impositis. ff. de confes. certum. 1. respon. & de vent. inspi. l. 1. §. ex hoc, vide infra. ver. 58. quæritur autem ibi, posset etiam dici.

x Dicentis. Psal. 111.

y Euangelio. Ioan. 6. post prin.

z Accessissent. Et de conces. præben. cap. vlti. lib. 6. ver. si autem.

a Videtur. Secundùm Ioan. per l. illam. & hoc intellige per ea, quæ no. & dixi in prin. in versi. datiui. Hoc autem autor interponit ad verba Io. vsque ad ver. & scias.

b Concessit. Vide hoc plenius ver. & scias. 16. est.

c Testamenti. Sup. quæ incipit, licet incerta. & incipit ibi: & ad hæc omnia. In forma autem ipsius addit Roland. hanc formam, quæ aliquid supplet. subdit etiam ibi, scilicet in formulari, quod tamē posuerat vbi supra, de potestate vendendi, &c. & de formis exequendi altero impedito, vel non exequendi sine consilio & consensu talis: & sic in casu discordiæ nolebat, vel nolebat stari maiori parti. Sed quærit Gul. de Cu. super l. nulli. an ex vi talium verborum, quibus datur potestas agendi, petendi, vendendi, &c. detur eis actio contra hæredes, in casu quo aliàs non agerent: vt quia non ad pias causas? arguit quòd sit, ex l. generali, quia dicitur testatoris voluntatem sequendam. in authenti. de nupt. §. disponat. vt sic propter expressionem etiam liceat res illius vendere. Sic de tutore dicitur in l. si tutor. C. de inter. ma. inter tut. & pup. & quando decret. opus non est. l. fina. & quod ibi not. & in l. alio ff. de alimen. & cibar. leg. Et constat testatoris mandatum durare post mortem. ff. man. si verò non remunerandi. §. sina. cum l. seq. Ipse tenet eum ex tali potestate, nec agere posse in casibus non permissis: aliàs non posse vendere inuito hærede. Restringitur ergo potestas ad casus permissos, vt agat. & sic dicit intelligatur glo. superius alleg. In his ergo, quæ non habent iuris adminiculum non agent: quia non potest testator facere, quin leges in suo testamento locum habeant. ff. de legatis primo. nemo potest. extra, de testamen. cap. requisisti. uersicu. secus autem

autem. & ibi concor. Item constat quòd nullus potest agere, nisi is, cui debetur: sed executori nudo non debetur, nec mandatum habet à legatario, cui debetur. nec testator potest hoc facere: quia sibi non debetur, & ipse facis quod debeatur. Ad rationem induc. ff. de regulis iuris. l. nemo alieno. Agunt autem tutores & curatores: quia iuris adminiculum habent: & sic etiam executores ad pias causas. Alij vero non habent officium à iure, sed mandato testatoris. Ad hoc facit ratio in rsum. ff. de manu. testamen. Stichus. & ff. de iure dotium l. si ego § si res. text. expressus secundum eum facit ff. de testamen. tute. l. iure nostro. quia mater non potest esse tutrix, ut dixi supra. versicu. 3. propter quod administrare non potest, licet testator hoc mandet: quia caret iuris adminiculo. Sic in proposito. ff. de neg. gest. qui aliena. §. quanquam. ff. ad Trebel. Lucius. §. Mauia. qui benefacit, secundum eum, contraria dixit esse remota, & procedunt in habentibus iuris adminiculum sicut tutores, & similes. Dicis autem illum non dici nudum ministrum, cui testator legauit, licet restituendum, vt plenè dicam infra. super versic. 17. in fi.

d Praecepit. Hoc posset sequi absolutio & liberatio à ratione reddenda, quae valeret, vt verbum sonat: nisi contra eum probaretur dolus in administrando vel distribuendo. ff. de admin. tut. quidam decedẽs. de libe. le. l. si quis rationem. & l. si petitur. ff. de leg. 2. si seruus vetitus. vide quod scripsi in decret. Ioan. ver. ex his. ad fin. pen. solum.

e Eorum: Si essent tres, & non vult singulis dare potestatem, det duobus, & hoc est vtile, propter ea, quae no. infra. in versi. 52. sed quis erit exequẽs. ibi dicam.

f Tutius est. Scilicet, quòd detur mandatum. de quo supra. nam dictum proximum non potest dici tutius, si dixisset verius coaptaretur litera sequenti.

g Istius. Expeditum est, quòd uno mortuo, absente, vel exequi nolente, alter exequitur, nisi testator aliud expressit. de testamen. cap. 2. 2. respon. lib. 6. & quaestionem Ioan. de Deo. ibi scripsi super verbo, libere. & fuit 14. q. 3. lib. quae vult quòd episcopus non potest in locum defuncti subrogare, quòd do superest, potest exequi. & idem statim vide in versi. nec debet. Adde, ut per Abb. consi. 110. 2. volum. Bal. consi. 185. 4. lib. & consi. 77. 2. lib. 412. eod. lib.

h Distingue. Secundum Ioan. de Deo, cuius fuit haec distinctio post quaestionem supra proxi. allegatam. huic etiam conuenit. uer. 62. infra.

i Vendi. Propter hoc verbum posita fuit remissio, quae nunc est post duos proxi. versiculos, qui fuerũt additi: & melius posita fuisset post 32.

K L. 1. Vide infra. uersicu. 65. quid si testator. & quod dicam.

l Sed quis. Per hoc videtur solui quaestio dominicalis decima tertia de illo, qui in mortis articulo in manu sacerdotis remisit iniuriam sibi factam per Titium, iurans non contrauenire: postea senatus vult agere iniuriarum. Et refert Bartolus Hugo. dixisse quòd si id fecit causa mortis, agere poterit: secus si simpliciter. allegat ff. ad Sylla l. 1. §. fin. refert Tancr. dixisse cuius fuit haec quaest. 11. quòd cùm sacerdos sit publica persona, nullo casu aget, sicut & si sic remisisset usuras, amplius non poterit, secundum eum. Cin. de Suz. in quaestio statutorum. ad finẽ. & in l. non aliter. ff. de adopt. tenet pacem valere, per praedic. legem, & per superius alleg. & per illa generalia, quod non licet poenitere, vel contra factum suum venire. & quia recipiendum est id, per quod res valet. de verborum obligationibus l. quoties. & quia verbum pa is fauorabile. C. de caduc tollend. l. vna. in prin. & de iud. nouit. & sic ampliandum, non coarctandum. de regulis iuris, odia. cum concordan. Probat etiam id per Leũ clericus. C. de episcop. & cleric. nam si per executorem secularem acquiris actionem & exceptionem, vt ibi. & in authenti. generaliter. superius allegata. fortius per executorem & ministrum Dei. & hoc loquitur de utroque casu, scilicet iniurie, & vsurarum. Vide quod no. Institu. de iniur. §. fin. Illud autem, quod post Tancredus dixit de vsura, tenuis Pileus in quaestione sua centesima decimaoctaua dicens debitori, à quo post conualescensiam peteret, competeret exceptio doli. Inducebat odium foeneratorum, prohibitionem vsurarum, fauorem iuramenti, sacerdotem esse spiritualem patrem: & quia illi, quorum negotium gessit, poterunt ratam habere quaestionem Ioann. de istis autem, vide de vsuris. quanquam. lib. 6. super glo. nomine. Adde, quòd Gulielmus de Cugneo & Bartolus, hanc quaestionem ponunt de remissione iniuriae. & l. si tibi decem. §. 1. de pactis. & concludunt quòd agere possit, non obstante remissione facta in mortis articulo, rationibus: de quibus ibi per eos, & eorum opin. est communis. vt habetur in dicto § imò dixit Bal. ibi, & in l. si dominus. de seruit. vrbanorum prad. & in cap. 1. §. iniuria de pace iura. firm. quòd si vnus remittit alteri iniurias & expulsiones & deuastationes, non videtur remittere damna & interesse, quod passus est. allegat Dynum in l. sed si unus. §. si ante. ff. de iniurijs.

Inter-

m Interdum. Innuit quod uendere potest. de quo infra uersicu. 31. & 32. & uide quod dixi supra. uersicu. 13.

n Et scias. Reuertitur ad materiam Io. prosequens. & uer. seq. quaestiones. 22. 23. & 26.

o Ab alijs. Conuenit ei quod dicit Iac. de Aret. eum contra extraneum rerum possessorem agere posse. & facit uer 26. infra.

p Primo. De hoc scripsi post Innocen. & Hostien. in decre. Ioan. eo. tit. in 1. quaestione. ibi uide. Tangit Iacob. de Rauen. absurdum uideri, quod ubi certa sunt legata, & certi legatarij, executor intentet actiones legatariorum locupletum: & sic quodammodo eis inuitis fit procurator ipsorum. Petat ergo ab illis mandatum. & tunc agat. Ad hoc addo, pone, quòd talis legatarius ab hærede amico non uult exigere. uel plus confidit de hærede, quàm de commissario: per hoc satis puto, saltem de uoluntate legatariorũ taliũ, quòd pro eis exigat, constare debere. De locupletibus dixi quia in pauperibus legatum esset pium, in quo fortior est executoris potestas, ut sequitur.

q Titio Melius diceret, tradat Titio.

r Secundum Papam. Vt ibi scripsi super uerbo, per eosdem. & inter primam quaestionem.

ſ Distingue. Secundum Odoffredum, de quo infra. uersicul. 1. Hic præmittam partem distinctionis Ioa. de Bla. qui in rubrica de actione ex testamento, ponens quatuor casus, quibus locum habet in actio, de quibus infra. de testamen. in principio. Addit quintum, secundum eos, qui dicunt, executores posse agere ex testamento contra hæredes, ut dent eis res. quas habent distribuere. Ipse tamen distinguit in mero executore, qui est quasi minister: quia aut ipse est unus ex hæredibus: ut quia dixi, uolo quòd per talem ex heredibus meis soluantur legata: quo casu ipse poterit agere contra hæredes iudicio familiæ erciscundæ, ut dicta legata percipiat, id est, ante alios capiat. Et tenebitur legatarijs actione ex testamento. ff. de legat. 1. si à duobus. Aut non est ex hæredibus: & tunc teneret, & remittit, ut sequitur. & uide quod dicam infra, uer. 45.

t Legat. Hoc uerbum infra, reassumam.

u Pias causas. Vel ad alimenta. dicit Odof. & Alb. Gal. de fidei. in prin. & idem infra, uer. 25.

x Lego. Statim dicam per hoc uerbum, etiam si in sequenti clausula competeret actio.

y Titio decem. Per superiora patet quòd autor nudum ministrum intelligit etiam legatarium, qui distribuere, uel alteri soluere tenetur totum, & in nullo utilitate participat. Iacob. de Rauen. in l. nulli tenet. & hoc mihi placet, legatarium, licet totum distribuere debeat, esse ministrum non nudum, & sic agere potest contra hæredem, etiam si distribuere non debeat in piam causam. Hoc probat per l. Imperator. ff. de legatis secundo. primo responso. ubi patet per legatarium, qui totum alteri restituere tenetur, aut agere debere, et soluere, aut actionem cedere, si non uult agere. Expressum ergo habemus, quòd agit. Huius ratio patet: quia legatum est donatio in testamento relicta. ff. de legatis secundo, legatum. ergo non nudus minister. Item certum est, quòd ipse est qui transfert dominium rei legatæ, uel actiones in eum, cui assignare tenetur: quod non facit nudus minister, qualis esset, si diceret testator: lego Titio centum, quæ uolo manere apud Seium, usque ad tale tempus. Iste Seius uere non est legatarius, sed custos. Sic esset etiam inter uiuos, quando Titio donarem rem aliquam, post tempus tradendam Seio: ipse Titius interim est dominus rei, & restitutionis tempore dominium transfert: nec reuocare interim posset donationem à Titio: sed si non do, uel dono, sed depono apud Titium rem tradendam Seio: non transfero à me dominium, propter quod ante traditionem mandatum reuocare potero, nec post transferre posses. ff de donatio l. hoc iure. §. fi. quis dederit, & si certum petatur. l. eius qui in prouinciam. §. quas uerò pecunias. Ad prædicta inducuntur. ff. ad Trebelli. Lucius. §. Meuia. & de alimen. & cibar. lega. leges aliæ superius allegatæ ijs concordant. quæ not. infra. uersic. proxi. in fine. Nec dicas differentiam non faciendam hoc casu, cùm res alij est redenda inter uerba. dono, uel depono: quia differentia patet. Moriente enim illo, pro quo deposuit: teneris mihi rem restituere. ff. de legatis primo. l. antepenulti. §. fina. non sic, cùm donaui uel legaui: & moritur is, cui tradi mandaueram. Manebit enim res penes legatarium uel donatarium: ut in præ. §. Tusculanus. C. de cadu. tol. l. una. §. 1. & §. pro secundo. & ff. de legat. 2. l. si quis Titio. hæc uerò non essent necessaria secundum opin. Hostien. quam scripsit de decr. Ioan. sub. 1. q. Adde, ut per Bart. in l. si quis à Titio. quem Panor. sequitur in c. Ioannes extra. de testa. & ibi uidebis de seq. addi. Et quando executor dicatur nudus minister, uide Ro. consil. 218.

z Secundum Odoff. in l. nulli ubi per eum hæc distinctio. & supra. proxi. idem G. de Cano. Simo. etiam omnes istos modos agendi ponit.

a Testamento. Vtili secundum Hostien. & Iacob. prædictum de Aret. quæ directa daretur pauperibus: ut in l. statim alleg. §. licentiam. eorum est ratio

ratio: quia nec noua obligatio est inducta per l. null. sed iam nata ipsius legis autoritate, ad alias personas extenditur. C. de leg. l. ex legato. ff. de pigno. act. si conuenerit. & sic etiam erat olim per l. alio ff. de ali. lega. ubi talis minister actiones habeat.

b *Illud etiam. Sed continuanda ad id quod supra dixi, quaeritur an minister, qui, ut praedixi, actiones habet: an illas habeat suo nomine, aut nomine illorum, in quos distributio fieri debet? Quod nomine illorum, facit lex orphanotrophos. C. de episcop. & cler. ibi, quasi tut. & cur. & auth. de eccles. tit. § fin. Quod suo nomine, facit l. si quis ad declinandam. in tit praed. §. licentia tbi. si enim &c. Et hoc placet Iac. de Aret. & Nicol. ut sicut olim illas habebat, quando sibi aliquid retinebat. ut l. si legatarius. supra. alle. probat cùm actionem cedere teneatur. Ad idem Imperator. ff. de leg. 2. sic hodie habeat in relictis ad pias causas, dato quòd nihil retineat, & lucrum est in eo, quod piè agit. in auth. de hared. & fal. §. si verò expressim. Sic & procurator in his, quae acquirit officium exercendo, datur illi actio suo nomine, quod patet? quia tenetur illam cedere domino. ff. man. si procurator. §. fin. Per hoc dicit ad multas quaestiones responsum, de quibus infra dicetur. Sed Iac. de Ra. ad quaest. an executor habeat actionem, etiam si ad pias causas sit electus: respondet quòd non. Huius ratio est: quia omnis executor est administrator iurium & actionum alienarum, sicut tutor, procurator, & his similia. eo. ti. orphanotrophos. Sed si dicis, quomodo agit, cum sine actione, &c. Respondet id uerum de actione sibi, uel alteri competente. Procurator ergo agit actione nõ sibi, sed domino competenti: sic executor agit actione sibi commissa per legem uel testatorem. Fatetur ergo quòd actionem alienam intentat: nudus autem non habet actionem, nec exercitium, nisi in relictis ad pias causas. Si dicas: quis effectus, ex quo habet, quomodo habeat? Respondet in dando procuratore quem non dabit nudus minister ante litis contestationem ff. de iniur. sed si unus. §. item ait. sicut nec tutor, nec curator. C. de procur. l. neque, sed non nudus sic, tanquam dominus. de hoc in fine satis infra. uer. 25.*

c *Quidam Alb. Gal. de fideicom. in prin. & uide infra. uer. 34. sed nunquid. ubi de alia satisdatione loquitur, & de alia uer. 45. incipit, sed quaero. Et de his omnibus mistim loquendo cum Gul. de Cu. sciẽdum est, quod executores cum fideiussoribus cauere non tenentur, nisi sint suspecti. ff. si cui plusquam per l. Fal. l. diuus. dicens, si est suspectus, quare datur? Respon. datus fuit per testatorem ad distinctionem. Facit ff. de adimen. leg. l. liberto. §. Largius. in fi. Sed si quaeris, an sine fideiussoribus teneatur satisdare? Dicit quòd si executores petunt legata, ut legatarij soluant, cauent heredibus de indemnitate. de hoc infra. quaestio. 35. Si quaeritur alia cautio, quàm indemnitatis, si spes est, quòd pars saltem legatorum reuerti possit ad heredes: dicit quòd cautio praestabitur. alle. l. 3. ff de alimen. & cib. leg. Ad hanc l. respondetur. infra uersicu. 45. ubi satis de hoc. Si autem non speratur aliquid reuerti: cautio non debetur: ut praed. l. diuus. aliàs leges omnes in praedic. uer. 45. Iac. de Are. sub dubio fortè, dixit uerius, quòd non satisdet. Ad l. 3. ff. de alimen. leg. respondet quòd ibi non à testatore, sed à coheredibus fuit electus. Ad l. eo. titu. pecunia sortem. §. diuersa. respondet quòd finis respicit proximum dictum, non legis principium circa satisdationem, de qua iste uer. loquitur Iac. de Ra. alleg. ad negatiuam l. diuus. supra. & infra. alleg. Ad affirmatiuam l. Titio. & l. quibus. etiam infra. alleg. soluendo tenet legitimum satisdare teneri: quod durum mihi uidetur, si intendit excedere formam. l. nulli. de testa. Distinguit, an sit, uel non sit mutata eius conditio. Intelligas in malum: & tunc loquendo de nudo ministro, dicit quòd si conditio eius non est mutata: quia prius pauper, & nunc diues, non satisdabit, cùm per testatorem fuit ipsius conditio approbata: ut de tutore testamentario dicitur Instit. de satisda. tut. circa prin. Si mutata est: quia tunc diues, nũc pauper, satisdabit. alle. §. largius. de quo supra. & infra. & uide quod dicam infra. super uer. 35. Et his satis potest colligi, quòd religiosus, commissarius, testamentarius, non satisdet. Sciebat enim, uel scire debebat testatòr eum carere proprijs. Ex quo de satisdatione locuti sumus, scias secundum Iac. de Are. quòd ex duobus executoribus, unus potest administrare satisdando Seio de bene administrando: honestius tamen offert arbitrium de satisdando, uel satisdationem recipiendo. Instit. de satisda. tut. §. 2. Adde, ut per Bal. in l. si quis ad declinandam per. Bar. in. l. alio. ff. de ali. & cib. leg.*

d *Diuus. Per hanc solam legem tenet hoc Nicol. & uide quod post eum dicam in fine.*

e *Minor. Vide quod de hoc dicam infra. super. uersi. 74.*

f *Contra. Odoffre. ubi supra.*

g *Barbaris. Extra, de praesump. mandata. de pur. cano. c. constitutus. in fi.*

h *Sit tibi. Sciret quando acceptauit. relictum in testa-*

testamento, dicit Nico. super l. nulli. quòd commissarium ad pias causas conueniunt uerbis legatarijs & ministris, fallit in sex casibus, quorum duo sunt pro se, quatuor contra se. Primum. quia fideicommissarius non cogitur cauere de implenda uoluntate testatoris. Secundùm, quia statur eius sacramento contra se, quia cogitur suscipere officium. Item ex negligentia repellitur: & succedit episcopus. Item non transmittitur officium ad heredes. Item non potest distribuere per alium. Dicit tamen quòd hoc ultimum locum haberet, etiam in legatis non pijs, puta distribuendis inter consanguineos, uel uicinos. De hoc ultimo satis infra. uer. 71.

ADDE, quòd officium executoris ad haeredem non transeat. Ro. cõs. 69. & quòd episcopus succedat executore negligente, per eundem Rom con. 228. ubi multa bona uide. Quod executor quis possit distribuere per alium ad pias causas, & quòd mandatum morte non finiatur, uoluit Rom. consil. 222.

i Quidam. Scilicet Iac. de Aret. nisi persona qualitas aliud suadeat: ut quia est episcopus. C. de episc. & cler. nec honore.

x Posita. Ad idem C de ere. milit. an. l. penulti. in princip. lib. 12. & in authen. ut hi, qui. oblig. in fi. C. de cur. fur. l fin. de elect. de relig. de. cap. 2. uersi. illi etiam.

l Alij contra. Alb. Gal. ubi supra. post prin.

m Credendum. Coniunge infra. uer. 47. & uer. seq. & uide quod ibi dicam.

n §. primo. Per hunc §. tenet etiam Nicol. & idem Gul. de Cug. in dubio. Text. autem l. nulli. §. post uniuí. ibi: numerum captiuorum data pro his pretia eum manifestare praecipimus. Iacobus praedictus sic intelligit, & mihi placet, salue quod dicam in fin. quòd ipse expensas, intelligo notabiles, non minutissimas singulariter scriptas, manifestare debeat: & super earum ueritate sufficiet eum iurare per illum. §. 1. & uide quod scripsi in decret. Ioan. in penulti. quaestione, de ratione remissa per testatorem. Sequens autem opinio, quae habet per scripturam singula probanda. nimis est rigorosa & sumptuosa: nisi intelligatur, ut suprà, §. quòd scriptura specificet specificanda, & iuramẽ tum probet. Specificatio autem multum ualet, per quam ueritas & falsitas facilè posset haberi. Facit extra. de frigi. & ma. cap. ultimo. Item contra, periculosum est dicere simpliciter. siue specificatione stari iuramento, sicut magni papalardi nolunt. Verbum est Iacobi de Rauen. qui dicit se unum audiuisse de his, qui de triginta milibus expenderat duo milia: taliter rationem reddidisse & nota: quia non fuisset in tanta summa id factibile, si per scripturam specificata fuisset.

o Nulli. Bene facit restringendo ad illas, quae non facilè probari possunt. ff. de re mil. non omnes. §. à barbaris.

p Secundum Odoff. Cyn. post Iac. & Pet. super l. id quod. C. de epis. & cle. q. 8. distinguit qualitatem expensarum, an possit probari, uel solutio legatorũ: an non facilè possunt: ut eleemosinae minutae ibi uide. & infr. uer. 47. et quod ibi scripsi in prin. de clementina. & quod scripsi in uersicul. ibi seq. Adde, qualiter sufficit probare expensas, Fede. consil. 240.

q Legatum. Statim intelliges.

r L. nulli. Alber. Gal. ubi supra. post princip. & Iac. de Aret. ubi supra. ultra medium inducit hic in contrarium. & sic facit litera l. nulli. ibi: & pro sua conscientia. & c. Iacob. stat pro haerede. Inducit timorem collusionis, id est, ne fideicommissarius colludat. Et pro hoc dicto facit de procur. c. 2. in fi. & c. si quem. lib. 6. & leges, quas ibi alleg. glo. & hoc dictum placet: nisi forsan haeres prae se ferret minacem uultum, quando terreret legatarios, quibus usurae, uel malè ablata, ueniunt restituenda. Faciunt notata supra. de teste. §. nunc tractandum. in prin. tamen ut dixi de l. nulli. dico de l. sequen. scilicet, quòd facit pro fideicommissario.

s Si quis. Albert. Gal. ubi supra. uersic. sed pone. expressit tamen quòd legabat pro anima.

t Legatum. Ponit casum, quando testator annuos reditus ob sui memoriam iussit in ciuitate expendi in certum ludum, qui in ciuitate prohibitus est; sicut iam 60. an. elapsis fuit Bononiae ludus Cannauellae, heredes, & primates ciuitatis conuenient de alio lude ad idem fiendo. Puto distinguendum quid ponderauit testator: an laborem itineris, ad quem fortè ex uote, uel impositione penitentiae tenebatur: & procedat solutio. aut subsidium terrae sanctae: & tunc expectetur opportunitas, & sic seruatur. Facit extra. de uoto. magnae. in fi. & seq. in fi. Lex autem loquitur in facto iterabili annuatim, & in quo non sperabatur opportunitas, scilicet quod ludus primus formaretur.

u Sit haeres. Vide supra. 21. uer. sed quaero. infra. uer. 61. & infra. uer. 27.

x In fi. Et recipit uerba Alber. Gal. ubi supra. in fi. Addo, quòd executor possit ante litis contestationẽ constituere procuratorem. uoluit Paul. de Cast. consilie 148.

y Facit. Scilicet alium procuratorem. Sic ponit Alber. Gal.

Con-

k Commodum. Secundum Alber.

a §. fin. Hoc placet Iac. de Ra. & ut dicit, si impeditus est, habet remedium constituendi actorem, autoritate iudicis, non sua propria. Instit. de cur. in fi. ff de admi. tu. l. decreto. Hoc dicto dicit Iac. de Are. dici posse eum procuratorem constituere: cùm suo nomine actionem habeat propter lucrum, quod sentit etiam piè agendo. C. de bo. mat. l. 1. ff. iniur. l. sed si unus. §. idē ait. & C. de dona. l. illa.

b Gener. Et ff de uerb. oblig. ut a stipulatus.

c L. pen Sup. ff. de ali. alleg. Istæ tres leges concurrunt in materia concor. Iac. de Aret. dicens, quòd commissarius disponere poterit ad quantitatem conuenientem facultatibus defuncti, conditioni personæ, & numero liberorum defuncti. alleg. eadem iura. & sequens uer. fuit Rof. ut infra. dicam.

d Dicit. Cuius fuit ad literā iste. uer. & sequens rubrica de act. ex testamento. uer. item quid erit. & uer. seq.

e Procuratorem. Vide quod scripsi de præbend. cap. accedens. super gloss. & in suffrag.

f Emolumentum. Vide. infra. uer. 57.

g Dicit Roff. ubi proxi. dixi.

h Habetur. Secundum Rof.

i Sit hæres. Sup. alias.

k Hæredis. De hoc dixit supra. eo. §. post prin. uer. 2. in fi. Adde an executor sit hæres, uide Ro. consil. alleg. consil. 227.

l Sed pone. Fuit ad literam Alber. Gal. ubi supra. uer. pen.

m Finita. Sup. & commissaria durante, dixi quod plus est Iac. de Aret. quod sicut fideicommissarius potest alteri soluere, sic & sibi de eo quod sibi debetur ex testamento, uel aliàs, sicut tutor. ff. de admin. tu. quoti. §. sicut. Non obstat lex, non dubium. C. de leg. Loquitur enim in simplici legatario, & ibi de hoc. hic loquitur de executore: & intellige generali, non speciali ad certum quid: ut supra. prox. dictum est. Facit l. nulli. C. de episc. & cler. ibi. exigendi licentiam. & §. si autem ad id. ff. de leg. 2. si quis ita. ad Treb. l. Lucius. An autem dispensare in se uel suos possit: uide infra. uersi. 82. Adde, an executor possit seipsum eligere, Bal. consil. 185. 4. lib. & Roman. allega. consilio. 228.

n In fi. Et de restit spol frequens. §. solet. lib. 6. Adde, uer. sequen. uide cum Bar. in d l. instrumenta.

o Intellectum. Ad literam iste uer. fuit Rof. ubi supra. uer. item quæritur an hæres.

p Commissa. Sine numero: & forma quæstionis est hoc dictum inter 20. & 21. q. Ioan. sub. uer. dictū est supra.

q Aliquis. Dicit Iac de Aret. quòd ex quo nullus est hæres, fortè distrahere poterit ad instar procuratoris habentis generalem, & liberam. & ff. de acquir. rerum do. l. qua ratione. §. hoc quoque. Item actionem habet: ergo facultatem distrahendi. arg. ff. de iur. delib. ait. prætor. Item uendit autoritate l. si quis ad decliuādam. ex quo fideicommissarius & dispositor est.

Adde, ut per Bar. in l. alio. ff de alimē. & cib. leg. ubi plene prosequitur hanc materiam, an possit uendere, permutare. & per Bal. consil. 85. 4. lib. Adde ulterius, quod executores, quibus à testatore datum est arbitrium uendendi, debent aquare arbitrium, secundum respectum debitorum, & legatorum, & occasione unius, uel duorum numerorum, non uendere rem ualentem decem, decidit Bar. notabiliter in l. magis puto. §. non possim. ff. de reb. eo. glo. 2.

x Executorem. Secundum Nic. sufficit etiam si solum dixit, lego tale prædium distribuendum inter pauperes alleg. C. de iure delib. l. fi. §. & si præfatam. uer. sed si legatarij. Dicit etiam, quòd si quantitas est distribuenda, & per testantem data est commissario licentia uendendi, uendere poterit, etiam si pupillus est hæres, & sine decreto: ut not. C. quan. decr. opus. non est. l. 3. Adde, ut per Bartol. in d. l. alio. uersi. quæro ulterius. & quod executor possit uendere sine decreto, cùm testator licentiam dedit: Angel. tenet eius consil. 175. in fine.

y Soluat. Quæstio non exprimit, an legatum fuerit executori, qui minus haberet dubium: eo uero casu, quo non est sibi legatum licet agat, cùm ad piam causam distribuendum est: non tamen ageret, si ad non piam.

t Et Bal. idem Nicol. inducens l. ex legato nominis. C. de leg.

u Placet. Dixit Io. Rof. ex quo habet alia non dixit præmissa auxilia per ea quæ tra. in libel. de dicta actione, scilicet in factum subsidiaria.

x Quo iure. Scire debes, quòd Iaco. de Ra. ubi supra. quærit an executor, cui commissa est dispensatio mobilium, in pios usus, agat contra debitores? Et tenet quòd sic: quia actiones, quæ competunt ad mobilia, inter mobilia computantur. Allegat auth. hoc ius. C. de sac. sanc. eccl. & quæ ibi dixit. De materia uide quod plenè scripsi infra. de fruc. et interesse. § 1. super uer. sed quid si debeo. Quærit demum, an executor possit à creditoribus conueniri. Respon. quòd non: quia ille solus conuenitur à creditoribus, qui est hæres uel fideicommissarius in toto, uel in parte, sub nomine quotæ partis. sed nudus executor non est talis: ergo per creditores

conueniri

conueniri non potest. ff ad Trebel. l. mulier. in fi. & l. nam quod. §. 1. & ff de iure dotiũ. l. mulier. Sed idem poterat dicere Iac. de non nudo, recipiendo secundum suum intellectum. uide suprà. sub uersicu. 16. ultra medium. Principali dicto non obstat l. si quis ad declinandam. § licentia. quia ibi pauperes uel captiui erant instituti heredes. Episcopus ergo pro illis agens, potest per creditores conueniri: quia heres, uel uicem heredis gerens.

y Respon. 1. Vide quod dicam infra, uersi. 45. in fi. Tenens opinionem Vber. dicere posset, quòd heres, qui commodum hereditatis sentit, saltem in parte, non mirum si oneratur in cautione. de reg. iur. qui sentit. lib. 6. quæ ratio cessat in executore, quẽ cogere ad cauendum, esset duplicare onus sine commodo.

z In fi. Hic congruit quæstio, an ipse heres soluens executori, sit liberatus. Hæc quæstio soluta uidetur, quòd non, suprà. uer. prox. cùm ibi dicatur, sic soluentem testamenta à legatarijs conuenire posse. Iac. de Ra. ad negatiuam allegat ff. de sol. inuite. ubi soluens sine creditoris consensu alteri, non liberatur. Ad idem extra de iureiur. eam te. Ad contrarium inducit l. eo. ti. uero procuratori. §. 1. Soluendo dicit, quòd si executor erat nudus, sibi sine satisdatione soluere non debuit, & sic non est liberatus ff. de condit. & demon. l. quibus. ad finẽ. ff. de legat. 3. l. si tibi. Si fuit non nudus, aut datus à lege: & tunc idem quod suprà. Aut datus à testatore: et tunc utitur distinctione, quam dixi supra, uers. 28. an sit, uel non sit mutata in peius eius cõditio. Si uerò non est mutata, non tenetur satisdare. & sic nec heres debuit satisdationem exigere. Si mutata, subdistingue: aut de diuitijs ad inopiã: & tunc debuit satisdationem exigere. ff. de an. leg. l. liberto. §. Largius. Aut mutatus est status ad malos mores: et tunc etiam cum satisdatione, quæ fragilis esset, non debuit sibi solui. Institut. de suspect. tut. in fi. Cyn. in hac quæstione remittit ad scripta per Dyn. in præd. §. Largius. Ex cuius uerbis cadit alia subdistinctio, an. scilicet ignorante testatore, mutata fuisset eius conditio, tempore quo datus fuit executor. Ponderat ergo, an fuerit heres in culpa, non exigendo cautionem, uel sine culpa. & sic soluit contrarium de l. si à pluribus. ff. de leg. 1.

a Se cogi. Sic etiam posuit Io. neuter ponderauit legem intermediam. hoc dico propter ea, quæ dicam super uer. 57.

b Cedendo. Hoc dictum fuit Io. præallegau. quæ no. infrà, uersi. 57. simul tractatur sua. 77. quæstio. cum duabus sequentibus. Sed in hoc uide quod plenè dixi in decre. Ioan pe. cel. uer. item cùm suprà. Circa hoc etiam sciendum est, quòd Iacob. de Rauen. ubi suprà, in quæst. 3. quæ quærit, an legatarij contra nudum ministrum habeant actionem: allegat quòd non debet onerari, qui honorem non sentit. Sufficiat regula, quæ sentit. lib. 6. Ad contrarium inducit l. liberto. §. Largius. ff. de ann. leg. ubi innuitur non esse actionem contra heredes, qui soluerunt executori: ergo erit actio contra illum. Ad idem ff. de leg. 1. si à pluribus. Ipse distinguit, an executor habeat penes se res legatas, uel id, de quo debent solui legata, uel sine dolo, uel culpa factum est, ne habeat: tunc condemnabitur legatarius, his cessantibus, absoluetur. ff. de leg. 3. si legatarius. superius allegata. Sed subdit, quæ sit actio in casibus, quibus tenetur ipse nudus minister. Nam actione ex testamento non tenetur: cùm non sit honoratus in ipse C. de fideicommis. ab eo. & commu. de legat. l. 1. uidetur quod actione negotiorum gestorum: cùm ipse negotium legatariorum gesserit, petendo, uel recipiendo res illis legatas. ff de negot. gest. si pupilli. §. 1. & l. si ego. uel habent utilem actionem mandati, secundum eum. Et aduerte: quia hic Iac. locutus est de nudo ministro qui conuenitur à legatarijs, ut soluat: quando uerò conuenitur à legatarijs executor, ut rationem reddat: generalius loquitur, ut dicam infrà super uer. 68.

c Episcopus. Melius facit, q. 2. sicut episcopum. & uide quod ibi not. extra, de simo. c. 1. & de rescrip. statutum. §. notorium. 55.

d Loci. Id est, cuiusque, ut recipiatur hoc diuisim, non coniunctim Et idem dico de episcopis, de quibus præmisit. Facit quod no. C. de inco. l. ciues. lib. 10. & est simile de tempo. ord. cùm nullus. lib. 6. & ff. de excu. tut. l. iurisperitos. §. 1. & not. eo. ti. non solùm. §. & qui testamento. Distinguendum est ergo, an matrimonium testatoris sit in diuersis locis: & tunc quisque episcopus officium exercebit in rebus sitis in sua diœcesi: ut in dic. §. 1. & C. ubi tuto. pe. l. una. Si in altero loco tantum: tũc episcopus illius loci aget, coget, & iudicabit. Facit ff. de iud. fideicommissum. extrà, de foro compet. sanè. Si uerò sit in neutro loco, sed in tertio: tunc uidetur episcopus originis præferendus, per præ. l. nulli. & per l. ciues. Et si diœcesis originis est dubia: tunc episcopi domicilij de quo si etiam dubitaretur: tunc episcopus ciuitatis, in qua defunctus est, ut in præd. l. nulli. §. quod si. Et adde quod statim dicam. & uide distinctionem Petri, quam posuit Cyn. in l. nulli. C. de episc. & cler. quæ fuit

etiam sui Iac. ea. l. post prin. scilicet, an legatum consistat in re, puta in fundo, an in quantitate, quæ quia non respicit certum domicilium, diuersificetur à prima. ibi uide. Fuit alia talis quæstio circa principia mei studij, Templarij & Hospitalarij, quisque per suas prouincias diuisim habebant priuilegia apostolica, expressa causa subsidij terræ sanctæ, super percipiendis legatis indistinctè relictis, ad pios usus: sæpe iure legati, uel hæreditario relinquebatur indistinctè pauperibus, uel pro anima mobile, uel immobile: executor distribuerat uerbo, quòd tale hospitale haberet tantum, & tale tantum in quantitate, uel tales res in specie. Illi priuilegiati superueniebant, & petebant illa. Allegabant pro se generalitatem uerborum, per quod dicebant sibi deberi, non solùm post priuilegium sic relicta, sed etiam relicta prius, quæ tamen non erant disposita in tempore ipsius datæ, dicentes deseruiendum uerbis. ff. de exerci. l. 1. §. si is, qui nauem. de priuileg. si papa. 2. respon. in fi. & ibi concordan. Allegabant fauorem priuilegiorum, & religionis & causæ ampliandum. ff. de constitu. princip. l. 1. de uerb. sig. olim. Ad secundum de dolo & cont. ex literis. ff. de relig. & sump. fun. sunt personæ. in fi. Tertium, scilicet fauor causæ, patet extrà de uoto. ex multa. uers. in tãta. de Iudæis. ad liberandum. In contrarium dicebatur, distributionem factam per commissarium, censeri factam à testatore: & sic dici non possunt indistinctè relicta. Bene facit ff. de leg. 2. unum ex familia. 1. & 2. respon. & de hæred. instit. l. asse. & ff. quod cuiusque uniuer. item eorum §. 1. Sicut lex, nulli præponit Episcopo factum testatoris: sic præponatur hoc illis priuilegiatis. Si uerò ueniant priuilegiati ante dispositionem commissarij, & bona petant: commissarius uerò dicat se uelle distribuere: & forte distribuit uerbo. ut suprà uidetur priuilegium præferendum. argumen. ff. de iudicijs. si quis postea. & de procurat. l. pluribus. & hoc satis placet. Sed alij contra ex fictione, de quo dictum est primò, quòd à testatore uideatur facta. argumen. ff. si certum petatur. l. proinde. de rebus dub. l. quædam. C. de contrahen. emptio. l. fi. Distinguendum autem est secundum Nicol. Ma. qui hoc tractat ubi suprà, an commissarius fuerit admonitus, & distribuere cessauerit: & tunc priuilegiati licitè petunt. Ad hoc in auth. de eccles. tit. §. si autem qui hoc facere. Item si priuilegiati petierunt & obtinuerunt sibi hæredes condemnari, & consecuti sunt bona: hoc postea non retractabitur. C. de confirm. tut. sine proponis. ff. de noxal. si quis à multis. Sed commissario non monito, sententia pro priuilegiatis non lata, neque solutione eis facta, ualebit distributio facta per commissarium, per prima iura. Vbi uerò testator non reliquisset commissarium, uel reliquisset, sed mortuus esset, distributione non facta priuilegiati uenirent ad tale, sic indistinctè relictum, per præ. §. si autem qui hoc facere. & eo. titu. §. si quis autem pro redemptione. & omni casu quo per legem uocatur episcopus, ueniret priuilegiatus: licet quidam aduocati, & Gui. de Suz. dicerent priuilegiatos non uenire, etiam commissario non relicto, per l. si quis ad declinandam. de episc. & cler. quæ omne indistinctum distinguit, & omne incertum facit certum. & quantum percipio uidetur Gui. uoluisse priuilegio locum esse in legato pro anima, sed non in legato pauperibus: cum in eo casu lex prouiderit. Sed hæc allegatio non ualet contra principem: contra inferiorem ualere posset. sufficiat clemen. de ele. ne Romani, in prin. Vnde dicebat Nic. quòd certificatio legis nõ excludit priuilegiatum. fit enim illa in subsidium, quod hoc non est necessarium: sicut nec etiam, ubi certificatio per testatorem, uel alium ab eo datum, facta esset. Cessaret enim tunc utrunque, scilicet lex, si quis. & tale priuilegium. Adde, quis debeat exequi, cum bona testatoris sunt in diuersis diœcesibus, Rom. consil. 250.

e Et seq. Ponebat Io. pro 41. q. quid si ibi ubi acceptauit, uel administrauit, condemnetur, & ibi nihil habet, nec ibi reperitur, quomodo & per quem fiet executio? Respon. quòd ad instantiam, uel preces agentis, uel iudicantis is, sub quo habet domicilium, exequetur de fo. comp. si quis contra, &c. postulasti. facit eo. tit. Roma. §. contrahen. libro sexto, alleg. C. de arbi. cùm antea. §. primo, ff. de bo. auth. iu. pos. cum unus. §. pen. ff. de inter. & re. l. inter pœnas forsan autor illam quæstionem omisit: quia de executione testamentorum, non pronunciationum hic agitur.

f Cautione. Si legatum per omnes hæredes soluendum est: unus tamen illorũ est præceptor & distributor: ipse illud recipiens cauet cohæredibus de indemnitate. Illud autem ideo, quia etiam per legatarios contra cohæredes agi potuisset, ut ibi patet. & uide suprà, uersic. 35. & uide quod dixi suprà, super uersi. 16. in fi.

g Respon. 1. de satisdatione indemnitatis loquitur, ut proximè dixi.

h Etiam. Et de ipso orphanotropho patet in cle. de reli. do. quia contingit. uers. illi etiam.

i Quidam.

i Quidam. Iac. de Aret. & Iac. de Ra. qui etiam dicit, quòd quia hoc inuentarium sit de rebus alienis, plus conuenit inuentario tutoris, quàm heredis. Dicit etiam quòd eo casu, qui tenetur facere, illo non facto repellitur ab agendo, per l. tutor qui. ff. de admi. tu. & l. decreto. Et per hoc non puto, quòd omissio inuentarij obliget eum sicut heredem ad soluendum ultra uires perceptorum: quia istud solum fit pro ratione reddenda, ad quam non tenetur hares, nisi cùm vult uti beneficio, de quo satis infrà. §. fi. uer. nunc dicamus. Et facit ad quod ibi remittam, etiam heredem in foro conscientiæ illo omisso non teneri ultra vires hæreditatis.

k §. secundo. Vide suprà de actore vniuersitatis. versiculo puberes autem. & quod ibi dixi.

l Legatarijs. De episcopo expeditum per cle. de te. religiosi. per quam patet nedum subditos, sed etiam exemptos, ad hoc teneri: & in hoc delinquentes posse per episcopum puniri: loquitur tamen illa constitutio de religiosis tantùm, quia etiam non petitam tenentur offerre, ut ibi not. in gloss. nota quod. Secundò, cum his quæratur, an reddere teneatur: est videndum qua actione, de qua dicam infrà, versicu. 49. Tertiò ponderat, quod hic quatuor nominauit autor personas. Quintum omisit, silicet de quo executore. Item non declarat, an petatur ratio finito officio, uel non finito. Et secunda fortior: & hanc prius prosequar. Iacob. de Ra. breuiter percurrit illam dicens, quod gloss. in l. qui proprio. §. fin. ff. de procur. & l. seq. tenet quòd non tenetur officio non finito, loquens generaliter de administratore, qui de administratione conuenitur: ipse tenet contrarium, scilicet quod regulariter etiam officio non finito super certis malè gestis, potest administrator conueniri. Fallit in tutore, cuius potestas fortior est, quàm aliorum administratorum: & ille de administrandis non conuenitur, nisi finito officio: ut ff. de contra. & uti. act. l. 1. §. finito. Ille tamen §. non loquitur de tutore conuento, sed de conueniente. Sed de materia aliquid ibi in gloss. & plenius per Acc. C. de admi. tut. l. 2. & adhuc certius per prædictum Iac. cuius uerba posuit ibi Cy. Vt autem intelligat Canonista, in quo tutor in his curatorem excedit, & sic sit fortior alio administratore, ut dixi: certum est quòd de gestis ante tutelam uel curam, uterque conuenitur durante officio: & alter tutor uel curator autorizat: & si non habet talem, utroque casu dabitur curator. Ad hoc Instit. de au to. tut. §. fi. Si uerò agitur de actu habito durante tutela uel cura, tamen extra officium, ut si iniuriam fecit, uel furtum: ex hoc cõtra tutorem bene oritur actio: sed non intentatur, nisi finito officio. & in hoc differt ab actu per se commisso circa officium tutelæ: quia illud etiam non nascitur, nisi finita tutela. ff. de tu. & ra. dis. l. si tutor causa Reipub. & l. nisi finita. In curatore actus ille extra officium, quo nascitur contra tutorem actio, contra curatorem facit illa, non solùm nasci, sed etiam intentari autoritate alterius curatoris, si habet: aliàs nouus dabitur ad litem illam. ff. de admi. tut. l. cũ tutore. Si uerò nascitur ex cur. si quæratur generalis ratio gestionis, differtur ad finem officij: si specialis certi actus recipitur cum autoritate alterius curatoris, si extat, uel non, qui dabitur: ut suprà dices. quare sic insisti solutioni, patet, s. ut intelligeres prius dicta. Sed est alia, ut scias de his quæ sunt specialia in tutore: non posse argui à tutore ad alios ministros ff. de legi. quod contra facit lib. 6. de reg. iur. quæ à iu. & c. in argumentum. & c. quod alicui. 2. De q. 1. an executor executori teneatur reddere rationem. Ad affirmatiuam allegatur. ff. de admi. tut. l. 3. §. 1. ubi contutores assiduè rationem exigunt à tutore. Ad contrarium etiã lex expressa de curatoribus loquẽs. C. eo. ti. de admi. tut. l. 2. & hanc secundam partẽ in tutore tenet Iac. de Ra. Ad l. contrariam respondeo ut ibi not. s. quòd non in iudicio, quia nõ habet actionem, sed extra iudiciũ petitur ratio assidue: ut ibi dixit tex. ut uideant & sentiant contutores honorarij, quid agitur, & ipsorum interest, ut ibi. Sic dico in proposito de fideicommissarijs, quòd communicare debent sibi actus. unde lex, actus. ff. de admi. tut. dicit quòd rationem concuratori reddere non cogitur curator: sed si administrationem non communicat, aut non ex fide gerit, deferri põt ut suspectus. Hoc ergo remedio utetur fideicõmissarius contra non communicantem, & ubi de relictis ad pias causas agitur, putat Iac. accusationẽ suspect. esse publicã, per l. nulli licere. ad fi. & in non relictis ad pias posset idem dici, cum c. ultima uoluntas. 13. q. 2. non distinguat: & publicè intersit ultimas uoluntates exequi. ff. quemad. test. ape. l. 5. & maximè quando pia sine reliquis expediri nõ possunt: ut in decr. Ioannes de testamentis. Adde, an executor teneatur reddere rationem. Paul. de Cast. consi. 244. & 146. Et an administrator possit conueniri finito officio, per eundem consil. 144. Et qualiter tutor rationem reddere teneatur de administratione, Bald. consi. 283. 2. lib. & an teneatur reddere rationem substituto pu-

pilli, per eundem Bal. conf. 410. eo. lib. Et an tutor possit à contutore rationem exigere, uide Pau. de Cast. consi. 304.

m Dixit Odof. in l. nulli. & uide suprà, uersicul. 20. quid si executor. & omnino uide quod ibi dixi.

n Præsentibus. Vt dicit Iac. de Ra. etiam legatarijs præsentibus quibus integrè solutum non est: reddenda est ratio, cùm etiam ipsorum intersit, ut sequitur alleg. C. de auto. præ. l. fi. in fi.

o Dilecti. Quæstionem incidentem, quid si testator uetuit eum rationem reddere, uide decr. Ioan. uer. sed ex his ad fi pen. col. & uide suprà, in forma post uersi. 12.

p Sacramento. Ad quæstionem facit suprà uers. 10. quid si executor. & quod ibi dixi: quod omnino uideas. fortificat quæstionem Iaco. de Ra. scilicet, cùm executores dicunt aliqua eis secretè commissa dispensanda, pro his facit litera l nulli. ibi pro sua conscientia, uotum adimpleant testatoris. sibi uidetur nimis periculosum, dicere quòd stetur conscientia talium: nisi testator id exprimeret. Vnde sæpe hodie testatores dicunt: lego centum dispensanda per tales, prout eis secretò commisi. uolens ipsis alios ad idipsum consocios esse debere. Et idẽ si expressè de secreto commisso non diceret, sed hoc solùm: lego centum dispensanda per commissarios meos, secundum conscientias ipsorum. facit ff de do præ. l. Theopompus. In hoc est melior prima forma: quia in secunda distributio non inbetur esse secreta. Habebunt igitur executores, cùm rationem reddunt, illam exprimere. & tamen cum minori rigore est exigenda in his, quàm in alijs. Ad materiam facit quod dicimus, iudicem non debere iudicare secundum conscientiã, sed secundum probata. de quo tertia quæstione 7. iudicet. de offic. delega. pastoralis. §. quia uero. & ff. de offic. præ. illicitæ. §. ueritas. Dicit etiam ipse Iacob. quòd si executor distribuit in scholarem, qui sibi pauper & studens optimus dicetur: repertum est contrarium de ipso, poterit quod dedit repetere: quia fines mandati, licet per errorem, excessit, cùm pro remedio animæ defuncti fieri debeat distributio: quia illa non est talis: ergo non ualuit. ff. manda. l. pen. ad fi. & pro emptore. l. qui fundum. §. si tutor. Adde, an si testator mandat stari debere conscientiæ alicuius, ille debeat in raro. Alex. consil. 542. lib. & quòd cum executor non bene distribuit, episcopus possit repetere: uide Anch. consil. 44.

ADDE, ad suprà dicta per Ioan. Andr. an executor possit facere elemosynam minus bene merenti, uide Bal. in l. his uerbis. §. illa institutio. quòd sic. ff. de hered. instit.

q Debet. De tali iuramento uidetur loqui gloss. in dicta l. diuus. ff. si cui plusquam per leg. Falcidiam.

r Habere. Quod hic & in duobus uersicul. sequen. quæritur in uersicu. quid si unus expeditum est per decræ. secundam, de testamen. 2. respon. libro sexto, vt dixi suprà, eo. uersicu. 13 & quia Iacob. de Are. ad quæstionem allegabat iura, pro & contra. licet quo ad hos terminos non expediant, ad alios possunt esse utilia: sicut quæ no. de offic. deleg. causam matrimonij. in gloss. 2. & quod super ea dixi. Ideo illis omissis, quæ in fin. huius uersicu. allegantur, hic illa ponam. Inducit enim ad partem, quòd solus possit, C. si unus ex pluribus tut. per totum. ff de offic. consul. l. 1. §. 1. & ff. mandat. l. creditor. §. si duobus. & de curæ bo. dan in l. 2. §. si plures. Ad contrarium inducit. ff. de arbit. l. nam magistratus. & ad Trebellianum. ille à quo. §. tempestiuum. ff. de nego. gest. cùm alicui. de administrat. tuto. Lucius. 2. §. 1. & l. tutores. § curatores. ff de arbitr. l. parui. & l. si unus. §. secundo. & §. fin. & l. sequen. C. de appellatio. in offerendis ff. de re iudicata. l. si duo ex tribus. Soluebat secundam partem uerã, nisi ponat testatorem contrarium noluisse. In tutoribus est speciale: super quo uide quod dixi suprà, uersi. 47. in fine primæ partis.

s Simpliciter. Secundum Alber. Gal.

t Vocatis. Et expeditum est. ut suprà dixi.

u Contra. Melius staret sine contra. & sic posuit Ioan.

x Tertium. Vbi de duobus fuisset formata quæstio, procederet iste numerus. Intellectus tamen fuit bonus. ut de pari numero faciat imparem. extra. de arbitr. cap. 1. Additio. Adde, quòd executoribus testamentarijs discordantibus, coniuncti testatoris, si qui sunt, executoribus præferendi sunt, secundum Bal. in l. Imperatores ff. de pact. per illum text. & illud pro singulari allegat. Lud. Roma. sing. suo 533. incip. executores testamenti. Henr. Ferran.

y Sequenti. Lambertus de Rampo. in quæstione sua, quidam fecit testamentum, tenuit quòd ex tribus fideicommissarijs datis simpliciter, tertius impediet actum per duos fiendum, expressè prohibendo. alleg. ff de cur. fur. l. consilio. in fi & quod not. in summa illius ti. dicit tamen quòd eo casu addenudus erit index, qui inspiciet quæ causa erit potior. ff. de bo. auto. iud. pos. in uers. in fi. de tutoribus discordantibus, uide suprà de tutore. uers. pen. 53. &

53. & pro hac materia uide Bal. in d.l. consilia. ff. de cur. fur. §. quaesitum. ubi pulchra ponit.

z Possit. De hoc supra de tut. §. fin. in tribus ultimis uer.

a Et sequen. Iste uer. cum duobus praecedentibus, & cum quaestione, quam addidi, faciunt ad quaestionem Iacob. de Rauen. qui tenet unum ex duobus executoribus agere posse in iudicio: debet tamen alter assistere ne colludat. Inducit ff. de cur. bo. dan. l. 2. circa princip. facit de procur. c. secundo. in fi. lib. 6. Plus dicit, quòd ambo agere non possent: quia tunc posset unus negare, quod fatetur alter: & sic intricaretur iudicium, contra quòd prouidendum est. Sufficiat decret. a. si duo. de procura. lib. 6. decreta. 2. de to. Vel dat sibi liberum exercitium officij, in tribus casibus cum collega est mortuus, uel remotus, uel non uult exequi: ut ibi scripsi in not. super uerbo, nolente. idem in uolente, sed non ualente ex impedimento modici temporis: secus si modicum non esset, quod probat ibi litera nimium differri. Praeter hos casus gestio debet esse communis, ac etiã in praedictis, si testator prohibuisset alterum sine altero gerere: ut in fi. si articulus, super quo alter solus litigare uult, esset ad pias causas: uidetur locum habere praedicta decret. si duo: §. si quod: de autoritate iudicis alter solus agere posset, si dicamus talem causam spiritualem. Si uerò dicatur ecclesiastica tantum, non tamen spiritualis, locus non esset illi §. Concludo quòd accedere nescio illi dicto Iac. quòd duo non possint agere: & si eueniat contrarietas quam inducit, uide quod not. in pra. decre. si duo. in gloss. 3. & super ea. & quod not. scripsi in pra. decre. 2. de test. in ulti. glo. Item scias quod Iac. ipse fatetur quod contra ipsum inducitur rub. C. si ex pluribus tut. uel cur. unus uel omnes agere uel conueniri possint, sed ipse dicit se in suo libro non habere illud omnes. Hoc etiam recitat ibi Cyn. Pro eo tamen facit pra. l. decreto. in fi. Sed gloss. cui assentit Dyn. illud intelligit de impotentia facti; & illud quia, recipiatur pro cum. defensio est clara. Item quod dicit Iac. in casu decre. pra. 2. in fi. quando expresse prohibuit testator unum non agere sine altero: tene igitur quod praedixi. quaerit etiam si unus solus executor habet omnia in manibus, & reliqui nihil habent: an nihil habens possit conueniri. Videtur quòd non: quia remittitur ad totum habentem: sicut de socio dicitur. ff. pro soc. actione. §. si communis. Ipse tenet contrarium, quia in praeiudicium agere uolentium, non potuerunt executores sic inter se diuidere. ff. de adminis. tu. l. inter tutores. eo. C. de diui. tut. l. 2. Est etiam sciendum quòd ipse Iac. in q. an conueniendus sit primo ille, qui gessit. Ad affirmatiuam alleg. C. si tutor non ge. fi. 2. & 3. Subdit leges loqui de gerentibus ex necessitate: & de his dicit tenendum quòd non gerens, ultimo conueniendus est: & gerens, primò conueniendus est & excutiendus, necessarios uocat legitimos: & dicit concurrere posse gerentem ex uoluntate & legitimum: ut cum episcopus uni successit. de quo supra uer. 40. & 49. & tunc etiam idem, quòd non gerens ultimo conueniendus sit. ff. de cur. bo. dan. l. 2. ad fin. Adde, quando unus executor possit exequi, alijs non uolentibus, uel non potentibus exequi. Bald. consi. 185. 4. lib. & ibi, an quis possit sibi ipsi distribuere: & an executor possit confiteri pretium absque reali numeratione: uide etiam Abb. consilio quadragesimosexto & extra.

b Intromittere. Expeditum est per decre. secundam de testamen. ut dixi super uersiculo quadragesimooctauo.

c C. tertio. Clarius eodem titulo capitulo secundo, libro sexto.

d Primo. Sol. ibi de suspicione temeraria, hic de probabili, & de qua iudicialiter constat.

e Cap. 1. Solue per not. de officio delega. uenerabili. in 3. glo. & quod super ea dixi.

f Reputatis. De hoc infra uersiculo quinquagesimoquinto.

g Et fin. Pro solutione uide quod not. in cle. de relig. do. quia contingit ad fin. in gloss. quia contra C.

h Respon. 1. Vide remissionem, quam supra proxime dedi.

i Exequi. Est sciendum, quòd autor sub hoc uer. coniunxit octo quaestiones Io. quod partim placet, & partim displicet. Placet quod hac quaestionis propositio, includit tres quaestiones Ioan. quaerentis primo, an executor cogatur suscipere. Secundo, an exequi. Tertio, an quilibet. & hac perpsimè sunt coniuncta: sed quaereretur per quem sunt cogendi. Item quando sic sues uersiculos merebantur, sed saltem ambo unum, sicut illud qualiter, quod statim sequitur. fit ergo prima pars huius uer. usque ibi, cogetur autem. in qua parte autor primo quaerit, ut supra. Secundo, allegat pro & contra. Tertio, ponit tres opiniones successiue. Quarto, addit ibi: sed & fauore. Quinto, reassumit primam. Sexto, approbat secundam, & remittit. Septimo, dubium soluit, an excusatio admittatur, & remittit. & hae partes sunt patentes. In secunda parte tractat per quem cogantur,

& hoc primo implicite, scilicet quod per ipsum uel pretorem. & hoc in uer. est autem usque ad fi. Et hunc saltum non commendo, nec euenisset, si suum uersiculum habuisset. In horum medijs prosequitur quando, ibi: certum cogetur, ubi facit tria. Primò, ponit oppositionem. Secundo, dat solutionem, ibi tu dic. Tertio, dubium incidens prosequitur ibi: item dicunt. Pars secunda principalis cum 7. numbro partis praecedentis coniunxit reliquas quinque quaestiones Ioan. sciat studẽs quod propter eum, non propter sabrum, qui hoc non meruit diuisione textuali. uer. honorani. Ioan. And.

ADDE, an executor sit cogendus iudicium suscipere, & susceptum exequi, Alexan. consi. 5. 2. libro.

k Posita. Et C. de fideicom. lib. l. penult. & ulti. & ad Treb. l. fin.

l Annuam. Et Instit. qui satisdat. cog. §. 1. & 2.

m Suscipere. Idem Azo in Sum. de episcop. & cler. ante fi. sed nil allegat.

n L. posse. Sic erant etiam in Ioan. sed corrige. & pra. §. non omnes. Et si intelligis praecedente mediatate, uera est legatio: nam propter prauitatem intermedia legis, quae continuata legi praecedenti & sequenti, sic iacet: uel omnia sua autor non ponderauit: illa facit pro autoritate quod not. in pra decre. in ultima glossa & uide uer. 38.

o Distinxit. Cy. in 3. q. l. id. C. de episco. & cler. hanc distinctionem tenet in testamentario, legitimum si dicit indistincte cogendum. per § si autem. supra proxi. allegatum fuit hoc dictum singulare Io. dicentis necessitati subijci, quod per legem iniungitur. facit 4. distinct. in istis.

p In fi. Gul. de Cu. qui hanc distinctionem tenet, alle. ff. de his, quibus ut indig. l. post legatum. ff. de relig. si quis sepulchrum. §. funus. et l. at si quis. §. cui funeris. Ad aliud membrum distinctionis alleg. ff. de uent. insp. l. 1. § quod tum. & de cur. bo. dan. l. 2 §. quaeritur. subdit quod si administrare coepit, cogitur implere: quia à principio uoluntarium, & c. ff. mau. l. si tibi mandauero §. si tibi. & de relig. at si quis. § si cui. & de hoc dixit decre. Ioannes. super uer. susceptum. & super 3. glo.

q Exequi. Adiuuatur hoc dictum, quod fuit Iuliani, & sequens per l. quia poterat. ff. ad Treb. & de aqua plu. ar. in summa. §. Labeo. Et haec dicta facerent pro Iac. de Aret. qui consuluit filium praeteritum à patre, quem tamen ipse pater constituit executorem sui testamenti, & exercuit officium de inofficioso agere posse, cum testamentum fuerit irritum ex tali praeteritione ipso iure in authen ut cum de ap. cog. §. aliud. Instit. de exhere. li. in prin. respondens ad l. ultimam. ff. de inoff. testa. quòd hoc excusatur ratione officij necessarij sibi iniuncti: & sic sibi non debet obesse. C. de administ. tut. cum quedam. ff. famil. ercisc. si pignoris. in fi. & l. qui erat. ff. de his, qui ut indi. l post legatum fisc. facit de elect. cum non deceat. lib. 6. cum concor. & 3. q. 7. si contra patrem. Si dicatur non necessarium, non faciet hoc pro Iac. dicit tamen posse ipsum excusari propter pietatem officij. Bene facit 22. q. 2. si qualibet. Dicebat etiam ipse Iac. quòd filius executor se de bo. patris alere potest, non ut executor, sed ut filius, alleg ff. de ali. pu. pra l. qui filium. & de alen. lib. l. si quis à lib. 1. respon.

r Suscipere. Hoc dicit Gui. de Suz. in l. nulli restringens se ad casum. §. praedicti, si quis pro redemptione.

ſ Platet. Et Alber. Gal. de fideicommissarijs. in princip. Item Iaco. de Aret. ubi supra, & Iacob. de Bel. in §. si quis adificationem. in authent. de eccle. tit. refert Nicol. ubi supra quòd Homobo. tenet hanc partem duplici ratione: quia hoc non est officium publicum, sicut tutorum, & magistratus: sed priuatum, sicut procuratorium. Secundo, quia inuentum est remedium, ut exequatur episcopus illo nolente exequi: ut in l. nulli. & authen. de eccle. tit. § si autem qui. & ff. de reli. l. si quis sepulcrum §. hoc edictum. per quod patet quòd ex hoc, illum compelli nolit, nisi in perdendo emolumento sibi relicto. Sed huic rationi posset responderi dupliciter, primo non fore absurdum plura remedia fore prouisa simul: de quo uide infra de restitut. spoliat. §. 1. uers. praedicto. uel saltem successiue, scilicet, ut exequatur episcopus, ubi coactio executoris non prodest, ut in decreta. nouit. in fi. de iud. Licet autem rationi respondeam: tamen opinioni eorum adhaereo: cum quibus est etiam Iacob. de Rauen. qui quaestionem de testamentario executore an cogatur, pro negatiua inducit l. nulli. quae dicit, habeat exigendi licentiam: sed licentia, est uerbum facultatis, non necessitatis. ff. de offic. pra. l. saepe. extra de testamen. ad hoc. In contrarium, quia est munus publicum, quod recusari non potest. C. de cura. l. nullus. lib. 11. Sed publice interest, uoluntates supremas impleri. ff quemadmo. testam. aperian. l. 5. extra de testamen. c. nos quidem in fi. Soluit, quòd si suscepit officium, renunciare non potest. C. de actioni. & obligationi. l. sicut. Subdit. nisi forsan re integra, ad instar mandati. Instit. manda. §. penult. Dicit enim rem integram testatore uiuente,

uiuente, ut sic ipsum requirere possit, quòd ponat alium loco sui. Si enim esset mortuus, id non posset. Non uideo quòd susceptio officij proprie cadat uiuente testatore: fateor quòd consentire potuisset describi ad aliud officium: & eo casu procederet prima quaestio, de qua supra & quod dicam infra uersi. 69. Distinguunt autem publicum autoritate à publico utilitate tantum: quia primum, quale est tutela, renunciari non potest. Sed officium executoris non est publicum autoritate, quod à rustico potest imponi. Nec obstat, quòd etiam rusticus dat in testamento tutorem: quia in illo necessaria est iudicis confirmatio. C. de confirma. tuto. l. fina. est ergo priuatum sicut & procuratoris officium: de quo tamen dicitur quòd publice utile est, absentes à quibuscunque defendi ff. de procurat. seruum quoque. §. publice. & tamen ista improprie dicuntur publica utilitate: nam talia sunt illa, in quibus principaliter attenditur publica utilitas, sicut in magistratibus. Sed in proposito uersatur principaliter utilitas priuata, ut legatariorum, & defuncti: & secundario publica, cuius interest quòd res priuata bene gerantur, & quòd nullus abutatur re sua. in authen. ut indi. sine quoquo suffragio. §. cognitio. & Institut. de his qui sunt sui iuris. ad finem. Vide quod not. Instit. de excusat. tuto. in princip. C. lib. 11. de mu. public. super rubri. in quibus idem tutela not. & sic utrunque ius scilicet publicum & priuatum, subdistinguendo respondetur ad l. honor. §. 1. ff. de mune. & hono. & ad iura, quae dicunt officium istud pijssimum. C. de dona. si quis pro. & de episcopo. & cleri. orphanotrophos. & l. nulli. & l. si quis ad declinandam. quae dicit quòd id uenit in sacro, & constat quod ius publicum consistit in sacris. 1. distinct. ius publicum. ff. de iusti. & iure. l. 1. §. publicum. Item hi duo textus, aequiparant sacramenta magistratibus, quae non dubitantur publica: ut supra item dicitur taliũ actio popularis: de quo infra uer. 66.

t Vel dic. Secundum Vber.

u Eodem tit. De excus. tut.

u Nescimus. Supple cum legibus sequentibus. in his enim distinguitur, an tutor, cui testator legauit, sit testamentarius, uel datiuus. Item, an in testamento, quo fuit factus tutor, fuerit legatum, an uero prius uel post: & an appareat contemplatione oneris tutelae relictum, an ob aliam causam.

y Amittet. De hoc in princip. huius §. & dicam infra eod. uer.

z L. seq. De facto fuit exemplum tale Testator tribus nepotibus ex sorore, qui diuisim uel coniunctim legauit centum, & unum ex illis fecit commissarium: satis patet quòd causa legati fuit attinens.

a Quid si unus. Dicit Iac. de Aret. quòd poena perditionis eius, quod ex testamento obuenire poterat, erat poena non suscipientis officium. Praemissa locum habent post illud susceptum, & uocantur haec praetoria remedia. Inducit etiam l. si quis. C. de dona. ff. de uent. inspi. l. 1. §. quid ergo. Instit. de satisd. tu. §. fi. contumacia durante exequatur episcopus: ut in prin. huius uer. propter ea quae hic sequentur, remisit autor ad hunc uer. 58. infra do lib. con. §. nunc dicendum. uer. 30. in fi.

b Facta. Facit quod not. infra de inquisitio. §. ult. no. uer. sed nunquid Abbas.

c Igitur.. Super uerbo, decreto & §. illud. super eodem uerbo.

d Instantia. Credo quòd intendit allegare glo. quae incipit, hic annus. in qua est illud uerbum, quod putarunt Ioan. & autor in prin. glo. & hoc facile in glo. scriptis in pellis, uel quaternis accidere potuit: signato illo uerbo, uiri pro textu: sed non sic in glossis descriptis circa tex. cum textus ille non esset idem.

e Respon. 1. De hac dixi in §. compendiose. ante finem.

f Legatorum. Vide infra de testamen. §. 1. uer. pone nullus. & in uersi. item plerunque. qui ibi praecedit: ponuntur libelli huic materiae congrui cum suis positionibus.

g Ad pias causas. Hoc infra reassumam, quod tangit 95. q. 10.

h Posse. Hucusque intelligibile est, quod hic scribitur. & principaliter motus fuit Vbert. per duas leges. in princip. prius allegatas. quod sequitur, uidetur inepte dictum, cum Vbert. dixerit nil deberi. & quod sequitur, innuit dictum eius intelligi in illis solum casibus, ubi legata debentur, licet, &c. si te nuisset autor uerba Ioa. cuius fuit iste uersi. q. 93. cessaret error, qui tantum potuit causari à quodã defectu in originali Ioan. cuius uerba post dictum Vber. sunt hic: sed, salua eius pace, ego aliter credo, & dico sententiam eius locum habere in illis casibus tantum, quibus testamentum de iure non ualet: ut quia ueritas iuris, uel testamenti solennitas deficit. C. de fideicom. l. si ueritas. uel cum ex testamento haereditas uel bonorum possessio peti nõ potest: uel cum ex testamento iure facto haeres scriptus cessat bona fide haereditatem adire, & tertius ab intestato succedit. C. si omis. causa testamenti. l. 1. in fi. Hucusque clare & bene dictum. & supplendo in Ioanne aliter in his. Secus ergo in casibus, in quibus debentur legata & fideicommissa,

missa, quamuis hæreditas non sit adita, nec adiri possit ex testamento, qui not. &c. In his enim tenendum est contrarium eius quod dixit Vbert. & sic locus est distinctioni. Hæc Ioan. Vt autem hæc melius adhuc intelligantur, sciendum est quòd domnus meus leges troi C. si quis omis. causa testa. sic summabat: si participata fraude cum substituto, institutus dolosè hæreditatem omittit, ad legata tenebitur substitutus. Si verò pecuniam recepit institutus, ipse primo tenebitur. Secunda vero & tertia lex instituto, qui tenet hæreditatem ab intestato, distinguunt, ut si testamentum non valebat, nil præstet: si valebat, tunc aut possidet is, qui abstinuit, & ipse tenetur; saluatur ratione Falcidiæ: aut possidet tertius, & ipse possidens nō tenetur, & hoc Canonistis sufficiat. Legistis enim valde prolixa ista materia est, in qua Dy. longam distinctionem formauit. ff. si quis omis. causa te. quam ad literam posuit Cy. C. eo. tit.

i A Titio. Hic omittit autor quæstionem Ioan. 95. qua quærit, an fauore captiuorum, uel pro alia pia causa, seruabitur quod in causa libertatis seruatur in casibus prædictis. & habetur id Instit. de eo, cui libertatis causa bona addic. in prin. & §. 1. ff. de fidei. lib. l. in testamento. & l. Antoninus intendit ergo quæstio, an sic debeantur pia legata hæreditate non adita, sicut libertas. Quod debeatur Vber. alleg. in auth. ut cum de ap. cog. §. si unum. & subdit dici posse contrarium: quia libertas in sui præiudicium non præscribitur, sed ius pertinens ad causas pias: sic C. de episco. & cler. l. ult. in fi. C. de præscrip. quæ pro lib. oppo. per totum. Item nec ex testamento libertas uidetur deberi, hæreditate non adita, saltem ab intestato, uel aliàs possessa. C. si quis omis. causa test. l. 1. in prin. & ff. eo. tit. l. libertatibus. & ff. de ma. te. l. testamen. libor. nec legatū ad piam causam, puta alimentorū. C. de fideicom. l. 1. Sed uide quod ibi not. Item ad hanc partē facit quod glo. dicit in præ. l. Antoninus illud speciale. Sed Nicol. tenet contra, scilicet quòd remediū legis datum legatis libertatum, locum habeat in legatis pijs: cum id, quod ex pietate est inductū, pro tēporalibus libertatibus cōseruandis longe magis debeatur: ubi maior est ratio pietatis scilicet pro libertate animarum, quæ sunt rebus omnibus præferēda. Alleg. l. sancimus. C. de sac. san. eccle. in fi. & in auth. de san. epis. §. si uero liberi. in fi. extra de pœ. & remis. cum infirmitatis. in fi. Sic per contrarium arguitur, rerum temporalium curam committendam, cui committitur animæ cura. 12. q. 1. præcipimus. Addo Rom. consi. 429. Pet. de Anch. consi. 153. Bal. consi. 30. in fi. 1. lib. & Abb. consi. 33. 2. lib.

k Testatoris. Sup. qui ad hoc executores dederat.

l Pupillus. Gul. de Cu. speciales leges ad hoc inducit. ff. de bo. lib. l. si libertus. §. 1. & de do. præle. l. 2. §. idem Iulianus. & l. pater. § sed si priusquam. cum ibi not.

m Dici. Cum distinguat, an bene uel male, non est indistinctum: imò saluatur proxima distinctio. Inquantum autem subdit quòd si bene ordinauit, intelligo idest discrete & utiliter, quantum quisq; prudens, & deuotus fideicōmissarius facere potuisset. Simpliciter enim non benefacit usurpans alienum officium. de homicid. c. tua nos. de reg. iur. nō est sine. lib. 6. & ff. eo. tit. culpa est.

n Significantib. Vide quod ibi scripsi in 4. & 5. glo.

o Illud. Infra soluetur, ibi repetitur.

p Illud. Lex illa non negat, imò concedit alias causas, quàm ibi expressas esse pias: licet regulæ insinuationis faciendæ, noluit uitiare, nisi in casibus expressis ibidem: quasi sint gradus in pijs actibus 86. distinct. non satis. Addo, quæ relicta dicantur ad pias causas. Bal. in reg. l. 1. in 6. col. ff. d. leg. 2. Item aliquid per Abb. Sicul. in c. nihil. in 4. col. in prin. extra de præscri. Item per Philip. Fran. in repe. rub. de testib. lib. 6. in 19. col. uer. sed aduerte. Item in 21. col. uer. sed cer. & circa. & addo quòd hic legata facta ad pias causas, si nulla fiant, ualent & tenent. Bal. in l. 1. ff. de testa.

q Factis. De his infra uer. de hoc autem 73. quia hic dicitur de forisfactis, quæritur an legata pro male ablatis, dicantur legata ad pias causas. Nic. tenet quòd sic, cum relinquitur ecclesijs, pauperibus, uel similibus personis: secus si relinquitur alijs personis maxime coniunctis, puta uxori, amicis, uel uicinis: nam, ut dicit, non consideratur quare dicat testator se legare: sed consideratur cui legat. alleg. l. illud. C. de sac. sanct. eccle. Instit. de leg. §. longe magis. & C. de falsa causa adiect. per totum. Hæc solutio parum placet: nam prima pars non est dubia per superius dictum. Secundum dictum non placet, quod ponit contradictoriū: cum negari non possit causam ponderari, cum de pia causa loquimur. Item non soluitur quæstio, quæ quærit de simpliciter relicto, & sine expressione personæ, in qua ipse tenet quòd legatū tenet, quasi Deo factū, & pro anima salute. ff. de ureiur. qui pro salute. & in præ. l. nulli. & præ. §. si quis in nomine. in auth. de eccle. tit. Dicebat tamen quòd si qui probarent sibi illam quantitatē per ipsum male ablatam, illis facienda esset restitutio qui peterent ut debitū. Allegat l. Aurelius. §. penult. ff. de lib. leg. Ad prædicta facit uer. 26. supra eo. adhuc

quærit,

querit, si pro malè ablatis per testatorem relicta sunt Titie centum, an testatore liberte Titius illa petere & exhibere possit vt debita. Constat enim quòd qua legat, non potest ante ipsius mortem. Item, vt dicit, etiam post mortem non potest illa petere vt debita, nisi probet debita, propter l. Aurelius in fi. Nec conuenit hac questio 14. superiori, in qua non fuerat simpliciter legatum, sed sacerdoti cantum. Iac. de Aret. querit si relinquantur centum pro malè ablatis in dispositione Titij, nec reperiuntur nisi 80. malè ablata, an per commissarium sit restituendum heredi, aut per fideicommissarium dispensandum. Respondet quòd si testator dixit quòd nolebat expendi in aliam causam non conuertitur. Si verò illud non fuit dictum, poterit secundum eum illud in aliam causam piam per fideicommissarium conuerti, & benefacit, si id faceret consilio episcopi & heredis. alleg. ff. de vsufru. leg. legatum. & l. quedam predia. ff. de condi. & de. l. in testamento. & in authen. de ecc. tit. §. si quis in causam. & §. seq. Adde, quòd legatum pro malè ablatis sit pium, Bar. in l. 1. C. de sac. sanc. eccles. & quòd si non ascendant malè ablata ad quantitatem legati, debeant in alios vsus conuerti. Pau. Cast consi. 243.

r *Legatur. Ad istud finem faciunt questiones Guid. de Suz. in q. statu. C. eo. qui ponit statuto ciuitatis prohiberi maiorem 14. minorem 18. legare non posse, nisi pro anima: & id possit prout bonum & iustum sibi videbitur talis maior 14. & minor 18. relinquit matri sua centum pro anima. querit an legatum valeat. Ad affirmatiuam allegat. C. de sac. sanc. eccl. illud. & l. sancimus. quia inter parentes & liberos est pietas. ff. de inoffic. test. l. 2. Item illud statutum est contra ius commune, inquantum arctat libertatem legandi: & ideo est arctandum. ff. de lib. & posth. cùm quidam. Ad id de reg. iur. odia. lib. 6. In contrarium, quia factum videtur in fraudem statuti. ff. de leg. contra & l. fit fraus. Item mater inter pias causas, vel loca non describitur in legibus vulgaribus: & cùm quid prohibetur, & omne id, per quod ad illud peruenitur, intelligitur inhibitum. C. quod met cau. si per impressionem. & de reg. iur. cùm quid una. lib. 6. cum concer. & quod directo consequi potest, non uenit per obliquum. ff. de leg. 3. si tibi & mihi. §. regula. Soluit legatum valere, si mater est pauper. C. de episc. & cler. si quis ad declinandam. uer. ubi autem. & versi. quis enim pauperior si diues est, non valet. arg. C. de sac. san. eccl. illud. Secunda questio est, cùm statutum prohibet relinqui uxori vltra certam quantitatem: & vir quidam illam quantitatem reliquit uxori, & in alia parte testamenti relinquit eidem certam quantitatem distribuendam pro anima sua: querit an id poterit? Respon. quòd si sibi soli non ualet, ne fraus fiat statuto. ff. de tut. & cur. da. ab his l. scire. §. 1. Si verò sibi & alijs commissa est distributio, ualet: quia cessat fraudis suspicio. Facit C. de fideicom. l. fi. extra, de sta. mo. c. 2. & de offi. de leg. prudentiam. & facit quod dicam super uersic. 82. in fi. Adde, non incongruè quod consuluit Pet. de Anch. consi. 23. quod stante statuto, quòd mater non possit, etiam pro omnia, nisi ad computandum decem pro centenario de bonis suis relinquere, quod si circunscripto statuto, tanquam contra libertatem ecclesiasticam, quantum negat, imò rationabile, & mater facit legatum pro anima diuiti, quod legatum non valet: quia veritas est spectanda, non fictio.*

s *Voluerit. Vt scripsi de testa. c. indicante. super glo. 2. Hostien. intelligit assignando vel diuidendo alle. alia iura. ibi vide, ubi inuenies duas alias opiniones circa hoc.*

t *Autem. Hic conuenit questio, si reliquit ecclesia simpliciter, nullam nominando. Cy. super l. 1. C. de sac. san. eccl. arguit. nulli deberi quasi incertũ: soluit quòd debetur parochiali per l. qua conditio. §. fin. ff. de condi. & demon. Gul. de Cu. dixit dari pauperiori, per iura in prin. alleg. Quidam dicũt, ecclesia Romana, qua est caput ecclesiarum. 22. di stin. sacrosancta C. de sum. trin. inter claras. & l. seq. Pro cathedrali facit §. si quis in nomine. & in auth. de sanc. episc. tenet primum. pro quo facit vicinitas & affectio. Ad primum extra, de priuil. super specula. vbi concor. ista. ff. de exsu. tu. non tã tum. §. 1. Ad secundum C. de natur. li. quoniam. de offi. deleg. nisi specialis. Duas questiones, scilicet quando parochianus duarum ecclesiarum, legat ecclesie parochiali: vel quando tempore testamenti erat parochianus unius, & tempore mortis alterius, scripsi in decretali, cùm quis. de sepulc. lib. 6. super uerbo, domiciliorũ ecclesia. Adde, quòd opinionem Ioan. And. sequitur Bar. in d. l qua conditio. vbi etiam vide per Alexan. quid si relinquatur monasterio simpliciter, an debeat potius intelligi de monasterio monialium, quàm masculorum. Bald. in l. cùm multa. C. de dona. ante nuptias. tenet quòd sic. & de eo quod Ioan. And. dicit se scripsisse in decre. cùm quas vide Feder. consi. 25.* u

u *Quidem. Vide quod ibi not. in glossa penultima, et quod super ea dixi. Sed coniungendo has duas questiones affines, est sciẽdum quòd Ioan. de Deo*

lib. 4.

lib.4.q.16 tractauit quaestionem de illo, qui relictis haerede, & tribus commissarijs iussit aedificari, & dari ecclesiae: quo mortuo, duo commissarij illud legatum convertere volunt in transferendo unum monasterium malè situatum ad locum aptũ: tertius commissarius & haeres dissentiunt, involuit se: sed hoc tenet quod nedum duo ex tribus, sed nec etiam tres hoc possent contra voluntatem haeredis, cui ecclesia noviter constituenda ius patronatus debetur: & per id etiam defuncti memoriam praeservatur. Alleg. 12. q. 2. cap. bona rei. 16. q. 7. cap. pia mentis. & c. seq. extra, de testa. nos quidem. & ibi scripsi super verbo, adificetur. Quid iuris, si executor testamentarius vel legitimus, plus in aedificando ecclesiam expenderet, quàm fuerit relictum. Aliam quaestionem eiusdem Ioan. ad materiam fideicommissorum, vide de usuris. quanquam lib. 6. super gloss. nomine in fin. & de alijs duabus quaestionibus remisi & scripsi supra. §. compendiosè super versic. 11. sed quaerit Gui. de Suz. si praedictus testator iussit illam ecclesiam fieri in civitate: & duo ex commissarijs volunt illam facere in burgis illius civitatis: tertius resistit, volens illam fieri inter muros: quid iuris. Pro duobus facit ff. de verb. sign. l. aedificia. & l. qui in continentibus aedificijs. ubi aedificium dicitur Romae fieri, quod fit in continentibus aedificijs. Ad idem l. 2. eo. ti. & ff. de procur. l. praesens. Item in legatis, arbitris, & tutoribus, statur maiori parti. ff. de re iud. duo. de arbit. l. sicuti de admini. tut. l. 3. § si. Contrarium tenet, cum verbum sit clarum, & sic interpretatione nõ eget. C. de lib. prae. l. 3. seruentur ergo verba ff. de leg. 3. non aliter. extra, de deci. ad audientiam. ubi concord. in ult. gl. Alleg. principaliter l. Quintus. ff. de an. leg. ultra medium legis: quae vult filium educari debere, ubi pater dixit. Facit pro, quod vulgus sic recipit civitatem. ff. de sepul. l. Labeo. bene facit decr. si civitas. de senten. excommunic. lib. 6. Sed dices quòd facit contra, inquantum ibi nomen civitatis protenditur. sed illud ex causa, ut ibi dicitur. Per quod dico quòd causa suggerente, quia in civitate fieri non potest ullo modo, vel non congruè & honestè: tunc in burgis fieri poterit ex causa, ne legatum pereat, quod est favorabile, ut dictum est supra, per c. nos quidem. & facit prae. l. Quintus. ver. nec tantùm.

a *Praemissa. Hoc dicit Io. propter duas quaestiones proximas in numero.*

b *Sic. Constat quòd tenet institutio pauperum. C. de episcop. & cler. l. nulli. & l. si quis ad declinandã. & no. de test. cùm tibi in fi. glo. & substitutio. ut eod. titu. c. 1. lib. 6. & ubi aliud non exprimatur, de pauperibus illius loci intelligitur: ut in praedic. l. si quis. Sed quandoque fuit dubitatum, an valeat institutio facta de pauperibus, quos Titius nominabit? Nicol. refert, quandoque fuisse indicatũ, quod non, quasi sit captatoria, non iuste: quia approbatissima est hodie ista forma, Et fit ratio, si substantia institutionis, vel legati non ponitur in alterius arbitrio: sed solùm nominatio personarum: ut not. Cyn. secundum Dyn. in l. captatoriae. C. de testamen. milit. & hodie additur, quòd illos tantùm instituit, quos ille nominauerit. Item idem si nullo instituto dicat, bona mea relinquo pauperibus, quos talis meus fideicommissarius nominabit: ut not. in l. his verbis. ff. de haeredi. institu. Nec mirum: quia etiam captatorium legatum libertatis valet ff. de fideicommiss. liber. l. fideicommissaria. Cùm ergo quaeritur quis adeat, vel actiones intentet: Respondet Nicol. quòd ille fideicommissarius, quem l. si quis. praeponit episcopo. ad idem in authentic. de eccles. titu. §. si autem qui hoc facere. Dicit etiam quòd cùm commissarius nullum habeat lucrum, indignum esset quòd peteretur damnum creditorum, vel alio modo ff. pro soci si non fuerint. in fine. ad Trebel. quia poterat. C. de iure deliber. l. fina. quòd si praefata. est tutum consilium, quòd inventarium faciat: ut in l. prae. Itẽ de quaestione dixit testator, volo quòd de bonis meis centum distribuantur inter pauperes terri loci: & postea duobus vel pluribus pauperibus illius loci, legat singulis decem: an illis debeatur pars primi legati? no. Archid. 12. quaestio. ultim. quia Ioannes. quòd sic, per l. qui Marco. qui aliàs est §. sub l. Titia. ff. de adimen. leg. Ibi glo. signat contraria, quae Dyn. solvebat, quòd procedebant, cùm in eandem causam, puta alimentorum, erat utrunque: & sic ambo non debentur, secus si in diversas. Remittit etiam Archid. ad no. ff. de fundo instrumen. l. quaesitum. §. penul. & ult. si testator expressit per fideicommissarios distribuenda illa centum: & fortius si dixisset, lego commissarijs centum distribuenda, &c. quaestio mihi non esset dubia. & idem econversò, quando dixisset, lego de dicta summa centum libr. &c. Item non procedit quaestio, cùm non debetur legatum omnibus pauperibus: sed sufficit in certis distribui. Procederet ergo quaestio, quando inter sacerdotes curates civitatis, iussisset distribui, & postea aliquibus ex illis legasset, hic enim est certitudo, quae non est in pauperibus civitatis, de quibus Archid. quaestionem formavit non providè. Ultimo*

not.

not. quòd licet sufficiat sola voluntas testantis vel legantis: & maximè in legatis pauperibus: de supremis enim iudicij sui non refert cum quo quis loquatur. ff. de leg. 2. cùm pater. §. donationis. in donatione tamen inter viuos, dicit Accur. illam non tenere factam pauperibus, nisi sit qui pro illis recipiat. Hoc no. C. de sacrosan. eccles. illud. in fi. vlt. glo. Iac. de Rauen. placet contrarium: quia quod pauperibus datur, Deo datur, qui semper est præsens. Petr. de Bel. dicit quòd licet ponatur præsentia, non ponitur consensus, qui est necessarius in contractibus: per quod dicit fortè gloss. stare posse. Hoc ibi uide per Cyn. sed Gul. de Cun. Ponderauit quòd ciuitas. ecclesia. & pauperes, æquiparantur. in l. præ. illud. & l. fin. eo. tit. Sed pollicitatio facta ciuitati sine causa, non tenet: ut ff. de pollici. l. nisi facere cœperit, vt ibi: ex causa tenet, vt ibi. eo. tit. l. ob casum. Constat etiam quòd sicut pactum est duorum consensus: sic pollicitatio est promissum solius offerentis. eo. titu. l. pactum. Tenet ergo cum glo. quòd si non est qui recipiat, non tenet donatio: quia verum dicit, nisi causa: fuisset expressa vti si dixisset, propter maximam caristiam victualium, quæ nunc est, dono pauperibus huius loci cẽtum libras, vel centum mensuras grani. puta quòd teneret obligatio, ex quo de illa constaret, per prædic. l. ob causam. & l. propter. & l. primã de pollicita. ff. Constat etiam quòd alimentorum causa fauorabilis est. ff. de ferys. l. 2. & maximè pauperum. 76. dist. pasce. Adde, quòd | ão additionem sequitur Rom. consi. 285. & vide quoddam consilium subscriptum Accur. in consilijs Bal. 380. 2. lib.

z Dicit Io. in præ. c. sicut. & 1. q 6. exigunt.

a §. 1. Iacob. de Rauen. tenet executorem legitimum, teneri reddere rationem vtili actione negotiorum gestorum: quia necessitate gerit. alleg. at C. de negotijs gestis. l. tutor. De testamentario dicit quòd si rogante testatore consentit, tenebitur actione mandati. Nec obstat quod statim sequitur: quia ista est species mandati, quæ firmatur morte. sicut cùm mandatur fieri monumentum. ff. manda. l. si verò non remunerandi. in fine opponitur sibi de l. fin. ff. de solutio. secundum vnam lect. licet dicit ipse pro pace habenda, assumit pro se aliam lecturam, placuitque modus loquendi. Si verò non suscepit ab eo viuente mandatum, etiã si per viuentem facta epistola peruenisset post mortem: non dicetur mandatum, ex quo non concurrit consensus duorum: & sic non est obligatio. ff. de actio. & ob. l. 2. Putat ergo, quia voluntariè gerit, quod tenebitur directè negotiorum gestorum. opponitur de l. si quis. §. Labeo. & §. sequen ff. de reli. vbi si mandauit Titius quòd expensas funeris sui facerem, quas illo mortuo feci, competit mihi funeraria: ergo non mandati, vel negotiorum gestorum: quia illa aliam non compatitur, ut ibi. Quicquid ibi notetur, ipse dicit quòd funeraria non compatitur aliam actionem, quæ non sit vt genus ad speciem: sed actio negotiorũ gestorum est genus ad funerariam: quia competit pro qualibet gestione: sed funeraria pro gestione funeris tantùm: & sic est species generis. & sic procedit responsio. & vide quod scripsi supra. versicu. 38. in fine. 70.

b Distributor. Et supra. ver. 23. in fine.

c Quis. Et ver. seq. & supra. ver. fin. 2. ad finem.

d Quidam. Ioan. prædictus.

e Obtinuit. Incidit quæstio facti, testatòr filios habens, quorum unus laicus, alter clericus est, in suo testamento illos heredes instituit, & iussit restitui debita, & clamores, & fortisfacta emendari, legata solui, & hæc restitui, emendari & solui voluit per filios & heredes: saluo quòd filium clericum onerauit, vt omnia ex prædictis quæ fienda erant, in certo loco ipse solus faceret: ponderauit fortè pater, quòd multũ expenderat in eo quo ad studium, & promotionem, ad beneficia: conqueritur de hoc clericus, dicens quod legitima sua exinanitur ex hoc, quod si verum est, iustè conqueritur: sed hoc præcipuè respectu legatorum. Veræ enim debita & veræ emendæ clamorum & fortisfactorum, vt æs alienum, primò deducenda sunt, vt dicam infra, de testa. super rub. post princ. facta demum collatione cùm fratribus complebitur illi legitima, si verum est, illam exinanitam, quo ad suam partem per illud onus: & tunc posset euenire, quòd fratres haberent multum vltra legitimam tantùm, nec poterit de hoc conqueri: cũ etiam expressè id potuisset facere pater. extra, de testamen Raynutius. & c. Raynaldus. C. de inoffi. testa. l. quoniam. & est legitima, secundum numerum filiorum. eodem tit. auth. nouissima. Item cùm quæritur an primò venienti, prius soluendum sit: Scias quòd Iacob. de Rauen. dicit factum talem executorem deputatum, vt supra. si soluat primò venienti simpliciter, vel sine cautione: & hoc eo fortius, quando à testatore taxata fuerat certa sũma per eum, ad emendas damnorum, & solutionem debitorum soluenda: debet enim recipere cautionem de refundendo pro rata, si hereditas primo casu, uel summa taxata, secundo non sufficiat ad omnia: sicut quando dubitatur, an Falcidia locum habeat: ut patet ff. si cui plusquam per l. Falc. l. 1.

circa

circa prin. Discreti fideicommissarium vocari faciunt omnes, dicentes sibi deberi: & illos describi faciunt expressis quantitatibus, quæ debentur: postea calculant talia credita cum hæreditate vel quantitate taxata. In legatis autem non venit habenda ratio temporis: in damnis autem uel fortisfactis, vel debitis: secus si haberetur certitudo communis: tamen componunt rationem haberi pro rata.

f Laici. Expeditum est per decre. 2. de test. lib. 6. primo respon. quod possunt obtenta superiorum licentia. Ad idem cle. eo. ti. religiosi. & ibi no. super uerbo, obtenta. non sufficit hoc casu, superioris taciturnitas. Et vide quartam quæstionem super regula, is qui tacet. De fratribus minoribus tene quod dicitur in cle. de verb. sig. exivi. §. proinde. eodem. §. verum etiam. de hoc ver. & seq. dicitur in fra. ver. quid de muliere. quod consuetudo hos omnes admittit, & idem si misceantur. super quo vide quod scripsi in decre. Ioan. habes, do. ad decretalem opponitur. & uer. seq.

ADDE, de fratre minore, ultra ea, quæ habentur per Bart. in tractatu Minoricarum. Pet. de Ancha. consi. 203. vbi ponit, an loco sui possit per alium allegare, & an possit nominare pauperes institutos in testamento: & quid de muliere, de fratre minore, vide etiam Angel. consi. 61. & quilibet religiosus potest esse executor, vbi solum committitur nudum ministerium, secundum Ro. consi. 409.

g Episcopi. Non coniungitur hoc proximo dicto, sed ei quod principaliter quæritur: sed sufficit sui prælati licentia. Si tamen monasterium uacaret, iretur ad episcopum: vt ibi scripsi in prædic. decr. 2. primo respon. super verbo, superiore.

h Simplici. Non ualet si dicatur, actionem competentem executori monasterio acquiri, quod videtur placuisse Nicol. in l. nulli. per authen. causa. eod. titu. & Instit. per quas perso. nobis acquir. in prin. C. de bonis quæ liber. l. finali. §. vbi autem. per quæ iura dixit idem in seruo. Sed neutrum placet. De seruo dicam infrà uersicu. secundo. Primum etiam sic procedit: quia, vt dicit Iacob. de Aret. id verum in actione, quæ non cohæret personæ, sicut ista: cuius actio & distributio sic cohæret personæ, quòd in monasterium transire non potest: ut etiam de hærede dicetur infrà uersicu. 81. insuper ipse ait. ff. de verborum obligatio. si stipulatus fuero & de sol. si stipulatus sum mihi. ff. de conditio. & demon. qui hæredi. & de minoris. denique. §. si quid. Ad authenti. ingressi. C. de sacrosanct. ecclesi. & similes: sperondet, quòd loquuntur in his, quæ non cohærent personæ.

i Quod Dei. Licet laxiorem habeant regulam, ut ibi. tamen in substantialibus conueniunt.

K Diligenter. Congruè quæritur hic de seruo. Iac. de Are. ubi supra, hoc quærit: & quòd possit, inducit quòd sufficit illum fuisse electum à testatore: ut in l. nulli. §. & si quidem. inducit l. pecunia sortem. §. diuersa. ff. de ali. & ci. le. & indistinctè intelligenda est lex, indistinctè producta. ff. de offi. præfi. l. 3. & legatum pium non in iure, sed in facto consistit, cadit ergo in seruum. Facit ff. de cap. dimi. l. si. & quia hæc est gestio negotij: ergo sibi conuenit. ff. de procur. seruum. §. eum. & de exercito. l. 1. §. cuius. In contrarium inducitur, quod tutor, arbiter, vel arbitrator esse non potest, ergo nec executor. C. qui dare uel dari tut. pos. in seruili. ff. de arbi. Padius. de verb. sig. ista uerba. Item commissarius agit contra hæredem, non parentem testatoris: vt supra. uer. 33. & 38. & seruus in iudicio esse non potest. C. de iudi. Seruus ergo cùm dicatur, secundum Iac. fideicommissarium esse non posse, cùm ad illud officium non sit idoneus. C. de sac. sanc. ecclesi. qui sub prætextu. Facit ad prædicta regula, quod attinet. ff. de re iudic. Quærit etiam, quid cùm electus est fideicommissarius inhabilis. Dicit ipse Iac. de Aret. quòd electio eius habebitur pro nulla: sed relictum pro anima, non vitiabitur: sed sola inutilis adiectio. Sufficiat regula, utile. cùm concor. lib. 6. Et hoc cùm testator dixit, lego centum pro anima disponenda per talem. Sed si dixit, lego tali tantum, & nolo quòd illa pro anima mea distribuat. Si est capax legati, licet non sit capax officij, idem quod suprà. Si autem non est capax legati, vel illud non habuit: posset distingui, an sit pro nõ scripto, an in causam caduci. C. de cad. tol. l. una. §. 1. & § pro secundo. Sibi autem placet, quod fauore pietatis indistinctè ualeat. argu. ff. de fideicommissa. l. cùm verò. §. si pro non scripto. & disponet episcopus ad quem hoc spectat, fideicommissario cessante. extra, de testamen. c. nos quidem in auth. de ecc. tit. §. si autem.

l Sanè. Vide quod dixi de testa. Ioannes. in secunda opp.

m Frangantur. Satis miror Io. & autorem non legisse canonem, scilicet 16. q. 1. commonere. quod fuit Greg. & episcopo loquitur.

n Xxv. an. Supple maiora 16. per id quod sequitur, & habetur de procu. qui generaliter. §. fina. libro 6. De impubere autem non est dubitandum, cùm iudicium animi non habeat. Instit. quib. non est per. fac. testamen. §. præterea. de cor. vitia.

ex parte

ex parte. Et idem facit Iacob. de Aret. de furioso, surdo, uel muto, per l. ff. de arbitr. sed si seruum. §. primo. & de legi. tu. l. penulti. & ulti de tutelis, l. 1. in fi. Non obstat de spon. cùm apud. ut ibi no. in 1. gloss.

o Quidam ex quo uidimus de minore, quaeritur cùm debitor uel creditor minoris non possit esse ipsius tutor uel curator: an possit esse executor defuncti. Iacob. de Rauen. inducens authe. ut hi, qui ob. per. ba. res mi. circa princip. dicit eandem rationem esse in hoc casu. Prohibitionis enim ratio est: quia actiones uel defensiones minorū, quomodo possent hoc casu subuerti, sicut illo. de quo uide supra. de tutore. §. fin. uer. item quòd tutor uel curator. & quod ibi satis scripsi. Hoc dico, quia Iac. ipse non fatetur esse executorem datiuum: ut dixi in prin. huius. §. super uer. datiui. Et cùm secundum opinionem multorum, ut ibi plenè scripsi, non habeat illa prohibitio locum in testamentario tutore. maximè cùm testator id sciebat, secundum id fortius cessaret prohibitio in fideicommissario.

p Iure fit. Quasi innuatur de iure ipsam fideicommissariā esse non posse: & hoc not. Accur. ff. de tutel. l. antepen. Et hoc placet Iacobo de Rauen. tamen ipse Accur. no. ff. de reg. iur. l. 2. quòd procurare potest extraiudicialia. & hoc uerum, ut patet ff. de neg. gest. l. 3. §. 1. Et quòd esse possit, allegatur ff. de alimen. lega. l. à filio. in princip. & de alimen. lega. l. filio. §. mater. Et hoc tenet etiā Iacobus de Aret. cùm suo nomine, actiones exercere possit, de quo dubitatur & supra. uersi. 29. posuerat autor hunc casum ut non dubium & supra. §. proxi. ad fin. 1. col. in forma testamenti posuit uxorem commissariam.

q In fine. No. idem de test. c. 2. in fine 2. glo.

r L. adeo. & ff. de tute. l. antepen. ubi idem notat.

ſ In prin. Vide quod ibi not. ut dixit ibi Dyn. quod non transit ut officium, non transit ut oblatio.

t Nulli. Hoc dictum placet Nicol. qui allegat C. de te. cre generaliter. §. 1. ff. de reg. iur. l. priuilegia. & l. in omnibus causis. & ff. de uerb. oblig. si quis arbitratu. Refert. Iac. de Aret. hoc dictum placuisse Guid. de Suza per iura, quae probant, haeredem tutoris non esse tutorem, nec socij socium. de quibus infra. Allegat etiam ff. de hered. insti. l. 1. & de his, qui notan. infa. l. furti. §. illud planè. subdens quod pro ipso facit C. de actio. emptio. l. fina. ff. de regulis iur. in omnibus. de aqua quoti. & aesti. l. 1. §. peu ff. de excus. muuerum. l. sordidorum. Ad. l. cùm unus. & l. alimenta. responderi potest, secundum eum, distinguendo ministrum nudum, à legatario. de quibus satis dixi super uer. 16. in fine. Et subdit breuiter dici posse ibi non dici de commissario, sed de legatario. Ego dico quòd leges illae loquuntur, quando uni ex heredibus applicatū est onus praestandorum alimentorum liberis. Quid mirum si eo mortuo tenetur ipsius heres. Et quia fit mentio de herede nominato à testatore: quaerit ipse Nico. an fideicommissario ex speciali potestate nominante alium fideicommissarium, iste seruus habeat eandem potestatem, quam primus, uel quam haberet directè factus à testatore. Et tenet quòd sic. Allegat etiam authenti. de eccles. tit. §. si autem intra annum. ibi: suis haeredibus electioni commiserit. ff. de haered. instit. l. asse. de leg. 2. l. unum ex familia. in princip. & §. si de Falcidia hic est instandum. Clarè enim procedit hoc, si substituendus nominatus fuisset per testatorem: etiam si ipse testator non substituisset, sed potestatem dedisset substituendi talem. Si uerò non nominauit, uidetur quòd ualet, per l. utrū. § cùm quidam. ff. de rebus dub. & ff. de lega. 2. cùm quidam ita. & l. cùm pater. §. à filia. & §. rogo. & extra, de testamen. cùm tibi. & ad instar eius, quòd de procuratore dicitur. de procura. c. 1. lib. 6. secundo respon. Sed ibi super ultima glo. scripsi contrarium fuisset hic terminatum. Induc it disputans duas leges, scilicet tutor incertus. ff. de testamen. tut. & ultimam, in fine ff. commu. praedi. addit alias duas, C. de episco. & cler. l. nulli. post prin. ibi: is, qui specialiter designatus &c. & in authenti. de eccl. tit. §. si autem pro redemptione. ibi: & non nominatim testator dixerit per quem. &c. Itē tenuit Ray. de Foli. in sua quaest. quae incipit, lege municipali. & p duas secūdas leges, in quibus sic instatur: Speciale dicitur, quòd à uerbis generalibus est abstractū. ff. de iniur. l. item apud. §. hoc edictum. ff. si quis cau. l. sed & si quis. §. quaesitum. extra. de offic. deleg. quod translationem. etiam quòd ubi requiritur specialis commissio, non sufficit generalis. de elect. ut circa. lib. 6. & c. procur. de sent. excom. quia periculosum. ff. de procur. Pomponius. in priu. & ibi concor. eo. ti. qui ad agendum. & c. seq. lib. 6. Sed erat illud dubium quaestionis illius, cùm lege municipali laicus commissarius esse non posset, si testator duos laicos dedit ad eligendum fideicommissarium: an per illos laicos poterit fieri electio de clerico. Ad negatiuam facit decr. contingit. de arbitr. ubi laicus, qui spiritualia possidere non potest, sic nec de illis arbitrari. Item parata esset fraus contra statutum, per quam isti laici talem eligent, quòd effectiuè erunt commissarij, & his claudenda est uia: de elect. auaritia. libr. 6. Ex eo igitur quòd inordi-

inordinatè fuit actum, nil ordinabiliter agi potuit. de accu. qualiter. 1. Nec bono peraguntur exitu, qua non habent debitum principium. 1. q. 1. principatus. Facit apertius ff. de acquiren. posse. l. 1. §. caeterum. & clemen. de procurato. religiosis. Ad contrarium decret. 1. de procurat. lib. 6. 1. respon. ubi laicus procurator esse potest in causis spiritualibus. Ad idem de offic. deleg. index. lib. 6. ubi delegatus inhabilis, subdelegat. Item electio commissarius fieri potest per laicum: ergo & laico committi potest, ne requiratur in procuratore, quod non requiritur in domino: & sic facit pro §. in decret. quia propter. de electio. qui uult procuratorem ad eligendum conuenire in qualitate alijs eligentibus. & si quidem esset dubium, fauendum est ultima uoluntatis. C. de sa. san. eccle. l. 1. ff. de regulis iur. in testamentis. 13. q. 2. ultima uoluntas. extra de dona. cùm dilecti. in fi. maximè hoc casu, quo ius commune, clericos & laicos diuisim & simul mistos admittit. extra, de testamen. Ioannes. Hoc ergo tenendum, quòd ex hoc capite non uitiatur nominatio & electio fideicommissarij, cùm satisfactum sit statuto: quia electus & nominatus est clericus, & circa nominandum, prouidit statutum, non circa nominantem, & separatorum debet esse ratio & diffinitio separata. 2. q. 6. non ita. extra. de testi. cùm causa in fine. de his qua fi. à prala. cùm apostolica. C. de donatio. inter uir. & uxo. si maritus. 1. & ibi concor. in ulti. glo. ff. de mino. l. Papinianus exuli. decreta. religiosus. & §. caeterùm. non obstant: quia in furioso & religioso, inhabilitas causatur ex defectu consensus, qui sicut impedit agere, sic & committere. & congruit quòd in pra. decr. no. in fi. ulti. glo. Ad alia respondetur, quòd hic nil inordinatum: aquitas etiam assistit huic dicto, tenendo quod pradixi: quod committens habet nominare personam. Per quod patet quòd cessat fraus contra statutum, scilicet quòd committatur electio laicis, qui clericum eligant padagogum ipsorum: nam per talem expressionem, quod patet, isti sunt organum testatoris. Requirat autem Raynerium ubi supra, qui uult illam uidere subtilissimè disputatam. Vbi autem non sic intelligeretur, uidetur hoc secundum dictum contrarium primo: fateri. oportet quòd longè melius procederet opinio, que dat potestatem eligendi, non nominatum, cùm nil est in ipsius arbitrio, nisi mera executio descriptorum per testatorem, quàm quando ipsius arbitrio aliqua relinquuntur, & facit quod statim sequitur. quarit etiam Nicol. an ipse commissarius uiuens possit alium subrogare, uel per alium officium suum implere? Ad affirmatiuam allegat illud generale: quod per alium, &c. ff. de admi. tu. ita autem. §. gessisse. & cōcor. quare in regula, qui per alium. & in regula, potest quis. lib. 6. In contrarium inducit industriam persona electam. & de hoc supra. eo. uer. Soluit quòd agere, uendere, soluere, & similia, que commodè per alium fieri possunt, committere poterit: illa uerò, que in industria et motu animi consistunt, ut distribuere locis et personis, & similia, non poterit committere: cùm solus ipse commissarius habeat praeligere, suum enim, & non alterius motiuum sequi debet. Alle. no ff. de arbi. item si unus. §. fin. & uideas extra, de offi. delega. c. fi. Hoc intellige ut supra: uersi. 25. in fi. & Ia. de Ra. recitat, sed non approbat opinionem distinguentem personam, an sit episcopus uel magnus uir: & tunc liceat: aliàs non. Allegat ff de indi. si longius. in fi. ff. commo. eum qui. in fin. Facit de iudi. cap. 2. lib. 6. non potest in hoc dari certa doctrina: ego pro alijs & pro me distribui per Gradinum bone memoria, qui melius me pauperes cognoscebat satis, ultra mille quingentos florenos. non tamen committebam sibi commissariam, sed distributionem, etiam in mihi non notos. Scio quòd quamdiu uixit, multis annis non transiuit dies, quòd nō distribueret in pecunia multum uel parum per me sibi datum de meo uel alieno: et idem dico de uestibus, saltem circa natale. Adde, quòd Pau. de Cast. consil. 191. tenet quòd ille, cui commissa est electio pauperum, non potest alium eligere. An autem inhabilis possit habilem substituere, uide plenè in d. §. caeterum. in l. 1. per Alex. & quòd testamentum executoris, non transeat ad heredem, tenet Ro. consil. 68. Ang. consi. 176.

u Dixit. istu. de fideicommissarijs. & quod sequitur de herede, intelligit ipsius fideicommissarij.

x Heres. Commissarij: & sic concordat ei quod dixi post. Dy.

y L. 1. In hoc cētra: quia in legibus illis, dicitur quòd heres socij non est socius: nec heres tutoris, tutor: & tamen uterque perficit inchoata: ac si dicat, sola inchoata: & sic non omnia per quod uides quòd facit etiam pro.

z Cedente. Pralatura de concessione iuriũ, an illam facere possit, uel illam faciendo liberetur, uide supra. uer. 33. cum sua remissione.

a Expresso. Omittit tantùm casum, quando expressit utrunque: & tunc Iaco. de Are. ponderat quod pramisit, ponderauit leges. qua sequuntur: an praponatur proprium an appellatiuum: scilicet an dicatur, Titio heredi: an sic, heredi Titio: & secundum

dum id succedet, uel non. Alle. ff. de condi. & demonst. cùm ita dat. §. ex his. & de stipu. seruo. l. si communis seruus. Idem Nicola. plus tamen sibi placet, quòd cùm talia communius committantur respectu personæ, quàm officij, non uenit successio: cùm uerba secundum naturam rei, cui annectuntur, sint intelligenda. Inducit l. si uno. §. 1. ff. loca. & de fun. instru. cùm de lanionis. §. asinam. Inducit etiam quòd uerbum perpetuò, secundum diuersas materias diuersificat intellectum: & sex uarietates huius uide no. ff. pro socio. l. 1. in 1. gl. et uide 10. q. 2. perpetua etiam. in gl. prima. Adde, ut per Alexand. in l. 1. ff. de uulgari & pupillari. ubi per me in additio.

b §. 1. Continuatur hic alia quæstio Iaco. de Areti. an iste prælatus disponere possit, aliquam partem in suum monasterium uel ecclesiam: uel alius commissarius poteritne disponere quòd aliquid remaneat sibi, uel propinquo suo. Nota, quia non loquitur de soluente etiam sibiipsi. de quo scripsi supra. uersicu. 29. Quod possit, allegat ff. de lega. 1. ab omnibus. §. item iussus. de colla. bo. l. 1. §. fina. C. de sacrosanct. eccle. si qua mulier. & in authenti. de sanc. episco. §. diaconissam. Ad contrarium, C. de sacrosanct. eccl. authenti. quibuscunque. & ff. manda. si mandauero. §. is, cuius. & ff. de offic. præsi. l. 3. Cùm enim sic distribuendo, reddat se suspectum: ergo id, ex quo suspicio nascitur, non potest dici sibi permissum. ff. de falsis. l. si quis legatum. & l. uxori. & C. de excusatio. tuto. l. pietatis. Dicit distingui posse, an sit solus, an sociatus. Primo casu sibi dare non potest, nec fortè sibi ualde coniuncto. 99. distin. decenter. 10. q. 2. hic usus. in fin. ff. manda. si mandauero. §. si cuius. & dicta authenti. quibuscunque. & ff. de iurisdi. omn. iud. qui iurisdictioni. extra, de institu. c. fin. cum consor. nisi fortè ille coniunctus esset summè pauper. argumen. ff. de in diem addic. l. quòd si uno. & de arbit. quid tamen. Facit 86. distin. pasce. In secundo posset: ut præ. l. si uno. ff. quod cuiusque uni. no. & l. planè. & l. itē eorum. ff. de adop. si pater. §. qui duos. & facit quod scripsi super uer. 63. in fi. Iaco. de Ra. dicit uideri expressè prædicta prohibita. ff. de adimen. leg. l. alio. circa prin. Sed ipse dixit, executorem bona sibi commissa uendere posse, pro implenda uoluntate defuncti. Nec obstat illa, quæ ponit casum, cùm legata sunt decem pro alimentis. quæ testator uoluit esse penes Titium, donec alimentandus perueniret ad certam ætatem. lex illa dicit, quòd Titius potest agere contra hæredem, ut illa tradat. sed uendere non potest bona defuncti: quia nec est hæres. ergo lex non loquitur de commissis executori, de quibus quærebatur. Ponit ergo quòd res sit uenalis exposita pro centum, nec inuenit qui plus offerat: an executor pro illis centum illam poterit sibi retinere. Videtur quòd non, per l. ff. de contrahen. empti. si in emptione. §. fina. & l. non licet. & idem uidetur de filijs et cognatis, ut in dicta authen. quibuscunque. sed ipse Iaco. de Rauen. tenet quòd executor & quilibet administrator bona fide et palàm potest sibi emere bona, quæ administrat, si uenalia exponantur. ff. de admini. tuto. l. tutor. clam uel mala fide non potest: ut in contrarijs. Hoc maximè seruant domini Cardinales aliorum Cardinalium executores. rarissimum est, quòd aliquid ibi gratum uel expediens per illum modum sibi non emerat. Sed ultra prædicta quærit Iaco. de Aret. an commissarius disponere possit, ut pars aliqua ueniat in spurium defuncti? tenet quòd non: cùm ille nec per se, nec alio mediante capere possit. Allegat ff. de uulg. & pupil. sub. l. si pater. C. de hæred. instit. l. neque. ne ueniat ad id, quod lex noluit. ff. de trāsact. cùm hi. §. si cum lis. ff. de tut. & cur. da ab his. l. scire. Item secundum ius & non contra ius, debet uti arbitrio disponendi. ff. de ritu nupti. §. quanquam. ff. de admin. tuto. l. Lucius. Intelligo hoc dictum de quota aliqua, iure filiationis. sibi autem, ut pauperi, si non demeruit, puto quòd possit de eleemosynis dispensare. Facit extra de eo, qui duxit in ma. quam pol. per adul. cùm haberet. & quod ibi not. in fin. ulti. glo. & infra. qui fil. sint legi. uer. quod de natis. Adde, quod Pet. de Ancha. consi. 83. consuluit, cùm quædam Abbatissa esset relicta executrix, cum quibusdam alijs, et eius monasterium post mortem defuncti deuenisset ad paupertatem, & bona poterant erogari in monasterium per ipsam abbatissam. & consil. 433. commendant executores, qui in pauperes suos affines erogant. Et quòd executor possit in pauperem eligere filium spurium testatoris, tenet Bald. consi. 456. 2 lib. & quòd quilibet administrator maximè prælatus, possit emere de bonis, quæ ipse administrat: tenet Fede. consilio. 111.

c Capitulum. Ioan. prædictus formauit quæstionem 125. de archidia.

d Executione. Vt scripsi in decre. Ioannes. de testa. super uer. diocœ. etiam si dicatur. quòd non succedat in executione: tamen succedit in executorum compulsione, quæ iurisdictionis est: in qua constat quòd succedit. ibi uide.

e Herede. Non inueni: fortè est §. in huiusmodi. & bene facit.

f C. fin. Multum facit contra, ne se. ua. c. uno. lib. 6.

Potest

Potest dici quòd non transferatur, ut hic dicit: remanet tamen ut ibi.

g In fin. Cui statur, saluo quòd habetur de sup. ne. prala. si episcopus. lib. 6. Et ad id quod sequitur, facit eod. lib & titu. c. 1.

h Plures. Quid si moritur in mari? posset esse locus ei, quod no. de cleri. ubi periculùm. §. porrò lib. 6. in 1. glos. in his, quæ secum habere posset, id locum haberet: uel si esset eius domicilium uicinum in loco remoto: haberetur ratio domicilij, ubi sunt res testatis. Sufficiant no. de resti. in inte. cùm ex literis. in glo. pen. Facit de sen. excommu. c. relatum. In casu uerò decreta. ubi periculū. diffinitio illa perplexitatem tollit, & contra diutinam sedis uacationem prouidet: quorum contraria euenirent, propter distantiam in hoc casu.

i Et H. & Accur.

k Senatores. Facit supra. de tut. §. fi. uersi. sed pone quod.

l Prouinciales. illa lex, prouinciales. dicit uocari ex domicilio, non illos duntaxat, qui sunt inde originarij: sed etiam eos, qui ibi domicilium habent. & sic concord. quia in utrisque fatetur.

m In fi. Quid dixerit Ioan. prædictus sua q. 42. scilicet quod ad requisitionem episcopi pronuncian tis, an alter episcopus, sub quo sunt bona, exequatur, scripsi supra. super uer. 64. & omnino uide quod ibi dixi. ubi etiam autor huc remittit.

n Executor. Legitimus uel testamentarius. Ioan. Ad de, an tempus currat, executorib. ignorantibus, Bald. cons. 371. 1 lib. & cons. 160. 2. lib. & Ro. consi. 408. Ab. consi. 11. & consi. 20. 2. lib. Et an executor possit moram purgare? ibidem. Et an si electio pauperum est facta post annum præfixum, executio ualeat? per Petr. de Ancha. cons. 388. Et an possint legata post annum, executioni mandari, per Bal. consil. 412. 2. li. Si autem à testatore data sit potestas exequendi, quando sibi placuerit: an elapso anno episcopus possit se intromittere, si executores fuerunt negligentes, uide Bal. consil. 165. & 168. 1. lib.

o Iniuriarum. Hic omnia uide quod scripsi de test. nos quidem. in gl. quid si episcopus. Vltra hoc scias Iaco. de Ra. notasse ubi supra. ad fin. quòd expensæ moderatæ, quas executores facient pro executione, fient expensis legatariorum, uel de quantitate ad illa deputata: non expensis heredis, pro cuius utilitate non fiunt: nec suis proprijs, quando itinerando oportet illos expendere: puta eundo uel mittendo ad loca ubi sunt captiui. de quibus etiam deducetur quod domi expendissent: nisi forsan ex operauinerent: cui tunc uacare non poterunt: uel clerici essent, qui præsentes de distributionibus uixissent. Allegant ff. de ad tu. sed & si §. 1. de pe. hæred. l. sed & si. §. quod autem. Si uerò solùm pro certis legatarijs facta fuisset expensa: illis solis imputabitur: ut si pro uno solo legato non liquido, oportuit pro liquidatione facti uel iuris à longe liquidari. Facit C. de testi. quoniam. & de appellationibus. l. eos. §. 1. Item si propter id, equum uel alium apparatum emi oportuit: non manebit apud executorem: sed illi dabitur cui imputata fuit expensa argumen. prædi. §. quod autem. & ff. de condi. ob causam sed et si pecuniam. §. 1. Secundum hoc ad textum inductum per autorem responde ut supra. uer. 43. Puto tamen uerba ponderanda. Si enim testator iuberet 20. captiuos redimi: omnis expensa, de qua supra, imputaretur hæredi. Sed si leget mille pro redemptione captiuorū: de ista summa, sine alio hæredis grauamine fient expensæ necessariæ. & in his procedat dictum Iacobi: quia huic prolixo tractatui autor hanc ultimam addidit quæstionem. Superaddam aliam, quæ fuit de facto: quæ est talis: A. testator instituit heredem non necessarium fratrem consanguineum, uel extraneum: & post multa legata, & cum plena potestate executores ad illa deputat: & his uerbis est usus: Institue B. mihi heredem uniuersalem in omnibus bonis meis hac conditione, quòd non succedat, nec possideat dicta bona, nec ipsorum partem possis habere, nec recipere possessionem illorum, donec suprà dicta legata per prædictos executores meos fuerint plenè soluta. Quòd si dictus B. contra prædicta fecerit, uel possessionem ipsorum bonorum uel partis ipsorum reciperet, uel uiolentiam uel impedimētum executoribus illis inferret: priuo ipsum hæreditate prædicta: et uolo quòd per executores meos prædictos, hæreditas ipsa in pias causas expendatur: Quæritur, an heres prædictus ex sola aditione hæreditatis, incidat in pœnam? Quod uidetur: cùm successionem prohibuit ante legata soluta. Successio autem est idem quod aditio, quæ fit solo animo, tamen extrinsecus declarato. Insti. de here. quali. & diffe. §. penulti. & ulti. et ff. de acquirend. hæredi. l. pro herede. In contrarium sic dicendo, inducitur perplexitas, quæ factum reddit inutile. ff. de cond. insti. si Titius. & de lega. 1. si quis à filio. in 1. respon. In dubio autem uitanda est perplexitas. ff. de rebus dub. l. quoties. de uerb. oblig. quoties. extra. de resti spoli. literas. uersicu. porro. quæ sic declaratur: legata non debentur, nisi hæreditate adita: nec executores illa soluere possunt. nisi pōst hæreditatem aditam, in qua aditione

pendent

pendent omnia in testamento descripta. C. de fideicommiss. l. eã quam. ff. de regu. iur. si nemo. His duobus coniunctis, apparet contrarietas, per quã se mutuò impediunt ff. de testa. tut. si nemo. & C. eo. l. 1. & utrobiq; nota. nisi fortè dicatur executores exequi posse hæreditate non adita, & posse legata soluere, licet nondum efficaciter debita. Facit ff. de condi. insti. l. mulier §. si quis hæreditarium seruum. & facit quod post do. meum dixi suprà de tutore. circa prin. Consilium autem fuit in causa prædicta, quòd addito animo uoluntate declarato fieri poterat, abstinendo ab apprehensione hæreditatis, uel bonorum ipsius & hæc prædicta, ponderata uoluntate testatoris, qui uoluit prouidere ne executores impedirentur: effectus autem successionis prohibitæ, consistit in apprehensione possessionis bonorum hæreditatis. ff. de cri. expila. hæred. l. 2. & no. C. de legibus. l. non est dubium & sic successio talis non est plena: nec uiolat uoluntatem testatoris, quæ ponderanda est, plusquàm uerbi proprietas. extra. de uerb. signi. propterea. et ibi concor. Est tamen sciendum, quòd licet testator usus fuerit uerbo conditionis, non fuit propriè conditio; sed quoddam onus impositum hæredi, prohibens. s. apprehensionem hæreditatis ad certum tempus. concor. extrà, de condi. ap pe. uerum. ibi concor. & satis de hoc. Tu Iurista, qui uolenti sic testari assisteres consilio, tollas hoc dubium, faciendo exprimi quòd post aditam hæreditatem, solùm animo declarato, penitus & in totum abstineat à rerum hæreditariarum apprehensione. Et nullo modo &c. Annecte q. Pet. de Anch. in qua consuluit consil. 46. incipiente, pro clariori intelligentia. s. testator mandauit quòd hæres posset hæreditatem uerbo adire, non autem se de facto immiscere ante solutionem legatorum fiendam per eius executores: quos interim administrare uoluit. & si hæres contrà faceret, uoluit ipsum priuari hæreditate, & illam deuolui ad alium pium locum. Accidit quòd hæres à duobus debitoribus hæreditarijs, sponte soluentibus, recepit solutionem. Quærebatur an per hoc esset hæreditate priuatus. Respondit quòd non, si per illam receptionem non fuit impedita administratio executorum: per regulam generalem, cessante causa. latiùs aliquantulum ibi uide. Hanc etiam addi. Ioan. An. vide per Oldra. consil. 108. Concludat in hac parte operis quæstio mei Azonis: quæ etiam fuit pars causæ publicationis istius: ut in prin. dixi. & incipit, tempore quo non extat: quæ ponebat quòd à tempore, cuius initij uel contrarij non est memoria, legata pauperib. indeterminatè soluta sunt hospitali sancti Hieronymi. Modò ciuitas fecit statutum, quòd talia legata ciuium soluantur alteri hospitali, uel religioso collegio: quærebatur an hospitali sancti Hieronymi præiudicet hoc statutum? Ad negatiuam facit temporis diuturnitas, quæ proponitur, quæ tantæ uirtutis est, quòd releuat ab onere probandi. uti. de præscrip. c. 1. in fi. lib. 6. & antiquitas pro iure inducitur. de transla. quanto. ubi concord. Nec possunt ciues, quod non potest episcopus uel legatus. De primo, de exces. præla. ad hæc. De secundo, de confir. uti. uel inuti. c. ult. Item hospitale secundum religiosus locus pactum cum ciuib. facere nõ posset in præiudicium primi hospitalis. extra, de pact. plerique. Item non possunt ciues de talib. statuere, quæ ad iudicium ecclesiæ spectant. de test. relatum. & c. cum esses. de constit. quæ in ecclesiarum. & quæ scripsi super 1. gl. & c. ecclesia sanctæ Mariæ. de rebus eccle. non alie. cap. fina. de fo. compe c. 1. lib 6 & quod ibi no. in gloss. pe. facit quod de Imperatore dicitur suprà, eo. titu. §. nunc autem. in fi. & in cle. de re iudi. pastoralis. ad fi. Item inuito etiam testatore, legata pia per ecclesiam disponuntur. extrà de testa. tuæ. facit eo. titu. requisisti. C. de episc. & cle. nunc licet. fortius igitur inuitis ciuibus. facit 10. q. 1. sit quidam satis. facit cle. de reli. do. quia contingit. & quod ibi no. in gl. per hanc. Ad contrarium inducitur, quòd statutum ciuium respicit actus subiectorum suorum tantum, quorum personis & ipsorũ actib. bene possunt legem imponere: quæ etiam dicitur ius ciuile. facit 11. dist. catholica. ff. de iusti. & iur. ius ciuile. & l. omnes populi. inducitur l. uenditio. §. si constat. ff. communia prædi. & quod no. ff. de re. iur. neque pignus. §. priuatorum. & l. nec ex præterito. & C. de decre. decu. super rubr. libro 11. & quod scripsi post Dy. super regula, indultum. de reg. iur. lib. 6. s. legitimam filiorum posse diminui per statutum. Item constat quòd testator præiudicare potest hospitali sancti Hieronymi, iubendo illi uel alijs locis solui. Absurdum autem uidetur, ciues non posse, quod posset priuatus illius loci sub numero ciuium inclusus: cùm pars cõtineatur in toto. & minus in pluri. de reg. iur. in toto. & regula, plus semper libro sexto soluendo tenuit per prius alleg. & per decre. uestra. de loca. & condu. & quæ ibi dixi, in textu, & super glossa prima, per statutum prædictum eminum nullum præiudicium generari hospitali sancti Hieronymi.

SVMMARIVM.

De formis donationum causa mortis, & inter uiuos.

1 *Filiusfamiliàs non potest testari, sed donare: & qua forma fiet hac donatio.*

2 *Donatio causa mortis à sano per obligationem, qua forma concipi debeat.*

3 *In donatione causa mortis, quot testes sufficiant.*

4 *Codicillare volens in absentia, uel causa mortis donare, qua forma uerborum, & quomodo uti debeat.*

5 *Instrumentum donationis inter uiuos, cuius formæ esse debeat.*

6 *Donator inter uiuos, uiti debet, ne multis conditionibus seu obligationibus implicetur.*

7 *Donatio inter uiuos, an sine decreto iudicis, aut insinuatione valeat.*

a PORRO Nunc ad propositum [a] redeamus: quia quis sæpe donat causa mortis: quia cùm sit filiusfamiliàs, testari non potest: ideo donationis formam sub compendio subijciamus: quæ talis est:
b FORMA. [b] † A. filius B. eiusdem patris sup-
1 positus potestati: quia lege prohibente, etiam patris iussu testari non potest: hanc donationem causa mortis, eodem patre suo ibidem præsente, uolente, & consentiente, sanus per gratiam Iesu Christi mente, licet æger corpore, fecit & disposuit in hunc modum: In primis quidem donatione causa mortis reliquit pro anima sua tantum expendendum hoc modo, &c. & hoc exequi uoluit per talem, quem suum reliquit commissarium. Item tali legauit talem rem, & tali talem, &c. In fine autem dicens: & hæc omnia & singula, causa mortis disposuit donationis: & donationem ipsam ualere uoluit & tenere, si ipsum ex hac ægritudine mori contigerit, alioquin nequaquam. Quòd autem filiusfamiliàs patre permittente possit donare causa mortis, licet testari non possit, habetur. ff. de donatio. causa mortis. l. tam is. non tamen sine patris permissu: ut ff. de dona. filiusfamili. §. patri autem. legare tamen non potest, etiam eo permitente. ff. de lega. primo. lege secunda. nec
c testari: ut in prædicta l. tam is. [c] † Quandoque ue-
2 rò quis sanus existens per obligationem donat mortis causa: & tunc sic concipe:
FORMA. A. licet sanus corpore, sciens tamen se mortalitati subiectum, & quandoque necessariò moriturum, hanc causa mortis donationem fecit; donauit nanque mortis causa H. eius fratri ibidem præsenti tale prædium, uel centum lib. Tur. pollicitatione offerens. uel sic, solenni stipulatione promittens dicto H. eidem tradere, dare & exhibere post mortem eius donationis causa dictum prædium, siue dictam pecuniæ quantitatem: & uolens atque paciscens vt illico dicta eius morte secuta, petitio & exactio rei uel quantitatis donatæ, sibi competat pleno iure: nisi cum donationis pœnitens eam specialiter reuocauerit adhuc uiuens: uel nisi contingat ipsum donatarium eidem præmori donatori. horum enim altero contingente,
3 donatio euanescat. † Et nota quòd in donatione causa mortis sufficiunt quinque testes. C. de don. causa mortis. l. fin. Quòd si filiafa. coniugata languens, donat causa mortis, & de dando & tradendo post mortem se obligat: sic conci-
d pitur: [d]
FORMA. A. filia P. & uxor H. ægra corpore, sed sana mente: quia in sacris constituta testari non poterat, infrà scriptas donationes causa mor. imminentis, metuens mortis periculum, dicto patre suo præsente & consentiente, fecit hoc modo: In primis siquidem de dotib. & bonis & iuribus suis ad se spectantibus mortis causa donauit prædictis patre & marito præsentibus, & uice & nomine pauperum Christi recipientibus, eorum uice quos ipsi duxerint eligendos, nominandos, & numerandos, ac si ipsamet elegisset, numerasset, & expressè nominasset, decem lib. eorum arbitrio inter eos diuidendas. Item dicto H. uiro suo nomine proprio recipienti mor. causa donauit quinque lib. Item S. eius fratri præsenti decem lib. Item tali tantum. Residuum autem dotium, bonorum, & iurium suorum omnium, mortis causa donauit dicto H. uiro suo recipienti uice & nomine C. & D. filiorum eius: ita tamen quòd si quem eorum aliquando sine liberis mori contingat, eius morientis portio ad superstitem mortis causa donatione perueniat. Quòd si ambos nullis ex his uel aliquo eorum liberis superstitibus, contingat decedere: tunc ipsum residuum pro dimidia ad ipsum fratrem suum: & pro reliqua dimidia ad dictum eius uirum do-
e nationis mortis causa deueniat: [e] promittens solenni stipulatione interueniente, cuilibet prædictorum donatariorum ibidem præsentium recipienti suo nomine, pro donatione sibi facta & uice illius uel illorum, cuius, uel quorum nomine donatum est, idem dare, tradere, & exhibere quantitatem, rem, uel res donatas ipsius donantis morte secuta: uolens atque paciscens, ut quantitatem rei, uel rerum donatarum, illico post mortem eius petitio & exactio competat pleno iure: nisi uel donatarium præmori, aut eam ab hac ægritudine liberari, uel donationis pœnitere contingat. horum enim quocunque contingente, donatio reuocata sit, & penitus euanescat. uel sic secundum
f M. de Fano: [f]
FORMA. Ego Berta, quamuis sana uel infirma, causa mortis do & dono tibi tali priori uel fratri, omnia mea bona uel talem rem uel tan-

tam

tam pecuniam, ut post mortem meam, uobis il-
lico competat petitio, & sit uestrum quod dono.
quam donationem per me meosque hæredes, fir-
mam habere & tenere promitto irreuocabiliter:
nisi specialiter reuocaret nominando personam
donatarij & speciem & quantitatem donationis,
quam uoluero reuocare: & do tibi licentiam &
autoritatem me mortua intrandi possessionem,
amoto inde & eiecto quolibet possessore: & hæc
omnia promitto tibi stipulatione solenni atten-
dere & obseruare, sub pœna centum lib. per me
& hæredes meos promissa, & à te prædicto no-
mine stipulata. & pro his obseruandis & pœ-
na soluenda, tibi prædicto nomine obligo om-
nia bona. Veruntamen præmissæ formæ ma-
gis placent. Et nota. quod hæc forma utilior
est, quam testamentum uel codicilli: quia si po-
test irreuocabiliter fieri: ff. de do. causa mor.
g [g] ubi multò fortius potest sub quadam condi-
tione, irreuocabiliter firmari: quia cui licet
plus: & minus: ut suprà, §. compendiosè. uer-
siculo, sed quid si ille. non enim indiget ta-
h lis donatio insinuatione iudicis, [h] nec tradi-
tione poss. nec aditione hæreditatis, sed statim
à morte transit dominium in donatarium.
Hoc probatur in Summa Azonis in titul. de do.
i cau. mor. [i] † Si autem uelit quis in absentia co
4 dicillari, uel causa mortis donare, faciat episto-
lam per manum publicam cum subscriptione sex
testium sub hac forma:
k FORMA. [k] Religiosis uiris tali præposi-
to & capitulo: uel tali priori uel guardiano &
fratribus talis loci: salutem in domino. Noue-
ritis, &c. Ponatur forma codicilli uel dona-
tionis causa mor. prout suprà, & infrà de uerbo
ad uerbum scriptæ suprà & ualebit: ut C. de fi-
deicom. in epistola. promissio tamen pœnæ in-
ter absentes, ualere non potest: sed bonorum ob-
ligatio sic: & etiam codicilli ualent inter absen-
tes, etiam si non sit ibi forma epistolæ, sed simpli
citer codic. Donatio autem firma statim potest
hoc modo fieri:
FORMA. Ego talis pro anima mea & paren-
tum meorum, & pro remissione peccatorum
meorum, purè, liberè & irreuocabiliter inter ui-
uos do, dono & offero tibi, tali priori uel syndi-
co recipienti nomine & uice fratrum & ecclesiæ
talis, talem uineam, uel omnia bona, quæ ha-
beo & teneo, uel alij pro me: & iura & actio-
nes, quas habeo contra quascunque personas:
solo mihi usufructu, dum vixero, reseruato:
ad habendum, tenendum, & quicquid placue-
rit dictis fratribus, faciendum, cum omnibus
suis pertinentijs & iuribus: & licet per usus-
fructus retentionem intelligatur facta traditio,
nihilò minus tamen me tuo nomine pro eis ad
maiorem cautelam constituo possidere: dans ti-
bi licentiam propria autoritate intrandi, &
promittens malum dolum abesse, absfuturum-
que esse: & res prædictas habere licere, ce-
dens iura & actiones reales & personales, uti-
les & directas: & te procuratorem nomine ipso-
rum facio in rem tuam: quam donationem in
perpetuum irreuocabiliter firmam habere & te-
nere per me & meos hæredes tibi prædictis per-
sonis stipulanti promitto, sub tanta pœna in sti-
pulatione solenni promissa: pro qua pœna & o-
mnibus præmissis, tibi obligo nomine quo su-
pra, omnia bona & iura, quæ ad me possent ul-
lo tempore pertinere: qua pœna soluta uel non,
prædicta omnia rata & firma permaneant. Po-
test etiam dici: & promitto dictam donationem
non reuocare, uel in uita uel in morte, ne-
que occasione ingratitudinis, neque superue-
nientium liberorum. C. de reuo. dona. l. final.
& l. his solis. & l. si unquam. decimaseptima
quæstione ultima, quicunque. Quam quidem
donationem, si summa quingentorum aureo-
rum excederet, plurium donationum uires ob-
tinere uolo: quæ omnes intra prædictam quan-
titatem existant. Optimum tamen esset, si sin-
gulæ donatæ possessiones specificarentur: quia
tunc tot essent donationes, quot res: nec indi-
l gent insinuatione. C. de dona. sancimus. [l] ff.
de euic. quod dicitur. & l. sequen. ff. de uerbo-
rum obligatione scire. & nota. C. de sacrosan-
cta ecclesia, illud quidem. Potest etiam hoc per
epistolam fieri, ut prædixi: & ualebunt omnia,
excepta stipulatione. C. de dona. si aliquid. Vel
dic ut infrà, uersiculo proximo. Quidam au-
tem dicunt, quòd si quod donatur, ualet quin-
gentos aureos, non sufficit prædicta forma. imò
debet primò totus contractus scribi, & postea
coram iudice partibus publicari iudicis autori-
tate: & tunc in fine instrumenti ita dicetur: hæc
omnia in scriptis coram tali domino iudice suam
autoritatem præbente facta & insinuata sunt præ-
sentibus, & subscriptis in præsentia talium te-
stium. Ego A. donator omnia prædicta fieri ro-
gaui & subscripsi. & bene est quòd iudex simpli
m citer se subscribat. [m] † Et quoniam hic de forma
5 donationis causa mortis diximus: consequens est
ut instrumentum donationis inter uiuos forme-
n mus, [n] cuius forma hæc erit:
o FORMA. [o] Titius dedit, tradidit & donauit
purè, liberè, simpliciter, inter uiuos, ac irreuo-
cabiliter, perpetuò, proprio iure P. pro se suis-
que hæredibus recipienti domum talem in tali
loco sitam: cuius confines sunt tales, ad haben-
dum, tenendum, & possidendum, & quicquid
sibi, & suis hæredibus deinceps placuerit, perpe
tuò faciendum, cum omnibus & singulis, quæ
intra prædictos confines, uel alios, si qui forent,
continentur, accessibus & egressibus, usque ad
uiam publicam, & cum omnibus & singulis, quæ
habet supra se, uel infra, seu intra se & extra, o-
mnique iure & actione, usu seu requisitione, si-
bi ex ea, uel pro ea re, aut ipsi rei modo aliquo
pertinente. quam rem idem T. se dicti P. preca-
rio nomine constituit possidere, donec ipsius rei
possess. acceperit corporalem: quam quidem ac-
cipiendi, autoritate sua & retinendi dein-
ceps, ei omnimodam & liberam licentiam de-
dit: promittens pro se suisque hæredibus di-
cto P. pro se suisque hæredibus stipulanti præ-
missam donationem, & omnia & singula su-
prà scripta perpetuò rata, grata & firma habe-
re, tenere, & non contra facere, uel uenire, per

ste, uel per filium, aliqua causa uel ingenio, de iure, uel de facto: nec ipsam donationem ingratitudine, uel causa aliqua reuocare, sub pœna centum lib. Tur stipulatione promissæ ac refectione damnorum & expensarum litis & extra, & obligatione omnium bonorum suorum: qua pœna soluta uel non, prædicta omnia & singula firma perdu-
p rent. p Et hæc forma probatur Institu. de do. & ff. eod. l. prima. in princip. & C. eod. per totum, extrà, eod. cap. fin. & C. de reuocan. dona. l. fin. Vel dic ut suprà, uersicul. donatio. Instrumentum uerò cessionis, ex causa donationis factæ, uide suprà de ac. ces. §. secundo. uersicu. si uerò. Item instrumentum donationis in solutum, uide infrà in tracta. liber. de solu. §. primo. uersicu-
q lo, sed & si res. q Item formam donationis, quam facit de omnibus bonis suis is qui monasterium ingreditur, uide infrà de regula. & trans. ad
6 reli. uersic. hic quoque. † Et nota, r quòd si do-
r nator se obligat ad defensionem rei donatæ, illud etiam scribendum est: donatores tamen nolunt se multis conditionibus seu obligationib. implicari: imò ualde decet donatarium ad hoc niti.
7 † Item nota. quòd donationes ultra summam quingentorum aureorum, fieri debent cum insinuatione, id est, cum decreto iudicis: alias non ualent: ut C. de donatio. si quis argentum. nisi fiāt
s ad pios usus: ut C. de sacrosan. eccle. illud. s in au-
t then. de non alienan. aut per. §. si minus. t

ADDITIO.

a *Propositum. quod expressit suprà. §. postremo. Hostien. in Summa fecit de hac rubricellam super rub. de dona.*

b FORMA. *Rolan. parte 8. ad fin. dubitatur an fuerit simpliciter donatio, an causa mortis: uide ff. de de. prale. l. Seia. & de dona. causa mortis. l. Seia.*

c *Tam is. Incidit quæstio Pyl. 84. an pater reuocare possit, an reuocatio spectet ad filium? Tenet quòd ad filium. Item Accur. in l. 4. C. eod. tit. tenet quòd morte filij, non morte patris confirmatur. ibi uide plenius per Cyn. qui ponit distinctionem Dyn. an donet filius consensu patris rem patris, an propriam.*

ADDE *ut pulchrè per Petr. de Anchar. consil. 75.*

d *Concipitur. Pet. de Ceruotis quæstio. quæ incipit filiofam. maiore 25. ampliat hunc casum loquens de maiore dotata, quæ simpliciter, uel causa mortis donat fratri existenti in eadem potestate: de dote quæritur an ualeat donatio: & maximè ut ususfructus quæratur patri. Quæstionis solutionem, quæ multum prolixa est, intimabo. sed præmitte quòd gloss. ff. de auto. tut. quæ infrà allegatur, uult quod teneat donatio quo ad proprietatem, sed non quo ad usumfructum. Distinguit enim Petrus, an dos fuerit aduentitia: & tunc valet donatio causa mortis: & quæritur fratri, cui facta est: & patri debebitur usufructus: quia donatio & alienatio de aduentitijs facta consensu patris, ualet. C. de bo. quæ lib. l. fin. §. filius. & ibi not. ff. de don. l. filiusfa. & de do. causa mor. l. tam is. §. fin. Causa mortis dixi, quia facta inter uiuos constante matrimonio, etiam de patris consensu, non ualeret donatio dotis. C. de iure dot. l. si prædium. ubi de hoc. Sed si donaret spem futuræ actionis de patris consensu, tunc tenet: ut d. l. tam is. & C. de do. spem. & si fiat fratri, de quo thema loquitur, patri quæritur usufructus: nec dicitur pater autorizare in rem suam. argum. ff. de auto. tut. l. 1. in prin. & l. quod dicimus. Dixi de donatione facta constante matrimonio: quia illo soluto, ualeret donatio etiam dotis, nedum actionis, si ad mulierem debebat dos redire. Si uerò dos fuit profectitia id est profecta de bonis patris, uel alterius contemplatione patris. ff. de iure do. l. profectitia. tunc si constante matrimonio donet inter uiuos, uel simpliciter: quia tunc inter uiuos, etiam si sit infirma. ff. de do. cau. mor. l. ante pe. §. fi. & si fiat de patris consensu, non ualeret: tum quia constante matrimonio id non licet: ut præ. l. si prædium. tum quia quæreretur patri, ex quo ex re patris quæritur filio. Insti. per quas perso. nobis acqui. §. 1. Si uerò filia donauit de dote, causa mortis uel simpliciter spe futuræ actionis, de consensu patris: tunc si dos uel actio est peruentura ad ipsum, ualet donatio secuta morte filiæ, quā do mortis causa donauerat: uel simpliciter donauit spem actionis: sed effectum habebit utroque casu: cum actio transibit ad ipsam, quòd erit ipsa instituta uel exhæredata. C. de rei uxo. act. l. una. §. uideamus. & §. & hoc. & omne pactum ipsius filiæ ualet eo casu. ff. de pac. do. l. cum dos. & his casib. quæritur patri usufructus: ut suprà. Si autem dos uel actio peruentura esset ad patrem, quod est filia præmoriente: ut præ. l. cum dos. in fi. & C. so. ma. quemad. dos. l. dos à patre. tunc non ualet: cum pater donasse filio uideatur. ff. de do. in donationibus. §. pe. & cum sibi quæritur ex re sua. C. de bo. quæ lib. cum oportet. Insti. per quas perso. §. 1. Sed dicis forte illam postea confirmari morte patris, sicut si ipse pater donasset. C. de do. inter uirum & uxo. l. donationes. & sic secundum eum, erit in pendenti donatio talis facta de dote cau. mortis, uel simpliciter de spe futuræ actionis: sicut alleg. ff. de usuf. sed*

& si

& si quis.§.interdum.cum similibus. Subdit autẽ quòd ex omnibus causis prædictis, uno casu requiritur mors patris & filia, uel filij donantis, scilicet quando dos fuit profectitia, & ad patrem peruentura: quod est præmoriente filia. Satis placet hæc distinctio. Audiui in quadam quæstione facti dominum meum defendere donationem, de qua quæritur, dicens hanc patris promissionem operari quo ad hunc actum id, quod quo ad omnes operatur emancipatio. C. ad Mace. si permittente. & ff. de do. causa mor. l. tam is. Sed constat emancipatum id posse: ergo, &c. Inducebat etiam l. ff. de pecu. sed si damnum. §. 1. per quem patet patrem uel dominum concedendo peculium filio uel seruo concessisse uideri potestatem contrahendæ obligationis: etiam cum his, qui in ipsius sunt potestate. Ad idem insti. quod cum eo. §. cum aut. Patria igitur potestas non habet impedire donationem: cum à uoluntate donantis, non à uoluntate permittentis processerit donatio. facit l. de eo. in fin. ff. ad l. Corn. de fal. & de condi. & demonst. l. conditionibus. Subdebat etiã per l. fistulas. §. 1. ff. de contrahen. emp. quòd in profectitia dote ad patrẽ reuersura, per l. ff. sol. ma. l. dos à patre. etiam si consentiret actui. per quẽ perueniret ad ipsum, uideretur tenere consensus: fortius in casu quæstionis. & licet glo. quã in prin. allegaui, dicat donationem, de qua quæritur, non tenere, quo ad usumfructum: dicebat sic de feudo contrarium: ex quo tenet quo ad proprietatẽ, si non potest ususfructus quæri patri, quæratur filio proprietario: sicut quod per seruum uni ex dominis quæri non potest: alteri insolidum quæritur. ff. de stipula. seruo. l. proinde. §. fina. cum l. sequen. Item liber homo bona fide possessus, id quod sic possidenti non potest acquirere, quærit sibi. ff. de acquirendo re. do. liber homo. §. fina. sic etiam cum seruus stipulatur actum, cuius executio ad dominum pertinere non potest, sibi id competit. Insti. de stipu. seruorum. §. sed cum factũ. Pro principali dicto expresse facit glo. Accur. in authen. idem est in his. C. de bon. quæ liberis. ubi dicit filio quæri usumfructum sibi legatum: & non patri: quia seruitus esse non potest. ff. de usufru. lega. l. 1. Et secundum hoc non autorizat sibi pater. Item diuersa sunt autorizare & permittere uel consentire. Vide quod scripsi extra. de eccle. ædi. ad audientiam 2. super 1. glo. Item scias quod sicut pater filio uel filiæ in potestate constitutis, donare non potest. ita nec illorũ coniugi, genero, uel nurui. ff. de donatio. inter ui. & uxo. l. tertia. §. quæ in eiusdem. ubi etiam not. & patet eodẽ tit. l. cum hic status. §. oratio. nõ obtinuit prædicta. l. 3. §. socrus. & C. eodem tit. si te in uacuam. in quib. socrus donat genero, uel nurui: quia deficit probationis ratio: cum fœmina filios in potestate non habeant. Insti. de adop. §. fœmina. & ibi concor. propter quod nedum nurui uel genero: sed etiã filio uel filiæ donare posset mater. C. de dona. inter ui. & uxo. l. si constante. non sic si uiueret maritus, habens illos in potestate: ut ibi not. Quod autem de potestate dicitur, semper tenẽdum est, nisi exempti appareant: incumbit ergo illis probatio. Facit Instit. de senatusc. Tertul. §. 1. & quod ibi not.

ADDE quòd pater possit consentire filiæ donanti dotem fratri in eadem potestate, Oldr. cuius prædicta sunt uerba consi. 26. incipiente, pater consensit filio. Abb. consi. 41. 2. lib. Quòd autem filius possit donare ipsi patri, ipso autorante, uel potius consentiente, tenet Bald. consi. 59. 2. lib. Ang. consi. 143. Ro. consi. 345. An autem ualeat donatio facta inter uirum & uxorem, quando pater alterius se obligaret pro prædictis, uide Bal. consi. 29. 3. lib. Et an ualeat donatio facta per filium socero patris sui, de re in qua pater habebat usumfructum ipso consentiente, Pet. de Ancha. consi. 105.

e Deueniat. Bene enim donans causa mortis donatario substituit. C. eo. l. 1. Quæ autem actio competat substituto, ibi no. & plenius per Cyn. quæstio. 1. Et an requiratur stipulatio substituti, ibi uide in 3. q. ubi tres opiniones inuenies, scilicet Dy. domini mei, & Pet. de Bel. in quibusdam tamen scriptis aliter habeo opi. Azo. & Odof. quàm ibi dicatur.

ADDE ad principium huius tit. dum dicit, pauperes eligendos, &c. an executor, cui datur commoditas pauperes eligendi, possit eligere filium proprium tanquam pauperem: & si elegerit, an causa pietatis, an uero filiationis elegisse uideatur. uide Bal. in l. tutor. §. quæ tutoris. ff. de excu. tute.

f M. de Fano. ibar. 3. ubi de his. & autor hic immiscuit glo. cum tex.

g Causa mor. Lex illa dicit contrarium scilicet quòd ubi mortis causa donatur, ita quòd nulla de causa reuocari possit, intelligitur donatio inter uiuos: & ideo non cadit in coniuges.

ADDE omnino ut per Alex. in l. quæ dotis. ff. solu. mat. & per me in addi. ad Bar. ibi.

h Iudicis. C. eo. tit. l. fina.

i Causa mor. Et ibi in fi. no. differentias inter hanc donationem & legatum. & Accur. Insti. de dona. post princip. dicit tex. quod fere per omnia connumerantur legatis per Hostien. ubi supra §. 1. in fin. & per Cyn. plene in l. fi. C. eo. tit. scilicet

 de dona.

de dona. cau. mor.

x Forma. Iure ueteri, etiam donatio causa mortis re quirebat stipulationem. ff. eod. l. mortis causa, & sic necessaria erat praesentia. ff. de uerbo. ob. l. 1. in prin. Sed iure Codicis, non est necessaria: & sic per epistolam donationes, etiam inter ui-uos, expediri possunt. C. de do. si quis argen-tum. §. penult. & ult. intermedio nuncio uel e-pistola, ut hic.

l Sancimus. Per illam legem communiter tenetur contrarium: cum illa requirat diuersis tempori-bus illas fieri, ut censeantur diuersa. §. si quis au tem per diuersa tempora. quod ibi placuit Iaco. de Are. dicenti quòd cum plura exigantur, uno deficiente, totum deficit. ff. de diuor. l. fin. de iti. actuque priua. l. 3. §. deinde. Bene facit ff de nau. foen. l. nihil. §. quod in singulos. & ideo Si. Vincen. & Gui. de Suza. in l. sancimus. ibi idem ponit Cy. hoc uide infra, de donatio. §. primo. uersi. quid si aliquis dat. & uide quod super eo dixi de diuer-sis donationibus factis in fraudem legis. & quid si una facta pluribus accedit.

ADDE Oldra. consi. 254. Roma. pulchre consilio 305. Bald. consi. 50. & 408. 2. lib.

m Subscribat. Haec subscriptio donantis & iudicis non est in usu de forma etiam insinuationis, do-ctores uarie loquuntur. Quidam enim sunt di-centes quòd insinuatio est praeexistentis donationis in scripturam redacta, apud competentem iudi-cem facta publicatio: & eius autoritate in publi-ca monimenta uel acta facta redactio, ut perpe-tuo & facilior sit ueritatis probatio. & hoc uo-luit autor in praecedentibus uerbis dicere. Et pro his facit C. de dona. in hac. in authen. ut frã. filij. §. illud. colla. 9. & ea colum. ut nulli. iu-di. §. & hoc peruenit. & de defen. ciui. §. non habente. col. 3. Et dicunt isti non esse nouum quòd actus per unum celebratus pro sui ultima perfectio ne apud alium duplicetur. C. de adop. l. 2. & tit. seq. de eman. li. l. iubemus. arg. C. de his, qui ue. ata. impe. l. 2. Patet hoc idem in memorialibus ciuitatis Bononiae, apud qua contractus factus re-petitur: aliàs certam summam excedens, non ua leret: sed alij non quaerunt hanc duplicationem: secundum quos pro solenni insinuatione sufficit quòd de donatione facta sit scriptura apud compe tentem iudicem publicata: ut notat Azo in Sum-ma de dona. §. licet autem. Gof. in Sum. eo. tit. §. item requirit. & Host. in Sum. §. quae donatio. Pro hoc facit C. de dona. l. in donationibus. & quod no. in cle. de sum. tri. in 3. glo. & hoc apud nos serua-tur: quia unico contractu fit donatio, coram iu-

dice autorizante, & dicitur insinuata. Sed pri-mi dicunt quòd hoc resistit causis, propter quas in-sinuatio fuit inuenta: quas dicunt has: ut inter donationem & insinuationem, possit donans de-liberare, an sibi expediat per insinuationem con-firmare donationem. Bene facit in authen. de ap-pel. & intra quae tempora. ultra prin. uer. ut li-ceat. & quod ibi not. col. 3. & ut iteratio actus ostendat mentis perdurationem. facit C. de plus peti. l. una. & extra eod tit. c. unico. & ut tolla-tur deceptionis suspicio. C. ad Velle. l. si mulier. 2. & occurritur falsis probationibus C. de do. l. data. Sed secundo ad primas duas rationes respondere possunt, illas procedere, si inter illa duo necessa-rium esset certi temporis interuallum: quod non est. & sic in instanti illa duo diuisim fieri possent, & sic cessant causa. Ad tertiam & quartam non expedit respondere, quae concurrunt, etiam si unicus actus fuit. Sed quia dictum est quòd co-ram competenti iudice fieri debet insinuatio: quae ritur quis erit iudex competens, an personarum, an rerum donatarum, an neuter sponte aditus? De primis non dubitatur, sed sic de ultimo. Et, ut me expediam, eo casu sequerer opinionem pri-morum, ut primo fieret contractus, si ille iudex sit competens, adeatur pro insinuatione fienda. Facit ff. de iudi. haeres absens. §. 1. de foro compe. c. si. & c. Romana. §. contrahentes. lib. 6. Et quòd non sit necessarius iudex rerum, patet C. de do. l. data. in fin. & l. in hac. in princip. Ad idem C. de contrahend. empt. l. 1. Faciunt aduocati in his, & similibus, confici instrumenta de domici-lio ibi electo uel de iurisdictionis prorogatione. Prima placet. Viso de iudice, quaero de tempore, an scilicet die feriato ob honorem Dei fieri possit insinuatio. Tenetur quòd sic, cum hoc non requi-rat causae cognitionem, & sit iurisdictionis uo-luntariae. C. de ferijs. l. actus. & faciunt not. supra de ferijs. §. 2. uer. porrò. & per Hostien. in Summa de ferijs. §. 3. uersi. sed quae pertinent. Facit ff. quis ordo in bo. po. ser. l. 2. §. dies. seruatur etiam quòd saepe in loco priuato fiunt tales insinuationes iudi-ci, propter aetatem uel sexum declinantem ad lo-cum talem. Facit ff. de interro. ac. l. uenit prae-tor. in fin. & ut ibi nota. non obstat ff. de iusti. & iure. l. penult. insi. quae loquitur in illo actu, quo requiritur plena causae cognitio: quo casu se-dere debet, ubi ius reddere consueuit, ut ibi. Ultimo sciendum id, quod de insinuatione dici-tur, habere casus exceptos, quos uide per Host. in pra. §. quae donatio. in Sum. de donat. inter quot est donatio, quae fit per principem, etiam

priuato

privata persona : uel principi per priuatum: ut C. eo. sancimus. & authen. ibi posita. Illa enim non subijciuntur legibus: nec quantum ad insinuationem, ut ibi: nec quantum ad personarum capacitatem. C. de dona. inter uirū & uxorem. l. penult. Multis autē uidetur, quòd cū hodie reges in regnis suis de facto uicem Imperatoris obtineant: idem sit in illis dicendum: & eo amplius in his, qui nō cognoscunt Imperium. uide quod scripsi de uerbo. signif. super quibusdam. super uer. regnum. & extra de re iudi. cum te. in gle. magna, uer. sed nunquid reges.

ADDE quid sit insinuatio. Pau. de Cast. consi. 309. Oldr. cuius prædicta sunt uerba, consi. 253. licet Io. An. discrepet ab eius opi. apud quem iudicem debet fieri insinuatio. & opi. Ioan. And. sequitur Imo. in l. Modestinus. ff. de dona. & ibi uide Bart. Insinuatio autem potest fieri ex interuallo, secundum Rom. consi. 215. & Ang. consi. 179. Et quòd donatio facta in præsentia principis, sicut princeps, non egeat insinuatione, tenet Bald. consi. 203. 1. lib. Et quòd donatio regum non subiaceat insinuationi, posuit Oldr. consi. 221.

n Formemus. Tale fuit supra proxi. sed ibi non dabatur usufructus. not. autem Accur. C. de dona. causa mor. l. fi. quod in dubio præsumitur donatio inter uiuos. quod intellexit Pyl. q. 123. etiam si dicat, pro remedio animæ in donatione. uide Host. ubi supra §. 1. uersi. 1.

o FORMA. Rolan. parte 1. circa medium.

p Perdurent. Hucusque Roland.

q Si res. Bene est primus §. in tractatu de solutionibus: sed respectu rubricæ est secundus.

r Et not. secundum Roland.

f Illud. Lex illa uult contrarium: & uide quod ibi not. Pyl. q. 123. tenet donationem factam ecclesiæ uel religioso loco sine insinuatione tenere: licet excedat. Et rationem sumit ex §. statim alleg. nam si differunt imperium, & sacerdotium: & imperio sine insinuatione donatur, ut ibi: & in authen. pig. ne fi. §. 1. & quæ paria sunt, paria iura desiderant. C. de castr. pecu. l. fin. ff. de pecu. in bona fidei. & l. quoties. §. fi. ergo idē in sacerdotio. ADDE Paulum de Cast. consi. 32. & 103. idem tenentem.

t Minus. De præ. l. si quis. & l. sancimus. dubitatur an scilicet his legib. quæ insinuationem præcipiūt, renunciare possit donans. Guido de Suzar. in l. penult. C. de dona. & in l. illud. C. de sac. san. eccle. tenet quòd sic, dummodo exprimantur leges hoc prohibentes: cum legum austeritas pactis litigantium mitigetur. C. de temp. ap. l. ult. in fin. ff. de adi. edic. quæritur. §. si. uenditor. Facit C. pact. si quis in constituendos. ff. de pact. l. pacisci. & quod not. ff. de dona. l. fideiussori. Simon Vinceu. in l. sancimus. C. de dona. & Cy. eo. tit. l. penult. in fi. tenet contrarium quod mihi placet: cum legi prohibenti renunciari non possit: ut in re dotali, & minoris, & donatione inter coniuges uel similibus: ne prohibitum una uia, concedatur alia de regu. iur. cum quid una. lib. 6. Item ius illud est publicum utilitate, ne per metum uel fraudem donantes, grauiter lædantur: quæ duo coram iudice cessare præsumuntur. C. de his, qui per me. iudi. l. 1. ff. quod me. causa. l. fi. & Reipublicæ expedit, ne quis re sua male utatur. Instit. de his, qui sui uel alie. iur. sunt. §. sed hoc. Maxime quia donare, est perdere. ff. de dona. l. filiusfami. Hanc partem tenuit Iacob. de Bel. in sua q. 5. extra lecturas, qua tractat de donatione facta nepoti per auiam. Inducit quòd insinuatio respicit etiā fauorem donatarij in authen. ut fratrum filij. §. illud. C. de dona. l. dona. & l. data. in fi. tamen fatetur quòd ēt concurrens renunciatio non teneret. Sed quid si renuncians iurauit non contrauenire, & de omissione insinuationis non opponere: & secundum opi. Guid. de qua supra non est quæstio: cum per eam teneat renunciatio sine iuramento. Procedit ergo quæstio secundum contraria, de qua dixi: & quod cum iuramento teneat, facit authen. sacramenta. C. si aduer. uen. & quod ibi not. in 3. glo. & decre. cum contingat. de iureiur. & eod. tit. quemadmodum. in fin. & c. licet, lib. 6. & c. 1. de pact. quamuis. Ad idem facit, quia donatio sine insinuatione non est penitus inimica iuris quod patet: quia tenet infra legitimam summam: ut in l. sancimus. C. de do. Ad contrarium facit, quod not. in eadem authen. sacramenta. coll. 10. in 3. glo. in prin. Item cum donare sit perdere, ut supra dixi: patens est læsio. Sed huic respondebitur per regulam, scienti. cum concor. lib. 6. per quod ubi præstitum sit, non dolo, ui, uel metu, uidetur seruandum per prima iura. Hoc autem certum est quòd renunciatio quæ fieret de l. si unquam. C. de reuo. don. etiam cum iuramento non teneret. Ratio, quia non est lex illa in fauorem inducta donantis & renunciantis, sed in fauorem filiorum. C. ut in pos. leg. l. 2. & penult & quod ibi no. & ff. ad l. Fal. quod de bonis. insi. Sed quid si debebas mihi mille aureos, quos tibi sine insinuatione remisi, faciendo pactum de non petende? Videtur quòd non ualeat, cum sit donatio, pactum remittere, ut probat lex prima ff.

 de transact.

de transact. uel saltem donationi similis. & sic idem debet esse iudicium. ff. de legi. non possunt. Ad contrarium: quia sue rei quisque est moderator & arbiter, nisi in quantum prohibitus reperitur. C. mand. in re mandata. C. de Iudais. nemo est eius. de contrahen. emp. licet dudum. Albe. Pap. in pra. leg. 1. dicit multum referre inter directum & obliquum. Allegat ff. de nego. gest. soluendo. de sol. l. solutionem. pro ignorante. propter quod tenet tale pactum ualere. Allegat. etiam C. de appel. l. fina. ff. de auto. tu. l. 1. §. 1. & de lib. leg. l. si quis duos. Bene facit extra, de his que fiunt à prala. cum apostolica. ad fin. Fuit etiã alia quastio de facto: Due fratres habentes bona paterna, & acquisita, contractum talem inter se fecerunt: quia eorum quisque donauit alteri omnia bona paterna: ut superuiuens uel eius liberi, haberent omnia illa bona decedentis sine liberis: mortuo uno sine liberis, & sic existente conditione, opponebatur superstiti contractum illum fuisse donationis, & sic non ualuisse: quia non fuerat eius facta insinuatio: cum bona illa paterna excederent quantitatem insinuatione taxatam. ad quod allegabatur, etiam ipsos fratres uerbo donationis usos fuisse in contractu: ergo sic sensisse uidentur. ff. de supel. leg. l. Labeo. Pro hac parte inducebatur l. donari. ff. de regu. iur. ubi dicitur illud donari, quod nullo iure cogente conceditur. & hoc fuit tale: ergo, &c. Contrarium fuit iudicatum per l. licet. C. de pactis. & quod ibi not. & per l. 1. ff. de dona. Cum enim hoc quisque fratrum commodum consequi posset, & ad hoc tenebatur: ergo non est donatio, sed est promißio quadam ex honesta causa facta, ne patrimonium transiret in extraneos: ut in pra. l. 1. Sicut nec dicitur, quod remunerationis causa datur cod. tit. l. Aquilius. Nec uidetur ex testamento capere is, qui tantum erogatus est, quantum recepit. ff. de leg. 1. l. ciuitatibus. §. fin. Pone casum: Cum testator fundum ualentem centum mihi legauit, si tantum dedero. Non obstat quod de donatione illorum fratrum dictum fuit, scilicet quòd donabant: quia ueritatem, qua naturaliter inest rei nominatio non immutat: etiam si Papalis sit. Patet in cle. de senten. excom. cap. ult. 2. respon. ubi concor. Patet id ff. de castren. pecu. si forte. cum concor. ff. loca. si uno aliàs si insulam. in prin. & de rescrip. uer. si insulam. & uide quod not. extra, de uer. sig. propterea. Ad l. donari. respondetur quòd non intendit omne id donatum intelligi, quod ius dare non cogit: quia secundum id sequeretur quòd oẽs cõtractus, qui sunt uoluntarij, essent donationes. Facit C. de in. deli. nec temere. C. de act. & oblig. l. licet. Intelligenda est igitur regula priuatiue: ut id non sit donatio, ad quod cogit necessitas ff. de adimen. leg. l. rem legatam. in si & de lega. 2. unum ex familia. §. 1. Vltimo nota quòd autor hic & bis supra in forma declarat quomodo intelligit solidum, de quo loquitur infra de dona. uer. quid si aliquis. & de quo in legibus, si quis argentum. & sancimus. superius alleg. c. pro aureo. concor. Accur. C. de ser. fugi. l. quotiescunque in glo. 2. quorũ 77. faciunt libram auri. C. de suscep. & arca. l. quoties. lib. 10. unde Vber. de Bo. in l. sancimus. reprehendit illos, qui recipiunt soldũ prout recipitur in commune pro 12. denarijs. pro quibus facit Lombar. l. 2. de quantitate solidorũ. per totum. & quod no. B. de Iuda. c. si. in 3. glo. secundũ quod usque ad 25. lib. moneta localis poterit donatio fieri sine insinuatione: & ultra non. Et hoc etiã secutus fuit iudex Montispulzani in Tuscia, qui donationem factã ad trecentas libras, reuocauit in quantũ excedebat 25. lib. quem reprehendit Ros. dicens. istũ non Iuristã, licet de brodio iuris gustasset. Hoc aũt no. in libel. si quis ius dic. non obtemp. uer. sed illud quaritur. Cy. bis alle. Ros. sed non ibi ideo apposui. concordat quod scripsi & probaui post Vin. & Gof. super ipsa 3. glo. decre. ult. de Iuda. quod omnino uideas. Parum tamen est utilis in Italia taxatio legis. & ideo per statuta ciuitatũ prouisum est, longe minores quãtitatis. unde in ciuitate Bononia ultra quinquaginta lib. Bononien. qua ualent parũ ultra 35. florenos, & quandoque minus, requiritur insinuatio.

ADDE, *quod Oldra. consi. 173. incip. quis here. tenet insinuationi renunciari non posse. nec l. si unquam. C. de reuo. dona. de quo etiam* Roma. *consilio 269. dicit cum iuramento non posset renunciari. Baldus etiam consilio 341. 2. libro tenet illam reuocari, licet sit facta ecclesia pure, quia nunquam monasterium habetur loco filij. nisi illud ille sit ingressus. Et quòd insinuationi non poßit renunciari, tenet Baldus consilio 97. tertio libro. & quod etiam cum iuramento non poßit renunciari, tenet Bald. consilio 99. tertio libro. Ang. consilio 94. Pau. de Cast. consi. 100. & 105. Abbas uero consi. 10. tenet contrarium. & Fede consi. 291. An autem pactum liberatorium de non petendo, egeat insinuatione, Ange. consilio 77. tenet quod sic. & Baldus consilio 478. quarto libro. Et quòd donatio uicißim facta, non egeat insinuatione, tenet Oldr. consilio 139.*

Ange.

Angel. consil. 149. Roma. consi. 36. ubi pulchrè, etiam si non sint coniuncti. Tenet etiam ibi quòd non sit reuocata per superuenientiam filiorum.

SVMMARIVM.

1 *Hæres non instituitur in codicillo.*
2 *Codicillus factus ab illo, qui facere non potest, an sit ualidus.*
3 *Codicillus an possit fieri, nullo facto testamento, aut post factum testamentum.*
4 *Codicillus ante conditum testamentum, uel nullo condito, qua forma fieri debeat.*
5 *Codicillus an per alium codicillum uel testamentum rumpatur.*
6 *Codicillus post testamentum faciendus, qua forma fieri debeat.*
7 *In testamento facto post codicillum, debet fieri mentio de codicillo præcedenti.*

VISO De impugnatione testamenti: aliqua etiam de codicillo dicamus. Et licet supra. §. compendiosè. in plerisque locis de hoc diximus, aliqua tamen specialiter hic tangamus. Potest autem fieri & nuncupatiuè, & in scriptis, prout de testamento scriptum est supra. §. ut autem. a † Opponitur ergo
a
1 contra codicillum quòd in eo euacuatur taliter testamentum, quod esse non potest, quando hæres institutus in testamento semper remaneat. In codicillo enim non instituitur hæres. Instit. de hære. insti. in princip. quia in eo hæreditas nec datur, nec adimitur, nec confirmatur, nec aliquis exhæredatur, nec substituitur. C. de codicil. l. 2. Institu. eo. §. de codicil. & §. directo. ff. de iure codicil. l. 2. §. fina. Si tamen testator dixerit unum ex hæredibus non mereri uoluntatem suam: aufertur ei hæreditas, ut ab indigno. C. de his, qui. ut indig. hæ. aufe. hæredi as. Sed & priuilegio militari potest in codicillo hæres institui. ff. de testamen.
2 mili. in codicil. † Item opponitur quòd est factus ab eo, qui facere non potest: puta à furioso, C. de codicil. l. 2. §. furiosus. Et breuiter qui potest uel non potest testari, potest uel non potest codicillari. ff. de iur. codic. l. diuus. §. pen. quod dic ut supra. §. compendiosè. uersicu. primò ergo. Differunt tamen in hoc testamentum & codicillus. Nam libertas relicta filiofamil. in codicil. ualet, si in eo manumissus obierit: secus si
b in testamento. ff. de leg. 3. l. prima. §. si filiusfam. b Item in alio quia potest quis plures codicillos facere: nec est sibi necessaria subscriptio sed non plura testamenta: ut in §. compendiosè. uersicu.
c cæterum. c † Hoc tamen scias quòd potest fieri co
3 dicillus, nullo facto tamento, & etiam post factum testamentum: licet Papa dixerit factum ante testamentum non ualere, nisi in testamento confirmetur. ff. de iure codici. si quis eum. l. ante tabulas.
d & Institu. de testa. Io. tamen de Deo dicit d opinionem Papæ ualere secundum canones: secundû quos ultimum testamentum tollit alias præcedentes uoluntates. Sed hoc dictum ratione caret. Vnde dic ut in præ. §. cæterum. & seq. Item de clausula illa, quòd si non ualet iure testamenti, &c. dixi supra. §. compendiosè. uersicu. item vide. Item in codicillo quinque testes sufficiunt, non roga-
4 ti: ut in eo. §. uersicu. 3. † Si igitur codicillus fit ante conditum testamentum, uel nullo condito, ut ff. de codi. l. 3. in prin. Insti. eod. §. non tantum.
e eius forma erit hæc. e

FORMA. T. per Dei gratiam sanus mente ac corpore: uel mente sanus, licet æger corpore, præsentibus codicillis ultimum uelle suum de bonis suis disposuit in hunc modum: In primis quidem pro anima sua reliquit de bonis suis 10. lib. Tur. de quibus dari uoluit tali ecclesiæ tantum, & tali homini tantum, &c. & hæc exequi & fieri uoluit, per tales, quos suos uoluit esse commissarios, seu suæ uoluntatis executores. extra. de testam. cap. Ioannes. Item legauit, seu iure legati reliquit, de bonis suis 20. lib. Item uxori reliquit dotes suas, quæ fuerunt centum lib. Item legauit ei de bonis suis quinquaginta. Item illum uel illos, ad quem, uel quos hæreditas sua ex testamento uel ab intestato spectabat, rogauit per fideicommissum, ut ipsam hæreditatem, uel talem partem eius, siue talem rem ipsius hæreditatis, quàm primum poterit, uel quàm primum ipsam hæreditatem adierit, uel si decesserit sine liberis, restituat tali. Et hanc suam ultimam uoluntatem asserit esse uelle: quam ualere uoluit iure codicillorum. Quòd si iure codicillorum non ualeat, ualeat quocunque alio iure ualere potest melius, & tenere nolens hanc suam uolûtatem per aliquam aliam, uel per aliud testamentum, quod fecit, uel fecerit, infirmari: nisi expressè de singulis superioribus legatis reuocandis faceret mentionem, ponendo in specie, non in genere nomina & species eorum: & quicunque suorum hæredum uel legatariorum contra hos codicillos in iudicio uel extra uenerit, iussit quicquid ei reliquerit, totum illis legatarijs
5 restituat, quos iussus fuerit impendere. † Et no. quòd totius est relinquere per codicillos, quàm per testamentum: nisi fortè quis uelit instituere hæredem. quod in eis fieri non potest: sed in eis quis possit rogari restituat per fideicommissum, ut dixi. Codicillus enim per alium codicillum uel testamentum non rumpitur, nisi expressè. ut dixi. testamentum uerò per aliud tollitur: ut supra. §. compendiosè. uersicu. sed & considerandum. † Cæterùm si codicillus fit post testamentû,
6 f hæc erit forma. f

FORMA. Cum P. super bonorum suorum dispositione nuncupatiuum sine scriptis fecerit testamentum manu mea, uel talis notarij scriptum, idem P. quia circa quædam, quæ in ipso testamento continentur, uoluntatem mutauit, quâ quidem licet usque ad finalem uitæ exitum non mutare præsentibus codicillis testamentum prædictum obtinere iussit plenissimam firmitatem: hoc tamen mutato, quòd his codicillis illas 10. libras Tur. quas in eodem testamento tali legauerat, ademit, & subtraxit eidem. Item tali reliquit de bonis

de bonis suis iure legati talem domum uel rem, &c. & hanc suam ultimam uoluntatem, &c. ut supra & potest fideicommittere: ut in præ. forma. Vel sic.

FORMA. Ego B. memini me fecisse testamentum scriptum manu talis notarij: quod testamentum approbo & confirmo: saluo quòd in hoc meo codicillo dispono. Relinquo enim L. filio meo naturali talem domum, & tali amico meo talem syluam. Legatum autem, quòd tali reliqui ei adimo: tutores datos talibus filijs meis, & uentri, à reddenda ratione tutelæ absoluo, eos analogos, id est liberos ad hoc esse uolo: quo casu non tenetur de culpa uel negligentia, sed de dolo. ff. de admini. tut. quidam decedens. & do filijs meis licentiam, si necesse fuerit, alienandi non obstante fideicommisso. aliàs impedirentur alienare, nisi hoc diceretur. C. communia de leg. auth. res quæ. Hunc autem codicillum ab omni hærede, qui mihi ex testamento uel ab intestato extiterit, seruari præcipio. Dic super hoc ut ff. de codicil. conficiuntur. in prin. Eum uerò, qui contra fecerit, censeo bonorum meorum participatione carere: secundum M. de Fa. g † Et nota. h quòd in testamento facto post codicillum, fieri debet mentio de præcedenti codicillo & econtra: ut in præ. forma. Quandoque uerò fiunt codicilli post factum testamentum, & post alium uel alios codicillos. nam plures ab una persona fieri possunt: & tunc fieri debet mentio tam de testamento præcedenti, quàm de codicillo uel codicillis.

ADDITIO.

a Autem. ver. ad huius autem.

b Filiusfami. Mihi non dicit hæc lex illa, sed dicit fideicommissum filiofam. uel seruo in codicillo relictum confirmatur, si postea manumissus in eadē uoluntate decedat. & ut ibi dicit glo. illud, manumissus. ponitur propriè quo ad seruum: impropriè quo ad filium. &, ut hic sequitur, secus in testamento. & patens fuisset error autoris si misisset seruum filio, ut facit infrà. Ioann. etiam de Deo versicu. statim dicam. malè recipit uerba legis de filiofami. de seruo non faciens mentionem.

c Cæterum. Vide supra. de testi. §. 1. eod. uersi. item quòd est mulier. & uer. seq.

d Dicit Cauil. lib. 1. sub rub. de codicillis.

e Hæc Rolan. usque ibi, nolens. parte 8. charta ultima.

f FORMA. Rolan. ubi supra.

g M. de Fa. Vbi de testamentis mihi char. 8.

h Et no. Ponit uerba Rolan. ubi supra. & uidetur contradicere ei, quod dicit supra. eo. uersicu. hæc tamen scias. nisi dicas quòd aliud sit mentionem facere, de quo hic loquitur. & aliud confirmare, de quo ibi.

SVMMARIVM.

Inuentarium quibus modis impugnari possit.

1 *Confessio tutoris extra ius uel extra inuētariū, qua confitetur plus esse in bonis minoris, quàm sit, an præiudicet ueritati.*
2 *Inuentario an sit standum, in præiudicium tertij.*
3 *Tutor testamentarius, an contra inuentariū sit audiendus.*
4 *Tutor & curator quando & qualiter possint de bonis pupilli uel adulti, aliquid attingere.*
5 *Tutor an gratia inuentarij, possit aliquid de bonis pupilli attingere.*
6 *Incautè factum, habetur pro infecto.*
7 *Tutor aut curator an inuentario facto teneatur super rebus postea pupillo delatis inuentarium facere.*
8 *Tutor an eo ipso quòd fecit inuentarium, dici possit quo ad hoc gessisse.*
Hæreditate adita à pupillo, statim ad eum transit dominium.
9 *Inuentarij forma, quæ esse debeat.*
10 *Curatores generales de omnibus rebus etiā adulti, surdi, muti, &c. qua forma debant inuentarium facere.*
11 *Instrumentum tutoris, rationem administrationis reddentis, quomodo confici debeat.*
12 *Orphanotrophi, seu hospitalarij, sunt quasi tutores pupillorum seu curatores adultorum.*
13 *Prælatus facere debet inuentarium de bonis ecclesiæ quæ in eius ingressu seu electione inueniuntur.*
14 *Pater an debeat inuentarium facere, de bonis aduentitijs filij, in quibus habet usumfructum.*
15 *In inuentario hæredis quæ exigantur.*
16 *Suus hæres, qui non fecit inuentarium, an detrahit quartam debitam iure naturæ.*
17 *Suus hæres soluens uni legatum, an à modo nihilominus habebit beneficium inuentarij.*
18 *Hærede inuentarium non faciente, an illud facere possit fideicommissarius.*
19 *Instrumentum sui hæredis ab hæreditate abstinentis, quale esse debeat.*
20 *Abstinere & immiscere, est suorum hæredum: repudiare autem, & adire, extraneorum.*

In inuen-

21 In inuentarij confectione, quæ sunt attendendă.
22 Herede scribi faciente in inuentario aliquas res quas credebat hereditarias: an comperto errore posit fieri reuocatio.
23 Inuentarij fides tanta esse dicitur, ut ex eo possint debitores conueniri.
24 Inuentarij forma, quæ esse debeat.

DICTO De impugnatione testamenti
& codicilli. dicendum restat de inuenta
rijs. Et scias quòd quintuplex est inuen-
tarium, scilicet tutoris seu curatoris,
a orphanotrophi, [a] prælati, hæredis, & fisci: [b] de
b quorum quolibet prosequamur. De inuentario
tutoris & curatoris habes C. de admini. tut. cura-
c tores. Contra quod obijci potest, [c] quòd tardè fa-
ctus est. Debet enim tutor uel curator facere in-
uentarium mox, cum factus est, id est: quàm ci-
tius potest fieri: ut in prædi. leg. tutores. Item
quòd incautè factum est: unde pro infecto debet
haberi. ff. de autor. tuto. l. 2. C. ad Sylla. l. fin. in fin.
ff. de his quæ in testa. delen. l. 1. extra de iure patr.
quod autem. Item quòd non continet omnes res
pupilli: maximè si non continet eam, de qua agi-
d tur: ut in prædicta lege finali, ad Sylla. [d] Item
quòd non continet obuentus, nec prouentus, nec
res superuenientes. C. de curato. fur. l. fina. ultra
medium. Item quòd non continet totum teno-
rem instrumentorum pupillarium. ff. de admini-
stra. tuto. chirographis. C. de epis. audien. de crea
tionibus. Item quod non est legitimus tutor uel
2 curator. quæ dic ut suprà de tuto. & curat. † Et
nota quòd si tutor extra ius vel extra inuentariū
confiteatur plus esse in bonis minoris, quàm sit:
non præiudicat talis confessio ueritati. Secus si
in inuentario sit confessus. C. arbi. tut. ueteris. Et
sic statur inuentario publicè confecto contra tu-
torem uel curatorem, non contra pupillum uel
adultum. Est ratio, quia fides ei adhibenda est
contra se: ut ff. de inter. act. de ætate. §. primo.
a infrà uersicu. quid si heres fecit. † Sed nunquid
in præiudicium tertij stabitur inuentario? Vide-
tur quòd sic. argumen. ff. de admini. tut. chiro-
graphis. Sed illud est ita intelligendum, si to-
tius instrumenti debiti tenor in inuentario con-
tinetur: tunc enim standum est inuentario, &
e probat contra tertium: ut in prædicta l. [e] Quid
si tutor uelit contra inuentarium probare? Dic
audiendum. C. de probat. cum precibus. C. si quis
alteri uel sibi. l. cum propria. Vel dic in fauo-
rem minoris, & propter autoritatem inuenta-
3 rij non audiri, nisi uelit errorem ostendere † Quid
enim si fecit in eo scribi rem forè à testatore uen
ditam, uel simile? Non uidetur audiendus. ar-
f gumen. C. ad Velleia. antiquæ. §. primo. [f] Item
quid si posuit multa instrumenta debitorum,
g quæ post facta sunt [g] inania: quia fortè debito-
res probauerunt solutionem? Videtur imputan
h dum tutori, per prædi. l. ueteris. [h] ideo cautè
agit, si sic facit inuentarium scribi: quæ instru-
menta nescio si sint inania, necne, secundum
4 Vbert. † Tutor autem & curator nil de bonis
pupilli uel adulti debent attingere, nec ullam
communionem in eis uendicare, nisi prius in-
uentario legitimè facto, res eis fuerint tradi-
tæ: & hoc nisi testator inuentarium conscribi
i uetuerit. [i] Alioquin si inuentarium non facit, &
remoueatur, ut suspectus punitur, & infamis ef-
ficitur: ut C. arbi. tut. ueteris. §. illo. Bene enim
potest hoc testator remittere, cum sit hoc ius pu
blicum autoritate: sed utilitate hæredis & testa-
toris priuatum: ut argumen. C. ut in pos. leg. sci-
re. & l. sequen. & sic non obstat ff. de lega. 1. ne-
mo. & ff. de admini. tuto. quidam. & ff. de pactis.
5 publicum. † Se nunquid saltem gratia inuenta-
rij, poterit attingere? Responde, sic. argumen.
de duobus reis. duos. §. fina. & ff. de testam. hæres.
§. fina. & ff. de iure delibe. Aristo. & l. ait prætor.
k Quid si attingat? [k] Respon. dic non ualere in mi-
noris præiudicium: ut C. in quibus cau. non est
necess. in integ. restitu. l. penult. C. de tuto. uel
cur. qui non satis. l. non dubium. ff. de cura. fur.
consilio. §. primo. sed in eius commodum sic. C.
de procura. non eo minus. Item quid de his,
quæ differri non possunt? Respon. Dico quòd
illa potest attingere, & explere. argum. C. de tu-
to. & cura. qui non satisdant. l. fina. Quid si ali-
quas res in inuentarij confectione suppressit? Vi-
detur quòd eas duplicare tenetur. argumen. C.
de iure deliberan. l. fina. §. illo. maximè si hoc
6 scienter fecit. † Sed si omnia non posuit in in-
uentario, nunquid admittetur ad agendum? Non
uidetur: imò uidetur repellendus. argumen. C.
de cur. fur. cùm furiosus. §. in prouinciæ. quia
quod incautè factum est, pro infecto habetur.
ff. de his quæ in te. delen. l. prima, & nihil uide-
tur esse actum, &c. C. ad Syl. l. pe. in fin. & 7. quæ-
stione prima, nihil iniquius. & nil uidetur soluisse,
qui totum non soluit. ff. famil. ercisc un. hæredes.
§. in illa. Nec uidetur edidisse, qui totum non
edidit. ff. de eden. l. prima. §. penult. nec defendis-
se, qui totum non defendit. ff. de inter. ac. si de-
fensor. & ff. in. sol. ex clausula. Ideoque cautus
aduocatus debet protestari contra tutorem uel
curatorem se uelle probare quòd aliud omisit in
inuentarij confectione: & hæc uera sunt, si mul-
ta omisit. Si uerò quasi omnia posuit, & modi-
cum quid omisit & leue fortè uel uile: non ob
hoc eum repellerem ab agendo. argumen. ff. de
contrahen. empt. res bona fide. & C. si contra ius
vel uti. publi. l. prima. & ff. de uen. inspi. l. prima.
§. fina. maximè si iurat quòd nulla mala causa, &c.
nec amittere debet commodum inuentarij: licet
teneatur pupillo pro rebus subtractis. argum. C. de
7 iure delibe. l. fina. §. licentia † Sed nunquid in-
uentario confecto, tenetur super rebus postea pu
pillo quacunque ratione delatis, nouum facere
inuentarium? Respond. sic, secundum Odof. ar-
gumen. C. de cur. fu. l. fina. §. tali. Vbert. contra:
quia sufficit illud semel fecisse. argumen. ff. de ac-
quiren. pos. in modicis. Sufficit enim hoc pone-
re in rationibus suis, quas facit de receptis & ex-
pensis. & sic loquitur præ. §. tali. secundum eum.
Et id dici potest de fructibus de nouo quæsitis:
ut ff. de rure. & ra. distin. l. prima. §. officio. Tu dic
quòd est necesse fieri inuentarium de rebus prin-
cipalibus.

cipalibus obuenientibus: fieri tamen debet instrumentum publicum. Et sic intelligi debet §. tali. In fructibus uerò & alijs naturalibus & ciuilibus & accesionibus, tenet quod dixit Vbert. & sic potest intelligi præd. l. ff. de tu. & ra. dis. Sed cùm tutor qui gesit, teneatur directa: qui verò non gesit, vtili: vt ff. rem pup. sal. fo. non quasi. §. 1. & 3. quæro an eo ipso quòd fecit inuentarium, videatur quo ad hoc gesisse? Et vi-
l detur quòd non: vt in præ. §. illo.[l] † Sed argu-
8 men. contra ff. de admi. tu. tres tutores. in medio. Quid si sit de consuetudine regionis, quòd non fiat inuentarium? Respon. non uidetur in culpa consuetudinem seruans. argum. ff. de admi. tut. l.
m tutor qui. respon. 1. ff. de Car. non tantum.[m] Quid si tutor non confecto inuentario ingrediatur possessionem rerum pupillarium: nunquid
n patietur pœnam præd. §. illo?[n] Et videtur quòd sic: quia adita hæreditate à pupillo, dominia statim ad eum transeunt, & non prius: nisi fuerint apprehensa: vt ff. de acquir. pos. cùm hæredes. & hoc videtur præ. §. dicere ibi: communionem, &c. † Huius autem inuentarij forma
9 talis est.

o FORMA.[o] In nomine patris & filij & spiritus sancti amen. T. tutor constitutus & decreto iudicis confirmatus Seio pupillo & hæredi quondam H. vt patet in instrumento super decreto eiusdem tutelæ scripto manu talis notarij uel mea cuius formam habes supra. in titu. de tutore. Sciens ad inuentari confectionem de bonis & rebus ipsius pupilli, secundum iuris ordinem se teneri: præsens inuentarium mox postquàm constitutus & confirmatus fuit tutor, de rebus creditis & debitis atque nominibus debitorum hæreditatis quondam dicti H. & ipsius pupilli incœptum sub anno domini. 1271. indictione tali: die in hunc modum: præmisso venera-
p bilis sanctæ crucis signaculo P fecit: in primis quidem dixit & asseruit se in bonis & hæreditate prædicta inuenisse duo scrinia, tot uegetes, tot mensuras bladi, & tot vini: & sic de singulis:
q ponendo prius res mobiles, secundò q immobiles: puta domos & terras designatas per loca & latera. tertiò & vltimò credita & debita, & dixit protestatus fuit dictus tutor quòd quæcunque de cætero de bonis dicti H. seu ipsius pupilli, ad suam notitiam peruenerint, omnia illa manifestabit: & huic inuentario per meam manum faciet inscribi. Potest etiam confici instrumentum, ut ipse tutor in propria persona loquatur: & incipiat sic.

r F O R M A.[r] Cùm ob doli culpam euitandam, omnisque fraudis suspicionem tollendam, & ne bona pupillorum uel minorum lapsu temporis depereant, tutores de bonis ipsorum inuentarium seu repertorium conficere teneantur, secundum legitimas sanctiones: ideo in Dei nomine ego T. tutor, &c. ut supra, usque in fi. dicat, rogo te talem notarium, quòd pro me ignaro literarum hoc inuentario subscribas, & signum tuum apponas: actum anno, &c. præsentibus, &c. & postea notarius sic subscribat se dicens: Et ego talis, &c. Præmissæ formæ proban-

tur C. de iure delib. l. fi. §. sin autem dubius. C. de bo. proscri. si quis intra. C. de admi. tut. tutores. Vel sic.

s F O R M A.[s] Præsentibus & uocatis coram talibus legatarijs: & me tali notario ac testib. infra scriptis: quoniam tutoribus & curatorib. necessitas imponitur à lege, de minorum rebus inuentarium publicè scribere: idcirco A. tutor talium pupillorum, hoc inuentarium scribo: & præmissu à me uenerabili signo Crucis, quæ de pupillorum bonis inueni in eo pono. Inueni igitur instrumentum tale & tale, &c. Item tot equos, &c. Item talem uineam, &c. Item inueni, dictos pupillos debere tali tantum, &c. Ego prædictus tutor omnia præmissa scribi præcepi. Ego talis iudex præsens fui, & meam autoritatem interposui, & nos M. & H. testes rogati interfuimus. Ego B. notarius hoc inuentarium scripsi, & publicaui: & ad maiorem cautelam adijciatur alius notarius, qui sic subscribat: & ego P. notarius talis huic inuentario prædictorum bonorum descriptioni, de mandato dicti tutoris interfui, & subscripsi. Hæc forma probatur C. de iure delib. sancimus. Item quod dicitur suprà, quòd debet fieri in præsentia iudicis, non est expressè iure cautum: probatur tamen, quia lex dicit quòd debet fieri in præsentia publicarum perso-narum. quod intelligit Marti. de Fa. id est tabel-
t lionis, & iudicis. C. de admi. tut. tutores.[t] Item dicit lex, quòd ex inuentario conueniri possunt debitores. ff. de admi. tut. l. chirographis. quod fieri non posset, nisi iudicis autoritate factum esset. argumen. C. de eden. auth. si quis in aliquo. & in authen. ut frat. filij. §. illud. Prior t
10 forma planior. † Et nota quòd curatores genera-
u les[u] de rebus omnibus, etiam adulti, seu muti, vel surdi, & similium personarum, & etiam curator ueutri datus. & datus bonis absentis indefensi, debent inuentarium facere simili modo & forma, mutato nomine tutoris in curatorem: & nomine pupilli in nomen adulti, seu muti: & tenore negotij: & tam tutores quàm curatores generales debent inuentarium facere mox, cùm fuerint constituti, id est, quàm citò possunt, ut prædixi, & debet scribi dies, in quo inchoatur inuentarium, & dies, quo terminatur, siue coram testibus, legitur. Formam uerò inuentarij, quod facit curator bonis absentis datus, habes suprà, de primo & secundò decret. §.
11 nunc dicamus. uersicu. quòd si nullus. † Porrò si tutor reddat rationem administrationis, de hoc, instrumentum hoc modo conficie-
x tur.[x]

F O R M A. R. filius quondam H. uisis, inspectis, ac cognitis actibus & scripturis administrationis T. quondam sui tutoris confessus fuit & contentus ipsum T. ratione administrationis suæ, super omni eo quod administrauit, aut administrare debuit, in bonis, & circa bona eiusdem R. occasione ipsius tutelæ, plenè ac apertè ostendisse eidem, & tradidisse: & quod idem T. integrè dedit, restituit, & assignauit sibi omne id & quicquid ad eum peruenit de rebus, & de bonis ipsius occasione administrationis dictæ tu-

telæ

telæ, quam fecit, & facere debuit in bonis, & cir-
ca bona sua & ipsum illud uidelicet quod in reli-
quis & residuis fuit, & ipsa omnia reliqua & resi-
dua, & omnia & singula instrumenta bonorum &
possessionum eius approbans ratificans, & confir-
mans ipsos actus, rationes & scripturas. & quic-
quid gestum & administratum est per ipsum T. in
bonis, circa bona ipsius H. & omnes & singulas
solutiones, dationes & pacta & contractus occa-
sione dictæ tutelæ factas ab eo: quapropter per se
& suos hæredes, promisit dicto P. pro se & suis hæ
redibus stipulanti, quod deinceps non petet ab
eo uel eius hærede, uel hæredibus, ac altero pro
ipso, aliquid occasione tutelæ præfatæ uel admi-
nistrationis factæ uel faciendæ uel malè gestæ. aut
quòd reddet ei de cætero rationem, uel quòd re-
liqua præstaret, & quòd nullo tempore dicet uel
opponet quòd ratio ei non sit reddita, & reliqua
integra ei præstita, nullamque contrariam defen-
sionem uel exceptionem seu negotium iuris uel
facti, contra aliquod prædictorum, uel infrà scri-
ptorum in aliquo faciet uel opponet: faciens ei-
dem T. pro se & suis hæredib. recipienti fidem, re-
futationem & pactum de ulterius non petendo
de omni eo, quod petere posset ab eo uel eius hæ-
redib. occasione dictæ tutelæ uel administratio-
nis, benè uel malè gestæ, seu alia quacunque ra-
tione uel causa, liberans & absoluens eum & hæ-
redes eius, & bona per acceptilationem, & Aqui-
lianam stipulationem legitimè interpositam, nec
non renuncians exceptioni non numeratarum
traditarum consignatarum, & restitutarum rerũ,
exceptioni doli, sine causa actioni in factum, &
omni alij auxilio: quæ omnia & singula suprà scri-
pta idem Seius per se & suos hæredes promisit di-
cto T pro se & suis hæredib. stipulanti firma & ra-
ta habere ac tenere, & non contra facere uel ue-
nire per se uel per alium aliqua causa, uel ingenio
de iure uel de facto sub pœna centum lib. Turon.
stipu. in singulis capitulis, &c. Super pœna autem
& refectione damnorum, & obligatione bonorum
in fine facies tu tabellioeum iurare more mino-
rum. Hæc forma probatur ff. & C. de admi. tu. per
12 totum. † Sunt etiam orphanotrophi, seu hospi-
y talarij, y quasi tutores pupillorum seu curatores
adultorum. Vnde & ipsi faciunt quasi inuentariũ
de bonis illorum: ut C. de epis. & cler. orphano-
trophos. & in auth. colla. 9. de ecc. titu. §. fi. & ff. de
z interdic. & releg. si quis. z & l. seq. ut seruatur in
curatore bonis dando: ut ff. de cur. bo. dan. l. 1. Nec
etiam ullam satisdationem præstant, nec rem ra-
tam haberi, nec iudicium sisti, nec sub hypotheca
rerum suarum: ut in prædicta l. orphanotrophos.
quæ generaliter loquitur. Tamen si dubitetur, an
sint orphanotrophi, uidetur quòd tunc de rato
cauebunt: ut ff. rem ra. hab. tutor. & ff. de admi. tu.
quod uulgo. secundum Alber. Papi. Quid de exe-
cutore testamenti: nunquid faciet inuentarium?
13 de hoc ĩ. §. nunc uero. uer. sed an tenetur. † Præ-
latus quoque inuentarium facere tenetur de re-
bus, quas tempore suæ creationis in ecclesia ad
quam eligitur, inuenit: ut 28. dist. de Syracusanæ.
ut 12. q. 1. manifesta. & fiet iuxta formam prædi-
ctam: nam tutor & prælatus comparantur. argu.

in auth. de eccl. titu. §. fin. collã. 10 & 3. q. 2. quia
14 ea. & not. 5. q. 3. quia episcopus. † Quid de patre,
nunquid debet facere inuentarium de bonis ad-
uentitijs filij, in quib. habet usumfructũ: ut C. de
a bo. quæ lib. cùm oportet. a Et uidetur quòd sic,
sicut curator bonis uel etiam uentri datus. ff. de
bo. auto. iudi. poss. l. fi. ff. de uent. in pos. mit. l. 1.
circa fi. Contra, quia eius administratio impunita
est. unde frustra fieret. Sed respondeo quòd impu-
nita est, quantum ad administrationem: non quo
ad alienandum: ut C. de bo. quæ libe. cùm non so-
lum. §. sed patri. uersi. non autem licentia. Nam &
orphanotrophus facit: licet non teneatur reddere
rationem: ut in prædi. l. orphanotrophos. ubi au-
tem ipse suscepit administrationem, non usum-
15 fructum indubitatè facere tenetur. † Nunc di-
b camus de inuentario hæredis: b hæc autem mul-
tis subiacent impugnationibus. Dicamus ergo
quæ in eo exigantur, & si in aliquo eorum defe-
cerit, ruinæ subiacebit. Ante omnia igitur scien-
dum est, quòd hæres facit inuentarium: siue suc-
cedat ex testamento, siue ab intestato: siue in to-
tam hæreditatem, siue in partem: ut C. de iur. de-
c lib. sancimus. §. 1. c Ex huiusmodi autem inuen-
tario legitimè facto consequitur: quia postquam
ipsum fecerit, non tenetur creditorib. hæredi-
d tarijs uel legatarijs ultra uires hæreditatis: d &
etiam consequitur Falcidiam, quam non habet, ni
si ipsum faciat: ut in prædi. l. sancimus. §. & si præ-
fatam. ex. de testa. Ray. in fi. & in auth. de hæred.
e & Falc. §. si uerò non fecerit. e † Quid de suo hæ-
16 rede, qui non fecit inuentarium: nunquid detra-
het quartam debitam iure naturæ? Respondeo, sic,
f ut in prædi. l. sancimus. §. si quis autem. in fi. f Et
in auth. de hære. & Fal. §. hinc nobis. quia etiam
aliàs si non pareat uoluntati testatoris, semper
deducere potest illam: cùm nullum grauamen re-
cipiat. C. de fideicom. auth. hoc amplius. ex. de te-
sta. Raynutius. prope fin. uersic. quia uerò paret.
17 † Quid si soluit uni legatum. nunquid amodo ha-
bebit nihilò minus beneficium inuentarij? Et ui-
detur quòd sic. arg. C. de excu. tut. uoluntariæ. C.
de his, qui spon. mu. susci. l. 1. & fi. & C. ne uxor
pro mari. l. fin. argu. tamen contra, C. ad leg. Falc.
g auth. sed cùm testator. g Quid si hæres rogatus
restituere hæreditatem, facit inuentarium, & po-
stea eam restituit: nunquid illud inuentarium pro
derit ipsi fideicommissario? Videtur quòd nõ: quia
tantum in certis casibus debet deducere Falci-
diam. ff. ad Trebel. l. 1. §. penul. Econtra uidetur
ff. de consti. pecu. si post constitutam. & ff. ad Treb.
si hæres pecuniã. & ita facit, si sibi cedat beneficiũ
h inuentarij, per præ. legem. h † Quid si hæres non
18 facit illud, nunquid fideicommissarius poterit fa-
cere? Respõdeo. sic: quia effectus est hæres. ff. quod
cum eo. si filius. Et sustinet onera hæreditaria, se-
i cundum Vber. i Sed nunquid hæres poterit obti-
nere beneficium inuentarij post sententiam, qua
condemnatus est creditorib. & legatarijs? Re-
spondeo, ut aliàs probatur de pretio. ff. de mino.
quòd si minor. §. restitutio. ff. de re iudi. Nesen-
nius. §. si de dona per id quod. Respondeo, secun-
k dum Vber. k Ad hoc autem ut scias quando hæres
debet inuentarium facere, opus est distinctione.
Nam

Nam aut hæres recta uia adijt, aut recta uia repudiat, aut dubitat. Si recta uia adijt: uel se immiscet pro certo, uolens esse hæres: & nolens hæreditatem repudiare: tunc nullo indiget inuentario. Nam amodo omnibus creditoribus tenetur in solidum: nec poterit hæreditatem repudiare: ideoque ex confectione inuentarij, nullum consequitur commodum: nisi fortè quo ad beneficiũ legis Falcidiæ: ut ea. l. §. sin autem hoc aliquis. quã aliàs non deduceret, nisi ipsum faceret, ut prædixi. Si autem recta uia repudiat hæreditatem, quod facere tenetur intra spatium trium mensium postquam sciuit se hæredem: tunc etiam non tenetur facere inuentarium: cùm sit alienus penitus à successione: ut in præd. lege. debet tamen fieri instrumentum qualiter ab hæreditate abstinet, si est suus hæres: uel qualiter eam repudiat, si est extraneus. Si ergo suus hæres ab hæreditate abstineat, instrumentum sic conficietur:

l FORMA. l † Arnoldus filius quoudam B. co-
19 ram tali iudice constitutus, quia hæreditatem quondam patris sui sibi ex paterno testamento delatam, uel ad se ab intestato spectantem, sibi uerisimiliter credit esse damnosam: ne à creditoribus ipsius hæreditatis pulsetur in aliquo, seu grauetur: omnimodo ab eadem hæreditate abstinuit, & eam, ac omne ex ea commodum, & incommodum penitus recusauit. Si uerò extraneus hæres eam repudiat, sic conficit:

FORMA. Quia Arnoldus filius P. hæreditatem B. sibi ex testamento ipsius B. delatam, uerisimiliter æstimat sibi fore damnosam: idcirco in præsentia talis iudicis constitutus, ipsam repudiauit omnino: & omne ex ea commodum, &c. ut s.

20 † Et nota quòd abstinere, & immiscere, est propriè suorum hæredum: repudiare autem & adire, est extraneorum: ut Instit. de hæred. quali. & diffe.
m §. in extraneis & not. m C. de iure delib. super rubrica. Si uerò dubitat an omittat hæreditatem defuncti, uel non: tunc non habet necesse deliberare: sed adeat ipsam uel se immisceat: prius tamen faciat inuentarium. Hæc omnia leguntur in præd. l. sancimus. §. est igitur. & §. si quis autem teme-
21 rario. † In huius autem inuentarij confectione, hæc sunt attendenda. Nam ipse hæres per se, debet per seipsum scribere, si scribere sciat: alioquin
n saltem faciat in principio n signum crucis, o ut
o ead. l. §. sin autem dubius. ibi: uenerabili signo, &c. Item quòd adeat hæreditatem dubitatiuè, non securè, ut prædixi. Item quòd intra triginta dies postquam scit sibi hæreditatem delatam, uel testamentum esse apertum, incipiat inuentarium fa-
p cere. p Item quòd postquam facere incipit intra
q 60. dies perficiat. q aliud tamen in inuentario tutoris & curatoris: ut s. uersi. tutor autem. & uersi. & nota quòd. & s. de tut. §. generaliter. uer. hoc autem. Item quòd fiat inuentarium, de his tamen rebus, quæ defunctus tempore obitus habuit.

22 † Quid r si hæres fecit scribi aliquas res, quas cre-
r debat hæreditarias: nunc comperto errore, uult reuocare, & eas inde remouere: uel non uult tantum amplius propter istas res, quasi hæres locupletior uideatur? Dic quòd ei subuenitur beneficio restitutionis, ex clausula generali, ff. ex qui. cau. maio. l. 1. in fi. arg. C. de iur. & fac. igno. cum falsa. arg. contra, C. de non nume. pecu. auth. con-
s tra qui propriam. & C. arbi. tute. l. fi. s s. uersi. & nota quòd si. Item quòd fiat in præsentia notarij & testium, legatariorum & creditorum, qui ad hoc uocandi sunt. quòd si creditores & legatarij uocati, adesse noluerint: uocandi sunt saltem testes, ut in eorum præsentia fiat: ut hæc omnia probantur in ead. l. §. sin autem dubius. et in auth. de hære. & Fal. §. si uerò absunt. & §. sancimus. imò
t etiam, secundum Marti. de Fa. t in præsentia iudicis faciendũ est: ut uidetur C. de epis. & cle. nulli licere. §. cùm aũt. & de epis. audi. de creationi-
23 bus. † Nam tanta est fides inuentarij, quòd ex eo debitores conueniri possint: ut ff. de admini. tut. l. chirographis. Item exigitur, quòd hæres si scit & potest scribere, subscribat in fine sic: scilicet quòd omnes suprà dictas res, inuenit in hæreditate: & dolum non fecit, nec faciet, quin omnes res posuerit in inuentario: quòd si nescit scribere, uel non potest propter infirmitatem uel debilitatem, exigitur quòd specialiter ad hoc unum notarium adhibeat: qui, ut dictum est, per hæredes subscribat. & sic hoc casu duo sufficiunt tabelliones: unus scilicet, qui interest confectioni inuentarij: alius, qui pro hærede subscribit: ut in eo. §. uer. subscriptionem. & uer. seq. Itẽ exigitur quòd quando tabellio subscribit pro hærede, debent adesse testes, qui cognoscant hæredem & qui interfuerint: quando hæres iussit tabellario, ne pro eo subscriberet: ut in eo. §. uersic. testibus. & in auth. de fide instru. §. oportet. Item exigitur, quòd fiat in illis locis ubi sunt res hæreditariæ uel earum maior pars. Item quòd si est præsens, hæres personaliter faciat inuentarium. Si uerò absens debet facere in locis ubi sunt res hæreditariæ uel per se eundo illuc uel procuratorem mittendo: ut in eadem l. §. sin autem a locis. Et arg. ff. eo. si fideicommissum. & in præ. §. sin autem. Si igitur præmissa non seruentur, poterit exceptione repelli: nisi contraria consuetudo aliud inducat: ut & s. §. proxi. diximus. Vt autem quæ dicta sunt clarius fulgeant, formam inuentarij, quæ talis est, supponamus.

24 † FORMA. u Cùm P. filius quondam B. ab
u ipso patre suo hæres in testamento institutus fuerit, & relictus: idem P. sciens hæreditatẽ paternã, ad se delatã & uolẽs nõ incõsultè, sed cũ beneficio inuentarij ipsi hæreditati se immiscere: ne ultra uires hæreditarias teneatur: & ut beneficium ex hoc inuentario de iure debitum, sibi integrè conseruetur, uenerabili signo crucis annexa propria eius manu præposito. Insuper legatarijs & fideicommissarijs & creditoribus hæreditarijs, uocatis & præsentibus. scilicet tali & tali & omni alia iuris solennitate seruata, præsens inuentarinm de bonis ipsius hæredita. quæ in ea inuenit, in hunc modum facere procurauit. In primis quidem, asseruit se inuenisse in dicta hæreditate unam domum positam in tali loco, cuius confines, &c. ponendo prius res immobiles & pretiosiores: secun-
x dò x mobiles & uiliores, tertiò credita & debita: asserens se res prædictas, inuenisse in hæreditate: nec dolo fecisse uel facere, quin res singulæ in inuentario

uentario inferatur: quibus omnibus positis sic dices: Lectum & completum fuit hoc inuentarium, in tali loco sub anno tali, & cætera. præsentibus talibus, &c. uel potest instrumentum confici ut
y conficiens in persona propria loquatur sic: y

FORMA. Quoniam inuentarij confectio, secundum sanctiones legitimas hæredi beneficium tribuit ne ultra facultates hæreditatis teneatur: idcirco ego P. filius quondam B. &c. quod dic ut dixi ī. eod. §. in forma inuentarij à tutore conficiendi in fine. Quod autem prædixi de subscriptione hæredis, per se uel per alium. & quòd testes intersint hæredem agnoscentes, iure cauetur: sed in
z plerisque locis de consuetudine non seruatur. z Quidam autem aliter inchoant. factum enim in capite signo crucis, per manum eius, qui facit fieri inuentariū, si sit hæres institutus, sic dicetur:

FORMA. Ego quidem in Dei nomine P. hæres institutus à tali patre uel patruo meo aut auūculo: uel sciens uel credens me esse institutum à tali. Si uerò sit hæres ab intestato: tunc dicatur sic:

FOR. Ego P. succedens ab intestato: uel credens uel sciens me ab intestato succedere debere tali: hoc inuentarium de rebus & possessionibus suis, per tabellionem scribi & fieri procuraui. Porrò in inuentario fisci formando secundum præmissa procedas: de quo uide C. de bo. proscript. si
a quis. a

ADDITIO.

a *Orphanotrophi. infra, remittit de inuentario executoris inter hos duos.*

b *Fisci. De inuentario creditorum loquitur lex fi. ff. de bo. auto. iud. poss.*

c *Potest secundum Vber. de Bob cuius fuit hoc principium, ubi de tutore tractat mihi charta 10.*

d *Ad Sylla. Vide infra uersi. sed omnia.*

e *In pra. l. Vide infra formam præsentibus & uocatis. usque in fi. & supra. C. eo. ti. uer. præstat. ad fi. uer. quid si in aliquo, infra quibus coniunctis uerificari potest hoc dictum.*

f *§. 1. Vber. super l. fi. C. arbi. tu. dicebat tutorem cōtra inuentarium non audiri. nisi acerrimus eius esset error. quod enim si scribi fecit rem quæ prius fuit uendita à defuncto: non fuerunt igitur bene recepta eius uerba. concor. Vber. Iac. de Aret. ut ibi ponit Cyn. in 1. quæstio. & adde quod statim dicam.*

Adde, quòd cum Ia. de Are. concord. Bal. consi. 233. lib. 1. incipien. Iac. de Aretio.

g *Post facta. Melius dixisset, reperta.*

h *Veteris. Deducā te ad casum, quo absurdissimum esset imputari debitori. Diligens pater pupilli habebat librum, in quo descripta erant, quæ sibi debebantur, & cancellata soluta, & instrumenta restituta uel incisa: inuenit tutor librum hunc, & instrumenta in armario non incisa, fortè cum incisis. & debitores illi erant absentes, fortè in aliquo officio, mansuri ultra sex menses ad modum Italicum ponderautis prædictis sine consilio sequenti illum posuit in inuentario crucifices istum. seruetur ergo mens legum, ne prouidentes contra iniquum. ff. de legi. scire leges. extra de uerb. sign. intelligentia. & c. præterea.*

i *Vetuerit. Infrà utitur uer. remissionis. uide quod dixi supra. de tuto. §. generaliter. uersic. hoc autem. & uer. fiat autem.*

k *Quid si attingat. Si attingat etiam post lit. conte. opponitur hic exceptio: ut supra. de exce. §. dicto. uer. quid si post.*

l *§. illo. Allegato in uer. tutor. non de proxime. alle. uer. quid si aliquis.*

m *Tantum. Hanc quæstionem ponit Cyn. C. arbitriū tut. l fi. & est quæstio Pe. ad literam sicut hoc attribuens hoc dictum Vber. addit tamen idem de statuto.*

n *§. illo. Dic ut dixi supra uer. 2.*

o *FORMA. Roland. parte 7. charta pe. usque ibi: & dixit.*

p *Signaculo. Licet dubitetur, an in inuentario hæredis hoc sit necessarium, ut dicam infra. uersi. in huiusmodi. In his tamen non est necessarium, cum id nullo iure caueatur: ut etiam dicit Guid. de Suz. in l. fina. C. de iure delib. communiter seruetur.* Additio. *An signum crucis sit principium inuentarij. an uerè sit quoddam præludium eius: & an sit de substantia inuentarij, ita quòd eius omissio uitiet ipso iure inuentarium, uide pulchrè Bal. consil. 383. incip. quæritur an signum crucis. in 1. uol. & ibi in 2. col. uersi. subsequente, an sufficiat apponere signum crucis in quacunque parte instrumenti. Henri. Ferran.*

q *Secundo infra. in inuentario hæredis dicit has præmittendas.*

r *FORMA. R. Nepotis de monteal. quam dixit in Montepessulano seruari.*

s *FORMA. Mar. de Fa. & fuit additio.*

t *Tutores. 2. & ibi de hoc in 3. glo. Vber. de Bo. in l. sancimus. C. de iur. delib. tenet per hanc legem. & l. 1 proxi. alle. quòd coram iudice fieri debebat. Allegat etiam. C. de epis. audi. de creationibus. & de epis. & cle. orphanotrophos. & de cur. fur. l. fin. sed per id quod sequitur, communius tenetur quòd si uelit tutor agere ex inuentario coram iudice fieri debet. aliàs satis est tutori coram tabellione id facere. & sic fit opinionum concordia. quod etiam placet Dyn. in l. chirographis. statim allegata. super prima glo.*

u Generales. De dato ad litem, uide de actor. uniuer. uer. puberes. & quod ibi dixi.

x Conficietur. Est Rolan. parte 7. char. ult.

y Hospitalarij. De his patet hodie in cle. de reli. do. quia contingit. uersi. illis etiam. Additio. An hospitalarij teneantur reddere rationem de administratis, uide remissiuè per Soci. consi. 213. incip. in praesenti. in 2. col. uersi. hoc idem. in 2 uolum. Hen. Ferran.

z Si quis non est. sed lex, eum qui. in fin. trahi potest.

a Oportet. Ibi do. meus tenebat quòd non: quia usum & usumfructum habet: & quia lege non cauetur, subdens etiam quòd id non habet consuetudo.

b Haeredis. Dominus meus in legibus, in materia quae sequitur, dicebat super l. fi. C. de iure delib. tria tempora in materia ista, & illa notando. Primum iure Digestorum, per quod haeres non cogitur facere inuentarium: sed si adijt, tenetur omnibus creditoribus, & legatarijs: & si haereditas non est soluendo, non detrahit Falcidiam. ff. ad Treb. l. 1. §. si is qui. & ad l. Fal. l. 1. Sed si est soluendo, tenetur & detrahit Falcidiam, sed per iura Codicis consulitur haeredi: ut faciat inuētariū. Et si facit, habet plura beneficia, quae ponit lex illa. & si non facit, tenetur omnibus creditoribus secundum uires haereditatis: & non detrahit Falcidiam, ut ibi. Per ius autem Authenticorum haeres cogitur facere inuentarium: & si non fecit, in solidum tenetur omnibus, & de suo ultra uires haereditarias, nec habet Falcidiam. in auth. de hared. & Fal. §. si uerò non fecerit. & sic per ius Authenticorum aucta est poena.

c §. 1. Sic dicit ibi tex. siue ex asse, siue ex parte: per quod teneatur quòd omnes haeredes inuentarium, & crucis signum facere tenentur: nisi omnes uni committant. de re iud. c. penul. lib. 6. ff. de eden. si quis ex argentarijs. de dam. infect. hoc amplius. §. quaesitum.

d Haereditatis. An in foro conscientiae satis sit haeredi usurarij, qui non fecit inuentarium restituere usuras, iuxta uires haereditatis: plenè scripsi de usur. quanquam. lib. 6. super gl. dicebat.
ADDE ut per Pet. de Anch. consi. 412.

e Fecerit. De Trebellianica dubitatur, an illam etiā perdat haeres, inuentarium non faciens. Alber. Gal. tenet quòd sic: quia solida legata & fideicommissa praestat: C. de iur. deliber. l. fin. & C. ad leg. Fal. auth. sed cùm testator. hoc not. responde de Trebellianica. uer. quaeritur si. Sed hanc disputauit Iaco. de Bel. cuius quaestionis mentem posuit in auth. de haeredi. & Falcid. §. hinc nobis. in 13. q. tenet quòd haeres rogatus de resti uendo, detrahat quartam, etiam si inuentarium non fecerit. Inducit Roffr. Bene. qui id tenet de senten. excommu. Trebel. in prin. 2. colum. satis est etiam lege id non esse statutum. ff. solu. matrimo. si uerò. §. penul. & de senten. excommu. is qui. libr. 6. Hoc etiam tenuit Oldr. in l. fin. C. de iur. delib. in fi. Item constat, ut dicitur infra, uersi. u. 3. quòd fideicommissarius uniuersalis effectus est haeres, & habet tres partes, & institutus rogatus quartam, sicut autē haeres cohaeredi facere non tenetur inuentarium: sic etiam nec uniuersali fideicommissario singularibus prouidere uoluerunt per id iura, non uniuersalibus, in prae. §. hinc nobis. usque ad § si autem & C. de iure delib. l. fin. §. & si praefatam. & seq. Non obstat. Trebellianicam includit nomine Falcidiae, ut not. C. fami. erci. l. filium. quia illud impropriè: ut not. in auth. unde & si parens. C. de inoffi. testa. & improprietates excusandae sunt, non protrahendae: ut not. de uerbo. signifi. propterea. in fi. glo. Ad materiam faciunt no. in decre. si pater. de testa. in glöss. ergo quia & quod super ea dixi li. 6. Sed ultra quaeritur, an haeres rogatus, & si non timore quartae perdendae, saltem alio respectu habeat facere inuentarium? Et uidetur quòd non, cùm ipse non teneatur creditoribus, nec debitores sibi. ff. ad Trebel. l. 1. in prin. Sed quia pro quarta dantur ei & contra eum actiones, ut in ea. l. §. fi. & C. ad Trebel. l. 2. uidetur teneri ad inuentarium. Distinguitur autem, an possit retinere quartam: & facere debet tunc inuentarium: aliàs pro quarta tenebitur in solidum. Aut non detrahit, ut quia coactus adijt. ff. ad Trebel. l. nam quod. §. qui compulsus. tunc non tenetur, cum omni commodo carere debeat. eod. titu. ita tamen. §. si praeceptis. & l. apud Iulianum. in prin. Sed an faciet inuentarium pro tota, an pro sola quarta, pro qua tamen sustinet commoda, ut praedixi. Dicebat Oldr. ubi suprà, quòd facere debet pro tota: quia possibile est quòd tota remanebit apud eum: puta quando rogatus est in diem uel sub conditione. Item si purè, quia fortè substitutus non petet: & sic rogatus remanebit haeres. Nam substitutio, uel econtra eum regulariter non competunt, nisi facta restitutione reipsa, praeter certos casus, de quibus in l. sancimus. ad Trebel. C. Cautè ergo agit si illud faciet pro tota haereditate. Item nec bene occurrit, quomodo pro quarta siue tota fieri possit, sed adhuc quaeritur, an ex beneficio inuentarij haeredi sufficiat dare creditoribus pecuniae uel legatarijs mitis res haereditarias in solidum? Videtur quòd non

non: quia inuito creditore ei aliud pro alio solui non potest. ff. si cer. peta.l.2.§. 1. Dominus meus contra, per §. & si præfatam.& §. licentia.in l. fin. de iur. delibe. C. cùm ibi dicatur, hæredem damnum consequi non debere. quod hic eueniret: quia uendendo obligaretur de euictione. ff. de actio. emp. ex empto. post princip. Contrarium est ergo regulare: hoc autem speciale, propter rationem prædictam. Dicebat Oldra. quòd res, quæ sic in solutum datur, tantum æstimabitur, quantum posset uendi non præstita cautione de euictione, per l. 1. ff. ad Trebel. §. si hæres. Alber. Papi. qui inducebat pro hærede text. præ.l. fin.§. si uerò hæredes. in princ. ubi uidetur expressum. Inducit etiam Insti. de noxa. act. in princ. Nam, ut ibi dicitur, quia iniquum esset, dominum pro noxa serui ultra ipsius æstimationem teneri: ideo lex illum pro noxa, quantumcunque sit, dari permittit, ut ibi. Ad idem inducit. ff. de leg. 1. Imperator. in princ. & §. 1. & de lega. 1. filiusfamil. §. apud Marcellum. ubi dicit tex. non posse quem rogari restituere, ultra quàm ei relictum est. unde si legatur mihi fundus, & rogatus sum tibi dare decem lib. dando fundum. subdebat tamen quòd fortius est ius creditorum, qui tractant de damno uitādo, quàm legatariorum, in quibus loquuntur hæ leges, quæ tractant de lucro captando. Iaco. de Aret. cuius dictum ponit Cyn. in prædicta. l. fin. §. & si præfatam. dicit quòd si hæreditas est soluendo, hæres in pecunia satisfaciet. ff. fami. ercis. si hæres. §. fin. & de leg. 2. si pecunia. quia beneficium inuentum in fauorem hæredis, trahi non debet ad iniuriam creditorum. extra, de do. post diuor. restitu. Imperator. C. de emancip. l. nec auus. ff. ex quibus cau. maio. l. sciendum. Si non est soluendo, si inuenitur emptor, debet uendere, cum de euictione teneatur: ut ibi. Nam quod mihi prodest, & tibi non obest, &c. ff. de euict. l. in creditore. Si autem emptor non inuenitur, uel inuenitur, sed uult hæredem uendere proprio nomine, & non ut hæres cum beneficio inuentarij: tunc non tenetur uendere, ne damnum patiatur, vt prius dictum est. Quando autem statutum loci habet in pecunia solutiones fieri per hæredes uel alios debitores, uide quod dixi suprà de senten. excom. §. sequitur. post princi. Adde an hæres non conficiens inuentarium, priuetur Trebellianica: uide Ioan. de Anan. consil. 66. Bartol. consil. 2. & 63. Paul. de Castro, consil. 163. & 207. Bald. consi. 97. 2. uolu. Oldr. consil. 242. Roma. consil. 286. per noui. plenè in l. Marcellus. ff. ad Trebel. Quo uerò ad aliud argu. an sufficiat dare creditoribus bona in solutum: adde quæ nota. post Bart. in l. fi. §. & si præfatam. C. de iure delib.

f Autem. in fin. Vt ibi not. in gloss. in litem. in fine. hoc est uerum, quo ad legata & fideicommissa. secus quo ad credita, ad quæ tenetur in solidum: ut ead. l. §. si uerò postquam. Et nota. in auth de hæredi. & Falc. §. si uerò non fecerit. in gl. hoc facit. Ad idem ff. de inoff. testa. l. Papinianus. §. 4. de filio patris hærede, cum beneficio inuentarij, an uendicet ab emptore fundum maternum, uenditum per patrem: uide plenè in quæstione Pylei 33. & tenet quòd sic. De hoc nota. l. sancimus. C. de iure deliber. inquantum ad effectum, ubi etiam de extraneo hærede: sed de utroque & quæstionibus circa id, uide ibi plenius per Cy.

g Testator. Ibi de illo, qui subtiliter nouerat substantiæ mensuram: ut dicit text. in errante autem secus, ut ibi not. & uide infrà, de testa. §. 1. uersic. pone quidam.

h Præ. lege. Iaco. de Bel. in auth. de hæred. & Falci. §. hinc nobis. q. 12. Dicit Lam. de Ram. hoc tenuisse per eandem l. ille etiam. ff. de admini. tuto. si minoris. in fin.

i Secundum Vber. C. ad Trebel. l. 2. sed hic insurgit quæstio, quando incipiat currere tempus faciendi inuentarium substituto per fideicommissum: & si ponderamus gloss. de quibus dicam infrà, uersic. in huiusmodi. dicetur quòd currat à die restitutionis fideicommissi. Nam sicut adita hæreditate, iura transeunt in hæredem: ff. de acquiren. posses. cùm hæredes. & sic in substitutum transeunt, eius restitutione facta: ut l. sancimus. C. ad Trebellia. sed sicut uerum est, quòd tempus currit hæredi post delatam hæreditatem, ex quo sciuit: sic etiam currit fideicommissario, fideicommisso cedente, ita quòd possit peti. Si tamen per institutum ingeratur difficultas, satis æquum uidetur, quòd tempus non currat. Sed primæ opinioni sit locus. Adde quòd hæredi non currit tempus, nisi à die aditæ hæreditatis. Ita dicit Rom. esse communem opinio. eius consil. 84. de quo latius per nouiss. in l. fi. C. de iure delib. Bal. tamen consil. 331. 3. lib. uidetur concordare cum Ioan. Audr.

k Secundum Vber. de Bob. mihi charta 3. ubi tractat obiectus contra sententiam ordinarij, prope finem. tamen satis confusè locutus est autor. Et Vber. clarè dicens, quid de beneficio inuentarij facti ab hærede, si omissum est ante sententiam, lex prima dicit quòd restituto minore con-

tra uenditionem emptor petit pretium. Dua sequentes dicunt condemnatum dicere post sentensiam executionem fiendam solum in id quod facere potest. Dominus autem meus in legibus disputauit hanc quaestionem, de hared. act. etiam de ipsius procuratore, qui cauit iudi. sol. & tenuit utrunque opponere posse, ne ultra uires hareditarias fiat executio. quod sic probat. Vbi suadet aequitas haredem scriptum non teneri ultra hareditarias vires impetrare separationem bonorum hareditatis à suis: exemplum in harede, qui compulsus adijt, & non est cui restituat: & in seruo necessario harede, qui bona hareditatis non attingit: & in patrono, qui reuocauit libertum in seruitutem, que adierat hareditatem eius, qui soluendo non erat. alleg. ff. de sepa. l. 1. §. ult. & l. penul. §. fin. de in integ. restit. l. non solum. Cùm ergo beneficium separationis petatur tempore executionis, dum bona distrahuntur, & post confessionem & condemnationem, & cessionem factam bonis, & post missos creditores in bona: ut ff. de cessi. bono. l. fin. Et patet ex ordine rubricarum. ff. de re iudi. cum sequenti usque ad titu. de sepa. & beneficium quod habet heres, ne teneatur ultra uires hareditatis facto inuentario succedat in locum impetrata separationis, ut scilicet aditio non praeiudicet impetranti. ff. de separa. l. crediter. ergo etiam tempore executionis poterit, sicut & illud, opponi: & sic sine periculo hareditatem habeat: ut in l. fina. C. de iure delibe. uersicul. & si prafatam. Et, ut dicit, ex quo hoc competit haredi: ergo & procuratori conuento ex stipulatione iudicatum solui: cùm tales stipulationes propter ipsam rem, & executionem interponantur. ff. si quis cau. si eum. §. qui iniuriarum. Non obstat. C. sensen. rescin. non pos. l. peremptorias. qua loquitur de peremptoria, qua post sententiam admissa rescinderet iudicatum. faciunt etiam ad solutionem casus illi, quibus post sententiam admittitur peremptoria, not. C. de iur. & fac. ignoran. l. prima. & suprà de excep. §. dicto. uersic. hoc tamen fallis. Adde quòd opinio Ioan. And. uidetur communis prout habetur in l. ex diuerso. §. 1. & §. pen. ff. sol. ma. & consuluit Pet. de Anch. consil. 6. ubi enim dicit quòd exceptio. qua potest opponi post sententiam, potest opponi post bannum. Quid autem si fuis opposita ante sententiam, sed per iudicem ad ulteriora fuit processum? Et quid si statutum prohibet opponi exceptionem inuentarij post sententiam, prout est Papia: & an tunc statutum possit prohibere respectu rerum, qua sunt extra territorium Papia: & quid si inuentarium est confectum extra territorium: uide pulchrè, & breuiter per Bald. consil. 189. 3. lib.

l FORMA. *Rolan. Ista & sequens.*

m *Et not. secundum Rolan.*

n *In princip. Ita seruatur, licet lex uideatur uelle quod in princ. subscriptionis hoc fiat, in §. statim allegato.*

o *Signum crucis. Quod quidam dicunt de substantia. argum. ff. de transact. cùm hi. §. prator. ff. de in integ. resti. l. diuus. hoc placet Oldra. sed Odofr. dicit quia Hug. tenet contrarium: argum. ff. de uent. inspic. l. 1 §. penult. C. si contra ius uel util. publ. praescriptione. Hostien. consuluit quòd fiat. de testa. cap. Raynaldus. ad fi. Hoc consilium necessariò tenendum est: ut in praedicto §. & §. & si prafatam. ibi: solidaueris. & in authen. de hared. & Falci. §. si uerò non fecerit. Adde quod Bal. consil. 331. 3. lib. tenet signum crucis non esse de substantia. Additio. Adde quòd aliàs est consil. Bal. 383. incip. quaeritur an signum crucis. in 1. uolu. Henri. Ferran.*

p *Facere. Hoc teneas, nec approbatur gloss. 2. qua habetur in praedicto §. sin autem dubius. & §. sequen. qua dicunt tempus inuentarij currere post aditam hareditatem: quia secundum id posset multum differri, & circumueniri lex illa. Et huic dicto concord. quod not. C. ad leg. Falc. authen. sed cùm testator. uersic. his cessantibus. §. si uerò postquam, in fin. de iure delib. legi debet per subauditum. Adde, ut dixi in uersicul. quod si heres. quòd communis opinio est in contrarium.*

q *Perficiat. Quid si perfecit intra debitum tempus, non tamen tempore, quo debuit, inchoauit? Vber. de Bo. assentit Collum. & Lau. qui dixerunt inuentarium non ualere, nec haredem illius commodo uti posse, cùm forma seruata non fuerit. ff. ad muni. constitutionibus. in fi. de rebus eo. qui sub tute. magis. §. si as alienum. C. de agric. & cen. quemadmodum. de pradi. mi. l. minorum. ff. de transact. cum hi. §. si prator. & §. sequen. principaliter inducunt § si uerò postquam. in dicta l. fin. ubi uidetur expressum: & hoc etiam tenebat dominus meus M. Syl. in praedicto §. & mihi placet. Alij contra, quos Cyn. ibi sequitur ponderate effectu, qua iura respiciunt. ff. de iureiuran. sed si possessori. §. penultimo. Ad idem de uerbo. obligat. continuus. §. illud in fir. Item ut patet in pra. l. fin. hares tractat de damno uitando: ut in §. sin autem. ibi: ne in damnum incidant,*

dant, dum lucrum, &c. Item nec leuis omissio nocere debet. ff. de uen. inspicien. l. 1. in fin. facit de elect. cupientes. 1. respon. libro 6. sed ibi id exprimitur, scilicet quòd non obsit non inchoasse debito tempore, ut etiam ibi not. ex nunc.

ADDE quòd sufficit si in tempore incipit inuentarium: ut tenet Bar. in l. fi. §. si uerò postquàm. C. de iure deliberan. Bal. consil. 333. 4. lib.

r Quid. Iste uer. fuit Alber Gal. de fide instrumen. in fi. sed dic clarius, ut ibi loquitur.

f L. fin. Vide quod ibi nota. in gloss. sic ergo primo.

t Marti. de Fa. Vide suprà sub tertia forma.

n FORMA. Rolan. ubi suprà.

x Secundò. Ordinem conuertit in inuentario tutoris suprà.

y Loquatur sic. Mar. de Fano orditur sic, ego talis haeres, &c. timens ne Iustiniana legis neglecto consilio, haereditarijs improuisè oneribus illigaret leges beneficio Fal. beneficio sic priuatus, idcirco &c.

z Non seruatur. Per quam pars ista potest omitti: cùm per eam liceret hoc de toto: ut suprà uersicu. quid si sit.

a Si quis. C. de bo. uacan. l. 3. lib. 10. & in auth. de coll. §. si uerò aliquando. col. 9.

Bald. De instrumentorum editione.

TABELLIO Aequiualet testi rogato: quia debet esse rogatus. §. breuiter. sed pone. uide infrà, §. tabel. & de teste. §. an de consuetudine. An tutor agens, teneatur producere inuentarium. ff. ad legem Falcid. l. maritus. per Iaco. Instrumentum est solennis, & ritè ordinata scriptura per authentica persona manum confecta ad memoriam rei gesta. ff. de pigno. l. contrahitur. G. Instrumentum quandoque continet probationem rei, quandoque essentiam rei & probationem: & quandoque essentiam, & non probationem. Aut enim fit instrumentum ad probandum: & tunc continet probationem, non essentiam. Aut ad contrahendum: & tunc si est publicum, continet probationem & essentiam. Si priuatum, continet essentiam, & non probationem. Facit ff. de pac. l. Labeo. ff. de pign. l. cùm tabernam. §. 1. C. de fide instru. l. contractus. ff. de actio. & oblig. non figura. ff. de regu. in l. exigere dotem. cum simi. Bal. uide circa hoc §. nunc uidendum. uersi. 3. suprà tit. 1. Quot sint de solennitate publici instrumenti: & qualiter colligatur indictio, in §. breuiter post annos domini. G. Suspicio, quae nascitur ex forma instrumenti, uitiat probationem: secus si quia clam factum. uer. & scias. G. Tabellio licet fuerit praesens, non potest conficere instrumentum, nisi fuerit rogatus scribere: uersi. sed pone. G. uide supra §. 1. infra §. in eo. & hic in §. breuiter. uer. utrum confitendo. An notarius teneatur saepius edere instrumentum: dic quòd non nisi casu probato, saltem per iuramentum. §. postquàm. uersi. sed nunquid. G. C. ne de stat. l. nec casu. lib. 10. ff. de eden. l. si quis ex argentarijs. §. fin. ff. de bo. autorit. iudi. possid. l. fi. Bald. uersi. ubi autem. uide infra §. si creditor. & §. primum. In eo quod pendet ex communi consensu, notarius debet esse ab utraque parte rogatus. secus in eo quod continet factum unius tantum, ut in protestatione, testamento, & similibus. not. in authen. de tabel. §. nos autem. uersi sed nunquid est. G. & §. postquam. uer. ubi autem instrumentum. G. Si creditor petit sibi refici instrumentum, admittitur exceptio debitoris de solutione: & non fit refectio. uersi. quid si forte. G. quia apparet quòd petit per calumniam, animo uexandi debitorem liberatum: & fuit sic de facto consultum per Iac. But. uide supra §. notarius. Non creditur exemplo ex sola autoritate notarij: quia non est hoc officium suum, cum non interfuerit facto. §. ostenso. uersi. non tamen. G. Exemplum uerò, quòd sumitur ab ipso eodem notario rogato, extrahitur de protocollo, non est exemplum, sed originale: quia pertinet ad officium suum, cum fuerit originaliter rogatus: ut §. postquam. in princip. per. G. & ff. de leg. 2. l. Sempronius Proculo. per Bart. uide supra an notarius, & §. instrumentum. Etiam subscriptione decem notariorum in sumpto sine iudice, non creditur. G. uersi. sed nunquid. G. quia approbare uel improbare, est sententia, quae pertinet ad iudicem, non ad tabellionem, secundum G. Et mortuo notario, non potest alius notarius propria autoritate complere rogationes, etiam de consensu partium. uersi. illud quoque infra uersi. & nota. G. Vnum instrumentum completur ex altero contiguo. §. si in initium tabularum. uersi. quòd si forte. G. Index non potest facere apponi ea, quae sunt facti, sed ea, quae sunt iuris sic, cum causa. uer. quid si abbreuiatur. & uide infra eo. §. breuis. Quid operentur uerba ista, & renunciauit, &c. Dic quòd ex consuetudine tabellionis interpretabuntur. uersicu. quid ergo. G. Quando instrumentum est falsum in eo, in quo notarius testificatur de uisu & praesentia, ut puta quomodo actũ tali loco, & praesentibus talibus, tali die, &c.

totum instrumentum est falsum. versi. item nota. G. Secus in alijs confessionibus. ff. de leg. 3 l. patronus. §. 1. Quid de libello & positionibus? Vide supra, de lit. contest. §. 2. Publicatio non valet sine citatione partis. versic. qualiter. ubi dicit se sic pronunciasse. G. Contrà uidetur dicere glo. ff. de re iudi. l. gesta. Sed glo. potest intelligi quando aduersarius est præsens. uersic. quid citatio. G. uel loquitur aduersario tamen citato. Bald. Si autem est instrumentum, quod aliquem specialiter non lædit, sufficit edictum generale. uersic. item si instrumentum. secundum G. Item in exemplando instrumenta procuratoris, non est necessaria citatio domini, nec requiritur, quia uidetur hoc mandatum, uel uidetur iuxta mandatum. uersic. item quomodo fiet. G. Vide hoc in auth. si quis in aliquo documento. C. de eden. & ibi. G. Subscriptiones & sigilla testium, faciunt testimonium ualere: non tamen probant. uersic. & nota quòd testamenta. G. Iudex potest assignare terminum peremptorium ad probandum uel producendum instrumenta: post quem terminum non habebit locum productio. §. nunc dicamus. uersicu. licet autem. G. ff. de ferijs. l. error. argumen. C. de inge. manu. l. diffamari. & hoc in ciuili, & in criminali ff. de accusa. l. cum Titia. Ista autem termini assignatio, est interlocutoria: & ideo potest mutari, corrigi & prorogari. ff. de præto. stipu. l. 1. §. fin. Bald. uide supra, de dila. §. penult. Ille, qui appellat debet producere appellationem coram iudice ad quem, & facere de ea fidem iudici, ut sciat se iudicem. Parti etiam dabitur copia, & si pars contra appellationem uult opponere peremptoriam exceptionem, potest opponere: sed disputatio reseruabitur post litis contestationem. Specu. dicit quòd ante litis contestationem non debent instrumenta principalia edi parti, sed iudici. quod uerum est ad impugnandum, sed ad deliberandum sic. uersi. sed pone. Sententiam autem non habet necesse producere, uer. allegat. Innoc. de fide instru. cap. G. perpetuus. Facit quod no. C. de erro. aduo. l. 2. Instrumentum etiam accessionis, non editur ante litis contestationem ad impugnandum. uersic. sed quid ecce. & uide infrà, eod. §. dupliciter. G. Notarius, qui est rogatus scribere sententiam, non intelligitur testificari, nisi. de probatione sententiæ. §. breuiter. uersic. item in processibus. G. Rationem uide infrà, eod. §. notarius intelligitur. & infrà eod. §. non dicitur loqui. vbi obligatio eliditur. remanent reliquiæ: secus ubi tollitur ipso iure. §. postquàm. uersic. item solutione. G. Nota quòd actus conficiendi rationes, interdum incidit obligationi: interdum mero officio. Primo casu petitur editio ope actionis. Secundo officio iudicis: ut no. C. de eden. l. 1. in glo. ordin. Bal. Et refert qualiter fiat an ex natura præcedentis contractus, uel quasi, secundum Cy. Priuata scriptura est duplex, uel quam quis conficit sibi tantum, uel quam ipse sibi & alij. §. nunc dicendum. uersi. priuatis. Scriptura campsoris & mercatoris, facit semiplenam probationē, & cum uno teste plenam. §. dicendum. uersic. licet autem. Instrumentum factum per illum, qui non est notarius, sed tamen ex forma statuti ei creditur, ubique potest produci ad fidem faciendam. §. restat. uersic. quid de his. G. Et uide quod not. ff. de eden. l. quædam. §. nummularius, in glos. ordin. infrà, eo. §. consuetudo. & §. notarius creatus. Dupliciter quis utitur instrumento, scilicet realiter producendo: & tunc semper debet edi aduersario. & uerbaliter allegando in positionibus uel libello: & tunc debet edi ad deliberandum, non ad disputandum, scilicet ante litis contestationem. nam exceptiones peremptoriæ reseruantur post litis contestationem. Ita intelligo uersicu. quòd si quis. & per Innoc. de proba. cap. 1. Testium uerò nomina quis non tenetur dicere aduersario. ff. de arbitr. l. non ex omnibus. Facit ff. ut leg. no. caue. l. postquàm. §. die. Bald. Vide supra eod. §. ille, qui appellat. & infrà. §. periurium. Ista responsio credo prout in instrumento continetur, est multiplex, non simplex, nec sufficiens, quia non releuat à necessitate probandi. & idem si respondeatur libello. eodem uersic. C. Vide Innoc. de exceptio. cùm venerabilis. Contrarium dicitur suprà, de teste. §. ualet. Instrumentum procurationis uel contractus, non est de actis: licet producunt in iudicio: sed productio eius est de actis: quia productio eius fit in iudicio. uersicu. illud autem. G. Vide Innocen. in cap. statuimus de electio. lib. 6. & c. cum in iure de offic. deleg. An instrumenta possint produci post sententiam? Vide infrà. de senten. §. instrumenta. Acta iudicialia, qualiter possunt impugnari, ut iudex possit acta scribere: uide hic, & uersi. satis utiliter. & in c. cùm à nobis. de testi. Si instrumentum uerum pronuncietur falsum. quid iuris? De sententia postea lata uide suprà, de rescrip. §. 1. uersi. Si quis promittit per instrumentum stare ad sensum sapientis, an talis cōtractus dicatur in scriptis. infrà, eo. de empt. & uendi. §. si dictum. Quomodo etiam instrumentum alienationis, debet exemplari vt faciat fidem, vide hic in §. omnino. Instrumentum specialis procurationis debet remanere apud acta: sed

sed si est procuratorium generale, debet registrari & reddi. uersi. potest. G. Non sufficit quod notarius dicat, talis produxit quatuor instrumenta: nisi dicat quæ, propter incertitudinem. §. uidendum.post princip. ibi: quidam autem, &c. G. argum.contra.C de anna.excep.l.fin. sed inest specialiter odio præscriptionis: ut in fine illius legis. Primum protocollum notarij semper debet edi partibus, quia est commune. uer. ex præmissa. G. scilicet ei, cuius fauorem respicit: ut not. ff. de eden. l. prætor. in princip. Et si habet plura capitula separata, debet edi illud tantum, quod facit ad factum. de fide instrum. c. contingit. C. de preci.Impera.offer.l.fina.C.de appel.l.ampliorem.§.1.uersic. quid si produco.uide supra §. dupliciter.Guli.An credatur pro se scriptura uel rationibus mercatoris, cum suffragio alicuius indicis. §. nunc uidendum. uersi. licet autem. G. Dic quòd non, ut nota. ff. de eden.l.quidam. §.nummularios.argum.contra ff.de polli.l.Publia.§.fin. Bal. Solu. ibi pars approbauit illam scripturam, acceptando lites.ff.ad Macedon. l.si filius. uel ibi non poterant capitula separari, secundum Bart. uide supra eod. §. scriptura campsoris. & infra §.sequen. & infra §. instrumentum tale. Consuetudo dat autoritatem scribendi ut credatur etiam non tabellioni: quod est not.uersi. hic quoque.ff.de eden.l.quædam.§ nummularios.in glo. uide supra §.instrumentum factum. Instrumentum habet uim tot testium, quot sunt de substantia illius instrumenti: & non reprobatur,nisi per totidem secundum Odofr.§.restat.uersi.2. G. Attende, quia interdum obijcitur contra instrumentum defectus causæ, interdum defectus solemnitatis, interdum defectus erroris, interdum uitium falsitatis. Primus defectus probatur per modum traditum in l. generaliter. C. de non nume. pecu.scilicet, si causa sit expressa in instrumento. Si autem causa non est expressa, tunc aut est instrumentum liberatorium: & ualet. ff. de pac.l. tale pactum. aut obligatorium: & tunc non est efficax. ff. de excep.dol.l.2.§.circa. Fallit in casibus, in quibus præsumitur donatio propter ingentia, uel similia merita, uel propter qualitatem personarum. ff. de oper. liber. l. Campanus. & de dona.inter uir & uxo.l si seruus.ff.de dona. l.si filius.cum similib. Secundo casu interdum opponitur defectus solemnitatis negotij: & tunc duo testes sufficiunt. ff. de pac. l. iuris gentium. §. quod fere. Interdum defectus solemnitatis scripturæ: & tunc si est defectus latens, puta quòd unus testis erat fatuus: hoc probatur duobus testibus: sed ex aduerso potest probari duobus testibus, quòd pro libero habebatur supra de testi.l.1. Tertio casu error debet probari per tot testes, quot sunt de essentia actus: ut not. ff. de leg. 2. l. cum proponebatur. Quarto casu saltem tres testes requiruntur: quia tabellio est pro uno, & duos ad minus habet instrumentum: ergo uidetur econtra totidem requiri: ut not. Instit. de inuti. stipul.§.item uerborum.Sed Nico.Matha.dicit duos sufficere contra uocem mortuam eliciendam:quia persona infringitur, ut ei non credatur.argum ff. de eden. l. si quis ex argentarijs.§.1. sicut indirecte per quos reprobatur: ut l. optimam.C.de contrahen.& commit.stipulæ.Nec est ratio diuersitatis: quia magis duo probant directe quàm indirecte: nec lex aliqua hoc dicit: sed glo. potest intelligi quando instrumentum fulcitur etiam adminiculo uiua uocis duorum testium. Præponderatur enim tunc eorum dictum cum tabellione duobus contrarijs testibus propter præsumptionem sumptam ex persona tabellionis. Facit exemplum de fide instrum.c.cum Ioannes.per Innocentium. & infra uersi. sed pone produc. Bald. & uide quod not.C.qui testa.fac.pos.l. hac consultissima.§.fin. & infra §.casus.& §.si decesserit.& §.si sententia.Bal. Instrumentum tabellionis igneti non probat:tamen pro instrumentis multum antiquis præsumitur.ff.de proba.Celsus.recipit enim productio adminiculum ex persona producentis: quia pro homine legali præsumitur. uersi. sed si quid producitur.G.C.de proba.l.iubemus. Accusatur testis de falso, qui dicit se id non dixisse quod scriptum est: certe facit rem dubiam. unde non condemnabitur ex accusatione falsi.uersi.sed quid si dum. & uersi.quid si unus.Gui. Simile C.de fal.l.si quis decurio.per Cy.uide supra de teste.§.iudex commisit. Casus, in quibus non ualet probatio testium. uersi. sed si alij. per Gulie. sed reprobatio sic, ibidem per Gulie. Quando instrumentum fit in publico parlamento, non sunt necessarij testes, secundum Vber. idem in actione. uersi. sed cum literis. & sequen. Gulie. Emancipatio tamen est de actis: & tunc requirit testes: quia similis est donationi & contractui. ff. de adoptio. post mortem.Bal.uide infra eo.§.nota quòd.& sequen.& §.acta.Notarius creatus autoritate Papæ uel Imperatoris ubique locorum habet exercitium officij. Secus in creato ab inferiore, puta à Rege uel habente autoritatem à consuetudine: qua non habet exercitium extra territorium. uersi. & nota. & sequenti. Instrumentum factum tamen intra producit effectum suum & probationes

ab extra. C. de testam l. si non speciali: & de postula. l. ex ea. Bald. & sic est in uoluntaria iurisdictione. Nam aut committitur à principe: & tūc potest exercere ubique. Aut ab inferiore: & tunc non potest exerceri, nisi in territorio committentis. lege 2. ff. de offi. proconsul. secundum Bart. in l. cunctos populos. Papæ ergo & Imperatori totus orbis est subiectus & uniformis: & quia imperium & papatus non possunt diuidi, saltem quotatiue, & si dicas, si imperium non potest diuidi, quomodo ualuit donatio facta ecclesiæ per Imperatorem? Respondeo, quia non donatur quota. puta dimidia Imperij uel quarta, secundum res singulares, sicut hæres dicitur hæres uniuersalis insolidum, licet restituat alicui rem certam: sed si quota hæreditatis: tunc dicitur diuidi hæreditas inter eum & fideicommissarium. Instit. de fideicommis. heredi. §. si quis una. tamen uniuersalia nomina, non recipiunt diuisionem, nisi uiderentur in quotas. ff. de peti. heredi. l. hæreditas. & de negotijs gestis. l. Pomponius. §. si. Illud certum est, quod Imperium est ex diuina institutione inductum. & quòd non potest supprimi, & quòd temporalis iurisdictio est in Imperatore, tanquam in radice, & per prius actu & habitu plena essentia: non tamen potest Imperator tantum donare quòd uilescat sua autoritas. in authen. quomo. opor. episc. in princip. in glo. & argum. not ff. de lega. 3. l. nomen. §. primo. quia minorem se facere non potest, in fraudem Imperij. arg. ff. de iure patro. l. si libertus. Bal. Dei gratia & beneficio. dic ut no. ff. de in ueiur. l. Labeo. & uide l. fin. in prin. C. arbi. tu. Bal. Vide supra §. instrumentum factum. & infra de re iud. §. Imperator. & infra eod. §. quid si rex. Quando notarius desinit esse tabellio, noua non condit instrumenta, sed uetera complet. Exemplum in notario ingresso religionem, & in condemnato. argum. ff. de publi. iudi. is, qui reus. uersi. incheatus plane. Item qui suspensus est ab officio, ut excommunicatus. nam inspicitur initium temporis, quo tempore actus fuit efficacissimus. uersi. sed cum dixeris. & uersi. quid si instrumentum. uersi. quid si tabellio. & seq. uide infra eo. §. si tabellio non est. Gul. Non perdit notarius officium ex ipso delicto, sed per sententiam, ut ibi per Gulielmum. ff. de eden. si quis ex argentarijs. §. 1. & idem de infami. l. 2. §. miles. ff. de infami. exautoratio nanque requiritur, secundum Odof. Debet enim de crimine pronunciari. ff. de iure fisci. l. eius, qui. Bald. Etiam hæreticus & ipso iure priuatus conficit instrumentū inter ignorantes uersi. quid si instrumentum confectum, Gulielmus. argumentum C. de testamen. l. prima. C. de hereti. l. Manicheos. in uerbo, coniuncto. in gloss. Gulielmus. Notarius potest facere scribi ex suo protocollo per alium: & ipse postea apponere subscriptionem, & signum: & est originale, non exemplum. uersiculo quid de hoc quod faciunt quotidie. Non potest tamen alteri committere subscriptionem & signum, quibus stat completio instrumenti. nam completio delegari non potest. supra eodem §. ostenso. uersiculo quid si aliquid per Gu. uide infra eod. § non creditur exemplo. & §. tabellio non potest committere. Licet aliquis in instrumento dicat se notarium, non tamen ei creditur, nisi hoc saltem per famam probetur. uersi. illud autem. Gul. Vide Accur. in corpore authen. de fide instrum. & infra eod. §. instrumentum. uersi. quid ergo. & uersi. nunquid. & uide infra eod. §. ex sola. Gul. Notarius intelligitur conficere instrumentum de his quæ loco & tempore rogationis erant in fieri: de alijs non intelligitur loqui assertiue, nec fidem facit. uersiculo, in summa. nisi sint adminicula, & necessaria: ut l. optimam. & C. de fide instrumen to. & iure hasta fis. l. 1. lib. 10. in glo. Sed illud ibi non procedit ex autoritate scripturæ: sed ex iuris præsumptione, ut ibi not. Baldus. Interdum exemplum facit mentionem exempli. C. de diuer. rescrip. l. sancimus. per Cyn. Interdum exemplum facit mentionem originalis: ut authen. si quis in aliquo documento. C. de eden. Interdum originale originalis de alio actu celebrato, de quo per Innoc. in c. quoniam contra. de proba. & Cyn. in dicta authen. si quis in aliquo. supra alleg. Bal. Quando instrumentum, quod facit mentionem de aliquo, est originale nouum, licet descendat ex ueteri, ut si quis promittit decem, tanquam ex alio instrumento: tunc lecto instrumento debiti, non est opus producere primum instrumentum: quia secundum est originale, non exemplum. uersiculo penult. quod est nota. Gul. Facit C. de non nume. pecu. l. generaliter. imò ibi fuerunt uerba prolata ab eo, qui confitendo poterat præiudicare, non ab alio. Bald. supra §. non creditur exemplo. Nota quòd in actis iudicialibus, non est necesse apponere testes. uersi si. Guliel. sed dicm sic. Ex sola quasi possessione officij, non præsumitur quis tabellio, nisi iuuetur alijs coniecturis. §. instrumentum. uersi. quid ergo. uide quod not. in fi. C. de fide instrum. solemus. per gloss. & Cyn. sed ex sola quasi possessione, præsumitur quis habilis. C. de testamen. l. prima

& inha-

& inhabilis.C.de ser.expor.l.moueor.Bald. Vide supra §. licet aliquis. An locus sit de substantia instrumenti: dic quòd sic, saltem de consuetudine loci.*

Nam nullo iure cauetur quòd locus debeat inseri, sed seruantur consuetudines regionis. uersi. quid si locus. Guli. Secus in testibus: quia testes non debent respondere, nisi ad interrogata. secus in instrumento. Item iudici committitur forma interrogandi in testibus. unde potest interrogare de loco & tempore si uult, quam suppletionem non potest iudex facere circa instrumētum: quia instrumentum non suscipit magis & minus: nam in seipso consistere & firmum esse debet. Bald. Vide omnino quod not. in cap. abbate sane de re iudi. lib. 6. in glo. Notarius non potest corrigere instrumentum suum, redditum parti, nisi probetur error: & tunc iussu iudicis. uersi. sed nunquid confecto. quia non potest esse contrarius suæ scripturæ. ff. de testi. qui falsa uel varia. Alij dicunt, quia est functus officio suo. quæ ratio non est uera. nam secundum hoc nec similem scripturam posset conficere. Bald. imòetiam non redditum, si iam in protocollo compleuit: ut infra eodem §. rogatus. Pone quòd in protocollo est dies, sed in instrumento reddito parti deest, an ex protocollo potest suppleri & iuuari? Certe sic: uersicu. quid ergo. sic not. Gul. quia uigor iste sumitur ex radice. Bald. Ratione partis uitiata uisibiliter perit tota scriptura: quia indiuisibilis est tota scriptura: aliàs fides tabellionis. uersicu. quid si aliquis. Guliel. & in l. edicti. C. de edic. diui Adria. tollen. Nam uitium ex aliquo sumptum trahitur ad uniuersum in instrumentis: hoc est uerum in falso propriè sumpto. secus in quasi falso. ff. de fal. l. filius. §. 1. Item secus in diuersas personas. C. de fide instrum. l. 2. Bald. uide supra de lit. contest. §. 2. & infra eo. §. an iudex possit. Si deficit causa in promissione, ualet instrumentum. secus si deficit causa in confessione. Azo in Summa, in authen. de fide instrum. uersi. item opponitur contra. uide supra eo. § unum instrumentū. Guli. Breuis forma instrumenti non nocet: quia uerba dilatari possunt, substantia non mutata. uersi. item opponitur quòd res. Guliel. præsertim de consilio sapientis. Guli. ff. de here. insti. l. illa institutio. & debet arctare consulendo de iure, non de facto, secundum Ray. uide infra eo. §. tabellioni. Commune Perusij uendidit suos reditus secundum formam schedulæ, quæ primo scribitur. dico quòd iste contractus est in scriptis: & standū est schedulæ: nec potest aliquid addi, diminui, mutari, uel prorogari. ff. loca. l. item quæritur. § fin. Bald. Rogitus notarij non dicitur publica scriptura, nisi sit completa, & habeat signum notarij. not. C. qui pot. in pign. hab. l. scriptura. postquam uero est ibi subscriptio & signum, statim est quæsitum parti ius probationis ex eo. unde etiam non redditum parti non potest tangi uel corrigi, nisi iudicis autoritate: quia iudex potest partè causa cognita præiudicare: uide supra eod. §. notarius non potest. & infra eod. §. notarius potest impetrari. Si tabellioni data est potestas addendi & minuendi ad sensum sapientis, potest addere capitula, quæ iuris sunt, ad corroborationem facti & contractus, non mutata substantia. uersi. quid si à contrahentibus. Nec potest adijcere pœnam, quæ non fuit à contrahentibus apposita. arg. ff. de uerbo. obliga. l. ex ea parte. Sed ibi in feudo, non in facto loquitur. Verbum autem solenne, puta stipulationis uocabulum, uel alia iuris uocabula, potest bene apponere, secundum Guli. facit quod not. ff. mandato. §. fin. uide supra eod. §. breuius. & supra de arbi. §. an possit addi. Tabello non potest committere suum officium, uel suas uices alteri: quia suum officium est inseparabile: nec potest unus notarius rogari, & alter publicare de mandato suo. uersi. sed nunquid uidemus. & uersi. præcedenti. Guliel. Vide supra eodem §. notarius potest facere. Præsumitur potius pro instrumento liberatorio, quàm obligatorio. uersi. sed pone duos. Guliel.

* Si est sententia pro instrumento, non potest contrarium probari per testes. uersi. sed eodem.*

Si tabellio non est condemnatus de falso, ualent eius alia instrumenta: quia eius autoritas uiget usquequo remoueatur. uersi. item opponitur quòd tabellio. Gul. Si autem est condemnatus: tunc aut de crimine tabellionatus, puta de falsa scriptura: quia desinit esse tabellio, & debent sibi auferri instrumenta sua siue officia, quæcunque habet occasione tabellionatus, & dari alteri: ut in authen. de armis. in fi. colla. 6. & ibi not. in gloss. ordi. gesta ualent, gerenda non ualent. C. de senten. l. 2. Aut de alio crimine extra officium tabellionatus: & tunc aut sententia priuat eum fama & fide: ut si de aliquo alio falso condemnetur, & non ualent eius instrumenta: aut fama, & non fide: ut si condemnetur de furto uel atroci iniuria: & idem, quia publico officio amodo uti non potest. Aut nec fama nec fide: ut si condemnetur de culpa uel leui iniuria: & tunc non perdit tabellionatum. arg. ff. de mino. l. diuus. à contrario sensu. Et facit C. de digni. l. indi-

ces.lib.12.et no.ff.de infa.l.2.§.miles. Et prædicta uera, si condemnetur ex ueris probationibus. Secus si ex contumacia: quia tunc non perdit officiũ publi cum: quia condemnatus ex contumacia non fit infamis. l. 2. C. de mod. mulct. in gloss. secundum quosdam. Sed tu dic contra, si bannum æquiparatur deportationi· ut not. Insti. quib. mod. ius pat. potest. sol.§.relegati. argumen. ff. de tut. & rat. distrahen. l. tutor Reipublicæ.§. fin. quia officium tabellionatus, est de iure ciuili: ideo deportatus uel quasi perdit ipsum, secundum Bart. Vide supra, eod.§. quando desinit. Bal. Confessio facta coram arbitro, non infamat, nec ualet ad corporalem pœnam. uersi. sed pone tabellio. Guli. quia est facta coram iudice incompetenti, uel uerius nullo. C. qui testa. face. pos. l. hac consultissima.§. at cum humana. Non dicitur loqui notarius, qui scribit uerba sententiæ: sed scribit uerba iudicis. ibidem. Gul. argum. contra, ff. de pign. l. fide.§. pater. uide in eodem §. notarius, qui est Romæ. An iudex possit comburere falsum instrumentum. §. instrumentum. uersicu. sed nunquid iudex. Guli. Notarius potest adscribere sibi in testamento nuncupatiuo absque pœna falsi. uersicul. quid ergo si testator. Guli. non tamen suæ scripturæ probat pro se, quia esset testis in sua causa. Et si dicas, hoc licitum est testi in testamento nuncupatiuo. Insti. de testa. §. legatarius. Respondeo, si est quæstio inter hæredem & legatarium: tunc non posset esse testis. Si autem inter hæredem & extraneum: tunc sic, secundum Guli. uersic. quid de legatarijs. Vel dic quòd implicitè potest attestari solennitati & scripturæ recognoscendo suum sigillum, & inuando scripturam: sed explicitè non potest testificari de suo legato, præsertim nulla facta scriptura. unde in testamento & rescriptis toleratur magis testimonium: quia fortè ignoratur quid contineatur in scriptura: & sic implicitè tantum attestatur, nec habet proprij commodi cogitationem testis, qui ignorat intrinsecum tenorem scripturæ & specifica dispositionis testatoris. Sed ubi probatio fundatur ex dicto specifico testis: tunc per se non potest testificari. Si ergo in testamento in scriptis interrogatur testis, quid ibi contineatur, tutius est quod dicat, nescio specificè. ff. de testa. l. hæredes palam. Sed ubi scriptura est publica: tunc scriptura probat totum facti tenorem: quia in scriptura probationis, ius positum est. & de ista probatione, quæ in scriptura publica consistit, potest intelligi, Guli. Vide infrà, de re iudi.§. quod tabellio. Per exceptionem falsi, non tollitur accusatio falsi: quia per exceptionem non potest crimen puniri. ergo nec econtra criminosus absolui: ut nota. in l. 2. §. si publico. ff. de adul. uersiculo quid si. Guliel. sed ciuilis actio, bene tollitur. C. de fide instrumen. l. fin. in fi. Licet autem ui exceptionis testis uel tabellio non puniatur: tamen ex officio iudicis potest puniri. Guli. Productio instrumenti, firmat instrumentum contra producentem, ut ei stetur tanquam uero. uersiculo ultimo nota. Guliel. Acta per publicam manum scripta & publicata ualent in alieno iudicio inter easdem personas. Exigitur autem publicatio in attestationibus: quia notarius non potest se subscribere, & signum apponere & publicare. de re iudi. l. gesta. Vnde autem rationem probant: quia notarius non potest eas redigere in publicam formam: nec cuiquam publicare. §. satis utiliter. quia non debet publicare, nisi de mandato iudicis. uide supra §. nota quòd. An ualeat confirmatio, si non producitur originalis confessio? Dic quòd si confirmans dicit se uidisse confessionem, non est opus eam produci: aliàs sic. §. nunc autem. uersiculo secundo Guli. & C. de quadri. præscrip. l. 2. & infra uersiculo tertio. Baldus. Aliud est priuilegium, & aliud est confirmatio: ut not. Innoc. de re iudi. cap. cum inter. Guli. argum. ff. de libe. leg. l. Aurelius. §. testamento per Iaco. An sufficiat in priuilegijs clausula illa generalissima, scilicet, non obstante aliqua lege? Dic quòd sic, si scribitur ex certa scientia. uersic. & scias. Guli. De hoc nota. C. de natu. libe. l. 1. & ff. quod quisque iur. l. 3. §. si is, pro quo. C. de præscrip. trigin. ann. l. omnes. Bald. Priuilegium in dubio præsumitur reale, quando est concessum loco: secus si personæ. uersi. item quod fuit. Guli. de censi. quanquam. in glo. uide de institut. cap. cum uenissent. An clausula in principio uel in fine posita, referatur ad omnia: uide plene in uersi. item excipe. Guliel. Quot modis perditur priuilegium. uersi. item opponitur. & ibi plene per Gul. Quid si Rex uel Imperator fundat & dotat ecclesias, an successor poterit reuocare? Dic quòd non, nisi ob id, Imperium & regimen enormiter lædatur. §. nunc autem. uersi. fin. Gul. Et nota hic contra donationes factas ecclesiæ. Guliel. Vide infra eo. §. notarius ere. Filiusfami. cum consensu patris facit testamentum adiecta clausula, si non ualet iure testamenti, ualeat iure codicillorum, & cuiuslibet alterius ultimæ uoluntatis: quæritur an ualeat ut donatio causa mortis? Et dic quòd non: quia in generali locutione non continetur donatio causa mortis: sed debet

bet specialiter denominari. ff. de dona. l. filius. §. compendiosè. versi. quid si filius. Guli. Si ergo explicitè fiat mentio, quòd valeat iure donationis causa mortis: tunc valet eo modo, si res transijt ad contractum inter partes, aliàs non. De hoc not. C. qui testa. face. pos. l. scimus: per Cy. Et alia ratio, quare prima clausula non operatur, scilicet quia nomine ultima voluntatis non continetur donatio causa mortis: quia donatio causa mortis magis accedit contractui, quàm ultima voluntati: quia formaliter est pactum: ut l. secunda. ff. de dot. praeleg. & ideo sequitur aliud, licet explicitè diceretur quòd valeat iure donationis causa mortis, tamen non valeret nisi partibus praesentibus. ff. de dona. causa mor. l. inter. & facit C. de pac. l. licet. & quod not. C. de sacr. san. eccl. l. illud. & C. de dona. l. nec ambi. Bald. vide infra. eod. §. si quis donet. licet non multum ad propositum. An exbannitus possit testari. versicu. quid de bannito. & tenet gloss. quae est in §. relegati. Iaco. de Aret. dicit quòd aut vult testari secundum statuta & priuilegia patriae. & non potest: quia lex patria sibi non patrocinatur, cùm ciuis esse desierit. ff. de capi. dimi. l. amissione. §. primo. Aut secundum ius commune: & potest. ff. ad Trebel. l. ex facto. §. ex facto. per Guli. & Iaco. Nam bannum est stricti iuris, & est potius interlocutoria, quàm diffinitiua. C. de haere. institu. l. prima, per Cyn. & ibi plenè per Bart. & vide Bald. super Inno. de senten. excom. cap. venerit. Si decesserit unus ex testibus testamenti in scriptis, an per sex testes probetur iudicium testatoris? Et videtur quòd sic: quia probant solennitatem: qua probata, voluntas scripta praesumitur esse vera. versicu. quid si unus ex. Guli. In contrarium facit quod not. ff. quemad. testam. aper. l. secunda. & C. eod. l. secunda. & potius videtur dicendum econtra, quòd sex, vel quinque testes, probent voluntatem. ff. de reb. eo. l. fina. qua probata, praesumitur solennis: ut C. de tut. & fac. ignor. l. si post diuisionem. Nam voluntas est subiectum: solennitas est accidens: & subiectum potest probari esse. & intellige absque accidente: sed non accidens sine subiecto. Nam accidens esse, est inesse, secundum Aristotelem. & facit quod no. in l. 2. C. de secun. tabu. ubi glo. tenet quod unum sine altero probari nō potest efficaciter. & hac vera. Bald. & vide supra. eod. §. instrumentum habet tres testes, quorum unus sit sacerdos. sufficit in omni testamento secundum ius canonicum. versicu. item per ius canonicum. Guli. Consuetudo potest relaxare solennitates testamentorum. versicu. sed nunquid de consuetudine. cum sequen. In contrarium facit l. vlti. C. de testa. Solu. Ibi loquitur de consuetudinibus, quae erant ante illam legē, sed non prohibet in futurum consuetudinem induci. Sed Iac. de Are. tenet quòd consuetudo non valet de minori numero testium, quàm ibi dicatur. ff. de testa. l. testamenti. per Iaco. Sed nunquid haec consuetudo patrocinabitur aduenae ibi testanti? Respondeo, non: quia non sortitur quis forum testando: secus in contractibus, vel quasi. C. de emanci. l. prima. Bald. Alij dicunt quòd quo ad bona ibi sita, valet testamentum: quo ad alia bona, non. argum. l. 3. C. ubi pet. tut. De hoc C. de sum. trini. & fid. cath. l. 1. per Cy. & Guli. vide infra, de senten §. an quo ad successionem. Ante litis contestationem cogitur quis eligere, an utatur scriptura & institutione, an ut fideicommissario: sed post litis contestationem non tenetur eligere, nec eligendo declarare. versicu. & nota quod. Guli. & hoc verum in re certa: secus in re incerta. ff. de rei vend. l. idem Pomponius. §. fina. Baldus. Clausula, si non valet iure testamenti, valeat iure codicillorum: nihil operatur, quando testamentum rumpitur praeteritione posthumi: quia verbum valet, est praesentis temporis. Secus dicendo, si non valebit: maximè si exprimatur ex causa praeteritionis, vel alia. versicu. item vide si est ibi. & versicu. sequen. Item non facit vim in conditionalibus verbis, utrum sit praesentis temporis vel futuri. Sed gloss. in authenti. ex causa. facit vim quia institutio videtur à fatuo facta. unde non: deuoluitur in fideicommissarium per l. Titia. ff. de inoffic. testam. Idem tenet Guli. de Cu. C. de codicil. l. fina. Dyn. tenet idem, quod Specu. & videtur casus à contrario sensu ff. de fideicom. lib. l. generaliter. §. ex testamento. & ibi per Iac. de Aret. Non obst. l. Titia. quia loquitur in exheredatione. Nam aliud est in filios insanire, aliud consilium Galli Vellei non perpendere: ut not. gloss. in simili. Insti. de oblig. quae ex male. §. si iudex. Nec obst. ff. de lega. 3. l. 2. quia ibi à persona, hic ab ipsis bonis. Et in rem relinqui videtur. simile ff. de lega. 3. l. si sic. & l. si ita. secundum Cy. Dy. & Bart. & non detrahet filius, nisi debitum bonorum subsidium: quia videtur prohibitus detrahere institutus. quod not. Bal. Quid si testator dicit, si non valebit: quod de praesenti non valeat? Respondeo, vera est conditio. ff. de verbo. sign. l. verbum, oportebit. Quandoque clausula indefinitè apposita, videtur magis grauare bona, quàm personam: secus si certa persona. ff

na ff. de leg.3.l.2. sic ff. de testa. tute. l. pater. In istis ergo conditionibus quandoque testator duo significat tempora, ut cum dicit, si non ualet vel valebit: quandoque vnum tantum: vt cum dicit, si non valet. Idem tenet Dyn. *sed* Pet. & Iaco. *tenent quòd illa conditio, si non valet: vsque ad mortem extenditur. ff. de testa. tut. l. fina. nam testator semper loquitur usque ad mortem. ff. de leg. 1. l. talis scriptura. C. de testa. tute. l. secunda. Ista ratio videtur falsa. ff. de libe. causa. l. Aurelius. §. testamento. de aur. & argen. leg. l. si ita. Quid si testator dicit, si non valebit? Respondeo, præsens & futurum comprehendit. ff. de verb. signi. l. uerbum, oportebit. Quid si dicit per copulam, si non uales, & non valebit? Respondeo, ponitur pro disiunctiua. vt quodlibet verbum aliquid operetur. argumen. ff. de lega. 1. l. si quod. Quid si dicitur non valeret? Respondeo, omne tempus complectitur: quia conditio per se, designat propriè futurum. Nam propriè conditio est de futuro. Quid si dicit, volo valere iure cuiuslibet vltimæ voluntatis? Respondeo, idem: quia præsens confusum, præsentis non tenet vsum. Et vide quod nota. de continuatione ex præsentibus in futurum. ff. de acquiren. possess. l. prima. §. veteres.* Barto. *Quid si testamentum non ualet, ratione reuocationis: vtrum clausula codicillaris aliquid operetur? Dic quòd non. versicu. pone.* Guli. *quia deficit ratione voluntatis mutatæ, non ratione voluntatis omissæ.* Bald. *Quid si deficit institutio, quia institutus decedit ante mortem testatoris? Dic quòd si erat grauata persona: tunc deficit onus. Sed si erat grauata portio, tunc debentur relicta. argumen. ff. de lega. 3. l. prima. §. sciendum. versicu. sed pone quidam.* Guli. *Si duo sunt instituti, vnus purè: putà vxor in uita sua: alius sub conditione. puta Titius post mortem vxoris: an vxor purè instituta hæres, erit heres interim in solidum? Tenet quòd sic: per gloss. l. 1. ff. si pars hæredi. pet. versicu. sed si duo.* Guli. *& sic est heres ad tempus incertum. quod esse potest alio dato hærede. C. de here. insti. l. extraneum. per* Guli. de Cun. Bald. *An testamentum possit fieri irreuocabile per iuramentum? Tenet quod non de iure ciuili: secus de iure canonico. versicu. quid si quis.* Guli. *Nam & per contractum potest hoc fieri secundum* Dyn. *ergo fortius per iuramentum,* Bald. *Sed contrarium est verum: quia non debet valere testamentum, si testatorem pœnitet. C. de sacrosanc. eccles. l. prima. & deficit ius naturale, id est, consensus: & iuramentum non potest immutare naturam testamenti. Vnde veritas est quòd ualet secundum: sed testator est periurus: secundùm* Ioann. Andr. *imò non est periurus: quia non valet iuramentum, cùm sit contra bonos mores. ff. de verbo. obligatio. l. stipulatio hoc modo. secundum* Barto. *Sed testamentum imperfectum tollit completum, quo ad legata, non quo ad institutionem. ff. de lega. 3. l. si iure. versicul. quid si primò.* Guliel. *Mater & pater possunt instituere filium naturalem, coram duobus testibus. versicu. quid si mulier, & versicu. quid si pater naturalis.* Guliel. *In matre concedo: quia pro iusta reputatur: nec quo ad matrem est differentia naturalis atque legitimi. ff. unde cogna. l. si spurius. §. si hac parte. Institu. ad Orfic. §. nouissimè. C. quando muli. tute. offic. fun. pot. l. fin. In patre autem si consideras l. vltim. C. famil. ercisciun. illa loquitur tantum in suo & emancipato. Si consideras §. ex imperfecto. ille §. extenditur ad matrem. Sed magis facit l. vltim.* C. *de confir. tut. quæ videtur hoc decidere: nisi exponas, vt ibi not. in gloss.* Bal. *Pater autem non potest institui per filium, nisi testamentum sit solenne. versicu. quid si filius.* Guliel. *An executor possit ponere manum ad quam rem vult. C. quando dec. opus non est. l. secunda. in gloss. In relictis ad pias causas cessat omnis* Falcidia: *ergo &* Trebellianica. *versicu. sed cum deducto.* Guliel. *est verùm quòd l. si quis ad declinandam. hoc non dicit: quia ibi prohibet executori, ne detrahat non hæredi. Executor enim non admittitur ibi, nisi pro pauperibus. Ergo non detrahetur quicquam ex eo: quia verè non est sibipsi hæres, sed alijs. ergo non detrahit: quia non est qui possit detrahere. §. sed cum deducto.* Guliel. *ff. de lega. 1. l. cum filio. vide infra. qui fil. sint legi. §. fina. & de re iudic. §. qui relicta. De relictis pro restitutione incertorum, nihil detrahitur, versicul. item scias.* Guliel. *nec habet heres interuallum inuentarij, vbi periculum animæ vertitur: vt nota. C. de iure delib. l. fina. §. donec. secundum* Azon. & Richar. & *ibi per* Cy. *in additio.* Bal.

Notarius potest interpretari scripturam suam: ut not. ff. de appel. l. ab executore. Bald. *& declarare eam incontinenti. secus ex interuallo. quod not. vide supra. §. rogitus notarij. Si bannum non est legitimè cancellatum, non tenet cancellatio. & ex eadem scriptura fit probatio. C. quomo. & quando iud. l. si præses.* Bald. *Forma illa, substituit vulgariter, & per fideicommissum: ponitur in* Specu. *de instru. edit. §. vt autem caute.*

in 2.

in 2. colum. Guliel. & tunc substitutus habet eligere, ex quo capite veniat. C. de codicil. l. fina. ff. ad Trebel. l. recusare. §. Titius. Bald. Præteritio cum causa ingratitudinis inserta, est idem quòd exhæredatio sine causa, aut propriè dicitur præteritio. versicu. si autem is, qui aliquem. Guliel. aliter not. in authen. de hered. & Falcir. §. exhæredatos. & per Dyn. in l. Gallus. Filia potest institui in legitima: ergo & in dote, quæ in legitima computatur, & non dicitur præterita. uersicu. sed super forma. Guli. Practica forma testamenti in scriptis multos habet angulos, in versicu. testamentum. & versicu. sequen. tamen cùm pater inter liberos testatur, solemnia non sunt necessaria: ut in §. ex imperfecto. secundum Dyn. vt in authenti. hoc inter liberos. per Accur. & docto. Practica forma testamenti cæci, quæ multos habet anfractus: versicu. illud quoque. nec distinguitur in testamento cæci inter liberos, vel non. Guli. Legata debent scribi hoc modo: quia primò illicitorum restitutio: secundò expensæ funeris: tertiò pro anima: quartò cætera. Heredis institutio potest fieri per casus rectos & inflexos. Item per verba directa et communia. Item per vniversalia & singularia. l. prima. §. si ex fundo. de hære. insti. uersicu. tertiò dicendum. Guli. Integrum testamentum potest reddi legatario. Itē & sua particularia tantum cum substantialibus partib. ver. & breuiter. Guliel. Tria sunt genera executorum, sicut tutorum. nam alij sunt testamentarij, alij legitimi, alij datiui. §. nunc verò aliqua. in princ. Guli. Ista duo genera vltima habent locum tantùm in relictis ad pias causas. Guli.

Executores testamenti habent varia nomina. Nam quandoque uocantur executores: ut no. Accur. in l. si quis pro redemptione. Quandoque dicuntur distributores: vt l. pecunia sortem. Quandoque commissarij: vt l. nullis. C. de episc. & cle. Quandoque prouisores: ut l. Theopompus. de dot. præleg. Quandoque procuratores. ff. mand. l. si verò non remunerandi. §. fina. Quandoque ministri. ff. de lega. 2. l. si quis Titio. Quandoque gladiatores, & breuiter nomina eorum sunt secundum actus, quos habent exercere. Nam aut mandatum eorum fundatur super certo: & tunc propriè dicuntur executores. Aut super incerto: & tunc dicuntur commissarij. argumen. Institu. de fideicom. hered. in princip. Executor enim propriè est, sicut pica & organum. argumen. extra. de appel. cap. nouit. de hoc in versicu. porro. per Guli. Si testator dixit, relinquo talem executorem: nec dixit ad quid: omnia exequenda vidśentur sibi commissa. De hoc in versi. quid ergo. per Guli. quia clausula generalis, refertur ad omnia. ff. de serui. vrb. præd. l. si seruitus. Bal.

Assumptus ad consulendum, non est propriè executor. versi. sed quid si dixit. Guli.

Si testator mandat aliquid fieri ad voluntatem executoris, valet testamentum, & eius voluntas est sequenda. uersicu. quid si testator. Guli. argum. contra ff. de hære. institu. l. illa institutio. & l. captatoria. Solut. Hic ad pias causas. extra, de testam. cap. cùm tibi. vel hæc voluntas respicit actum executiuum, non actum dispositiuum. ff. de reb. dub. l. verum. §. 1. Bal.

Si executor malè arbitratur. episcopus corrigit errata, cui cura animarum incumbit. uersicu. quid si male. Guli.

Si moritur executor incertorum, succedit episcopus, uel alium subrogat. versicu. sed pone. Guliel.

Inter executores non est locus iuri accrescendi, si sunt executores incertorum: sed loco mortui debet subrogari datiuus. Sed si ad certum sunt deputati, etiam vnum fieri potest. versic. quid si sunt plures. Guli. Et lege, id quod per Iacobum: quia in primo casu mortuus habetur pro discordante: ideo episcopus supplet. in eod. §. versicu. sed quid erit si omnes viuunt, & concordant in uno: episcopus non habet quicquam facere: sed si discordant potest episcopus addere uni parti, vel ipse solus exequi. uers. quid si plures. & uersi. sed quid erit. Guli. hoc verum si non inuenitur maior pars. aliàs statur maiori parti: & potest vnusquisque deponere uotum suum separatim: quia non faciunt collegium. ff. de pac. l. cùm in eo. Imò videtur quòd debeant simul conuenire ff. de arbit. item si vnus. § fina. & l. sequen. quod est tutius & uerius: quia officium non debet diuidi. Bald. Vide infra. eo. §. vnus executor.

Ex stipulatione sacerdotis, alteri quæritur: quia sacerdos in suo officio & appenditijs est publica persona. uersi. item cum. Guli.

Merus executor non potest agere nisi ad pias causas: vel nisi hoc habeat in mandatis. uersi. & scias & versi. sequen. Guli. An executor teneatur satisdare. ver. quid si hæres. Guli. arg. ff. loca. l. insulam §. si. & ibi quid de fratre minore. Bald. An executor possit reddere rationem per suum iuramentum. C. de dona. l. si quis pro. de accusa. cap. qualiter. versicu quid si ex. Guli. Executor non potest facere distributionem, nisi adita hæreditate, etiam ab intestato facta repetitione. versicu. sed quæro.

Alleg.

Alleg. ff. de fideicom. lib. l. 2. Guli. Et nota. ff. de hared. instit. l. qui filio. §. seruus. vbi est gloss. Bal. Executor ad pias causas potest facere procuratorem super actione, quam habet, etiam ante litis contestationem. versi. nunquid causa. Guli. & hoc in iudicijs: non tamen potest alteri committere ea, quæ industrialia sunt. l. cuius bonis. de cura. fur. Guli. Distributor ad pias causas, est hæres pro pauperibus, secundum Rolandinum, sed nomine, non re, secundum Accur. vel propriè non dicitur hæres, sed administrator, secundum Azo. versicu. item pone quòd aliquis sit loco. Guli. Mater finita tutela, & commissaria dicit se habere conscientiam de quibusdam malè ablatis per defunctum: & ideo vult retinere pecunias pupilli, ut eas reddat: quæritur an possit? versi. sed pone quadam. si constat, sic: aliàs non. Guli. An instrumenta rei legatæ debeant dari legatario. C. ad leg. Falc. si prædiorum. versicu. sed quæritur. per Guli. An executor vltimæ voluntatis possit vendere. C. quando decre. opus non est. l. 2. ff. de alimen. leg. l. alio hærede. & ibi plenè de materia executorum, per Bart. versi. sed an executor. Guli. dic quòd non, nisi in duobus casibus, scilicet quando testator ei hoc commisit: & quando habetur loco hæredis vniuersalis: & quando aliter non est unde soluatur, & vendet hæres, non executor. versicu. sed quid si non. Guli. Quo iure agit executor contra nomen debitoris. versicu. illud. Guli. & an satisdet: & quid si debitor vult magis soluere hæredi, quàm executori. versicu. sed nunquid iste. & versiu. sequen. Guli. Et an hæres compellatur agere uel cedere iura pro solutione? Dicit quòd non cogitur nisi cedere. versicu. sed an ex lege. Vide etiam ff. de administ. tut. l. Lucius. §. fina. Bal. An executor possit transigere cum debitoribus, uel compromittere. argum. quòd sic, in non liquido. C. de transac. l. præses. uersi. de illo. Guli. Vbi executor impeditur opus exequi. versicu. quid si executor impotentia. Guli. An tempus appositum in una parte testamenti, uideatur in alia parte repetitum. C. de oper. lib. l. Titius. An executor possit eligere unum pauperem. C. de testam. mili. l. captatorias. per Cyn. Merus executor non potest instituere ex Trebellianica. argum. ff. de iure dot. l. si mulier. §. ex asse. hæres interdum potest, & non debet. C. de fideicom. l. post mortem. Interdum non potest, nec debet: puta in præiudicium tertij: uel ubi est incertitudo personæ. ff. de lega. 1. l. filius. §. diui. Vel dic quòd restitutio ex Trebelliano habet tres effectus, scilicet transactionis, exonerationis, & liberationis à fideicommissario. Quoad primum effectum, potest statim restitui: nec tamen est donatio, sed præuentio solutionis ff. de leg. 2. l. Lucius. & de sol. l. sub conditione. & ideo tex. in l. post mortem. vtitur verb. satisdare. quo ad secundum non. unde creditores adhuc habent restituentem obligatum: quia plus tempus non cadit sub uoluntate testatoris: sed propter eum est. ff. de leg. 2. l. Lucius. §. testatorem. Item nec exoneratur restituens alijs fideicommissarijs: ut d. §. diui. Quando conditio inseritur actui, ad hoc ut actus sortiatur effectum, debet conditio extitisse. & facit ff. de hæred. insti. l. 3. §. qui fide. Bal. Executor tenetur inuentarium facere, quando uult administrare, sicut orphanotrophos, & tutor. uersicu. sed an tenetur. & hoc, si est distributor uniuersalis: secus si ad certam rem. Guli. Omnis executor tenetur reddere rationem eorum quæ administrat. uersicu. sed an simpliciter. Guliel. & an stetur suo codici rationum. uersic. sed nunquid secundum ff. de tute. & rat. distrahen. l. prima. §. officio. per Dyn. Si vnus executorum moritur, an accrescat alteri coniunctio uerbis uel non. uersicu. sed si aliter ex. Guli. Et si omnes sunt mortui, commissaria & industrialis executio ad episcopum redditur seu deuoluitur. uersicu. quid si unus. uide supra. eo. §. inter executiones. An præsentes possint exequi, collegis absentibus irrequisitis? uersi. sed quæritur an. Guliel.

Si executores non sunt concordes, episcopus faciat quod uult. uersic. sed quid erit. Guli. An sit melior conditio occupantis. uersi. sed nunquid. uer. Guli. C. de auto. præstan. l. fina. Guli. Si unus executorum renunciat, an alius solus exequatur. uer. sed quid si unus. G. An executor suspectus possit remoueri. uersi. quid si executor est suspectus. Guliel. C. de procur. eum qui. Bald. An executor cogatur exequi. uersicu. item quæritur. utrum sic postquam res ad eum peruenit. G. Et an contra executorem necessarius sit libellus. uersicu. quæritur autẽ qualiter. Et an intra annum possit cogi, uersic. sequen. G. An non adita hæreditate, ualeant pia legata. uersicu. sed pone quòd ex eo sit. secundum Guli. Contrarium not. infra. de re iudic. §. quòd relicta. An hæres possit facere distributionem sine executore. uersic. demùm quæritur. certa sic, incerta nõ. G. Nota quòd relicta ad pias causas possunt peti usque ad 40. annos. ut in authen. de ecclesi. titu. §. pro temporalibus. colla. 9. Videtur quòd distributor hæreditatis non possit soluere æs alienũ: quia hæreditas dicitur, ære alieno deducto. ff. pro soluto. l. mutuus. Bald. Quæ dicantur relicta ad pias causas, uel ad pios usus, & quòd generaliter relictum

relictum pro bono anima, dicitur ad pias causas. ff. de lega. 3. l. si quis Titio. per Accur. versicul. & scias quòd inter. plenè per Guliel. & C. de sacrosanct. eccles. l. illud. in gloss. Bal. Et an ad pias causas exequendas, quilibet agere possit. ver. sed nonne cuilibet. per Guliel ff. de lega. 1. l. ciuitatibus. per Bald. Nomine foris facterum uel illicitorum, continentur extorsiones non debita ex contractu, nisi post moram. versicu. adhuc autem quaritur. G Hoc intellige de debito reali, & non de personali Bal. An monachus, conuersus, canonicus. prior, uel episcopus. possit fieri executor testamentarius. versicu. sape enim quaritur. & sequenti. Gul. An officium executoris transeat ad haredem uel successorem, ut no. de cur. fur. uer. eius nuper bonis. & sequen. Guli. An mortuo episcopo capitulum succedat in executione testamenti. uer. item circa legitimos. Guliel. Si episcopus est infirmus, an habeat executionem archiepiscopus: nota. versi. sequen. Sed an iudex secularis. versi. si quenti. Guli. Iudex secularis habet compellere, non exequi ff. de peti. hared. l. hareditas. arg. contra ff. de usufru. lega. l. legatum. sed ibi non est ad pias causas. Bal. Executor debet exequi intra tempus sibi assignatum, aliàs priuari poterit. versicu. penulti. Guliel. Constitutiones episcopales prafigunt terminum, dicunt quòd etiam ignoranti labuntur termini, propter bonum anima testatoris & episcopus faciat. argu. ff. de infa. l. genera. & ibi omnino uide Bar. & arg. in l. si partem. §. 1. ff. quemadmo. serui. amit. C. de prascrip. leng. tempo. si contra uidetur. ff. de decre. ab ordi. facien. l. fin. & de adili. edic. l. consp. & c. statutum. de praben. lib. 6. Dic, aut termini lapsus est alicui fauor, & currit ignoranti: aut praiudicium, & tunc non currit: aut nec fauor, nec praiudicium, & tunc currit ignoranti, ut hic. Bald. Si executor impendit aliquid de suo, recuperat. uer. fin. Guli. in l fin. ff. de neg. ge. l. qui aliena. §. libertas. ff. ad leg. Fal. l. 1. ff. de iure delib. l fin. §. in computatione. Bald. Si quis donat proprietatem retento usufructu in uita, illa donatio est inter uiuos: licet executio eius quo ad usufructum, sit collata post mortem, & licet fiat mentio mortis: quia non adycitur mors uerbo principali, quod est donatio: sed uerbo executiuo: ut patet in forma, quam ponit Spec. in §. porro. versi. donatio autem. Et nota, quòd triplex est species donationis, scilicet mera causa mortis, mera inter uiuos, & quasi media inter has. & bene facit ad hoc quod uet. ff. de leg. 2. l. cùm pater. §. Manio. Bald. uide supra. eod. §. fil. usfamalias. Si quis donat plures possessiones, sigillatim enumerando, plures sunt donationes: secus si uno generali uocabulo. versi. optimum. Guli. Potest opponi pactum, quòd donatio non reuocetur occasione nascentium liberorum: & tunc cessat l. si unquā. sed non cessat querela inofficiosa donationis. versi. donatio autem firma. Guli.

Codicillus non reuocatur per alium codicillum causa diuersa: sed testamentum per aliud testamentum sic. § uiso. versi. & nota quòd tutius. Quinque sunt inuentaria, scilicet tutoris, curatoris, orphanotrophi, haredis, & fisci. de instru. edi. §. edito. in princi. Guli. uide supra. de actore. §. tut. & de cura. §. 1.

Inuentarium praiudicat tutori, quo ad ea qua supprimi possunt: non quo ad ea, qua certum est poni, non debuisse. uer. seq. Guli.

Si tutor nō posuit omnia in inuentario, repellitur, si sunt suspicione digna: secus in modicis. ff. de con. & demonstr. l. quamuis. Sed si non addit nouiter quasita, non potest huic obijci exceptio: quia iustum fuit decretum à principio. versic. sed & si omnia. & seq. De his tamen nouiter acquisitis & de fructibus, debet fieri codex rationum. & est simile in fideiussore dando. C. de iure delib. l. mulier. Bal. Circa inuentarij confectionem & modum, debet attendi consuetudo regionis. uer. quid si sit de consuetudine. G. An pater teneatur facere inuentarium? Dic quòd nō, si iure ususfructus administrat: quia non cogitur reddere rationem. versic. quid. Guli. Vltimò tractat Specu. de inuentario haredis: & ponit substantialia, & formam inuentarij in penulti. & ulti. col. sed non plenè ponit. & ideo Bart. facit aliam formam secundum §. si uerò absunt. in authen. de hared. & Falci. & inde collige. Bal. Per statutum, potest inuentarij confectio remitti: ut not. in l fin. C. arbi. tute. per Cyn. Item an testator possit derogare statuto, ibidem per Cy. Mandauit testator haredi, quòd faceret capellam, & expenderet centum: reperitur capella eius astimationis: nec reperitur à quo, uel unde facta fuerit. Dic quòd prasumitur facta ab haredo. l. fin. C. de ali. pu. prastan. per Bart. Vide in argu. contra, l. ei qui dicit. cum concord. ff. de proba. & in d. l. fin. ideo sic prasumitur: quia continuò stetit pupillus penes tutorem: ideo uento non prasumitur uixisse.

a De prasumptionibus. a Rubrica.

IN Præcedentibus de ueris & plenis probationibus, quæ fiunt per testes uel instrumenta, præmisimus: nunc ergo ad perfectionem tractatus probationum, & de probatione, quę fit per

per præsumptionem, aliqua sub compendio perstringamus, dicentes.

ADDITIO.

a *Pyleus non posuit hanc rubricam, sed de ipso aliquid tractauit sub titul. de proba:ionibus. Idem Ioannes de Deo cauil lib. 5. in distinctionibus tamen suis posuit materiam primi § ut ibi dicam. Tancre. posuit rubricam sui operis, parte secunda rubrica penul. & hunc libellum iudiciarij ordinis Tancred. Hostien. allegat in Summa huius titu. §. penul. in fi. Archid. autem ferè totum ipsius Tanc. titulum posuit 7. q. 1. c. oues. & ex quo reliqui practici auteres, & alij materiam omiserunt, ad non practicos recurramus. Constat omnes Summistas materiam tractauisse. & quia de Hostien. nunc dixi, qui ultimus fuit, scire debes eum in Summa triplicem diuisionem posuisse in secundo §. prima fuit, quæ ponitur hoc §. 2. quarta omissa, scilicet de temeraria probabili, & uiolenta: & de his tribus sub uersi. suspicionis not. 2. q. 1. primo semper. & extra, de præsump. quanto. & uide quod ibi breuiter dixi super glo. Secunda fuit quòd præsumptionum alia iudic. siue contumacia hominis, alia fama, alia natura, alia iuris tantùm, alia iuris & de iure, alia qualitas facti. & de hoc plenè prosequitur. Tertiò ipsius diuisio est quòd præsumptionum alia præsentis ad præsens. Alia, præsentis ad præterita. Alia, præteriti ad futura. Alia, præteriti ad præsens. Alia, ad præsens ex præsenti, circa futurum. Alia ex præterito circa præteritum. Membra insinuasse sufficiat: recurratur ad uol. glo. hanc materiam ponunt. 50. d.st. ferrum. 54. distin. fraternitatem. plenius de sponsa. 11. qui. & istas tres remittit autor infra. uersi. necessaria. ante fin. Tu addas extra, eo. titu. scribam. 44. dist. multis ff. quod met. cau. non est uerisimile. & C. de proba. siue possidetis. ubi per Odofre. & ibi per Cyn. plenè & satis breuiter. quamplures extra uolumina tractauerunt hanc materiam: & maximè super l. illa, non est uerisimile. inter quos Alb. Odofr. qui mutauit modum aliorum, sic diuidens: Causarum quædam requirunt plenam cognitionem, quædam summariam tantum. Primo casu aut præsumptio est leuis, aut uehemens. & secundo casu, alia est iuris tantum: alia, iuris & de iure: alia, hominis: alia, natura: alia, facti. & ista, aut est facti præsentis, aut præteriti, aut subsequentis. Et prædicta præsumptiones quandoque sunt pro actore, quandoque pro reo. Vides quòd principium & finem miscuit inter membra: in quibus uult: quòd in summaria cognitione, eius præsumptio dat uictoriam, etiam agenti: & ideo quia per illas non præiudicatur principali quæstioni, dat exemplum ff. de libe. agnosc. si quis à libertis. §. si uel parens. cætera omitto. Sed est sciendum quòd Marti. de Fano super ead. l. non est uerisimile. tractans materiam, non præmisit membra: sed quinque præsumptiones prosequitur. & est prima, iuris & de iure. & in hac dat multa exempla, de quibus infrà dicam. Secunda, est iuris. Tertia, est hominis. Quarta, est natura, quæ à natura inducitur, uel lege auxiliante naturam. Quinta ex consuetudine oritur. Iura, quæ inducit, infra ponam: quia sic aliquid conseram breuitati.*

a Quot præsumptionis species.

SVMMARIVM.

1 *Quid sit præsumptio, & unde oriatur.*

PRAESVMPTIO Est argumentum ad credendum unum factum, surgens ex probatione alterius: puta ex cohabitatione personarum suspectarum, præsumitur coitus, ut 27. q. 1. nec aliqua. 32. q. 1. dixit dominus. extra, de præsump. literis. & c. 3. b † Surgit autem
b
1 præsumptio ex multis causis, scilicet ex causa: ut 23. q. 7. occidit. contra 32. q. 4. origo. Ex persona: ut 89. distinct. decenter. & 31. q. 2. Lotharius. 4. q. 3. uersic. testium. extra, de præsump. ca. fina. & de pœni. & remis. noua. & 46. dist. sunt nonnulli. Contra 22. q. 4. sicut. Ex loco: ut 17. q. 4. quisquis. extra, eod. literis. & cap. 3. Contra. 1. q. 3. saluator. in fin. & 40. dist. illud. 32. q. 5. tolerabilibus. Ex tempore: ut 17. q. 1. Gonsaldus. extra, de sponsa. ad id quod. Contra 23. q. 8. si nulla. Prædicti modi probantur 81. dist. in omnibus. Item ex qualitate: ut 46. dist. sunt nonnulli. in fin. & 4. q. 3. §. hermaphroditus. contra 1. q. 1. non quales. Ex taciturnitate: ut 43. dist. sit rector. uersus princ. & 28. dist. presbyterum. extra, eo. nonne. contra, de consecrat. dist. 4. cùm pro paruulis. & sequenti. In utilitate: ut 23. q. 4. ipsa pietas. contra 23. q. 5. relegentes. circa medium. Ex fletu: ut 31. q. 2. si uerum. 6. q. 1. c. inuitare. contra 23. q. 4. c. est iniusta. Ex fuga. 1. q. 1. ca. constat. 43. dist. sit rector. uersic. rectorem. recta & c. contra 50. di presbyteros. Ex negligentia: ut 17. dist. peruenit. extra, eod. scribam. 2. q. 7. c. negligere. Contra, 41. dist. sæpe. Ex conseruatione. 56. distin. cap. 1. contra, 56. dist. quantumlibet. Et familiaritate: ut 34. dist. quorundam. 28. q. 1. c. sæpe. extra, de accusa. c. repellantur. contra. C. de episco. & cleri. eum, qui. extra. de cohabit. cleri. & mulie. c. à nobis. Ex uicinitate. de pœniten. dist. 1. sed & continuo. contra 11. q. 3. c. antecessor. Ex obscuritate: ut 18. q. 2. c. perniciosam. extra, de offi. deleg. consuluit. contra 86. dist. si quid. Ex euentu: ut 15. q. 1.

c. al

c.aliquos.contra 14.q.2.c.fin.Ex dignitate: ut 11.
c q.3.absit.extra,de rescrip.ca. præsenti. c 8.q.1.ca. qualis.contra, eadem quæstione, illud. & 40. dist. multi. Ex quantitate: ut 12.q.2.bonæ. extra,de rebus,eccle. alie. uel non. consensus.extra,de simo. & si quæstiones. contra.14. q.6.c.fin. Ex dilectione: ut 23.q.4.ea. de pœni. dist.7.c.fi.uersicu.quem enim morbus. extra de præben. graue.28. dist.de Syracusanæ.contra 8.q.1.cap. Moyses. ex societate.2.q.8.c. penul. extra de accusatio. repellantur. contra 81.dist.clericus. Ex frequentatione: ut in c.clericus.& ead.dist.in omnibus.ex. de uit.& honest.cle.monasteria.contra 46.dist.sunt nonnulli. Ex ætate.extra de præsump. cum in iuuentute. & 2.q.1.c.scelus.& 34.dist.fraternitatis. contra ead. dist.§.quod ergo.Si ei,qui longo tempore in aliquo ordine deseruiuit, nouiter obijcitur, quod fuit à non suo episcopo ordinatus: quid super hoc præsumatur tam in iudicijs, quàm extra. Et an præsumatur,solennitatẽ interuenisse, uel omissam fuisse: nota secundum Papam extra de eo, qui fur.or-
d din.suscepit.c.fina. d

ADDITIO.

a *Species. Addit Tan. & quis est effectus cuiusque.*
b *Tertiò. Est sciendum quòd Ioan. de Deo ex distinctionibus Richardi Anglici, charta nona, sumpsit hanc distinctionem, quæ sequitur usque ad decimum octauum membrum suis distinctionibus. 54. & sicut Richardus nullam decretalem allegabat: sic nec Ioan. Guliel. addit quarto ultimo membro & omnes decreta. quæ hic allegantur. Propter multitudinem autem contrariorum nouam formam tenebo in soluendo: præmittens quòd ad plura ex contrarijs infrà scriptis, sufficit hæc solutio, quòd præsumptio, & ueritas sunt diuersa: nec negatur præsumptionem esse posse contrariam ueritati. eod. tit. cap. ultimo. in fin. & patebit per inferiora, & infrà §. proxi. & c. origo. licet ibi dicatur, non refert ex qua honesta causa quis insaniat: puta ex ieiunio, uel nimia uigilia. per id tamen non negatur, ex causa præsumptiuè iudicari. de accusa. tiõ dilecti. sicut licet præsumatur ex persona, puta pro constituto in gradu: apud Deum tamen præfertur iustior: ut ibi. & de tempo. ordin. ad aures. in fi. saluatur. licet uenditio rei sacræ in ecclesia uel extra inducat simoniam: non per hoc negatur, grauiorem esse culpam. cùm in ecclesia peccatur. de homici. sicut dignum. in prin. Illud ad hoc contrarium & sequens, uide quod in ipso sequenti nota. si nolla, uide quod not. de treug. & pace. c. 1. in glo. 2. in omnibus. & 29. distin. sciendum. & not. 18.q.2. diffinimus. in ulti. gloss. non quales. dicit ex sacerdotis qualitate, eius sacramenta uel bonam doctrinam non pollui: cum pro paruulis baptizatus, adultus per se loqui debet: tacendo non dicitur consentire, &c. in utilitatem, melius diceret utilitate. ibi enim in fin. dicitur, sint ipsi utiliter, qui contra eam fuerunt hostiliter. & contrarium probat quòd inutiliter recipiunt heretici, cum peccare non cessent, est iniusta. fletus rei uel suorum, non probat eum corrigibilem, presbytero? etiam obstante fuga apparet quandoque conuersio: sæpe ibi dicitur quod quandoque remissio uel negligentia uult uideri pietas. Ioan. de Deo fortè non ponderans quod prædixi. alleg. l. distinct. sæpe. sed illud capitulum facit pro, non contra. Quantumlibet, licet præsumatur pro ijs, qui in religionibus conuersati sunt: quandoque tamen reperiuntur alij deteriores: à nobis: ibi consanguinitas elidit suspicionem, quam familiaritas induceret: antecessor ibi Bonifacius communicauit corpore, sed non mente. Quid sit, non debet iudex esse facilis ad credendum. c. fin. Richar. & Lodo. non allegauerunt hoc. sed uer. Ouidij epist. Car. Careat successibus opto, Quisquis ab euentu, facta notanda putat. Istud autem capitulum potest conuerti: quia dicitur, sacerdos non debet rogari in testem. sed si aliquo euentu uiderit uel audiuerit, alijs deficientibus, testificari debet illud. Vide quod ibi not. multi. Vide quod prædixi super secundo contrario. c. fin. ibi, soluitur. in fin. glo. Moyses. facit pro & contra, ponderato quod fecit Moyses. & quòd sic hodie clericus, ibi præsumitur ex solitudine. sunt nõ nulli. sanctus uir mala de bonis nõ æstimat. §. quod ergo. ibi: difficile continentiam seruat, &c.*
c *Præsenti. Hodie statutum. §. 1. lib 6.*
d *Cap. fin. Primum ibi scripsi post eum in glo. secunda secundum dictum quære, de re iudic. sicut super tertia glossa in quibus locis uide per Innoc. & Abb. Sicul. Item Rota in antiquis decisio. 84. & decisi. 312.*

SVMMARIVM.

1 *Præsumptionum species, quot sunt.*
2 *Præsumptio probabilis quæ sit, & ex quibus surgere dicatur.*
3 *Præsumptio uiolenta surgit ex uerisimili probatione.*
Præsumptio iuris dicitur, quando ius præsumit ita esse.
4 *Denunciante aliquo alicui ter ne cum uxore sua loquatur. si postea cum ea reperitur loqui, uiolenter præsumitur de malo.*
5 *Præsumptio necessaria, quæ dicatur.*
6 *Iudex procedens per præsumptionem, debet esse* [tardus

tardus ad pœnam imponendam,& sententiam temperare.

7 *In criminibus non debent esse præsumptiones,sed claræ probationes.*

8 *Tortura an ex præsumptione possit aliquo casu dari.*

9 *Bonum factum, semper præsumendum est bene factum.*

10 *Bonum de malo,aut malum de bono, nunquam est præsumendum.*

11 *Præsumptiones diuersæ,nonnunquam circa idem factum habentur.*

a SPECIES[a] autem præsumptionum sunt quatuor, licet communiter tres consueuerint
1 assignari. † Est enim præsumptio temeraria, probabilis, uiolenta, & necessaria. Temeraria præsumptio est, quæ surgit à malis hominibus & maleuolis, & ex causis uilibus & leuibus: puta quia uident aliquem semel cum aliqua loqui, statim præsumunt malum. & malè: cùm dubia in meliorem partem debeamus interpretari. extra de regu. iur. c. 2. Vnde si præsbyter amplexetur mulierem, præsumitur facere id causa benedicendi, uel ad pœnitentiam exhortandi. 11. q. 3. absit. 96. distin. in scripturis. Temeraria ergo præsumptio inualida est, & à iure repellitur, nec mouere debet animum iudicantis. 2. q. 1. c. 1. & 6. q. 1. c. oues. 86. distin. si qui uerò. extra de simo.
2 licet Heli. † Probabilis autem, siue uerisimilis dicitur præsumptio iudicis: & hæc surgit multis ex causis & suspicionibus, de quibus s. aliquas tetigi, fama super his crebrescente: & hæc inducit pur
b gationem: [b] extra de purga. cano. c. si quis. de gradu. 2. q. 5. c. presbyter si à plebe. & cap. si mala. & c. omnibus. contra eam tamen admittitur probatio: ut 7. q. 1. c. præsentium. extra de renunc. super hoc. nec inducit iudicem ad sententiandum, nisi cùm talis in purgatione defecerit: ut in prædi. concor. & extra de cohabi. cleri. & mulie. c. tua. & dicam j. de aboli. & purga. §. nunc de purgatione. Veruntamen licet per se iudicem non moueat ad pronunciandum, cum uno tamen teste, uel cum alia consimili præsumptione, plenam facit fidem, se
c cundum Tanc. [c] extra de præsump. illud. 4. q. 3. uersic. item sæpe. 35. q. 6. si duo. C. ne de sta. defun. l. 2. uel mouet iudicem ad deferendum iuramentum ei, pro quo est præsumptio, ut sententiam ferat pro eo. C. de reb. cred. in bonæ fidei. ff. de iureiur. admonendi. extra de procu. ex insinuatione.
3 extra de proba. sicut consuetudo. † Violenta autem præsumptio, surgit ex uerisimili probatione: & dicitur præsumptio iuris, quando ius præsumit ita esse: puta si apparet chirographum cancellatum, ius præsumit debitorem esse liberatum. ff. de probat. si chirographum. 67. distinct. scire. in fi. ff. de pact. postquam. & l. Labeo. Præsumit etiam ius quòd nullus resignet personatum ecclesię, & postmodum recipiat uicariam. ex. de præsumpt. quia
d uerisimile. [d] Item præsumit quòd nullus de maiori dignitate, transit libenter ad minorem: ut extra de cler. non resid. in eccles. uel præben. cap. 1. Item præsumit quòd quis cognouerit uxorem, cum qua diu cohabitauerit: ut 27. q. 1. nec aliqua. Item si quis inuentus sit cum aliqua nuda, solus cum sola, & in lecto iacentes, secretis locis & latebris, præsumitur quòd sint fornicati: ut extra de præsumpt. literis. Item si accusatus aufugiat, potest condemnari: ut ff. de bon. libe. si in liberti-
e num. & C. ut omnes tam ciui. quàm mili. l. unica. [e]
4 † Item si quis denunciet ter alicui, ne cum uxore sua loquatur, & postmodum inuenit eum cum ea loquentem, potest eum iudici tradere puniẽdum: quia uiolentissima præsumptio est, quod pro malo loquatur in authentica, ut lic. matri & auiæ. §. his quoque. colla. 8. quæ est posita C. de adulter. authent. si quis ei. Item si te accuso de adulterio cum Berta commisso: & tu me reppellis, dicens quòd est tua consanguinea: postea uerò cum ea contrahas, poteris puniri: quasi de maleficio uidearis confessus: ut C. ad leg. Iul. de adul. si quis
f adulterij. & hoc inducit [f] iudicem ad pronunciandum pro ea, nisi contrà probetur. Nam contra talem præsumptionem, bene admittitur probatio: ut in prædicta concordantia. & extra de proba.
g proposuisti. [g] argu. contra, quòd non inducat iudicem ad pronunciandum. extra de præsumption. literas. sed ibi Papa uoluit benignè agere. Vel dic, quòd inducit probationem in criminibus medio-
h cribus: ut in præd. c. dixit. [h] non in enormibus: ut in prædicto c. literas. dic ut ibi not. Aliàs autem per præsumptiones, præter quàm in præmissis casibus, & similibus, non condemnatur quis sine probatione, secundum Rofr. quia sanctius est impunitum relinqui facinus nocentis, quàm innocen-
5 tem condemnare: ut ff. de pœn. absentem. † Necessaria autem est præsumptio illa, quam communiter uocant magistri: iuris & de iure. & hæc inducit probationem, & iudicem ad pronunciandum, nec recipit probationem in contrarium. Dicitur autem ideo iuris & de iure: quia ius uehementer pręsumitur sic esse, uel non esse: & propter talem pręsumptionem, ius statuit super ea. Verbi gratia: Si is, qui contraxit cum Berta per uerba de futuro, cognouerit eam postea: ius certè statuit contra huiusmodi matrimonium præsumptum probationem non admitti: nam ex quo eam cognouit, intelligitur in eam consensisse, quamuis cum ea non contraxerit per uerba de præsenti: ut extra de spons. is qui. & in exemplis ibi nota. Itẽ si quis cognoscit sponsam suam conditionalem, ius præsumit, purum consensum accessisse: & ideo statuit pro matrimonio sententiandum. extra de despon. impub. de illis. extra de condi. appo. per tuas. Et eodem modo, si qua inuita uiro tradita, pòst consenserit in carnalem copulam, ulterius non auditur. extra de eo qui dux. in ma. quam pol. per adult. c. significauit. extra, qui matri. accus. pos. insuper. Vel si postea cum eo per annum & dimidium steterit, ulterius non admittitur ad probandum uiolentiam: quæ præsumitur in consensum transisse. extra de sponsa. ad id, quod. & c. iuuenis. Idem in ea, quæ dicit se inuitam intrasse religionem. extra qui cleri. uel uo. c. fina. Item pone alia exempla, ut C. ad Macedo. l. fin. & C. arbi. tute. l. fin.

l.fin. De hac autem præsumptione loquitur 11.q.1.c.si qui clericorum.& in auth.ut lic.matri & auiæ.§.penul:& fina.extra de desponsa. imp ib.c. literas. Et de hac materia, uide extra de sponsa.is
i qui fidem. i & 50. distinct. ferrum. & 54.distinct. c.fraternitatem. Aliàs autem quantuncunque ius aliquod præsumat, semper admittetur probatio in contrarium: nisi aliquid certum super ipsa præsumptione statuat: puta quòd non admittetur probatio in contrarium: ut not.in prædicta concor-
6 k dantia. k † In summa nota, quòd ubi iudex per præsumptionem procedit, ualde suam debet sententiam temperare: & tardus debet esse ad pœnam corporalem, uel pecuniariam infligendam. arg.2.q.1.c.nomine.& c. 1. quod dic prout nota-
l tur secundum Papam ex eod. quia uerisimile. l
7 † Sed pone, m Petrus minatus est Titio quòd ei
m oculos erueret. postmodum eruti sunt oculi eidem T. nescitur tamen à quo: sed P. accusatus de hoc, contra quem probantur solum huiusmodi minæ: quæritur, utrum ex hoc solo debeat condẽnari? Et uidetur quòd non: quia in criminibus claræ debent esse probationes.2.q.8.c.sciant. Item metum non ex iactationibus tantùm, sed ex facti atrocitate probari conuenit: ut C. quod met. cau.
n l.metum. n licet ergo minæ probentur, non ob hoc factum probatur. C. de transact. interpositas. Nã præsentẽ metum inspicere debemus. ff. quod met.cau.l.metum.C. de pœn. qui sententiam.nec per præsumptionem debet quis ad pœnam sanguinis condemnari. ff. de pœ. absentem. Nec debet imputari, quod iracundiæ calore dictum est. ff. de regu.iur.quod calore.2.q.3.§.notandum.prope prin. Nec propter uerba sequuntur uerbera. ff. de his qui not.infa.l.iustum. & l. uerbera. Argu. contra ff ad leg.Iul.de adul.quod ait. ff. ex quib. cau. maio. l. antepe. ff. de rei uend.l. si ante.ff. si
o plus quàm per leg.Fal.hoc autem. o Præsumitur enim aliquid ex his, quæ incontinenti secuta sũt. extra, de elect. officij. Item nemo præsumitur dixisse, quod mente non agitauerit. ff. de supel. leg. l. Labeo.in fi.C.quod met.caus.si donationis. ibi: uel capitales, &c.23.distinct. Psalmista. ff. de quæstio.milites. Salu. Dicunt quidam ex premissis dictis præsumi, & ex persona dicta pensari. C. si quis Impera. maledi. l. 1. C. de rei uend. in fundo. ff. de tut. & cura. his qui. ff. de quæstio. minore. ff. de actio. & oblig.l. fin. ff. de actio. si cui. extra de pign.illo.in fi. Si enim non consueuit talia facere, non debet iudex ex præsumptione condemnare, licet fuerit minatus: ut in prædict.l. absen-
p tem. posset tamen supponi tormentis. p argum. ff. mand. si uerò non remunerandi. §. contrario.
8 in fin. † Et idem est, si aliquis interfectus sit, nescitur tamen a quo: sed probatur quòd P. erat inimicus illius, & ab illo offensus. Nam bene poterit P. ex tali præsumptione torqueri. ff. de dona. inter uir.& uxo. si seruus communis. & l. cùm hic status.§.si mulier & l.uir uxori. ff. de leg.3.l.uxo
9 ri.§.fin. ff. fami. ercis. l. qui pater. † Illud etiam
q notandum est, q quòd omne bonum factum, rectè præsumitur actum. extra de renun. in præsentia.& de præsump.c.si.11.q.3.absit.C.de commit. & contrahen.stip.l.1. Item omne malum factum, prauè præsumitur actum. extra de præsump. cap. 1.ff.ad legem Aquil.nam ludus.15.quæs.1. si quis non iratus. & q.6.c.1. in fin. quod uerum est omnino, nisi ratione personæ, contraria præsumptio
10 oriatur r ut 5. q. non omnes. † Item nota, quòd non præsumitur bonum de malo, nec malum de bono: ut 46.dist. sunt nonnulli. in fin. q. qui semel fuit bonus, adhuc præsumitur bonus: & econtra.
r r ff.de accus. si cui.§.ijsdem. ff. de re mili. non omnes.§.a barbaris & in præd.c.sunt nonnulli. ad fin. extra, de præsump.c. mandata. extra de præbend.c.nisi essent.in prin. Et qui semel fuit excõmunicatus, adhuc præsumitur esse excommunicatus: ut legitur & not. extra de cle.excom. cap.
ſ illud. ſ extra, de sciuti. in ordi. fa. capit. unico. argumen.contra.1.quæstione septima, sancimus. de hoc supra, de proba.§. uidendum. uersiculo,
11 sed nunquid. † Item nota, quòd circa idem factum nonnunquam diuersæ præsumptiones habentur: & quandoque una illarum, præponderat alij: ut extra de elect. cum inter R. seniorem. uersicul. sane quamuis. cum suis concor. & adde quod not. supra de proba.§.1.uer.secundum.& §.
t uidendum.uersic. 5. t

ADDITIO.

a *Species.* Prosequitur & ampliat verba Tancr. *vbi suprà.*

ADDITIO. *Adde ad materiam videndum Prępos. Mediolanen. in c. is qui fidem. de sponsa. in 2.col. & sequenti. vbi plenissimè. & de differentia inter præsumptionem & fictionem, uide omnino Ioannem de Tur.crema. in cap. ferrum. distin.50. & Philip. Corne. consil.135. incipien. visis articulis. in 2.colum. uersi. nam ius canonicum. in primo uolum. Et an præsumptio uiolenta habeat uim plenæ probationis, etiam in causa criminali, uide Mathesilan. notabili.119. incipiente, nota quòd præsumptio. Et an contra præsumptionem iuris & de iure, admittatur probatio in contrarium, vide Ioan. de Tur. cre. in dicto cap. ferrum. in secunda conclusione, & per Ludoui. Rom. consi.350. incipien. in casu. col.4. uers. his tamen. Et vide Hippoly de Marsil. singul.116. incipien. præsumptio. vbi quòd præsumptio iuris & de iure, est maximæ importantiæ, & operatur plura: vt habetur in l. fin.C. arbit. tute. & in l. antiqui.C. ad Velleia. & in l. fin ff. quod metus causa. & in c. is, qui. de sponsa. cum similibus. de quibus latè per Felin. & alios in c. quanto. in ultima col. de præsumpt. Et inter alios effectus, quos operatur, talis præsumptio iuris & de iure, operatur ut condemnatus ex præsumptione iuris & de iure, non posit appellare: quia habetur pro confesso & conuicto: & confessus & conuictus*

non appellat: ut in l. 2. C. quorum appella. non recip. Ita singulariter dicit Bald. in l. si qui adulterij. C. de adulte. quod dictum refert & sequitur pro notabili dominus Franciscus Brunus in tractatu suo de indicl. & tortu. in sexta charta, in tertia columna in principio. Et adde Prapositum Mediolanensem in dicto capitulo, is, qui fidem. in columna penultima, uersiculo, colligendo. ubi ponit regulam, quòd contra praesumptionem iuris & de iure, non admittitur probatio, quam regulam limitat sex notabilibus modis: uide omnino per eum. Et an & quando praesumptio requirat allegationem, uide omnino Alexan. in l. qui in aliena. in 3. colum. uersicu. extra gloss. ff. de acquir. hered. & per Ludo. Roma. consil. 67. incip. pater reuerende. uersic. secundò respondeo. Et an praesumptio iuris, quid quis habet in re, excuset uiolentum inuasorem ipsius rei à poena & à dolo: uide Hippolytum de Marsil. singula. 167. incipien. uiolentus inuasor. Inno. in c. cùm in officijs. de testa. Bald. in authentica, licentiam. uersic. sed reuoco. C. de episc. & cler. Et adde quòd praesumptiones iuris, sunt liquidissima probationes. l. licet Imperator. de lega. 1. l. si quis locuples. in fi. ff. de manumis. test. l. quidam testamento. in fin. de uulg. & pupil. not. Abbas in cap. 1. in secundo notabi. de cleri. non resid. in c. cùm dilecti. in 1. nota. de donat. & Bart. in l. fin. ff. de publ. iud. Et do. Philip. Deci. consi. 222. in 4. col. uer. in hac causa. in secunda parte consil. Et quòd praesumptiones legum dicantur liquidissimae probationes: not. Paul. de Castr. consil. 281. incip. in causa ista. in 2. colum. uersi. tertiò releuatur. in prima parte consil. Et Mari. Socin. consil. 13. incipien. circa praedictam. colum. 6. uersicul. 12. probatur. in primo uolumine. & ibi an contra praesumptionem iuris & de iure, admittatur probatio in contrarium. Henri. Ferran.

b Purgationem. Hic est effectus. Tancr.

c Secundum Tanc. cuius ad literam est iste uersicu. totus.

d Verisimile. secundum Tancr. quod sequitur usque ibi: hic inducit. interposuit autor.

e L. unica. Hic est instandum propter materiam. & concordat suprà uer. ex fuga. §. proxi. & datur thema de reo qui obijcit falsitatem contra instrumentum productum ab actore, ac etiam notarium accusat de falso: qui notarius, postquam comparuit dato fideiussore, uel prius aufugit: quaeritur de notario, ac etiam de autore producente, in quo laedantur ex fuga. Contra notarium accusatum, inducitur l. in eos. ff. de custo. reo. qua uult carceratum, quia delatus de crimine, si aufugit, dato quòd innocens esset, puniri ut confessum uel conuictum. Facit in authen. de colla. §. antepen. col. 9. ad idem in authen. de exhib. & intro. reis. §. si uerò etiam quidam col. 5. & quod ibi nota. de seruientibus qui fugiunt. Item lex fugam uocat delictum. ff. de adil. edic. quis sit fugitiuus. in princip. Item desertor capi potest. ff. de re mili. nõ omnes. §. desertor. Item facit ff. ad Syl la. l. 3. §. de his autem. & l. leges. §. 1. Facit ad hoc 3. q. 9. decreuimus. extra eodem titulo, nullus. Dominus meus in l. rapteres. C. de episc. & clerie. ubi de fuga fit mentio, an propter illam sequatur condemnatio: distinguebat, si crimen est tale, ad cuius damnationem sufficiat sola praesumptio, sufficiet fuga sola. ff de suspec. tuto. l. impuberibus. C. de asses. l. consiliarios. C. libro 11. de omni agro deser. l. locorum. & in praedicto §. si uerò etiam quidam. Si autem ad damnationem criminis requiritur plena probatio, non sufficiet fuga probatio. ff. de requi reis. l. 1. de custo. reo. l. diuus Adrianus. uersi. diuus Pius. C. de raptu uirgi. l. 1. §. 1. Facit C. de iura. calum. l. 2. §. quòd si actor. & §. fin autem. Oldra. ibi dicebat quòd si imponitur fuga pro crimine, tunc sola sufficit: ut in desertore. C. lib. 12. de deser. l. 1. & 2. ff. de re mili. l. desertores. & l. qui cum uno. §. qui post desertionem. Et sic posset intelligi l. in eos. in princip. allegata, qua de fuga carceris loquitur. Si autem non pro crimine, sed pro criminis prioris probatione imponitur fuga: tunc procedat superior distinctio. Dyn. in praedi. uersic. diuus Pius. fatetur quòd fuga inducit suspicionem: sed ex suspicione non debet quis damnari. ff. de poen. absentem. Dicebat tamen propter suspicionem illam eum subijci posse tormentis: ut in praedicto §. de his autem. quod Iaco. de Belui. non placet in prad. §. si uerò etiam. per legem ff. de quaestio. l. 1. in princip. & C. de quaestio. l. milites. per quas patet requiri ad torturam, argumenta siue indicia in plurali. Praeterea fugam non respicit directò delictum: sed tuitionem personae. De tortura, uide quod plenè scripsi extra, de regu. iur. cùm in contemplatione. De indicijs satis dixi suprà de proba. §. fin. super uersic. 13. Quicquid tamen sit, de iure contrarium seruatur: quia ex unico indicio torquetur. Per praedicta tamen quaestio de producente remanet in dubio: quia si sola fuga notarij non probat contra ipsum: multò minus contra alterum producentem. facit l. 2. C. de fide instrum. Hinc est quòd cùm opponitur talis

lis falsitas, vterque probat. C. de fal. l. fin. & ui-de suprà de proba. §. 1. sub uer. 9. & quod ibi di-xi. Est sciendum, quòd dum eram in curia, quidam arrestati per benefactorem meum uenerandæ me-moriæ dominum Papam Ioannem, fugerunt. quo scito hora prandij tota curia fuit in motu: & mul-ti prælati & nobiles, statim equitarunt ad lo-cum, quo iuisse putabantur: inuenti fuerunt ma nu armata, sed non capti: tunc fuerunt examina-ta certa dubia. Et erat primum, an fractio arre-stationis & fuga induceret ueram probationem eorum propter quæ fuerant arrestati: ita quòd posset ferri contra eos ut confessos & conuictos dif finitiua sententia. Erat secundum, quod propone-batur, an ad illam audiendam, essent demum ci-tandi. Ad primum per diuersos inducebantur multa. Primum quòd princeps est lex animata in terris: ut in authen. colla. 4. de consu. in fine. ubi 5. concord. alleg. glo. restat quòd arrestatio le-gis & principis idem sunt: sed frangens arresta-tionem legis habetur pro confesso. est tex. C. de asses. l. consiliarios. & ut omnes tam ciui. quàm mili. l. una uersicu. quòd si quis. Facit ad prædi-cta extra de exces. præla. ex literis. ubi contra il-lum missum per visitatores ad curiam, licet non arrestatum per Papam, ipse Papa procedens eum, qui de curia fugerat, pronunciauit indignum al-taris ministerio: ex quo secuta fuit depositio. Item iura non solum arrestatum fugientem, sed etiam contumaciter absentem habent pro con-fesso. Probatur hoc 3. q. 9. decernimus. 11. q. 1. Christianus. in fi. extra, hoc eod. tit. nullus. ff. de iure fisc. l. senatus. §. diuus. ubi delator contumax punitur, ac si non probasset. Item secundum le-ges effractores carcerum capite puniuntur. ff. de effract. l. prima, fugienti pœna mitior imponi-tur: ut ibi & ff. de custo. reo. l. milites. & l. in eos. de pœn. l. aut damna. §. quisquis. vbi damna to ad tempus ad pœnam carceris, si fugiat, dupli catur tempus tunc residuum: seruata tamen di-stinctione, de qua ibi. Facit ad idem C. de cohor-ta. l. si apparitor. lib. 12. ubi apparitor fugiens, absens damnatur. quod regulariter non fit secun-dum legem ff. de pœnis. l. absentem. in prin. & C. de accusa. l. absentem. De hoc, & qui secundum canones, 3. q. 9. in summa. de dol. & contu. veri-tatis. ad fin. Contra istos qui se occultant uel oc-cultantur, etiam quo ad modum procededendi, fa-cit l. 2. C. de his, qui latro. occul. in grauibus crimi nibus, quale est crimen hæresis, uidemus quòd so-la contumacia, etiam cum excommunicatione se-cuta, non sufficit ad sententiam damnationis, nisi labatur post annus. de hære. cum contumacia. libro 6. Inducebatur tamen tunc sic illa decre. Contumacia enim suspicionem probabilem, facit uehementem: fuga uerò carcerati uel arrestati aliquid addere debet; sed post uehementem non est gradus, nisi uiolentiæ, ut ibi nota. ergo uiolen-tiam inducit. Sed respondebatur quòd uehemens non erat hæc media. nulla enim contumacia præ-cesserat: imò uocati uenerant. De secundo di-cebatur, citationem non esse necessariam, per de-cre. eum qui. de dol. & contu. lib. 6. ubi patet con-tumacem, qui appellauit, etiam ad sententiam non citandum. Ratio, quia appellando, prote-stari videtur se de cætero nolle venire. Si hoc o-peratur uerbum appellationis, longè fortius hoc operari debet fuga carceris uel arrestationis, e-tiam in facto consistens: cùm plus sit, factis de-monstrare, quàm uerbis dicere. De hoc de appel-la. dilecti 2. in 1. gloss. Item si uerum est, quod sine appellatione dicens se nolle uenire, sit manife-stus contumax, ulterius non citandus, per decret. uenerabilibus. de senten. excom. lib. 6. §. secus. nec audiendus appellans, per clementi. de dolo & con tu. si ante. fortius sic dicemus in isto fugiente. Super hoc tamen uide quod plenè scripsi suprà, de contuma. §. 1. ultra medium. ante uersicul. & no-ta quòd.

ADDE, an fuga faciat quem haberi pro con-fesso, ultra ea quæ not. in d. l. in eos. Bald. consil. 122. 1. lib. ubi consuluit tenuisse sententiam iudi-cis, qui condemnauit quendam, qui fugerat di-missa uxore in domo mortua ex uulneribus: iun-cta eius confessione extraiudiciali, & fama publi ca. & per Bald. eius consil. 230. incipiente, pri-mus quæstionis articulus. ubi dicit glo. dictæ legis, in eos. sic debet limitari. Nam aut quis detinetur pro generali inquisitione: & non habetur pro con fesso: quia ficta confessio, sicut vera, debet ca-dere super certo: & ideo debet crimen certum probari: ut l. 1. C. ut omnes causæ tam ciui. quàm crimi. & in authent. ut iudi. sine quoquo suffra. §. necessitas. Aut detinetur per inquisitionem spe-cialis criminis: & tunc aut aufugit, confractione aut conspiratione: & loquitur l. in eos. aut aliter: & tunc non habetur pro confesso: punitur tamen pro motu iudicis: ut not. Guli. de Cun. in l. succur ritur. ff. ex quibus cau. maio. & ibi etiam quòd fuga carcerati non probat contra Potestatem si-ue officialem. Respectu autem testatorum, de qui-bus. Ioan. And. loquitur, uide latius per Old. cons. 65. ubi etiam qualiter Cardinales essent punien di, & reliqui religiosi, qui illi schismatico fa-

norem præstiterint, qui vocabatur Bauarus. consilium incipit, hic igitur.

f Inducit. Ponuntur effectus secundum Tanc.

g Proposuisti. sic est in acquisitis per uxorem, constante matrimonio: quæ mariti præsumuntur, nisi probetur contrarium. ff. de dona. inter uir. & uxo. l. Quintus. Idem dicunt quidam de acquisitis per filiumfa. ut præsumantur aduentitia, de bonis patris quæsita. alij cõtra. uide suprà de actore. B uers. sed quid si dubitetur.

h Dixit. Multum respexit autor retro. est enim allegatum in principio §. præcedentis.

i Fidem. Et vide quod ibi dixi super glossa secunda, hoc eodem titul. quanto. super prima gloss.

k In prædicta concordantia. Seruando quod dixi li super rubrica, in fin. eo quòd dictum Ma ti. de Fano in uolumine non habetur, est sciendum quòd ad hanc speciem ipse addit hos casus. Primus, in stipulatione de dote tacita. C. de rei uxo. actio. l. una 1. respon. Secundus, in muliere, quæ se pro alio obligauit: ut videatur id pro se fecisse. C. ad Velleia. si mulier. & l. antiqua. Tertius, bonæ fidei possessorem, facit malæ fidei per contestationem. ff. de peti. heredi. sed & si lege. §. si autem. Quartus facit verum contumacem, qui se præsentat iudice pro tribunali sedente, non contumacem. ff. de in integ. restit. l. diuus. Quintus facit eum donasse, qui donare noluit. ff. ad legem Aquil. si seruum. §. si oliuam. Instit. de rerum diui. §. ex diuerso. Sextus inducit institutionem, vbi facta non fuit. ff. de administr. tuto. l. lex quæ tutores. Septimus facit prælatos acquirere ecclesiæ, quod non intendebant. C. de episc. & cler. auth. licentiam. Octauus facit patrem promittere dotem de suo, quam intendebat promittere de alieno. C. de dot. promis. l. fin. Nonus præsumit substitutionem pupillarem, vbi mens testantis erat solum de vulgari. ff. de uulga. substitu. hoc iure. & C. eod. titul. quamuis. primo respon. Decimus contra veritatem rei, facit militem in castrensi peculio mutuatum. C. ad Maced. l. fin. Vndecimus facit heredem manumittere seruum, quem manumittere noluit. C. de Lati. lib. tollen. l. 1. §. illo. His casibus & similibus, lex dicit, Sic uolo, sic iubeo. nec innititur ueritati facti: sed uoluntati & æquitati. Adducit ad idem C. de dona. ante nup. cùm ueterum. de bo. quæ libe. cum oportet. §. sin autem. de fideicom. liber. & si non. de pigno. l. fin. C. de episc. & cle. officiales. ff. de adop. l. his uerbis. Prosequitur demum præsumptionem iuris, in qua non præponitur præsumptum ue-ro, si uerum contra illam probari possit. Non dicit ergo ius, Sic uolo, sic iubeo: ut supra: sed dicit, sic credo, nisi contrarium appareat. Dat exempla in non expressis casibus: ut d. l. Quintus. ff. de dona. inter uir. & uxo. cui coniungitur. l. etiam. C. eo. tit. ff. de iure dot. sed nisi. de testa. l. seruos. de excusa. tuto. Nesennius. & l. sequenti. loca. & conduc. l. item quæritur. de lega. 3. l. uxorem. §. fin. de libe. & posth. l. placet. de condi. insti. l. quidam. quemadmo. testa. aper. l. 1. in fin. de annu. leg. l. annua. §. à Titia. de liber. agnosc. l. 1. §. Iulianus. de proba. qui testamentum. quib. mod. pign. vel hypo. solui. sicut re. §. superuacuum. de relig. & sump. fune. si quis impediat. §. sed interdum. de neg. gest. Nesennius. de fideicom. liber. l. generaliter. §. si petitum. de fideicõ. cum acutissimi. de probat. siue possidetis. mãda. l. per diuersas. de proba. cum te minorẽ. de anna. excep. l. fi. de secun. nupt. auth. nunc autem. de alimen. pu præstan. l. fi. arbi. tut. l. fin. Fatetur quòd quidam computant istam sub priori. & autor istam superius allegauit de distract. pigno. l. & qui sub imagine. De tertia præsumptione hominis dat exempla. ff. de acquir. heredi. cum quidam. §. quid ergo. de hered. institnen. l. ult. de probatio. l. chirographum. de lega. 2. l. unum ex familia. §. si. C. de postulan. prouidendum in fin. de furt. & ser. corrup. l. in ciuilem. & l. ciuile est. de testa. mil. in testamento. in fin. secundum unam lectu. de inoffic. testa. l. filijs matrem. Hæc hominis præsumptio, nec ueritas est, nec pro ueritate recipitur, proficeret tamen si esset aliqualiter violenta, & aliquibus indicijs iuuaretur. ff. de libe. agnosc. l. 3. § Iulianus, ff. de mino. l. 3. §. 1. in fin. C. qui, & aduer. quos. l. 1. De quarta præsumptione naturæ, allegat ff. quod met. causa. l. isti quidem. §. final. de nupt. l. prima, primo respon. de rebus dub. l. qui duos. §. 2. quod cum fal. tut. l. penult. responso primo. de liber. homi. exhi. l. 3. §. si eum. de adop. l. nec ei. de rebus eo. l. si pupillorum. §. si pater. de his quibus ut indig. hereditas. §. fin. de manu. uindic. l. illud. in fin. de liber. leg. l. Aurelius. §. Titius. de regu. iur. l. cap: enda. Dicit autem hanc præsumptionem naturæ & lege innatam, in dubijs pro lege seruari. De quinta sumpta ex consuetudine, alleg. ff. de pigno. actio. vel uniuersorum. de lega. 1. si seruus plurium. §. fin. de lega. 3. nummis. ad Macedon. l. seruus. §. antepenul. subdit quòd hanc præsumptionem sustinet lex: & meritò, cum consuetudo sit altera natura.

l Verisimile. Quod posui eo. tit. cap. 2. in gloss. per hoc.

ADDE

ADDE ut in Alexan. in l. 1. in 8. col. ff. si cer. peta.

m Sed pono. Iste uersic. & sequens, additi fuerunt & primum habitum ex dictis Odofred. Secundum ex dictis Guido. de Suza. in diuersis locis: sed plus in l. Pomponius. ff. de nego. gest. in fine. & in quæstione statutorum mihi sub litera B. Concordat autem in his, quæ hic dicuntur. addit tamen Guido utrobique, quòd secundum Lombard. indici posset bellum ut ibi. libro primo. de homicid. liberorum. c. recolimus. æque poterat autor addere tertiam quæstionem multorum de illo, qui domum uendidit, & paulo post commisit homicidium, an sic præsumatur uenditio facta in fraudem pœnæ, quod domus ueniat diruenda uel confiscanda secundum formam statuti: de qua uide infra de donationibus. uersi. item pone.

ADDE tu ad quæstionem autoris ea, quæ plenè dicuntur per Anton. de But. in cap. iurauit. & per domi. Abba. Sicul. ibidem. extra de probatio. & per nouissimos ibidem. Ad quæstionem uerò, quam ponit hic Ioannes Andre. adde notabiliter Bald. in l. si is qui. per illum tex. ff. de acquiren. heredi.

n Metum. Vbi de hoc nota. Cynus non tractat ibi quæstionem. sed huc remittit.

o Autem. Plus facit pro prima parte: & si mihi non credis, uide quod not. ff. de peti. here. si quis libertatem. §. penult. in glo. ad arbitrium.

p Tormentis. Dixit Guido in quæstio. si aliquod indicium adsit: quia iura quæ sequuntur hic, & infra uer. proxi. satis sunt à longe: uide quod prædixi super uerbo, uiolenta.

q Est. T. ubi supra.

r Econtra. De regu. iur. semel malus, lib. 6. & Iac. de Bel. hoc multum plene prosequitur, super l. omnimodo. C. de inoffic. testamen. in solutione contra.

ADDITIO. Amplia singulariter prædictam regulam, ut per Hippo. de Marsil. sing. 74. incip. tu habes regulam. Henri. Ferrandat.

s Illud. Puto quod allegare noluit decre. propos uit. eodem titulo.

t Versiculo quinto. An balla uel res habentes certum signum, præsumantur eius, cuius est signum, uide per Iaco. de Bel. in q. quæ incipit. dux in ducatu. ad fin.

Baldus. De præsumpt.

An præsumatur quis possidere pro suo infra de dispu. & allega. §. præsumitur. Ex quibus causis insurgit præsumptio ex persona, loco, tempore, qualitate, taciturnitate sequenti, mutilitate, fletu, fuga, negligentia, familiaritate, obuentu, obscuritate, quantitate, dignitate, dilectione, societate, frequentatione, & ætate. §. 1. circa princip. G. & ex temporis breuitate. C. de ma. ser. l. 1. in glo. Ex temporis uicinitate. ff. de priuile. cred. l. si ex euentu. §. fin. Ex nimia charitate. C. de dona. l. data. Ex charitate parentelæ. ff. de ritu. nup. l. non solum. §. de nuo. C. de iniur. l. si non conuiciј. Ex uniuersali alienatione. ff. quæ in fraud. credi. l. omnes. §. Lucius ff. de lega. 3. l. nomen. §. 1. Ex instrumenti qualitate. ff. de fica. l. 1. §. sed si clauа. extra de homicid. c. significasti. & ibi Baldus super Innocen. Ex continuata possessione. l. sicut. §. supernacuum. ff. quibus mod. pign. uel hypo. solui. Ex legali prohibitione. de proba. l. qui testamentum. Ex maleficij uicinitate: ut not. ff. de donat. l. post contractum. per doct. Ex officio & administratione: ut not. in l. athletas. §. calumniator. ff. de infami. ff. de admini. tuto. l. non est. Ex potestate & iurisdictione. C. si qua prædi. po. l. 1. Ex eadem cognatione. ff. de iniur. l. lex Cornelia. in princip. Ex consideratione. ff. de offic. præfect. urb. l. 1 §. cum patronus. in glo. Ex secta & conspiratione: ut not. in c. conspiratores. Ex secreta coniuratione: ut in Catilina, & multis alijs causis. Baldus. Quadruplex est præsumptio temeraria & leuis, quæ animum indicantis ad credendum dicitur mouere, est probabilis: & hæc est duplex. Vna, quæ iuuatur legibus. & ista habet uim probationis, nisi contrarium probetur. Alia, quæ uidetur hominibus. Est enim probabile quod uidetur omnibus, aut pluribus, aut saltem sapientibus, secundum Aristotelem: & ista non probat per se, sed iuuat probationem sibi concordantem, & elidit sibi probationem contrariam. l. fin. ff. quod met. causa. ubi de hoc, elidit: dico, id est, aliqualiter extenuat. & uide quod not. in l. si duo patroni. in princip. ff. de iureiur. & ff. de pœn. l. absentem. per Dyn. Est & uiolenta, id est, ex multis indicijs collecta. ff. de excus. tuto. l. 2. §. ætas: per glo. & Dy. uel ex uno multum efficaci & proximo ueritati: ut si quis fugiat cum gladio sanguinolento, præsumitur uulnerasse, si aliud non appareat: & istud indicium non est plus quàm semiplena probatio: sed & minus. ergo duo indicia non faciunt plenam probationem: quia nec unum semiplenam: ut nota. ff. de probat. l. cum probatio. sed iudex ex qualitate indiciorum perpendet. ff. de adili. edic. l. quaro. in fin. ff. de quæstio. l. maritus. ff de adult. l. capite quinto. C. de quæ.

tunc actor, si sciet ueritatem, petat sibi sacramentum deferri: ut C. de reb. cre. & iureiur. l. 3. ff. eod. si duo patroni. in prin. ff. de legiti. tu. legitimos. ff. de do. praele. Theopompus. & extra, de dispon. impu. attestationes. ubi de hoc secundum Vincen. quod fieri debet. Nam cum duo testes faciant plenam probationem: ut extra, de test. in omni. & c. licet. & 4. quaest. 3. uer. ubi numerus. ergo unus faciet semipleam probationem: ut supra de probat. §. fi. uer. ult. Reus uerò econtra respondeat: frater, uox unius, uox nullius. C. de testi. iurisiuran. ff. de quaestioni. maritus. 33. q. 2. admonere. uersus principium. unde non debet tibi iuramentum deferri: imò mihi, qui reus sum in hac parte, siue excipiendo, siue replicando. C. de eden. l. fin. † Nec enim est modica causa: quia est ultra duos aureos: ut ff. de dolo. id est. Sed uidetur modica, si sit duorum aureorum: ut ff. eod. si oleum: in fi. uel si sit decem aureorum: ut ff. si cui plus quàm per l. Fal. in l. 2. §. quamuis. Vel quinquaginta. argumen. C. de defen. ciui. defensores. ff. de accu. nonnulli. Vel trecentorum, in authen. de defen. ciui. §. & iudicare. & §. audient. Vel dic, & uerius, quòd inspecta qualitate personarum & locorum, minor dicitur maxima. arg. ff. de iudi. sed & si susceperit. §. 1. ff. de alimen. & ci. leg. l. 1. & l. Mela. §. fin. In minima ergo causa, in qua non uertitur magnum periculum, defertur in magna, non in qua magnum uertitur periculum. argum. ff. de legiti. tuto. legitimos. ff. de uentre inspicien. lege prima. in fin. Et facit in authenti. de manda. princip. §. sit tibi. 7. q. 2. c. 2. & 42. dist. quiescamus. Imò ubi magna est & ardua, nisi actor plene probet, reus absoluetur: ut in concordan. positis infra uersiculo, sed cui. Praeterea, tu es persona suspecta. nam consueuisti deierare, ideoque non debet tibi deferri. ff. de re milit. non omnes, §. à barbaris. 22. quaest. 5. paruuli. extra, de pigno. illo. extra, de testi. c. testimonium. Haec tamen pendent ex officio iudicis, secundum Vber. Est etiam secundum quosdam, [c] semiplena probatio, si actor per priuatam scripturam probat suam intentionem: quia talis scriptura non facit plenam probationem: ut in praedic. uer. ultimo [d] † Si autem actor nil omnino probat, & dicit aduersario ut iuret ad suam innocentiam purgandam: uel quòd sibi referat iuramentum, uidetur iuste allegare. Nam manifestae turpitudinis est, nolle iurare, nec iuramentum uelle referre: ut in praed. l. manifestae. & ff. rerum amor. Marcellus. ff. de iureiurand. l. lex Cornelia. §. hac lege. C. de his. qui ad eccle. confu. l. praesenti. C. de iure delib. l. fin. §. licentia. C. de fideicommis. l. fin. Potest tamen respondere reus: Frater, non cogor iurare, nisi aliquid sit probatum uel praesumptum: quod non est hic. Et ad hoc C. de eden. qui accusare. C. de accu. negantes. 6. quaest. ult. actor. Leges enim, quas allegas, uel sunt speciales casus, uel loquuntur cum aliquid est probatum uel praesumptum: & hoc uerum est. nam actore nihil probante, &c. ut extra, de iureiur. cap. fi. §. fane. nisi in casibus, in quibus lex defert iuramentum reo, licet actor nil probet: ut C. de his, qui ad eccle. con. l. fi. §. fane. [e] & C. de fide instrum. l. fin. & C. de iur. deli. l. fina. licentia. Vt autem plenius instruaris, nota quatuor esse in iuramenti delatione specialiter attendenda. † Primum, an actor aliquid plene probet, uel semiplene, uel nihil: ut iam suprà diximus. Secundum est, quia si semiplene probar: aut quaestio est criminalis, aut est ciuilis, aut est spiritualis. Si criminalis, non est deferendum à iudice. C. de proba. l. fin. extra, de iureiurando. c. fina. quia ibi debent esse apertissimae probationes. C. de dolo. l. dolum. & secunda quaestione octaua sciant & uigesimatertia quaestione quar a. est iniusta. si tamen una pars defert alij, tenet delatio ob inopiam probationis facta, [f] etiam si de illo crimine transigi non possit: quia non ita hoc confiteri uidetur, sicut in translatione: imò negare uidetur. [g] Si uerò ciuilis est, aut est ciuilis & famosa, aut ciuilis & non famosa. † Si ciuilis & famosa, ut actio doli, furti, iniuriarum, & quod met us causa, in quibus sit quis infamis de iure ex sententia, etiam si ciuiliter sit actum: ut ff. de his, qui not. infa. l. 1. & infrà de poe. te. liti. &c. mulier nomine uentris in possessionem missa condemnatur ad restitutionem illorum bonorum, quorum possessionem per calumniam habuerat. ff. eodem notatur & in crimine expilatae haereditatis: scilicet cum quo quis condemnatur, quia bona iacentis haereditatis alibi exportauit. C. ex qui. cau. infa. irro. sice haereditatem. In his enim priuatis criminibus, sequitur condemnatum infamia iuris. De hoc secundum Vincen. extra, de simo. ex diligenti. & infra de poe. teme. li. & de sententia. §. uidendum. In his, inquam, casibus non defertur iuramentum: quia ibi plena probatio exigitur: ut in praedi. l. dolum. & ff. quod met. causa. metum autem. & extra, de iureiur. cap. fin. Si autem sit ciuilis, & non famosa, subdistingue: quia aut est magna & ardua. aut est parua: si quidem est ciuilis, & non famosa, & magna, & non est de facili deferendum. ff. de le. tu. legitimos. Si uerò sit parua, requiritur iudicis arbitrio ut procedat: inspecta qualitate personarum & consuetudine regionis. [h] Qualitate personarum: ut si quis non habens in bonis uiginti solidos, petit ab aliquo mille libras. Haec enim causa est magna respectu petentis: uel si inter aliquos magnos Comites agatur super decem solidis, haec enim est minima respectu pesonarum. Consuetudine regionis, ut in oleo & uino, & similibus, quae plus ualerent in uno loco quàm in alio: ut in Prouincia de oleo, & de uino in Francia, quàm in Anglia, melius forum habetur. Et ita his à iudi. consideratis defertur iuramentum uel non: extra, de officio delegato de caufis. † Si uerò sit causa mere spiritualis, puta monachatus uel matrimonij: tunc iudex forte nequit deferre iusiurandum ob defectum probationis. Si autem non sit mere spiritualis: tunc forte potest, secundum Vinc. sed nec appellanti, est indistinctè deferendum iuramentum: licet pro eo sit praesumptio: sed tunc demum, cum inspectis personarũ & causae circunstantijs hoc faciendũ ut-

 detur:

detur: ut extra, de testi. Romana. lib. 6. Item etiā propter enormitatem delicti rei, defertur iusiurandum actori, si non posit ablata probare. C. unde ui. si quando. extra, quod me. causa. c. fi. Tertiū quoque est attendēdum, quis scilicet melius sciat ueritatem: hinc est quòd ei, de cuius facto agitur, præcipue est deferendum. ex. qui ma. accu. pos. uidetur. ibi: qui enim melius admittuntur, &c. & ff. rerum amo. Marcellus. §. fi. In alieno enim facto non defertur, ne cogatur anceps subire periuriū: ut ibi, & ff. de in litem iuran. uideamus. in prin. & de iureiu. iusiurandum. §. 2. Quartum etiam considerandum est scilicet qualitas personarum, in præ dict. §. sane scilicet quis melior, quis dignior, & quis præstantior uideatur, ut illi deferatur: ut in præ. l. legitimos. sicut aliàs in electione hæc omnia spectantur. 8. q. 1. licet. extra de offic. custo. c. fi. de elec. ecclesia nostra. 2. & c. dudum. 1. & in testibus illud idem. ex. de testi. in præsentia. & c. Romana. lib. 6. 4. q. 3. uer. testium. ff. fa. erci. si quæ sunt. ff. de fide instrum. l. 2. His concurrentibus, locus est ut
8 iudex iuramentum deferat: ut in §. sane. † Sed cui defertur prius, actori, an reo? Respond. Dicunt quidam quòd ei, qui melius probat. argum. ex. de proba. ex literis. & c. licet. prope fin. ut quia actor probat per unum testem, reus nihil: ei ergo deferatur, ne probatio sit sibi inutilis, quod esse non debet: ut ff. de leg. 1. si quando. in princip. & hoc puto alij quàm reo: quia cum actor non plene probat, reus debet absolui: ut extra de iureiu. c. fi. §. sane. Iura enim promptiora sunt ad absoluendum, quàm ad condemnandum: ut ex. de proba. ex literis. ff. de ac. & ob. Arrianus. ex. de fi. instrum. inter dile. in fi. uel dic quòd hoc per iudicē expedietur, cui scilicet deferatur: ut in §. sane.
9 † Quid si actor habet unam præsumptionem, & reus aliam, uel uterque semiplene probat: tunc
i dic reo deferendum: [i] quia promptiores sumus ad absoluendum, & in dubijs melior est conditio possessoris: ut C. de condi. ob tur. cau. l. 1. Insti. de interdi. §. commodum. Alij dicunt, quòd est locus gratificationi. ar. ff. ad Syl. si quis in graui. §. sed cum omnes. & ff. de bo. auto. iu. pos. si non expedierit. Tertij dicunt, quòd actori, quasi in iudicijs fauorabilior sit. ff. de iudi. si quis intentione. & l. solemus. ff. qui satisdat. cog. de die. Quarti dicunt, hoc casu nulli esse deferendum: quia tunc demum ad hoc reuersus habetur, cum aliæ probationes desunt. argum. extra, de proba. cap. secun-
k do. sed prius dictum uerius est. k † Quid si actor
10 fundat intentionem suam per duos testes & plene probat, & reus exceptionem suam peremptoriam per unum: nunquid defertur reo? Respon. non: imò condemnabitur, & ad solutionem iuris remedijs urgebitur: ut C. de ac. & ob. negantes. & ar. ff. de proba. cum de indebito. in princip. ff. de testi. ob carmen. & l. 3. ibi: aliàs numerus, &c. quæ sunt quarta quæstione quarta §. item in criminali. Hoc plene prosequere ut extra, de
l. iureiur. cap. fin. [l] † Quid si times, quòd iudex de
11 ferat iusiurandum reo ex officio suo: ut extra, de iureiuran. cap. fin. præcludere uis sibi uiam, dicendo eum tibi esse suspectum. ff. de re mil. non omnes. §. à barbaris. Vtrum autem in prætorijs stipulationibus iuretur in litem, not. secundum Rof.
m in li. in tit. de prætoria stipulatio. [m] In summa not. quòd is, ad quem negotium proprio nomine spectat, iusiurandum deferre potest: procu. uerò non: nisi in tribus casibus: puta, si habet ad hoc speciale mandatum: uel si sit datus uelut in rem suam: uel si habet liberam & generalem admini-
n strationem. [n] & cum prælatus hanc habeat; potest deferre, quæ prosequere in Summa d. m. eo. tit. §. si quis potest. uer. in rebus. & seq. Quæ autem hic desunt, uide infra in tit. de iureiurando.

ADDITIO.

a *Ex practicis autoribus nullus posuit hanc rubricam simpliciter; unde Tancre. supra proxime continuauit sequentem. Pyleus tamen quarta parte rub. 1. scilicet de proba. ante medium, satis de hoc tractat. Rof. tamen prætorias posuit rubri. de utili actione ex ea causa, ex qua iuratur: & inter edicta posuit rub. de actione in factū ex iureiurando.*

b *Distinctionem. Quod uideas in Sum. de iureiur. ante fin.*

c *Quosdam. Accur. in l. in bonæ. & in l. admonendi. ubi idem dicit de fuga: de qua uide quod dixi supra tit. proxi. §. 2. super uerbo, uiolenta, de uno teste & de comparatione literarū. & idem Vinc. in decre. fi. eod. tit. & Geffr. in Sum. ad fi. 1. col. hoc etiam not. supra de proba. §. fi. uer. tertium.*

d *Versiculo ultimo de probat. alleg. supra ante uer. reus uerò.*

e *§. sane. Vide quod ibi not. & supra de offi. iudi. §. ulti. uer. 6.*

f *Facta. Nec appellat delator, si ille iurauit, & obtinuit. de hoc, & quod de relatore scripsi de iureiu. c. fi. super 1. glo.*

g *Videtur. Vide quod scripsi de iureiur. c. fi. in glo. ut modica. uersi. sed quid dicemus. & uer. iste si tamen. hucusque fuit ultimum uerbum Vincen. in præ. decre. ult.*

h *Regionis. Vide in glo. ad quam remisi supra uer. proxi. hæc quæ sequuntur in princip. ipsius glo.* ADDE *ad uer. sequentem, ibi: si non sit. ibi: uel matrimonij. adde dist. glo. in c. mulieri. extra, de iureiur. licet ibi do. Abb. Sicu. post Host. teneat contra ipsam glo. & forsitan minus bene: quia causa ardua est, & negari non potest. præterea in hac causa non est recedendum à seueritate canonica: ut in c. fina. extra, de transa. ideo non potest per arbitrum expediri. c. causa. extra de in integ. resti. Delatio autem huiusmodi iuramenti, est potius de æquitate. ergo, & c. multa alia, quæ pro hac opi. dici possent: breuitatis causa omitto. Ioan. Maria Blon.*

i Defen-

i *Defendendum. dicit Gui. de Suz. conditionibus personarum paribus.*

K *Est. Vt etiam scripsi de iudi. in c. fi. in ult. glo. post prin.*

l *C. fi. Distingue ut ibi scripsi in ult. gloss. an plena actoris, & semiplena rei, sint incompatibiles: & tunc procedit quod est dictum. an uerò compatibiles: & tunc posset locus esse delationi. ibi uide.*


m *Stipulatio. in ult. col. uer. item quæritur.*

n *Administrationem. De procu. qui ad agendum. in fin. lib. 6.*

Bald. de iuramenti delatione.

EX uno teste probante donationem, defert iudex sacramen. • n. fallit in causa criminali. Item in causa famosa. Item in causa spirituali. Itē fallit ubi non sufficiunt duo testes, ut in testamentis: quia ibi deficit ius & probatio. Item fallit ubi aduersarius plenè probauit. Itē vbi causa est nimis ardua. Itē fallit ubi persona est suspecta uel ignota. G. Quandoque statur indicijs, & non iuramento. C. de in litem iur. l. secunda. §. fina.

a *De disputationibus, & allegationibus aduocatorum.* [a] *Rubrica.*

b 

QVONIAM testibus [b] publicatis, & instrumentis exhibitis, partibusque confessis, & alijs, quæ ad factum spectant, peractis: est iuris allegationibus insistendum: ut extra, de testi. in causis. & de postu. bonæ. 1. ideo, &c. Vel sic: Postquàm de probationibus facti, quæ fiunt per testes uel instrumēta uel alijs modis, plenè discussimus: consequens est ut de probationibus iuris, quæ fiūt per aduocatos, scilicet allegationibus, aliqua subnectamus. Et licet supra, de aduoc. §. nunc de exordijs. & §. hoc docendum. de arengis & propositionibus plenè dixerimus: hic tamen specialiter de allegationibus, quæ in fi. lit. fiunt, dicemus, & ad

c aliqua specialia descendemus. Videndum [c] est igitur, quid sit allegare. Quis ordo in allegando seruādus est. Qualiter est allegandum. Et qualiter allegationibus respondendum. Quid pertineat ad officium iudicis, allegationes audientis.

ADDITIO.

a *Pyleus sui operis par. 4. posuit rubricam, qualiter aduocati debeant allegare. & quis primò. Tanc. parte 3. in fin. posuit rubricam de allegationibus. & responsionib. Aegid. fecit tres rubicellas, allegatio actoris, allegatio rei, publicatio aduocati actoris: totus libellus Vber. de Bob. fuit disputatorius actoris & rei uel aduocatorum suorum. & per consequens sic Ioan. de Deo, specialibus tamen adaptatur huic rubricæ pen. & ulti. respon. lib. 1. cauil. in li. authen. iudi. parte prima: & secunda tractat de disputationibus super testibus. reliqua vide super Rubric. de aduocat.*

b *Videndum. Omnia ista membra fuerunt Tanc. & vnum plus posuit ante vltimum, scilicet quod sit officium allegantium, quod actor putauit non necessarium.*

Quid sit allegare.

ALLEGARE seu disputare, est intentionem suam per probationes in iudicium deductas ostendere & eam iuribus asseuerare, & colorare. 9. q. 3. aliorum. 23. q. ult. conuenior. uer. allegatur. extra, de fide instrum. inter dilectos. & de re iu. abbate sane. lib. 6.

a & de conces. præben. quia cunctis. [a] Quòd autem disputationes huiusmodi & allegationes fieri debeant super testibus & actitatis, probatur in au-

b thent. de testi. §. quia uerò multi. [b] & §. nam partes. extra, eo. in causis. de ele. dudum. 1. & C. de testi. auth. si dicatur. in fi. & in prædi. uer. allegatur. Ideo autem dixi, per probationes inductas. Nam cum ex facto ius oriatur: ut ff. ad l. Aquil. si ex plagis. §. in cliuo. & ff. de actio. & ob. l. obligationum. §. ex facto. & ff. de iure codicil. quidam referunt. uersicu. nullus. extra, de eccles. ædi. cap. pe. extra, de spon. de muliere. nisi sit fundamentum facti, nullum bonæ allegationis potest ædificium supponi: ut 1. q. cum Paulus. extra de presby. non bap. ueniens. nec clientulus poterit ullum de allegationis nitore habere subsidium: ut 9. q. 3. aliorum. Licet enim per subtiles allegationes & cauillationes lis quandoque indebitè protrahatur: ut ff. de uerbo. sign. ea est natura. & C. de iudi. rem non nouam. & l. properandum. & extra, de excep. pia. in prin. lib. 6. & C. de iura. cal. l. 2. prope princ. tamen finaliter iustitia & ueritas sub æquo iudice ualet, & inualescit, ut 35. q. 9. graue. 8. dist. consuetudo. & in præ. l. properādum. §. 1. arg. contra. C. de aduoc. diuer.

c iudi. aduocati. [c]

ADDITIO.

a *Cunctis. eod. lib.*

b *Multi. Versi. si uerò. & ibi nota.*

c *Aduocati. Cesset contrarium, si intelligatur de aduocatis, qui sua subtilitate iniustam reportant sententiam: si de iusta intelligo illud casuale.*

Quis

Quis ordo in allegando sit seruandus.

a NVNC breuiter a transeamus de ordine in alligando seruando. Et licet de hac materia dictum fuerit supra, de aduo. §. iam nunc. tamen hic aliqua specialius, utile est commemorare. Ordo igitur in allegando is est, ut aduocatus actoris primò proponat quæ ad sui clientuli intentionem iuuandam & fundandam uiderit expedire: ut infra. §. proxi. deinde uerò rei aduocatus respondeat allegatis, destruendo allegationes alterius partis, per dicta testium, uel instrumentorum, uel per confessionem, seu alias probationes, inducendo etiam per se iura, rationes, & exempla: & allegatis per partem alteram clarè & apertè respondendo, distinguendo eorum iura, intellectus apertius exprimendo: ut infra. §. post hoc. uer. iuribus. & sequen. sicut facit Augu. 28. quæstio. 1. sic enim. & Papa extra de restitu. spol. literas. & de concess. præben. quia cunctis. & de re iudi. abbate sane. lib. 6. extra, de transla. inter. §. sed neque. infra. §. proxi. uersi. fundata. Præmissus autem ordo proponendi probatur. nam actor laborare debet ad intentionem causæ suæ ampliandam: reus uerò econtra ad extenuandam. 4. q. 4. c. 1. & 2. & arg. 23. quæstio. 2. do minus. Et quòd actor prius debeat proponere, probatur extra, de mutu. pe. cap. 1. & iuxta regulam, qui prior appellat, prior agat. ff. de iudic. qui prior. extra, de ordi. cog. cap. 2. Deinde si reus, exceptionis se credit iuuari beneficio: alleget prius quæ faciunt ad fundandam & probandam suam exceptionem, & post actoris aduocatus respondeat, & allegationes illius destruere satagat, sicut prædiximus paulò ante. Meritò autem reus primò tunc allegabat: nam in exceptionibus probandis seu proponendis reus fungitur uice actoris. & qui excipit, probare tenetur. ff. de probat. si pactum. & l. in exceptionibus. ff. de exceptio. l. prima. Demum si actor originaliter replicare uoluerit contra allegationes rei, replicet quod sibi uidebitur sub præscripto modo: cui etiam simili modo respondeatur à reo. Similiter & in triplicatione, quæ datur reo, & in quadruplicatione, quæ datur actori. de hoc dic ut supra, de de except. §. fina.

ADDITIO.

a *Nūc breuiter. Ordo iste quasi ad literam fuit Tan.*

Allegationes qualiter in iudicio sint faciendæ.

SVMMARIVM.

1 *Factum prius constare debet, quàm disputetur de iure.*

2 *Ad factum qualiter, & quando sit in iudicio accedendum.*

3 *Causa rei confessi, non est tuenda.*

4 *Funiculus triplex, difficilè rumpitur: & quæ nō prosunt singula, multa iuuant.*

5 *Intentione per facti probationes in iudicio fundata, ad iuris defensiones descendendum est.*

6 *Iudicandum est pro illo, pro quo plures bonæ fecerint rationes.*

7 *Argumenta toties sunt in iudicio repetenda, donec aduersarius intelligat, & iudex plenariè instruatur.*

NVNC uidendum occurrit iuxta propositionis seriem, qualiter faciendæ sint allegationes. Scias igitur quòd postquā publicatæ fuerint attestationes & instrumenta, ac aliæ probationes exhibitæ, debet
1 fieri disputatio super ueritatis. † Prius. n. constare debet de facto, quam disputetur de iure. ff. de iure codic. quidam. extra, de ec. ædific. ad audientiam. extra, de re iudi. abbate sane. lib. 6. in authenti. de testi. §. si uerò. ibi: in tempus disputationis, &c. quia ex facto ius oritur: ut suprà §. primo. uersicu. ideo autem. Ideoque die ad disputandum seu allegandum specialiter præstita, utralibet pars debet habere copiam omnium eorum, quæ fuerunt in iudicio acitata. Tunc autem deliberatione præhabita diligenti, surgat actoris aduocatus (ad quem specialiter pertinet officium disputandi) qui se habeat in surgendo, & in beneuolentiam iudicis captando, & in licentiam iudicis postulando, & eum de iustitia monendo, & in arengam faciendo, ac alijs, prout dixi supra, de aduoca. §. nunc de exordijs. in princip. & uersicu. uel tali ad iustitiam. & per totum. & §. hoc docendum. uersicu. itèm de iustitia. &
2 per totum. † Quo facto, statim ad factum hoc modo accedat. nam ipse debet causam ampliare: ut supra §. proxi. Si enim est index, de cuius iurisdictione possit meritò dubitari; puta delegatus uel arbiter: ut extra, de offic. delega. cùm in iure. & C. de man. princip. l. unica. & 2. quæstione sexta. §. quod de arbitris. aduocatus actoris incipiat, & dicat, qualiter causa fuit commissa, uel compromissum factum: & si necesse sit, legat literas commissionis, uel instrumentum compromissi: repiloget etiam citationes & subdelegationes si quæ in causa factæ fuerunt: quæ omnia in promptu habeat: ut si quid ex his negetur, uel super aliquo immineat dubium, paratus sit per documenta causæ facere plenam fidem. Postmodum uerò proponat, quid petitum fuerit 3
per suum clientulum: &, si necesse fuerit, libellum prælegat ab ipso porrectum: ut 26. distinct. bene quidem. extra, de lib. ob. capitu. primo. Deinde uerò recenseat processum: puta litis contestationem, iuramenti præstationem, positiones, & alia, quæ fiunt in causa: & maximè quæ sunt substantialia: de quibus dixi suprà in procemio huius secundæ partis. Hæc probantur extra, de electio. dudum. secundo. §. partibus. &
extra

extra, de probat. quoniam contra. & singula habeat in promptu, paratus ostendere, si necesse fuerit, ut prædixi. † Sed & si aduersarius aliquam positionem, uel aliquid de intentione eius, uel libellum confessus fuerit, illud proponat iudici, ut iam quasi pro iudicato habeatur: imò petat sententiam: quia non est rei confessi causa tuenda. extra, de transact. præterea. 2. C. de confess. l. unica. extra eodem, capitu. secundo, & secunda quæstione 1. nos in quemquam. Ea uerò, quæ pars negauerit, per probationes inductas satagat asserere, scilicet per dicta testium, uel per instrumenta, uel per priuilegia à se inducta, uel per præsumptionem, uel per iuramentum, & etiam per alia genera probandi. de quibus dixi supra de proba. §. uidendum. & probatur 22. quæstio. prima. omne quod. & extra, de fide instrumen. per totum. & de præsumpt. illud. dicens sic, per A. & B. & C. testes, & per tale instrumentum, uel ius probatur primus articulus, qui talis est: per D. & E. & F. probatur secundus articulus, qui talis est. & sic de alijs. De hoc autem & de articulis uide supra de teste. §. publicatis. & §. nunc uidendum. legendo si necesse fuerit, dicta singulorum testium, nisi super articulo negato fecerit mentionem: & quantò plures testes concordes habuerit, tantò melius erit: ut 81. distinctio. in omnibus. extra, de offic. delega. prudentiam. §. primo. 10. distinctio. de quibus quoniam aliàs numerus testium, aliàs dignitas, aliàs fama consentiens, confirmat rei de qua quæritur, fidem: ut 4. quæstio. tertia. §. item in criminali. in princip. extra de testibus, in præsentia. Quòd si aliqui testes discordes uideantur, concordet eos, si potest. de pœn. distinctio. 1. periculosè. extra, de testibus. cùm tu. argumen. 11. quæstio. 3. antecessor. ff. de liberis & posthu. si ita scriptum C. de inoffic. don. l. unica. & in authen. de exhi. & intro. reis. §. fina. ff. de rebus dubijs. quoties. Distinguat enim tempora, modos & qualitates, & concordet scripturam. 2. quæstio 1. si peccauerit. super quo dic ut in prædic. §. publicatis. Item si præsumptiones uel instrumenta, faciunt cum dictis testium: alleget ad confirmandam testium fidem: argumen. ff. de proba. l. fina. §. primo. 4. quæstion. 3. uersicu. solam. C. de testibus. l. solam. Inducat etiam omnia iura & rationes, quæ faciunt ad quod probare intendit: ut facit Nico. Papa 3. quæstione quinta. quia suspecti. ut iudex bene instruatur in causa, & simul cuncta iungat, & liget: quoniam qui allegat, allegat secundum T.[a] ut omnibus simul coniunctis, & sibi inuicem suffragantibus, probetur fortius quod intendit. † Nam triplex funiculus difficilè rumpitur. extra, de treu. & pa. capitu. primo. & quæ non prosunt singula, multa, supple collecta, iuuant. ff. ex quibus cau. ma. necnon. §. si quis sæpius. & ff. de pac. l. prima in fi. Institut. de ob. quæ ex consen.[b] † Fundata uerò intentione sua per probationes facti: tunc ad iuris probationes descendat: allegando & inducendo leges, & canones, & argumenta exempla & rationes, quæ suam fulciunt intentionem: sicut Papa facit. extra, de iudic. nouit. §. non igitur. extra de noui operis nuncia. intelleximus. & Augustinus 28. quæstio. prima. capitu. sic enim ualet. 11. quæstio. 3. capitu. summopere. supra §. proxim. uersiculo primo. Et si non habet casus expressos, argumen. & similia inducat. ff. de legibus. l. non possunt. extra, de rescript. inter cæteras. ff. de re milit. non omnes. §. à barbaris. & C. de quæstio. milites. C. de probatio. cùm res. ff. de nego. gest. Nesennius. ff. si cer. pe. lecta. ff. de exceptio. rei iudic. singulis. † Studeat autem multa pro se inducere. nam pro illo iudicabitur, pro quo plures bonas fecerint rationes. de pœn. distinct. quarta. §. finis. 13. distin. duo. ad fin. Institut. de adopt. §. si uerò. extra, de probatio. licet. in fin. 65. distinctio. capitu. primo, secundo, & tertio. de inr. & fi. igno. lege prima. ibi: tamen si nondum satisfecisti. Deterior enim est causa eius contra quem plures faciunt rationes. extra, de iure patr. suggestum. de re iudic. cùm æterni. in fin. 18. distinctio. de Syracusanæ. Sed & ubi plura faciunt pro aliquo, quàm contra: pro eo pronunciatur: ut 23. quæstione sexta. capitu. nides. & extra, de iure patron. suggestum. cum suis concord.[c] licet sit argumen. contra 51. distinctio. designata. cum suis concorda. Repetant etiam, & explanent argumenta sua toties donec aduersarius intelligat: & iudex plenariè sit instructus: sicut facit Augustinus contra Pollentinum. 28. quæstione prima, iam nunc. prope finem. uersiculo, intelligis ne quid dicam, & cætera. † Quòd si plures fuerint articuli, & positiones, ita faciat super quolibet: uel si iudices sint parati exposito facto diligenter, & repetit sub compendio quindecim, quæ continentur extra de probat. quoniam contra. dicat sic: Et quia scio uos gestare iura in scrinio pectoris uestri, idcirco ea coram uobis allegare omitto: ut C. de testamen. omnium. extra, de appella. sæpe. in princip. Supplico tamen ut ea, & cætera omissa, suppleat discretio iudicantis. C. ut quæ desunt aduocat. index suppleat. l. unica. extra, de postulat. bonæ. In fine autem, petat sententiam pro se ferri: petat etiam expensas, sic dicens: Per præmissa, domine Iudex, constat luce clarius: nos esse in causa uictoriæ. unde peto pro me sententiam ferri, & aduersarium mihi sententialiter condemnari: & expensas in lite factas mihi restitui, & restituendas esse per uos decerni. 7. quæstione prima, capitu. scilicitaris. ibi, luce clarius, &c. & tertia quæstione sexta. hoc quippe. ibi: luce clarius. & secunda quæstione octaua sciant. Quòd petere debeat expensas, probatur C. de indic. properandum. §. sin autem. extra, de rescriptis. capitulo final. Prædictus modus allegandi probatur in concordan. quæ sunt infrà uersiculo, prædictus autem. Aget quoque sapienter: si quæ probata sunt: & per quos, colligat: & ea cùm suis allegationibus in scriptis consiliarijs uel iudici tradat: ut plenius deliberare ualeant: quia non possunt de omnibus recordari. & ad hoc extra, de electio. dudum. infra. titu. proxim. uersicu. auditis.

ADDITIO.

ADDITIO.

a Serundum T. ubi supra. in 3. uersi.
b Ex ronsensu. Supple, per totum.
c Suis concor. Ibi no. in ult. glo. & solue, sed contrarium, ut ibi scripsi, scilicet, quòd in aequiualentibus, singulariter & diuisim statur maiori numero. quando verò in illis est inaequalis autoritas praefertur quandoque minor numerus personarum. De hoc de testi. in nostra. & rationum, vt in contrarijs. & est expressum extra. de elec. innotuit. Lan. in inferiori rontrario se expediebat, dicendo quod plus valet, praualet. ff. de sena. emancipatum. & uide quod not. 13. dist. duo mala.

SVMMAIRVM.

1 Instrumentum actoris, etiam testibus roboratũ, multis modis impugnari potest.
2 Aduocatus rei potest allegare, iuribus & rationibus pro parte actoris inductis, non esse exemplis, sed legibus iudicandum.
3 Simili per vnum inducto, & altero negante simile, cui incumbat probatio.
4 Allegationes partium, qualiter fiat in iudicio distinguenda.
5 Iurium rontrarietas, multipliri ratione sopiri potest.
6 Contra ius causam perpetuae prohibitionis habentis factum, an valeat.
7 In medio posita, saepe ad principium & ad finem referuntur.
8 Dictio forté, quandoque est nota assertionis, non dubitationis.
9 Dictio donec, & dictio amplius, & dictio circiter, quomodo sumantur.
10 Dictio vt, quandoque ronsecutiuè, non causatiuè ponitur.
11 Dictio nunc, quid importet.
12 Causa cessante statuti, debet cessare constitutio & effectus.
13 Causa impulsiua, quae dicatur.
14 Argumentum à contrario, non ualet, vbi ius expressè contradicit.
15 Propositio in, multis modis sumi potest.
17 Masculinum genus an possit comprehendere faemininum.
18 Faemininum an possit comprehendere masculinum.
19 Apostolus denegat, se habere consuetudinem contentiosorum.
20 Alleganda in iudirio duobus versibus continentur.
21 Aduocatus rei, aut quilibet, quibus modis poterit soluere iura rontra se inducta.
22 Tribus fallacijs possunt omnia contraria in iure solui.
23 Aduocatus debet factum suum aliter, quàm actor proposuerit, asseuerare.
Oculi Domini super iustos: vultus autem eius super facientes mala.
24 Reus exceptionem in iudicio proponens, fit actore & eam probare potest pluribus modis.
Allegationibus qualiter sit respondendum.

POST hoc autem rei aduocatus, qui debet causam extenuare, ut suprà §. nunc breuiter. surgat iuxta morem suprà in princip. praecedentis §. uersicu. nunc autem est commemoratum. & per ordinem, quae per aduocatum actoris fuerint proposita, sub epilogo repetat, seriatim ad singula per eum proposita, respondendo, & audacter cuncta per eum introducta, prout poterit, destruendo: siue sit confessio, siue attestationes, siue instrumenta, siue aliqua suprà scripta, dicens: Dominus talis superficialiter & coloratè, sed non medullitus uisus est ostendere, quod suus clientulus foueat iustam causam: sed ut cum pace sua loquar, non debuit coram tantis uiris propter salarium, contra conscientiam allegando ad gehennam aedificare. extra, de re. spo. literas, ut ec. bene. cap. unico. Vel dic ut suprà, de aduo. §. nunc de exordijs. Quòd uerò contra conscientiam dixerit, sic ostendo. confessionem igitur dicat fuisse reuocatã. quod dic ut suprà, de
1 confes. §. fina. † Item testes, quibus actor suam intentionem fundauit, impugnet: quod multis modis facere potest, assignando contrarietatem, seu uarietatem, seu mendacium, in dictis eorum si potest: uel dicatur quòd non reddunt causam sui dicti: uel quòd non respondent ad interrogata: uel non deponunt super eo, ad quod inducuntur: uel quòd sunt infames, uel aliàs inhabiles. & sic de alijs, quae plenè prosequere: ut suprà de teste. §. primo. Item discordet eos per impossibile, & per praesumptiones & per contraria. extra, de probat. licet. in princip. extra de causa pos. cum ecclesia, tertia quaestio. 9. cap. nihilominus. & capitu. pura. Item impugnet instrumentum: quod multis modis facere potest, ut dixi, uel de falso arguat: quod dic ut suprà de instrumen. edi. §. postremo. Item impugnet praesumptionem, dicens eam temerariam uel leuem, uel per aliam contrariam tolli, quae dic ut suprà de praesumpt. §. species. & sic de alijs, quae in facto consistunt, pro parte acto-
2 ris inductis. † Exemplis quoque, iuribus, & rationibus, pro parte actoris inductis respondeat, dicendo quòd non est exemplis, sed legibus iudicandum: ut secunda quaestione septima. §. hoc dicto. de consec. distinctio. secunda re uera.

re uera. uersicul. sed quod. C. de senten. & interlo. omninum iudi. nemo. Iuribus etiam respondeat, dicendo quòd iura inducta pro similibus, non obstant: quia aliqua dissimilitudo in eis inuenitur: ut 28. quæst. 1. c. sic enim neque. in 3. colu. uer. non sunt itaque. & extra, de sum. tri. cap. secun
3 do. §. nos autem. † Sed si ego induco simile, & tu negas esse simile: quæritur cui incumbet proba-
a tio? Respon. tibi: quia uerum [a] negas. ff. de proba. ab ea parte. præsertim si coloratè propono, & expressa sit identitas, seu similitudo: ut extra, de transla. inter. uersi. sicut ergo. extra, de rescrip. inter cæteras. in fi. Præterea negando aliquid esse simile, implicas similitudinem, & ideo eam probes. extra, de renun. super hoc. ff. de proba. filius. & melius, qui fi. sint legi. per uenerabilem. §. uerum. & in prædi. uer. non sunt itaque. quòd si hoc non probetur, non est simile. 27. q. 1. nuptiarum. in authentica, de fide instru. in princi. Item respondeat distinguendo, & exponendo iura: ut suprà, eo. §. nūc breuiter. uersicu ordo. & soluendo etiam contra-
4 rietatem, ut iam dicam. † Et generaliter distinguēdo, partis alterius allegationes, aliquas per interemptionem uel per uim literæ: ut facit Augustinus 23. q. 7. quod autem. & 8 di. quo iure. Aliquas etiam per aliqua iura, & posteriora, & noua: ut extra, de resti. spolia. sæpe. 7. dist. Moyses. ff. de legib. l. non est nouum. & l. seq. extra de homi. si perfodiens. Quasdam per uleriorem intellectum: ut 9. dist. quis nesciat. extra, de fide instru. inter dilectos. Quasdam per rationem solam: 1. di. consuetudo. & 9. di. sane quippe ratio. Prædictus autem modus allegandi & respondēdi, probatur. 11. q. 1. quicunque litem. 13. q. 1. §. 1. & 2. & per totum. & extra de consue. cùm dilectus. extra de elec. cùm nobis olim. extra, de proba. licet causam. de fide instru. inter dilectos. & in concordan. quæ sunt in
5 præ. uer. de ordi. † Potest autem iurium contrarietas multiplici ratione sopiri, puta dicēdo illud prius, hoc posterius: ut suprà uersicu. & generaliter, & illud ius determinatur seu interpretatur per istud. ff. de legi. & ideo ut patet tertia quæstione tertia, offeratur. quæ determinatur quo ad possessionem mobilium uel immobilium per l. scien-
b dum. [b] ff. qui satisda. cog. & extra de maio. &
c obe. statuimus. quæ determinatur [c] per illam extra, de constit. c. fin. Vel illud in ordinario, hoc in delega o: qui executionis manda a sententia, functus est officio suo: ut extra, de offi. de leg. in literis. uel aliud in reali, aliud in personali. & hæ duæ solutiones probantur eodem titulo, quærenti. Vel, illud de monachis, hoc de canonicis. extra de statu mo. quod Dei. argumen. contra, extra de postu-
d lan. c. 2. [d] Vel, illud de Cisterciensibus, hoc de alijs monachis, qui non sunt tantum priuilegiati. extra, de rescri. cum ordinem. Vel illud in decimis prædialibus, hoc in personalibus, uel in primitijs. 16. quæstio. 1. quæsti. extra, de deci. ad apostolicæ. Vel, ibi rat lis contestata, hic non: ut extra, de dolo & contu. prout. Vel, ibi agebatur petitorio: hic possessorio. extra, de resti. spoliat. literas. §. nos autem. Vel, hoc illud expressè corrigit, extra, de consang. & affi. nō debet. & ff. de lega. 3. si quis. in princi. ff. de uerbo. significatione. derogatur. extra, de iudi. uenerabilis. Vel, illud ius non fuit moribus utentium approbatum. 4. di. §. leges. & 12. distin. diuturni. Inst. de iust. & iure. §. ex non scripto. Vel, à pluribus, & melioribus hoc ius seruatur. quàm illud. 19. distin. in canonicis. Vel illud de rigore, hoc de misericordia. C. de iudic. l. placuit. quinquagesima di. ponderet. in fin. extra, de transac c. fi. 26. q. ulti. allegant. Vel, illud de iuris asperitate, hoc de æquitatis misericordia, seu mansuetudine, ob communem utilitatem inductum: ut extra, de re iudi. abbate sane. §. fin. lib. 6. Vel. illud de consilio, hoc de præcepto. ut quinta disti. §. 1. & 14 q. 2. quod præcipitur. & c. præ. exemplum patet extra. de obserua. ieiu. c. 2. item de il-
6 lis. & 28. q. 1. sic enim. † Vel, illud ius habet causam perpetuæ prohibitionis: & ideo non ualet, quòd fit contra illud: ut C. de legi. non dubium. extra, de testibus. capitulo secundo. 10. dist uides.
e [e] 25. q. 2. imperialem. hoc uerò ius non habet talem causam prohibitionis: & ideo tenet, quod fit contra illud. ff. de uent. inspi. l. 2. §. quod autem. Quidam tamen hanc distinctionem non approbant. Vnde potest dici, quòd fit contra iuris prohibitionem, non tenet, nisi per aliud ius tolleretur. quod contingit in multis casibus: ut ecce, simpliciter uouens, prohibetur contrahere matrimonium: & tamen si contraxerit, tenet. 27. q. 1. nuptiarum. Item sententia prohibetur ferri sub conditione: lata tamen tenet. 2 q. 6. biduum. Item sententia excommunicationis prohibetur ferri monitione non præmissa: lata tamen tenet. extra de sent. excom. sacro. Item prohibetur, ne episcopus consecret ecclesiam in alterius diœcesi, si tamen contrà fecerit, tenet. 7. q. 1. episcopus in diœcesi. Item ne quis sine examinatione ordinetur: si tamen contrà fiat, tenet. 24. di. quando. Item præcipitur ne de calumnia iuretur: si tamen omittatur, tenet processus & sententia. C. de in. cal. l. 2. §. sed
f quia ueremur. [f] & sic de similibus. Vel, ibi non ponitur ius, sed factum narratur. Sic potest intelligi. 7. q. 1. præsentium. in princ. extra de re iudi. libro sexto. abbate. & not. infrà de app. §. qualiter. uer. porrò. Vel, in principio factum narrat: in fine concordan. ut extra de fide instru. ex literis. extra
7 de app. secundò requiris. † Ea enim quæ in medio ponuntur, sæpe ad principium & ad finem referuntur: ut ibi dicitur argu. contra, quia non ad omnia præcedentia, sed ad sequentia interdum clausula refertur: ut extra de dona. cum dilecti. Item in eadem oratione contenta, non debent ad diuersos intellectus referri: ut extra de bapt. maiores. §. cæterum. Et not. quòd clausula in medio literarum posita complectitur tantum præmissa: sicut sunt plura negotia non se contingentia: sed si articuli sunt connexi, non refert, utrum in principio, uel in medio, uel in fine ponatur: quia tunc cùm aliquid prohibetur in uno, etiam in alijs intelligitur esse prohibitum, quæ in literis continentur: ut extra de app. inquisitioni. & in præ. c. secundò requiris. & extra de rescript. olim. & uide
g quod not. suprà de edi. instru. [g] Item clausula [h]
h illa, & ultra. ad modicum tempus refertur, nisi aliter in libello exprimatur: ut extra de dila. literæ.
8 ff. de uerb. fig. hæc adiectio. † Item dictio fortè, & dictio

dictio forsitan, quandoque est nota assertionis: & non dubitationis: extra de test. quia ingredientibus. de procu. c. tuæ. 33. q. 2. admonere. circa medium. Item dictio, usque, quandoque ponitur exclusiuè. extra, de episcopo, qui renun. episcopa. capit. 1. [i] quandoque uerò inclusiuè: ut 93. di. à subdiacono. Item clausula, quidam alij. ad quatuor tantùm refertur: ut extra, de rescrip. cùm in multis. libro sexto. † Item dictio donec, quandoque sumitur pro ut. extra de uerborum significatio. Ioseph. & c. quod dicitur. Item dictio amplius, ad modicam quantitatem refertur. Similiter & hæc dictio circiter, & similes. extra de uerbo. significa. cùm inter uos. extra de despon. impu. c. fin. Item diutius, extenditur ad biennium, uel quinquennium, uel ad arbitrium boni uiri. extra de coniug. lepro, c. 1. ff. de pac. quod dicitur. [k] Item maximè, quandoque ponitur pro tantum: ut extra de fi li. pres. ad abolendam. [l] Item mox, ponitur quandoque pro incontinenti. ff. de testa. hæredes palam. in fin. extra de elect. quia propter. & c. cùm post. Quandoque pro spatio decem dierum. ff. de constitut. pecu. promissor. Quandoque pro anno. 20. q. 2. si in qualibet. & c. puella. Quandoque pro triduo. C. de iudic. cùm specialis. Item qualiter intelligatur celeriter, habes extra de loca. & con. c. final. Item de uerb. statim. ff. de damno. infecto. damni. §. Sabinus. & ff. de solu. quod dicimus. Item de uerbo quàm primum. ff. de admi. re. ad ci. per. l. 2. Item de uerbo, sine dilatione. in authentic. ut nulli iudi. §. illas. [m]
10 † Item dictio ut, quandoque ponitur cõsecutiuè, & nõ causatiuè. C. de seruitu. & aqua. lege prima. & 1. q. 1. benedictio. cum suis concor. Item per clausulam uocatis, qui fuerint uocandi. debent uocari omnes, quorum interest. extra de iudicijs, exhibita. Item qualiter intelligitur clausula illa, quantum de iure poteris: habetur extra de rescrip. causam quæ. Item clausula illa, quantum de iure poterimus, procedemus: semper ponitur post peremptorium: ut patet extra, de in integ. resti. tum ex literis. in fin. de do. & contu. cùm dilecti. Item de alijs clausulis, uide suprà de re-
11 scrip. præsentata. §. ratione formæ. † Item dictio nunc, importat ut aliquid sine dilatione fiat. C. de inoffic. testamen. sancimus. §. cum autem quis. uer sicu. sancimus. 28. q. 1. iam nunc. Item de uerbo, tunc. ff. de condi. & demon. l. 4. & l. si is ita. Item quæ hic desunt, uide in repertorio in tit. de uerbo. signi. & in tit. de rescript. Vel talis autoritas sic debet ex ui literæ intelligi, ut in præ. §. cæterum. argu. contra. 1. q. 1. Marcion. extra, de uerborum significa. intelligentia. & c. præterea. [n] Vel ibi interrogatio postea, non infert negationem: sed potius difficultatem, uel raritatem notat. de pœ. di. 1. §. quod autem. uer. sed huius. & §. seq. & sic intel ligitur 23. q. 2. quid in omnibus. Quandoque uerò negationem infert: ut extra, de ele. uenerabilem. prope princip. ibi: nunquid enim, &c. & uersicul. quod autem. Vel, illud uetus, hoc nouum: quod soluere non ualet ouum: puta olim licitum erat episcopis deponere episcopum in concilio: ut 2. q. 1. primates. hodie non: ut 2. q. 6. ideo. & 3. quæ. 6. quamuis. & capi. sequen. extra de offic. leg. quod translationem. & suprà uer. generaliter. Vel, illud est priuilegium, hoc ius commune. 7. q. 1. petisti. 3. dist. priuilegia. 28. q. 2. non exemplo. de regularibus, quia in insulis. Vel, illud est priuilegium personale: hoc reale. extra de instit. c. penul. extra, de uerbo. signi. abbate. 25. q. 2. §. fi. Vel, illud ubi timetur scandalum, hoc ubi non timetur. quinquagesima dist. ut constitueretur. extra de cleric. ex cõ-latores. Vel, illud ubi quis plus seu pluries deliquit, hoc ubi semel. de episcop. aud. nemo. 25. q. 2. ita nos. extra, de iudi. cum non ab homine. Vel, ibi
o Papa loquitur magistraliter, [o] hic papaliter. Vel, ibi de comparatiua promissione, hic de iure. extra, de spon. c. 2. in fi. Vel, illud in foro animæ, hoc in iudiciali. extra de senten. excommu. inquisitioni. & extra de spon. tua. Vel, illud statutum fuit ob necessitatem, quæ nunc cessat: hoc absque ulla necessitate. 1. q. 7. quid pro remedio. & q. 1. quod pro necessitate. extra, de elec. cùm in cunctis. in
12 princip. † Vel, illud statutum fuit ex causa, quæ nunc cessat: ideoq; cessare debet constitutio: ut extra, de iureiuran. & si Christus. ubi de hoc. & de
p renun. post translationem. §. cæterum. [p] quod uerum est in causa finali: ut ff. de condit. ob turpem causam. l. 1. & 2. C. de condit. ob causam. l. dictam, non impulsiua: ut not. in prædi. decre. Causa autem finalis est, cùm constitutio ob fauorem inducta est: ut cùm in fauorem condemnati statutum est, quòd possit à grauamine appellare. & sic est causa finalis. Cessante ergo causa tali, scilicet grauaminis, cessat ius. extra, de appellatio. cùm cessante. extra de uoto. magnæ. in fin. Sed contra 32. q. 7. ca. fin. ubi dicitur quòd licet aliqui iungantur matrimonialiter causa prolis habendæ; & sic est causa finalis: non tamen separantur, licet prolem nequeant procreare. Sed illud speciale est in matrimonio, sicut & alia multa, quæ no. extra, ut lite non contesta. c. 1. Vel dic quòd non semper illa est causa nubendi: imò quandoque quis nubit,
13 quia nequit resistere stimulis carnis: † ut extra, de eo, qui duxit in ma. Iordano. & 32. dist. solet. & §. prædi. Causa uerò impulsiua est, cùm in odium alicuius aliquid statuitur: ut propter garrulitatẽ Calphurniæ statutum est, ne mulieres postulent. ff. de postu. l. 1. §. sexum. Item propter fugitiuos & criminosos statutum fuit, ne clerici sine literis commendatitijs recipiantur: ut 98. dist. §. 1. & ca. Afros. & tamen extenditur ad non criminosos: quia licet causa impulsiua cesset, non ideo constitutio cessat: ut 19. quæstio. 2. duæ. Vel, illud secundum leges, hoc secundum canones. 10. di. ca. 1. extra, de offic. deleg. super quæstionum. §. intentionis. extra, de testamen. filius. 33. quæstio. 2. inter hæc uera. Vel, illud statutum fuit propter magnam importunitatem petentium, & inconsultè: hoc proprio motu & cum deliberatione, extra de pur. ca. c. cùm in iuuentute prope fin. de rescrip. si quando. C. libro. 10. de peti. bo. sub. l. 1. de
q pœ. di. 1. importuna. [q] † Vel, non obstat sensus, in
14 de à contrario sensu sumptus: cum in hoc casu ius expressè contradicat. & argu. à contrario non ualet, ubi ius expressè contradicit, uel est contra bonos mores: ut C. de condi. insertis. l. 2. suprà de iurisdict. om. iud. nemo. C. de episc. & cleric. conuenticula. licet aliàs sit ualidissimum. ff. de offic. eius, cui

cui manda.est iurisdi.l.1.extra, de reg.& trans. ad
relig.cùm uirum.extra de his, quæ fi. à præla. sine
con.ca.cùm apostolica.in fi.8.q.1.sciendum.23.q.
r 2.sane.quòd facit ad hoc 37.dist.relatum. [r] Et bre
s uiter dic. [s] quòd quando si, uel quia ponitur in mo
dum causæ: tunc ualet, & fortissimum est argu-
mentum à contrario sensu sumptum: ut in prædi.
l.de offic. eius cui. man. est iurisdi. ff. de iure pa.
adigere. Si uerò supponitur pro quando, id est, in
uim modi: tunc non semper ualet. & ad hoc facit
t extra de uerbo.signi. abbate. [t] † Vel in, ponitur
15 pro ualde: ut extra de fideiuss.c.1. & ff. de liber. &
posthu.Gallus.§. ille casus.in authentica, quomo-
do oporteat episc.§.quanta.ibi: irreprehensibilē,
id est, ualde reprehensibilem. Quandoque uerò
ponitur in, pro sine, uel non.in authent.colla.2.de
de incest.nupt.§.& hoc quidem.ibi: innoxium. &
de fide instru.respon.2.ibi: innumeras.& ff.de con-
di. inde. frater à fratre. ibi: indemnis. & extra de
u rescrip. præsenti. in fi.ibi: impune. [u] Quandoque
pro malè, in authentica de iud.§.qui uerò. ibi: in-
cautum, id est malè cautum. Quandoque ponitur
pro ut.ff. de condi. fur. l. 1. Quandoque pro pro-
pter, uel pro circa.ff.de triti.in hac.secundum unā
literam, id est, propter uel circa hanc. Quandoque
pro contra: ut C.lib.10.de fide instrum.& iure ha-
stæ fisc.l.duplex.& 2.q.1.si peccauerit in te, id est,
contra te. Quandoque pro non: ut 40.di. si Papa
innumerabiles. & extra de sen. excom. Romana.
§.si.ibi: innoxios. lib. 6. & 25. dis. §. nunc autem.
ibi: irreprehensibilem.43.di. sit rector.in princip.
Vel, licet contradicant sibi quo ad superficiem, seu
corticem literæ: non tamen quo ad medullam, seu
radicem mentis. 1.q.1.Marcion. de conse. dist. 4.
nullus autem. ibi: hæretici scripturas habent ad
speciem, id est, superficiem, non ad salutem, id est,
medullam. ideoq; distinguendum est, ut concor-
det scriptura.2.q.1.si peccauerit.29.distinctio.c.1.
& 2. Vel, illud est comminatio, quæ non habet
uim sententiæ.hoc uerum ius est.C. commina.uel
epistolas.l.1.& per totum.Vel, illud est canon la-
tæ sententiæ.17.quæstione quarta. si quis suaden-
te. hoc dandæ. 30. distin. per totum. quod exem-
plifica ut no. in repertorio sub titu. de senten.ex-
communicationis.in rubrica.casus, in quibus quis
est ipso iure excommunicatus, & in titulo sequen-
x ti. [x] Vel, ibi supplendum est maximè, uel tantùm:
y & sic non contradicunt: [y] ut extra de exceptio.
aduersario. ibi: tempore motę litis. & de conuer.
coniugato.charissimus.Vel, ibi exponitur præser-
tim, scilicet tantùm: ut extra de dolo & contuma-
z cia, cap.finem.secundum quosdam. [z] Vel, ibi non
respondetur ad quæstionem propositam, hic sic.
prima quæstione quarta, quia præsulatus.& extra
de officio delegati.prudentiam.in principio. Vel,
unum ius tantùm dicit illud, hic plura asserit. ut
uigesima distinctio. capitu. de quibus. in fine.ex-
tra de officio delega. prudentiam. prope princi-
pium.81.distinctio.in omnibus.& in concord.quę
sunt suprà §. proximo. uersiculo, studeat autem.
Vel, hoc ius efficacioribus rationibus fulcitur,
quàm illud: ut in eiusdem concor. & extra de re
iudicata.suborta.Vel, illud obscurè dicit: hoc cla-
rè. quarta distinctione, erit. Vel, illud loquitur in-
distinctè: hoc tamen cum distinctione: extra de fe-
ri.capellanus. Vel, illud ius negatur, tanquam in-
certum extra corpus iuris: hoc in eo clausum est.
extra de fide instrumentorum. capitu. pastoralis.
& in proœ.Decreta.§.sane. Vel, illud loquitur in
tali casu, hoc in tali. de pœn. distinctio. prima. §.
quod autem.uersiculo, sed huius. & §. potest.etiā.
& infrà uersiculo, uel tale.extra de his, quæ fiunt
à prælatis sine consen. capitu. c. cùm apostolica.
extra, de translatio.inter corporalia.secunda quę-
stione prima. si peccauerit. Vel, illud secundum
consuetudinem huius ecclesiæ: hoc secundum con
suetudinem alterius. extra de deci. cùm sint ho-
mines. 76. distinctione. c. utinam. extra de sepul.
certificari. de consuetudine. c. cùm olim. undeci-
ma distinctio.c.in his.arg.contra 12. distin. illud.
a [a] Vel illud generale, hoc speciale.extra de rescrip.
c. 1.& c.pastoralis.ff.de regu.iur.in toto.Vel, illud
speciale est in fisco. ff. ad muni. simile. argumen-
tum tamen contra ff.de pe.hæred.l.1. prope prin-
b ci.C.de iur.fi.iustas. & ff. eo. [b] item uenit. super
quo dic', quòd si lex, quæ in filio loquitur, ponit
ius commune: tunc trahenda est etiam ad priua-
tos: ut in præ.con.& ff. quod cuiusque uniuer.no.
l. 1. in similibus. si uerò ponit ius singulare: tunc
no.ut in præ.l.simile.& similibus. & 26. q. 2. non
exemplo.eo.§ uer. uel illud est priuilegium. Vel,
tale uerbum ibi positum, sic intelligitur: ut extra,
de transla.inter corporalia.§. sed neque. extra de
uer.sig. abbate. Vel, non refertur ad proximè di-
cta, scilicet ad præcedentia. sic intelligo, & lego.
extra de testa.officij.in fin.uersicu.saluis.extra de
coniug.lepro.c.1. in fin. uer. quos si. & probatur
extra de do. cum dilecti. & de rescr. causam quæ.
de hoc suprà de instru. edi. §. nunc autem. uersi.
item excipe. Vel, illud de except.dilatoria: hoc de
peremptoria.extra de excep.pastoralis. Vel, illud
in causa criminali, hoc in ciuili uel criminali, &
ciuiliter mota.extra de procu. tuæ. de accu. super
his.in fi.5.q.3. in criminali. extra de regu. iur. li-
bro sexto. Vel, illud ius non excludit hoc. extra de
testi.cùm tu.de pœ.distinct.1. periculosè. Vel, il-
lud de disputatione, hoc de rigore: ut extra de
consanguinitate & affinitate. quod dilecto. 13.
16 distin. nerui. † Vel, ibi debet exponi uel, pro ut.
c C.de noxa.act. l. 1. in principio. [c] Vel dictio illa,
propriè & impropriè ponitur: ut extra de postu-
lat.bonæ.primo.C.de Iusti.Co.confirma.§. si quę
uerò pragmatice.C.de ser.fugi. quicunque. ff. de
17 offic. procon. l. 2. † Vel, ibi masculinum genus
comprehendit fœmininum: ut ff. de iure fisc. ait
diuus. Ita C. de fideicom. l. penulti. C. unde ui.si
d quis in tantam. [d] Super quo dic quòd masculinū
genus aut profertur à lege, aut ab homine. Si à le-
ge, tunc fictione iuris comprehenditur fœmini-
num sub eo: ut quod traditur in masculo, intelli-
gatur traditum & in fœmina: & hoc siue tractetur
de odio, siue de fauore.ff.de uerborum significa.l.
e 1. [e] & l.testamento. & ff.de consti. pecunia. l. 1.§.
1.ff.de negotijs gestis.l.3.§.1.& hoc nisi id, quod
constituitur in masculino, tale sit quod non con-
f gruat mulieri. nam tunc non comprehenditur. [f]
Vnde procurator est qui negotia domini manda-
to administrat: ut ff. de procura. l. 1. Sed non est
procura

procuratrix, quæ mandato domini negotia admi-
g nistrat.ff. de procu.l.1. g quia hoc uirile officium
est.C.eo.alienam.ff.eo.l.neque. licet sit arg. con-
tra.extra. de confir. uti. uel inuti. cum dilecta.§.
h quia uerò. h idem est in multis casibus, quos not.
suprà de procu.§.1. uer. regulariter. Si uerò pro-
fertur ab homine, puta à testatore: aut tractatur
de odio, aut de fauore: si de fauore, puta de legatis,
de tutoribus dandis, & huiusmodi: tunc iuris in-
terpretatione, sub masculino comprehenditur fœ
mininũ.ff.de lega.3. qui duos mulos.& l.seruis.le
gatis. Si de odio, puta de exhæredatione: tũc nõ.ff.
de uen.in pos.mit.l.1.§.1.& est ratio, quia fauores
ampliandi sunt, & odia restringenda.ff. de liberis
18 & posthu..cùm quidam. † Verùm licet sub mascu-
lino comprehendatur fœmininum: nõ tamen hoc
contingit econtra. Hoc enim perniciosum esset
exemplo.ff.de lega.2.si ita scriptum sit. Masculus
enim dignior fœmina est.ff.de statu.homi. in mul
tis. extra de pœn. & re. noua. Vnde honestius est,
minus dignum sub digniori comprehendi, quàm
econtra.ff.de acqui.re.do.l.1.C.de transact l. fi.de
consec. eccl. uel alta. quod in dubijs. extra de re-
script.sedes. In casu tamen speciale est fauore ma-
trimonij, ut sub fœmina masculus comprehenda-
tur. Nam lex Aelia Sentia, quæ prohibet patro-
num cogere libertam iurare, ne nubat: locum
habet etiam in liberto. ff. de iure pa. adigere. in
princip.& l.qui contra legem. Posità quoque una
solutione seu responsione, potest poni & alia: ut
extra de resti spo. literas. & ponitur tunc uti uer-
bis. Hieron. super Euangelium, quod legitur in fe
i sto Innocentium. i Posito enim ibi uno intelle-
ctu, subijcit sic: Possumus locum istum & aliter
19 consolari, † propter contentiosos, quorum con-
suetudinem Apostolus denegat se habere. Sunt
enim quidam curiosi, qui de illis, quæ non expe-
diunt, facilè disceptant: ut extra, de re iudi. abbate
20 sane. prope fin. lib. 6. † Et generaliter omne con-
trarium facilè solues, si attendas quæ his uersibus
continentur: Causa, locus, tempus, persona, rigor,
nouitasque. Antiquum, bonitas, ueto, consulo, prę-
cipioque. His si iungatur permissio, ius uariatur.
Quasi omnia, quæ in primo uersu continentur,
k probantur 29.di.c.1.2. & 3. k et 13.di.sicut. Cau-
sa: ut in neophyto.43.di. c.1. & 2. & in promotio-
ne monachorum sacerdotium, & ad curas anima-
rum, quod ex causa scilicet propter penuriam cle
ricorum, obtinuit tempore Gregor. 55.di. priscis.
Locus: ut in Orientalibus: ut 31.di. aliter. & cap.
quantum. & c. Nicæna. extra de cle. coniu. cum
olim. Tempus: ut in uxoribus Abrahæ. 32. quæ.4.
obijciuntur. & in matrimonio in tertio & quarto
gradu contrahendo quod ex causa ad tempus con
cessum fuit Anglicis. 35. q.3. quod scripsi. Perso-
na: ut in Ambrosio neophyto electo: ut 13. di. Va-
lentinianus. 61. di. his omnibus. ut 7. q. 1. petisti.
Rigor: ut presbyter post lapsum deponatur: ut 82.
distin. presbyter. 3. q.7. si quis 50. di. c.1. & 2. J. uer.
proxi. Nouitasque: ut 35. q.3. quædam l. extra de di
uor. c. fi. Antiquum. 35. q. 8. de gradibus. ff. de ri-
tu nupt. diuus. aliàs incipit, qui in prouincia. argu-
mentum contr. extra. de eo, qui dux. in ma. quam
pol. per adulte. cùm haberet. extra de consue. c. fi.

l l Bonitas: ut in hæretici. 1. q. 7. conuenientibus.
Veto: ut 14. q. 1. quisquis. ut de uxore non dimit-
tenda, excepta causa fornicationis. 32. q. 1. dixit.
& quæstione quinta. præcepit. & de non acceden-
do ad aliam: ut ea. causa. q.6. non mœchaberis. Con
sulo: ut 23. q.1. §. primo. in princi. ibi: sed si quis
te percussit in una maxilla, &c. & de usore post
fornicationem recõcilianda. 32. q.1. quod autem.
Et de continentia capienda: ut ea. q. integritas. &
33. q.5. qui sitit. Et de non dimittenda coniuge in-
fideli, cohabitare uolente. 28. q.1. iam tunc. & ca.
sic enim. Præcipioque: ut, Diliges dominum Deũ
tuum: ut 3. dist. omnis. in fi. & 26. q.5. nec mirum.
in fi. Et redde debitum uxori petenti. 30. q.5. c.1.
& 2. Permissio: ut in his, qui continere nequeunt.
28. dist. de his. Et concubitu coniugali, qui fit cau-
sa incontinentiæ, qui permittitur: ut grauiora ui-
21 tentur. 13. dist. nerui. † Item nota quòd quædam
iura loquuntur secundum iustitiæ rigorem: ut de
peccante post baptismum, acta pœnitentia non
promouendo. 25. dist. primum. 48. di. quoniam. De
criminosis post pœnitentiam tolerandis. 1. q.5. c.
1. & fi. 50. dist. ponderet. 34. dis. fraternitatis. Item
quædam sunt datæ sententiæ: quædam dandæ: ut
supra. Hęc igitur illa canonum uarietas, de qua
dicit Isidorus, quòd ea ignorata, & medullitus nõ
perscrutata, multi in erroris labyrinthum intran-
do impinguntur: ut 29. dist. c.1. His igitur modis,
potest aduocatus rei & quilibet peritus, facilè sol-
22 uere iura contra se inducta. † In summa nota, q
ferè omnia contraria in iure per tres fallacias sol-
uuntur: scilicet per fallaciam æquiuocationis, ac-
cidentis, & secundum quid, & simpliciter, siue per
aliter, & per simpliciter aliud, & per secundum
m aliud. m De fallacia æquiuocationis, tale est exẽ-
plum. Dicit lex quòd mancipium, quod est in
causa redhibitionis, debet emptor exhibere: ut C.
de ædil. ac. l. fin. Sed contra: quia si mancipium
emptum, quod erat in causa redhibitionis, mor-
tuum sit: non debet exhiberi: ut ff. de ædil. edi.
quod si nolit. §. si mancipium. & l. redhibere. §. fi.
imò impossibile est hoc: quia exhibere, est copiã
uidendi & palpandi facere: ut ff. ad exhiben. l.2. &
de lib. homi. exhib. l.2. §. ait prætor. Solu. in præ. l.
de ædi. act. ponitur exhibere, pro probare: ut ibi
no. sed in illa ad exhibendum, ponitur ut faciat
copiam apprehendendi: ut supra. Dic ergo aliter
hic, & aliter ibi. Item aliud exemplum dicitur
extra de ele. quod sicut. in prin. quòd per nomi-
nationem non acquiritur nominato: contra eo.
tit. cum in iure. & c. publicato. & 16. q. 7. contra
sanctorum. Sed dic quòd in c. quod sicut. nomina-
tio sumitur pro tractatu, qui electionem præcedit,
in quo per uerba de futuro nominantur diuersi:
in contrarijs uerò ponitur pro expressione con-
sensus per uerba de præsenti. De hoc no. 63. dist.
quanto. In fallacia uerò accidentis, sic exempli-
fica: De iure naturali debet nemo cum alterius
iactura locupletari. ff. de condictio. indebi. nam
hoc natura. extra de pœnis, suam. Sed contra. ff.
de usucapio. l. 3. Solutio. Inspecto hoc accidenti
iure naturali, nemo cum aliena iactura locupleta-
tur: sed tamen inspecto hoc accidenti iure ciuili
sic, & ita aliud ibi, & aliud hic. Item contrarietas
illoru

illorum exemplorum 16.q. 5. quoniam. & 12. q. 2. sunt. exsoluitur. extra de his, quæ fi. à præla. sine consen. ca. apostolica. per simpliciter aliud in fallacia, secundum quid simpliciter. exemplifica sic. Dicit lex quòd si patronus arrogat libertum suum, consequitur libertus iura ingenuitatis. ff. de ritu nup. sciendum. 2. Sed contra ff. de sta. hom. l. fin. ubi adoptatus libertus à patrono non consequitur iura ingenuitatis. Solutio. Consequitur ea quo ad quædam, uidelicet ut nec patronus, nec filius habeat ius patronatus in eum quo ad successionem: & sic est ingenuus quo ad quid: ut in l. sciendum. Sed quo ad alia remanet libertinæ conditionis: ut in l. contraria. & sic aliud hic, & aliud ibi. Sic ergo contraria soluuntur per aliter, & per aliud & per secundum aliud. Item aliud exemplum de secundo aliud dicitur extra de ele. Cumana. quòd persona electa, non facit numerum: contrarium dicitur eodem tit. cum in iure. Sed primum obtinet de iure communi: secundum uerò ex uirtute compromissi. & ita ibi secundum aliud, & hoc secundum aliud: uel alio modo loquitur hic, & alio modo ibi.

23 † Studeat quoque aduocatus factum suũ aliter, quàm actor proposuerit, asseuerare, quibuscúque modis poterit: & tamen ipse licet nihil probet, absoluetur actore non probante. extra de iureiur. c. fin. extra de causa pos. & proprie. cum ecclesia.

n prope fin. [n] Sic igitur destructis uel impugnatis, & quæ per aduocatum actoris constructa fuerãt, dicat ex præmissis: Domine iudex, luce clarius liquet, quòd iniustam litem contra me pars altera mouit, quare Deo committo meam iusti-

o tiam, & uobis memoris eius, quod scriptum est: [o] Oculi Domini super iustos, & aures eius ad preces eorum: uultus autem Domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum. Omnis enim qui rectè iudicat, stateram in manibus gestat. 45. distinctio. omnis qui. extra, de re iudi. cum æterni. libro sexto. Et qua mensura mensi fueritis, & c. extra de accu. qualiter. 1. & de pœni. & re. cùm ex eo. Vnde cùm sim euidenter in causa absolutionis, peto me sententialiter absolui, & actori silentium perpetuum imponi: quia semper innocens petit absolui, undecima quæstione prima, capit. Christianus. extra de præsumpt. nullus. peto etiam aduersarium mihi in expensis legitimis condemnari. extra de pœnis. capit. calumniam. & de dolo & contuma.

24 l. fin. † Cæterùm si reus aliquam proposuit exceptionem, cùm in ea sit actor, ut suprà §. nunc breuiter. ipsam exceptionem confessionibus, testibus, instrumentis, ac præsumptionibus probare laboret: sicut suprà diximus de actore. & ei ab aduocato actoris respondeatur, sicut iam in reo prædiximus. Hoc quoque eodem more in replicatione procedatur: ut in prædicto §. nunc breuiter. Et consulo tibi quòd si potes, sis ultimus in loquendo: quia quæ ultimò audiuntur, melius memoriæ mandantur. de conse. distinct. secunda liquidò. & uerba ultimò prolata, quæ nullo gladio percussa, nulloque telo uulnerata sunt, præstantiora sunt. Nam per contradictionem res dubia efficitur. C. quibus ad liber. proclam. non licet. l. tertia. Qui enim ultimò proponit, non solum potest quod asserit rationibus & iuribus fulcire, ac colorare: sed etiam potest quod ex aduerso propositum est, decolorare & annullare.

ADDITIO.

a *Verum. quod ius sic scripsit de constitutio. translato. super ulti. glossa, ubi videre potes quorum fuit hoc dictum.*

b *Sciendum. Nouum uidetur hoc dictum, quòd auth. determinetur per l. Digestorum. sed dic quòd determinatur, i. intelligitur.*

c *Determinatur.* Hoc propriè.

d C. 2. *Fateor quòd in multis differunt, licet & in multis conueniant: ut ibi, in fi.*

e *Vides. Vbi de hoc. & ibi etiam aliqua no. de inferioribus exemplis. De hoc etiam extra de sponsa. duo. tua.*

f *Veremur.* Et *de iura. calum. cap. primo §. 1. libro 6.*

g *Instrumen. §. nunc autem uidendum. uer. item excipe. & uide quod infrà dixi.*

h *Item clausula. Hucusque ad vers. vel talis. principaliter ponit de uerbo. sig. de quo satis Azo in broca r. sub rubrica de verborum effectu, & significatione, sed hodie habentur de hoc volumina per alphabetum ordinata.*

i C. *primo.* Et *ibi plenè de hoc scripsi super prima glo.*

k Dicitur. *De hoc dixi de fideius. c. fi.*

l *Abolendam. De hoc dixi super glo. hoc ideo.*

m *Illas. Et ibi de hoc.*

n Præterea. *Solue ut ibi no. in gl. 2.*

o *Magistraliter. De testi. spo. literas. uers. nos autẽ. & ibi no. in gl. 2.*

p *Caterum. Vbi de hoc in gl. ar. est hoc. uide quod ibi dixi. & ibi plena remissio. & in regula, decet concessum. de reg. iur. lib. 6.*

q *Importuna. vel ibi gratia petita. hoc proprio motu data. de praben. si motu proprio. & c. si pluribus lib. 6.*

r *Relatum. Multos canones, quibus procedit, in quibus non procedit ar. à contrario sensu. collegit Io. de Deo in distinctionibus char. 3.*

ADDE *gl. & doc. in c. significasti. extra, de fo. compe. ubi habes quando argum. à contrario procedit.*

ſ *Dic. secundum Iac. de quo dixi in remis. quam infrà dabo.*

t *Abbate. de hoc scripsi de ele. publicato super ult. glo. circa fin. prima col. ibi. secundum opinionem*

coadiuuat &c. habetur per Vber. super pradi. l. 1. talis doctrina, quòd hoc ar. cessat, quoties eadem ratio est in contrario, quæ in prohibito. exemplum in legibus 1. & 3. superius alleg.

u Impune. Hanc hodie non habemus: sed habetur idem uersicu. de consti. cap. secundo lib. sexto in fin.

x Iusti. seq. Vide in cle. de sen. excom. c. 1. in glo. est sciendum.

y Contradicunt. Iura quibus fit altera illarum supletionum. hoc dico quia maximè comparatiuum sumptum & tamen bene sunt contraria. facit suprà uers. item maximè. circa quod sciendum est, ultra id quod scripsi post Gof. de causa pos. ecclesia. super uer. tātum. s. quòd hæc dictio implicat negatiuā: nunc dico quòd quandoque designat quantitatem in numero, uel reportat utrunque. extra, de consti. cùm M. primum ibi. 14. præbendas tantum secundum Vber. nisi in tantū, &c. Patet hoc, cùm mandatur mihi tantum dari, ut alijs, uel ut illi: ut ibi ad fi. eo. ti. cum omnes. de uerb. sig. olim. & tunc etiā ponitur relatiuè. dicit Acc. C. de cust. re. l. fi. quòd quādoque ponitur in ui non minis: ad hoc in auth. de restit. & ea, quæ pa. §. unum siquidem. ibi: tempus. Ad idem in auth. de defen. ciui. ad fi. 1. colla. ibi. quantò quis melioribus præest, tātò maior, &c. & hoc adaptatur etiam in corporalibus, quæ non consistunt in numero, pondere uel mensura. extra, de iudi. nouit. ad fin uersi. ne igitur. de simo. tanta. & c. in tantum. de excep. prælata. tanta. Quandò uerò aduerbialiter ponitur, regulariter habet separare uel excludere omnes alios casus uel personas. Patet C. de patri. qui fil. d. st. l. 2. Circa quod uide quod scripsi de re. iur. l. in arg. lib. 6. super gl. & facit ff de pac. l. sed si tātum. Quandoque tamen non excludit omnes, sed certos tantum. C. de prædict. mi. l. ob æs alienum. cum sua gl. de iur. om. iud. l. 2. etiam cum glo. Ad idem ff. de acqui. pos. l. 1. §. per seruum. 2. Quandoque nec certos. ff. de uer. sig. cum in testamento. vbi dictio duntaxat, extenditur ubi testator dixit expendi in momento centum aureos duntaxat. Quandoque etiam designat tempus incertum. ff. de stipu. ser. si seruus communis Many. §. fin. quantam pecuniam tibi in calendis mutuauero, tantam dare spondes.

z Secundum quosdam. Hosti. & Abb. contra ut ibi scripsi. concor. uide 12. dist. illud.

a Illud. Verum est, quòd aliquorum consuetudines non subuertuntur per consuetudines aliorum: vt ibi: sed per hoc non negatur quin arceantur per proprias.

b ff. eo. s. de peti. here. item ueniunt. §. cum autem. & §. aptanda.

c In princi. decr. Hoc uerum, vt dicitur infrà, ante fin. titu.

d In tantam. ff. de adop. l hoc autem. cum l. se. ff. de iuris. om. iud. si quis id. §. 1. & ibi materiam habeo per Guid. de Suz.

e L. 1. Ibi de hoc per Acc. & per Dyn. de hoc etiam de ele. generali. lib. 6. in gl. 2. per Cy. de ser. fugi. l. quicunque. ubi prius Albericus antiquus doctor, materiam distinxerat: & uide per Archi. ad saturitatem, 17. questio. 4. si quis suadente. super prima gloss. & quia quod notauerit de hoc Hostien. in decre. Raynal. de testa. in princ. ipse satis ibi collegerat, & propter materiam decre. prolixam, ibi non posuit remissionem dedi. non tamen omittam quod in l. quicunque. & in capitu. si quis suadente. propter famositatem legis & canonis, posita est per prædictos hæc famosa materia: non quia materiam textuum illorum directè respiceret. & in hoc Gui. de Suz. commendo, qui pertinenter posuit ubi suprà, licet etiam per eum aliquid de hoc habeatur super l. quicunque.

ADDITIO. Adde tu omnino videndū Bart. Soci. in suo tra. fallen. in regula 255. vbi ponit regulam affirmatiuam, quam limitat pluribus modis. & uide per Hippo. de Mar. sing. 20. inci. masculinum genus. & sin. 39. incip. capias unum. & sin. 31. inci. sæpius iam dixi. Hen. Fer.

f Comprehenditur. bene facit, de ista regu. ea quæ. in fin.

g L. 1. Communiter non approbatur hoc exemplū: quia lex ista non dicit quis possit esse procurator, sed diffinit: quæ diffinitio caderet in fœminam, casibus, quibus dari potest procuratrix: ut sequitur.

h Quia uerò. Illud speciale in Papa ut ibi no. in glo. sic ergo.

i Innocentium. Matthæi 2. c. & loquitur de uerbo, ex Aegypto vocaui filium meum. quod habetur. Osee 11. a

k Et 3. Ideo super illa distinctione Richardus in distinctionibus suis, posuerat hos casus ad modum antiquum per tractus calami vniendo. vbi etiam ad literam posuit hos uersus saluo quòd posuerat pietas, ubi hic est bonitas. & nescio quare mutatum. postea Ioan. de Deo, in princ. suarum distinctionum posuit hos casus solùm pro prosa.

l C. fin. Illud in his, quorum transgressio inducit mortale.

m *Aliud. Subscripsi in proœmio decre. super gloss. quia nulla. Fran. Vercel. has fallacias ibi posuerat, qui licet alia exempla penetret, hinc remittendo decidit postea ibi. prosequebatur decem prædicamenta, quæ etiam non posui: quia uideri possunt per Azo. in prin. suæ Summæ. Illa etiam Lau. breuiter posuit, & Archi. post eum 50. dist. ferrum. breuiter autem exempla ipsius ad fallacias erant de decre. uestra. de coha. cle. circa contrarietatem. ibi in tex. solutam. & decre. cum apostolica. ad fin. de his, quæ fi. à prel. aliud dabat de decr. secunda, de no. ope. nun. inquantum soluit contrarium de scandalo uitando, uel non. Tertiū dabat de contrario soluto in decr. statuimus. de ma. & obe. in gl. 2.*

n Prope finem. *Nec obstat ei quòd assumpsit onus probandi: ut dixi suprà de proba §. 1. suprà, uersicu. sed ubi vterque.*

o *Est.* Psalmo 33.

SVMMAIRVM.

1 *Acta interiudicialia debent disputationes, & allegationes continere & inferre.*

2 *Allegationibus aduocatorum finitis, non est tutum vnum sine altero à iudice recedere.*

3 *Aduocatus leges allegans, an teneatur dicere nomen legis.*

4 *Leges an possint in causa ecclesiastica allegari.*

5 *Papa an possit leges tollere, declarare, vel modificare.*

6 *Veritas rerum, errore gestorum non vitiatur.*

7 *Imperitus contra sapientes disputans, risui patebit.*

PORRO Aduocatus actoris, cuius allegationes si contractę fuerint & elisæ, iterum surgat, & lapsa erigat, ac fatigata reparet:
a ut C. de aduo. diuer. iudic. aduocati. [a] Satagat igitur reædificare, & reparare, quicquid rei aduocatus nisus est infringere, iuxta posse, & incipiat arengare: ut in prædicto §. nunc de exordijs. uersiculo, post hæc autem. ibi, uel ita nihil omnino respondere. &c. & per totum. postmodum uerò sigillatim reparet quicquid rei aduocatus uisus est diffinire contra eum, dicens: stupet admodum meus animus, quòmodo aduocatus ille non erubuit, in tot & tantorum præsentia ex tam euidenter falsis & friuolis procedere, & aures uestras, domine iudex, & audientium tot inanibus ambagibus prægrauare. Nec enim eū adeò resupinum, seu iuris ignarum existimo, ut credam eum latere quòd confessio reuocari non potest, nisi denium errore probato. quod dic ut suprà de confes. §. fin. Item non erubuit instrumentum ex
parte nostra productum, de falso arguere: cùm euidens sit intra terminum peremptorium ad hoc datum, eum nihilomnino dixisse. Sed nec erubuit duobus è nostris testibus excommunicationem obijcere: cùm tamen liquidò de ipsorum absolutione legitimè in iudicio facta fuerit fides. & sic de alijs singulis capitulis prosequatur. in fine igitur sic concludat. Euidens ergo est, domine iudex, nos esse in casu uictoriæ. nam plures rationes pro parte nostra faciunt, quàm pro illa. vnde adhuc id petimus, quod & primò: ut suprà §. nunc uidendum. uersicul. studeat. simpliciter postulans, ut ius nostrum seruetur illæsum: cæ-
1 tera suppleat religio iudicantis. † Et nota, quòd
acta interiudicialia debent disputationes & allegationes continere & inferre: ut extra, de elect. ductum. 1. 30. quæstione quinta iudicantem. in authen. de testib. §. si uerò. & §. nam partes. secun-
b dum Ioan. de Deo. [b] De renunciatione autem allegationibus facienda, & de conclusione dicetur infrà titulo proximo. Vtrùm autem aduocatus teneatur in uulgari allegare, ut ab aduersario intelligatur. Item de eo, qui falsas leges allegat, uel falsum instrumentum, uel testem legit: not. suprà de aduo. §. nunc de exordijs. in fin. & §. u-
2 triusque. uersiculo. item caueat. † Et nota quòd
finitis allegationibus consulo ne recedas, altero aduocato cum iudice remanente: ne sibi suggerat quod eum moueat te absente. extra, de rescriptio. cæterum. in fi. uel aliquam scripturam ei ostendat, quæ non fuerit in iudicio exhibita: ut suprà, de aduo. §. sequitur. uersicul. item sit cautus. & seq. Item nota quòd miles, qui in causa omisit iuris ignorantia allegationes competentes, poterit eas proponere: cùm ex sententia cœperit conueniri: ut C. de iur. & facti ignoran. l. prima. Quid si omisit allegationem iuris? Videtur quòd post sententiam possit eam proponere, sicut minor. ff. de mino. §. minor 25. an. omissam. contra, qui potuit deliberare cum peritis: ut suprà de aduo. §. nunc tractemus. uersiculo habito. Vel dic quòd iudex uideat, an sit talis, per quam poterat
3 obtinere: & tunc audiat eum, aliàs non. † In
summa not. quòd aduocatus non cogitur dicere nomen legis uel decr. nec titulum, ubi sit lex, uel decre. sufficit enim dicere mentem, scilicet hoc dicit lex uel decre. uel non: uel sic est in Codice, uel in Digesto, uel in libro Decretalium: ut 2. quæst. 5. omnibus. in fi. Et argumen. extra, de spon. continebatur. Et extra, de cohabi. cleri.
c & mul. uestra. in prin. [c] 1. q. 1. ut euidenter. & ex-
d tra, de præben. c. 2. nullus. [d] & de proba. causam.
e 45. dist. neminem in suprà scriptis. & §. pen. [e] 27. quæst. 1. si quis desponsauit. 24. q. 1. pudenda. in fi. 11. quæst. 3. qui consentit. 2. q. 1. §. hoc idem post. cap. iudex. C. de iudi. uidui. l. ambigua. ibi: secundum ea, quæ de. &c. C. de iudi. apertissimi. ubi dicit, statuimus. nec dicit ubi. & C. ad l. Falcid. authent. sed cum testator. ibi: secundum modum, &c. & extra, de resti. spo. literas. uersicul. secundo. & ff. de rei uen. si nauis. ibi: nec est contra, quòd de pecunia, &c. nec dicit ubi est illud. argumen. contra, quod agatur ut in præ. authen. sed cum testator. ibi: diximus in tit. de le. &c. & In

ſtit.de pœ.te.liti.in fi.& ff.de acqui. hær. l. neceſ-
ſarius.ff de poſtulan.l.1.in fi. ibi : ſub ti. de in ius
uo. Poteſt dici quòd prima iura obtineut, cum
aliquid iuri conſonum allegatur. Contraria ue-
rò, ubi à iure communi deuiare uidetur. tunc e-
nim non credetur, niſi ius qnod hoc dicat, oſten-
datur.extra,de fide inſtrum. paſtoralis.ff.de pro-
ba. ab ea parte. non tamen parti, ſed iudici co-
gitur tunc dicere. & iunge quod not. ſuprà, de
aduo.§.conſequenter.uerſicul. item caueat. item
ſufficit dicere h. d. decima uel quintadecima lex
uel decr.talis ti.ut 1. q. 1. cos. uel ſic habetur in
1.lib. decretalium,uel in ſecundo:ut extra, de fri
4 gi. & male cap.primo, in ſuperſcriptióne. † Sed
nunquid in cauſa eccleſiaſtica poſſunt leges alle-
gari,& canonibus deficientibus, ſecundum eas iu
f dicari? [f] Videtur quòd ſic.extra,de no.oper.nun.
c.1.cum ſuis cõcor.& expreſsè extra, de cau. poſ.
& proprie.c.2.ar.contra 23. q. 2. inter hæc. Dic
quòd legibus utendum eſt in eccleſiaſticis cauſis,
niſi canonibus contradicant : ut not. in præ. de-
g cre. [g] tamen diſtingue ſuper hoc : nam aut leges
ſunt contrariæ canonibus aut non. Si non ſunt
contrariæ : tunc ſunt permiſtim allegandæ & ſer-
uandæ leges cum canonibus in foro eccleſiaſti-
co & ciuili : ut in præ.decre. & 10. diſt. ſi in adiu-
torium. & cap. ſeq. & extra,de fide inſtru. paſto-
ralis.9.q.3.ſummopere. 2.q.1.in primis.Si autem
ſint contrariæ: aut ſibi contradicunt expreſsè,aut
non. Si non, ſtabitur in utroque foro, illi quæ
expreſsè caſum ſeu cauſam determinet : ut in præ
dict.decr.de no.ope.nun. ubi expreſsis legibus ſta
tur ſuper nunciatione noui operis etiam in re ec-
cleſiaſtica demolienda. idem in foro ciuili, ubi
canones expreſſè declarant articulum aliquem,
in quo leges nihil ſtatuunt. exemplum habes in
eo.ti. c. pe. & fi. item aliud exemplum de duabus
quartis deducendis.extra, de teſta. Raynu.& cap.
Raynal.ar.ad hoc extra, qui filij ſint legi. per ue-
nerabilem. circa medium.§.rationibus.uer.ſi dif-
ficile.& prope fi uer. cuius ſententiam. Taceaut
autem quidam Legiſtæ, & eorum gloſſ. uolentes
contra caſus in canonibus expreſſos, per argu-
menta legalia, & per exquiſitas rationes, diſpu-
tare. nam indubitatè in expreſsis in eis caſibus,
acquieſcere debent canonibus,ubi iura ipſa ciui-
lia caſus ipſos expreſsè non ponunt. Si uerò ſibi
non contradicunt expreſsè, aut lex poteſt ſine
peccato ſeruari : & tunc ſtatur ei in foro ſuo, &
canoni in ſuo. extra, de teſta. cum eſſes. & c.re-
latum. Aut non poteſt ſine peccato ſeruari: & tũc
ſtatur canoni indiſtinctè:quia omni conſuetudini
& conſtitutioni tali eſt derogandum:extra,de prę
ſcri.cap. fi. Porrò in defectu canonum ſunt leges
inducendæ & ſeruandæ:ut 11.q.3. ſummopere. &
in præ.c.ſi in adiutorium.ut 3.q.6.iudicet.& econ
tra 10.diſ. quoniam idem.in ſpiritualibus autem,
leges nullius ſunt momenti aduerſus canones : ut
10.diſ.conſtitutiones.& C.de ſacro ſan.ecc. omni
5 nouatione. † Vtrum autem Papa poſsit leges tol
lere,declarare,uel notificare,no.in præ. c. conſti-
h tutiones. [h] Et dicam in conſt. Gre. 10. de uſuris.
quanquàm.in fin.lib.6.& de poſtula.properandũ.
i prope prin. [i] Et ſcias quòd rationis ac iuris peuu
ria ducitur,qui in materijs ſacramentorum leges
mundanas inducit. An rubricæ poſsint allegari,
6 dicam infrà §. proxi. ad fin. † Sed quid ſi aliquis
malè intelligens legem uel canonem, illam uel il
lum pro ſe inducit : & tamen inuenitur in aliquo
contra eum facere? Dicunt quidam, non debere ſi
bi præiudicare : quia ueritas rerum errore geſto-
rum non uitiatur.ff.de offi.præſi.illicitas exactio
nes.§.illicitas.& in iure errans, põt ſe corrigere:
nec ſibi præiudicat ut ſ̃.de confeſ.§.fi. Et arg. ex̃.
de poſtula. bonæ.1. C. ſi ex falſis allegationibus,
per totum.de hoc ſecundum Papam extra, de ex-
k ce. cum uenerabilis. [k] † Et nota quòd imperitus
7 matheſeos,i. idiota [l] aduerſus mathematicos,i.ſa-
l pientes diſputans,riſui patebit: & ignorans docu
menta philoſophorum, aduerſus philoſophos di-
ſputans:ut 48.diſt. qui de menſa.

ADDITIO.

a *Aduocati. Bene adaptauit hic autor quod poſue-
rat in princ.tit. Pyl. & Tan.*

b *Ioan.de Deo.lib.3.parte 1.ubi de diſputatione.ſed
hoc non ſeruatur apud nos.*

c *In princ. Et ibi induco quinque noua iura hic non
inducta,quæ hic repetere non expedit.& ibi vide
domi. Abb.Sicu.& alios.Item vide glo.in cap.ut
euidenter.1.q.1.*

d *Nullus. In ſuperſcriptione.*

e *§.pen.Vbi de hoc.*

f *Iudicari.de hoc ſcripſi de no.ope.nun.cap.1.ſuper
gloſſ.2.*

g *In præ. decre. prius allegata.*

h *Conſtitutiones.de hoc de regu.iur.cap.2.lib.6. in
1.glo.*

i *Prope princi. quam hodie non habemus.*

k *Venerabilis.Vbi ſcripſi in gl.magna ante fi.uerſ.
item nota quod ſi quis.*

l *Idiota.Hoc expoſui ff.de arb.§.defert. ſuper ver.
inferendo.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex debet aduocatos patienter audire:nec ſu-
bitò eis ſilentium debet imponere.*

2 *Officio iudicis ſpectat ſupplere, quod à partibus
vel aduocatis eſt omiſſum,vel minus dictum.*

3 *Veritas, erroribus non vitiatur.*

4 *In iudicio malè probata uel facta, debent à iu-
dice ſuppleri et declarari aliter ſe debere fieri.*

5 *Iudex quandoque debet ſupplere de facto, &
quandoque non.*

*Iudicis officio ſpectat excommunicatos, infa-
mes,milites,& ſimiles perſonas ab officio pro-
curationis expellere.*

6 Iudex

6 *Iudex potest supplere in sententiæ prolatione.*
7 *Iudex non potest supplere in his, quæ nouit ut priuatus.*
8 *Quis iudex possit supplere.*
9 *Arbiter an possit in iudicio supplere.*
10 *Iudex quando possit supplere.*
11 *Iudex an possit in iudicio supplere, ubi de fructibus, aut expensis est aliquid omissum.*
12 *Iudex an in causa criminali possit supplere in expensis omissis.*
13 *Iudex debet tantummodo secundum acta & probata iudicare.*
14 *Iuris necessitati non subijcitur, quicquid iudici permittitur.*
15 *Rubricæ legum, an sint authenticæ, & an ponant ius, aut possint allegari.*
Iudices qualiter in audiendo allegationes se debeant habere.

SATIS Clare aduocatos instruximus, qualiter in allegationibus se habebunt. Ad uberiorem igitur doctrinam restat, ut & iudices qualiter in audiendo allegationes se habere debeant, instruamus. Et quidem ad eorum spectat officium, tunc sedere, & non stare, ut infra dicam, de senten. §. iuxta. uersi. item est nulla ratione modi. & diligenter inuestiget, & intelligat quæ dicentur, & quæ ad instructionem causæ faciunt, interrogandi, respondendi, abijciendique præbita patientia ab eo, donec actio ambarum partium sit pleniter luminata. Hæc leguntur 30. quæst. 5. iudicantem. extra, de offic. delega. super quæstionum. §. intentionis. C. de iudi. iudices. quia ueritas sæpius exagitata, magis splendescit in lucem 35. quæst. 9. graue. nec motum animi sui multum aperiat, sed dissimulet, nunc pro hac parte, nunc pro illa, allegando & respondendo: ut C. ad l. Cor. de fal. ubi. ibi: nec ulla interlocutione diuulget, quid sentiat. Postremo sententia quid sibi liqueat proditurus: ut ff. de offic. præsi. obseruandum. ibi: cuius animi motum uultus detegit. Nec nimium debet dictum unius aduocati extollere, ne alteri honorem detrahat, dum nimium impendit honorem: ut 89. distinct. nullus. in fi. & c. ecce. nec quicquam uni honorabilius exhibeat, unde alter scrupuloso corde moueretur 16. quæst. 7. decimas. Cum enim nimium unum commendat, alium uituperat. argumen. extra, de præsumpt. nonne 25. distinct. qualis.
1 † Item patienter audiat aduocatos: nec etiam subito eis silentium imponat. quod dic ut suprà de aduoca. §. nunc de exordijs. uersus princip.
2 † Item ad eius spectat officium, supplere quod à partibus uel aduocatis est omissum, uel minus dictum: ut C. ut quæ desunt aduo. par. iudex suppleat. l. unica. & extra, de postula. bonæ. 1. quod uerum est in his quæ sunt iuris: puta si aliqua iuris allegatio sit omissa. Potest etiam allegatis respondere, & pro utraque parte plenius allegare, & leges & canones inducere: ut ibidem patet. Potest etiam inducere casum consimilem, uel ducendo ad inconueniens: ut ff. de leg. 3. Offidius. & obijcere, & respondere: ut in præ. c. iudicantem. & hoc argumentando: ut ff. de mune. & ho. l. fi. §. antepenult.
3 † Item si aduocatus malam uel falsam legem inducit, uel impertinentem: poterit hoc iudex dicere, & apertam inducere: quia ueritas erroribus non uitiatur. ff. de offic. præ. l. illicitas. §. erroribus. Et inducens falsam legem, uel abrogatam, & iudex aurem præbens, crimen falsi incurrit: ut supra de aduoca. §. utrìusque. uer. item caueat. De sententia uerò per falsam allegationem lata, dic ut extra, de proba. licet. Potest etiam actionem ineptam corrigere: quia hoc potius est iuris, quàm facti. quod dic ut supra de offic. iudi. §. deseruit. uersi. in sententiæ. & infra uer. item in sententiæ. & libellum ineptum reijcere: ut in eo. §. in prin. uer. item faciet libellum. & similia, quæ ibidem continentur in facto. Aliter dicit Pla. quòd potest supplere. arg. ff. de pet. hæ. l. fin. & 28. distinct. priusquam. ex. de elect. cum nobis olim. ex. de consue. cum dilectus. Sed in præ. l. potius consulitur iudicis officio, quàm iure ordinario.
a [a] Vnde dic secundum Azo. & Acc. quòd non potest de facto supplere, nisi sit tale factum quod sibi sit tanquàm iudici notū: tunc enim potest. Sic intelligitur C. de transact.
b age cum Geminiano [b] & C. de eden. is apud quem ff. de testi. l. 3. §. 1. ibi: tu magis scire, &c. ex. de fideiuss. constitutus. in fi.
4 † Quid enim si sciat confessiones partium, dicta testium, uel aliquam exceptionem propositam, uel interlocutoriam fuisse latam, uel citationem per eum fuisse factam, uel instrumentum coram eo exhibitum, uel aliqua partium illa proferat aliter quàm sint, uel etiam omittat? certe tunc iudex, etiam tacente parte altera, supplere debet, & allegare, & ostendere aliter se habere, quam proferantur, & dicere talem exceptionem fuisse propositam, uel interlocutoriam latam: & sic de facto sibi ut iudici noto, potest supplere. ex. de appe: constitutus. prope fi. licet soli sibi non credatur in talibus: ut ex. de probat. quoniam contra. Poterit etiam dicere non contineri in instrumento tantum, quantum, uel sicut petitur, uel non esse probatum quod dicitur, & similia. Item si dicatur probatum per P. testem, poterit dicere, non est ita, sed per H. Item si dicat aduocatus reum fuisse confessum, se debere decem, ipse potest dicere, non est ita, imò aliter in instrumento continetur: & sic de alijs. In facto autem sibi noto, tanquàm priuatæ personæ, non potest supplere: ut 2. quæst. 1. §. quando autem. & 3. quæst. 7. iudicet. argum. ad præmissam distinctionem ff. de suspect. tu. l. 3. §. præterea. nisi prout dicam infra uer. porrò.
5 † Et breuiter nota, quòd iudex potest quandoque supplere de facto, & quandoque non: potest autem supplere in facto sibi, ut iudici, noto: ut dixi. Item potest supplere de facto in lite, absente parte, quam defendere debet. Secus si præsens sit. Potest etiam dicere tempora fatalia fore lapsa: ut C. de app. l. fin. prope prin. & C. de temp. ap. l. 2. §. fi. Item potest contra naturam actionis, ferre

sententiam: ut ff. de ædil. edi. si bouem §. aliquando. & arg. ex. de concess. præben. ex parte. & Instit. de act. §. minus. Sed hoc potius est supplere de iure infra uersi. item in sententiæ. Item in his quæ sunt ad substantiam electionis, potest supplere, & de his proprio motu inquirere 47. dist. de Petro. & 61. distinct. Catinen. extra, de elect. cum nobis olim. Et est ratio: quia ibi tractatur communis utilitas. argum. extra, de consue. cum dilectus. & de elect. nihil est. Item in his, quæ spectant ad substantiam iudicij. Vnde repellit excommunicatos, & infames, & militem, & similes, ab officio procurationis, ratione publicæ utilitatis, quæ dic ut supra de officio omnium iudi. §. impedit. Item potest actionem, uel libellum facere corrigi, ut prædixi. Item si creditor ante diem solutionis uel conditionis petit, potest dicere, non recipiam libellum: quia inutiliter petis ante diem, uel conditionem. ff. de pigno. grege. §. fin. ff. de excusa. tuto. cum ex oratione. & l. si is, qui tres. ff. de ædil. edi. bouem §. 6. Item si aduocatus uolens se ostendere conscium, uel ignorantem, forte aliqua dicit, uel facit in præiudicium clientuli sui, iudex illud supplebit: licet semper secundum ueritatem actorum & probationum debeat pronunciare. 3. quæst. 7. iudicet.
6 uersi. examinet. † In sententiæ prolatione, potest supplere. unde si quis petijt fundum iure dominij uel quasi, nullam exprimens in libello actionem: & sic totum ius suum uidetur in iudicium deduxisse: ut extra, de re iudi. abbate sane. §. cæterum. lib. 6. & ff. de excep. rei iudi. si mater. §. & an eadem. Postea uero interrogatus, quam actionem intentabat ad uendicationem fundi? respondit quòd exercitoriam, uel aliam ineptam ad uendicationem. Certe iudex nihilo minus pronunciabit, ac si respondisset rei uendicationem. argum. 3. q. 7. iudicet. ibi: sed sicut se habet, natura decernit, &c. quia ipse potest emendare in fine. Item etiam post sententiam supplet, ff. de re iudica. Paulus. secundum Iac. But. hæc enim respiciunt potius rem, quàm factum. Item supplet in causa, ubi uerteretur periculum animæ, si sententia feratur: puta si quis contraxit cum consanguinea sua: ut extra, de clan. despon. cum inhibitio. & sic de similibus.
7 † Porrò non potest suppleri in his, quæ nouit ut priuatus: ut supra. Item non potest supplere in causa, quæ tangit priuatam utilitatem: ut si quis petit centum uel fundum ab alio: tunc non potest supplere de facto, nisi uideat partem absentem ius suum contra iustitiam perdere. argum. C. de appe. l. fi. in princip. Item in facto sibi ut priuato noto, supplere potest quærendo & disputando: non autem ponendo. argum. ff. de quæstio. l. prima. §. qui quæstioni. ff. de ædil. ædic. ediles. §. item sciendum. nisi in prædictis casibus. Sed & præmissas suppletiones faciat de plano, non placitando uel allegando: non stando, sed sedendo: ne duplici officio fungi uideatur. C. de postulan. quisquis. & de offic. asses. l. fina. & extra, de instit. cap. fi. octuagesima nona distinct. singula dicendo sic: uidetur talis testis super hoc multa dicere. Item talis lex uidetur facere pro te. nec dicat, hæc lex decidit quæstionem: nisi sententiaret: quia tunc potest inducere leges omissas, quæstionem decidentes. potest enim iudicare omissis allegationibus ut ff. de his, quæ in te. delen. proxime. in fin. quæ licet infrà non fuerit allegata: ratio tamen legis intelligitur esse inducta. argumen. quæstione 7. iudicet. ibi: Sed iuxta leges & iura pronunciet.
8 † Sed quis iudex potest supplere de iure? Respon. non solum ordinarius, sed etiam delegatus. licet quidam contra in delegato, per leges ff. de re iudi. ait prætor. in princip. & C. ad l. Cor. de fal. l. ubi. ibi: nec ulla interlocutione dijudicet, quæ sentiat, &c. Sed certe fateor, quòd nulla interlocutione debet ostendere, quid super principali sentit. Sed per diffinitiuam sic: ut ibi dicit. Tamen non propter hoc neget, quin supplere posset, si quid extrinsecus contingat. Sed nec prædicta l. ait prætor. obstat: quia loquitur de arbitro,
9 qui habet notionem, non iurisdictionem. † Delegatus autem habet utrunque: ut extra de officio delega. super quæstionum. §. porrò. & ff. de uerborum signifi. notionem. Sed nunquid arbiter supplere potest? Quidam dicunt quòd non, eisdem rationibus, quas dixi in delegato. Sed dic contra: quia partes iudicis sustinet. ff. de arb. Pomponius. §. respice. & arbitria sunt redacta ad instar iudiciorum. ff. eod. l. prima C. de iudi.
10 rem non nouam. † Sed quando potest iudex supplere? Respond. ante litem contestatam & post: ar. ff. de interro. actio. ubicunque. & trigesima quæstione quinta indicantem. extra, de fide instrum. inter dilectos. prope finem. & suprà eod. §. ar. tamen contra ff. de ædil. edict. ædiles. §. item sciendum. Sed licet quæ post litem contest. accidunt, ualde spectent ad officium eius, ut ibi dicitur: nihilominus tamen & ea, quæ ante accidunt, ad ipsum spectant: ut supra de offi. iudi. §. deseruit. uer. ut autem. & seq. Sed nunquid de fructibus iudicabit? Respond. sic. ut ff. de rei uen.
11 ex diuerso. §. primo. † Quid si de fructibus & expensis fuit omissum: nunquid poterit iudex supplere? Respond. sic, eadem die. ff. de re iudi. Paulus. ff. de ædil. edict. l. illud. §. fi. suprà de expen. §. nunc de expen. in princip. Imò uidetur quòd etiam post multos dies: argum. extra, de dote post diuor. resti. de prudentia. sed illud fit
c autoritate secundi mandati. Rof. distinguit [c] nam de fructibus post litem contestatam perceptis, qui non ueniunt nec iure actionis, nec iudicis officio, quod interuenit loco principalis actionis, sed ueniunt officio iudicis mercenarij uel executoris: ut ff. de usufruct. euictis, tunc eodem die supplere potest: ut in prædicta l. Paulus respon-
d dit. [d] nisi dixerit in sententia, de fructibus distuli iudicare: quia mihi de illis ad plenum non liquebat. tunc enim Potestas iudicabit ut C. de fruct. & li. exp. l. secunda. Si uerò sunt fructus, qui petuntur iure actionis, uel officio iudicis, quod loco principalis actionis intenditur: tunc etiam de illis potest post sententiam iudicare. argumen. C. de iudi. lege prima. Quid si nolit supplere? Respond. si dolo faciat ne suppleat, punietur in utram litis æstimationem: si per imprudent.

prudentiam, in quantum uisum fuerit iudicanti.
ff. de iudi. si filius. ff. de uar. & extraor. co. l. 6.
c extra, de re iudi. cum æterni. [c] † Quid si actio sit
12 criminalis? Respond. & tunc supplebit in expen-
sis omissis: alioquin de proprio resarciet eas, C.
de iudi. properandum. §. siue autem. Quod in-
tellige de factis post litem contestatam etiam non
petitis: ut in præ. l. ædiles. §. item sciendum. In
factis autem ante litem contestatam non: nisi pe-
titæ fuerint. ff. eod. tit. de ædil. edic. item si ser-
ui. §. quas expensas. secundum Albe. Pap. Verum
arbiter renunciabit super fructibus: not. suprà de
13 arbi. §. fin. uersi. sed cum supra. † Licet autem
dixerim, de facto iudicem supplere posse, iuxta
præmissa: non tamen sic supplebit, ut secundum
conscientiam iudicet, siue causa sit ciuilis, siue
criminalis: sed secundum allegata & probata tan-
tum: ut tertia quæstione septima. iudicet, secunda
quæstione prima §. quando autem. & hoc est quod
supra dixi, quòd potest supplere de facto sibi, ut
iudici noto. De hoc extra, de offic. delega. pa-
f storalis. §. quia uerò. [f] † Sed nunquid iudex te-
14 netur supplere ex officio suo pro ut dicit prædic.
l. C. ut quæ desunt aduocatis? Et certe uidetur
quòd non tenetur, nisi uelit: quia non quicquid
iudici permittitur, iuris necessitati subijcitur.
ff. de iudi. non quicquid. C. quomodo & quando
iudex. l. prima. extra, de offic. iudi. delega. con
suluit. Dicunt quidam contra: ut C. ut quæ de-
sunt aduo. par. iudex supple. in rub. quia hæc di-
ctio ut, in rub. posita, importat necessitatem, ut
ff. in ius uoc. ut eant. & C. ut causæ post pu. adsit
tu. & C. l. decima ut dig. or. seruetur. & C. ut in-
tra certum tempus. & in authen. ut præpo. not.
impe. do. & ut omnes obe. iudi. prouin. & ut liti.
iu. & extra, ut eccle. benefi. & extra, ut lite non
conte. & probatur ff. de lib. leg. liberto. §. Lu-
cius. ff. de fideicom. li. cum in testamento. ff. de
leg. 3. si ita legatum. extra, de usu pallij. cap.
primo. nam & alia rub. ar. ut C. ne fideiuss. do.
dentur. per totum. ff. si cer. pe. l. prima. extra,
g de testi. ad hoc quia. [g] †† Et not. quòd rubricæ
15 legum authenticæ sunt, & allegari possunt, &
ius ponunt: ut patet in præ. l. si cer. pe. & C. de
nouo codi. facien. §. quibus specialiter. ibi: con-
gruis subdere tit. & de pœ. distinct. prima, hæc au
tem: ibi de hoc, quæ est ff. quòd quisque iur. l.
prima. §. hoc autem. & in præd. concor. Idem
dico de rubricis decretalium: ut patet in præ. de-
cre. ad hæc. & extra, ut eccle. bene. cap. primo
prope fin. ubi idem ponitur, quod & in rubri. &
in proœmio constitutionum nouarum, ibi sub
suis tit. &c. Secus autem est in rubricis decreto-
rum: tum quia alius fuit conditor decretorum &
h alius earum: [h] tum quia ille quandoque falsæ
reperiuntur: ut patet tertia quæstione undecima
i charta [i] decimasexta quæstione tertia, placuit.
secunda & aliæ quædam. de hoc dicam in proœ-
k mio constit. Greg. decimi. [k] Prima tamen rub.
dec. authen. est & generalis. Cæterum finitis al-
legationibus, iudex se habeat ut infra tit. proxi.
iam dicetur.

ADDITIO.

a Ordinario. Vt ibi not. in ult. glo.

b Geminiano. Vbi not. hoc Accur. & C. ut quæ aduo. de. l. una.

c Distingui. Ti. de offi. iudi. quomodo petuntur fructus. in fi. tractat etiam de hoc de rei uen. ad fi. pe. col. ubi etiam quærit, si non condemnat eadem die, nec reseruat, an de suo refundere teneatur ad exemplum expensarum. C. de iudi. properandum. §. sin autem. dixit quod sic, cum uictor contra uictum, nullam habeat actionem. C. de fruct. & lit. expen. l. terminato.

d Respondit. Sup. postea non, nisi &c.

e Aeterni. lib. 6.

f Vero. in glo. arg. contra Vge. & de offic. ordi. c. 1. & in prædi. c. indiret, Vide quod dixi super præ. glo. post Hosti. & in tex. ipsius §. super uerbo, sententiam post Innoc. audiui in hac materia doctores sacræ paginæ, in suis disputationibus tenere contraria: siue quæratur de pronunciando, siue de exequendo pronunciatum à maiore, cui id exequi mandat, & in executione sententiæ latæ super crimine, quid dicant Innocen. & Host. uide ibi supra & tenent non parendum stante conscientia contraria. sed etiam de pronunciatione in criminali uel ciuili fienda. secundum conscientiam inducebatur Isa. cap. 11. in princip. ubi uidetur innui, secundum auditum aurium, sed secundum iustitiam & æquitatem iudicandum. Iudex ergo, qui scit ueritatem contrariam probatis, ipsam ueritatem imitabitur. & meritò, quia Christus de se dicit: Ego sum ueritas. Ioan. 14. 8. distinctio. de consuetudine. & cap. sequen. 11. quæst. 3. abijt. & omnis ordo iudiciorum institutus est ad notionem ueritatis. 2. Esdræ 3. super omnia ueritas. Contra ueritatem ergo per acta non damnetur innocens. Exodi 23. dicitur, Insontem & iustum non occides. Adhærebit ergo ueritati, & non probatis in absoluendo uel condemnando. Item l. 3. ff. de testi. Can. 4. q. 3. sæpe innuit iudicem non debere allegare ad probationis speciem, notionem suam, sed animi sui sententiam debet sequi. sic & arbiter pronunciat, quod sibi uidetur. ff. de arbi. qualem. in prin. Sed hæc omnia, & similia, intelligantur de scientia iudicialiter informata. Tenendum est ergo, ut dicit autor, acta sequenda per l. illicitas. §. ueritas. ff. de offic. præsi. ubi hoc tenet Guido de Suza. & idem in quæstionibus M. sub litera C. inducit etiam l. si filia. in prin. ff. fami. erci. Hoc etiam placuit Pyl. sua charta prima quæstione, præmittens tamen duas opiniones. prima distin-

guit, an conscientia sit pro actore, an pro reo: ut secundo casu sequi possit conscientiam: primo non. Secunda fuit Mar. distinguentis criminalem à ciuili: ut in secunda sequi possit conscientiam, prima non. Posset ergo considerari in iudice sacerdote, triplex conscientia, scilicet quam haberet ut Deus per confessionem sibi factam, uel quam haberet, ut homo ex aliquo sensu corporeo, uel quam habet ut iudex per probata coram ipso. primo toto nisu laborare debet ad ueritatem sibi altero primorum modorum notam habendam. secundo si ad eam peruenire non potest, debet pro posse laborare alleuetur, remittendo ad superiorem, uel denegando, uel qualitercunque licite posset. & hoc remedio deficiente, debet tertio informare conscientiam suam per distinctionem. demum tanquàm legitime secure pronunciet: quia altera primarum duarum scientiarum nihil habeat proprium cum tertia, & uerè dicere contrarium, scilicet quòd iudex posset pronunciare secundum conscientiam, uel quòd praetextu allegationis conscientiae possit abstinere ab offi. quod incumbit, esset infringere ius positiuum, canonicum, & ciuile, testante Apostolo ad Roma. 3. in princip. quòd Deus uerax est, sed omnis homo mendax. His tribus deficientibus, quia ueritatem non habere, nec se alleuiare, nec conscientiam informare ad id potest, uide remedium Host. ad quod in princip. remisi. Fateor tamen quòd his tribus deficientibus, tolerabilibus est sic perplexo non pronunciare, & patienter poenam pati: de sent. excom. inquisitioni. quàm contra acta per conscientiam indicare. & ad primum proinde dictum Hostien.

ADDE *quòd iudex debet iudicare secundum alle. & probata, est glo. in cap. summopere 11. q. 3. glo. in uerbo, & contra. in cap. 1. de re iudi. lib. 6. glo. in uerbo, non quae iudici. in cap. cum olim. de uerb. signifi. glo. in cap. 1. extra, de constit. Item d. Ant. in c. uenientes. in fin. prima col. extra, de iureiur. Item ibidem do. Abb. Sicu. in uersi. not. iudices. Et nota ad praedicta, quòd cum iudex debeat iudicare secundum iustitiam: c. forus. extra, de uerb. signifi. & c. iudicet 3. quaestio. 7. haec iustitia debet esse fundata in iure communi, & non in propriu capitis aequitate. ita contra in repe. rub. de arb. in 2. col. in fin.*

g *Quia. Hanc partem non habemus, quae decisa fuit de decre. praesentium. eo. tit. lib. 6. & partem illam glossauit Hosti. cuius mens erat quod Innocen. cum suis constitutionibus, quas fecerat, transmisit illam decre. Gre. mandans illam sub tit. debito collocari.*

h *Earum. Forsan id intendit, quòd aliqui asserunt, scilicet paleas, & rubricas illius uoluminis non per Gratianum, sed per quendam eius discipulū addita fuisse, qui postea Palea uocabatur: potius uidetur uelle quòd decreta fuerunt sanctorum Romanorum pontificum & Consiliorum. sed rub. fuerunt Gratiani, quod patet, & quia dixit, alius fuit conditor, non dixit compilator.*

i *Charta. Ibi de hoc in rub. & de pae. di. 1. §. hac autem.*

k *Greg. 10. Hoc admittebat nil aliud dicens. Tu dic de rubricis legum & decretalium, quòd si habent orationem perfectam, per se licite allegantur, ut in superioribus exemplis, quod quisque iur. & ut eccle. be. &c. & multa similes. aliae rub. cuius oratio non est perfecta, & sic non habet aliquid diffinire, sed solum nigri materiam demonstrare, per se non allegatur: ex ea tamen diuersimode arguitur. Primò per modum de executore, & conseruatore. not. lib. 6. de rescrip. sibi qui. in glo. 2. & de offi. deleg. c. 1. in secunda glo. Secundo ut ex duabus lecturis, quarum alteri sola competit rubrica illa tollatur. exemplum de elect. cum monasterium. ubi not. in glo. 2. Tertio arguitur ex ipsius ordine, ut scripsi de mu. pe. c. 1. super 1. glo.*

Bal. de disputationibus & allegationibus.

ALLEGATIONES *Seu rationes cum inducuntur ab utraque parte, pro illo indicabitur, pro quo plures rationes bene faciunt. §. nunc uideudum. uersi. si autem. Similitudo sumitur à pari ratione, uel à maiori, non à minori, secundum Iac. de Are. Similia sunt quorum est eadem qualitas: eadem sunt, quorum est una substantia, secundum Arist. & Cy. Si statutum dicat quòd procedatur de similibus ad similia: & ego dico esse simile, sed tu negas, cui incumbat probatio. §. post hoc autem. uers. sed si ego induco. G. dic quòd iudex arbitrabitur. ff. de legib. l. non possunt. Bal. Et ista clausula quòd procedatur de similibus ad similia: tacite uidetur inesse legibus & statutis non exorbitantibus à iure commun. ff. de leg. l. sed & si posteriores. uide infra in uer. quod in paenis. Bald. Quid de argumento à contrario sensu? dicit Azo. ff. de testa. l. qui testamento. §. mulier. quòd contrarius sensus legis, pro ipsa lege & pro ipso statuto accipitur. Sumitur enim per significationem uerborum implicantium contra-*

tiuni sensum, non propter interpretationem extrinsecam. Cùm ergo sit per interpretationem intrinsecam, & intellectum: & non extraneam expositionem, habet locum in statutis & rescriptis. de fur. l. apud antiquos. in gloss. Et quòd contrarius sensus, dicatur sensus tacitus, non expressus, uide Dyn. in consilio quod incipit, in statuto ciuitatis Vistorij. cum illud argum. non debeat ad legum correctionem uel improbum sensum trahi. C. de condi. inser. l. cum patrem. & no. supra. eo. §. post. per G. uersi. u. uel non ob. de causa impulsiua, uel sine ista, uide infra. §. cessante.

Non obstat quòd in possessorio procedatur de similibus ad similia, etiam continet ius commune. & nota. C. de fur. l. si quis seruo. & ibi Barto. sed illud per interpretationem legis, non iudicis. Bal. Præsumitur fraus si alienans postea reperitur possidere pro suo: & præsumitur pro suo, si postea perceperit fructus, & nemini respondet de eis. ff. de sol. l. Titia. nam pro suo, hic non est titulus, sed modus possidendi. secus si ut fructuarius vel colonus. C. de do. l. quisquis. & in §. superuacuum. Bal. & istud uerius, ubi agitur de præiudicio tertij. & in §. superuacuum. aliàs non præsumitur simulatio, nisi probetur. nam sola possessio non infert de necessitate. C. unde legi. non ob. hic Bal. De clausula in medio posita, habet se ad principium & finem in connexis. De dictione ultra, de dictione fortè, & forsitan, & vsque, & de clausula, quidam alij: de dictione donec. & amplius, & maximè, de aduerbijs mox, celeriter, & statim, de uerbo quamprimum: de uerbo sine dilatione: de clausula, uocatis qui fuerunt euocandi: uel de clausula, quantum de iure poteritis: de dictione tunc, & nunc. §. post hoc uidetur. & not. G. uide infra. de re iudic. §. comminatis specialis. Bal. Cessante causa finali statuti cessat statutum: sed non cessante causa impulsiua versicul. uel illud statutum fuit. G. Ratio tamen legis in dubio præsumitur finalis: sed ratio hominis in dubio præsumitur impulsiua. & no. ff. de cond. & demon. l. cùm tale. §. penul. ff. de dona l. 2. §. fin. ff. de acquir. poss. l. si is, qui animo. Bal. In pœnis delictorum quando delictum cadit aquè in muliere & viro, masculinum includit fœmininum: ut no. C. unde vi. l. si quis in tantam. in glo. ord. Et an masculinum concipiat fœmininum: versic. vel ibi masculinum. G. & quod concipitur ex interpretatione. ff. de ver. sign. l. 1. per Dyn. & Bart. Sed quando ex significatione, ut quando substantiuum est generis communis, vt homo: vel apponatur signum vniuersale, ut quisquis: tunc ex natura signi uniuersalis, de omnibus prædicatur, tam in legibus quàm in statutis: nisi mens legis sit de viro, & non de muliere. not. ff. de regu. iur. l. 1. C. de indi. uidui. l. fin. C. de rap. vir. l. 1. C. ad l. Iuli. maie. l. quisquis. C. de ser. fugi. l. quecunque. & ibi per Cy. Bal. Quot modis soluantur contraria: & quot sunt fallacia in legibus. uersic posita quoque. cum uer. sequen. G. An leges sint seruanda in foro canonico. §. porro. versi. sed nunquid in causa ecclesiastica. Et ibi uide quod dicitur, illū nescire rationes & iura, qui in materia factorum leges humanas inducit. secundum Gul. in uer. sed nunquid in causa ecclesiæ. in fin. ubi uides. * G. Quid de statutis particularibus locorum, dic ut no. in cap primo. de no. ope. nun. in nouella. & de postu. ex ea. & de fo. compe. & cap. quòd clericus. An post sententiam possint allegationes fieri. eo. §. porro. ver. sed quid si emi. Quando iudex possit supplere ex mero officio pro præsente uel absente: & circa quid, & in qua parte iudicij, & an debeat supplere ex actis, uide plenè in §. satis clarè. Et an idem fit in ordinario & delegato: an possit supplere de fructibus: & an in criminali supplet in expensis. Et an faciat litem suam, si non supplet: & an arbiter possit supplere in omnibus, dic quòd sic. G. Vide infrà, de feu. pet. §. 1. & 2. per Tho. & Bar. in l. 4. §. hoc autem dicendum.

a De renunciatione & conclusione.[a] Rub.

SVMMARIVM.

1 Parte allegationibus iudicialibus renunciante, si altera non renunciet, an cogetur citò proferre, vel intra quantum tempus.

2 Salomonis exemplum, & duarum mulierum de filio litigantium.

3 Allegatio uel exceptio, an sit admittenda post conclusionem.

Conclusum esse intelligitur, eo ipso quòd est allegationibus renunciatum.

4 Renunciatio vel conclusio in causa principali facta, an extendatur ad causam appellationis.

5 Renuncians omnibus exceptionibus dilatorijs in aliquo contractu an si conueniatur, poterit aliquam opponere.

6 Renunciatio omnium exceptionum competiturarum, an sit tenenda.

7 Repudiatio futuri iuris tacitè facta, an teneat.

Iur

8 *Iuri publico renunciari non potest.*

9 *Cui iuri renunciari possit.*

10 *Iuris beneficia sunt quatuor, quibus pracipuè solet in instrumentis renunciari.*

11 *Beneficium epistolæ diui Adriani, inter quos locum habeat.*

12 *Beneficium epistolæ diui Adriani, an locum habeat inter debitores principales, ubi dubitatur an sint soluendo uel non.*

13 *Fideiussore præsente, & reo principali absente, an sit danda dilatio ad reum ducendum.*

14 *Beneficium epistolæ diui Adriani quando sit proponendum.*

15 *Beneficium epistolæ diui Adriani quando cessare dicatur.*

16 *Beneficium nouæ constitutionis de fideiussoribus, quem effectum habere dicatur.*

17 *Beneficium nouæ constitutionis de duobus reis debendi uel promittendi, quid operetur.*

18 *Fideiussore se principalem constituente, an debeat, aut possit prius, quàm debitor principalis, conueniri.*

19 *Duobus reis ad inuicem fideiubentibus, an unus poterit allegare quòd alter primò conueniatur.*

20 *Vni ex reis stipulandi facta solutione, an & quo casu teneatur ipse alteri medietatem solutionis dare.*

21 *Beneficium cedendarum actionum, quem effectũ habeat.*

22 *Renunciatio in una re facta, in alia nocere non debet.*

23 *Cessio iurium ex interuallo post solutionem, an ualeat.*

24 *Exceptio cedendarum actionum fideiussori acquisita dicitur, ubi creditor acquieuit uenditioni pignoris.*

25 *Beneficia, quibus potest in instrumentis quotidie renunciari, sunt plura.*

26 *Beneficia, quibus potest quo ad quid renunciari, & quo ad quid non, quæ sint.*

27 *Beneficium quanti minoris, quale sit.*

28 *Beneficium ut quis condemnetur quantum fieri potest, in quibus locum habere dicatur.*

29 *Beneficio, quod dicit, ne liber homo ob æs alienũ obligetur, an renunciari possit.*

30 *Exceptio non nume. pecuniæ siue non tradita uel exhibitæ rei, intra quantum tempus competere dicatur.*

31 *Exceptio non numeratæ dotis, an competat marito, qui confessus est sub spe futuræ numerationis se dotem accepisse.*

32 *Beneficium seu priuilegium fori, quod, & quale dicatur.*

33 *Existentes in curia, an semper subsint iurisdictioni auditorum.*



INITIS Partium allegationibus & responsionibus, de quibus supra, titu. proxi. diximus, quærere debet iudex ab eis, an aliquid ulterius habeant, quod in quæstione proponant: ut 30. q. iudicantem. quòd si nihil habent, partes renuncient allegationibus, & in causa concludant: b quæ omnia sunt redigenda in scriptis: ut extra, de probat. quoniam contra. sed & si habeant aliqua dicere: sed tamen sufficienter dictũ & probatum est, debet eis iudex dicere, quòd renuncient allegationibus, & concludant. C. de iudi. auth. iubemus. extra, de testibus significauerũt. & cap. cum causam. §. fina. c † Et no. quòd si parte una renunciante allegationibus, altera dicat se habere aliquid quod proponat, iudex coget eam intra 30. dies à die renunciationis, dicere quicquid uolet. Quod si non dixerit, det ei alium mensem: quod si adhuc distulerit, dabit tertium mensem: post quem non audietur, sed ad sententiam procedet: ut C. de iudi. authen. iubemus. in auth. colla. 8. ut cum de app. cog. §. sed hoc præsenti & intellige tantam dilationem dari absenti. Non enim dare tenetur tantum spatium præsenti & petenti: ut ff. de fer. l. fina. Vel dic hoc speciale propter allegationes. argum. ff. ex quibus. cau. ma. ait prætor. §. fina. & l. sequen. Verius credo hanc dilationem arbitrariam: ut supra, de dila. §. nunc de temporum. Cæterùm si actor non plenè probauerit, faciat sibi ul aduersario iuramentum deferri, quæ dic ut suprà de iur. dela. † Auditis d autem allegationibus, iudex ut instructus in causa appareat, petitionem & causæ processum, allegationes quoque, & responsiones, & singula actitata sub compendio repiloget, Salomonis exemplo, e qui in quæstione duarum mulierum de filio litigantium dixit: hæc dicit, filius meus uiuit, & filius tuus mortuus est: econtrario dixit illa, mentiris: imò filius tuus mortuus est, sed meus uiuit. Cuius litis decisio habetur extra de præsump. afferte. & hæc repilogatio probatur extra de re iud. abbate sane. & de conces. præben. cap. quia in cunctis. lib. 6. si quæstio intricata sit, uel plures angulos & anfractus habens, breuem & ueram facti continentiam, allegationes quoque & replicationes partium in scriptis faciat sibi dari: ut super eis plenè deliberare ualeat secum, & etiam cum peritis. f de qua deliberatione infra, in titu. de requisi. consilij, differetur. † Et scias quòd post conclusionem nulla admittitur exceptio uel allegatio facti, neque testis uel instrumentum. C. de compen. l. fina. & argum. extra, de testi. cap. de testibus. & de fid. instrum. cum dilectus. & de procur. auditis. & de cau. pos. pastoralis. & supra, de instrum. edit. §. nunc dicamus. in princip. nisi aliqua euidens ratio moueat iudicem: ut in dec. pastoralis.

storalis.& nisi in exceptione excommunicationis ut extra, de excep.pia.lib.6.& cap. exceptionem. & nisi iudex ex officio suo aliquid inquirat, uel interroget super iam actitatis. Quod dic ut supra,deposi.§.4.Et nisi aliquid iudicis negligentia sit omissum : ut extra, de testibus per tuas. & nisi uel dominus Papa per se de aliqua exceptione cognoscit.quod dic secundum Innocen.ut no.extra,
g de ac.ad petitionem. g Post renunciationem etiam non potest aliquid fieri super eo, de quo renunciatio facta est.C.de condi.inser.l.pen. ante fi. 7. quæstio.1.quàm periculosum. C. de reb.cre. si quis post.de consec.distin.4.quæris. prope princ. Et not. quòd eo ipso quòd est allegationibus renunciatum : intelligitur esse conclusum : ut extra de probat.quoniam contra. secundum Ioann.
h de Deo. h Sed licet hoc uerum sit, pro parte præ-
i sente: argum.in auth. de testi. §. quia uerò. i tamen præd.decret.hoc non probat : quæ ponit per se renunciationem,& per se conclusionem:& quilibet eorum est actus per se,ut iam eos distinxi.de quo,& de renunciatione productionis testium di-
k xi supra de testi.§.fina. k † Hoc autem scias,quòd
4 renunciatio uel conclusio in causa principali facta non extenditur ad causam appellationis : nec creduntur partes de hoc cogitasse. Si autem cogitassent, & expressè dixissent : Nos renunciamus uel concludimus, quòd de cætero nec de iure,nec de facto in causa principali uel appellationis aliquid dicemus : talis renunciatio bene præiudicaret. Et quia hic de renunciatione fit mentio : ali-
l qua de alio genere renunciationis dicemus. l † Po
5 ne ergo, aliquis renunciauit in aliquo contractu omnibus exceptionibus dilatorijs, quòd nulla uteretur, si conueniretur ex eo contractu coram arbitro uel coram quocunque iudice: quæritur
m quid iuris? m Et uidetur quòd nullam poterit opponere.C.de pact.si quis in conscribendo.C.de rebus cred. si quis iusiurandum. extra, de for. compe. si diligenti. 7. quæstio. prima, quàm periculosum. C. de non num. pecun. generaliter.C. de appel.l.fina.in fi.11.quæst.3.rursus.extra, de re iud. quod ad consultationem. Econtra uidetur, quòd sic: quia sic cogeretur quis quandoque coram non suo iudice litigare : quod esse non debet. ff.de iur.omn.iud.si conuenerint.2. quæstio. 1. in primis. extra, de iudi.at si clerici.11.quæstio.prima, in clericorum. Item cogeretur litigare fortè cum pupillo uel adulto, uel cum minus idoneo tutore, uel curatore,uel excommunicato,uel hæretico, uel coram talibus : & sic multiplex absurditas sequeretur. Item cum nondum illæ exceptiones competerent, quando renunciauit, non ualet renunciatio.ff.de acquir.hæret. is qui. ff.de lega.2.si ita. §. sub conditione. extra, de re iudic. abbate sane. prope princip.lib.6.extra, de eccle. edi.ad audientiam 22. quæstio. secunda, ne quis arbitretur. Secundò potest dici, quòd si expressè dictum fuit quòd nulla exceptio admitteretur: tunc nulla admittetur: aliàs sic. argumen. a contrario sensu : extra de offic.delega. ex parte.secunda, & argum.extra, de æra.& qua. accepi-
n mus. Vel distingue, n an expressit exceptiones, quibus renunciauit, vel non. si non expressit, sed absolutè dixit, nulla est renunciatio : ut ff.si quis cau.sed & si quis.§.quæsitum. imò poterit rationabiles proponere : ut in præ.decre. ex parte.non obstante si dixit nullam exceptionem dilatoriam: nam & lex dicit quòd contra interdictum quod ui aut clam, aliqua exceptio non opponitur : ut ff. quod ui aut clam.l.prima. §. primo. & tamen postea in 4.uel 5.legibus sub se admittitur.ff.eod.l.si alius.§.1.& 2.in præ. capitu. ne quis. Si uerò expressit, seu specificauit aliquas exceptiones, aut erant tales, quibus poterat renunciari, aut non poterat. Si non poterat, non uidetur illis renunciatum.Sic patet in ferijs ob reuerentiam sanctorum inductis.extra, de fer.cap.fina.ff.eod.l.1.& in illa exceptione, de qua habemus ff.de procuratori.filiusfam.§.ueterani.& ff.de postu. quos prohibet.
o & extra, de for. compe. si diligenti. & similes. o Si autem poterat, tunc ualet renunciatio, ut patet in ferijs messium.extra, de iud.cap.fina. ff. de fer.l.1.& l. si feriatis.& in exceptione, de qua habetur C.lib.10.de honoribus, non conti. l. 2.ff.ad muni.Lucius.§.idem. uel posset dici quòd renunciatio generalis plus ualet, quàm specialis : maximè aliqua exceptione expressa. C. quando mulier tu. offic.fun.auth.ibi posita.ff.de acquiren.rerum do. quædam. quod in hac parte non multum placet.argumen.23.distin.quanquam. uel distingue, an renunciauerit specialiter, uel promisit quòd nulla uteretur, uel pactum fecerit. Primo casu non ualet: in secundo & tertio sic. & ad hoc C. de pactis.l.1. secundum Vbertum. uide infra uersicu.quid si quis. Sed secundum hoc,quid dices si fiat pactum, ut possit sub quolibet iudice conueniri uel in quolibet iudicio? De hoc dic ut supra, de compe.iudi. adi. uersicu.27.& sequen. Quid si dicatur in instrumento, quòd non possit probari solutio, nisi per ipsum instrumentum redditum? Dic ut supra, de probatio. §. uidendum. uersicu.
p sed pone. p † Quid si quis renunciauit omnibus
6 excep. competituris? & uidetur quòd non tenet renunciatio. nam institutus sub conditione, repudiando ante conditionem extantem,nil agit.ff. de acquir.hære.is,qui hæres.respon.1.Item omne futurum, censetur incertum. ff. de iudic. sed & si restituerit.§.fina.ff. si pars hære.pe.antiqui. Institu.de uer.obli.§.conditiones. Vnde dubitationem inducit. quare non ualet renunciatio: ut in præ.l.si is, qui.§.si quis dubitet.& eod.titu.qui superstitis. & l.in repudianda. & l.is, qui potest. & C. de capitu. & postli. reuer. nec nos præterijt. Item nemo repudiare potest, quod nequit habere si uelit.ff.de reg.iur. qui potest. §. quod quis. Ad idem ff.de lega.2.si ita sit scriptum.§.sub conditione.ff.de condi.& demon. mulieri. extra, de re iu. abbate sane.lib.6. extra, de ec. ædi. ad audientiam.2.ff.de iniust.rup.& irri.testa. l. nam & si sub conditione. & l.si binæ. ff.de ædil.edic. bouem. §. si sub conditione. argumen. contra: quia potest renunciari pacto iuri succedendi in posterum & hæreditati mortis tempore propter incertum conditionis euentum.C. de pactis.l.prima.ff. eo.l.& hæredi.§.filiusfami. & l.pactum inter hæredem. ff. de minori. l. denique. §. si quid mi-
7 nori. † Item si daretur mihi sub conditione, &

sic spe tantùm: illam spem possum alteri dare. C. de don. l. secunda. Ad idem ff. de re iudic. com modis. & facit ff. à quibus appella. non licet. l. prima. §. si quis autem. C. de tempo appel. l. fina. §. fina. ff. de contrahen. emptio. si in emptione. §. omni. Super hoc dicunt quidam quòd repudiatio futuri iuris tacitè facta, bene tenet. C. de bo. liber. l. fina. Secus si expressum. argumen. C. eod. titu. Paulus. §. patroni. errorem suum sumentes ex gloss. Azo. posita ff. de acquiren. hæred. qui repudiantis. Alij dicunt quòd sola repudiatio non ualet: ut in præ. primis concordan. sed pactum de repudiando factum, bene ualet, ut in contrarijs. Ad idem C. de pac. si quis in conscribendo. quia pactum uitiatur autoritate duorum: ut ff. de pac. l. prima. §. pactum. sed repudiatio con sensus unius tantùm: & ideo plus uidetur posse pactum, quàm repudiatio. Et hoc uidetur Azo sentire. ff. de regu. iur. qui potest. §. quod qui. Textij dicunt quòd refert, an renuncietur generaliter omnibus exceptionibus, nullis enumeratis; ut tunc non teneat: an omnes, uel quædam sint enumeratæ antè: & tunc teneat: ut supra uersi-

8 cu. pone. † Quid si quis renunciat iuri sibi competenti, & competituro, literis impetratis uel impetrandis? Dic ut in Summa dom. mei in titu. de renunc. §. quæ possunt. uersic. quid ergo si quis. Item iuri publico renunciari non potest. ff. de pa-

9 ctis. ius publicum. † Cui autem iuri renunciari possit, satis plenè not. extra, de for. competen. si

q diligenti. ¶ Hic tamen aliqua utiliter adnectamus. Distingue ergo: Nam ius publicum, aut est publicum, aut est priuatum autoritate & utilitate: ut C. si aduersus fisc. le. 1. aut autoritate tantùm. Primo casu non potest ei renunciari: ut est ius eximendi monasteria uel ecclesias, quod est publicum autoritate instituentis, scilicet Papæ & utilitate eius: quia sibi retinet illa. extra, de arbitr. cum tempore. cum similibus sicut etiam est publicum, quod consistit in sacris & sacerdotibus. prima distinctio. ius publicum. Item in Macedoniano senatusconsulto: quod est inductum ad communem utilitatem & in odium creditorum, quod est ius: quia si quis filiofamil. mutuat pecuniam, ille non tenetur soluere, quamdiu est in potestate: nec etiam pòst, nec etiam eius hæres, nec fideiussor. hoc enim inductum fuit in odium Macedonis usurarij, mutuantis pecuniam filijsfamil. & dicentis eis, quòd si non haberent patres, ita citò mutuarent eis centum marchas, sicut nunc centum solidos. quare inducebantur filij ad necandum parentes. Cùm ergo publicè utile sit, ne patres a filijs interficiantur: statutum est, ne tali iuri possit renunciari. ff. ad Macedo. l. prima & l. sed & si pater. in fin. Idem est in clericis, qui non possunt renunciare priuilegio fori sui, ut possint coram laico seculari iudice conueniri: imò instrumentum super hoc interpositum non tenet: ut in præd. capitu. si diligenti. cum suis concor. Publicè enim est omnibus, quòd clerici psallant in ecclesijs diuina: ut decimasexta quæstione prima generaliter. extra, de cele. missa. capitulo primo, & capitu. cum creatura. nam ipsi peccata populi comedunt, id est, delent & consumunt. 3. q. 1. nulli. & 1. q. 1. Christus. aliàs ipsi sacerdotes. Si ergo indifferenter per iudices seculares à diuinis reuocarentur, hoc esset inutile omnibus: ideoque statutum est, ne tali iuri renunciari possit, ut suprà: ne per tales possint in ius uocari: ut C. de episcop. & cleri. authen. statuimus. & ad hoc facit C. eod. si quis in hoc genus. & ff. de pactis. Im

r perator. r ff. de transac. Imperatores. ff. de admin. tuto. ita autem. §. Iulianus. licet sit argumen.

f contra. C. de pact. si quis in conscribendo. f & uide quod not. suprà de compe. iudi. adi. §. primo. uersi. 10 & uersi. 22. & sequen. Ius uerò publicum autoritate, scilicet instituentis, tantùm est Velleianum senatusconsultum, quod est inductum in fauorem mulierum propter sexus fragilitatem, uidelicet ut intercedentes, uel pro alio se obli-

t gantes, non teneantur. ff. ad Velle. l. fina. t Item priuilegium religiosorum de non dandis decimis: ut extra, de priuilegijs. si de terra. & cap. ad cedentibus. Item quodlibet ius à principe constitutum, quod omnes ligat: ut extra, de constitu. c. fi. & C. de summa trin. l. 1. & istud ius aut est inductum in fauorem renunciantis tantùm: & tunc potest ei renunciari: ut extra, de regularibus ad apostolicam. ff. de mino. si iudex. Aut in communem: & tunc non, maximè si sit in odium aliquorum: ut in præ. c. si diligenti. cum si. & ex. de iura. calum. cæterum. Velleianum enim inductum est in fauorem mulierum tantum. & sic in præmissis exemplis: & idem est in omnibus iuribus priuatis & de hoc nota. ex. de fo. compet. dilecti. in 1. gluss. Nec obstat præ l. si quis in conscribendo. quia loquitur de ordine sacerdotij, quod est Romæ quædam dignitas, cui præsidens sacerdos uocatur: uel loquitur, quia in temporalibus potest coram seculari iudice clericus renunciare. quod non placet. Alij autem sic distinguunt hoc membrum, aut quãdo scilicet est publicum autoritate tantùm, sed est utilitate priuatum. nam aut est inductum in fauorem, aut in odium. Si in fauorem, aut in fauorem priuatorum, aut certi generis personarum, aut Reipublicæ. Si in fauorem priuatorum: aut est inductum propter priuatos, non habendo respectum ad alios: aut habendo ad alios respectum. Si non habendo respectum ad alios: tunc potest illi iuri renunciari. & sic loquitur l. si quis in conscribendo. ff. de ædil. edic. l. quæritur de illa. Si habendo respectum: tunc non potest: ut in præ. capitu. si diligenti. Si uerò in fauorem certi generis personarum: aut fuit certificata illa persona de iure suo, aut non. Si fuit certificata, potest renunciare illi iuri. ff. de transact. cum Aquiliana. Si non fuit, non potest. ff. ad Velle. l. fina. §. pe. ubi not. & infrà dicam, cum de epistola diui Adriani tractabo. Si uerò in fauorem Reipublicæ, aut expressè renunciatur illi iuri: & tunc non ualet renunciatio. Aut tacitè: & tunc ualet hæc taciturnitas, sed potest per iudicem remoueri. & hæc colliguntur C. de iura. calum. l. secunda. §. sed quia ueremur. Porrò si sit in odium introductum, non potest ei renunciari: ut in Macedoniano dictum est, & in priuilegio clericorum, quod est inductum in odium

odium laicorum, qui eis sunt oppidò, id est ualde
infesti: ut 2.q.7.c.laicus. Tertij uerò dicunt, quod
ius publicum quandoque præcipit, & quandoque
prohibet: & his casibus ei renunciari non potest:
ut in c.si diligenti. & in Macedoniano quandoque
permittit, ut in priuilegio de decimis non dandis,
& in Velleiano: & tunc potest ei renunciari: ut su-
pra. ius uerò publicum. Dominus meus distinguit
inter ius publicum reale, & personale. Quis autem
possit per priuilegium tollere aliquod ius in ge-
nere, uel in specie, not. Ī. de instr. edi. §. nunc au-
10 tem. uersi. & scias. † Et quoniam de renunciatio-
ne hic loquitur, scias quòd quotidie de quibus-
dam iuribus, in instrumentis publicis renuncia-
tur: & hac renunciatione, tabelliones iuris ignari
abutuntur. Nota ergo quòd quatuor sunt bene-
ficia iuris, quibus præcipuè solet in instrumentis
renũciari, scilicet beneficium epistolæ diui Adria
ni, & nouæ constitutionis de fideiuss. & nouę con-
stitutionis de duobus reis, & cedendarum actio-
num: de quib. beneficijs in singulis & alijs ad quid
ualeant, & in quibus inter se differant, uideamus.
In primis ergo renunciatur beneficio diui Adria-
ni epistolæ, de qua habetur C. de consti. pe. l.fi. &
Instit. de fideius. §. si plures. ff. de fideius. inter fi-
deiussores. & l.si plures. & l. si dubitetur. & suprà
de act. uer. Item repellitur creditor. Dicamus er-
go quod sit huius epistolæ beneficium, & inter
quos locũ habeat, & quando proponatur, & quan-
u do cesset. u Hoc supposito scito, quod huius epi-
stolæ uerba non habemus, sed eius tenor & sen-
tentia recitatur in præ. l.fi. C. & in præ. §. si pleres.
Beneficium ergo eius epistolæ est, quòd quamuis
aliqui sint in solidum obligati: tamen per eius
x beneficium, si omnes x præsentes sint & soluendo
tempore litis contestatæ: possunt postulare ut di-
uidatur actio inter eos: ut unusquisque pro uirili
actione conueniatur: alioquin nisi dicto beneficio
iuuarentur, posset creditor quem mallet in soli-
dum conuenire: ut probatur in prædi. concor. Si
ergo huic beneficio sit renunciatum, poterit cre-
11 ditor quem maluerit conuenire. † Nunc dicamus
inter quos locum habeat. Et quidem inter fideius-
sores & mandatores & constitutores: ut in præ-
alleg. concor. Item & inter contutores, ad exem-
plum prædictorum. ff. de tute. ra. dist. l. 1. §. nunc
tractemus. Sed inter alios debitores principales,
secundum iura antiqua non habebat locum, quan-
do omnes erant soluendo, & præsentes. † Sed quid
si dubitetur, an omnes sint soluendo: uel non? Re-
spon. secundum l. ff. de fideius. si dubitetur. respon.
1. Quid si plures sunt fideiussores, & similes, &
omnes sunt absentes, & constat omnes esse soluen-
do: nunquid desiderare possunt præsentes ut a-
ctiones inter eos diuidantur, an etiam præsentes
possunt in solidum conueniri? Dicunt quidam
quòd iam præsentes possunt desiderare ut inter
omnes præsentes & absentes actiones diuidan-
tur. argumentum. ff. eodem, si fideiussorem. §. si
plures. Sed dominus Homobonus contra, argum.
præ. l. si dubitet. ibi. præstò sint, id est, præsentes.
Ergo à contrario colligitur quòd pro absentibus
locum nõ habet. Item arg. ad hoc, C. de duob. reis
auth. de hoc ita. & C. de fideius. authen. præsente.
Nec obstat præ. l. si fideiussorem. quia ibi est ali-
quid, quod imputari poterat creditori, quare unũ
ex fideiussoribus sub conditione recipit. At hic nil
potest imputari. arg. ff. ex qui. cau. ma. sed & si per
13 prætorem. §. 1. † Quid si præsentes petant dila-
tionem ad ducendũ confideiussores absentes pro
parte conueniendos: nunquid iudex dabit eam,
sicut contingit in fideiussore præsente, & reo prin-
cipali absente: ut in præ. auth. præsente? Respon.
non, secundum Azo. sicut nec reo debenti daretur
tempus. ut alium correum absentem deducat ęqua
liter conueniendum: ut not. in præ. auth. hæc ita.
Quid si aliquis primò dedit unum fideiussorem,
deinde ex interuallo dedit alium? Respon. dixerunt
Host: & Azo, quòd non habet locum beneficium
epistolæ inter eos. ff. de fideiuss. si plures. in prin.
y & l.si Titius & Seia. y † Sequitur uidere, quando
14 hoc beneficium proponatur. Et certè ante litis
cõtestationem, & post quandocũque ante senten-
tiam: ut C. de fideiusso. fideiussor. Sed nũquid post
sententiam? Dicunt quidam quòd sic: sicut & be-
neficium cedendarum actionum: ut ff. eo. si fide-
iussores in id. §. fi. & l. inter eos. §. fi. sed Homo-
bonus contra: ut in præ. l. si fideiussores. & C. sent.
rescin. non poss. peremptorias. nec ob. præ. l. inter
eos. §. fi. quia ibi non fuit condemnatus fideiussor,
15 ex causa fideiussionis. † Cessat autem hoc bene-
ficium quibusdam existentibus non soluendo, quo
ad illos. Item quibusdam absentibus secundum
Homobo. ut patet ex præmissis. Item si fuerit ei
renunciatum. C. de pactis. si quis in conscribendo.
ex̃. de regular. c. ad apostolicam. & ideo in instru-
mentis ponunt tabelliones, & renunciauerunt epi
stolæ seu beneficio diui Adriani. Valet autem re-
nunciatio, si renunciantes sciuerunt hoc beneficiũ
sibi competere: etiam si non fuerunt à creditore
uel tabellione certiorati: ut ff. de act. empt. & uen.
l. 1. in fi. Si uerò nesciuerunt nec certiorati sunt,
non uidetur quòd teneat renunciatio: quia non
uidetur quis renunciare iuri, quod ignorat sibi
competere: ut ff. de inoffi. testa. mater decedens. &
arg. C. de furtis. l. fin. §. si autem. & ff. de transact.
cũ Aquiliana. & l. qui cum tutoribus. & in prædi.
c. ad apostolicam. nec uidetur perimi, &c. ut ff. eo.
cum tutoribus. in fi. & sic sentiunt plurimi, & idẽ
dicunt in renunciatione Velleiani & similibus.
ideoque discreti tabelliones apponunt in instru-
mentis: Et renunciauerunt tali beneficio, quod est
tale, super hoc certiorati à me tabellione. Vel dic
quòd tenet renunciatio, licet ignorauerit. argu.
ff. de public. & uect. l. fi. §. licet. & §. seq. & ff. de
doli except. l. doli exceptio. Item cessat hoc be-
neficium propter mendacium, si fideiussores, & si-
miles, fuerint inficiati se fideiussisse: ut in præ. l. si
dubitetur. §. ita demum. secundum Homobo. Itẽ
cessat inter plures curatores. De hoc not. ff. de cu-
16 ra. bo. dan. l. 3. §. fi. † Viso de beneficio epistolæ
diui Adriani, uidendum restat de beneficio nouæ
constitutionis de fideiusso. de quo habetur in au-
th. de fideiuss. in prin. & in præ. auth. præsente. &
Ī. de excep. §. dicto. uer. quid de excep. quoniam.
& per illud succurritur fideiussoribus, ut postula-
re possint quòd reus principalis primò conue-
niatur. Succurritur etiam per ipsum mandatori-
bus

z bus & sponsoribus. [z] Et hæc uera sunt, si ipse reus
principalis præsens fuerit, & soluendo: ut in præ.
cor. cor. Ante tempus uerò prædictæ constitutio-
nis, poterat creditor conuenire quem uolebat, pri
mò scilicet fideiussorem, uel reum principalem,
nisi inter partes aliud conuenisset: ut C. eod. iure
nostro. quæ hodie corrigitur per prædictam au-
then. Si igitur huic constitutioni renunciatum
17 sit, redit ad ius antiquum. † Sequitur uidere de
beneficio nouæ constitutionis de duobus reis, de
quo legitur in præ. auth. hoc ita. quod est positum
de duobus reis deben. uel promit. per quod sub-
uenitur duobus reis debendi uel promittendi, ut
per ipsum postulare possint, sed non in solidum,
sed pro parte tantùm conueniri: & hoc si omnes
præsentes sint, & idonei, id est soluendo: ut pro-
batur in prædi. auth. & in auth. de duobus reis pro
mit. sed ante tempora prædictæ constitutionis po-
tuisset creditor quemlibet in solidum conuenire:
ut C. eo. l. 1. & ff. eo. l. 2. Ad hoc ergo ut quilibet in
solidum teneatur, duo sũt necessaria: scilicet quòd
promittant, & se in solidum obligent, & quod huic
18 beneficio renuncient. † Et nota quod quando-
cunque duo uel plures se principaliter obligant
& in solidum, ibi locum habent præmissæ tres re-
nunciationes: & scribentur hoc modo:

FORMA. Renunciantes beneficio nouarum
constitutionum, & epistolæ diui Adriani. Vnus
enim pro altero intercedit, quando se obligant ul
tra partem sibi contingentem. Sed si fideiussor se
principalem constituit: nunquid poterit prius quã
principalis debitor, conueniri? Dicunt quidam
quòd sic. Alij contra, & uerius. nam certum est,
eum semper pro alio interuenire: & origo inspi-
cienda est. ff. de dona. qui id quod. C. ad Macedo-
nia. si filius. & not. secundum Azo. in Summa de fi
a deiusso. [a] † Quid [b] si sunt duo rei, & sic ad inui-
19 cem fideiubere uidentur: ut in auth. de duo. reis.
b in princ. & not. ff. ad Velleia. l. uir uxori. §. fin. nun
quid unus poterit allegare, quòd alter primò cõ-
ueniatur? Azo. not. quòd non, in Summa, eo. titul.
c [c] & uide infrà, in tit. de fideiuss. Illud autem scias,
quòd duo rei debendi constituuntur re uel uer-
bis. quod dic ut no. C. si cer. peta. si non singuli. &
20 C. de duo. re. stipu. auth. hoc ita. † Quid si uni ex
reis stipulandi solutum est? Dic quòd non tene-
tur alteri correo dare medietatem, nisi sint socij.
d ff. ad l. Fal. in lege Falcidia. [d] Sed nunquid uni ce-
duntur iura contra alterum? Respond. sic pro par-
te: ut no. C. de duobus re. deben. l. 1. Quid si sunt
tres rei debendi, & sunt obligati in 30. & quisque
in solidum: demum conuenio unum, & ei cedo iu
ra contra quemlibet aliorum in uiginti, ille uerò
agit contra unum ad 20. iure cesso? Dic quòd po-
test: ut not. C. eo. l. 1. in fin. Quid si alter eorum est
inops? Dic quòd periculum diuidetur inter eos,
qui soluendo sunt: ut C. eo. tit. auth. sed hoc ita. ff.
de fideiusso. si dubitetur, ff. de tute. & ra. dis. l. 1. §.
e nunc. & ff. pro socio. si unus. §. 1. [e] † Postremò di-
21 cendum est de beneficio cedendarum actionum,
de quo habetur ff. de fideiusso. l. fideiussoribus. &
ff. de solu. Modestinus. & l. Stichum aut Pamphi-
lum. §. pe. per quod postulare possunt fideiussores,
& alij, qui obligati sunt in una obligatione, sibi ce
di iura contra fideiussores, & alios, pro quibus o-
bligati sunt: alioquin nisi cedantur eis, possunt
recusare solutiones: ut in prædi. l. Stichum aut
Pamphilum. § pe. Sed dices, quid prodest credi-
tori, si renuncietur beneficio cedendarum actio-
num, cùm à quocunque soluatur, habeat sibi de-
bitum: & cùm sibi debitum receperit, quid prodest
sibi non cedere iura? Respon. si est renunciatum
huic beneficio, poterit creditor gratificari amico
uel amicis suis: quia poterit eligere unum ex fi-
deiussoribus, quando plures erunt, & eum in so-
lidum conuenire: nec is poterit opponere, cedas
mihi iura: cùm iam fuerit huic beneficio renuncia
tum: & sic exonerabit & releuabit amicum suum.
22 † Sed pone, emi domum à T. uxore eius nec con
f sentiente, nec iuri hypothecarum renunciante: [f]
demum ipsa agit cõtra me hypothecaria: quæritur
an possim ei opponere exceptionem cedendarum
actionum? Dicunt quidam quòd non: quia renun
ciatio in una re facta, in alia non nocet. C. ad Vel-
g leia. iubemus. [g] Alij contra. nam statim empta
domo, acquisita fuit mihi dicta exceptio: quæ mi-
hi auferri nequiuit. ff. de pactis. l fin. Iusto enim
possessori cedenda sunt iura. ff. qui pot. in pig. ha.
h mulier. [h] ff. de leg. 1. si res. Cæterùm si uir uendit
primo, & mulier consensit, & renunciauit: dein-
de uendidit secundo, nec renunciauit: nunc agit
contra secundum: non obstat ei exceptio cedenda
rum actionum arg. ff. quod quisque iuris. l. 3. secũ
dum Alber. Gal. & uide ĩ. uersic. item beneficium
i iuris hypothecæ. [i] Potest autem fideiussor propo
k nere exceptionem cessionis, etiam ante [k] senten-
tiam. ff. de fideiuss. si fideiussor. §. idem respon.
23 † Quid si cessio facta est ex interuallo post solu-
tionem? Dic quòd non ualet cessio: ut ff. de solu.
Modestinus. & distingue prout not. ff. mand. l. Pa-
pinianus. ff. de sol. Stichum. quòd si sunt plures fi-
deiussores, cessio facienda est pro parte, & non
in solidum: ut not. Azo in Summa in titu. de fide-
iusso. §. conuentus. Sed pone, A. fideiussor B. fuit
pro huiusmodi fideiussione condemnatus T. ad
decem: nunc T. conuenit ipsum A. actione iudica
ti pro illis decem: ille uerò opponit exceptionem
cedendarum actionum: nunquid potest? Respon.
l sic: ut ff. de fideiusso. §. fina. [l] Item pone, uenditor
post uenditionẽ acquisiuit aliquam exceptionem:
nunquid emptor poterit uti ea? Dicunt quidam
quòd non: ut no. ff. de hæredi. uel act. uendi. l. uel
emptoris. sed illud locum habet in actione, quod
in exceptione. dic quòd sic. ut ff. de re. eorum, qui
sub tu. illicitè. De hoc nota. ff. de peti. hæred. nec
24 ullam. §. pen. † Quid si creditor consensit uendi-
tioni pignoris? Dic quòd acquisita est exceptio ce-
dendarum actionum fideiussori: ut in procuratore
in rem suam constituto aliàs dixi. Et nota præmis-
sa beneficia locum habere, nisi eis fuerit renun-
ciatum: quod fieri potest: ut s̃. dixi 1 & tunc non
possunt desiderari: ut 7. q. 1. quàm periculosum.
extra, de reg. trans. ad apostolicam. Item quære
hic, ut infrà, de oblig. & solu. §. 1. uer. illud etiam
25 quæritur. † Sunt & alia beneficia, quibus quoti-
die in instrumentis renunciatur, & eis renunciari
potest: puta condictio indebiti, quasi quis soluerit
quod soluere non tenebatur: ideo repetere potest
ut

ut C. & ff. de condi. indeb. per totum. Item condi-
ctione sine causa, quæ dicit quòd obligatus sine
causa, uel ex iniusta, non tenetur: ut C. & ff. de
condi. sine causa. Item actio in factum, quæ com-
petit ex uarijs figuris causarum, de qua s. de acti.
seu pe. §. 2. uer. rursus. & seq. Item exceptio doli
mali, scilicet cùm quis asserit de dolo & callidi-
tate alicuius ad aliquid inductum: & huic exce-
ptioni ob dolum præteritum renunciari potest:
ut ff. de doli. except. & C. & ff. de dolo malo. per
totum. Item beneficium cõdictionis incerti, quod
locum habet cùm hæres rogatus est mihi restitue-
re hæreditatem uel partem eius: seu quando sum
ei substitutus in eo casu, si contingat eum dece-
dere siue liberis, & hoc incertum condictionis ei
remittere & renunciare possum. C. de pac. l. 1. &
l. cùm proponas. t. & C. de transact. de fideicom-
mis. Et dic ut j. de emp. & uen. §. 3. uersi. si autem.
m & extra, de testa. Raynutius.[m] Item beneficium
iuris hypothecarum, quod competit uxori in bo-
nis uiri: quia omnia bona uiri sunt ei tacitè pro
dote obligata: & huic potest ipsa renunciare tam
uiro, quàm contrahentibus, certificata tamen de
ipso. C. de pactis conuen. tam super dote. l. fina. ex-
tra, de pigno. ex literis. ad fi. & s. uer. cessat autem.
Et dic ut in præ. §. tertio. uer. sed & si. & uer. 1. &
seq. & s. uersi. sed pone. Item etiam beneficium
iuris hypothecarum competit creditori, cui bona
sui debitoris sunt expressè uel tacitè obligata. C.
de pig. l. 2. quæ res pig. ob. pos. l. fi. Item beneficio
Velleiani senatusconsulti, de quo supra uersi. ius
uerò publicum autoritate. Item mater uel auia
recipientes tutelam filij, uel nepotis, renunciant
secundis nuptijs & Velleiano: ut C. quando mu-
n lier tu. offi. fun. potest. auth. matri.[n] Item genera-
liter renunciari consueuit omni legum auxilio:
o quæ renunciatio parum ualet, [o] licet lex eam po-
p nat. C. quando mulier tu. offici. fun. l. fi. [p] † Sunt
26 etiam & alia beneficia, quibus potest quo ad quid
renunciari, & quo ad quid non. Est enim bene-
ficium redhibitoriæ, competens ementi ignoran-
ter rem morbosam uel uitiosam. Potest nanque
contra uenditorem agere intra sex menses utiles,
27 ut reddat pretium, & rem recuperet. † Item est &
beneficium, quod dicitur quanti minoris: quod
dicit ut emens ignoranter animal, uel rem uitio-
sam, posit agere intra annum utilem, contra uen-
ditorem, petendo illam partem pretij reddi sibi,
quam non dedisset, si uitium sciuisset. Hæc pro-
bantur ff. de redhibi. act. sciendum. §. fi. & l. seq.
q [q] & his beneficijs renunciare potest emptor: &
renunciatio uenditori ignoranti morbum uel ui-
tium, prodest, si sciuit, & tacuit, nec emptorem
certificauit, ratione doli sui non ualet renuncia-
tio. ff. eo. quæritur. §. si uenditor. & §. seq. De hoc
dic ut j. de loca. § iam dicendum. uer. ad euiden-
tiam. & de emp. & uen. §. nunc dicendum. uersic.
quid si uenditor. Est etiam & beneficium feriarũ,
ne quis in eis in ius uocetur: de quo dic ut s. de
fer. §. nunc uideamus. Sunt præterea & alia bene-
ficia, quibus renunciari non potest: ut beneficiũ
Macedoniani, de quo dixi s. uersi. cui autem iuri.
Item beneficium restitutionis in integrum, quod
competit minoribus sui facilitate læsis: ut not. j.
de in integr. restitu. §. qualiter. uersi. sed nunqui id
28 minor. † Item beneficium, ut quis condemnetur
in quantum facere potest, id est habita ratione
ne egeat: quod competit marito, & eius patri ab
uxore conuento: & uxori & eius patri à uiro con-
uento: & patrono à liberto conuento: & socero à
genero conuento: & patri à filio uel à filia con-
uenta: & huic renunciari potest. Hæc probantur
in concord. quas habes suprà de excep. §. dicto.
29 uersi. hoc tamen fallit. & §. t. uer. anomalę. † Itẽ
est beneficium quod dicit, ne liber homo ob æs
alienum obligetur: cui renunciari nõ potest: quia
hoc esset contrarium libertati: ut C. de act. & obl.
r l. ob æs alienum. extra de pig. c. 2. cum suis [r] con-
cord. Contrarium tamen faciunt doctores Bon.
qui scholares, quibus pecuniam mutuant, faciunt
prædictis legibus ob æs alienum specialiter renun
ciare, ut eos ualeant detinere. Et pro eis facit ff.
de his quæ in frau. cre. ait prætor. §. si debitorem.
ubi dicitur quòd debitorem meum fugientem
mea autoritate capere possum: ergo & per pactum
hic conueniri potest, sicut aliàs. C. de pign. act. l.
penul. & de pigno. creditores. Sed dic tale pactum
non ualere in scholaribus. C. de patri. qui fil. dis. l.
1. In scriptoribus autem ualere potest, si conue-
niant ut debeant in certo loco stare, uel scribere:
quo casu etiam in compedibus poterunt retineri.
Et idem in obsidibus: ut extra, de iureiur. ex re-
scripto. propter consuetudinem generalem, secun
s dum Vber. [s] † Item exceptio non nume. pecu. si-
30 ue non traditæ, uel redhibitę rei, quandoque com-
petit intra duos annos, quandoque intra 30. dies,
aliquando intra annum, aliquando intra tres men-
ses. Si enim debitor confitetur se mutuò pecuniã
accepisse, quam in ueritate non recepit, potest
opponere exceptionem non numer. pecu. intra
duos annos à die confessionis factæ: creditor ue-
rò, qui confessus est sub spe futuræ numerationis
creditum suum recepisse à debitore, habet exce-
ptionem non nume. pecu. intra. 30. dies. C. de non
nume. pecu. l. in contractibus. respon. 1. in fi. & §.
super cæteris. & Insti. de li. ob. in fi. quid si renun-
cietur? Dic ut j. de obli. & solu. §. 1. uersic. 1. ad fi.
31 † Sed & marito, qui confessus est sub spe futuræ
numerationis se dotem accepisse, competit ex-
ceptio non numeratæ dotis intra annum post so-
lutum matrimonium: & hoc si matrimonium du-
rauit minus duobus annis. Si uerò durauit plus
biennio, sed minus decennio: tunc intra tres men-
ses est proponenda. C. de dote cau. & non nu. l. fi. &
auth. quod locum. Nec renunciatio obest, quò mi-
nus intra dicta tempora agi posit. In hoc tamen
prodest, quia renunciatio transfert onus proban-
di in renunciatorem. De his exceptionibus not.
suprà de exceptio. §. t. uersicu. anomalæ. & suprà
32 dicto uer. quid si procu. & seq. † Item est & be-
neficium seu priuilegium fori. nam reus debet
conueniri coram iudice suo, iuxta regulam: Actor
forum rei sequi debet. & huic priuilegio solo pa-
cto renunciari non potest secũdum quosdam: imò
ad hoc ut reus posit coram non suo iudice con-
ueniri, promittet se soluturum ubicunque fuerit
t ab eo petitum. [t] Clericus autem non potest pri-
uilegio fori sui renunciare, quæ dic ut suprà, de
compe-

compe.iudi.adi.§.1.uersic.22.& seq. Et etiam beneficium fori, quòd competit scholaribus. quod dic suprà de reo.uersi.item clericus.& uersi. item
33 scholaris. † Vltimò not. illud quod in Romana curia frequentatur. nam aliquo prælato seu alio mutuò pecuniam recipiente, fit super hoc contractu publicum instrumentum: postmodum uerò, contrahentes accedunt ad aliquem auditorem, coram quo creditor petit sibi satisfieri de debito: prout in ipso instrumento continetur: & is qui recipit mutuum, confitetur id coram eo, supponens se iurisdictioni ipsius: ita quòd nisi statuto tempore soluerit, in eum sententiam excommunicationis ferat: & aliter procedat, prout conuentum fuerit inter partes. Quæ submissio uidetur
u approbari à iure: ut ex.de offi.deleg.P.& G. u ex. de elect.cùm dilecti.ad fi.& 1.q.7.quoties. Tamen uidetur reprobari ex. de foro compe. significasti. licet posit defendi: quia existentes in curia, subsunt iurisdictioni auditorum: quare se eis submittere possunt. Super hoc ergo sic conficitur instrumentum:

FORMA. Vniuersis, &c. talis auditor salutem in domino. Nouerit uniuersitas uestra, quòd constitutis in præsentia nostra P.& G. idem G. petijt sibi sententialiter condemnari dictum P. in centum lib. in quibus tenebatur eidem, prout patet per publicum instrumentum, manu talis notarij confectum: protestans etiam de expensis, dānis & interesse. Vel dic: Idem P. petitionem obtulit in hæc uerba, coram, &c. dictus uerò G. uolens bonam fidem agnoscere, & nolens sumptibus & litibus inaniter se grauare, litem contestando, x
x confessus fuit in iudicio coram nobis, petita uera esse, & se ad præmissa teneri, sed cùm tunc soluere non posset, obtulit & promisit se talibus loco & tempore P. uel eius nuncio hoc instrumentum restituenti, integrè dictum debitum soluturum. Nos igitur auditis & intellectis confessione & protestatione prædictis in iudicio habitis coram nobis: uiso quoque ipsius debiti publicum instrumentum, Christi nomine inuocato, de consensu & uoluntate expressa dictorum P. & G. qui se mihi sponte nostro iudicio submiserunt, eis præsentibus & sententiam postulantibus in his scriptis dictum G. ad solutionem dictæ pecuniæ faciendam, eidem P. uel eius nuncio sententialiter condemnamus: præcipientes eidem G. ut ipsi P. seu nuncio, hoc præsens instrumentum restituenti dictis loco & termino integrè sufficiat de pecunia memorata. Nos enim ex nunc trina monitione præmissa in ipsum G. eius accedente consensu expresso, in his scriptis excommunicationis sententiam proferimus, si dictis loco & termino cessauerit in solutione præfata, uel aliquo præmissorum: & si in dicta solutione cessauerit damnus de consensu & uoluntate dicti G. liberam potestatem eidem P. quòd ex tunc sua autoritate, sine alia monitione uel alterius licētia cum possit, ubi & quando sibi uidebitur, tam diu facere excommunicatum publicè pronunciari, quousque dictus G. plenè satisfecerit eidem. quæ omnia & singula dictus G. acceptauit, & approbauit, & promisit solenniter se obseruaturum, & in nullo contrà uenturum sub debito corporaliter præstiti sacramenti, promittens quòd non appellabit, nec ullam exceptionem proponet. Item quòd non opponet dictam sententiam ante terminum solutioni præstitum fore prolatam, in cuius testimonium, &c. Forma uerò mandati ad mutuum in curia contrahendum, & ad se iurisdictioni alicuius iudicis supponendum, not.s. de procur.§.ratione formæ.uersi.qualiter autem.

ADDITIO.

a *Ex practicis autoribus nullus posuit hanc Rubricā, saluo quod Io.de Deo, de renun. allegationum posuit in libr. iudicum. 1. & 3. parte. & de conclusione in parte secunda. Pyl. autem, & Tanc. de hac materia modicum posuerunt, in fi. rub. supra. proxi. Et puto quòd idem fecisset autor, si sub titul. non concepisset materiam extra ordinem iudiciorum inserere, quo ad multos casus utiles ualde. Nō enim æstimauit conueniens, illos ponere in tractatu libellorum sub titu. de renun. illos autem ponere inchoat infra, uer. & quia hic. & nos ibi aliquos tales addemus.*

b *Concludant. secundum T. & hic continuatur uersic. 2 infra.*

c *§. fin tenet Pyl. de allegationibus. in fin. quod bene tenet sententia, licet allegationibus non fuerit renunciatum. & facit ad not. in clemen. de uerb. sig. sæpe ad finem.*

d *Auditis. Reassumit uerba Tancredi.*

e *Salomonis exemplo. 3. Regum 3. c.*

f *Cum peritis. secundum Tan. & hic finit ti. eius præcedens.*

g *Ad petitionem. Vide quod ibi scripsi in glo. hic continentur.*

h *Io. de Deo. lib. iudicum parte 1. ubi de renunciatione allegationum.*

i *Quia uerò. secundum Rof. qui idem allegat, ut scripsi de causa pos. pastoralis. supra, uer. aut ibi uide. & in glo. prædicta.*

k *§. fi. Est sciendum quod Gui. de Suza. plenè tractat quæstionem, super l. si quis in conscribendo. quando unus litigantium renunciauit allegationibus, an producere postea posit testes uel instrumenta? Quòd posit, inducit facultatem probandi ampliādam, non angustandam, C. de hære. quoniam. & iudex debet niti ad ueritatem habendam. C. de iudic. l. iudices. nec arctare se debet ad unam probationis speciem. Allegat extra, de re iudi. causam. & ibi concor. Item iniquum est uerbis eius perimi, quod non fuit cogitatum. ff. de transac. cum Aquiliana. Item uerbum allegationibus, de allegationibus iuris debet intelligi. C. de bo. quæ*

libe

lib. non sine ratione. Item qui detulit iuramentum, ipsum reuocare potest, & alijs probationibus uti. C. de re. cre. si quis. Item probatio est genus, allegatio species, hoc potest subtrahi de genere, illo manente in suo statu. ff. de manu. te. l. si peculium. & faciunt omnia iura, quæ permittunt pœnitere. l. si quis libellos, C. de app. cano. 2. q. 6. cum similibus. quæ uide in regula, quod semel. de reg. iur. lib. 6. Item facit C. de repu. hære. l. fin. ubi paternam hæreditatem repudiandam licet adire. Ad contrarium inducit iura, quæ probant quòd licitum est cuique suo iuri renunciare. Remittit pro concordantijs ad l. si quis in conscribendo. C. de pac. de his satis patebit. Item quòd remittentibus actiones suas, &c. ff. de adi. edic. quærenti. & turpe est redire ad id, quod renunciauit: ut in præ. l. si quis. & C. de condi. inser. l. ult. ante fin. Item contra proferentem interpretanda sunt uerba. ff. de pac. ueteribus. de regu. iur. contra eum. libro sexto. Soluit quòd instrumenta & testes producere poterit, per primò allegata: quæ repetit ut chartam occupet. Aduertendum hanc solutionem non esse contrariam isti uers. qui loquitur quando partes ambæ renunciauerunt allegationibus: quo casu tenent suprà dicti doctores haberi pro conclusæ. quæstio autem quærit de uno sole. Item quæstio eius minus esset dubia, quando super aliquo emergenti esset facta illa renunciatio. Et scias ad utrunque dictum quòd in talibus renunciationibus ponderanda sunt verba & status causæ, & consuetudo fori. Si enim fiat renunciatio allegationibus & omnibus probationibus, certum est quòd ista est conclusio: ut not. in decr. cum dilectus de fi. instr. in 2. glo. Item puto si renuncietur allegationibus iuris & facti, quando status causæ patitur concludi. facit de rescri. statutum. §. pe. lib. 6. Item si consuetudo habeat verbum allegationum comprehendere ius & factum, & per illud solum concludi, & tunc procedit, quod dicit iste uersic. facit quod not. suprà, de lit. contest. §. pe. in princ. & infrà, de sen. prola. §. pe. in fin.

ADDE quæ uoluit Ro. cons. 20. & 175.

l Dicemus. Ex quo autor diuertit à prosecutione ordinis iudiciarij. Nos ipsius proposito per remissiones, casus aliquos adiungamus de quæstione dominicali: ut de clerico, qui turbatus propter exactiones, quas sibi imponebat episcopus: renunciauit beneficio eius in manibus, qued statim repetit. scripsi de renun. c. 2. lib. 6. in ultima glossa, de illo, qui renunciauit legi commissoriæ, etiam cum iuramento: fuit quæstio dominicalis 12. & Tan. 10. Vide quod scripsi de pig. significante. super glo. 2. Sed ultra ibi scripta scias quòd hæc quæstio fuit Pyles 56. qui soluendo distinxit, debitorem scientem pactum legis commissoriæ non tenere ab illo qui ignorauit, dicens primum qui renunciauit & iurauit effectiuè teneri. Secundum dicit non obstante iuramento posse contrauenire. Alle. ff. de dam. infec. l. si finita. in prin. ff. de noua. l. si quis delegauerit. ad Mace. si mulier. si quis can. sed & si. §. ulti. Nec uidetur deierare, qui ex iusta causa deserit iuramentum. ff. qui satisda. cog. l. fin. C. de non numer. pec. l. ulti. & in auth. scenicas non solum, &c. Et hoc dictum non est contrarium æquitati, ut sit distinctio inter illum, qui credebat iurare rem licitam, ab illo, qui sciebat illicitam: sed ius canonicum loquitur de illo, qui composuit & renunciauit rescripto: hoc acto, quòd si non seruaretur compositio, posset uti rescripto. Dixi suprà de rescrip. præsen. §. ratione autem impetrantium. super uersicul. item quòd renunciauit de spoliato, qui renunciauit literis, sed illas non tradidit. Vide quod dixi de renun. sanè. super gloss. pen. an renunciare possit alter coniugum rubrica ne fideiuss. de. dentur. not. infrà, de do. inter ui. & uxo. §. 2. sub uer. illud quoque. de renun. uxor. filiafa. quod facit marito uendenti. eo. ti. §. 3. sub uer. item nota quod. de filio repudiante hæreditatem, & reperitur possidere de bonis hæreditatis, uide infrà, de suc. ab intest. post prin. uer. pone quidam.

m Iuris. Hanc quæstionem formauit Albe. Gal. de except. uer. pe. sed plenius Vber. de Bo. sui operis charta pe. uer. sed quid dices tu.

n Distingue. Hanc posuit uterque, cæteras solus Vber.

o Similes. Dixit Vber. de Bo. præ. sicut est exceptio excommunicationis. quòd autor non debuit omittere.

p Pœnè. Facit de procura. qui ad agendum. libro sexto.

q Diligenti. In 1. gl. & quod super ea plenè scripsi in si. cum suis remissio. ad Summam Host. & ad §. quia uerè. in auth. ut ma. sine prohi.

r Imperator. aliàs incipit debitori.

s Conscribendo. Solue ut scripsi in c. si deligenti. in 1. glo. in prin. & infrà sequitur.

t L. si. Quomodo huic dicto resistitur ratione prædictæ fragilitatis: quæ sicut esset in intercedendo, sic in renunciando, scripsi in decre. si diligenti. super 1. glos. ultra prin. uide in materia, distinctionem, quam ponit Cy. in l. si. C. ad Velle. dicebat autem Vber. de Bo. super l. antiqua. C. ad Velle. quòd ad li-

ligandam mulierem intercedentem necessaria sūt fortia vincula. Petatur ergo quòd renunciet Velleiano, & omni iuris auxilio. Item legi antiquæ. Item renunciet vt obligetur, licet pecunia non sit uersa in eius utilitatem. Item quòd iuret. Et dicit eam de quolibet prædictorum iurium certificandam, & in instrumento id exprimendum per l. manifestissimi. §. si autem nesciui. C. de fur. vbi etiam allegat ad idem ff. de offi. t. e. mater decedens. & l. nihil interesse. §. penul. ff. de transac. qui cum tutoribus. in fi. de insti. l. habebat. in fine, primo respon. de inter. acti. de ætate. §. ex causa. de ac. hære. in repudiandæ. & l. Claudius. quando actio de pecu. est an. l. quæsitum. & uide infrà, uersic. cessat. Et hæc satisfaciunt contra opi. dicentium renunciationem uxoris generalem factam Titio de omnibus contractibus, quos maritus inijt cum illis, ualere.

ADDE quòd mulier & minor, sint de beneficijs specificè certificandi: tenet Bal. consil. quarto 3. libro & 83. eo. lib. licet Bar. contra in authen. sacramenta puberum. & uide Bald. consil. 40. 5 lib.

ADDITIO. Adde Alexan. consi. 42. incip. super præmisso. colum. 4. uersic. sexto. quod in 1. uolum. ubi an mulier minor, & rusticus, etiam si scienter decepti fuerint ultra dimidiam in contractu, possint ipsum contractum rescindere, nisi de beneficio certiorati fuerint. Et uide Soc. in tractatu suo fallen. in reg. 273. ubi quando mulier de Velleiano non certiorata, si ei renunciet, teneat renunciatio: & quando mulier fideiubens non iuuetur Velleiano, uide singulariter Lude. Rom. singulari 223. incipi. tu scay quod mulier. Hen. Ferrandat.

Cesset. Quod de hoc ponit per centum membra diuisim, habuit ab Hostien. in Summa de fideiuss. sub §. pen.

x Omnes. Per id quod sequitur, uidetur malè dictū omnes. sed potest defendi per illud, iam præsentes, quod sequitur: quasi intendat quòd omnes erant absentes, & omnes vocati, & aliqui uenerunt.

y Et Seia. Secundum Alber. Gal. respondeo de fideiussoribus.

z Sponsoribus. Dominus meus in legibus, in sua q. quæ incipit, habeo debitorem. tenuit quòd si amica debitoris mei, cuius bona iussa erant capi, & iam capta, rogauit quòd bona sibi relaxarē, promittens mihi soluere certa die, qua elapsa eam conuenero, non poterit petere prius principalem conueniri, uel eius bona excuti: cùm ex tali forma mandati renunciatum uideatur illi beneficio fideiussorum uel mandatorum, per præ. auth. de fideiusso. eis concesso. cui renunciari poterit, ut sequitur. ff. de pact. l. pacisci. Patet ex prædictis quòd ipse tenuit inter creditorem & amicum debitoris, fuisse mandatum. refert tamen quòd aliquib. tunc uidebatur agi debere certi condictione ex stipulatione: quasi omnia uideantur acta solenniter, per uerbum promittens. Sed ipse dicit quòd his obstat glos. C. de usur. l. 1. dicit quòd alijs uidebatur fuisse contractum innominatum, facio ut des: & sic agendum præscriptis uerbis. uel, de dolo. ff. de præscrip. uerbis. l. naturalis. §. quòd si faciā. Alijs uidebatur agendum de constituta pecunia. ff. de consti. pecu. l. qui autem. in fin & l. quidam. Sed istis obuiat eo. tit. l. 1. §. cum, qui inutiliter.

ADDE quòd si secundo loco promittens, promittit soluere absque aliqua exceptione quòd eum poterit opponere quod prius excutiatur principalis, secundum Roma. consil. 211.

a Fideiusso. Authenticorum. dixit hoc Alb. Gal. respon. de fideius. & uerum dixit ibi uide in uersic. secundò quæritur.

b Quid. Iste uer. cum uer. seq. sunt Alb. Gal. tī. de duo. reis.

c Summa. eod. titulo. Scilicet de duobus reis. in fin.

d Falci. De hoc plene scripsi super respon. de sol. infra.

e Primo. Secundum Alb. Gal. ut prædixi.

f Renunciante. Comperi ubi infrà dicam ex similitudine dictionis, hic esse defectum post uer. renunciante. quia Titius postea uendidit alteri prædium uxore consentiente, & renunciante, demum &c. Et tunc optimè sequitur uer. cæterum. qui conuertit casum. & omnia clara. 1. q. 1. & 2. op. quæ sit posuit Alber. Gal. de excep. uersic. sed pone quòd Tau. Hic autem sciendum, quòd Gui. de Su. super auth. quod locum. C. de colla. instat circa casum hic conuersum, quem ampliat ponendo quòd marito alienanti quamplura prædia consensit uxor, & renunciauit: postea vnius uel plurium alienationi non consensit: agit hypothecaria contra emptorē: dicamus ultimum, cui non consensit, ille excipit quòd non potest cedere contra primos emptores, quibus consensit, quærit an exceptio illam repellat? Dicit pluries iudicatum quòd sic. per l. mulier. ff. qui pot. in pig. ha. & per l. Stichum. §. pe. ff. de sol. ipse tenet contrarium: tum quia habet hypothecariam in prædijs, quib. non consensit uiro alienanti: tum quia personalem habet contra maritum, quam cedere potest: ut in præ. l. mulier.

ADDE

ADDE an ille, qui consentit alienationi, possit repelli ab actione hypotheca, tanquam non habeat beneficium cedendarum, Bal.consil. 388. Et quando competat beneficium cedendarũ, per eundem consil. 367.1.lib. & consil. 386.3.lib. Feder. consil. 241.

ADDITIO. An beneficium cedendarum possit implorari in executione sentẽtia, vide Bal.cõsi. 109.incip. quilibet iustus.in 3.volu. in uer. si autem. Hen. Ferran.

g Iubemus. Ibi vide eum in ulti.q. ubi in fi. autorem uocat corniculam.

h Mulier. In meis uoluminibus finitur hic dictum Albe. Gal.

i Hypo. Vide suprà de cessio.actionum.§.1.ante fi. uer.sed pone.& duo uer. seq. fuerunt etiam Alb. Gal. saluo quod statim dicam.

k Etiam ante. Alber. Gal. dixit post. & hoc magis conuenit legi. sed autor voluit facere secundum Vber. hic de illo post: uel fortè prius, fecerat illum.

l §. fina. Quatuor sunt ibi leges, quæ sic incipiunt, ex quib. una sola habet §. & illa non facit. ueritas est quòd lex allegata suprà uer. potest. hoc probat. & §. ibi nominatus est etiam ulterius. & uide quod ibi dixi.

m Raynutius. Et ibi not. ante fin. tertia gloss. vt not. suprà, eo.§.versicu. quòd si quis. in secunda solutione.

n Matri. De nup. Dic vt ibi in auth. sacramenta. Item sunt & alia quædam ut patet infrà, de sol.§. 1.versi.porro.in fi. & in alijs formis: vt in eo.§. positis. & uersi.2.

o Valet. Dixit Vber. quòd valet ad excludendum tertium testem, quem requirit l.antiquam C. ad Vellei.

p L. si. Per hoc potest idem dici, cùm renunciatur in genere beneficio statutorum. Si verò in specie, sit locus distinctioni positæ suprà, versicul. item iuri publico. De hoc Gui. de Suz. in quæstione statutorum. 2.

q L. seq. Quod dixi, vide de simo. licet Heli. super glo. sic suprà.

r Suis concor. Formam libelli contra creditorem in hoc casu vide infrà, de pigno.§.1.ad fi. versicu. item ob æs.

s Secundum Vber. quòd dictum est de scriptoribus, no. per Accur. ff. de no.oper. nuncia.l. stipulatio. l. fine autem. in 1. glo. quæ dicit quòd sicut ibi publica utilitas, quæ læderetur ex contemptu edicti prætoris, inducit quòd quis præcisè cogitur ad factum: sic & hoc casu turbaretur publica utilitas, studium scilicet. Et dicit omnes doctores Bon. residentes in hoc concordasse. Vnde Dyn. ibi dicebat pro glossa, quòd non erat ibi inuenire maiorem rationem, quàm de scriptore, dicens quòd licet ibi pareat edicto, præcisè tamen compellitur ad demoliendum. Inducit etiam pro gloss. ff. de procurat. sed hæc.§. prætor. cui concor. cle. de procur.cap.1. Inducit etiam ff. quod met. cau. si cum exceptione. §. sed & si quis. in fi. cui concord. de iureiuran. Quintanal. & cap. venientes. in fin. Ipse tamen tenet contrarium in scriptore parata soluere ðreum interesse: quod est regulare in quocunque, qui tenetur ad factum. ff. de re indic. si quis ab alio.§.fin. etiam si factum consistat in operis. ff. de uerbo. obliga. in stipulationibus. §. operarum. Inducit etiam prædicta l. ob æs. Et quia stare in carcere, est quædam species seruitutis: ff. de lib. ho. exhi. l. secunda ad id ff. de conditio. & demonst. l. Titio.§. Titia. De hoc etiam quandoque aliquid dixi in l. alia.§.eleganter. suprà solu.mat. Ad §. illum respondet, quòd ibi non cogitur suis manibus demoliri, sed præstare patientiam & impensas. Item ibi actio ex stipulatu subrogata in locum actionis in factum, quæ datur ex eo edicto ad demoliẽdum illius sequitur. ff. si quis cautio. si eum.§. qui iniuriarum. Temperat tamen hoc dictum dicens gl. secundum quosdam locum habere posse, quando esset electa personæ industria. ff. de solu. inter artifices. & extra de off.c.ult.§.2. aliàs stabitur regulæ, de qua suprà. Et si de electione dubitatur, præsumetur electa industria. ff. de leg.3. fideicommissa.§.fin. concurrit cum his materia, quæ quæritur, an quis renunciare possit beneficio cessionis bonorum, de quo C. qui bo. cede. pos. l. 1. ubi plenè Cyn. tractat hanc quæstionem ponens ad literam consilium Iaco. de Are. super hoc datum in Vrbe. & tenet quòd si per pactum in cõtractu fiat renunciatio, ualet: aliàs non. ibi uide.

ADDE, quòd Feder. consil. 9. idem tenet si pactum est iuramento firmatum.

t Petitum. Vber. de Bob. ponebat plenius, scilicet quòd renunciet fori priuilegio, & quòd possit coram quocunque iudice conueniri: & constituat se soluturum quocunque loco, quo debitum fuerit ab ipso petitum, non opposita exceptione fori. alleg. ff. de eo, quod cer. lo. l. 1. de act. & ob. contraxisse. de bo. autor. iud. pos. l. 1. Dicit etiam quòd pactum renunciationis, de quo suprà licet possit conueniri, obligat tamen ad interesse. ff. de re indic. si quis ab alio. in fine. & de uerb. obliga. cùm stipulatus. in fine.

u G. Hat decre. faceret contrà si diceretur 7 auditores habere delegatam. de quo not. in cle. de rescrip. auditor. in 1. glo. uide infrà, de libel. concept. §. iam nunc videndum. versiculo quid si fueris.

x Litem contestando. Hic ponitur & procedat diffinitiua. & uide infrà, de sententia. §. 2. uersicul. est quoque. & quod ibi dicam.

Bald. De renunciatione, & conclusione.

SVPER iure futuro non cadit mera renunciatio, sed pactum: quia mera renunciatio sumit vires à solo renunciante, & à principio quasi habitus praecedere debet: & fit per verba de praesenti. Sed pactum obligationem continet: & fit per verba futuri temporis. De hoc not. in l. 1. C. de pact. uide infrà, eod. §. Titius. post conclusionem nulla admittitur exceptio vel allegatio parti uersiculo, & G. Eo ipso quòd allegationibus & disputationibus est renunciatum, videtur esse conclusum uersiculo & no. quòd. G. Vide cap. fin. de restitu. in integrum. in Nouella. libro sexto. Conclusio in causa principali, non officit in causa appellationis: quia impoßibilis est conclusio, in futuro iudicio. uersicu. hoc autem. An valeat generalis renunciatio, omnibus exceptis dilatorijs, sine alia specificaliori specificatione, an uerò nomina exceptionum dicenda sunt? uersic. pone ergo. G. Tutius est pactum opponi, quàm meram renunciationem, secundum Vbert. vide suprà, eo. §. primo. Quid in uerbis legitimis, dic ut l. 1. ff. quod ui aut clam. & C. de adul. l. ita pudor. per Cy. An poßit renunciari exceptionibus competituris? Et uidetur quòd non solae renunciatione, sed pacto sic: ut not. ff. de reg. iur. l. qui potest. §. quod quis. uersicu. quid si quis. G. non distinguit an exceptio sit honesta uel non, sicut alibi distinguitur. ff. manda. l. si fideiussor. §. quadam. Cui autem iuri renunciari poßit, not. plenè in uersicu. cui autem. G. Differentia est inter ius constitutionis & ius partis. Si est ius constitutionis: tunc aut continet certam formam in actibus hominum: & non potest ei renunciari: ut ff. de leg. 2. l. codicilli. §. fi. & hoc si sit formalis solennitas. Secus si beneficium. C. de testa. l. non dubium. §. 1. Si ergo est beneficium, aut ceditur personae inhabili: & potest renunciari. C. quando muli. tu. offi. fun. po. l. 2. & in authen. matri & auiae, nisi lex procedat prohibendo & annullando: quia tunc non potest renunciari. C. ne fideius. do. den. l. 1. C. ad Velleia. authen. si qua mulier. per Cyn. Si uerò sit odiosum, & ius statutum in odium: tunc non tenet renunciatio: ut not. ff. ad. Macedonia. l. tam & si. Baldus. An autem in contractibus poßit renunciari probationi testium, ut not. in authen. ut sine prohi. ma. debi. §. qui verò. col. 7. uide suprà de proba. §. licet. Quatuor sunt beneficia, quibus communiter renunciatur in instrumentis, scilicet beneficium epistolae diui Adriani, quod conceditur fideiussoribus, mandatoribus, & constitutoribus, & contutoribus, ad exemplum praedictorum hoc beneficio: diuiditur actio inter eos, qui sunt soluendo & praesentes. Secundum beneficium est nouae constitutionis de fideiussoribus, quod est ut prius excutiatur reus quàm fideiussor, uel quasi fideiussor, qui onus alterius ex dispositione legali. ff. commo. l. unde queritur. Tertium beneficium est nouae cōstitutionis de duobus reis, per quod beneficium diuiditur actio inter reos principales, qui sunt praesentes & soluendo, hoc est introductum ad instar beneficij epistolae diui Adriani: & duo rei principales videntur ad inuicem quasi fideiubere. ff. ad Velle. l. vir vxori. §. fin. Isti ergo correi principaliter in solidum obligati habent beneficium diuisionis, non tamen excußionis. Quartum est beneficium cedendarum actionum, quod competit omnibus, qui obligati sunt vna & eadem obligatione. Item competit iusto poßessori conuento hypothecaria. ff. qui po. in pign. hab. l. mulier. & in hoc differt à iure offerendi: quia ius offerendi competit etiam praedoni. ff. qui pot. in pign. ha. l. Paulus. §. qui pignore. Secus in beneficio cedendarum. argu. ff. de tute. & ra. distra. l. prima §. nunc tractemus. uersicu. & quoniam. cum sequen. per G. Sed an istis beneficijs potest renunciari? Dic quòd sic: ut not. ff. de pact. nisi. in authen. de fideius. in princi. non tamen praesumitur quisquam renunciasse, nisi appareat: ut not. ff. de uerbo. oblig. l. sciendum. Sed an ualeat renunciatio, si renuncians non est certioratus de beneficio suo? quidam dicunt quòd non. Alij quòd sic. uersi. cessat autem. G. Tu dic quòd quaedam priuilegia conceduntur personis, quae praesumuntur ius ciuile ignorare: ut in muliere & minore: & tunc exigitur certioratio. Oportet etenim quòd propriam uocem intelligat ille, qui renunciat no. in dict. l. sciendum. & ff. de donat. l. doli mali. Quaedam conceduntur personis, quibus non conceditur ius ignorare: ut in beneficijs ceßionis: & tunc non est necessaria certioratio. & ita concor. opi. Bal. Et nota quòd prudenter facit tabellio, si dicit: Renunciauit beneficio Velleiani certificata à me notario

rio de dicto beneficio. ibidem G. Si uxor consensit cuidam alienationi, & cuidam non, & agis hypothecaria contra illum, cui non accommodauit consensum, an repellitur per exceptionem cedendarum. uer. sed pone emi. G. Ista exceptio non datur iusto possessori, nisi offeras debitum. Aut ergo durat matrimonium: & non potest offerri, nec cessio peti. C. qui po. in pi. ha. cum sibi. per Ia. & Cy. Aut est matrimonium dissolutum: & tunc mulier tenetur cedere personalem, non hypothecariam, si non habet. nam de personali loquitur l. mulier. unde propter non possidere hypothecariam, non obstat exceptio cedendarum. argum. C. ad Velle. l. iubemus. & authen. siue: Bald. Valet pactum quòd debitor possit capi pro debito per ipsum creditorem. uers. item est beneficium. G. Iste tamen non tenebitur in carcere creditoris: sed ducetur ad carcerem iudicis. Et adde quod not. ff. de nego. gest. l. nam & seruus. Bald. & facit Lucæ 12. cap. & Matthæi 18. cap. & uide Dyn. ff. de libe. hom. exhib. l. 1. & de furtis. l. interdum. §. qui furem. Bald. In curia nadunt partes post contractum ad auditorem domini Papæ, & confitetur reus debitum, & recipit præceptum, & submisit se iurisdictioni, & sententijs. omnia ista ualent. uers. ult. not. G.

a De requisitione consilij. [a] Rubrica.

SVMMAIRVM.

Iudicantem oportet cuncta rimari.

1 Iudice assessores, cum quibus de causa deliberet, non habente, uel habente, sed discordantes, qualiter prouidere possit.

2 Premium recipere pro iusto consilio, licitum est. Iudex spernens consilium, tenetur de causa læsa uel malè cogitata.

3 Partibus in eligendis consiliarijs non concordantibus, qualiter iudex prouidere debeat.

4 Merè Legista an possint in causa merè canonica recusari.

5 Consiliarij electi, debent fideliter, & pro utraque parte consulere.

6 Sententia de consilio sapientum pecunia corruptorum lata, non est defendenda.

7 Affectio dominationis, affinitatis, & familiaritatis amor, timor, odium & auaritia, sensus & opiniones peruertunt, & intellectus humanos hebetant.

8 Clericis an potius credendum sit, quàm laicis: & qui possint in iudicio ad iurandum compelli.

9 Peritus an cogi possit, in aliqua causa alicui consulere.

10 Iudice post deliberationem cum peritis decedente, an successor debeat tale consilium sequi.

11 Absolutio uel condemnatio in iudicio, qualiter & quibus peractis sit formanda.

12 Aduocatus niti debet, & honeste, ut sciat agendorum consilium peritorum, ut sciat quid agendum sit.

13 Iudex sciens consilium, etiam peritorum, esse contra ius, an illud sequi debeat.

14 Ad officium iudicis spectat, multitudinem suspectorum refrenare.

15 Electio consiliariorum ad alicuius actus determinationem, non seruatur in curia Romana.

QVONIAM pertinet auditis & in scriptis habitis allegationibus, conclusoque legitime in negotio, quod iudex & deliberare & peritos consulere debet, qualiter pronunciandum sit: extra de consue. ad nostram. & 20. distinct. de quibus. 95. distinct. esto. & supra de aduo. §. nunc tractemus. uer. habito igitur. & uer. porrò. idcirco de consilijs & consiliarijs, aliqua pertractemus. [b] Nota

b ergo quòd concluso in negotio, iudex recepto salario pro assessoribus uel consilio requirendo, ut

c supra de asses. §. salarium. [c] debet cum eis diligenter super negotio conferre, inspiciendo petitionem, iuxta quam sententia est formanda: ut extra. de accu. qualiter. 2. ad fi. & de simo. licet Heli. & positiones & responsiones, & si necesse sit, attestationes, & allegationes, & totum causæ processum, ut ex his assessores animum suum informent ad rectè consulendum, iudex autem ad rectè pronunciandum. extra de renunciati. in præsenti quarta quæstione 3. item in criminali. Iudicantem enim oportet cuncta rimari: ut infrà uer. proxi. quòd si assessores discordent in dando consilium, tunc iudex tertium assumat: ut ex. de offi. deleg. suspicionis. Quòd si malitiose discor-

d dare se fingunt [d] ad sui exonerationem, & ne partium indignationem incurrant: ad hoc ut tertius assumatur, iudex eis præcipiat, sub pœna excommunicationis, ut ueritatem dicant an concordare possint: & si necesse fuerit, eos excommunicet,

e uel iurare cogantur. [e] debent autem ipsi, illi tertio suum salarium participare: ut s. de asses. §.

1 salarium. uer. quid si. † Si uerò non sit aliquis assessor in causa, cum quo iudex deliberare ualeat: tunc secundum consuetudinem Italiæ generalem, eligantur concorditer à partibus sapientes, qui examinent acta iudicij: ut secundum eorum dictum iudex pronunciet. Quam consuetudinem reprobo: quia & reprobatur in præ. decre.

f ad nostram. [f] & multa enormia possunt per ta-

les iudices committi. Melius est igitur, quòd iudex ipse scrutetur diligēter acta negocij ad rerum ueritatem, & plena inquisitione discutiat, quàm sic se exoneret ad dictum illorum: ut 30. quæst. 5. iudicantem oportet cuncta rimari. C. de iudic. l. iudices. & authen. ad hæc extra de offic. deleg. super quæstionum. §. intentionis. extra de fide instrum. cum Ioannes. prope fi. & post super du-
a bijs, cum peritis deliberet diligenter. † Ut autem tam generali consuetudini seruiamus, aliqua de præmissis consiliarijs interseramus. Et not. ante omnia, quòd licitum est pro iusto consilio præmium recipere. Quod dic ut supra de sala. §. sequitur. plerumque tamen periti recipiunt pro
g iniusto. Item iudex, qui spernit consilium, g tenetur, si per imprudentiam uel dolum lædit causam. ff. de iudi. filiusfami. Instit. de iniur. §. 1. extra de consang. & affi. cap. primo in fi. Punitur etiam in æstimatione litis. extra de re iudi. cum æterni. lib. 6. C. de pœn. iudi. qui male iudi. l. 1. & 2. Instit. de ob. quæ ex quasi malefic. in principio. ff. de calum. l. 1. ff. de condictio. ob tur. causam. l. 2. secundum canones tamen iudex, cuius mala sententia reuocatur, in quatuor casibus punitur scilicet si propter odium, uel cupiditatem, uel gratiam, uel timorem pronunciauerit: ut 2. q. 6. hoc etiam placuit. extra de re
3 iudi. cum æterni. lib. 6. † Scias igitur quòd si iuxta morem Italiæ, partes in eligendis consiliarijs
h nequeant concordare: h tunc iudex partibus præ-
i cipiet, ut certo termino ad hoc eis assignato i sibi dent in scriptis peritos, quos habent in aliquo loco suspectos, & quos recusant. 3. q. 5. quia suspecti. & consulo quòd ille, qui dat suspectos, illorum nomina faciat in scriptis redigi, ne iudex ex illis aliquem fortè eligens ualeat malignari:
k quo facto ipse eligat aliquos probos uiros, quos partes non dederint pro suspectis: & terminus ad id datus lapsus sit. Quòd si fortè pars alterutra dicat, se omnes in ciuitate uel diœcesi sibi suspectos esse, propter alterius partis potentiam, ut sæpe uidi: tunc iudex faciat eam iurare quòd id non malitiose proponit: sicut hoc sæpe feci in partibus Lombardiæ. arg. ex. de electio. cum dilecti. & de restitut. spol. literis. ff. ad exhiben. thesaurus. arg. ff. de not. ope. nuncia. l. de pupillo. §. qui opus. Sed nec passim, & sine causa, debet huius re-
4 cusatio admitti: ex causa tamen potest. † Ut si
l causa sit mere canonica, siue spiritualis, l bene possunt mere Legistæ recusari extra de consangui. & affinita. cap. 1. 20. distinct. §. 1. Potest
m etiam iudex restringere talem multitudinem, m inspecta personarum & negotij qualitate, dicens: quælibet pars det mihi suspectos usque ad decem uel 25. præsertim ubi est copia peritorum. argumen. extra de rescrip. sedes. & in cap. cum in multis. Nos tamen plerunque partes hoc modo in personis eligendis concordamus. Præcipimus enim utrique parti quòd nobis nominet in scriptis decem uel 12. bonos uel legales expertos, literatos uiros, tali loco habitantes: ex quibus possumus eligere unum, quam scripturam in actis secrete poni facimus. & cum raro tot tales inueniantur, sæpe partes in nominando concor-
n dant. n Consiliarij aut m electi, † debent fideli-
5 ter & pro utraque parte consulere: ut 14. quæst. 5. non sane. C. de assess. nemo. Quòd si conuincantur de dolo, & inique consuluisse: de dolo tenentur, & aliàs puniuntur: ut ff. de reg. iur. l. consilij non fraudulenti. extra de renun. sane. & cap. lectæ. ff. de fur. qui seruo persuaserit. §. 1. C. de assess. consiliarios. & contra inique consulentem, uidetur quòd possit agi, quanti interest alicuius consilium datum non fuisse. ff. de dolo. l. arbitrio. §. dolo. Et si non sit soluendo, uidetur quòd debet restitui litigator ad pristinum ius. ff. eod. l. eleganter. §. penult. ff. de eo, per quem fac. erit. l. fi. Et falsus consiliarius potest excommunicari: ut ex. de senten. excom. c. nouerit. & c. grauem. & quandoque suspenditur, & infamis efficitur: ut ex. de hære. si aduersus. & c. excommunicamus. §. credentes. arg. tamen contra, quòd nemo ex consilio obligetur: ut ff. man. l. 2. in fin. Instit. eod. tit. §. ex diuerso. in quibus not. de hoc. Sed illud uerum est de non fraudulento consilio, ex quo nemo obliga-
o tur: ut in præ. l. consilij. o Absit enim, ut ea, quæ propter bonum & licitum facimus, nobis debeant imputari, si quid præter nostram uoluntatem inde contingat: ut 33. quæst. 5. de occidendis. Sed si per imprudentiam falsum dedit consilium, non uidetur excusari: imò debet puniri: ut ff. de uarijs & extraordi. cog. l. fin. Institut. de ob. quæ ex quasi male. in princip. quia imprudentia culpæ annumeratur. Instit. ad l. Aquil. §. imperitia quoque. & ff. eod. sed & si. in fi. & l. seq. in princip. extra de homi. tua. extra de æta. & quali. ad aures. Fatuus tamen est, qui imperitum elegit consiliarium, & sibi imputet. Instit. quibus modis re contra. ob. §. præterea. & pro socio. §. fi. Unde in Ecclesiastico c. 6. Consiliarius tibi sit unus de mille. Quid si per imperitiam aduocati quis causam perdit? Dic ut supra de ad-
6 uocatis. §. fi. prope fi. † Quid ergo erit de sententia ordinarij uel delegati, uel arbitri lata de consilio sapientum pecunia corruptorum? Respond. non est defendenda: est etiam res mali exempli. ff. de pœnis. si quis aliquid. §. 3. ff. ad leg. Cornel. de falsis. l. 3. Nec corrumpens, ex corruptione commodum consequetur. C. de pœna iudi. qui male iudi. l. 1. & 2. ad instar patroni, qui præuaricatus est. C. de aduo. dist. iudi. l. 1. 2. q. 3. §. notandum
p secundum Uber. p † Tu igitur Italice, not. quòd
7 electis consiliarijs, iudex dicet partibus: Tales sunt consiliarij per me electi: ite ad illos, & iura uestra & rationes omnes illis ostendite, & coram
q ipsis allegate. Cum autem q iueris coram eis, caue tibi: quia multas fraudes consueuerunt committere: & attende an sint inimici tui, uel saltem partis alterius amici 3. q. 5. quia suspecti. Affectio enim dominationis, affinitatis & familiaritatis, amor quoque, timor & odium & auaritia, humanos hebetant intellectus: sensus & opiniones per uertunt: ut 3. quæstione 5. accusatores uel testes. 11. q. 3. quatuor. Item uide si sint tales, qui non sint suæ salutis memores prima quæstione septima sancimus. de con. distinct. quarta sanctum est.
8 † Item fac eos iurare rectè consulere: quare enim

eis absque iuramento credes: nam & testis, iudex, & aduocati iurant. C. de testi. iurisiurandi. extra eod. nuper. C. de iura. calum. l. 3. prope princip. C. de iudi. rem non nouam, in princ. & authen. ibi posita. extra de iureiur. uenientes.
r extra de iudi. r in constit. Grego. 10. properan-
s dum. s Tales igitur eligantur, si clerici sunt, quibus sine iuramento fides possit adhiberi: quibus magis creditur quàm laicis: ut supra de instrum. edi. §. compendiose. uer. item per uis canonicum. qui etiam de facili non debent iurare: ut 2. q. 5. c. 1, & 2. & extra de iur. cal. c. 1. C. de episco. & cle. cum clericis. Si uerò sint laici, & sint officiati, qui iurauerunt forte consulere fideliter Potestati uel domino uel eorum officialibus: tunc non exigitur aliud iuramentum ab ipsis. Repro-
t batur enim crebra iuratio, iuxta illud, t uir multum iurans replebitur iniquitate, nec recedet à domo eius plaga. ex. de iureiur. & si Christus. C. de cur. fur. l. pen. in fi. Si uerò sunt extranei & priuati aut est ardua causa: & tunc iurant, aut minima: & tunc non iurant. quare enim iurarent pro decem solidis: forte habita tamen considera-
9 tione qualitatis eorum. † Sed nunquid potest peritus cogi, in aliqua causa alicui consulere? Respond. non puto, ut dixi supra de sala. §. sequitur.
u u Sed nunquid huiusmodi consiliarij iurati uel non iurati poterunt ex noua causa recusari? Puto
x quòd sic x ut ex. de offi. deleg. insinuante. 3. q. 5. quia suspecti. C. de iudi. apertissimi. cum & iudices, qui habent iurisdictionem recusari possint:
10 ut & dixi supra de recu. † Quid si iudex postquàm deliberauerit cum peritis, decedat? Dic quòd successor non debet sequi illud consilium: quia etiã ille uiuens non habeat illud necessario sequi. ar. eius quod dicitur de tutore. ff. de admi. tuto. quidam decedens. argum. contra ff. de iudi. mortuo. & l. dictum. & C. de re iudi. gesta. ex. de rescrip. su-
y per literis. prope fi. y Hos autem consiliarios, tu aduocate, uerbis, honore, & blando sermone ac composito, in tuam satagas trahere sententiam: sicut & de iudice dixi supra de aduo. §. hoc docendum. uersi. cum autem. Et si iustam foues causam, quære bene peritos & fideles. Si uero malam: ue-
z reor tibi suadere peccatum z ex. de pœ. & remissi, cum infirmitas. 50. dis. miror. Hoc autem audacter suadeo, ut tunc cedas uel componas. ex. de electio. dudum. 2. in fi. ex. de transact. c. fi. Deinde tu aduocate coram eis procedas per omnia, & alleges sicut coram iudice procedendum dixi s. de dispu. §. nũc uidendum. quia coram eis tales faciunt Italici di-
11 sputationes. † Porrò auditis partium disputationibus & actis causæ examinatis, & consiliarij deliberatione præhabita diligenti, consilium in scriptis redactum, ne iudici relinquatur uia malignandi, ei secrete offerant: prout eis uisum & æquum uidebitur, qualiter iudex debeat condemnare uel absoluere. cuius quidẽ scripturæ forma talis erit. FORMA. Consilium nostrum, scilicet magistri talis, & mei talis, in quæstione quæ inter talem & talem coram tali uertitur, cuius quæstionis tenor talis est, &c. pone totam quæstionem. tale est. Dicimus enim quòd talis est condemnandus, uel talis absoluendus, uel sic: Consilium mei B. super ex-

ceptionibus propositis per E. coram D. iudice, quæ tales sunt: Coram uobis domine, &c. tale est. dico enim primam exceptionem, quæ sic incipit, &c. admittendam non esse: uel dico, eis non obstantibus, esse testes aperiendos, uel exceptionem admittendam, uel iudicem grauasse, &
a similia. a Et nota quòd consiliarij non tenentur exprimere in consilio causam, quæ ipsos mouet. Et sic in arrestis in curia Franciæ obseruatur. j. de sen. §. qualiter. uersi. uerum. & supra de dispu. & alleg. §. porrò. uer. in summa. nec est fieri consuetum. Quidam autem sic in consilio dicunt: per
12 ea quæ uidi & audiui ita dico & consulo, &c. † Tu autem aduocate labora scire consilij continentiã, si id honeste fieri possit: ut ex hoc instrui possis quid tibi agendum sit: an scilicet debeas ad sententiam uel concordiam properare, uel aliquid de processu ostendere, uel beneficium restitutionis in integrum postulare, uel alia remedia adhibere. Nota quòd non solum super decisione quæstionis principalis, eliguntur huiusmodi sapientes: quinimo & super quolibet litis ambiguo casu. Porrò huiusmodi dato consilio iudex secundum illud sententiam diffinitiuam seu interlocutoriam formare curabit, sicut dixi s. de exceptio. §. niso. uer.
b porrò in Italia. b & j. de sententia. §. ut autem.
13 uersi. in partibus. † Quid si iudex uidet consilium esse contra ius? Dic quòd si ipse consiliarios elegit, spreto consilio pronunciet secundum ius: alioquin facit litem suam: ut s. Non enim prætextu consilij excusaretur: imò magis accusaretur: ut Instit. de obli. quæ ex quasi deli. in princ. ff. de uar. & extraord. co. si iudex. & melius in authent. ut iudic. sine quoquo suffragio. §. cos. Debuit enim deliberare, utrum sibi expediebat consilium: ut ff. manda. l. 2. in fin. Et ad hoc facit in authen. ut defunct. seu fun. eod. §. fin. ex. de consue. ad nostram. ff. de his, quę in testamento delen. proxime. ibi: remotis omni. &c. extra, de arbi. cum olim. extra, de electi. ne pro defectu. & cap. cum in ueteri. uigesimasexta distinctione, deinde. uersi. quæro. sexagesimaoctaua distinctione, cor episcopi. Si autem de partium consensu ele-
c cti fuerint, tunc dicunt quidam c quòd debet iudex iuxta eorum consilium pronunciare, argum. ff. de re iudi. si conuenerit. extra de offi. delega. super quæstionum. §. uerum. Contra credo, ut in præd. decre. ad nostram. Ad idem ff. de admini. tuto. patet tutelam. Debet enim iudex secundum allegata & probata iudicare. ff. de offic. præ. illicitas. §. secunda & tertia quæstione septima iudicet. cum suis concor. Nec obstat l. prædicta, si conuenerit. quia ibi exponitur quid, id est, super quo: non cuius consilio. Item non ob. ff. de admi. tu. Titium & Mæuium. respond. 1. quia uerba illa, quod sine eo fit irritum, &c. contrarium tollunt. nos tamen ad cautelam scribi in factis facimus: quod partes petunt & consentiunt quod iuxta illorum consilium pronuncietur. & idem facimus in examinatoribus rubricarum con-
d corditer à partibus electis, d ut uidelicet diffini-
14 tioni eorum à partibus stetur. † Quid si est statutum in aliqua ciuitate, quòd non eatur extra illam pro consilio habendo, nisi partes haberent

rr 4 omnes

omnes sapientes illius ciuitatis suspectos? nunc altera pars tantum habet omnes suspectos, quæritur utrum possit iri extra illam ciuitatem pro consilio. & uidetur quòd non nisi utraque pas omnes habeat suspectos: quia in statuto dicitur, nisi partes, &c. & à uerbis eius recedendum non est. ff. de leg. tertia, non aliter. & facit C. de bo. quæ li. cum non solum. §. ipsum autem filium. ibi: ex utraque parte uertitur. Sed dic contra. argum. in præ. §. ipsum. & in authen. col. prima de hær. & Fal. §. fiat. ibi: tabularij, &c. ff. de eo per quem fac. est. l. prima §. si plures. & ff. si quis cau. si duo. §. primo & ff. de ma. te. si ita. ff. de pa&. rescriptum. §. si pacto. C. de appe. in offerendis. Ad officium autem iudicis pertinet multitudinem suspectorum refrenare. de quo not. in authen. ut
15 nulli iudi. §. si uerò. † Item not. quòd electio huiusmodi consiliariorum, in curia Romana uel extra Italiam non seruatur: sed iudex priusquam aliquid diffiniat, auditis causæ meritis & discussis: ut tertia quæstione septima, indicet. deliberet secum prius diligenter, & postmodum cum peritis, quos discretos nouerit & fideles, referendo eis plene rationes & iura partium, & quærendo qualem negotio finem imponere debeat: ut supra in princip. huius §. & dicam infra de rela. §. qualiter. in fin. Non enim debet iudex nimis prorumpere, & suam sententiam præcipitare, Augustini & aliorum exemplo: ut sexta quæstione prima quæro. secunda quæstione prima Deus. undecima quæstione tertia summopere. C. de sent. ex breui. reci. l. secunda. imò debet diu deliberare: ut infra tit. proxi. quia tempore indigemus, ut aliquid maturius agamus. 50. distinct. ponderet. in princip. & lenta uirtus, &c. ut supra de
e aduoc. §. hoc docendum. [e] nec præmissi consiliarij audient disputationes aduocatorum: sicut in Lombardia & Tuscia uidimus obseruari: quem quidem morem propter lucrum aduocatorum,
f [f] & ad exonerationem imperitorum iudicum, esse inolium æstimamus. Sed cum ratione careat, extirpandus est: ut 48. distinct. cor episcopi. & hunc morem dominus Papa Clemens 4. lumen iuris, sæpe reprobat. Vitium enim magnum est Reipublicæ, si iudices non ex se quid agendum sit sciant, scilicet lites decidere, sed aliunde: iudicandi enim discant honestatem, & ab alijs quærant, quæ ipsos in iudicando eloqui decet: ut in authen. coll. sexta de iudicibus. prope princip. uer. illi autem. & prima quæstione septima conuenientibus. sed ubi iudex imperitus est, bene potest assessorem habere. quod dic ut suprà de assesso. §. salarium. Iudex tamen non tenetur sequi consilium, ut infra de senten. §. inxta. uer. quid si sunt tres. Quid iuris autem sit, si prouisio, uel electio, uel aliquid aliud mandetur fieri de consilio alicuius, not. plene secundum Vinc. extra, de constit. ex parte. & de elec. cum in ueteri. uer. etiam. de hoc secundum Papam & alios, ex-
g tra de arbi. cum olim. [g] Et quoniam hic de consilio loquimur, not. quòd si in consilio alicuius ciuitatis, aliquid firmandum uel refirmandum est: debet Potestas seu Rector in concilio sic proponere concionando: Domini, quid uobis placet super hoc: & tunc arengatores proponent quòd eis uidebitur. quo facto instantiabitur & firmabitur per rectorem & concilium: quod maiori parti placuerit, & inde fiet publicum instrumentum, in quo propositio rectoris & consimilia arengantium & partium & reformatio contine-
h buntur. [h]

ADDITIO.

a *Ex practicis autoribus nullus posuit hanc rub. præter Aegid. qui illam etiam assessoribus coniunxit, uide supra de assessore. & cap. 25. ponit rub. de dando consilio. Vber. de Bo. sine rub. tractat de his, mihi chart. 8. & ipsius uerba infra signabo. Io. de Deo pe. rub. primi lib. Canil. formauit quid agat aduocatus actoris coram consiliarijs. & in Lib. indi. 4. parte posuit Rubri. de iurisCon. & ipsorum præmijs. & aliam de pœna fraudulenti consiliarij. Pertractemus. Si autor super hoc uidisset Albe. Papien. uel Iaco. de Are. ordinatius scripsisset, quærendo cum eis per modum Summa de decem. Primum, quo ordine per iudicem uel per assessorem procedendum sit ad consilium habendum: de quo uide infra uer. scias igitur. Secundo, an iudex uel assessor de iure inuitus cogatur habere consilium: de quo dicam super uersu ut autem. Tertiò, an electus in consiliarium inuitus, cogatur recipere. De quo dicam infra uersi. sed nunquid potest. Quartò, si recipit: an iudex cogatur bonum dare consilium. De hoc infra uersi. item facit. Quintò, an si dicat electus se dubitare, an debeat sibi dari socius. uide quod dicam post princip. uer. quod si. Sextò, an dato consilio possit illud mutare, corrigere, emendare, uel declarare. de quo dicam infra uersi. porrò auditis. Septimò, an iudex uel assessor cogatur stare consilio, uel aliud sequi. de hoc uer. quid si iudex 1. & 2. Octauò, an consiliarius electus possit recusari. de quo infra uersi. sed nunquid huiusmodi. Nonò, qualiter consilium receptum debeat pronunciari: De hoc datur remissio. uersi. porrò huiusmodi. Decimò, quæ pars salarium consulentium soluere debeat, de quo statim dicam. Item propter infra scripta addi potest. Vndecimò scilicet quam formam tenere debeat consulens in soluendo: de quo infra uer. porro. Duodecimò, quid si dolo uel imprudentia malè consulat. de quo in uer. consiliarij. Decimotertiò, quid si ad consilium corruptorum feratur sententia. de quo infra uersi. quid ergo. Decimoquartò soluitur una quæstio de loco committendi consilium. in uer. quid si est. Decimoquintò instruitur aduocatus, quid agat ante datum consilium, & quid post. uer.*

uet.hoc autem. & versi.tu autem. Vltimò tractat de consiliarijs ciuitatum.

c Salarium. Hic intrando decimum articulum summæ, patet non procedere quod ibi allegatur, salarium solui debere per uictum, per l.properandum. §.sin autem.C.de iudi.cum concor. cùm non appareat solutionis tempore alicuius uictoria.extra, de dolo.finem.Quod autem vtraque pars soluat: facit ff.ne quid in lo.pu.l.1.§.pen.C.de iura.calum. l.2.in fi.de reb.cre.l.pe.§. his de præsentibus. & regula, quod omnes. concor. de regu. iur. lib. 6. Quòd soluat petens, facit ff. ex quib. cau. in pos. ea.l.prætor.§.defendi.ver.de hoc. & de eden.prætor ait. in fi. cum l.sequen. C. fini. reg. si quis.§. fina.de rescriptis. statutum. §. pen. cum concord. lib.6. Soluitur, ibi ponderandas consuetudines & statuta circa hoc: quibus cessantibus, soluet petens per vltima: neutro, uel vtroque petente, fiet solutio communiter, per iura secunda, & per decret.statutum.§.assessorem.lib.6.

d Fingunt. Quod sæpe uidi fieri, ut dicit Aegid. cuius fuit iste versicu.

e Cogantur. Fori secularis. Aegid. facit lex C. de his qui ad ec. confu. præsenti.§.sane. de iura. calum. ca.2.in fi.lib.6. Et per hunc modum soluitur quinis articulus summæ de vno solo consultore, qui dicit se dubitare, petit socium sibi dari. Pro quo facit C.de rela. l. fina. de iudic. eum, quem temere.§. 1. Item iustæ deliberationes nulli sunt auferendæ. ff. ad Trebel. sed & si §. plane. de iureiuran.iusiurandum, & ad pecunias. in fi. extra, de procur.dilectus. de dila.c.1. vt vitetur anceps per iurium.ff.rerum amo. Marcellus.de in litem iuran. videamus.

f Nostram. Solue vt ibi not.in glo.2.

g Consilium. Datum: vel loquitur de dando, scilicet quia non vult recipere consultorem: fortè partibus id petentibus. & sic faceret ad secundum articulum summæ: qui tamen secundum Gul.expeditus uidetur cum suprà. proxi. & infra.prope fi.improbat consuetudinem de consiliarijs assumendis. Ad partem quòd assumere teneatur, inducuntur iura de habendo consi.ff.de fun. instru.l.quæsitum.in prin.de dam. infec. si aedibus. de dona.l.Aquilius Regulus.de bono.pos.in bonorum.C.de legi.humanum.vbi Gui. de Sux. tenet quod sequitur de inge.ma.l.4.de fideicom. l.fina. de iure delib.l.fina.de repu.l.dubium.20.distin.de quibus.de offic. delega. prudentiam. Soluitur ibi quòd suæ uoluntati relinquatur, habere consilium. Facit de rescript. statutum. §. assessorem. lib. 6. Et si uides frustratoriè peti, non debet concedere.ff.si cer. pet. Quidam dicunt tamen ibi.Vber. de Bo. tenuisse iudicem assessorem peritum non teneri dare consultorem: aliàs secundum eum tenetur de iure & bona consuetudine. Si autem statutum haberet quòd omnes sententiæ ferrentur de consilio sapientum, certum est consultorem assumi debere. Aliàs sententia non ualeret, secundum Rof.q.sua 45.alleg.ff.de re iudi.l.4.§.condemnatum. C. de senten. & interl. l. prolatam. Idem Old.in sua q. quæ incipit, antiquum statutum. alleg.ff.de admi. tut. quidam decedens.§.1. & l.Titium et Mauium.in prin.ne quid in flu. pu. l.1.§. quod autem.de arbitr. l. Pedius.in fi. de acquiren.here si quis mihi.§.pater.uersicu.si coram. & quod ibi no.& quod scripsi post Innocen.de offic.delegat.si pro debilitate.in glo. putat Innocen. idem Nico.Mat.in q.quam uide super regula, nullus ex consilio.lib. 6. Sed sciendum est, quòd duæ quæstiones contra hoc terminari uidentur per Lāber.de Ram.& per Guid.de Suxa.quorum vterque tenuit. Primus in q.quæ incipit, statutum est in villa. Secundus mihi sub litera C.quòd si statutum habet, quòd Potestas condemnationes facere teneatur de consilio quatuor hominum loci: quòd tenebit condemnatio facta non hominibus requisitis. Tenet enim quòd necessitas non arctabit ad requirendum. Vterque rationem reddit: quia illi nō erant in officio cum Potestate, nec esse poterant eo loco.C.de asses. l.in consiliarijs.ff.eo. titu. l. si eadem.ex qui.cau.maio.l.hi, qui.& l. seq. in princ. Inducitur præd. quidam decedens. §. Papinianus. & glo.quæ ibi incipit: quia sine matre.& eo.titu. Titium.§.1.cum glo.quæ incipit, non arbitrio.fatebatur vterque, quòd secus esset cùm duo. essent ad vnum officium: quod uult l. præ. Titium. in princ. ibi: si administrationem Mauio dedisset. et 4.gloss.ipsius legis sic etiam loquitur. l. 1. ff. de exercit.§.si plures.cum sua glo. Per prædicta apparet solutio contrarietatis. Ponebat enim primus terminus in villa subiecta episcopo, ita quòd non ab hominibus villæ, sed ab ipso habebat Potestas officium. Et sic uideretur in quacunque ciuitate, in qua regimen committeretur à maiore, & statuta fierent per ciues. Curiosus, qui se dilatare vellet in his, uideat quæstionem prædictam Oldr.cuius in hoc dicto perplexitas per hæc breuia verba clarescit.

h Concordare. Præmittit illa Summa, quòd si statutum, uel consuetudo loci, dat certam formam circa habenda consilia, illa seruabitur: quibus non extātibus, procedet iudex, vt sequitur.

ADDE, quādo iudex teneatur consiliū admittere, & illud

& illud sequi, Pau. de Castr. consi. 87. per Ang. consi. 136 & 186. & melius 188. Bal. consi. 380. 1. lib. Et an coram consultore sit instantia. Et an consilium præsentatum extra tempus à statuto præfixum, à iudice tamen confirmatum, sit nullum, per eundem Bald. consil. 194. Et an iudex sequi debeat consilium imperiti, per eundem consi. 116. Et an consultor assumptus ad consulendum super omnibus articulis, possit super aliquibus consulere, & aliquos reseruare: per eundem consil. 437. 3. lib. ubi etiam proxim. allegata.

i Assignatio. Dicit suprà quem scribi faciet.

k Malignari. Illa summa dat hoc consilium iudici, ut tutus sit contra partem, quæ diceret eum elegisse illum, quem dederat suspectum: communiter seruatur quòd suspecti in scriptis dantur iudici, nec scribuntur in actis: quia nolunt partes incurrere indignationem illorum, quos recusant: si tamen pars uellet illos in actis describi, sibi parendū est. de probat. quoniam.

l Spiritualis. Maximè sacramentalis uide supra. titu. 2. §. porrò. uersicu. sed nunquid in causa. in fine.

m Multitudinem: Ad id ff. de test. l. 1. extra, eo. tit. cū causam. de rescrip. c. 2. lib. 6.

n Concordant. De more uocemus hoc confidentes.

o Consilij. Et de regu. iur. nullus ex consilio. lib. 6.

p Secundum Vbert. In charta tertia, ubi tractat de sententia delegati. uersicu. quid de sententia.

q Autem. Hic incipiunt uerba Vbert. mihi charta 8. uersicu. cùm autem ueneris ad consiliarios. & totum, quod sequitur, vsque ad versicu. porrò auditis. quo ad uerba vel quo ad mentem, fuit eius, excepto versicu. sed nunquid potest. & uersi. quid si iudex.

r De iudi. De postu. erat.

s Properandum. Quam hodie non habemus.

t Illud. Ecclesiæ. 23.

u Sequitur. Versicu. non allegat, & meritò, quia nil ibi de hoc dicit, si loquatur secundum materiam de consilio iuris dando iudici super causa finienda: uel aliquo eius articulo. in præd. §. soluitur quòd eligens, si suus iudex est, illum cogere potest, si iustam causam renuendi non habet: cùm iudicare sit ius publicum, ad quod inuiti coguntur. ff. de mu. & ho. l. munerum. §. iudicandi. & de uaca. mu. l. pen. §. qui autem. C. de aduo. diuer. iudicio. sancimus. quæ licet in delegato loquantur, eadem tamen ratio est in consultore: ut not. C. de proxi. sacr. scri. lib. 12. & sic seruatur. Procederet ergo dictum Gul. quando præciperet aliquod dari consilium in camera.

x Sic etiam. Si de consensu partium fuerit. facit ff. de arbit. non distinguemus. §. cùm quidam. de procura. capitu. secundo. lib. 6. & tunc necesse est iustificare causam, ante consensum non. & sic seruatur.

y Prope fin. De facto statur huic contrario, nisi patens sit error consultoris. & uide infra. uersi. quid si iudex.

z Peccatum. Verbum fuit Vbert.

a Similia. Occurrit hic 6. dubium Summa, an dato consilio possit illud mutare. quòd possit, inducitur l. ultima. C. de fur. §. sed cùm. Ad contrarium ff. de re iudic. iudex. Soluitur quòd incontinenti antequam diuertat, potest & uidetur inesse. ff. si cer. pe. lecta. de elect. officij. & quæ incontinenti fiunt, suspicione carent. in auth. de æqua. dotis. si autem. colla. 7. Item poterit si ex interuallo, si bona ratione vel lege mouetur. ff. de iure patro. l. diui. quia prætor quandoque uariationem admittit. ff. de col. bonorum nonnunquam. aliàs non auditur. ff de transact. cùm his. §. in causa. de his, qui not. infa. l. secunda. §. ignominiæ. de do. l. nad. ff. de testi. qui falsa. præsumitur enim machinatio: ut in præd. §. de æqua. do. Circa declarationem remittit ad l. in ambiguis. secundo. ff. de reg. iur. & eod. titu. contra eum. lib. 6. Mar. de Fa. reuocationem consilij æquiparat reuocationi testis: de qua dic ut extra, de testi. cog. præterea. Alij ponderant tempus statutum ad dandum consilium, an duret, an sit lapsum. facit de offic. delega. de causis.

b In Italia. Et ibi dixi, an sufficiat dicere, lecto consilio pronuncio ut in consilio continetur.

c Dicunt quidam. Alb. Pap. nisi consilium esset expressè contra ius quod sequi non debet. C. de prædi. miso. prædia. & si contra ius uel uti. pu. l. fi. & ille autoritatem perdit qua abusitur. C. de Iuda. Iudæos. extra, de priuil. cap. tuarum. idem Guid. de Suz. super l. humanum. C. de legi. & sup. l. 2. ff. quod quisque iur. alleg. in auth. de iudi. ad fi. §. omnis autem iudex.

d Electis. De quibus supra, de teste. §. publicatis. in fine.

e Docendum. Sub versi. cùm autem tempus.

f Aduocatorum. Qui allegant coram consiliarijs, uel fortè ponderant quòd aduocatis illius loci uel fori, qui in causis illis non patrocinantur, solent talia committi. quod sequitur de imperitis iudicibus, fatemur, cùm ex quo tales sunt, utilis est consuetudo, quam Italici dicunt inductam, vt freni tempe-

ries

ties apponatur iudicibus sauire uolentibus. C. de cust. reo. si quis in ea. Nec posset negari quin consuetudo habeat finem & respectum bonum, scilicet ut in decisionibus litium seruetur iustitia. C. de legi. l. humanum. & sic sunt gubernacula iustitia. Facit ff. de eui. si scapham. Item cùm iura permittant assessores haberi, sufficiat sequens remissio; quare de his consiliarijs sic turbatur, cùm etiam experientia doceat propter occupationes iudicum, marcescere causas, quæ per iudices fine talibus consiliarijs terminari debent, quæ cum eis citò expediuntur. & hoc appetunt iura, quæ sunt not.

g Cùm olim. Tu exclusa distinctione præpositionum de, & cum, dic vt scripsi de reg. iur. nullus ex consil. lib. 6. post finem quæstionis.

h Continebuntur. Vt aliquod præambulum detur huic fini, est sciendum quòd dominus meus in legibus, disputauit quæstionem quæ incipit, in quadā lege municipali. & erat quæstio, si statutum ciuitatis habebat, quòd certus actus expediri deberet per concilium arctius, non per concilium maius: cùm duo talia concilia ibi essent: & in illis duobus concilijs simul congregatis, expeditus fuit ille actus: an valeat? Quòd valeat, probatur: quia factū est præsente & consentiente illo concilio, ad quod spectabat id agere: & maximè cùm hoc casu contraditere possent. Ad hoc mistum alle ff. de re iud. sæpe. §. cùm autem. ff. de arbit. si in tres. de re iu. duo ex tribus. de uerb. sign. coram. & quod not. ff. de pig. act. l. Caius. Illi ergo de concilio maiori fecerunt ex abundanti: & quæ superabundant, vitiare non solent. ff. de regu. iur. non solent. nec inutilis adiectio vitiat, sed vitiatur. C. de don. si quis argentum. ff. quod fal. tu. l. 1. Item hic nō fuit factum aliud, sed plus, nec forma mutata, sed ampliata. Ad hoc ff. man. rogatus. de sta. ho. non sunt liberi. in fi. Item dubia interpretantur, uel interpretamur ut res ualeat. ff. de reb. du. quoties. Contrarium tenens inducit debiliorem esse naturalem possessionem mistam cum ciuili, quàm solam, quæ solo animo retinetur, iuxta no ff. de ui & ui ar. l. 1. §. interdictum hoc. & l. 3. §. vnde vi. & ff. de acqui. pos. naturaliter. Item cùm minor portio iungitur maiori, minor extinguitur: ut si alienum brachium statuæ meæ iungo ff. de acquir. re. do. l. adeo. & l. quicquid. & grex auctus idem remanet ff. de vsu. l. cum qui ædes. & l. rerum mistura. Concluditur ergo ex his illud vnitum fuisse maius. ergo, &c. Ad hanc partem facit l. Pedius. §. 1. ff. de arbi. vbi mistura liberi & serui, vitiat compromissum. Allegat idem de iure canonico. cùm in electionib. miscentur clerici cùm laicis. extra, de electio. Messana. & c. cùm terra. Non ergo in promiscuis actib. turbentur officia. C. de episc. & cleri. l. repetita. & de testa. l. consulta diualia. Item facit ad factum. ff. de fur. l. penul. vbi patet quòd tacens metu, vel reuerentia, habetur pro contradicente. Sed quando artifices sunt in maiori concilio cum nobilib. & maioribus: metu vel reuerentia suum animum non exprimunt: ergo pro contradicentib. habentur: & sic essent contraria. Ad idem facit eo. tit. de fur. si quis in seruitute. & hæc fuisse uidetur consideratio statuti, & iustificat solutionem.

Bald. De requisitione consilij.

AN Sapiens electus ad consulendum de iure teneatur de imperitia. ver. consiliū & ver. seq. G. & videtur quòd nō: quia tale consilium est nullum ipso iur. ar. ff. de auro & arg. lega. l. ornamentorum. ergo nō facit litem suam: vt ff. de var. cogn. l. si iudex. Dic econtra: quia lædit partem, & tenetur de dolo & lata culpa. Bal. Consultor non tenetur in concilio exprimere causam: nec leges vel rationes allegare. versi. porrò. cum sequen. G. Iudex non tenetur se qui malum consilium, etiam electi consultoris à partibus: & si sequitur, facit litem suam. uersic. quid si iudex videt. G. Facit C. de tuto. & cura. illu. per. l. 1. facit C. de sentent. ex breuicu. reci. l. secunda, & argum. ff. man. l. idemque. §. si tutoris. in fi. & vide Bar. ff. de re iudic. si conuenerit. Bal. Si una pars habet omnes suspectos, & non altera, vide in ver. quid si est pars. per G. Consilium, est cum commissione: colloquium, est sine commissione: quod in omnibus causis haberi potest. uersicu. item no. G. in concilio ciuitatis is rector facit propositas: deinde consulitur, deinde statuitur, & forma ponitur uersi. fi. Consilium commissum à prædecessore, potest reddi successori. argum. ff. de mino. l. verum. §. ex facto. uide supra, de lega. §. præceptum. Consilium non debet committi aduocato alterius partis: vt notat lex proxima. de his quæ in te. delen. vide supra, de aduoca. in princ. Bal. Consilium dicit, Titium esse absoluendum, dicit iudex, & ita pronuncio secundum tenorem consilij: an videatur absoluere uel pronunciare absoluendum? Respondeo, quòd absoluere: quia effectum consilij sequendum credo, non uerba. argumen. ff. de eui. l. si ita quis. Et nota quòd non ualet sententia prædicta: nisi iudex legat consilium. l. prima & secunda. C. de sentent. ex breuicu. reci. Bald. Nec consilium nec scriptura

ptura

plura debet committi, nisi confidatis: ut nota. in authenti. de trien. & semis. §. quod sæpe. Bald. Qui petit consilium, debet petere suis expensis: quia non debeo posse lædere aduersarium meum in onere expensarum. argum. C. de testi. l. quoniam liberi. C. de eroga. mili. anno. l. cùm sæpe. Bald. Sufficit quòd assessor non sit de suspectis, licet non sit de confidatis: ut not. in cap. statutum. de rescri. lib. 6. in nouella. Bal. An consilium expiret morte iudicis, suprà, de leg. §. præceptum. An possit compromitti cum consilio sapientis, supra, de arbit. §. an possit. An qui iudicat habito prius consilio sapientis, excusetur à pœna iudicis malè iudicantis, si iniustum sit consilium, infrà de senten. ad fin. §. si iudex scienter. & ibi & in §. sequen. habetur, an teneat sententia lata intra terminum statutum consultori ipso non expectato ualeat. & de materia uide Bar. in suo tractatu de requisitione consilij multum bene.

a De petitione sententiæ,[a] & eius cautela. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus antequam sententiam petat, debet suæ causæ merita perscrutari.*

2 *Voluntas cordis secreta, communiter legitur in facie.*

3 *Trepidus in petendo sententiam, præsumitur de suo iure diffidere.*

4 *Aduocatus certus de victoria, debet adesse sententiæ prolationi: si autem econuerso, fugere.*



QVONIAM Disputatione super actitatis habita, conclusoque in negotio & deliberatione cum peritis habita sola sententiæ prolatio superest, quam partes debent instanter petere: ut ex. de re iud. causam quæ. ideo de petitione sententiæ perstringamus. † No.[b] igitur aduocate, quòd prius quam sententiam petas, debes diligenter causæ tuæ meritia perscrutari. unde consulo quòd accitis tibi peritis, de quibus confidas, cùm eis deliberes diligenter, iuxta illud: Omnia cum amico delibera: quia quod à pluribus quæritur, facilius inuenitur: ut 20. dist. de quibus. nec nimium tuæ prudentiæ innitaris. multos enim propter suam præsumptionem sæpe uidi in causis decipi. extra, de constitu. ne innitaris. cap. 1. & hoc supra, de aduo. §. nunc tractemus. Item consulo quòd stomacho ieiuno deliberes: quia tunc melius uigent sensus. 15. q. 1. sane. extra, de testibus. cap. 1. 22. q. 5. honestum. & hoc est quod Philosophus dicit, Quòd post somnum, quando satis dormisti, melius deliberabis.

tunc enim nullus rumor impedit sensum tuum. Et concordat ex. de accu. si constiterit. quia secundū Hier. uenter pinguis, crassum sensum generat: ut 44. dist. §. fi. & ut ad uiam peruenias ueritatis, oppone & allega contra tuam partem. quod dic ut in præ. §. nunc tractemus. Et si inueneris causam de-

c speratam, compone: ut dixi s. tit. proxi.[c] Si uerò confidis de tuo iure, adeas iudicem sermone modesto, & uultu læto: quia in facie legitur cordis se

2 creta uoluntas. † Et uultus talis erit, qualia mente gerit. arg. 41. dist. §. 1. & §. fi. & laudes eum, ut tibi sit propitius. 26. q. ult. alligant. dicens ei cum reuerentia, quòd placeat sibi causam sententiæ calculo diffin. re. & hoc si de ipsius fide plenè confidis. Si uerò dubitas de fide sine peritia eius, idem dicas. & expecta utrum dicat quòd uelit deliberare cum peritis. quod si dixerit, respondeas: Lætus sum ualde, quòd ad uestri exonerationem salubre consilium habeatis. nec per hoc censeris in prauum consilium uel consiliarium cōsentire. Quòd si uideris eum absque consilio ad diffinitiuam currere: curialiter & humiliter dicas ei, Domine, supplico ut iuxta consilium Salomonis procedere ue

d litis dicentis,[d] Omnia fac cum consilio, &c. ut s. tit. proxi. ad fi. Quæ autem præmissa sunt, etiam in

3 interlocutionib. obseruentur. † Item not. quòd ubi speras uerisimiliter pro te sententiam proferendam fore, postules eam ferri: & utaris uerbis positis s. de dispen. §. nunc uidēdum. in fi. & §. post hæc autem. uer. sic igitur destructis. non tamen importunè, nisi in mora uideas periculū imminere: tunc uerò insta opportunè & importunè: ut 44. dist. sit rector. in fi. & ex. de ele. cùm inter R. senio-

e rem. in prin. Licet enim[e] de ipso confidas, credas tamen eum hominem esse: & idcirco pronum ad malum. 32. q. 1. omnis ætas. 20. q. 3. proclivis. maximè si sit usus nummis corrumpi. 11. q. 3. qui rectè. 14. q. 5. non sanè. 11. q. 3. non licet. & cap. pau-

f per. ex. de pig. illo. §. fi. cum suis concor. Si[f] enim trepidus sis nimis in petendo sententiam, præsumeris de tuo iure diffidere: ut 43. dist. in mandatis. Pete igitur sententiam prout no. in præd. uers.

4 sic igitur. † Item Aduocate, tibi consulo quòd si certus es de uictoria, adsis sententiæ: si contrarium speres, fuge: sicut Medici faciunt. In primo casu honor, in secundo casu contumelia, te ubique sequetur. In dubio autem est consultius quòd intersis, propter multa, quæ tunc sæpe occurrunt, ex quibus causa tua in causa appellationis iuuari poterit, si succumbere te contingat. Illud autem tibi sit memoriæ, ut semper aduersarium petas in expensis tibi legitimis condemnari, ut dixi s. in præd. §. nunc uidendum. in fin. & §. seq. & de expensis. §. 1. ad finem.

ADDITIO.

a *Nullus ex practicis autorib. posuit hanc rubricam præter Ioan. de Deo in lib. iudicum, parte 2. qui posuit rubricellam: petitio sententiæ. & ibi modicum. & iterum modicum parte 3. sub eadem rubrica. de quo modico infra, dicam. Vbert.* tamen

tamen de Bo. posuit hoc nigrum ubi supra, dixi. supra, titu. proxi. & dicam infra, tamen autor ampliauit Ioan. *de Deo. licet uerba eius communiter assumpserit in cauil. non inueni adhuc quòd hanc* V*berti partem posuerit.*

b Notá. Hoc, *& totum quod sequitur, fuit* V*berti de* Bobio *mihi carta* 8. *uersi. cùm autem fuerit finis. ampliat tamen autor, & quid in seruitute, de* Io. *de* Deo. *infrà dicam.*

c Titu. *proxi. uersi. hos autem.*


d Dicentis. Ecclesiæ. 32. *ad fi. & facit* Prouer. 13.

e Enim. *Assumit uerba* Io. *de Deo, uersi. supra parte* 2. *& ei, quod sequitur, conuenit ad* Ro. 3. *Deus uerax est, & omnis homo mendax.*

Bald. de petitione sententiæ.

CVM *petis sententiam ferri, sit tibi memoriæ ut petas aduersarium in expensis condemnari, uersi. fi.* G. *Sed an in fructibus, & interesse, potest iudex condemnare sine petitione? Dic quòd in fructib. ante litis contestationem perceptis exigitur petitio: sed post litem contestatam non: ut no. ff. de dam. infe. l. si quis iussum. §. iudex. Bal. uide supra, de dispu. & alle. §. proxi. Sed quid in pœnis? dicit statutū quòd periurus perdat litem: an sine petitione poterit iudex condemnare periurum in amissione causæ? Et uidetur quòd sic. ff. de ædil. edict. l. ædiles. §. item sciendum. In contrarium uidetur ff. de dam. infe. l. 4. §. hoc autem iudicium. Hoc enim non pertinet ad sequentiam petitorum, sed oritur ex noua causa. arg. ff. de in litem iuran. l. 1. Ergo iudex non potest supplere ex officio. Ad hoc facit C. ne lite pen. l. 1. in gl. & ff. de iur. fis. l. eius, qui delatorem. C. loc. l. conductorem. C. unde ui. l. non ab re. in glo. in auth. de trien. & semis. §. 1. in gl. & hoc est tutius. Bal. Et ad omnia sufficit petitio generalis, sub forma, peto sententiam ferri pro me. C. de pac. l. petens. G. Sed quid dices actore absente & citato legitimè lite non contestata si reus petit sententiam ferri, iudex ex gestis sentit pro actore, & pronunciat pro eo, an ualeat? Videtur quòd non: quia lis non est contestata. C. de temp. ap. l. fi. §. illud. sed pro reo bene ualet: ut in auth. qui semel. C. quomodo & quando iudex. Sol. credo ualere: & imputet sibi reus, qui stultè petit, & iudex pro absente potest supplere. l. properandum. §. sin autem reus. & §. seq. C. de iud. Bal. Vide quatuor sunt casus. nam quandoque fertur sententia pro præsente: & tunc petitio est necessaria. Quandoque pro præsente contra absentem: & idem. Quandoque pro absente contra præsentem: & tunc non est necessaria petitio absentium. Quandoque pro absente contra absentem: & tūc non ualet sententia. ff. de arbi. l. arbiter. ita uide infrà proxi. Sed quare non sufficit actori, quòd in libello petijt condemnari? Respon. quia illa sunt uerba futuri temporis. sed ista petitio est præsentis, ut nunc: & ista ultima petitio est idem dicere quod instantia: quia ad instantiam partis iudex debet procedere, non motu proprio: ut in auth. qui semel. ibi: reo postulante, &c. ff. de iud. l. & post. C. ut intra cer. temp. l. 2. cum simil. Bald. Vide infra, tit. 1. §. de quibus. uersi. sed pone.* G.

a De relationibus. a Rubrica.



SAEPE Contingit quòd is, qui causæ discussit merita, dubitat qualiter pronunciare debeat: & sic refert negotium ad superiorem, ut sibi respondeatur, qualiter in pronunciando se habere debeat: ideoque aliqua de his relationib. præmittamus. Item quando is, qui causam examinauit, iudicandi potestatem non habet: imò ipsum debet ad superiorem remittere: ut ubi lis fit, ibi finem debitum sortiatur. ex. de ele. dudum. 1. & de testi. ad hoc. aliàs incipit, præsentium. §. fi. li. 6. ideoque de his remissionib. aliqua subsequenter adijciamus, Et licet ferè omnes iuris canonici tractatores communiter recipiant uerbum relationis & remissionis & etiam iura quandoque, ut patet ex. de pur. ca. cùm dilectis. §. is igitur. hoc tamen nobis non placet, b prout clarè ex sequentib. apparebit. b Primò igi- c tur uidendum est Quid sit relatio. c De quib. fiat. d Quando. Et qualiter fiat. Et quis sit effectus. d

RELATIO est iudicis de iure dubitantis ad principem missa consultatio: ut probatur C. de rela. l. 1. & fin. & extra, de appel. c. intimasti. & 2. q. e 3. si quid in ecclesia. e

ADDITIO.

a Practici *autores non posuerunt hanc rubricam, excepto* Ioan. *de Deo, qui eam posuit Cauil. lib. 5. rubri ulti. ubi ponit quædam relationum exempla. Fecit etiam de his tractatum, qui inchoat, incipit Summa de relationibus. ubi plenius prosequitur et ponit formas: ut communiter habetur post librum dispensationum, & sententiarum. Habuit ergo autor de his pabulum & à Summistis Azo. præcipuè Goffre. & Hosti. & no. quòd ordinem Legistarum secutus est autor quo ad librum Codicis, tractans prius de relationibus, quàm de appellationibus: sed discordat compilatio Digestorum & nostra, in quibus simul de utrisque tractatur, scilicet*

cet de appel. & relatio. Discordat autem ab il lis tribus compilationibus, quia in illis prius tractatur de senten. quàm de his: sed propter diuersas relationis causas procedit utraque. de quibus infra. §. 3.

b *Apparebit. Forsan uoluit Ioan. de Deo ubi supra, dicens primò quod relatio erat propriè delegatorum, impropriè ordinariorum: uerè sicut reconuentio præsupponit conuentionem: sic & remissio remissionem. Referre autem idem quod deferre, proferre, uel intimare miscentur ista. de cle. egro. ca. 1. lib. 6. uersi. si autem. de statu mona. in singulis. uersi. si uerò. & c. ea quæ. uersi. quòd si forsan. & in cle. de haere. uolentes. in fin.*

c *Relatio. Hoc membrum non posuerunt Summistæ.*

d *Effectus. Io. de Deo ubi supra 2. parte 7. articulos, non dico membra, hanc materiam tradere uoluit: sed sic loquendo potius obfuscauit. Sis ergo autoris narratione contentus.*

e *Relatio. Ecclesia non conuenit diffinitioni Loquitur enim non de consultatione iudicis: sed de renūciatione prælati, quæ fit per subditum.*

SVMMARIVM.

1 *Relatio de quibus sit facienda.*

2 *Iudex fingens malitiosè de iure se dubitare, fit infamis.*

3 *Iudex potius debet in odore bonæ famæ delectari, quàm malæ.*

4 *Causa an præsumatur iusta uel iniusta, ex qualitate personæ.*

1 DE Quibus facienda sit relatio, breuiter perstringamus. Et quidem † facienda est in omni casu: siue sit causa ciuilis, siue criminalis, cum de iure dubitatur: secus quando super facto. in auth. colla. 6. de iud. §. fi. ff. de iudi. l. eum, quem temere. §. 1. in authen. in medio lit. non fieri sacras for. uel iussio. colla. 8. §. 1. uer. quòd enim. & §. si uerò aliqua. 11. distin. c. fin. ex. de bap. non ite. opponens. & 2. distinct. desponsa. Unde dicit Imperator: non enim crimina, sed uindicta potius ad nos debuit peruenire. C. de offic. præfe. Orien. & Illyri. l. 3. in fi. 27. q. 1. custos. & c. si homo. ff. de app. constitutiones. Si ergo non inueniatur ius expressum, non est culpandus iudex si superiorem consulat. ex. de no. ope. nunc. c. 1. 21. dist. c. 1. uel. si non dubitat de intellectu legis uel canonis, ut in præ. §. si uerò aliqua. ex. de senten. excom. inter alia. 11. q. 1. §. ex his omnibus. & de simo. per tuas. 1. uel super contrarietate iurium. ex. de fide instru. pastoralis. de restit. spolia. literas. & c. frequens. li. 6. de renunc. post translationem. ex. de his quæ fiunt à præla. sine con. ca. c. cùm apostolica. ex. de dona. apostolicæ. de offic. deleg. super quæstionum. de uoto, ex multa. de uerb. fig. cùm olim. Cùm his ergo casibus secnūdum referat uerum: delegatus ab illo debet quærere quid delegauit eum: ut ff. de off. procon. & l. solent. §. legatos. & in præ. c. super quæstionum. §.

2 porrò. † Porrò iudex malitiosè fingens se dubitare de iure, infamis fit, & in 30. lib. auri punitur.

a C. de leg. l. 2. ª & ex. arg. de rescri. cùm contingat. Sed fortè hæc pœna non habet locum secundum canones, sed illa, quæ est ex. de re iudica. cùm æter

3 ni. li. 6. † Sed pone, ecce uictor in causa, petit expensas, & euidenter docet de calumnia aduersarij, qui in principali succumbit. Item docet eum deierasse, & multipliciter in responsionibus uariasse, demum iudex uult referre super dubio expensarum: nunquid dicet in relatione sua illum calumniatorem, periurum, & huiusmodi? Videtur quòd non: quia dominus Papa potius delectatur in odore bonæ famæ alicuius, quàm malæ: ut ex. de accu. licet. in fi. & ar. 11. q. 3. in cunctis. & 86. di. si quid. 2. q. ult. per scripta. ex. qui ma. acc. pos. c. 2. ar. contra: quia ex hoc præsumitur contra perso-

4 nam: † & ex qualitate personæ præsumitur causa iusta uel iniusta: ut ex. de no. ope. nun. c. 2. & de pig. illo. & ff. de usu. qui similes. §. 1. & ex. de præb. nisi. & 66. dis. sunt nonnulli. & præsumitur contra causam uariantis. ex. ut eccle. bene. c. unico. Ex quo enim de præmissis constabit, constat per consequens illum in expensis condemnandum: ex. de pœnis. calumniam. Item iudex potest punire crimen: ubicunque contingat causam, de qua agitur, etiam sine accusatore. ex. de elec. per inquisitionem. ff. de testi. qui falsa. & C. e. nulli. & ff. de adul. si maritus. ex. de excep. §. 1. de iureiu. quærelam. de fideius. peruenit. de rescri. olim. & de accu. super his. & de colla. eximiam. & hoc ultimum uerius est: licet multos magnos audiuerim contrarium afferentes.

ADDITIO.

a *L. 2. Secundum Hosti. in Summa huius tituli, in fi. quod sequitur, additur in decret. intimasti. de appel. ut ibi scripsi super prima glo.*

Quando facienda sit relatio.

QVANDO Autem sit relatio facienda, clarum est: quia super quolibet iuris dubio, prius quàm illud sententialiter declaretur. C. e. l. 1. ff. quando ap. sit. l. 1. respon. 1. & 2. q. 6. biduum. in fin. in casu tamen speciale est, ut post latam sententiam fiat, scilicet in criminali: ubi prius fertur sententia, ut demum princeps æstimet an sit sequenda: puta ubi præses aliquem in insulam deportauit. ff. de inter. & re le. inter pœnas. & l. seq. ff. de iniu. rup. test. si quis filio. §. qui tamen. ff. quando app. sit. l. 1. & 2. q. 6.

a biduum. ad fi. Fit quoque ª relatio in omni parte litis. fit enim in principio litis, cùm quæritur de modo processus. extra, de accu. super his. 11. di. c. fin.

fi. Item fit sæpe in medio litis, cùm dubitatur de aliquo, super quo non inuenitur ius expressum. Hoc probatur 3.q.6. multum. secunda quæstione 1.nomen.3.q.1.§.spatium.extra, de resti. ram literis.ex̃.de offic.dele.super quæstionum. §.fi.& c. prudentiam.C.de rela. l. 1. ubi ponitur forma referendi.& l.2.& 3. Item fit relatio post sententiã, puta de assignanda insula, uel alia pœna infligenda.19.di.in memoriam.& concor. potius supra in princ. ubi puta ibi, &c. Generaliter autem quoties expedit ex causa iusta & necessaria, fit relatio:

b exemplo Moysis, [b] qui ingressus tabernaculum, querelas populi ad Dominum referebat:ut secundum eius imperium iudicaret. extra, de te iud. cùm æterni.lib.6.11. q. 3. summopere. & expensæ in ferendo factæ, contribuentur à partibus. extra, de statu mona.ea quæ.§.hæc eadem circa.

ADDITIO.

a *Quoque uerba Io. de Deo ubi supra 2. uersicu. septimus.*

b *Moysis.Exo.32.*

ADDITIO. *In quo docemur quòd iudex debet ferre sententiam secundum Deum, & non secundum propriam uoluntatem: & quòd secundum leges & canones, debet quis iudicare: in quibus uidetur uoluntas Dei explicata ut per Ioan.de Turre cre.in c.summopere.hic alleg. Hen. Ferran.*

SUMMARIUM.

Relatio, de quibus sit facienda.

1 *Relationibus plena ueritas esse dicitur, cùm uel allegationibus partes repelluntur, uel partium approbantur assensu.*

2 *Relatio debet fieri plenè.*

3 *Relatio ante litis contestationem, qualiter sit formanda.*

4 *Inquisitor status alicuius monasterij, quæ debeat quærere ut relationem debitam faciat.*

5 *Forma relationis ubi post litis ingressum dubitatur de intellectu uel contrarietate iuris.*

6 *Relatio qualiter sit facienda, ubi ius expressum non inuenitur.*

7 *Relatio post sententiam, qualiter sit formanda.*

8 *Relationum exemplar, est per manum publicã partibus dandum.*

Qualiter fit facienda dicamus. Et quidem examinato diligenter articulo, super quo fieri debet, partibus præsentibus dicat se super eo dubitare, & uelle Principem consulere: demum conficiat literam, quam principi dirigat: in qua contineatur processus coram eo habitus, & dubitationis articulus, & rationes partium, & iura, quæ ipsum faciunt dubitare: quo facto litera ipsa seu libellus ille debet coram partibus legi: & si quis contradicere iustè uoluerit, liberum ei erit: uel quia fortè aliter scriptum sit, quàm actum, uel quia semiplenè sit scriptum, & huiusmodi: ut extra, de elec. cùm inter R. senio-

1 rem. ad fi. † Tunc enim demum relationibus plena ueritas est, cùm uel allegationibus partes re-

a pelluntur, [a] uel partium approbantur assensu: ut C.de relat.l.2. in fi. & l. 1. & nisi relationis exemplum partibus ediderit, ad quod tenetur, ex quo se

b relaturum pollicetur, poterit appellari: [b] ut extra, de app. intimasti. Si uerò tunc appellatum non fuit: postea cùm princeps rescripserit, non po-

c terit appellari. sed à sententia [c] fic.2.q.6.biduum. in fi. quia relationẽ approbasse uidetur: ut ibi, &

2 ff. quando app. fit. l.2. respon. 1.C. de rela.l.1. † Item relatio plenè debet fieri: ut extra, de elec. dudum. 1.& fideliter: ut extra, de re iud. cum Bertholdus. §.licet autem.& omnia continere debet, ita quòd non sit iterum necesse pro actis mitti: ut C. e. l. fi. & arg. extra, de app. cordi.§.post hæc.lib.6.nec debet continere aliquid falsitatis: sed fideliter est facienda, & purè: ut J.tit. proxi.§. uidendum. uersi. quòd demum. Quòd si inter partem & iudicem sit per hoc sit contentio: tunc recurritur ad originalia acta. extra, de proba. quoniam contra. Debet quoque iudex in relatione inferre, quæ contra eum à partibus opponuntur, & etiam appellationem. C.eo l.fi. extra, de appel. intimasti.& c. ut debitus. Et ex quo pars relationem sigillatam portandam recipit, non debet eam aperire: alioquin grauiter punietur. extra, de off. deleg. cùm olim

3 magister. & de rescriptis. olim. † Relatio igitur ante litis ingressum, hoc modo formatur:

d FORMA. [d] Sanctissimo in Christo [e] domino

e Clementi diuina permissione uniuersalis ecclesiæ summo Pontifici, T. delegatus in tali causa, à uobis pedum oscula beatorum sãctitatis uestræ, qua decuit reuerentia, susceptis literis talis contra talem, tale crimen hoc modo: puta accusando uel denunciando uel excipiendo, uel ante confirmationem, uel post obiecit: quod quidem crimen probatum actorem penitus repelleret ab agendo. Cùm igitur dubitem, qualiter in his debeam procedere: instanter postulo, ut me super hoc uestris dignemini literis informare. Hæc probantur, extra, de accu. super his. & c. inquisitionis. de simo.

4 licet Heli. 23. dist. illud. † Si autem fuerit inquisitor super statu alicuius monasterij, tam in capite quàm in membris: potest quærere, an omnes debeat adstringere iuramento, scilicet conspiratores, inimicos, excommunicatos, & conuersos & conuersas prædicti loci. Item an hi, qui prosecuti sunt inquisitionem, habebunt expensas, & unde. Hoc probatur extra de re iudi. cum I. & A. extra, de acc. inquisitionis. & c.pe. Item ordinarius, inueniens ciuitatenses & diœcesanos, discedere à statu uniuersalis ecclesiæ, uel à consuetudine quam Romana ecclesia seruat, & docet seruandam: potest Papam consulere, qualiter in his debeat se habere. & hæc est potius consultatio, quàm relatio, & probatur 9. dist. quis nesciat. de consecr. dist. 2, pacem.

pacem. de consec. dist. 1. de nominibus. 4. dist. de-
nique. 11. dist in. illa. Item si populus aliquis, diui-
no adiutorio nouiter conuertatur ad fidem: potest
consulere Papam, qualiter debet se habere, &
qualiter debent informari in fide, & qualiter ec-
clesiæ eorum debeat ædificari, & quibus consue-
tudinibus imbui. 12. dist. nouit. 12. q. 1. quia tua.
30. dist in. c. si. 80. dist i. c. si. extra de pœ. & re. Deus.
28. dist iuc. c. si. Sed hoc præcedens potius est con-
sultatio, quæ fit iudicium, quàm relatio, quæ fit in
5 iudicio. † Porrò post litis ingressum, cùm dubita-
tur de intellectu uel contrarietate iuris, sic fit
relatio:

FORMA. Sanctissimo patri &c. uerum cum
iuxta uestri tenorem mandati, causæ præfatæ co-
gnitioni intenderem: super tali lege uel decretali
disputatio est exorta: alijs sic eam debere intelligi
asserentibus: alijs uerò non leuis opinionis, in con
trarium asserentibus: ex quorum contradictione,
cœpi meritò dubitare, uel super talis canonis in-
tellectu uariæ & diuersæ sunt magistrorum opi-
niones scriptæ: ita quòd dubito, quæ ipsarum sit
alteri præferenda. uel sic: In præfata causa tales
duæ decretales sunt pro contrarijs allegatæ, in
cuius contrarietatis solutione dubito uehemen-
ter. unde cum melius sit piè dubitare, quàm te-
merè diffinire: sanctitati uestræ duco humiliter
supplicandum, quatenus uestro me dignemini o-
raculo edocere, qualiter ipsum ius intelligatur:
uel qualiter oppositionum diuersitas uel contra-
rietatis perplexitas exoluatur: ut unde iura pro-
deunt, inde quoque interpretatio seu declaratio
procedat. Hæc probantur in concord. quæ sunt s.
§. de quibus ibi: uel si dubitat. & ibi, uel super con-
6 trarietate. † Quòd si ius non inueniatur expres-
sum, sic relatio fiat:

FORMA. Sanctissimo &c. Nouerit sanctitas
uestra, quòd in causa ipsa mihi à nobis commissa
opponitur quòd iudex esse non possum, pro eo
f quòd sim compater uel patrinus actoris: f uel
quòd mihi non creditur sic dicenti, causam uiuæ
uocis oraculo fore mihi à uobis commissam: quã-
tuncũque uester familiaris, & de uestra curia sim,
nisi id per instrumenta uel testes ostendam. Cùm
igitur isti casus noui sint, nec sint in iure expres-
si, supplico ut quid iuris in eis sit, uestro dignemi-
ni oraculo declarare: ut extra de ap. postremo. &
de off. deleg. cum in iure. C. de mand. prin. l. 1. ex-
tra de frig. fraternitatis. 20. dist. de libellis. in fi.
extra de no. ope. nunc. c. 1. & uide s. de probat. §.
7 uidendum. uer. quid de auditoribus. † Cæterùm
relatio post sententiam sic formatur: præmisso
enim loco salutationis & humiliationis, alioquin
dicas:

FORMA. Notum uestræ celsitudini facio,
quòd talis de tali crimine capitali coram me ac-
cusatus, ad plenum causæ discussis meritis per me
de ipso crimine, extitit sententialiter condem-
natus. Cum igitur ex tali crimine meruerit de-
portationem seu exilium, ad quod est etiam con-
demnatus: uestram rogo magnificentiam ut ei in-
sulam uel locum, uel aliam pœnam, sicut uestræ
maiestati placuerit, assignetis. Hæc probantur ff.
de inter. & releg. inter pœnas. & l. seq. in prin. 2. q.
8 6. biduum. in fi. ff. quando appel. sit. l. 1. † Et nota
quòd harum relationum exemplar, est per ma-
num publicam partibus dandum, ut prædixi. Item
no. quòd quilibet iudex refert sapientibus, cum
quibus deliberat, plenè merita causæ: ut s. de re-
quisi. consilij, prope fi. sed & auditores generales
palatij domini Papæ, qui eius uice causas audiunt,
eidem domino singula litis dubia uiua uoce re-
ferunt, Mosis exemplo: ut s. §. prox. uer. genera-
liter. & etiam super singulis diffinitiuis. Referunt
enim quid petitur: qualiter, & quantum in lite
processum est: quid probatur, quid excipitur, quid
replicatur, quid implicatur, & breuiter purè ac fi-
deliter debent referre omnia iura, & rationes par-
tis cuiuslibet: non alienando uel aggrauando uel
subijciendo iura partis alterius, quæ possint ip-
sum Papam mouere: sed stateram in manibus suis
gerant. 3. q. 9. pura. extra de re iu. cum Berthol-
dus. ibi: qui cum nobis. ut extra de deci. dudum.
uer. prior autem 46. di. omnis qui. Quo facto col-
latione & deliberatione præhabita cum alijs au-
ditoribus ibidem præsentibus, idem dominus Pa-
pa dicit ei: Ita pronuncia: & dat ei potestatem &
licentiam pronunciandi, quam non habent alij
auditores, sed solum audiendi & cognoscẽdi: qua-
re auditores uocantur. unde & in pronunciatione
semper dicit auditor: Facta domino nostro sum-
mo pontifici relatione fideli, de ipsius speciali li-
centia & mandato mihi facto oraculo uiuæ uocis
ita pronuncio. infra. de sent. §. ut autem uersi. cæ-
terùm

ADDITIO.

a *Repelluntur. Exponit ibi glo. ut quia fuit dies sta-
tuta, & nil dixerunt quicquid uoluerint.*

b *Appellari. De iure canonico certum est hoc: de iure
ciuili disputatur hoc in l. 1. C. eo. tit. in ult. glos.
& ibi plenius per Cy. Disputationis ratio: quia ab
interlocutorijs ante sententiã regulariter secundũ
leges non appellatur. C. quorum app. non re. ante
fi. de appel. super eo. 2. & lex uocat hanc interlo-
cutoriam. ff. de appell. l. 1. §. 1.*

c *Sententia. Lata post: non enim loquitur de prius
lata, & scriptum fuit principi ut insulam assi-
gnaret: quod fecit. de qua supra. §. proxi. et hoc
uult sequens allegatio. Si uerò consultus fuisset
Princeps super sententia ferenda qua profertur
secundum eius responsum: si pars habuit copiam
relationis, & consensit, & resistere non potest: si
non habuit uel contradixit: tunc uel appellare po
terit: uel saltem refutatorias preces offerre Prin-
cipi: ut C. e. tit. l. 1. ff. de app. l. 1. §. 1. ubi autem
princeps aliquem articulum diffinisset, postquam
iudex ferret sententiam diffinitiuam, ualeret ap-
pellatio interposita non directè contra responsum
principis si instante eius responso: aliàs esset ini-
qua.*

d Forma

d Forma. Ista & omnes sequentes fuerunt Ioan. de Deo, vbi suprà primo, & plenius secundo.

e In Christo. Hodie non ponimus in Christo: ut patet in forma seq.

f Actoris. Super hoc uide quod scripsi de app. cum speciali. super 4. glo. & hoc exemplum non fuit Io. de Deo, sed autoris.

Quis sit relationis effectus.

EFFECTVS autem relationis seu consultationis est, ut causa uel etiam consultatione pendente, nihil debeat innouari, uel de causæ meritis inquiri, uel aliquid fieri: aliàs irritum id habetur. C. eo. l. 1. extra de off. leg. c. licet. & de post. præla. bonæ. 2. §. nec nocebat. C. de app. ex illo. 2. quæstione prima nomen. 3. q. 6. multum. In omnibus enim his expectandum est superioris responsum. 6. q. 3. denique. Veruntamen secundum B. [a] quamuis relatio fuerit per iudicem approbata, tamen prius quàm facta sit, potest ea commissa de partium consensu in causa procedi. arg. C. eo. l. 2. arg. contra. extra de off. deleg. significantibus. [b] Quid si iudex & una pars consentit relationi faciendæ, altera uerò non? Videtur quòd iudex possit pœnitere: quia certum est, eum nondum retulisse, quamuis referre uoluerit. arg. ff. rem ra. habe. amplius. Si uerò altera pars consentit: tunc altera parte instante quòd fiat, fiet sibi copia ipsius. extra de app. intimasti. Quid si iam relationem partibus edidit, & postea partes consenserunt quòd cognoscat, nec relatio procedat? Respon. locus est pœnitentiæ: dummodo iudex consentiat. argu. ff. de pac. ab emptione. ex. de reg. iur. c. 1. nisi iã fuerit superiori præsentata. argu. ex. de postu. præla. bonæ. 2. §. nec nocebat. arg. contra ex. de off. deleg. significantibus. Sol. secundum dominũ meum ut in præd. c. intimasti. in fi. [c]

ADDITIO.

a Effectus. Secundum B. in decre. licet. de offic. lega.


b Significantibus. Pro solutione datur hæc in fin. ult. gl.

c In fin. Et ibi scripsi in fin. ultima glossa, scilicet quòd ibi iurisdictio erat extincta, hic suspensa.

Bald. De relationibus.

AN Iudex in relatione debeat admittere aliquem periurum & calumniatorem? Videtur quòd non: quia hoc est potius iudicium quàm consultatio. dic contra, si ex actis apparet. §. de quibus. uersi. sed pone ecce. G. Auditores palatij domini Papæ, debent audire & referre, non iudicare, nisi ex mandato domini Papæ. §. pe. uer. fi. G. uide infrà, tit. prox.

a De remissionibus. [a] Rubrica.



SEQVITVR uidere de remissionibus: in quo uidendum. Quid sit remissio. Quæ in ea sunt consideranda. In quibus casibus sit facienda. Qualiter fieri debet. Quid sit officium eius, ad quem remissio fit. Vltimo de remissione, quæ fit à superiori ad iudices inferiores, dicemus.

ADDITIO.

a Supple causarum. De remißionibus enim personarum suprà, ad iudicem delicti non tractat hæc rub. de illa autem habetur extra, de rapto. cap. primo, & in authent. vt nulli iud. §. si quis uerò comprehensorum. & not. in Cle. de re iudic. pastoralis. in gloss. sed nunquid de iure. De remissionibus etiam indulgentiarum, rubricam habemus, sed nil ad propositum. De remißionibus autem iurium, puta quas facit substitutus instituto rogato de restituenda: & an diuisio habeat vim remissionis, not. & dicam infrà, de testa. §. primo, uersiculo. item quid si duobus. Nullus autem ex practicis posuit hanc rubri. Imò ut dicit autor super rub. prox. in princ. antiqui promiscuè de relationibus & remißionibus loquebantur. vnde autem huic rub. autor traxerit alimentum, dicam super nigro. Sequitur uidere, quid sit remißio.

Remissio quid sit.

QVID sit remissio, planum est. Est enim remissio id, quod ipsum nomen sonat: quia nomina debent esse consona rebus. Inst. de dona. §. est aliud. 16. q. 1. si cupis. Vnde remissio est causæ commissæ ad committentem facta remissio. extra, de elect. dudum. 1. & dixi suprà ti. proxi. in princ. & in sequentibus apparebit.

SVMMARIVM.

In remissione quæ sint consideranda.

1 Parte contumace, amplius non citata, an possit superior procedere.

2 *Superiori licet delegati sui iurisdictionem reuocare.*

3 *Delegati processus, ante reuocationem iurisdictionis habitus, ratus erit.*

4 *Iudex sciens causam appellationis alteri commissam, debet ab ea cessare.*

QVAE autem in remissione facienda consideranda sint, breuiter supponamus. Et quidem considerandum est, an fiat partibus consentientibus, uel saltem non appellantibus: uel an fiat alterutra contradicente & appellante. Si enim partes consentiunt, uel non appellant, ei statur. extra, de pur. ca. cum dilectus. §. his igitur, uers. 1. Et terminus ad comparendum coram superiore remittente partibus præfixus, pro peremptorio est habendus: ar. extra, de app. sæpe. §. quia tamen. Si uerò fit per appellationem, ei non creditur, nisi ex alijs actis sine circunstantijs roboretur. 2. q. 6. biduum. C. de rela. l. 1. Sed & si fiat altera partium absente, etiam per contumaciam: adhuc non uidetur ei credendum, nisi alia probatio adsit: termini tamen assignatio bene ualet: ut extra, de
2 testi. cum olim. † Vnde & parte contumace amplius non citata, procedit superiori sicut & iudex mittens, poterat contumaces absentia non obstante, secundum Inn. 4.[a] Ego tamen semper cito in audientia. arg. ff. de euic. in fin. quòd si pars, quam iudex inferior retulit contumacem, ueniat coram Papa uel alio superiore, dicens: Domine, nunquam fui contumax, sed appellans recessi ab eo: & causam appellationis obtinui à uobis committi alij: tunc superior, si uerum est quòd commiserit, non credet remissioni: sed remittet partes ad iudicem, super appellatione obtentum, qui de appellatione cognoscet: & an sit reuocandum uel non, quicquid factum est post appellationem: uel etiam si maluerit, ipse supe-
2 rior de his cognoscet. † Bene enim sibi licet delegati sui reuocare iurisdictionem. ff. de iud. iudicium soluitur. nedum expressè, sed etiam tacitè,
b cognoscendo uidelicet, uel alij committendo.[b] ar. extra, de concef. præben. quia diuersitatem. §.
3 1. extra, de off. dele. pastoralis. §. præterea. † Tamen totus processus delegati ante reuocationem commissionis habitus, ratus erit. ar. extra de rest. spo. aud. §. 1. Sed & si iudex commissionis causã, quæ iam instante parte commissa erat alij, ut de appellatione cognosceret, iterum postmodum cõmittat alij, & propter hoc inter ipsos iudices sit de iurisdictione contentio: dicunt quidã sopiendã esse, secundum decre. ex. de rescr. pastoralis. resp. 1. In die quòd ad hunc secundum iudicem, cui cõmissa est causa remissa, nihil aliud pertinet nisi cognoscere, an causa appellationis prius alij fuerit commissa. Nam ex quo de hoc constiterit, debet partes ad illum remittere iudicem, cui causa appellationis prius commissa fuerat: & ad quem pertinet cognoscere, an sit sua iurisdictio. Sic enim seruatur in iudice appellationis. extra de rescrip.
4 dilectus filius. 2. §. fin. † Sed nunquid eodem modo iudex, qui causam remisit statim, ex quo scit causam appellationis ab eo interpositæ alij esse commissam: debet cessare, & remittere causam ad iudicem, cui est commissa? Respondeo, si scit uel credit, quòd causa appellationis sit legitima & uera, prudenter facit si supersedet. Si enim processerit & postea constiterit causam appellationis legitimam esse & ueram: cassabitur quicquid per eum factum fuerit: ut not. extra de appel. interposita. & cap. Romana. §. si uerò. & §. seq. Si autem pro constanti habet appellationem esse iniustam, securè procedet: eodem etiam modo iudex, cui causa remissa commissa est, si indubitanter confidit quod appellatio sit iniusta: non obstante quòd causa eiusdem appellationis alij sit commissa, securè procedat: & tenebit quicquid ab eo fiat: dummodo declaretur postea per diffinitiuam sententiam, quòd appellatio fuit temeraria & iniusta: ut not. in prædicto §. uerò. & sequen. secundum Papam. & adde quod est infrà, §. uidendum. Generaliter autem uerum est, quòd iudex postquam causam remisit, non potest ulterius de causa se intromittere: ut s. tit. proxi. §. effectus. in principio.

ADDITIO.

a *Quæ autem. Innoc. 4. Cuius fuit ferè ad literam totus iste §. ut scripsi post eum de appel. intimasti. in 1. col.*

b *Committendo. Supple scienter.*

SVMMARIVM.

Remissio in quibus casibus sit facienda.

1 *Lite pendente, potest fieri causæ aduocatio: qua facta, non debet prior iudex in causa procedere.*

2 *Superior an de causa cognoscere debeat, ex vi aduocationis aut reuocationis.*

Pars appellans an sibi præiudicet literas aduocatorias præsentando.

3 *Literæ post reuocationem factæ, an ualeant.*

NVNC videamus in quibus casibus sit remissio facienda. Et quidem facienda est in omnibus maioribus causis: quæ habẽt per superiorem tractari. extra de app. ut debitus. in fin. extra de bapt. maiores. 12. distin. c. 2. extra de transac. cap. 1. de hoc extra de
a off. leg. quod translationem.[a] Item fit quandoque propter defectũ iurisdictionis, quam quis habet templenam. ut quia est legatus proconsulis: uel quia est ei tantum cognitio demandata: ut ff. de offic. procon. solent. & l. si quid. & C. ad leg. Corn. de fal. ubi. Item fit quandoque ex necessitate, puta quando causam committens id iubet.

iubet. Vt si mandat quòd delegatus pronunciet,
si de partium processerit uoluntate. Alioquin ne-
gocium remittat ad delegantem sufficienter in-
structum: ut extra de rescr. ex parte decani. §.
petet te. extra de elec. dudum, primo. respon. pri-
mo, & cap. scriptum. §. primo, uersic. & si partes,
&c. uel etiam si mandatur, ut intra certum tem-
pus causa remittatur: uel si certum tempus non
adijciatur: uel etiam si mandetur, ut causa suffi-
cienter instructa remittatur: uel etiam si mande-
tur ut instructa uel non instructa remittatur. Istis
enim modis scribi sæpe & similibus consueuit: &
tunc iuxta formam mandati, est remissio facien-
da. Idem quoque est, cùm demandatur testium
uel instrumentorum receptio & huiusmodi. Idem
etiam est cùm superior reuocat ad se negocium:
a & iudex sibi processum causæ remittit. † Et no.
b b quòd lite pendente, potest fieri aduocatio cau
sæ: & ea facta, non debet prior iudex in causa
procedere. extra ut lite pendente. ecclesia. §.
nunc ostendendum. uersiculo 33. & §. superest.
& uersiculo cæterùm licet. sed post sententiam,
non potest aduocari: ut quinta quæstione ulti-
ma quod bene. nisi per querelam falsi, hoc per
superiorem fiat. C. de fal. querelam. uel per sup
plicationem, uel per appellationem interposi-
tam, uel per in integrum restitutionem: sed tunc
non propriè dicitur aduocari. quid ergo si ad-
uocatio superueniat post latam sententiam, à
qua non extitit appellatum? Respon. non ualet
nisi fiat per in integrum restitutionem: uel per
2 querelam falsi, ut dixi. † Quid si fuit appella-
tum, tamen aduocatoriæ literæ uenerunt, & ob-
latæ sunt: nunquid cognoscet superior ex ui ad-
c uocationis: an uerò ex ui reuocationis: c uel
an pars appellans præiudicet sibi literas aduoca-
torias præsentando? Et dicit Vinc. quòd sic, si
in eis exprimitur aliqua causa, quare superior
aduocet ad se causam: quia beneficium aduoca-
tionis post sententiam, extraordinarium est: sed
si nulla causa exprimitur in eis, non potest præ-
iudicare appellationi: quia etiam natura ap-
pellationis est, ut trahat causam ad superiorem:
ut secunda quæstione sexta anteriorum. & l. ap-
3 pellatione. extra de app. ex insinuatione. † Quid
iuris sit de literis reuocatorijs, & de his quæ po-
stea fiunt: habetur extra, de resti. spol. audi.
Item quæ fiunt post reuocationem, non ualent.
extra, de app. ut nostrum. de offic. lega. nouit.
aliàs autem si remissio fiat ut iudex a iudicando
exoneretur, non ualet quod agitur. C. eod. l. pri-
ma. extra, de offic. deleg. capitu. prudentiam. §.
adijcimus. Imò punitur in decem lib. auri. in
authent. in medio litis non fieri sacras iussi. §. si
uerò aliqua. columna octaua, nisi fortè referat:
quia non habet plenam iurisdictionem: ut quia
est legatus uel proconsul: uel quia tantùm co-
gnitio erat ei demandata: ut auditoribus pala-
tij domini Papæ: ut supra titulo proximo. §. qua
liter. uersicu. fin. ff. de offic. procon. solent. & l.
si quid. & in prædicta l. ubi. uel quia erat peda-
neus: ut secunda quæstione sexta, cap. diffiniti-
ua. §. item cum certa. nec tenet remissio sine
causa facta: ut C. de peda. iudi. l. tertia, & no-
ta quòd tunc demum remissio uel etiam relatio
tenet: cùm fit per suum iudicem: aliàs contra,
extra de offic. lega. licet. quamuis quandoque
legatus apostolicæ sedis, negotium examinet ut
super facto plenius Papam informet: licet in eo
iudex non sit: ut extra de appell. cōstitutis. in præ 1
d sentia nostra. Archid. claro modo. d

ADDITIO.

*a Translationem. Licet suprà dixerit per superio-
rem tantùm: tamen omnes concordantiæ de Pa-
pa loquuntur. & sic loquendo, sicut subtiliza-
uit autor, & bene, diuidendo relationes à re-
missionibus: vt dixi suprà titulo proximo, in
princ. sic hic distinguere debuit inter remitte-
re & referre. Absurdum enim videtur, quòd
causam remittat is, qui nil habet cognitionis
vel iurisdictionis in causa: vt ipse autor fate-
tur infrà, uersicu. fin. Remißio enim sonat in
quandam necessitatem adeundi ad eum, ad quem
fit: vt patet per inferiora. nunquid si vacan-
te vno episcopatu, petatur à legato uel archie-
piscopo quòd uniat illum alteri episcopatui, re-
mittet illos ad Papam. Item quæritur si ab eo-
rum altero petatur ecclesia erigi in Cathedra-
lem: uel petit illegitimus dispensari per episco-
pum ad sacros: nunquid isti, & his similes re-
missi ad Papam ire tenebuntur? absit. Non di-
ceret ergo legatus archiepiscopus uel episcopus
prædicti: remitto vos ad Papam: sed diceret,
non possumus quæ petitis: sed si ad hoc intendi-
tis, requiratis Papam. & istud secundum pos-
sunt omittere. Textus ergo hic alleg. non dicunt
causas remittendas, sed referendas. quod intel-
ligi debet secundum decre. primo de transla. ubi
dicitur proferendas: quod etiam sonat inde fe-
rendas. Fateor quòd etiam in his terminis, est
dare casum quo procederet uera remissio, s. ar-
ctans partes ad eundem, s. quando duodecim epi-
scopi audiuissent causam criminalem: ad deposi-
tionem episcopi, qui sicut habent illam instru-
ctam ad Papam remittere: sic & partes ire. 3. q.
6. accusatis. cum 2. capitulis seq. 5. q. 4. duode-
cim. & pro tanto dixeram, qui nil habet cogni-
tionis, &c.*

b Et no. Hic incipit gl. Vin.

*c Reuocationis. Debet dicere appellationis. ponit
Vinc. de procura. auditis.*

*d Modo. Propter duas decr. tit. quæ incipiunt consti.
in tantum expressit.*

SVMMARIVM.

Remisſio qualiter fit facienda.

1 *Iuriſdictio an & quando lapſu ſtatuti temporis, finiri dicatur.*

2 *Terminus per iudicem à quo appellatur præfixus, quo partes habeant coram ſuperiore proſequi, dicitur peremptorius.*

3 *Terminus proſequendi coram ſuperiore cauſam, quo caſu non debeat aſsignari appellanti.*

4 *Cauſa appellationis, an debeat cauſam principalem præcedere.*

Terminis aſsignatio in cauſa appellationis, qua ratione fieri dicatur.

5 *Superiore, ad quem cauſa remiſſa eſt, appellantem citante in cauſa principali nulla mentione facta de appellatione, an ſibi ſufficiat excuſatorem mittere.*

6 *Cauſa intra certum tempus alicui commiſſa decidenda, an poſſit ab eo cui commiſſa eſt, intra tempus ſtatutum remitti.*

7 *Reus contra quem facta eſt remiſsio extraordinaria, aut non legitima, uenit abſoluendus: & ad ſuum ordinarium remittendus.*

8 *Partes, quibus caſibus poſſint in cauſa appellare, & ſuper appellatione literas impetrare, non facta mentione de remiſsione.*

9 *Actor quo caſu non admittatur de ratero ad probandum de eo, de quo uoluit cauſam inſtrui.*

10 *Iudex non dicitur, priuſquam incipiat iuriſdictione uti.*

11 *Cauſa ſemper eſt ab eo, cui commiſſa eſt, remittenda.*

VIDENDVM reſtat, qualiter remiſſio facienda ſit. Et quidem is, cui ſub aliqua formarum ſuprà proxi. §. præſcriptarum præſcriptum eſt, debet exequi fideliter quod mandauit: ſiue debeat teſtes & inſtrumenta recipere, ſiue cauſam examinare: & ſiue intra certum tempus, ſiue non certum remittere debuerit: faciat ſicut eſt ei iniunctum. Vt igitur ſibi certum tempus præfixum fuerit, in tra quod expediat quod mandatur: alioquin cauſam remittat, &c. eo lapſo ſiue perfecerit quod iniunctum extitit: ſiue non citet partes, ut die certa peremptoriè compareant coram eo ad uidendum & audiendum remiſsionem, quam facere intendit: prout in mandatis receperit: & tunc ſiue uenerint, ſiue non, poteſt & debet ratione ſuæ iuriſdictionis ſemper poſt terminum etiam in infinitum, niſi ab eo reuocetur mandatum, remiſsionem facere, & certum diem ad comparendum ſufficienter coram ſuperiore partibus aſsignare: extra de app. cordi. extra de accu. §. ſi. ſecundum formam poſitam extra de teſt. cùm olim. in ſi. & c. ad hoc. aliàs incipit, præſentium. §. cæterùm. lib. 6. & de do. & contu. c. ſi. quem etiam terminũ debet eis poſtea ſignificare, ſi abſẽtes ſunt, & reperiri poſſunt: alioquin hoc faciat publicari, uel ante domum uel in eccleſia contumacis: ut extra de cleri. non reſid. ex tuæ. de do. & contuma. c. ſi. & de eo, qui mit. in poſſeſ. cauſa rei ſeruan. c. ſi.
1 † Non enim iuriſdictio eius finita eſt per lapſum ſtatuti temporis: quia licet id uerum ſit, quo ad cauſæ examinationem & diffinitionem: non tamẽ quo ad faciendam remiſsionem, ut infrà apparebit quam & intra ipſum tẽpus facere nequit quandoque: ut ĩ. uerſ. hoc etiam eſt notandum. & hoc probat ſecunda pars mandati, quæ dicit: alioquin cauſam remittas, &c. quaſi dicat: ſi intra dictum tempus cauſam non expedieris, ipſam nobis remittas. Hunc quoque terminum iudex aſsignare poterit, ſicue puto: licet in literis cõmiſsionis nõ
2 fuerit id expreſſum: ut in præ. concor. † Eo enim ipſo quòd ei aliquis articulus committitur, uidetur per conſequens commiſſum, quòd partes ad priorem remittat iudicem: ne cauſa abſque termino remaneat. Nam &, quod plus eſt, iudex à quo appellatur, præfigit terminum partibus, quo corã ſuperiore proſequantur appellationem: extra de appel. perſonas. Multò fortius id poteſt, ubi non
a eſt appellatum, [a] & talis terminus aſsignatus intelligitur peremptorius: ut ĩ. §. quæ autẽ: Demũ ad ſuperiorem, à quo mandatum recepit, ſcribat qualiter tale mandatum ab eo recepit: ponendo illud de uerbo ad uerbum: & conſequenter inſerat, qualiter proceſſit: & quicquid fecit uel facere nequiuit. extra de elec. dudum. 1. §. cum autẽ. nihil falſitatis adiungndo: ſed cuncta purè & fideliter referendo. 3. q. 9. pura. extra de re iud. cum Bertholdus. uerſic. qui cum nobis omnia fideliter, &c. & de do. & contu. cùm olim. Poſtmodum etiam adiungat, qualiter cauſam ipſam iuxta formam mandati traditi ſibi, remittit. & alia, quæ habes infrà, uerſ. in ſumma. ibi: quia & ſi non plenè, &c. Vltimò uerò dicat, qualiter terminum, & quem partibus aſsignauit ad præſentandum ſe coram ſuperiore uel ad audiendam ſententiam, uel ad aliud: prout natura cauſæ & forma mandati re
3 quirit. † Verum [b] ſi priuſquam is, cui teſtium re
b ceptio uel aliquis articulus committitur, procedere incipiat, appellatur ab eo iuſta cauſa expreſſa, de qua tamen dubitatur, an ſit uera, & quam appellans ſe non obtulit probaturum: ſi poſtea procedat, & contingat eum remittere negocium ad ſuperiorem: non poteſt aliquem terminum appellanti aſsignare. quod ſic probo. In cauſa enim appellationis, ſ. ut eam proſequatur, non po
c teſt: cùm ei non detulerit. [c] Sed ſi poſt appellationem proceſſerit in articulo ſibi commiſſo. Itẽ in cauſa principali, ſuper cuius articulo proceſſit, non poteſt. fruſtra enim ibi non aſsignaretur: quia in ea non procedetur, niſi prius inquiratur de ueritate appellationis: ut extra de appel. ue debitus honor. & c. interpoſita. quod adeò uerum

eſt,

est, quòd si delegans forte ignorans procedat in
principali, quia delegatus nihil sibi significauerit
de appellatione facta a se, non ualebit processus
eius: quia dolose aduersarius tacuit appellatio-
nem aduersarij: quam si dixisset, iudex non pro-
cessisset, uel procedere non debuisset contra non
4 legitime citatum, & ordine peruerso. † Cum
causa appellationis debuisset causam præcedere
principalem: secundæ quæstione sexta §. diffini-
tiua. uer. si prolatam. & in præ. c. ut debitus. &
eod. tit. interposita. ff. de iudi. si prætor. Si uerò nul
lam causam assignasset suæ appellationis, quam
ante sententiam emisit, cum constet talem appel-
lationem nullam esse: ut in præ. cap. debitus.
nunc bene potest assignare terminum: licet ea
parte præsente tenuerit tantum receptio testium:
quia termini assignatio fit magis ratione iudicis,
ad quem appellatur, quàm eius, à quo appellatur,
secundum Papam, qui hoc not. extra de accu. c. si.
d [d] † Item not. quòd si superior, ad quem est causa
5 remissa, citet appellantem in causa principali, non
facta mentione de appellatione: sufficit sibi ex-
cusatorem mittere. quod dic ut suprà de cita. §.
e sequitur. uersi. postremo. [e] Hoc [f] quoque scien-
f dum est, quòd si mandetur alicui quòd remittat
causam instructam, & etiam quocunque de mo-
dis dictis suprà §. proxi. semper sufficit causam re
mittere cum ea instructione, & cum illis actis,
quæ iudex recepit, & quæ partes uoluerint & po-
tuerint producere coram eo, etiam si non sit ple-
nè instructa: & semper potest remissor partibus
certum terminum assignare, quo coram superio-
6 re compareant, ut prædixi. † Hoc etiam est no-
tandum, quòd is, cui causa, seu aliquis articulus
intra certum tempus, puta sex mensium deciden-
dus committitur, aut alioquin remittat, &c. non
potest illud intra tempus remittere: quod si fece-
rit, nihil agit, nisi de consensu partium fiat: etiã
si penultima uel ultima die termini remittit. &
g sic curia seruat. [g] Hæc est ratio, quòd totum ipsum
tempus, est datum ad id, quod iniungitur, finien
dum, & non ad remittendum. Vnde si intra illud
fiat remissio, non ualet: tum quia à non suo iudi-
ce fit: ut extra de iudi. at si clerici. tum quia fit
contra formam mandati. ex. de rescrip. cum dile-
cta. ad fi. tum quia prohibitæ sunt remissiones,
causa iudicij detrectandi factæ: ut s. §. proxi. ibi:
uel autem &c. Et ideo quantuncunque impedia-
tur iudex, non ualet remissio intra hoc tempus fa
cta: nisi fiat de partium consensu. argum. ex. de
h offic. deleg. de causis. [h] † Sed quid si fiat intra id
7 tempus? Respond. si reus, contra quem facta est,
comparuerit coram eo, cui facta est, hoc obijciens
coram eo: absoluendus est de iuris rigore, & ad
suum ordinarium remittendus, cum causa sit in
curia per reuocationem uel per appellationem,
uel per alios modos, per quos causæ ad superio-
rem referuntur, qui non interuenerunt, nec per
hanc remissionem, quæ nulla est, ut dixi, & quæ
partes per consequens non adstringat. argum. ex.
de elect. bonæ 2. in fin. per quod etiam apparet,
quòd si reus non compareat, non est contumax
reputandus. Verum si ambæ partes sufficienter
instructæ, ad diem sibi assignatam compareant

coram Papa, satis æquum est: & ex mente man-
dati colligi potest, quòd Papa causam audiat, uel
alij audiendam committat: & maxime ubi reus
non habet alium iudicem, quàm Papam: & si re-
missio nulla sit, certum est tamen quòd Papa a-
ctori impetranti uoluit prouidere. & ad se, si per
illum, cui hoc committebat, non diffiniretur ne-
gocium, finaliter reuocare. Aequum igitur est,
ut ex quo partes præsentes sunt, in negocio pro-
cedatur. argum. ff. si cer. pe. quidam. ff. de nou.
ope. nunc. l. 1. §. & post operis. nec debet actori
præiudicare, quod per iudicis imprudentiam fit.
ar. extra de emp. & uend. c. fi. Nec obstat si dicit
reus, Modis omnibus peto ad Papam remitti.
Potest enim sibi responderi, Frater, non est ma-
litijs hominum indulgendum: qui nihil allaturi
sunt, nisi ut officiant. ff. de rei uend. in fundo.
extra de rescrip. plerunque. Ex hoc enim nil aliud
referes, nisi quandam dilationem malitiosam:
cum & statim negocium possit sub eadem forma
committi: & remissione ad curiam legitime fa-
cta, necesse haberes iterũ ibi comparere & respon
dere: nil ergo consequeretur, nisi malitiosam di-
lationem: & sic forsan contra conscientiam deti-
neret alienum. Vnde æquius est, ut tunc in curia
respondeat, & procedat, cum partes ibidem præ-
sentes sint, & sufficienter instructæ: ut dixi. &
cum Papa sit ordinarius singulorum: 9. quæst. 3.
cuncta. extra de foro compe. cap. fi. nec pro alia
causa illuc uenerint, ut prædixi: ideoque iudi-
cium reddetur in inuitum. ff. de uerb. oblig. in-
ter stipulantem. §. 1. Cautum igitur esse oportet
eum, cui sub prædicta forma scribitur. Nam in-
tra tempus deputatum non potest remittere: nec
potest illud in causa procedere, nisi prius consen-
su partium fuerit prorogatum: ut in præd. cap. de
causis. & infrà uer. in summa. unde tempore ela-
pso, & non intra illud, siue processerit, siue non,
8 causam remittat. † Et scias secundum Innoc. 4.
i [i] quòd in omnibus causis positis suprà proxi. licet
partibus ex causa appellare, & super appellatio-
ne sua literas impetrare, non facta mentione de
remissione à primis iudicibus facienda: quia
nec semper præcipitur remissionem fieri propter
hoc quòd superior uelit de negocio iudicare:
tunc enim oportet de remissione fieri mentio-
nem. ar. extra de appe. ut nostrum. de offi. deleg.
super quæstionum. §. uerum. uer. cum autem.
imò quando fit, quia partes non confidunt de iu-
dicibus in diffinitione, licet considerant in cau-
sæ examinatione. extra de rescrip. ex parte de-
cani. & de elect. dudum. 1. Sed & quandoque
expedit in uno loco inquiri de uno articulo, &
in alio loco sententiari. extra de electio. scri-
9 ptum. † In summa [k] nota quòd ubi negocium
k intra certum tempus instruendum mandatur,
& postea remittendum: hoc tempus pro perem-
ptorio habetur: ita quòd etiam coram iudice,
ad quem fit remissio, neutra partium admittetur
de cætero ad probandum, secundum ea, quæ not.
infrà de sent. §. nunc uidendum. uer. illud au-
tem. Et propter hoc dicunt quidam quòd si ali-
cui committatur ut intra certum tempus instruat
causam: & ex tunc causam instructam remit-

tat: ex quo repræsentata est iudicialis commissio, iudex adueniente fine termini præstituri, etiam nulla instructione in causa recepta, & etiam reo intra ipsum terminum non citato, potest tunc citare reum: & ei diem præfigere, quo coram delegato compareat, in negocio processurus. extra de testibus cum olim. Nec potest reus dicere se grauari: quia actor super eo, super quo uoluit causam instrui, non admittetur de cætero ad probandum: imò ei perpetuum silentium imponetur: & sibi imputet, quia intra certum terminum non probauit. argum. C. de inge. ma. diffamati. & extra de restit. spo. frequens. §. penult. & de proba. licet. respon. primo uersicu. super quo. Nec obstat si dicitur quòd ordo in rescripto commissionis contentus, scilicet ut primò instruatur, & postea remittatur, omissus fuit: ideoque non ualet remissio. Nam bene est causa instructa, quia contra contumacem sententia ferri potest. Vel dic hoc, quòd occurrunt duo principalia mandata: unum de instructione: aliud de remissione. Vnde si iudex non potuit primum propter negligentiam partis exequi: quod nec ab eo solo, sed à parte, quæ probare habet, dependet, tenetur saltem ad secundum, scilicet ad remissionem faciendam: quod ex se solo dependet. arg. extra de rescrip. constitutus. respon. 1. & de do. & contu. cum dilecti. §. præterea. uersi. primo extra de offic. delega. cum super. Alij dicunt, & fortè melius, quòd si iudex prius citauerit partes ad cedendum super instructione negocij, non potest ipsum remittere, quia nec merus citator est.
10 † Sed nec iudex est, priusquam incipiat iurisdictione uti. extra de offic. delega. relatum. & c. gratum. extra de rescrip. pastoralis. in fine. Postquam autem partes citauerit, potest forte negocium ipsum remittere: quia & si non plene remittit, tamen, prout potest, instructum, scilicet quia dicit, quomodo citauit partes, & quomodo obtulit se paratum ad procedendum, & quomodo actor procedere noluit: & etiam si expedierit, dicet, quomodo dedit reo potestatem dicendi quicquid uellet: & sic de alijs factis uel omissis. Sed contra: quia non ualet remissio, nisi plena: imò puniendus est iudex contra faciens, ut C. de relat. nec causas. C. de legi. l. 2. & l. humanum. & extra de elect. dudum. §. cum autem. Sed dic illud uerum esse quando fieri potest: & est quod iudici ualeat imputari: aliàs autem sufficit facere quod potest 22. quæst. 2. faciat homo. ff. de regul. iur. impossibilium. extra de pac. l cap. fin. [l] † Sed numquid iudex ad quem talis com-
11 missio impetratur, debet condemnare in expensis actorem si fecit citari reum, & nullam probationem induxerit super instructione causæ? Respond. sic. ar. de rescrip. cæterum. in fi. & c. fi. in fi. & de do. & contu. finem. semper etiam debet causam remittere, ex quo sibi iniunctum est, licet aliqui contradicant. extra de rescrip. cum dilecta. Alij dicunt hunc terminum uim peremptorij non habere: uerum ubi mandatur quòd iudex causam instructam uel non instructam remittat,
m [m] cessant prædictæ opiniones: hic enim nullus error est, si iudex causam non instructam remittat: cum hoc sibi expresse mandetur: & tunc facta remissione, poterit iterum noua relatio dari impetranti: quia nec expresse nec tacite consensisse uidetur, hunc terminum peremptorium esse: secundum ea quæ not. in præ. uer. illud autem. & supra uer. in summa. imò contrarium innuit pars illa mandati, qua dicitur quòd etiam non instructam remittat: nisi forte aliud esset actum. Nisi dicas quòd is qui dilationem obtinuit, probare potuit, sed quia neglexit, sibi debeat imputare, ut patet suprà uer. in summa. hoc not. In-
n noc. extra de appel. super eo. [n]

ADDITIO.

a *Appellatum. Secundum Innoc. ubi patet infrà.*
b *Verum. Reassumit uerba Innoc.*
c *Detulerit. Non uidetur hæc sufficiens ratio: de appel. oblata. in princip. & eo tit. de appel. lib. 6.*
d *C fi. ubi in glo. quæ incip. dicit Innoc. hoc dicendo remissi.*
e *Postremo. Vbi posuit quid in eo. c. de hoc notauit Innoc.*
f *Hoc. Inchoant uerba Innoc. & Host. quæ scripsi in c. int. masti. ad fi. 1. col uersi. etiam circa. & durant hæc usque ad uersi. in summa.*
g *Seruat. Dixit Host. ubi suprà quòd hoc sibi de facto acciderat.*
h *Causis. Vide simile quod not. supra de cita. §. 1. uer. sed pone Papa. & quod ibi dixi.*
i *Quartum. Vbi suprà.*
k *In summa. Incipiunt uerba Innoc. ubi dicitur de hoc infin.*
l *C fi. Vel illud uerum quando sponte defert. secus si mandatum eum arctat ad id.*
m *Remittat. De qua forma suprà proxi. §. post princip.*
n *Super eod. quæst. suprà in summa. circa totum, ibi uide.*

SVMMARIVM.

Officium illius ad quem fit remissio quod sit.

1 *Sigilla in literis incognita quo casu sint probanda uel non.*
2 *Altera partium tantum coram superiore præsente, an possit ipse superior remissionem admittere.*
3 *Remissione facta superior ad quem fit debet eam & singula diligenter examinare.*
4 *Remissio iudicum ad curiam missa, an fidem faciat ut eorum literis credatur.*

5 Literi

5 *Literis iudicum uel executorum quo pacto sit credendum.*

6 *Iudice uel executore testificante coram se appellatum esse, an sit eis credendum.*

7 *Clausula specialis in rescripto apposita, reddit illud quandoque fide dignum.*

VTILE censemus esse dicere qualiter se habebit is ad quem negocium remittitur. Et quidem ipsa remissione recepta priusquam eam aperiat, citabit partes, ut contra eius apertionem objiciat, quod de iure uiderint objiciendum, quòd si nihil opponant, ipse partibus præsentibus aperiat, & terminum ad recipiendum copiam de illa præfigat, ut contra eam possint objicere quod libebit, ut extra de pro cu. in nostra. sed si temere dixerint punientur, ut extra de pœ. dilectus. puta in expensis, & aliter ff. si quis ius dicen. nõ ob. l. 1. sed & si proponatur, ipsam non fore aperiendam: & super hoc diutius disputetur, iudex ex causa sibijpsi aperire potest; non tamen partibus: quemadmodum & in attestatione fieri consueuit. De apertione autem remissionis debet fieri publicum instrumentum in quo describantur signa, literæ, seu characteres si-
1 gillorum sub quibus mittitur introclusa. † Quid
a si sunt sigilla incognita? Respon. [a] Si partes stent eis coram superiore bene est, ut infra uer. sed nunquid. alioqnin est probatio eorum facienda, extra de cle. pere. cap. 1. de fide instrum. quod super his. Si autem sint duo uel plures, eis creditur postquam imposita eis erit fides: adhibitis aliquibus iuratis qui ea recognoscant. quæ dic ut supra
2 de probat. §. uidendum. uer. 10. † Quid si altera partium tantum coram superiore præsens est? Respond. Poterit superior si sibi uideatur considerata qualitate personæ & negocij, de quo agitur recepto iuramento partis quòd talis fuit facta remissio, ipsam admittere. arg. extra de iuriur. c. fi. de procur. ex insinuatione. & c. in nostra. & imputet sibi pars quæ non ibi uenit. ar. extra de
3 appel. sæpe. & de elect. statuimus. lib. 6. † Remissione uerò aperta superior ad quem fit, eam & singula diligenter examinabit: quo facto uel admittet, uel repellet actorem, uel reum ad probandum, uel approbando prout sibi de iure uidebitur faciendum, uel cassabit processum: remittens si eum inuenerit ex tenore remissionis, uel aliter contra ordinem iuris factum, uel in se repugnantiam continere, uel etiam secundum illum ad ulteriora procedet, si eum inuenierit rite factũ, ut extra de pur. cano. c. cum dilectus. § his igitur. Quòd si plena sit remissio procedet ad sententiã: alioquin non, ut extra de elect. dudum. 1. §. cum autem. Si altera pars sit tantum præsens, ut iura contumacis & rationes contineantur in remissione, poterit procedere superior ad sententiam: aliàs non, ut in præ. §. cum autem. Cum enim quælibet pars cum actis suis debuerit comparere in termino sibi assignato: non debet contumax ulterius expectari. C. de iudi. properandum. §. si autem. sed ipsius absentia Dei præsentia repleatur, ut extra de do. & contu. ueritatis. & de eo qui mit. in pos. causa rei seruandæ. eum, qui. De officio autem eius ad quem causa per appellationem defertur, dicam infra de appel. §. de officio.
4 † Sed nunquid remissio iudicum ad curiam missa, fidem facit ut uidelicet credatur literis eorum super his quæ domino Papæ super processu scribunt? argum. quòd sic, in præd. §. his igitur. & de exces. præla. inter dilectos. §. præterea. & c. ex literis. §. 1. uer. fi. & de accus. cum dilecti. §. 1. mandamus. & de dolo. & contu. ueritatis. §. nos igitur. & de offic. deleg. cum olim. §. præterea. arg. contra. ex. de prob. quoniam contra. & ff. de cust. reo. duus. Nam etiam literis Cardinalium non creditur, ut nota. ĩ. de teste. §. 1. uersi. item quòd fuit. Soluit do. meus in præd. §. his igitur. quòd remissioni unius iudicis non creditur, ut ibi in prædi. c. quoniam contra. & hoc uidetur mos curiæ appro-
b bare, secundum eum. [b] Vel potest dici quòd remissioni unius iudicis ab una parte exhibitæ creditur tanquam authentico, seu instrumento publico si altera pars præsens non contradixit, arg. in præd. §. his igitur. & ff. de procurat. si procuratorem. Cuilibet enim creditur contra se, ut ff. de interrog. actio. de ætate. & 14. q. 2. §. 1. Vbi uerò non est pars, nec remissio habet sigillum notum & authenticum, ei non creditur. argum. extra de dolo & contuma. cap. cum olim. & de cleri. pe reg. cap. primo. Si uerò tale sigillum haberet, standum est ei, nisi pars altera contrarium probet: ad quod est admittenda. argum. extra de electio. cum inter R. seniorem. §. fi. & c. scriptum. §. 1. & de fide instrum. c. 2. Innoc. Papa quartus notat ex. de probat. post cessionem. & B. Compost. cum eo
5 super decre. de elect. statuimus. lib. 6. † quòd literis iudicum uel executorum creditur, si sint duo, ut extra de testibus. cum à nobis. & de conces. præben. accedens. & de accus. cum dilecti. in fi. Et hoc locum habet, si literæ confectæ sunt in modum actorum, designando uidelicet loca & tempora, ut c. quoniam contra. Secus si per modum relationis seu remissionis, cui non creditur, nisi multa interueniant, quæ prædiximus, scilicet quòd fiat parte altera præsente, & copiam eius recipiente: & alia de quibus habes extra de appel. in timasti. & C. de releg. l. 1. 2. & 3. Idem tamen B. not. super de-
c cret. extra de rescrip. capitulum. [c] quòd creditur literis Abbatis, dicentis se de mandato apostolicæ sedis fecisse aliquem recipi in canonicum alicuius ecclesiæ. Nam ministro creditur, in facto sibi commisso, scilicet quòd faceret eum recipi. ar. ff. de reb. eo. qui sub tut. uel cura sunt. l. magis. §. ne tamen contra in ea. l. §. item prætor. uersi. nec ni-
d mium. [d] Tu dicas quòd sigillo unius iudicis delegati uel ordinarij, uel etiam executoris partes iudicis assumentis, negocium remittentis creditur quantum ad hoc ut credatur negocium remisisse: & ut causa in curia uel coram superiore agatur: ut in primis concordan. non tamen quantum ad contenta in remissione, seu quantum ad actitata iudicialiter coram eo: etiam si ipse uoce propria, sic esse asserat: nisi quatenus legitimè &c. ut in prædicto cap. quoniam contra. Vbi uero non iudicialiter executor processit, sed certum mini-

sterium sibi iniunctum exequitur: tunc postquam de suo sigillo constat, satis in hoc sibi soli creditur refereoti: cum in hoc magnum praeiudicium non uersatur. Nam & coram superiori partes poterunt suam iustitiam consequi, & hoc curia seruat, quicquid do. meus Hostien. suprà not. & sic intelligitur praed. §. nec tamen. & argum. extra de app. cum parati. cum suis concord. multum enim interest inter ista, ut extra de offic. deleg.
6 cap. fi. in fi. † Quid ergo si iudex uel executor testificentur coram se appellatum esse? Respond. ei non creditur soli: nec etiam duobus si in formam relationis seu remissionis scribant. secus si in formam actorum, ut praemisi, secundum B. quamuis & hoc forte de iuris rigore ualeat impugnari. nam non creditur testimonijs, ut ff. de testibus. l. 3. §. item diuus. & extra de cohab. cle. & mul. tua. nisi fortè producerentur in testes, secundum ea quae not. in praedic. uer. item quòd fuit. arg. tamen quòd uni credatur: extra de appel. cordi. in prio. uer. in quibus. lib. 6. Consulo igitur iudicibus uel executoribus negocia referentibus seu remittentibus siue testificantibus ut processus seu acta coram se habita per manum publicam scribi uel saltem authentico sigillo faciant sigillari: & sic scripta seu sigillata remittant: remissionis
7 autem literam suo sigillo sigillent. † Illud autem certum est quòd ubi in rescripto, illa clausula apponitur: quicquid autem inde feceris nobis per tuas literas, tuo sigillo sigillatas studeas intimare: tunc tali inscribenti creditur propter formam iniuncti mandati. Quibus autem sigillis creditur, not. supra de prob. §. uidendum. uers. 10.

ADDITIO.

a *Vtile censemus. Resp. secundum Host. ut scripsi in dec. intimasti. super uers. exemplum. ubi uide etiam uer. seq.*

b *Eum. Vt ibi scripsi in gloss. not. secundum Hostien. & eius etiam est quod sequitur usque ad uers. Innoc.*

c *Capitulum. Vbi scripsi post glo. ad fi. 1. col. uers. sed quaeritur.*

d *Nimium. Vide quod dixi supra de teste. §. nunc tractandum. uers. hoc autem in fine.*

SVMMARIVM.

De remissionibus, quae fiunt à superioribus, ad inferiores iudices.

1 *Remissio facienda est à quo appellatum est quum in forma iudicij procedebat.*

2 *Forma rescripti circa iudicia, quum remissio facienda non potest propter dubium facti determinari.*

3 *Dicente aliquo appellatum ante diffinitiuam, si hoc falsum inueniatur, ad quem debeat fieri remissio.*

Sequitur uidere de remissionibus, quae fiunt à superioribus ad inferiores iudices, qñ appellare contingit. Super quam secundum usum Romanae curiae regulariter est tenendũ, quod si appellans primò à subdelegato ad delegatum, deinde ab ipso delegato ad Papam impetrat super appellatione, secundum ea, quae not. j. de appel. §. de offi. quoque. uer. porrò si appelletur. ibi: quòd si à subdelegatis, &c. & si non ita inuentum fuerit, uerũ esse prout impetrans asserebat: tunc ad eum, à quo nouissimè appellatũ est, debet negocium remitti: etiã si plures literae impetratae fuerint hinc & inde. ar. ex. de app. ut debitus. in fi. & 2. q. 6. in
a fi. quaest. a Si autem quod asseruit, fuerit ab impetrante probatum, procedendum est per iudicem appellationis iuxta continentiã literarũ directarũ ad eos uel subdelegatos ipsorũ: qui probantur ultimo grauauisse. Item remissio facienda est, à quo appellatũ est, cum in forma iudicij procedebat. ex.
1 de app. cor. prope fi. † Si uerò aliquis conqueratur, quod eius superior, qui in ipso iurisdictionem habebat grauabat eundem in his, quae in iudicijs uel circa iudicia non aguntur: ut in hoc exemplo.
b FORMA. b Conqueritur quis quòd suus episcopus uel archidiaconus eum indebitis exactionibus aggrauabat: & licet propter hoc ad sedem apostolicam appellasset, idem tamen in eum post appell. huiusmodi excommunicationis sententiam autoritate propria promulgauit, sic concludi potest.
FORMA. Mandamus quatenus partibus conuocatis: uel, mandamus quatenus si est ita sententiã ipsam denuncians nullã esse ac reuocans in statum debitum quicquid post appellationem huiusmodi inueneris temere attentatũ audias causam &c. faciens &c. alioquin sententiam ipsam (sicut rationabile est) prolatam, facias autoritate nostra, appellatione remota, usque ad satisfactionem condignam inuiolabiliter obseruari. & considerandum, quòd quandocunque primus iudex est officio suo functus, si fuerit diffinitiua sententia lata: debet alioquin sic obijcit.
FORMA. Alioquin sententiam ipsam, sicut iusta est, facias per censuram ecclesiasticam firmiter obseruari: uel, si est excommunicationis, sicut rationabiliter est prolata, facias autoritate nostra usq; ad satisfactionem condignam, &c. Si uerò restabat cognitio, cum fuit appellatum: tunc debet fieri remissio, prout dictum est. Item si primus iudex, qui grauasse dicitur, sit defunctus & forte fuerit delegatus in dignitate aliqua constitutus & fuerit ei scriptum, proprio nomine non expressio, ut extra de offic. deleg. quoniam. concludetur quòd procedatur in causa iuxta continentiam literarum ad talem iudicem directarum: alioquin ad eiusdem successoris partes remittatur examen. Si uerò nomen illius iudicis, à quo appellatum est, expressum fuit, & mortuus est: tunc dicatur sic: Alioquin in negocio memorato superse-
2 dere curetis. † Porrò circa iudicia, cum remissio

sio facienda est quandocunque propter dubium facti: non potest determinatè dici ad quem fit ne gocium remittendum. 11.q. 3. graue. 33. dist. habuisse.& tunc sic dicendum est.

FORMA. Alioquin partes remittas ad eos, ad quos de iure uideris remittendas:ut patere potest tunc cum aliquis conqueritur de pluribus rescri. ab eodem,& super eodem,ad diuersos iudices impetratis ita quòd unum de alio non faciebat aliquam mentionem: quo casu impetrans,coram diuersis tractus taliter aliquando conqueri consueuit, quòd talis eius aduersarius super tali re nō ut suam prosequeretur iustitiam, sed ut ipse,qui nūc impetrat fatigatus laboribus & expensis,dānosam pactionem inire uel iuri suo cedere cogatur ad diuersos: aliàs de alijs non facientes aliquam mētio nem super eodem negocio literas apostolicas impetrauit: & ad querelam huiusmodi: etiam si non fit appellatio interposita. taliter uexato in odium uexantium sedes apostolica subuenit: quia impetrator commodo caret utrarunque,ex̄.de rescr.ex tenore. propter quod impetrans sic petat: quare ita fatigatus duxit ad apostolicæ sedis prouidentiā recurrendum, & conclusio talis erit.

FORMA. Mandamus quatenus,si est ita, illum impetrantem,de quo queritur utrarunque literarum commodo carere decernens eum immoderatis expensis quas propter hoc istum fecisse constiterit,condemnare procures.ex̄.de rescr.c.fi. alioquin negocium ad eos remittas ad quos de iure ui deris remmittendum: impetrantem in expensis le gitimis &c.testes &c. Et hoc cum in modum querelæ proponitur grauamē super impetratione plurium literarum.Si uerò per eas processum fuerit, & nescitur, uel in literis quæ modo contra illas impetrantur, non dicitur quæ primò fuerint impetratæ, potest sic simpliciter concludi.

FORMA Mandamus quatenus(si ita est) illum impetrantem utrarumque literarum commodo carere decernens, ac processum per eas habitum denuncians non tenere eum immoderatis expensis, quas propter hoc reum fecisse constiterit con demnare procures: alioquin negotium ad eos ad quos, &c. ut supra,non enim ualet processus habitus per literas ipsas, ut extra, de rescri. dispendia. §. primo. † Si autem fuerit appellatum à

3 iudice ad quem impetratæ fuerunt literæ non facientes de prioribus, & processu per eas habito, aliquam mentionem pro eo: quia ipse iudex exceptionem huiusmodi non admisit: alia erit conclusio, ut supra, de rescrip. præsentata. §. ratione formæ. uersicu. porrò. sed hic articulus.& sequeu. Item cùm dicitur appellatum ante diffinitiuam, si hoc falsum inuenitur, non fit remissio ad iudicem qui functus est officio suo, ut not.infra, de appella. §. de officio quoque. uersicu. por ro si. Quod si appellatum fuerit à diffinitiua, & appellatus nimium praeocurrens & praeueniens appellantem, impetrat super confirmatione sententiæ, ad quos facienda sit tunc remissio, uide in præd.§. ratione formæ.uersicu.est & casus.

ADDITIO.

a *Quæstionis. Apertius apparet intricationis exemplum de excep. dile. quod facilè intelliges per id quod ibi dixi super ult. glo.*

b *Forma. In formulario Romanæ curiæ, sub tractatu reuocatoriarum habentur hæ formæ. & uide infra, de appel.§.de offi.8.colum. uersic.cæterum si remißio.*

Bald. De remisßionibus.

NOTA *quòd totus processus delegati factus ante reuocationem commißionis,ualet.§.quæ autem.post prin.G.Nota quod iudex postquam causam commisit, non potest ulterius se intromittere. eod.§.in fi.Gul.*

Not. quòd remißio fit uel propter causæ arduitatem uel propter defectum iurisdictionis, uel propter formam mandati, uel propter iudicium alibi cæptum. §. nunc uideamus. per G. facit extra de ord. co.cap. tuam. ff. de libe. cau. l.cognitio. §. si plures. G. Not. quòd ille, qui refert, potest assignare partibus terminum ad comparendum coram eo, ad quem remittit. §. uidendum. per G. Not. quod si mandatur alicui quòd remittat causam instructam: sufficit ei si mittat cum ea instructionem, quam recepit. quam partes uoluerunt & potuerunt producere. uersicu. hoc quoque faciendum. quod no. G. Non creditur ei quòd dicunt iudices in forma remißionis: secus si in forma actoris. §. pe. uersicu. pe. & fin. G.

PARTICVLA III.

a *De sententia, & de his quæ ipsam sequuntur.* Rubrica.



VONIAM deliberatione habita cum peritis, facta relatione iudex præsentibus partibus uel contumaciter absentibus debet ferre sententiam, ut infra.§. qualiter.ideo consequens est ut de sententijs aliqua discutiamus: b dicentes, Quid sit sententia. Quot sint eius species. A quo sit ferenda. Quando sit ferenda. Qualiter. De diuersis sententiarum formis. Quis sit sententiæ effectus. Qualiter sententia in iudicio prolata impugnetur. Et quibus remedijs uel modis, ualida sententia subleuetur,impugnetur,seu retractetur.

ADDITIO

ADDITIO.

a Pyleus quarta parte sua rubrica pe. posuit de sententia diffinitiua. Tancre. sua quarta parte in princ. posuit successiuè tres rub. quas prosequendo autor hoc innuit. primò de sen. & interlocu. secundo quæ sententia est ipso iure nulla. tertiò quomodo ualida subleuetur: & quomodo de falso agatur. Raf. de act. in fact. ex re iud. Vbert. de Bo. de sententia ordinarij & delegati. char. 2. & 3. & Ioan. de Deo de his rubr. pen. & antepe. 5. lib. Cauil. Et hac respiciunt etiam rub. infra proxi. & ipse Ioann. de Deo lib 7. ponit primam de sententia & interlocutionibus. & lib. 1. iudic. ponit rubr. de prolatione sententiæ. Vber. de Bo. & Baga. in Cauil. ponunt duas rub. primam de exceptionibus post sententiam: & secundã de impedimentis executionis, & de nullitate, & de annullatione sententiæ. Bonag. ineptissimè locauit materiam istam. in secunda enim parte intra formas libellorum posuit tractatum de appellationibus: & demum de sententijs & ipsarum nullitate & iniquitate cum post suam quartam partem finito tractatu testium & depositionum, illas duas & secundam primò ponere debuisset. Aegi. de formis sententiarum ponit 68. cap. & sequen. & capitu. 79. de ipsius nullitate ponit in 73. Alb. Gal. ponit rub. de sententijs. Nepos de Mon. al. posuit rubricam contra sententias & de eis retractandis. Guid. de Suz. ponit rubricas de sententia ferenda: & ipsius nullitate, & quis de illa cognoscat. Gallicus posuit rubricam de sententia diffinitiua.

b Discutiamus. Quærunt aliqui an diffinitiua sententia sit de actis causæ. Et videtur quòd non: quia lex 2. C. ut lit. pen. ponit pronunciationem & acta ut diuersa. Ad idem C. de appel. l. à pro consulibus. Bene facit etiam decret. quoniam contra de probat. ubi uniuersa iudicij acta conscribantur. videlicet &c. & sub illis uniuersis actis, non ponit diffinitiuam. Ad idem decre. vlt. eod. titu. de testi. presentata. ad fi. ubi iuxta acta mandatur diffinitiua ferri. Facit de appel. intimasti. & Cle. eod. titu. appellanti. de restitu. spol. cùm ad sedem. ver. nos prioris. de off. delega. cùm olim. 2. in fi. In contrarium C. de dona. sancimus. §. his insuper. & §. sin autem 2. vbi donatio quæ est principale ad quod tenditur, dicitur actis insinuari. Ad idem in auth. vt fratrum filij. §. illud. colum. 6. Facit C. de re iudic. gesta. cum suis gloss. C. de eden. l. secunda. Fortius facit de re iudic. cum æterni. lib. 6. vbi sententiæ concipiendæ & ferendæ ponuntur inter agenda causæ, per quod fateamur diffinitiuam esse de actis, cum inter acta ferri debeat, & loco iuridico. vide infra. §. qualiter. versicu. debet autem. in fi. iura quæ hoc uolunt. Nec ob. quòd ex actis fertur diffinitiua. Nam idem in interlocutoria quæ tamen est de actis, ut in decret. quoniam contra. quæ decret. etiam non obstat quæ solum super processu scribendo prouidit de diffinitiua scribenda non dixit: quia prouisum erat per alia iura, quæ uide infra. §. qualiter. in prin. & §. iuxta. uer. non ualet etiam.

ADDE quòd nomine actorum ueniat sententia, Bald. consi. 338. incip. ad officium. primo. libr. An sententia sit de processu, uide Abba. Sicu. in cap. cùm I. & A. in prin. 2. colum. extra de re iudic. & pleuè per omnes doctores extra de probat. in cap. quoniam contra.

Sententia quid sit.

SENTENTIA est iudicialis diffinitio cõtrouersiæ finem imponens, condemnationem, uel absolutionem continens, ut probatur infra. §. proxim. Excommunicatio autem uel interdictum, impropriè dicitur sententia: quia potius punit quàm causæ finem imponat. 11. quæstio. 3. nemo. Ideoque potius dici potest pœna quàm diffinitio. 24. quæstio. 3. corripiantur. Quæ autem differentia sit inter sententiam, & rem iudicatam, not. ff. de re iudic. l. prima. C. a de appel. litigatoribus. a

ADDITIO.

a Litigatoribus. Vide quòd dixi eod. titu. super rub. scilicet quòd ponitur res iudicata, largè & strictè.

ADDE Barto. in l. prima. ff. de re iudic. & quæ ibi posui.

ADDE Butr. & Abb. Sicul. & nouissimos in rubr. extra eodem titu. de sententia & re iudicata.

SVMMARIVM.

Sententiæ species quot sint.

1 Sententia interlocutoria quæ sit.
2 Vox iudicis res iudicata non semper habet autoritatem.
3 Sententia diffinitiua quæ dicatur.
4 Sententia quandoque dicitur præceptum.
5 Iudex præcipiens aliquid certa die solui, an hoc

hoc possit præcipere sub pœna dupli uel tripli.

6 *Præceptum iudicis quandoque non ualet.*
7 *Sententia quandoque mulcta nuncupatur.*
8 *Differentia inter pœnam, & mulctam.*
9 *Condemnati in arengis publicis (ut fieri solet in Italia) an sint infames.*
10 *Sententia super crimine famoso lata, semper cõdemnatum reddit infamem, licet de pœna nulla fiat mentio.*
11 *Papa an possit quo ad forum ciuile, infamiam irrogare.*
12 *Titulus ff. si quis ius dic. non obtemp. an locum habeat in potestatibus & iudicibus nostri temporis.*
13 *Iniuria plures simul irrogata, unum tantùm maleficium æstimatur.*
14 *Condemnatis tribus in centum ex eodem delicto, an unusquisque pro uirili portione condemnetur.*

SPECIES autem iudicialis sententiæ sunt
quatuor, scilicet interlocutoria, diffinitiua, præceptum, & mulcta. Est & quinta, scilicet sententia dispensationis: hæc tamen
a non semper est iudicialis. [a] † Interlocutoria est
1 quæ fertur inter principium causæ & finem: non super principali, sed super incidentibus quæstionibus uel emergentibus: puta super libello offerendo uel corrigendo, super dilatione danda uel deneganda, & similibus exceptionibus: ut extra de officio delega. significantibus. & de testi. significauerunt. & de offic. deleg. c. fin. Ex his enim iuribus probatur quòd interlocutio non est plena diffinitio, sed semiplena. Ideoque non dicitur diffinitiua. ff. de arbi. qualem. & C. de reb. cre. l. pen & quandoque fertur sine solennitate. C. de fide instr. iudi-
2 ceq. † Et nota quòd non omnis uox iudicis, rei iudicatæ habet autoritatem. C de senten. & interlocu. ex stipulatione. & l. post sententiam. per quas
b leges dixit Io. de Deo, [b] interlocutoriam non obtinere uim rei iudicatæ. quod falsum est, ut extra de elect. cum dilecti. ad fi. ff de arb. dicere. prope fin. nisi quo ad hoc: quia potest reuocari. ff. de re iud. quod iussit. extra de appel. cum cessante. quod qualiter possit, uide supra, de excep. §. uisis. uersic.
3 sed si iudex. & sequen. † Diffinitiua uerò est, quæ principalem diffinit quæstionem. Et hæc debet continere condemnationem uel absolutionem:
c aliter non ualet. ff. de re iudic. l. 1. C. eo. [c] præsis. 2. q. 6. §. diffinitiua. extra de accu. illa. uel aliquid quod tantum ualet. ff. de arbit. quid tamen. §. si arbiter. ff. de re iudic. in summa. & l. ait prætor. extra de uerb. sign. c. in his. nisi in causa appellationis, ubi non habet iudex necesse dicere, absoluo uel condemno, sed tantum confirmo uel infirmo priorem sententiam. C. de appel. eos. rubrica 1. in fi. ubi de hoc. Consulitur tamen quòd utrunque ponatur. extra de appel. c. 1. extra de re iud. ad proban

d dum. & infra. §. ut autem. uer. in iudice. [d] Et quælibet præmissarum requirit iuris ordinem: & etiam sententia excommunicationis, suspensionis, & interdicti, & missionis in possessionem. quod dic ut no. 2. q. 1. in summa. Sententia autem excommunicationis potius trahitur ad naturam interlocutoriæ, quàm diffinitiuæ, ut ibi innuit Ioan. & melius secundum dom. meum: extra de sent. excommu.
4 c cùm medicinalis. & ĩ. in princip. huius tit. † Est quoque & tertia species sententiæ quæ dicitur præceptum: puta cum quis à reo in iudicio absque libello cum instrumento debiti petit decem, & reus confitetur de plano: tunc enim iudex sine alia causæ cognitione sibi præcipiet: quòd certo termino soluat. Et hoc dicitur præceptum, & non sen
e tentia. [e] Et quia ordo iudiciarius non est seruatus. alioquin sententia non ualeret. 2. q. 6. §. diffinitiua. respon. ĩ. de hoc nor. in præcedenti summa. &
f extra de elec. dudum. 2. [f] An autem à præcepto ualeat appellari. Dic ut ĩ de appel. §. in quibus. uer-
g sicu. 2. [g] † Sed nunquid iudex qui præcepit aliquid
5 solui certa die, potest hoc præcipere sub pœna du-
h pli uel tripli? [h] Videtur quòd sic. nam & testator potest hæredi aliquid præcipere sub pœna, ut C. de his quæ pœ. no. in test. uel codicil. l. unica. & extra
i de testa. Raynaldus. prope princ. [i] Sed dic contra secundum Vber. Non enim potest præiudicare, nisi de eo de quo actum est coram eo: at de hoc actum nõ fuit. ff. de iud. de qua re. extra de cau. poss. cum super. ad fi. & de simo. licet Heli. & facit ad hoc C. commi. & epistolas. l. interlocutio. quamuis posset responderi quòd præceptum non est sententia, ut præmisi. & idem est in sententia diffinitiua, cum non fuerit ad hoc actum. Tu dic quòd si iudex euidenter præsumit contumaciam & malitiam condemnati: satis ei poterit ex officio suo quasi exequendo præceptum suum sub certa pœna præcipere illi, ut certa die tradat uel soluat, per præmissa iura. & ar. in his quæ no. ĩ. uer. proxim. & arg. ff. de doli excep. apud Celsum. §. Labeo. Sed ibi loquitur in tali actione super qua contumax mulctari poterat. Iudex enim & arbiter possunt in quibusdam actionibus arbitrarijs mulctare contumaciam, ut no. ff. de arb. non ex omnibus. & in præ. l. interlocutio. & ff. de usur. l. 1. Item quia sic consuetum est fieri: & ideo sic obseruandum est. ff. de legi. si de interpretatione: extra de consue.
6 cum dilectus. † Quid si iudex præcepit mihi, ut soluam tibi decem usque ad octo dies, nisi probauero solutionem intra ipsum terminum? Et uidetur tale præceptum non ualere. C. de fruct. & lit. expen. terminato. ff. de condi. institu. si Titius. ff. de serui. l. uiæ. ff. de usu & habi. l. usus. Et no. eod. titu. per seruũ. §. fi. Videtur enim talis sententia continere impossibilitatẽ iuris, ut uidelicet post rẽ iudicatam testes producantur. Item argum. ad hoc. ff. de iud. non quemadmodum. argumen. C. de sen. & interlo. omn. iud. prolatam. argumen. contra ff.
k quando app. sit. l. 1. §. quid ergo. [k] & uide ĩ. §. iu-
7 xta. uersicu. sed ecce. † Est & quarta species quæ
l dicitur mulcta, [l] cùm uidelicet iudex propter euidentem litigatoris contumaciam, ipsum pecuniariter mulctat, ut C. de modo mulct. per totum. ff. si quis ius di. non obtem. l. prima. quod & potest

test index facere delegatus. ut extra de off. deleg. pastoralis. §. item cum totum. & c. fi. ff. de iud. si lõgius. sed uidetur quòd in iudicijs non habet locũ mulcta secundum canones, ut extra de do & contum c. 1. licet aliud sit secundum leges, ut in prę. l. si quis in ius uo. non ie. sed præ. decre. locum habet in delegato. Ordinarius autem bene mulctat. ff. de iud. l. 1. §. fi. Sed & delegatus mulctare potest, si propter contumaciam partis iustitia periclitatur. ff. de off. deleg. præterea. de pœ. dilectus. & c. fi. Arbiter quoque mulctare potest. ff. de arbi. non

8 ex omnibus. † Est autem differentia inter pœnam m & mulctam. nam pœna infligitur in corpore, m ut C. de fer. fug. quicunque. & de pœnis. l. fin. & ff. de in ius uoc. l. fi. mulctatur uerò quis in pecunia, ue n C. de mod. mulct. eos. in fin. n per quas leges Potestates consueuerunt dicere, quando condemnant in arengis moderata condemnatione propter paupertatem. Potest enim prætextu eius iudex temere mulctam. ff. de off. præsi. illicitas. extra de restitu. spo. olim. 2. extra de usur. cum tu. & in præ. l. eos. extra de solu. cap. fin. Item à pœna non appellatur: à mulcta sic. ff. de uerb. sign. si qua. Item pœna infamiam irrogat, ut 2. q. 3. §. notandum. & 3. quæstion. 7. §. porrò. mulcta non, ut C. de modo mulct. l. prima, etiam secundum quosdam si quis fuerit de famoso iudicio: puta furti condemna-

o tus. o Sed secundum hoc multos posses ab infamia liberare. Vnde dic secundum Alb. Pap. quòd ibi fuit mulctatus de tali delicto quod infamiam non irrogabat. aliàs enim secus esset, si esset alio genere pœnæ damnatus. C. de his qui not. infa. & si seuerior. & l. sequen. Nec enim potest facere iudex, quin damnatum de furto sequatur infamia. ff. de fur. non potest. 2. quæstio. 3. §. hic colligitur. in

9 prin. † Quid de istis qui quotidie in Italia eõdem nantur in arengis publicis: nunquid sunt infames? Dicit Albe. Pa. quòd non: tum quia illud fit præter legem: tum quia fit diebus festiuis. C. de fer. l. fi. & extra eo. c. 1. & c. fin. tum quia sententia dicitur à tabellione stante: non sedente. infra. §. iuxta. uer. item est nulla. tum quia iudex pronunciat per alium: non per se. infra. §. prox. in princ. tum quia fertur partibus absentibus, nec citatis. infra. §. qualiter. Item debemus defendere famam alienius. extra de accu. licet. in fi. ff. de pœ. si præses. ff. de regn. iur. semper in dubijs. & l. si in duabus. Mulctatus ergo etiam ex tali causa quæ aliàs infamiam irrogat: non fit infamis. Nam hodie omnia crimina extra ordinem aguntur: & non cum antiqua solennitate iuris. ff. de pœn. hodie. ff. de public. iudic. ordo. 34. distin. fraternitatis. Vnde hodie ex tali iudicio quo actum est extraordinariè, non infamatur quis: argumen. C. de modo mulc. l. 1. Nam pœnæ & etiam odia restringenda sunt. de pœn. distin. 1. pœnæ. ff. de lib. & posth.

p cum quidam. p Alb. Pap. contra. & dicit quòd præ. l. 1. C. de modo mulc. non potest intelligi quando mulctatur quis ex crimine infamiam irrogante. nam in crimine stellionatus: & in actione iniuriarum mulcta imponitur, & non pœna: quando certa pœna à lege inducta non est, sed extraordinariè imponitur, ut ff. de crim. stel. l. pen. & §. pœna. ff. de in. fis. l. fi. ergo mulcta est cum à iudice imponitur, ut ff. de uerb. sig. l. antep. & tamen ex ipsis infamia irrogatur. ff. de his qui not. infa. l. 1. in prin. & l. athletas. §. fin. & l. quid ergo. §. fi. ff. de pub. iu. infamem. Loquitur ergo secundum eum præ. l. 1. C. de modo mulct. in mulctis quæ fisco applicãtur ut eo. t. mulctarum. puta quia iudex mulctat facientem contra mandatum suum: tunc enim mulctatus non fit infamis. Item non obstat præ. l. hodie. & l. ordo. quòd enim crimina extraordinariè aguntur: hoc nil facit, quò minus infamia irrogetur. Nam & qui de crimine paciscitur, fit infamis, ut in præ. l. athletas. in fi. Et tamen nullum iudiciũ ordinarium & extraordinarium ibi agitatum est: & leuia crimina: puta duorũ solidorũ extraordinariè audiuntur: & tñ ex eis quis infamatur. ff. de ac-

10 cu. leuia. † Et ad huius articuli notitiam nota, q si iudex ferat sententiam super crimine famoso, licet de pœna nihil dixerit: nihilominus tamen fit infamis. C. de his qui not. infa. furti. & l. si te. Et est ratio: quia pœnæ persecutio &c. ut 2. q. 3. §. notandum. prope prin. ff. ad Turp. l. 1. §. 1. ff. ad muni. ordine. respon. 5. Supplet enim tunc lex factum iudicis. Et hic est primus casus: quando aliquis fit infamis. Secundus est cum iudex per sententiam condemnauit aliquem de crimine famoso: non augendo uel minuendo pœnam: nam hoc casu remanet infamis. Tertius quando condemnauit, sed minorem pœnam sine causæ cognitione imposuit: nam tunc fit infamis. arg. C. ex qui. cau. infa. irro. & si seuerior. à contrario sensu sumpto ex uerbis illis, certis rationibus motus. & arg. ff. de decu. ad tempus. Quartus, si iudex pœnam pecuniariam auxit, in maiori pœna condemnando. nil enim ualet argumentum pœnæ pecuniariæ: ideoque hoc casu fit infamis, ut ff. ex qui. cau. infa. irro. quid ergo. § pœna grauior. Ex his quidem quatuor casibus semper infamis fit. Cæterum non fit condemnatus infamis, si iudex mitigauit pœnam & condemnationem causa cognita, ut ff. de decu. l. generaliter. respon. 1. Item si pro pecuniaria pœna corporis est irrogata & imposita. ff. de pœn. in seruorum. in fi. Vel quando imponitur corporalis pœna maior quàm deberet, ut C. ex qui. cau. infa. irro. si Posidonium. & in præ. §. pœna grauior. ubi de hoc. Quæ autem hic desunt, dic ut in nostro aureo repertorio sub titu. de pœn. in rub. qui

11 sunt infames. † Et nota quòd Papa potest, quo ad forum ciuile infamiam irrogare, ut infra. §. fi. uersi. item not. quòd Papa. Vtrum accusatus absens possit mulctari, no. infra, de accu. §. fina. uers.

12 quid si accusatus. & seq. † Sed nunquid titu. ille ff. si quis ius di. non obtem. locum habet hodie in Potestatibus & iudicibus nostri temporis? Videtur quòd non. Nam omnibus magistratibus permissum est defendere suam iurisdictionem pœnali iudicio, id est mulcta: non tamen duumuiris, id est ciuitatum & municipiorum defensoribus, ut ff. eod. l. unica. sic exponitur hoc uerbum secundum Azo. ut C. de iud. l. fi. Item defensores ciuitatum non mulctant, ut C. de defen. ci. defensores. Dic contrà, cum habeant iurisdictionem: ergo per consequens coercitionem. ff. de off. eius cui man. est iur. l. 1. & fi. extra de off. dele. ex literis. & cap. preterea. Nam & possunt audire leuia. in autheu.

then.col.3.de defen.ci. §. audient. extra de iud.c.
fin.unde & mulctare : ne delusorium sit prætoris
imperium.ff.de iud.si prætor.ff.ne quid in lo.pub.
l.fi. Et intellige quòd possunt modicam mulctam
imponere.ut in præd.l.de defen.ci.non maximam:
ut C.de modo mulc.l.fi. Intelligitur autem mo-
dica uel maxima, secundum qualitatem contem-
ptæ iurisdictionis,& conditionem personæ,& con
suetudinem ciuitatis cui præest. In quibusdam
enim ciuitatibus Potestates habent liberum ar-
bitrium mulctandi,& in quibusdam modificatum.
q ¶ De facto autem iudices & Barones mulctant
contra sua præcepta facientes ultra quàm præ-
13 dicta lex de modo mulc.dicat. † Quid si præconi-
zatum est publicè per ciuitatem,ne tale quid fiat:
tandem aliquis contrà faciens uult se prætextu
ignorantiæ excusare? De hoc in libro Roff.in titu.
r de edi.si quis ius di.non obt. r Sed pone in statuto
ciuitatis Mutinæ continetur quòd si quis alium
s pugno uel palma percusserit, s soluat centum soli
dos.& ecce aliquis uno impetu in eadem rixa aliũ
decies pugno percussit: quæro, an decies in cen-
t tum solid.condemnabitur? t Et uidetur quòd non.
C.de modo mul.eos.§.id quoque.ibi, sed ad con-
tinuatum &c. quia unum uidetur fuisse maleficiũ,
licet maius quo ad priuati iniuriam æstimandam;
ergo sufficit si quasi semel ex maleficio condem-
netur.arg.ff.si fa.fur.fe.dic.l.1.in fin.& l.seq.ff.de
fur.ei qui.C.de air.ex.l.1.C.de leg.cum quæstio.&
quasi expressè ff. ad legem Aquil. illud. §.fin. sed
ibi de occiso.& ff.de act.emp.& uen.non est nouũ.
ff. fa. erc. hæredes.§.de pluribus. & ff. pro soc.l.
u cum duobus. §. si plures. ff. de popu. actio.l.3. u
x Sed dic contra.C.de sec.fu.l. quicunque. x ff.de in
integ.restit.eum qui.§.1.ff.de adul.si adulterium.
in princ. Tot enim sunt pœnæ, quot alapæ. Sicut
alias dicitur in stipulatione & in legato esse. ff. de
uer.ob.scire.& quod dicitur ff.de leg.2.l.3. & pæ.
l.eos. loquitur cum quis condemnatus est ob cul-
pam,ut patet in prin.eius. Videtur tamen quòd de
omnibus simul debeat accusari.ff. de iniurijs.præ-
14 tor.§.si plures.& §.fi.& l.si plures. † Illud autem
certum est, quòd si iudex condemnat tres in cen-
tum ex eodem delicto. unusquisque pro uirili por
tione condemnatus est, ut C. si plures una sent.
condem.fue.l.1.Sed nunquid potest iudex adijce-
re in condemnatione, ut quilibet in solidum te-
neatur? Respon. sic, quando quilibet in solidum
conuenitur, alias non. ar. ff. comm. di. ut fundus.
Sed cum tres conueniuntur ad centum, & iudex
eos condemnat simpliciter, non uidetur de toto
dicere sententiam : quia non absoluit eos in resi-
duo: quod facere debet. ar. C. de app. eos. & ff.de
arb. diem. Vnde debet eos absoluere de residuo:
y & sic eius sententia bene stabit, secundum Vber. y

ADDITIO.

a *Iudicialis. Et de his dicetur in §.ut autem.cha. ul. uers.postremo.usque ad finem.*

b *Io.de Deo Cauil.lib.7.rub.1.ante fin. & saluari potest dictum Io. per id quod sequitur, & sic etiã dixit ipse Io.in lib. dispensationum & sententiarum.in fi.ubi dicit interlocutoriam reuocari posse: si tamen non suspendatur per appellationem intra decem dies, transit in rem iudicatam. Allegat eandem decre. cum dilecti.& decre. significauerunt.de testi.*

c *C.eo.scilicet de sententia & interlocutoria.*

d *Iudice.Ibi dicam.*

e *Sententia. In forma quam posui suprà de renun. & con.sub.§. bene fertur sententia. & ideo ibi ponitur litis contestationem factam. Veritas ergo est quòd in tali breui cursu causa posset ferri sententia, & fieri praeceptum tantum, quod satis probat l si reus.ff.de procu.& ff. de iudi si debitori. quod intelligo siue sit iurisdictio contentiosa, siue uoluntaria: dummodo sit talis quae prorogari possit.*

f *Dudum.2.in gl.sed pone,& de uerb.sig.ex parte.in ult.glos.in auth.de exhib.& intro.reis. uer.suscepto.in gl.scilicet. & huius formam uide infra.§.ut autem.post prin.*

g *Versi.2.Habeo de praecepto quaestionem solenniter disputatam, an praeceptum quod ad meam petitionem fecit iudex Titio meo uicino, ne procederet in quodam opere per eum inchoato: donec uideretur, an de iure facere posset: ad petitionem ipsius Titij statim tolli debeat. Ad affirmatiuam allegat quod causa non cognita, & parte non uocata fieri non debuit, quae si praesens fuisset, inducere potuisset illum ad non faciendum.ff.de arbi. si in tres. Item non ipse fecit, sed nuncius. & quae causae cognitionem desiderant non committuntur.ff.de offi.procons.nec quicquam.§.ubi.& haec duo faciunt praeceptum nullum,sicut & si sententia nulla esset lata contra absentem non contumacem, uel propter alium recitata.ff.quae sent. sine appel.rescin. l.1.§.item cum.& C.de sent.ex breuic. reci.l.2. de re iud.tenor.& eo.ti.c.fi.lib.6.Reuocetur ergo ut de facto processit: & postea cognoscatur, an praeceptum debeat iterari: Simile C.de ordi. cog. si certum. Item si uelles fateri praeceptum nullum fateri oportet illud iniustum, quod iudex corrigere potest:ergo debet ff.de re iud. quod iussit. extra de accus. qualiter. In contrarium allegatur tolli non debere praeceptum, ne sit elusorium.ff de iudic.si praetor.in prin. Inducitur.l.ff. de bon.poss.l. 3.§. si cum eo.ubi bonorum possessio, quae etiam in proprietate ius tribuit, datur causa non cognita. Fortius ergo dari potuit hoc praeceptum. Ad id C. si per uim uel alio modo.l.fi. Licitè ergo factum iudex tueri debet:non tollere: & sic me decipere.argum.C.de his qui ue. ata.l.2. & si diceretur per*

aliun

alium iudicem tolli posse: faciens tamen non potest. ff. de re iud. potest iudex & l. Paulus. Soluit quod fecit factum sine causa cognitione fuerat: sit. erat. etiam reuocandum. ff. de regu. iur. nihil tam naturale. extra eo. ti. c. 1. Plus placet quaerenti distingui an iudex facturus fuisset praeceptum etiam parte praesente: & tunc non reuocetur, aliâs reuocetur. Exemplum de primo quando prompta erat rixa & arma recepta ff. de usufruct. aequissimum. quod enim Titie inuito poterat: petuit & eo ignorante uel absente ff. de iud. cum furiosus. coniuncta cum l. munerum. §. iudicandi ff. de mu. & ho. & C. de distra. pigno. si cessante. & l. seq. in fin. coniuncta cum l. 2. Sequens tit. refert quòd quidam iuris peritissimi etiam casu quo rixa timetur: statim praeceptum tollunt: sed partibus statim illud renouant, ut sic satisfiat iuri sine timore periculi: & quasi non uideatur sublatum quod subitò reformatur. ff. de in integ. l. nemo. De precepto facto duobus, ne se intromittant de possessione cuiusdam fundi, usque quo cognitum fuerit ad quē spectet: post hoc receptis sunt testes utriusque partis. Dicit Albe. Gal. eo. tit. uers. sed pone quaestionem. tenere processum si simpliciter iudicis effectū implorabitur. aliàs iudicialis processus nō ualeret. ibi uide.

ADDE quòd factum sine causa cognitione absque ea etiam possit reuocari: tenet Ro. cons. 158. circa articulum. & Bal. cons. 166. 3. lib.

h Vel tripl. Vide ad materiam quod dixi supra. de iur. om. iud. in fi.

i Prope prin. Et ibi satis scripsi post Host. super gl. hoc bene.

k Quid ergo. Quae habetur 2. q. 6. biduum. in prin. & parum uel nil facit. Inducere poterat de iusti. cum uenissent. uersi. non igitur. Tamen de interlocutoria loquitur: & de tali qua nil iubetur dari uel fieri. Facit etiam quod no. de uerb. sign. ex parte. in fi. ult. gl. Tutius est differre sententiam ut fuit actum de re iud. suborta. Adde Bal. consi. 355. 3. lib.

l Mulcta. De qua Host. fecit specialem rub. quam incorporauit in Summa infra rub. de sen. & re iud. uide supra. de cōtu. §. nunc dicamus. post prin. ubi alias remissiones dedi.

m Corpore. Et id pecunia si lege limitata est ff. de uerb. sig. alind. §. 1.

ADDITIO. Adde Car. Zab. inc. Raynaldus. uer. porrò col. fi. uer. & differunt. extra de testa. ubi quòd mulcta & poena differunt tanquam genus & species: quia omnis mulcta est poena: non econuerso. nam poena comprehendit poenam pecuniariam & corporalem, siue applicetur parti, siue fisco. Et an mulcta quam imposuit iudex habeat locum de iure canonico, uide Panor. capit. 1. in 1. & 2. col. extra de del. & contu. Henr. Ferran.

n In fi. Dicunt auari duplicem esse sanguinem. scilicet uenarum, & bursarum.

o Condemnatus, id est, mulctatus.

p Quidam. de re. iur. in poenis. & c. edia lib. 6.

q Modificatam. Hoc expressi post Rof. in remissio. quam in prin. huius materiae dedi supra. uer. est & quarta.

r Non ob. Et dicam infra. de consuit ante finem.

s Percusserit. Iac. de Are. super l. ff. de iniur. item apud. §. conuiclum. distinguit, an statutum dicat qui dederit alapam, uel qui alapauerit, ut primo casu secundum numerum palmarum: secundo semel tantum puniatur. uidetur hac quaestio respicere primum membrum.

t Condemnabitur. Tractauit hoc Alber. Gal. de accus. uer. pone quaestionem 9. ad quaestionem facit quod nota., supra. de contumac. §. nunc dicamus. uer. sed pone iudex. & uide quaestionem quam disputauit, positam sub regula. delictum. de reg. iur. lib. 6.

ADDE ut per Bar. in l. uulgari. ff. de fur. & eius cons. mihi 222. incip. Antonius commisit adulterium.

u Actio. l. 3. Inducitur ad hanc partem ff. de dona. inter ui. & ux. l. 3. § si stipulanti. ibi: nam celeritate coniungendarū & c. Et hoc scias quòd Mart. de Fano casum habuit pro indubitato, quando plura uulnera uno ictu ui fuissent illata, ut si duo cum forcipe, uel tria cum furca intulit uulnera. alleg. ff. arb. fur. ca. l. si gemma & leges de iniur. allegatas hic in fi. & l. cum antiquitas. C. de testa. & l. continuus. 1. respon. ff. de uerborum obligationibus.

ADDE ut plenè per Ang. cons. 38.

x Quicunque. Et ibi Cyn. in 5. quaestio. ponit partem distinctionis Dyn. quam recitabat super l. nunquā. ff. de priua. delic. Sed ut plenius illam scias, dicas quòd cum quaeritur, an ex multiplicatione delicti multiplicetur poena, aut ex actu continuate pluries delinquo, aut ex actibus diuersis & separatis. Primo casu, aut sunt species delicti eadem, aut diuersa. Si eadem: unum erit delictum, & una sola poena puniendum. ff. de fur. inficiendo. § . infans. nisi in plures & contra plures personas delinquere tur: quia tunc numeratione personarum plura delicta cēsentur. ff. de iniur. §. 1. & fi. & l. eum qui. §. si nupta. Secundo casu quando sunt diuersae species delinquendi, licet ex eodem facto continuato:

tunc

tunc plura & diuersa sunt delicta. ff. de adul. l. si adulterium cum incestu. nisi ad eundem effectum omnes species sequerentur, ut prae. l. illud. §. fi. & ff. de fur. & l. si surripuit. Secundum autem membrum principale quando diuersi & separati sunt actus, prosequitur ibi Cyn. ut si saepius iteratus, saepius in alterius iniuriam uertitur, toties tenetur, quoties iterat, ut in ipsa l. quicunque. Si non respicit alterius iniuriam uel damnum, ut quia respicit illius malos mores, locum habet l. eos. C. de mo. mul. ut ter. tantum puniatur in anno, & non ultra. Et circa hoc audiui dominum meum dicentem quòd l. eos in parte prima per literam ibi: In unius correctione personae si ad id continuatio peccati impulerit loquebatur in peccato inobedientiae: & cum pluries delinquitur circa idem, in terminis mulctauit iudex eum, & quia contra eius praeceptum lusit ad azardum. Item ludit, secundò mulctabit: et sic tertiò, sed non ultra eo anno per illam l. istud est modo continuare inobedientiam in eadem specie uel circa. idem tamen per diuersos, & successiuos actus. aliàs procederet quod suprà dixi. Hostien. in summa ubi suprà. §. & pro quibus. dicit. quòd quicquid iura dicant, iudices nostri temporis illa non seruant. ibi uide. & pro hoc patet superuacuò quaeri, an mulcta in eo saltem quod excedit l. eos. sit ipso iure nulla. quod aliquibus placuit per l. certa ratione. C. quando prouoc. non est neces. 2. q. 6. c. cum certa. ubi de hoc etiam facit nota supra. ead. col. uersic. 4. communiter tenetur quòd ualet quando contumacia est in grauibus, ut dicit etiam ipsa lex in uersic. nec tamen. & est ratio: quia maior est contumacia in criminalibus, quàm in ciuilibus: maximè quia circa principale de quo impetitur, suspicionem inducit. de haeretic. cùm contumacia. lib. 6. Et quantò crimen est grauius, tantò maior est suspicio, ut ibi. ff. de his qui sibi mort. con. l. 3. §. idem rescripsit. Quidam etiã intelligunt l. eos. quando primum praeceptum non fuit poena fulcitum, & facit quod nota. ff. de custod. reo. l. si quis reum. in ultima gl. Dicunt. etiam isti quòd l. si qua poena. in fi. ff. de uerb. sig. non loquitur de praedicta l. eos. moti quia illa non statuit quantam poenam dicat, sed quantam poenam non dicat. Et est simile in forma pauperum de qua dixi infra. de con. praebn. super rub. sub uers. tractetur alia quaestio. & uer. in secunda & tertia q. uers. propter quod uidetur. Item dicunt iudices in initio actuum quos producunt posse quod possunt contrahentes, ff. de manumis. l. seruus. hac l. ff. de uerb. ob l. in conuentionalib. non sic ex post facto. ff. de prae. stip. l. 1. §. ulti. Sed contrahentes poenam. quam uolunt apponunt. ff. de uerborum obligatio. stipulatio ista. §. alteri. ergo & iudex propter consuetudinem de qua supra. Non plus insto.

ADDE ultimam partem huius additionis uidendam per Old. consi. 15. incipiente, circa processum.

7 Vber. Subtilizauit, sed ad hoc tendat iudex ut exprimat quòd centum solutis omnes sint liberi.

SVMMARIVM.

Sententia à quo sit ferenda.

1 Caecus & illiteratus iudicare non possunt.

2 Iudices simul plures existentes debent omnes iudicare: aliàs unius sententia non tenet.

3 Duobus iudicibus ordinarijs existentibus, si unus absente alio sententiam ferat, an ualeat talis sententia.

4 Sententia, semper est à suo iudice proferenda, id est ab eo qui iurisdictionem habet, in quaestione proposita.

5 Sententiam ferens in aliqua causa in qua iudex non est, an possit talis sententia ratificari aut ualidari per ratihabitionem ordinarij.

6 Sententia iudicis iurisdictionem habentis super re de qua sententiam profert: an semper sit ualida.

SEQVITVR uidere à quo sit sententia ferenda. Et quidem ferenda est per os ipsius iudicis. Non debet enim alij committere prolationem uerborum, alioquin ipso iure nulla est. C. de sent. ex breui. reci. l. 1. & 2. & fi. ff. de arbi. diem. in prin. & l. non distinguemus. §. quòd si hoc modo. extra de consuet. ad nostram. nisi iudex sit illustris qui potest per alium recitare: dummodo is cui committet sciat legere, ut ibi. & in auth. ut ab illustri. & qui supra eos sunt. §. sancimus
a igitur. col. 5. ibi, ne cogantur &c. [a] † Quid si ne-
1 scit legere iudex, uel non uidet? nam caecus, & illiteratus iudicare non possunt. ff. de iud. caecus. ut s. de iudi. deleg. §. excipi. uers. item quòd est surdus. & uersi. item quòd est illiteratus. & j. §. iuxta. uersic. item non ualet. Responde, uel deleget causae diffinitionem alteri, uel faciat petitionem, & allegationes partium per alium recitari, & per seipsum ab illo instructus proferat uerba diffinitionis causae. scilicet condemno uel absoluo, & hoc Potestates Italiae obseruant. D. tamen meus hoc non approbat. quod dic secundum eum in Sum-
b ma eo. tit. §. qualiter. Vin. dixit, [b] quòd si iudex non uidet clarè: ita quòd non potest legere uel examinare rescriptum & rasuram, uel cancellaturam, & huiusmodi, potest tanquam suspectus repelli. Quòd & si literae suspectae sint, licet aduersarius

sarius eas admittat: iudex tamen ex officio eas repellere debet. ex. de excep. exceptionem. ff. de postu. quos prohibet. ex. de cri. fal. super e. † Sed & si
2 iudices sint plures, omnes simul sententiare debent, aliàs non ualet sententia unius. 2. q. 6. §. diffinitiua. uer. si plures. & l. si in tres. nisi aliquis eorum sit per contumaciam absens: quia tunc ualet sententia præsentium. quod dic ut extra de offic. deleg. prudentiam. §. adijcimus. & c. causam. ff. de re iud. duo ex tribus. uel nisi unus de mandato aliorum pronunciet. extra de elec. in Genesi. & ℑ. de elec. §. 1. uer. his igitur. uel nisi in commissione contineatur quòd unus posset sine alio procedere. Præmissa probantur ff. de arb. si in tres. ff. de reg. iu. l. 2. quod dic ut s. de arb. §. sequitur. uer. pone ergo. arg. tamen contra C. de rela. auth. prohibet. ubi dicitur quòd si plures sunt iudices, unusquisque pronunciet quod sibi uidetur. Item con-
3 tra de re iud. c. fi. So. ibi. c † Quid si sunt duo iu-
c dices ordinarij, & unus absente alio fert sententiam? uidetur quòd non ualet, in auth. col. 9. ut iud. non expec. sa. uis. ar. contra de off. conf. l. 1. d dic quòd si sint ordinarij, quilibet potest ferre per se sententiam, si quilibet per se cognouit: sed si simul cognouerunt, simul pronunciare debent. Si autem sunt delegati ad unam causam: tunc simul omnes debent pronunciare: ut extra. de off. deleg. causam matrimonij. & not. ff. de re iud. Pomp. ff. ad muni. municeps. de appel. Imperatores. de hoc s. de cita. §. iam de cita. uer. hoc autem. & se ubi etiam no. utrum possit ratificari. e † Itē ferenda est sententia à suo iudice, idest ab eo qui iuris. habet, in quæ. proposita: alioquin ipso iure non ualet, lata à non iudice incompetenti. 2. q. 1. in primis. 11. q. 1. cleri. extra, de iudi. c. at si cle. & de consue. ad nostram. C. si à non compe. iud. l. fi.
5 ff. de reg. iur. factum. † Quid si nulla delegatione præcedente, aliquis tulit sententiam in aliqua causa, in qua iudex non erat: nunquid ratihabitio ordinarij facit ualere sententiam? Videtur quòd sic. ff. de iud. licet. C. de iure fisc. l. 2. lib. 10. & 9. q. 2. Lugdun. Sed dic contra, ut no. in præ. l. 2. & 9. q.
f 2. c. 5. f Est autem incompetens iudex, qui nullam habet iurisdictionem: ut quia per falsas literas est obtentus, extra, de cri. fal. super eo. uel si datus est ad unam certam rem, & uult de alia iudicare. extra, de offic. deleg. cum olim. & c. uenerabili. & C. si à non com. iudic. l. 1. uel si partes consentiant in eum: quia nulli præest iurisdictioni. quod fieri non potest. extra, de foro comp. significasti.
g g C. de iur. om. iud. priuatorum. ff. de iud. l. 1. uel si partes errore uel metu consentiunt etiam in eum, qui præest iurisd. ff. de iur. om. iud. si per errorem. C. de episc. aud. si quis. uel si clericus sine metu, uel etiam scienter, consentiat in alienum iudicem secularem, extra, de foro comp. si diligenti. & c. Romana. in prin. lib. 6. 9. q. 1. inolita. & c. placuit. uel etiam ecclesiasticum sine consensu sui episcopi: ut eod. tit. signi. & in præ. c. Romana. uel in talem, puta delegatum, cuius iurisdictio non poterat prorogari. extra, de offi. deleg. P. & G. uel si de re spirituali consensimus in laicum. extra, de iudi. decernimus. & de arbit. contingit. uel si consensum reuocauimus. ff. de iuris. om. iud. l. si conuenerit. uel si sit talis qui possit per exceptionem aliquam remoueri. quod dic ut supra, de iu. dele. §.
6 excipi. † Verum si iudex iurisdictionem habet super re, de qua sententiam profert, si coram eo lis sit contestata, ualet eius sententia: licet ante lit. contesta. potuisset per exceptionem iurisdictio eius declinari. extra, de re iud. c. inter monasterium. C. de exc. l. pe. nisi aliàs sit sententia nulla.

ADDITIO.

a Sequitur &c. Ad horum instar idem possunt episcopi. de re iud. c. ult. lib. 6. sed electi confirmati uel administratores id non possunt, ut ibi scripsi super uer. episcopo.

b Dixit. De rescrip. suscitatus. quod decidendo ibi huc remisi.

c Solu. ibi. Dic quòd pronunciatio potest fieri per unum alijs præsentibus & mandantibus. tamen per uerba pluralis numeri. de re iud. c. pe. lib. 6. si discordant, locum habent contraria.

d L. 1. ibi de uoluntaria iurisdictione, & tali, quæ singulis competebat: ut ibi in princip. unde licet duo cognouerint, uno impedito, alter expediet.

e Ratificari. Vide quod nota. de arb. cap. 2. lib. 6. in ult. gl.

f C. 1. Verba fuerunt Albe. Gal. de iud. ord. & dele. ante fi. uersic. sed pone quòd iudex.

g Significasti. Ubi scripsi super fin. 1. gloss. nouem, quæ requiruntur in prorogatione fienda per clericum.

SUMMARIUM.

Sententia, quando sit ferenda.

1 *Setentia, ordine iudiciario substantiali prætermisso, uel non seruato, lata, ipso iure non tenet.*

2 *Terminus ad causæ decisionem ab initio electus, uicem obtinet peremptorij.*

Iudex quandoque cogi potest, iuris inducias diminuere.

NUNC uidendum restat, quando sententia sit ferenda. & quidem ordine iudiciario præmisso, scilicet lite contestata. cōfessionibus & allegationibus auditis omnibusque causæ meritis diligenter inuestigatis, in die non feriato & ante crepusculum noctis. Hæc omnia probantur 30. q. 5. §. his ita. & c. incerta. & c. nullum. & c. iudicantem. extra, ut lite non contest. per totum. ff. de fer. si feriatis. extra, de off. deleg. consuluit. in authen. de iudi. §. sedebunt.
1 † Alioquin sententia ordine iudiciario substantiali prætermisso, uel non seruato lata, non tenet ipso

ipso iure. 2. q. 6. §. diffinitiua. uersic. Item sententia contra solitum, extra, de elec. dudum. C. de sent. ex breui. re. l. 2. 3. & 4. Et hoc uerum est regulariter. fallit tamen in casibus, in quibus si reus sit contumax, possunt testes lite non contestata recipi & sententia ferri: quos dixi supra, de testi. §. nunc tractemus. uersic. 3. & uersi. 4. & uersi. 5. &
a uersi. 8. & uersi. 11. & uersi. 30. & uersic. 34. [a] Item secundum leges ferenda est intra biennium in causa criminali: in ciuili uerò intra triennium. ut C. de iud. properandum. quod dic ut extra eccc. pe. Illud autem est no. quòd si causa intra certum tempus, puta intra mensem decidenda committi
b tur, [b] ut extra de offic. deleg. de causis. & de appell. super eo. 2. si huiusmodi commissio de partium consensu emanauerit: iudex adueniente ipso termino: ad petitionem partis alterius pronunciabit: quamuis pars altera contradicat petens terminum ad probandum de iure suo, & ob hoc appellans. Nam eo quòd ab initio consensit in terminum, talis terminus uicem obtinet peremptorij, adeo ut etiam conclusionis loco censeatur, nisi fortè nouum & inexcogitatum impedimentum emergat, ut probationes inducere nequiuerit. quo casu uel iure communi uel restitutionis beneficio, subuenitur eidem. arg. extra de app. cor-
c di. [c] sicut & fit in termino iuris, prout no. eo. tit.
a ex ratione. † Si uerò ex consensu partis alterius tantùm præfixus fuit: tunc ad eius petitionem non differetur sententia ultra illum: quia sic consensisse uidetur. Alteri tamen parti quæ non consensit, non præiudicat: quin ad probandum de iure suo, moderatas debeat inducias obtinere. Iudex enim iuris inducias debet, & cogitur diminuere, & in hoc uidetur delegans fecisse gratiam impetranti. Certum quoque est quòd ubi mandatur lis intra certum tempus seu terminum terminari, non dabit iudex tot & tantas inducias, sicut aliàs fecisset si certus terminus præfixus non esset. Caueat tamen ne si eas coarctet quòd omnino ius partis absorbeat, quæ intra tam angustum tẽpus probare non posset. ar. ff. de admin. tut. tutor qui repertorium. §. 1. quòd si fortè reus qui in termino non consensit, dilationes ulteriores quàm actor qui consensit obtinuerit, hæ proderunt etiã reo, ut intra easdem possit de iure suo docere. C. de temp. in integ. restit. l. petendæ. ultra terminum autem præfixum nequit iudex eas dare uel in causa procedere, nisi de partium consensu. ut in præ. c. de causis. & extra de re iud. quod ad consultationem. §. sed nec executionem. secundum
d Papam. ut no. in præ. c. super eo. [d] Et idem uidetur per omnia si negocium intra certum tempus instruendum mandatur, & postea remittendum. quod dic ut supra de remiss. §. uidendum. uers. in summa.

ADDITIO.

a *Versicu. 34. Omisit 33. qui ibi est, cum opponuntur exceptiones priuilegiatæ, de quibus de lit. contest. exceptionis. libro quinto, quasi intendat quòd licet in eo recipi posset testis, non tamen diffinitiua ferri. posset tamen dupliciter responderi: scilicet quòd ibi miscuerat puras dilatorias cum illis. unde uer. excipere non potuit. Item quàm plures alios omisit, in quibus fertur sententia. unde non omnes sed certos uoluit numerare. hæc dicta sunt propter not. de lit. contest. exceptionis. libro sexto in glossa sufficiebat. in fi. & suprà de excep. §. dicto. in ultima columna.*

b *Committitur. Si uenit dies termini, & est feriata: vide suprà, de fer. §. secundo super uersic. pen.*

c *Cordi. lib. 6.*

d *Super eo. Vbi post eum scripsi totum quod hic habetur post uer. illud autem. usque in fin. & quid interseruit Host. & hoc in gl. quæ inci. fiat ergo. & uide quod no. uel dixi suprà de dila. §. 1. uersi. sed pone quòd causa. quod hic poni poterat, sed quia de dilationibus erat, quæ ibi potius collocaui.*

SVMMARIVM.

Sententia, qualiter sit ferenda.

1 *Sententia ferri debet secundum allegata & probata: non secundum conscientiam.*
2 *Sententia ferri debet secundum consuetudinem loci, in quo contractum est, ubi litigatores sunt diuersorum locorum.*
3 *Sententia debet ferri secundum iura, non per exempla.*
4 *In prolatione sententiæ debent adesse ij quorum consilium & præsentia requiritur.*
5 *Sententia ferri debet in publico, non in occulto.*
6 *Causa si ab initio ducatur per procuratorem, syndicum uel actorem: tunc in eius personam concipienda est sententia. secus si per principalem dominum.*
7 *Sententia debet esse certa.*
8 *Sententiæ generales in iure quæ sint.*
9 *Petens decem si iudex condemnat in quinque, de alijs quinque tacens, an possint illa quinque repeti.*
10 *Sententiam rectè latam, an possit iudex corrigere uel mutare.*
11 *Sententia delegati potest per superiorem corrigi uel mutari: & si multum distet, nihilò minus potest actio pristina intentari.*
12 *Sententia quæ non transit in rem iudicatam po*

test corrigi & quasi de nouo per iudicem vel eius successorem ferri.

13 *In sententiæ prolatione, quæ sint per iudicem exprimenda.*

Iudex quibus verbis in prolatione sententiæ uti debeat.

14 *Iudex quibus casibus teneatur sententia causas exprimere.*

15 *Sententia est secundum formam petitionis dictanda.*

16 *In qualibet sententia dicuntur sex contineri.*

17 *Custodia ueritatis in iudicando est magis obserda quàm obedientiæ uoluntatis.*

QVALITER autem sentẽtia sit promulganda, clarius explicemus. Et quidem iudex ante omnia debet diligenter cuncta quæ sunt in iudicio acta, discutere & cum peritis deliberare, ut s. de requi. cõs. in prin. & in fi. post modũ partes citãdæ sunt ad sententiam audiendam: ut ex. de testi. cũ olim. in fi. & aliter non ualet sentẽtia: ut s. de cita. §. ui-
a so. uer. aliter aũt. Deinde [a] est ferẽda sententia, iudice sedente pro tribunali in loco cõsueto, uel aliis honesto, utraque parte præsente uel altera cõtumaciter absente: quia contumacia facit tunc eã pro præsente haberi: sententia prius in scriptis redacta, & correcta, sacris etiã corã se positis, sciat iudex quia non minus iudicabitur, quã iudicet. Hoc probatur per ordinem 2. q. 3. §. notandũ. uer. abolitio. & 3. q. 3. §. spacium. uer. à procedente. C. de iud. properandum. & l. rem non nouam. C. quomodo & quando iud. ea, quæ. ex. de dolo & contu. ueritatis. ex. de iureiu. ueniẽtes. & s. eo. tit. §. iux-
b ta. uer. itẽ non ualet. & per totum. [b] † Item debet
1 ferri secundum allegata & probata, & non secundum conscientiam: ut 3. q. 7. iudicet. ff. de offic. præsi. illicitas. §. ueritas. extra de officio iud. ord. si sacerdos. & de offic. deleg. pastoralis. §. quia ue-
c rò. [c] quod facit ad q. illam: quia cum quidam nobilis quendam interfecisset in platea Bonon. & Potestas de fenestris palatij hoc uidisset: tandem quia homicidium illud non probatur, Potestas uoluit illum ad quæstionem ponere, ut sic ab ipso erueret ueritatem. Sed Azo, Host. & Accur. consulti, responderunt quòd hoc facere non poterat, per præ. §. ueritas. Sed contra 2. q. 1. §. quando. quod intellige ut no. infrà de noto. cri. §. fi. uersi.
2 Pet. de Samp. † Debet etiam ferri secundum consuetudinem loci, in quo contractum est, ubi litigatores sunt diuersorum locorum. quod dic ut supra de fer. §. 1. uersic. sed pone. Quid ergo si unus Carnoteñ. & alter Rhemeñ. contrahunt Parisijs: demum de communi consensu, consentiunt in iudicem Beluaceñ. scientes eum suum non esse iudicem: ut ff. de iud. si conuenerit? Dic q̃ ille iudicabit secundum consuetudinẽ Parisieñ. si sit illa consuetudo ad decidendum litem ut probatur in præ. uer. sed pone. Item pone, quidam Flandreñ. obijt Ianuæ, & ibi in testamento uxorem suam hæredẽ instituit, sed ecce, secundum consuetudinem Ianuæ non potest uxor succedere uiro, ex quo possessor bonorum se tuetur. In Flandria uerò est cõtraria consuetudo, ex quo mulier replicat. Dic quòd mulier secundum consuetudinem Flandriæ ubi litigatur, potior est in adeunda hæreditate. ff. ex qui. cau. in pos. ea. apud Iulia. in fi. & sic obtinuit in hac q. & in præ. secundum Odof. per iura posita in præ. uer. sed pone. De hoc nota. s. de edi. instr. §. compendiosè. uer. quid si de consuetudi-
3 ne. † Debet quoque sententia ferri secundum iura, non per exempla. 2. q. 7. §. hoc dicto. nisi essent exempla principis, quæ faciunt ius. C. de legi. l. fi.
d extra de re iud. de causis. [d] etiam si lata sit à principe sine scriptis: duntamen sit lata animo statuendi ius. 25. q. 2. institutionis. arg. contra 20. di.
e de quibus. in fi. [e] Quid si iudex ita dixit, pronuncio sicut talis iudex in tali causa pronunciauit: (& constat quòd ille bene iudicauit) nunquid ualet
f hæc sententia? [f] Et uidetur quòd non propter uitium pronunciationis: ut ff. de excu. tut. qui testamento. Vel potest dici contra, quasi hæc uerba nõ uitient. arg. ff. de uerbo. ob. quæ extrinsecus. Vel refert, utrum in sententia expressit errorem uel non. quod dic ut extra, de sent. excom. c. per tuas.
g [g] † Item adesse debent in prolatione sententiæ ij,
4 quorum consilium & præsentia requiritur: puta canonici episcopales, quando episcopus debet sẽtentiare. arg. 15. q. 7. episcopus. extra, de his quæ fi. à præla. sine cõ. ca. nouit. extra de accu. quali-
h ter. 2. 86. dist. si quid. 24. dist. episcopus. [h] † Debet
5 autem ferri in publico, non in occulto. C. de sen. & inter. om. iu. sententiam. 96. dist. bene quidem. extra de off. deleg. consuluit. 3. quæ. 3. §. spacium. uersic. à procedente. 18. quæst. 2. perniciosam. extra, ut ec. bene. c. 1. ff. de reg. iur. omnia quæcunque. Et intellige locum publicum, in quo ius reddi consueuit. ff. de iusti. & iure. l. pen. & ff. de arbi.
6 si cùm dies. § pe. & ff. de inter. in iure fa. l. 4. † Porrò si causa ab initio ducta est per procuratorem, syndicum, uel actorem, sententia in personam eius concipienda est, & non in personam domini: & ipse condemnandus est, seu eius condemnatio
i facienda est, secundum T. [i] extra de cen. olim causa. C. de sen. & inter. om. iud. l. prima extra, de elec. querelam. Si uerò dominus causæ in propria
k persona litigauerit: [k] quamuis postea in causa illa procuratorem dederit, formanda est sententia in personam domini: & non procuratoris: ut ff. de neg. gest. liberto. §. 1. extra de trans. ex literis.
l [l] Tutius tamen est, in personam utriusque condemnationem dictari, prout no. in præ. decr. que-
m relam. [m] C. de procu. nihil interest. In criminibus autem, in personam domini est dictanda. C.
7 de iureiu. l. fin. † Item debet esse sententia certa: ut C. de sent. quæ sine cer. quantita. prose. per totum. Sed contra infrà de expen. §. fi. uersicu. item scias. & ff. si pars hære. pe. non possumus. Sed illud ibi facit natura actionis, super quo dic quòd si de certa quantitate actum est, certa debet dari sententia alioquin non ualet, ut Inst. de actio. §. curare. Dic tamen quòd quandoque factum est incertum: & tunc certa non potest dari sententia. C. de sen. quæ sine cer. quantita. prose. hæc sententia. 11. q. 3. graue. 43. di. habuisse. Vnde si petantur de-

cem

cem aut Stichus ut in noxali actione, potest iudex pronunciare ut dentur decem pro aestimatione lı tis: aut Stichus pro noxa. ff. de noxa. l. 1. & 2. Inst. si quadr. pau. fe. di. in prin. & de off. iud. in princ. Et si petitur ecclesia cum pertinentijs, ualet tunc incerta sententia. ex. de excep. cum uenerabilis. 21. q. 2. si quis iam. j. de resti. do. uersi. illud autem. Quid si petitur sors & poena simul: nunquid potest pronunciari super poena tantum? De hoc s. de act. sen peti. §. sequitur. uersi. sed quid si quis. Quandoque uerò ius est incertum: & tunc nihilò minus certa potest ferri sententia, de similibus ad similia procedendo. ff. de legi. nō possunt. ex. de rescr. inter caetera. 20. dis. de libellis. Quandoque persona est incerta, contra quā sententia fertur, sed factum est certum: ut ex. de off. ord. c. 2. 5. q. 1. quidā. Quandoque etiam quantitas est incerta, & tamen fertur sententia, sed non mandatur executio ni, donec fuerit quātitas certificata: ut ex. de procur. auditis. Certificatur autē incerta sentētia, per certam quantitatem in actis expressam: ut in prae.

n Lhaec sententia. Vin. uerò dixit [n] q si ambiguitas est in facto, non debet ferri sententia: ut s. nec debet etiam consuli superior. ff. de iud. eum, quem temere. §. 2. Si in iure, nec tunc debet ferri sentētia. 14. dis. sicut quaedam. sed debet etiam superior cō sului: ut in praed. l. §. 1. Si autem de persona dubitetur, fertur sub cond. ut in praed. c. quidē. & in prae. decr. de off. ord. Et not. q si constat iudici, q quis habet in aliqua ecclesia ius episcopale, dubitat tamen de aliquibus capitulis: prudenter faciet, si sic in sententia dicat: Adiudicamus tali ius episcopale in tali ecclesia: talibus capitulis, de quibus nobis non constat ad plenum, exceptis, ut extra de reli. do. constitutus. & de excep. cum uenerabilis.

o uer. quia uerò. ubi de hoc, secundum Papam. [o] Petitio enim subiectionis, generalis est. & ideo licet in libello dicatur generaliter ago super subiectio ne, ut infra, de relig. do. uersi. illud autem. tamen probari debet in quibus articulis sit subiecta: & super illud tantum sententia ferri: ut probatur & no. secundum eum ex. de re iu. cum inter uos. in

p prin. & in fi. [p] † Item no. inueniri in iure genera

8 les sententias, ut decernimus omnem collationē per talem factam, & sententiam latam irritam: ut ex. de exces. praela. tanta. Item indicamus, omnes processus irritos: ut extra de rescrip. cum dilecta. de ele. dudum. Item, reducimus te ad statum, in quo eras tēpore appellationis emissae: ut ex. de ap. bonae memoriae. Itē, adiudicamus tibi ius episcopale. ex. de excep. cum uenerabilis. Itē, cassamus processum, & quicquid secutum est ea eo uel ob id, extra de procur. auditis. Item, condemno te ad expensas faciendas, si in probatione defeceris: ut e. c. & similes. Quando autem possit generalis ferri sententia, & quid iuris sit, super hoc no. secun

q dum Papam in praed. c. tanta. [q] † Quid si peto de

9 cem, & iudex condemnat in 5. de alijs uerò 5. ta

r cet? [r] Dic quòd adhuc potero alia quinque petere. quod dic ut no. C. si aduer. tem iu. l. 1. Vel distingue: quia si iudicium coram iudice habitum est, intelligitur reus absolutus in quinque. Nam hoc casu subuenitur in minori per restitutionem in integ. C. si aduer. rē iud. l. 1. per quod patet quòd erat absolutus reus. Si uerò coram arbitro, secus. ff. de doli excep. apud. §. item quaeritur. contra su prà, de arb. §. si. uer. quid igitur si de una. secus tamen est in compensatione. si enim petij à te 10. & posuisti compensationem aliorum 10. & iudex te condemnat in 10. non ideo intelligitur me absol uere, nisi adijciat in sententia quòd spernit uel cas sat compensationem. ff. de neg. gest. si autem. §. si à quocunque. ff. de compen. quòd in diem. §. si rationem. Et scias quòd aliqua expressio est necessaria in sententia: sine qua libellus ualet. Nā in sententia debet exprimi res uel quantitas, uel in actis contineri. ff. de re iud. ait praetor. unde non ualet talis sententia, condēno te ad res, quae tibi obuenerunt à tali. arg. C. de sen. quae sine cer. quātit.

f profe. l. 2. [f] secus tamen est in libello. quod dic ut j. de lib. concep. §. iuxta. uersic. item non ualet in

10 ac. † Hoc quoque notandum est, quòd sententiā rectè latā iudex non pōt corrigere uel mutare. ff. de re iud. iudex. 6. q. ult. c. quod bene. ex. de off. deleg. in literis. ut s. de arb. §. sequitur. uer. sed nunquid uerbum. & se. dic ut ibi. Papa tamen hoc potest. ex. de re iud. cum olim. & de in integ. resti. cū ex literis. 35. q. 9. apostolicae. & c. loci. Potest tamen iudex eam supplere ea die, qua tulit, in his, quae pertinent ad consequentiam priorum statutorum: ut de fructibus, & sumptibus. & simil. ut s. de dispu. seu allegat. §. satis clare. uersic. quid si de fructibus. & quo ad grāmaticam, & ornatū uerbo

t rū: ita tā q snia non muretur. ff. de re iud. actorū. [t]

u G. Na. & Inn. 4. dicunt [u] quòd ordinarius pōt à capite incipere & sententiā suā emendare, & aliam ferre, si latam inuenerit esse nullam. C. quomodo

x & qn iud. si praeses. C. de accus. l. 4. [x] Delegatus uerò non, cum sit functus officio suo: ut in prae. l. ff. de re iud. iudex. & desijt esse iudex: ut ff. de arbitris. qualem. in fi. sed tunc per superiorem emen

y dabit. C. quomodo & qn iud. si ut proponis. [y] nec est contra ex. de accus. qualiter. 1. quia illi erant generales legati: ideoque, secūdū eum, corrigere poterunt. In factis autē, & in alijs omnibus, praeterquā in sententijs diffinitiuis potest tam ordinarius, quàm etiam delegatus, iterū facere quod minus ritè fecit. De ordinario probatur ex. de electione cum terra. De delegato, extra de offi. deleg. si-

11 gnificasti. de appel. cum cessante. s. de exce. §. ultimo. uers. sed si iudex. † Quid ergo faciā si superior

z [z] multum distat, & laboriosum esset mihi ipsum adire? Dicunt quidā quòd non obstante tali sentē tia, intentabo pristinam actionem. Et si excipiatur de re iud. replicabo de dolo: quia sententia non fuit ritè lata. arg. ff. de dolo. cum a te. sed hoc

a non uidetur tutum. [a] Quid ergo si sententia sit lata die feriata: nunquid iudex poterit ipsam iterū ferre die non feriato? Respon. sic, si est ordinarius, ut dixi. Secus si sit delegatus. ff. de re iud. iudex. ex. de offic. deleg. in literis. Mulcta autem sententialiter indicta, remitti potest à iudice, ratione paupertatis: ut ff. de off. praesi. l. illicitas. §. fin. C. de modo mulct. eos. in fi. In alijs uerò se intromit tere nequit: cum sit functus officio suo. ff. de re

12 iudi. l. iudex. extra, de offic. deleg. in literis. † Io.

b de Deo dixit [b] quòd si sententia nulla est, uel est talis, quae non trāsit in rē iudicatā, ut est excōicatio,

tio,& huiusmodi, iudex uel eius successor potest
eam corrigere, uel quasi de nouo ferre. 35. q. 1.
c.quod qnis.C.quomodo & quando iud.si præses.
C.de senten.& interloc.om.iud.l.1.ff. de interro.
ac.l.4. duntamen sit ordinarius. Secus autem in
delegato:ut dicit C.quomodo & quando iud. l.4.
& in prædi.c.in literis.eo.ti. conquerente. extra
de off.ord. pastoralis. Ego dico quòd sententiam
perperam latam non potest iudea corrigere, uel
aliter iudicare,etiam eadem die, ea eisdem tamē
actis:ut ff.de re iud.cum quærebatur.De nouo ta-
men bene potest cognoscere, & iterum iudicare,
si est ordinarius. Secus in delegato,ut suprà. Vi-
detur tamen quòd delegatus,etiam potest renoca
re & mutare sententiam excommunicationis à se
perperam latam: tum quia potius illa trahit ad na
turam interlocutoriæ, quàm diffinitiuæ: tū quia
potius est pœna quàm sententia: ut s.§.1. & §.2.
uer.& nota. Item an interlocutoriam iudex reuo
care possit,& qualiter:diai plenè s.de excep.§. ui
13 so. uers. si iudea. & seq. † Cæterum in sententiæ
prolatione, iudex exprimere debet actoris peti-
tionem,& rei responsionem, & eius eaceptionē,
& generaliter quicquid in causa utriusque petitū
uel allegatum seu actum est, sub epilogo referat:
ut diai s.de conclu.& renuncia.uer.auditis. Quo
facto,habeat paratam sententiam:ut infrà.§. iux-
ta. & eam, uel saltem conclusionem ore proprio
legat:ut s.§.4.uer.sequitur.& his uerbis uel simi
libus in prolatione utatur.

FORMA. Visis & auditis confessionibus & at-
testationibus,instrumentis, rationibus & allega-
tionibus utriusque partis,in iudicio deductis,eis-
que diligenter examinatis & intellectis,delibera-
tione quoque nobiscum & cum peritis præhabita
diligenti,talem condemno uel absoluo.Vel aliter
proferat,sicut uiderit proferendum: ita tamen ꝙ
canonibus, legibus, uel consuetudinibus conue-
niat approbatis: quæ omnia sunt in sententia ex-
c primenda, secundum T. [c] & in formis luculētius
apparebit. Hæc omnia probantur eatra de prob.
licet causam.ex.de fide instr.c.1.de cur.fur.si fu-
riosa.§.1.C.de iud.properandum.§.illo. 10. q. 3.
summopere.eatra de eo, qui mit.in pos. causa rei
ser.c.3.Quare diaerunt, deliberatione cum parti
bus habita:uide s.de consilij requisiti.ad fi. & su-
prà de aduoc.§.nunc tractemus.uer.habito. Verū
si rationes uel allegationes partium, quæ ipsum
ad pronunciandum mouent, in sententia non fe-
ratur nihilò minus sententia ualet.extra,eo.sicut
d nobis. [d] arg.Inst.de inut.stip.§.si scriptum. Licet
secus sit in instrumento, ubi causa inferenda est.
Et est ratio, ut no.in prædi.decret. sicut nobis.
Cautius autem faciet iudex,si eas non inferat: ut
in præd. decr. sicut nobis.ne forte quandoque ex
incuria errorem in sententia exprimat, & ne uiā
calumnijs aperiat.ff.de sen.quæ siue app.resc. l.1.
§.item contra.& 2.q.6.§.diffinitiua.uer. senten-
tia.extra de sent.excom. per tuas. cū suis cōcord.
& ne una lis, sit alterius exordium: ut C. de reb.
cred. si quis.in fi.de fruc. & litis eapen. termina-
14 to.in fi.extra de uerbo.sign.cum olim. † In qui-
busdam tamen casibus eaprimere tenetur, ne ex
toto pereat ius partis:ut ff.de leg. 1.filiusf.§.diui.

ff.de iure fis.l.2.§.senatus.ff.de transa. cum hi.§.
in causæ. Primus est ubi propter ineptam petitio
nem absoluit,ne pereat ius agendi.ex.de iud. exa
minata.ff.si mens.fal.mo.di.l.1.§.1.Secundus est,
cum à iure communi recedit. Vnde si uictum non
condemnat in expensis,debet causam exprimere,
quare cessat.ex.de pœnis. calumniam. in auth. de
iudi.§.oportet.col.6. Tertius,quando absoluit in
rei uendicatione:ideo quia reus tempore senten-
tiæ non possidet,ne forte nolenti postea agere ex
noua causa,obstet exceptio rei iudicatæ.ex.de ex
cep.c.pe.ff.de eacep.rei iud. si rem meam. & l. si
quis ad eahibendum. Quartus,quando quis absol
uitur ab instantia iudicij, & per patronos causæ
stetit quò minus causa non poterit diffiniri.C. de
iudi.properandum.§.illo proculdubio. Quintus,
in sententia excommunicationis.extra de sent.ex
com.cum medicinalis.lib.6. Sextus, in causa ap-
pellationis,ubi debet inseri causa, quare prima sē
tentia reuocetur,ut per hoc prioribus iudicibus,
qui bene secundum acta coram se habita processe
runt,nihil imputetur:ut infrà.§.proxim.uersicu.
15 sed pone eacep. † In summa nota quòd secūdum
formam petitionis, est sententia dictanda: ut ex-
tra de simonia. licet Heli. de accusat. qualiter. 2.
ad fi.Vnde si actum est possessorio,non pronuncia
bit super petitorio, sed super possessorio tantum,
& econtra. Vel si actum est utroque simul, non
pronunciabit super altero tantum. extra de cau-
sa possessio. & proprie. cùm dilectus, Quid si lis
est contestata in actione depositi, actor uerò non
probat se deposuisse,sed se commodasse? Videtur
reus condemnandus.argu.ff. de priuileg. credi. l.
2.quia in certis non est locus coniecturis. argu.ff.
de uerb.obligat.continuus. Et hoc tenet H. & A-
zo.ff.si mens.fal.mo.di.l.1.in fine.1. respon.argu
mentum tamen contra ff. de iureiuran. si duo. §.
idem Iulia. & extra de re iudica. abbate. §. sed ad
e hoc.& §.præfatus. [e] † Et [f] nota quòd generaliter,
16 in qualibet sententia,sex dicuntur contineri. Pri
f mum,nomen iudicis,& an sit delegatus uel ordi-
narius.Secundum,nomina litigatorum.Tertium,
tenor petitionis in iudicio porrectæ. Quartum,
substantia processus causæ: puta litis contestatio,
g & iuramenti præstatio,& huiusmodi.Quintum, [g]
quòd fiat mentio, partes fuisse præsentes uel per
contumaciam absentes.De quo uide infrà,§.pro-
ximo.uersi.& nota secundum. Sextum,condem-
natio uel absolutio seu pronunciatio, & alia, quæ
uidebuntur expedientia iudicanti. Et breuiter
17 † in iudicando cordi magis sit custodia ueritatis,
quàm obedientia uoluntatis:ut 3.quæstione septi
ma indicet. in fi. Item nota quòd si partes con-
ueniant, quid iudex pronunciet, illud iudex se-
qui debet.ff.de re ind. si conuenerit. Quid si quis
alicui sic dixit: Si obtinuero in causa, nolo quòd
mihi tenearis. De hoc infrà de appel.§.si.uersicu.
quid si quis ita.

ADDITIO.

a *Deinde. Ponit uerba Tanc. ubi suprà respon. pri-
mo.*

b Totum.

b Totum. Pyl. de præsentia Euangeliorum hic tacta, tractat ubi supra in fi. ponens tex. ipsius l. rem non nouam: tenet quòd si solennitas illa defuerit, sententia non ualebit. Alleg. C. de iur. cal. l. 2. Accur. ibi contra per l. ff. de uent. inspi. l. 1. in fin. Temperat demum Pyle. dictum suum, dicens quòd si iudex à principio iurasset generaliter, prout debet: puta quasi illud iuramentum semper adsit sine Euangeliorum præsentia, ualere sententiam.

c Quia uerò. Vide quod dixi supra de dispu. & alle. §. fi. prope fi. uer. licet.

ADDE uersi. sequenti. Item pone quæ posui post Bart. in 7. q. principali in l. cunctos populos. C. de summa tri. & fide cap.

d Causis. Ibi dixi de hoc in glo. contra quæ.

e Insi. Ibi absoluitur in 1. glo. & uide quod dixi de elect. uenerabilem. uer. sciunt. super 1. glo.

f Sententia. Ad quæstionem facit quod scripsi suprà de excep. § uiso. uersi porrò in Italia.

ADDE quæ scripsit Ang. consi. 149. an ualeat sententia iudicis dicentis, pronuncio in omnibus & per omnia, ut in consilio continetur.

ADDE ulterius do. Abb. Sicu. in c. cum uenerabilis. in penult. col. extra de excep. & ibi dixit quòd ex quo de illa sententia non apparet in actis, non ualet sententia.

g Tuas. Hunc finem nescio quare posuerit autor cum quæstio poneret, quòd constabat primam sententiam ualere. Secunda etiam allegatio parum ualet, quia ibi stipulatio erat certa & perfecta, licet uerba superflua fuerint interposita. Sed in casu quæstionis, sententia remanet incerta, ex quo ex uerbis sententiæ uel actis eiusdem instantiæ, non habetur certitudo. De actis litis dixi: quia bene ualeret sententia, condemno ad petita. & de hoc statim sequitur in uersi. item debet. & patet in l. 2. C. de senten. quæ sine cer. quan. Non obstat decre. tum uenerabilis. uersi. quia uerò. de excep. quia in generali, uel uniuersali iudicio loquitur, ut infra dicetur. & per Host. in Summa, eod. tit. §. qualis. sub uersi. certa.

h Episcopus. Valet tamen consuetudo contraria, de consuetud. non est. lib. 6.

i Secundum T. Vbi supra rub. 1. ante fin. uer. & not. de apparatu infra dicam.

k Litigaueris. Et litem contestatus fuerit. Habetur quæstio Scharabecy, quam quidam attribuunt Franc. Accur. sed originem habeo de manu primi, qui tenuit ualere sententiam latam in personam domini, qui contestatus fuerat litem, licet postea procuratorem dederit, qui cum eo præsens erat tempore sententiæ, in qua de ipso mentio facta non fuit. & incipit quæstio. Quidam petebat à me fundum. Motiua ipsius fuerunt, quia libellus contra dominum formatus fuerat, & non contra procuratorem: & sic contra dominum formari debuit sententia. ff. communi diuid. l. ut fundus, Instit. de accu. §. curare. Item hic dupliciter dominus, re ipsa, & contestatione litis. ergò &c. Item actio in factum, quæ oritur ex re iudicata, datur contra dominum, & non contra procuratorem. ff. de procura. l. Plautius. Conuenientius ergo & expedientius fuit actori, illum condemnari, quem sententia afficit. Constat enim ex promissione procuratoris iudicatum solui, nec ex delatione iuramenti per eum facti, nec ex eius pacto dominum affici. ff. iudic. sol. si ante. de iureiur. iusiurandum. 2. §. fin. de procu. qui ad agendum. in fin. lib. 6. Non obstat l. 1. C. de senten. & inter. quia, ut ibi dicit textus, dominus nunquam fuerat in iudicio: & tunc principalem uocari qui ignorat statum causæ, uidetur absurdum. Et uocatio procuratoris, statum causæ notum habentis, posset inducere iudicem ad non pronunciandum uel ad aliter iudicandum. meritò igitur ille uocandus. Nec enim placet subauditus, maxime uel dicere quòd ibi factum narret: cum uerba legis regulariter, & non frustra ponantur. ff. de iniur. ait prætor. §. 1. Ad l. si quis cum procuratorio. ff. de procu. & ad l. licet. §. si plures. eod. tit. & his similes respondet quòd dominus tempore sententiæ non erat ibi in iudicio: hic præsens erat in iudicio. Procedunt autem prædicta, & fortius quando dominus litem ad se assumpserat, quasi procuratorem reuocando. quod poterat: tum quia non fuerat litem contestatus, tum quia non residebat. hoc ibi plenius.

ADDE, an sententia lata contra dominum, qui litigauit per procuratorem, sit nulla tam de iure ciuili, quàm canonico, & quod ius sit seruandum. Angelus consilio nonagesimooctauo.

l Literis. Pars decisa faciebat ad hoc, ubi etiam erat hæc glo. Tancre. in 1. compil.

m Querelam. In glo. concipienda. & uide quod super ea dixi.

n Dixit. In c. iuuenis. de sponsalibus.

ADDE tu ad propositam materiam, quòd ubi sententia est incerta ex pluralitate nominum non ualet, Bald. in l. tempus. §. quoties. ff. de hæredi. instituen.

o Papam. Ibi scripsi in glo. sed nonne.

p Insi. Et dixi post eum de officio ord. conquerente. super 1. glo.

q Tanta. Vbi scripsi in glo. not. generalem.

r Taces. Vide quod de hac materia plenè scripsi de re iudica. cum inter. in ult. glo.

s L. 2. Vide quod ibi not.

t Actorum. ff. de uerbo. signifi. l. alienationis. in §. ult.

u Dicunt. Dec. in literis. de offic. delega. ubi scripsi super uersi. functus. & uer. sed si causa.

ADDE quòd licet iudex non possit corrigere, uel mutare sententiam suam, ipsam tamen obscuram bene poterit declarare, etiam ex interuallo. Bald. in l. haeredes palàm. §. sed si notam ff. de testa. & quando intelligatur hoc, & qualiter, uide ibidem per ipsum.

ADDITIO. An sententiam etiam incontinenti post latam, index ipse corrigere possit uel etiam sibi addere, latè consuluit Alexand. consi. 118. inci. omnis uis. in 3. uol. & an sententia obscura debeat declarari per acta probatoria, uide Matesila. not. 142. incip. not. quod illud. Henr. Ferran.

x L. 4. Non obst. ff. de poe. l. moris est. §. iste. quia istud propter enormitatem delicti, & gratia poenarum. C. de poenis. poenam.

y Proponis. an ex eisdem actis, dicetur infra §. iuxta uer. sed si causa.

z Superior. Qui delegauit.

a Tutum. Facit quod scripsi de excep. cum uenerabilis. super glo. penult. circa finem.

b Dixit. Libro Iudicum, ubi supra uer. antepenult. Et scias quòd ex superioribus multa fuerunt Ioan. de Deo, nunc solum nominati, quia uult improbare: & iste stylus scribendi iam diu uiguit, sed non apud me: laudetur Deus.

c Secundum T. ubi supra rub. in uersi. praeterea. & uide infrà §. proxi. uer. quod autem.

d Nobis. Vide quod ibi scripsi super 3. glo. ubi & uide casus 6. qui hoc sequuntur, sed non eodem ordine.

e Praefatus lib. 6. Vide supra de act. seu peti. §. sequitur. uersi. hoc quoque & quod ibi dixi.

f Et. Iste uer. fuit Rolandini, parte 9. ultra medium. ubi de sententia iudicis ecclesiastici super matrimonio. uer. caeterum.

g Quintum. Rolan. ponit hoc pro sexto & pro quinto. & facit ad dicenda in uersi. statim alleg.

SVMMARIVM.

1 Forma sententiarum, sunt diuersa.

2 Praeceptum qualiter fieri debeat in confessum.

3 Index duobus debitoribus praecepturus, cuilibet eorum praecipere debet in solidum.

4 Iudices ex officio suo, uaria facere possunt praecepta.

5 Iudex ad alicuius petitionem sequestrari iubens res aliquas, quibus rescriptis uti debeat.

6 Sententia diffinitiua super diuersis, & à diuersis ferri solet.

7 Sententia, fertur ad perpetuam rei memoriam.

8 Sententia semper continere debet condemnationem, aut aequipollens: ut est, statuo, pronuncio, praecipio, & similia.

9 Silentium perpetuum & absolutio ab impetitione, in omni sententia proponi debent.

10 Si in sententia contineatur, condemno talem, uel condemno procuratorem talis, an praesumendum sit, eos fuisse praesentes.

11 Iudicata res, pro ueritate est habenda.

12 Prouincia cuiusdam modus, in sententia prolatione.

13 De singulis actibus mentionem in sententia fieri, cautela est.

14 Sententia super adipiscenda possessione ferenda, qualiter pronunciari debeat.

15 Modis diuersis & super diuersis casibus, sententia proferenda occurrunt.

16 Sententia qualiter sit proferenda, ubi causa illegitimitatis per defensionem agitur.

17 Sententia, ubi reus nec condemnatur nec absoluitur, quae uerba continere debeat.

18 Sententia qualis esse debeat in causa matrimoniali, uel in sponsalibus.

19 Tenor libelli non semper in sententijs apponi solet, à quibusdam: sed summatim mens petitionis.

20 Sententia à iudice delegato uel subdelegato ferenda, qualiter sit formanda.

21 Notarius qualiter, & per quae uerba, se in sententijs subscribere habeat.

22 Auditor palatij domini Papae quibus uerbis se in sententijs subscribendo uti debeat.

23 Sententia qualiter sit proferenda in causa criminali, seu iniuriarum.

24 Iudicis appellationis officium est triplex.

25 Appellatione facta à sententia ipso iure nulla, quae, & qualiter iudex debeat pronunciare.

26 Iudex appellationis, an pronunciando iniustam sententiam & appellationem fore legitimam, uideatur per consequens condemnasse.

Iudex appellationis qualiter pronunciabit male fuisse iudicatum, si primus iudex pronunciauerit

uerit secundum acta coram se habita.
28 *Sententia excommunicationis, qualiter sit formanda.*
29 *In enormibus delictis, sententia quandoque solenniter est proferenda: & tunc dicitur anathema.*
30 *Sententiæ solennitas, non semper est in iudicijs obseruanda: sed tantum in scriptis producenda.*
31 *Contumacia crescente, crescere debet & pœna.*
32 *Participantes cum excommunicatis, an & quo casu tandem excommunicationis sententiam incurrant.*
33 *Participans cum excommunicatis, non peccat mortaliter, sed uenialiter.*
34 *Iudex aliquem propter causam excommunicans rescriptum facere debet, ut excommunicatus uitetur.*
35 *Ecclesiæ miseratio, nunquam claudit gremium ad eam redeunti.*
Beneficium absolutionis ab excommunicatione, qua forma sit tradendum.
36 *Absolutio à suspensione hominis, qualiter fieri debeat.*
37 *Iudice delegato causam alicui subdelegante, & diffinitiua sibi reseruata: si ipse subdelegatus aliquem excommunicauerit, an in absentia delegati possit absolui.*
38 *Sententia iudicis per Papam confirmata, an possit per eundem iudicem relaxari.*
39 *In obtinenda absolutione ad cautelam, præstandum est iuramentum.*
40 *Absoluendi tantum per sedem apostolicam, possunt & per alios in necessitate absolui.*
41 *Mulier robusta & fortis, an sit mittenda ad sedem Apostolicam pro absolutione habenda.*
42 *Episcopus senex & debilis aut impeditus, per quem possit absolui, si manus iniecerit in clericum.*
43 *Abbas monachum uerberans, à quo sit absoluendus.*
44 *Prior, magister, seu maior ordinis hospitaliorum, si excommunicationem incurrat, à quo sit absoluendus.*
45 *Delegatus, simpliciter uices suas committendo, uidetur in totum committere.*
46 *Dispensatio fit multis modis.*
Litera, qualiter sint super dispensationibus formanda.
47 *Forma dispensationis, ubi quis fuit conuictus de aliquo crimine, in quo poterat dispensari.*
Misericordia superexaltat iudicium.
48 *Forma dispensationis seu restitutionis alicuius, in magnis criminibus.*
49 *Papa potest, quo ad ius ciuile infamiam irrogare.*
50 *Episcopus uolens dispensare cum aliquo, qui ignoranter habuit beneficium per simoniam ab alio commissam, qua forma utetur.*
51 *Iudex uolens formare sententiam super dispensatione accusatoris, in probatione deficientis, ne infamis sit, quibus uerbis uti debeat.*
52 *Infamiam ex sententia irrogatam uolens restituere, qualiter procedere debeat.*
53 *Episcopus dispensans aliquem ad duo beneficia, qua forma utetur.*

1 VT autem quæ præmisimus, exemplis subijciantur, formas sententiarum aliquas supponamus. † Primò igitur formas interlocutionum, ponemus. Secundò, formas præcepti. Tertiò, formas diffinitiuarum.
2 Quartò, formas sententiæ arbitrorum. ‡ Quintò, formas condemnationis in criminali causa & mulctæ. Sextò, formas sententiæ, in causa appellationis. Septimò, formas sententiæ excommunicationis, interdicti, & suspensionis, & absolutionis. Octauò, formas sententiarum super dispensationibus. Qualiter autem sententia interlocutoria super peremptorijs ante litis contest. propositis, uel super exceptione excommunicationis, uel super dilatorijs exceptionibus propositis, formetur: & an lata possit per iudicem reuocari, & formam reuocandi: & qualiter tunc super expensis pronuncietur, dixi supra de excep. §. dicto. ad fi. & §. niso. uersi. præfixo igitur. & seq. usque ad fin. Item qualiter formetur interlocutoria, de reputando aliquem contumacem, suprà de contumacia. §. sequitur. in princip. Item, qualiter interlocutoria de mittendo in possessionem propter contumaciam, & etiam sententia dationis in solutum, rem ipsam & secundi decreti, habes supra de primo & secundo decre. §. 2. & nunc dicamus. uersi. his pactis. Item, qualiter iudex appellationis pronunciabit super attentatis, & quando, & super quibus infra de appel. §. nouissime. uer. illud. & seq. & secundum Papam extra de appel. dilecti filij prior. Qualiter etiam pronunciabitur super exceptio. litis contest. impedientibus, not. suprà de excep. §. dicto. uer.
3 sed quæritur. † Nunc dicamus qualiter præceptum fiat in confessum: de quo dixi supra §. species. Et quidem post quàm reus de plano de debito confessus fuerit, iudex sic dicat.

FORMA. Ego talis iudex, audita confessione tua, præcipio tibi ut des & soluas hinc ad 10. dies centum solidos Turo. P. quos ex causa mutui eidem P. te debere & teneri in instrumento publico manu talis notarij confecto, de plano in iudicio es confessus. Qualiter autem auditores in Romana curia pronuncient in confessos, not. in-

3 frà uersiculo in Romana uerò. † Quòd si sine duo
debitores, præcipiat cuilibet eorum in solidum
sub præscripta forma. Vno tamen soluente, alter
liberatur. Verum si fiat præceptum ex dilatione
iurisiurandi, tunc sic dicat.

FORMA. Ego &c. ut s. usque, te debere. po
stea iunge, delato tibi iuramento in iudicio es con
fessus. uel, delato sibi iuramento in iudicio asse-
ruit idem P. extra de iureiur. c. fi. C. de reb. cred.
generaliter. cum suis concor. & sic de alijs præce-
ptis, inserendo in eis quid & quare præcipitur, &
tempus præfixum. Notarius autem hoc in scriptis
redigat, uerbis primæ personæ, in uerbis tertiæ
4 commitatis. † Hoc autem nota quòd iudices ua-
ria ex officio suo (quòd late patet) faciunt præ-
cepta: puta quòd quis sibi præsentet aliquid, uel
quòd teneat in domo sua aliquem, & similia: &
hæc præcepta sunt scribenda simpliciter per tabel
lionem, prout à iudice proferuntur. Et de his &
similibus dicitur quòd non omnis uox iudicis, rei
iudicatæ continet autoritatem: ut C. de senten. &
interlocutionum. iudi. ex stipulatione. extra de præsum.
b afferte. [b] † Quandoque uerò ad alicuius petitio-
5 nem iubet res aliquas sequestrari: & tunc etiam
potest eius iussus scribi: tamen consueuit commu
niter solum executoris relatio scribi hoc modo.

FORMA. T. nuncius seu cursor talis curiæ
Papæ, retulit se de mandato talis iudicis uel au-
ditoris ad petitionem talis sequestrasse penes B.
tales res, quas se in tali fundo uel domo asseruit
reperisse: & præcepisse ipsi B. ut res ipsas saluet
& custodiat, donec quid inde faciendum fuerit
decernatur. Verum si is, cui præceptum est, an-
te tenutam bonorum aduersario datam, ueniat,
& contra præceptum excipiat dicens, ex dicto præ
cepto non esse contra eum procedendum, forte
pro eo quòd ipse minor est, & non potuerit sibi
c aliquid in iudicio sine tutoris [c] autoritate præci-
pi: uel quia est filiusfa. & dictum præceptum sine
patris autoritate recepit, uel quia factum fuit in
eum inuite confessum, & huiusmodi: tunc dabi-
tur ei terminus ad probandum exceptionem pro-
positam: quo elapso pronunciabitur in hac forma.

FORMA. Quoniam talis coram me tali iu-
dice constitutus, in tali causa talem excep. pro-
ponere curauit, scilicet coram, &c. pone totam.
post iunge: & hanc exceptionem probauit legiti-
me: ideo de consilio peritorum interloquendo
pronuncio non esse contra eum ex præcepto hu-
d iusmodi procedendum. [d] & hoc cum suam exce-
ptionem plene probauit. uel si non probauit, pro
nunciet non obstante dicta exceptione ex præce-
pto huius contra eum fore procedendum: & præ-
ceptum ipsum fore executioni mandandum. Quo
facto, dabitur tenuta in bonis rei, quæ scribetur,
ut suprà de 1. & 2. decre. §. nunc dicamus. uersi.
quod si nullus. hoc saluo, quòd in hac tenuta di-
ces exequendo præceptum factum à iudice tali
uel reo, dabitur bannum secundum consuetudi-
nem Italiæ in hac forma.

FORMA. Quia P. non soluit T. centum so-
lidos, in quibus ei causa mutui tenetur per instru-
mentum uel præceptum manu talis notarij fa-
ctum, & legitime secundum formam statuti per
talem cursorem die tali citatus & cridatus non ue-
nit, nec misit: ideo ex nunc sit in banno talis cu-
6 riæ. † Nunc transeamus ad diffinitiuas senten-
tias, super diuersis, & à diuersis ferendas. Ad
cuius rei euidentiam sciendum quòd quandoque
fertur diffinitiua sententia ab ordinario, quan-
doque à delegato, quandoque ab auditore pala-
tij domini Papæ, & quandoque ab arbitro. Cum
fertur ab ordinario: aut fertur in personali actio-
ne, aut in reali. Si in personali actione, sic di-
catur.

FORMA. In nomine Domini amen: inter
B. & C. super hoc coram nobis orta materia quæ-
stionis, idem B. libellum obtulit, in hac forma:
Coram, &c. pone libellum de uerbo ad uerbum.
Lite igitur coram nobis legitime contestata, præ
stitoque hincinde de calumnia seu de ueritate iu-
ramento, factis quoque positionibus, & ad ipsas
responsionibus subsequenter datis, etiam articu-
lis & testibus, instrumentis productis & attesta-
tionibus publicatis, tandemque conclusum in causa
à partibus extitit, hinc & inde uel nos parte alte-
ra concludente in causa ipsa in partis alterius con-
tumaciam habuimus pro concluso. Nos itaque
diligenter uisis & auditis partium iuribus & ra-
tionibus & probationibus, inuestigatis quoque
& ad plenum cognitis ipsius causæ meritis, & æ-
qua iustitiæ lance discussis, & deliberatione insu-
per nobiscum, & cum peritis præhabita diligen-
tia: ut extra de re iudi. ad apostolicæ. §. nos ita-
e que. & c. abbate sane. & c. cum æterni. [e] Dei
nomine inuocato, partibus propter hoc in præ-
sentia nostra constitutis & sententiam ferri po-
stulantibus; ut suprà de pet. sententiæ. uel alte-
ra præsente, & altera contumaciter absente, cuius
absentia Dei præsentia repleatur; ut 3. q. 1. de
manifesta. in fi. & extra de dolo & contu. ueritatis,
tis, cum suis concor. præfatum C. seu B. eius pro
curatorem procuratorio nomine pro eodem C.
in centum libris, quas idem B. petijt in libello
nomine sortis, & in decem nomine pœnæ seu in-
teresse idem B. sententialiter in his scriptis con-
demno, & ad earum solutionem cogendum fore
decerno: condemnans nihilo minus sententiali-
ter præfatum C. in expensis litis ipsarum taxatio-
ne mihi in posterum reseruata 3. quæst. 3. §. spa-
cium. ad fi. 2. quæst. 1. c. in primis. extra de se-
que. pos. cap. pri. sed de hoc. & de taxatione,
quando fiet, dixi suprà de excep. §. uiso. uersi.
quid si reus. & infra de expensis. §. postremò.
Quare dixerim in his scriptis, uide infrà §. iuxta
uersiculo non ualet etiam. In fine autem senten-
tiæ sic dicitur, in cuius rei testimonium, &c. quæ
dic ut supra de edi. instrumen. §. breuiter. uer.
7 sed & in sententijs. † Sententia enim fertur, ad
æternam rei memoriam: ut legitur, & not. extra
de re iudi. ad apostolicæ. in superscriptione.
f [f] Item notabiliter incipit præmissa forma. In no-
mine Domini. ut uigesimatertia distinct. in no-
mine. extra de testim. in nomine. septuagesima
secunda distinctione in nomine patris. Verum au-
tem debeat sententia concipi sub uerbis primæ
uel tertiæ personæ: & utrum iudex debeat pro-
nunciando scribere partibus uel etiam uniuer-
sis,

sis, & qualibus uerbis uti debet in sententia, uide in præ. uersic. non ualet etiam.
8 † Et nota quòd non est uis, si dicat iudex, condemno: uel dicat, præcipio, uel pronuncio, uel statuo: ut ff. de re iudic. in summa. extra de uerb. sig. in his. Licet enim lex dicat sententiam nullam esse, quæ non continet condemnationem: ut C. de senten. & in ter. omnium iudicum. præses. subaudiri tamen debet, uel equipollens: ut in præ. concor. Idem est si dicitur, nil uideri Titium debere Seio: ut ff. de arbitr. quid tamen. §. si arbiter. Item idem est, si dicit, ne inquietet eum, ac si dicat, non impediat: ut ff. si ususfru. pe. fructuario. §. fina. Si uerò B. plura petijt in libello, & in uno obtineat, & in alijs non: tunc iudex in fine sententiæ sic adijciat: in alijs uerò petitionibus ipsius B. dictum C. sententialiter absoluentes, ipsi B. super eis perpetuum silentium imponendo. extra de testa. Raynutius. & ca. Raynaldus.
9 † Quòd autem utrunque uerbum proponendum sit in sententijs, scilicet silentium perpetuum, & absolutio ab impetitione: probatur extra de causa possess. & propri. cap. cum ecclesia. in fin. & de conuers. coniug. cap. dudum. in fi. de transac. ex literis. in fine. & de electio. c. cùm ecclesia. extra de relig. do. constitutus. in fi.
10 de offic. archid. cap. fi. de præscrip. auditis. † Et nota secundum quosdam, quòd si in sententia dicitur, condemno. C. uel, condemno talem procuratorem C. omnino credendum est eos fuisse præsentes, nisi euidenter contrarium ostendatur: ut C. de contrahen. stipul. optimam. & l. prima. & C. de re iudic. l. prima, & melius extra de electio. bonæ. 1. §. porrò. & facit extra de renuncia. in præsentia. quia instrumento creditur. C. de probatio. cum precibus. Alij dicunt quòd si in sententia contineatur, fuisse præsentes, uel uocatos fuisse, præsumuntur præsentes uel uocatos fuisse: ut in præ. l. & C. de appellatio. qui ad. alioquin contra. argumen. ff. de uerbo. obligatio. l. Titia. §. secundo. & ff. de Publicia. quæcunque. §. fina. extra de constit. ecclesia. C. de arbit. ne in arbitris. Tertij dicunt quòd licet non dicatur in sententia fuisse citatos, uel præsentes, uel absentes dummodo prima facie appareat non uitiata, postquam transiuit in rem iudicatam, semper standum est pro ea: nisi probetur aliquid omissum, quòd reddat eam nullam. extra de procur. in præsentia.
g uel falsam. C. de fid. instrum. si uteris. g † Et hoc
11 credo uerum de iure. nam iudicata res, pro ueritate accipitur: & sententia facit ius inter partes, licet lata sit contra ius litigatoris, ex quo non est appellatum ab ea: ut extra de re iudic. cùm inter. prope fi. 2. quæstio. 6. §. diffinitiua. uersic. item contra ius. Tutius tamen est, exprimere in sententia partes fuisse citatas uel præsentes, ut patet in forma præcedenti. Si autem nondum transiuit sententia in rem iudicatam, uel fuerit appellatum ab ea: tunc nisi probetur absens citatus, reuocabitur sententia: ut probatur supra, de citatio. §. uiso. uersi. item licet. & seq. extra de maio. & obedien. inter. 2. quæstio. 1. cap. nos in quenquam. Non enim præsumitur pro processu iudicis, nisi quatenus pro ipso constat: ut extra de proba. cap. quoniam contra. Si tamen sententia scripta sit in formam actorum, & contineat illum fuisse ci-
h tatum h uel præsentem, non est alia probatio necessaria: & tenet sententia. Non enim potest ille probare se non fuisse citatum: ut in prædic. §. porrò. Et secundum hoc possunt prædictæ opiniones ad concordiam reuocari. C. de inofficio. do. l. unica. & uide quod nota. suprà de instrum. edi. §. restat. uersicu. in summa. & de probatio. §. fina. uersicu. sed pone. In Romana uerò curia, qualiter pronunciabit uel excommunicabit auditor super debito coram se confessato, inter eos, qui se suæ iurisdictioni submittunt, uide suprà de conclu. &
12 renuncia. uersicu. ultimo. † In partibus uerò illis, in quibus in sententiæ prolatione, apponunt formam consilij, post illa uerba præhabita diligenti. iunge, consilij. quorum tenor talis est: Consilium nostrum, &c. ut supra. & de consi. requisitio. uersicu. porrò. ponatur totum consilium. postea iunge, dictorum talium, sequens consilium
i Dei nomine inuocato &c. i Quòd autem in sententia de singulis actibus fiat mentio, cautela est ut dixi suprà de edi. instrum. §. restat. uersicu. in
13 summa. † Si uerò reali actione actum fuerit, post uerbum nomine pro eodem &c. iunge, in restitutione prędicti fundi uel uineæ in libello petitæ, & in decem sextarijs tritici pro fructibus uineæ, à tali tempore circa perceptis eidem B. sententiali-
14 ter, &c. † Cæterùm si super adipiscenda possessione sententia feratur, post uerbum nomine pro eodem &c. iunge, in præstatione possessionis & quasi possessionis prædictæ domus in libello petitæ eidem P. sententialiter, &c. Si uero super recuperãda possessione feratur: dicas ibidem, in restitutione prædictæ uineæ uel fundi, in libello petiti cum fructibus à tali tempore citra perceptis eidem B. &c. Si autem super retinenda feratur dicas ibidem, præcipientes ut sinant dictum B. pacificè possidere uel quasi possidere præfatam uineam in libello petitam, sicut possidebat tempore litis contestationis, idem B. &c. Hoc probatur extra de iure patronatus. dilectus. in fine. extra de restitu. spoliato. grauis. extra de probatio. li-
15 cet. in fine. cum suis concor. † Qualiter autem pronunciabit iudex cum reus cecidit à possessione, siue non possidebat, siue incipiat de nouo possidere, nota. suprà de interrogat. §. finali. uersicu. sed qualiter. Item qualiter pronunciabitur super interesse, infrà de fructibus & interesse. §. secundo. uersiculo, sed qualiter. Et qualiter super æstimatione, infrà de obligat. & solut. §. sequitur. uer. sed quo iure. Item qualiter pronunciabitur, cùm petitur ratio administratæ tutelæ, infrà de iudic. §. generalia. uersiculo, quòd si quis. Item qualiter pronunciabitur quando agitur constitu. si quis in tantam. infrà de restitutione spoliato. §. primo. uersiculo, & nota. Item qualiter cùm agitur negatoria uel confessoria, supra de causa possessio. & proprio. §. fina. uersicu. sed nunquid. Item qualiter pronunciabitur in iuramento in litem, infra, de iureiuran. uersi. is autem. Qualiter autem alimenta decernantur, infra qui filij sint legit. uersi. item pupillus. Qualiter autem pronunciabitur sententiam non esse exequendam, dic ut infra titulo
16 proximo. §. breuiter. uersicu. sed secundum. † Si autem

autem agitur causa illegitimitatis, per defensionem, quod fieri potest: ut suprà de defen. uersi. hoc etiam. sic pronunciabitur.

FORMA. Cum A. ageret contra B. procuratorem seu defensorem C. procuratorio seu defensorio nomine ipsius super illegitimitate ipsius: Nos uisis & intellectis rationibus partium, ipsum B. pro curatorem uel defensorem dicti C. memorato A.
k sententialiter condemnamus: k nec est necesse causam exprimi: ut extra de re iudic. sicut nobis. nec tamen minus ualet sententia si causa exprimatur, hæc scilicet, cum illigitimitas. C. sit plenè probata. De hoc & an talis sententia præiudicet ipsi B. & quis sit effectus huius sententiæ, no. secundum Papam extra qui fil. sint legit. causam quæ. 2. Fertur ergo sententia in personam procuratoris. ff. de his qui not. infamia. §. furti. §. 1. & l. seruus. & non domini. nec est uis, si sit lis contestata, uel non: secundum Papam. C. de senten. & interloc. omnium iudicum. l. prima. ff. de procur. licet. §. penult. & l. qui proprio. respon. 1. Alij tamen contra: ut in præ. l. furti. sed contra eos est C. de procurat. nihil. l Idem quoque est in defensore sine mandato, ut in personam eius sententia feratur, si uerborum aptitudo patiatur. ff. de neg. gest. liberto. §. fin. Similiter quoque modo sententia dictanda est, si de furto, uel alijs consimilibus per defensorem agatur: ut not. in prædi. cap. causam, quæ. Qualiter autem sit formanda sententia contra procuratorem cum mandato, uel contra dominum, uel contra utrunque, quod tutius est. no. extra de elect. querelam. & infra uersicu in matrimonio.
17 † Cæterùm si nec damnatur reus, nec absoluitur, sed iudicium nullum pronunciatur: tunc post uerbum, Dei nomine inuocato, &c. iunge, pronuncio dictum iudicium esse nullum, pro eo quòd dictus C. qui est filiusfamiliàs, sine patris consensu, contestatus est litem in iudicio suprà dicto: ut C. de bon. quæ liber. cum non solùm. Porrò si iudex ferat sententiam super processu coram alio habito ita dicet.

FORMA. Cùm olim inter talem & talem, & super hoc quæstio coram tali iudice uerteretur, coram eo libellus oblatus extitit continentiæ talis: Coram &c. Lite igitur super libello ipso coram eo legitimè contestata &c. ut supra in prima forma usque, habuerit pro concluso, postea iunge, uerum eodem, sicut Deo placuit, uiam uniuersæ carnis ingresso, uel ab officio remoto, uel in remotis agente, nos in causis omnibus, quæ coram eo uentilabantur, uel in causa ipsa eidem per talem fuimus substituti: ergo, &c. ut supra in prima forma si. de iu. edictum. extra de in integrum restitutione.
18 tum ex literis. † In matrimonio autem uel sponsalibus sic dic.

FORMA. In Dei nomine amen. Cùm nuper coram nobis tali officiali inter tales super fœdere matrimonij orta foret materia quæstionis, ipsa M. coram nobis libellum obtulit continentiæ talis: Coram, &c. Lite igitur, &c. supra, in forma prima usque, nomine pro eodem. iunge, præfatum P. ab impetitione eiusdem sententialiter in scriptis absoluimus eidem super impetitione eiusdem P. perpetuum silentium imponentes, dantesque eidem P. licentiam nubendi in domino, cui uolet. extra de secundis nup. cap. penult. & fi. Vel si probatum fuerit matrimonium, pronunciabitur matrimonium legitimè inter eos contractum fuisse: & adiudicabitur uir mulieri: & pronunciabitur, eum debere cogi cohabitare eidem, & eam maritali affectione tractare: ut extra de spon. ex parte. in fine. & cap. ueniens. 1. Hæc forma probatur in authen. colla. 9. de ec. titu. §. si quis in sua domo. In causa autem matrimoniali, per procuratorem contracta, utrùm sententia formabitur in personam procuratoris, dixi supra, de defen. uersic. quid de causa. sed si de sponsalibus actum fuit, & probata fuerint, dices sic.

FORMA. Pronuncio sponsalia inter eos legitimè contracta fuisse & ualere de iure: ipsumque P. cogendum per censuram ecclesiasticam ad perficiendum matrimonium inter eos, hoc saluo, quòd iuxta modum petitionis sententia dicte-
19 tur: ut supra dixi. † Et scias quòd quidam in sententijs non ponunt tenorem libelli, sed summatim mentem petitionis. Primus tamen modus nobis placet: & sic usus curiæ Romæ obseruat. Quòd si actum fuerit ad diuortium, iuxta præmissas formas sententia dictabitur, uerbis competenter mutatis. hoc saluo, quòd in sententia causa diuortij exprimatur. extra de diuort. ex literis. Si autem arduum sit negocium, incipias cum præfatione sic.

FORMA. Vt nostrum prodeat de uultu Dei iudicium, & oculi nostri uideant æquitatem, &c. ut extra ut ec. bene. ut nostrum. Vel sic.

FORMA. Præsidente rationis imperio, in animo iudicantis, sedet in examine ueritatis pro tribunali iustitia: & quasi Rex in solio iudicij rectitudo, de cuius ore procedit gladius bis acutus, cuius etiam aspectu terribili, propriæ uoluntatis dissipatur arbitrium reproborum: quia noxius appetitus sine personarum delectu, sub iuris regula limitatur. hæc enim recta fuit æterni prouidentia iudicis, de cuius uultu recta iudicia procedunt, ut recti iudices eligerentur in orbe, qui terram iudicent, iustitiam diligant, & eorum oculi respiciant æquitatem. Hoc profectò uelut Dei testamentum, quo filios hominum rectè iudicare iussit, per quod fœdus humani generis, in tranquillitate consistit, solicitudine uigili, ac diligenti studio sunt à cunctis firma stabilitate seruanda. Nam pacem pariunt, modestiam nutriunt, lites perimunt, sua unicuique æquo libramine tribuunt, iurgiorum materiam reprimunt, delinquentes puniunt, alterum lædi ab altero non permittunt. Sanè &c. recitetur negocium. Ex hac autem præfatione membratim diuisim plures poteris formare.
20 † Si autem sententia diffinitiua à iudice delegato uel subdelegato feratur, sic dicet,

FORMA. In Dei nomine amen. Nos talis iudex à sede apostolica in tali quæstione inter tales deputatus, olim literas apostolicas recepimus sub hac forma: Clemens episcopus &c. Pone de uerbo ad uerbum. post iunge, quarum siquidem autoritate, talem coram nobis in iudicium ad instantiam B. fecimus euocari. eo uerò com-

rò comparente ei per ipsum B. coram nobis libel
lus porrectus extitit in hac forma: Coram no-
bis &c. pone totum. postea iunge, lite igitur, &c.
ut supra, uersicu. cum fertur. extra de eo, qui mit.
21 in pos. causa rei ser. cap. cùm uenissent. † Nota-
rius autem sic se subscribat: m Et ego tali autori-
tate notarius prolationi huiusmodi sententiæ in-
terfui, & de mandato dicti iudicis, prædictas com-
missionis literas uidi, cum uera bulla in filo pen
denti, non cancellatas, non uitiatas, nec aboli-
tas in aliqua sui parte: & eum tenorem de uerbo
ad uerbum in hac sententia apposui: nil addens
uel minuens, per quod rei ueritas immutetur:
& diligenter etiam auscultaui, qui iudex ad ipsius
sententiæ confirmationem & robur, his suam au
toritatem interposuit & decretum. Operatur au
tem hæc subscriptio, quia licet postmodum rescri
ptum apostolicum perdatur, nihilò minus stabi-
tur sententiæ tali. C. de testibus. l. publicati. extra
de fide instrumentorum. cap. 2. quod aliàs non fie
ret, ut eodem titulo. cap. primo. Idem etiam con
sulo de instrumentis procurationum, & alijs, qui-
bus perditis, sententia non ualeret. De hoc ex-
tra de officio delegat. cùm in iure. & suprà de in-
strumen. edi. §. nunc dicamus. uersicu. illud au-
22 tem. & §. restat. uersiculo, in summa. † Cæ-
terùm si sic auditor palatij domini Papæ, di-
cet sic.

FORMA. Cum causam appellationis & ne-
gotij principalis. uel pone alterum tantùm, pro-
ut continget, quæ inter talem & talem super hoc
& rebus alijs uertitur: nos magister Gulielmus
Durandus, domini Papæ subdiaconus & capella-
nus, ac palatij ipsius domini Papæ generalis au-
ditor, audiendam suscepimus, & fine debito ter-
minandam, & hoc cum causa est ciuilis. uel fine ca
nonico, cùm est spiritualis uel matrimonialis: ut
supra, de rescripti præsentatio. §. ratione formæ.
uersicu. item quòd ubi. & hoc quando audit tan-
quàm generalis auditor sententiæ commissio-
ne speciali à parte additus: ut supra, de iudic.
delega. §. iam nunc. uersiculo, sed nunquid. in
fine. Si uerò dominus Papa ei specialiter com-
misit, dicat post uerbum, uertebatur. Sanctis-
simus pater dominus Clemens Papa 4. nobis tali
audiendam commiserit, & fine canonico uel debi
to terminandam: tandem in causa ipsa, libellum
recepimus in hac forma: Coram, &c. lite igi-
tur &c. ut supra. uersicul. cum fertur. usque,
causæ meritis. postea iungat, factaque domino
nostro summo pontifici relatione fideli, delibera-
tione quoque nobiscum, &c. ut ibidem: usque,
repleatur. Iunge, de ipsius domini speciali licen
tia & mandato nobis facto oraculo uiuæ uocis præ
fatum C. &c. ut sequitur in eadem forma. extra, de
re iudic. cap. cùm Bertholdus. & suprà, de relatio.
§. qualiter. in fi. Si autem sit arbiter, qui senten-
tiam profert, dicat ut suprà de arbitris. §. ut au-
tem. uersic. cognitio. Qualiter autem pronuncia-
bitur sententiam esse exequendam, dic ut infra. ti-
tu. proxim. §. sequitur. Item qualiter pronun-
ciabunt arbitri super exceptione suspicionis ele-
cta, suprà de recusa. §. qualiter. uersicu. ut autem.
23 † Porrò si agatur causa criminalis, puta iniu-
riarum, sic dicetur.

FORMA. Quoniam T. accusatus à P. quòd
uerba iniuriosa sibi dixisset, uidelicet quòd erat
latro uel leno, & idem P. suam plene nequiuerit
probare intentionem, idcirco dictum T. à præfa-
ta accusatione sententialiter absoluimus, eidem
P. super ea perpetuum silentium imponentes, &
eum in decem libras Turon. condemnantes. ex-
tra, de iureiuran. Quintauallis. 15. quæstio. 1. il-
lud. Si autem actum fuerit criminaliter ad pœ-
nam sanguinis, & probata sit accusatoris inten-
tio, ita dicet.

FORMA. Quoniam T. accusatus coram no-
bis à P. quòd idē T. nuper die tali talis mensis, loco
tali in H. fratrem eiusdem P. cum lancea insultum
fecit. & eum cum ea in pectore percussit, ex qua
percussione idem H. confestim cecidit, & obijt,
se præfatum ictum fecisse coram nobis confessus
est legitimè, & de hoc etiam aliàs per probatio-
nes legitimas nobis constat: idcirco dictum T. ad
pœnam capitis sententialiter condemnamus, ita
quòd caput sibi præcidatur sic, ut moriatur. uel,
si clericus erat accusatus, dicas, eum ab officio &
beneficio ducimus deponendum, & perpetuo car
ceri sententialiter in his scriptis condemnamus.
extra, de iudi. cap. at si clerici. & cap. cùm non ab
homine. de uerborum significatione. ca. nouimus.
magis tamen placet, ut forma libelli in sententia
inseratur, ut prædixi. & infrà in tractatu libell. in
titulo de homicidijs. Si uerò nihil probatum fue
rit, dicat sic.

FORMA. Quoniam T. &c. ut suprà proxim.
usque, & obijt. Et iunge & de hoc aduersus di-
ctum T. nulla sufficiens probatio appareat, nec de
hoc aliquo modo nobis liquere potest, iccirco à
præmissa accusatione eum sententialiter absolui-
mus, eidem P. super ea perpetuum silentium im-
ponentes. extra de accusa. illa. 2. quæstione ultima
sciant. Si uerò iudex uelit aliquem ex causa aliqua
mulctare, sic dicet.

FORMA. Quoniam conuentus & citatus ex
parte nostra per talem huius curiæ cursorem, ut
die tali, pro tali causa coram nobis sub pœna de-
cem librarum comparere deberet, ipseque con-
tumaciter recusauerit comparere. Iccirco prom
pti inobedientiam eius ulcisci: nisi is etiam hinc
ad talem diem se præsentare curauerit coram no-
bis, eum puniendo mulctamus & mulctando puni-
mus in 10. libras, uel sic.

FORMA. Cum causa quæ inter B. & C. uer-
titur in nostra præsentia tractaretur, idem B. præ-
fato C. in nostra & astantium præsentia, quorum
testimonia in scriptis redigi fecimus, uerba con-
tumeliæ & iniuriæ proferre non erubuit dicendo
sibi quòd per gulam mentiebatur quodque se ad-
huc de eo uindicaret. quoniam igitur res est ma-
li exempli locum iuris & iustitiæ insultis lacerare
cōuitijs: Iccirco præfatū B. in centū solid. puniē-
dum mulctamus, & mulctando punimus prætextu
paupertatis & simpliciter pœna nihilò minus mi-
tigata. extra de offic. delegat. cum super abbatia
in parte decisa 2. quæstione 1. §. fin. de hac mulcta
24 dixi suprà eodem. §. species. † In iudice autem
appellationis not. quòd triplex est eius officium

Primo

Primò, ut confirmet uel infirmet priorem sententiam. quod intellige quando in causa appellationis nil noui proponitur & unicus tantum est articulus. extra de in integrum restitut. ex literis. in fin. 2. quæstio. 6. in fine. C. de episc. audien. authent. si quis litigantium. extra de re iudic. abbate. in fin. lib. 6. 6. quæstio. 3. Osius. in fine. Si uerò plures sint articuli, potest in uno infirmare, & in alio confirmare. extra de testa. Raynutius. & cap. Raynaldus. extra de priuileg. cum olim. prope fi. & suprà §. species. uersicu. diffinitiua. Secundò, debet emendare uel corrigere sicut potest. C. de re. cred. generaliter. §. sin autem. Tertiò debet pronunciare primam sententiam iustam uel iniustam: ut 2. quæstio. 6. §. diffinitiua. in fi. C. de appella. eos. in principio. secundum Vbertum. & dic ut infra in tractatu lib. de appell. §. nunc dicendum. uersicu. si uerò à sententia. & in Summa d. m. eodem titulo. §. qualiter. potest etiam adhærere. ut extra de testa. Raynutius. argum. contra C. de appell. eos. n in princ. n† Vbi autem appellatum est a senten-
25 tia quæ ipso iure non ualet, iudex pronunciabit appellationem iniustam inserta causa. quod dic ut no. C. quando prono. necesse non est. l. pri-
o ma. o ut autem res exemplo subijciatur in causa appellationis à grauamine uel interlocutoria interpositæ, sententia sic formabitur.

FORMA. Nos P. iudex delegatus à tali in causa quæ uertitur inter tales libellum recepimus à tali in hac forma: Coram &c. ponatur totus tenor libelli. lite igitur &c. ut suprà. uersicu. cum fertur. usque, repleatur. iunge, sententialiter pronunciamus talem bene & legitimè appellasse & talem perperam processisse, & interlocutum fuisse, & ad nos iurisdictionem procedendi in principali deuolutam esse uel econtrà. & tunc dicas ipsumque remittendum esse & remittimus ad iudicis prioris examen condemnantes eum insuper in 10. danda & soluenda ipsi tali, quæ constat eum occasione dictæ appellationis expendisse. Hæc probantur extra de appel. ut debitus. 2. q. 6. ad fi. quæstio. potest etiam iudex ut dicunt appellatum qui per priorem iudicem absolutus fuerat
26 condemnare. ut ff. iudi. sol. l. pen. † Sed nunquid iudex appellationis pronunciando iniustam sententiam & appellationem fore legitimam uidetur per consequens condemnasse? uidetur quòd sic: ut not. C. de senten. & interlo. omnium iudicum. præses. utrùm autem dabitur libellus in causa appellationis ante sententiam interpositæ, uide infra, de libel. con. §. nunc uidendum. in fi. in causa uerò appellationis à sententia interpositæ habet iudex confirmare uel infirmare priorem sententiam, & in expensis condemnare malè appellantem ut dictum est. unde tunc sic potest sententia formari.

FORMA. In Dei nomine, amen. Ego P. iudex deleg. à tali Episcopo uel à Papa deputatus in causa appellationis interpositæ per talem à sententia talis, scripta manu talis notarij, cuius sententiæ tenor talis est: In nomine domini &c. ponatur totus tenor sententiæ. quo facto subiungas sic: uisa appellatione prædicta & etiam commissione ipsius appellationis mihi facta à dicto domino tali, scripta manu talis notarij, de qua habes in titu. de appel. §. de offi. quoque. uersi. quòd si superior. uisis insuper & auditis &c. ut supra. uersic. conferrur. usque ibi, repleatur &c. postea iunge, prædictam sententiam à tali latam confirmo uel infirmo & pronuncio bene iudicatum, & malè appellatum & talem in expen. condemno uel econuerso. uel sic: prædictam sententiam in hoc confirmo, & malè appellatum fore pronuncio, & in hoc eam infirmo, & bene appellatum esse pronuncio. hæc probantur in prædicta concor. uel potest alio modo sic formari.

FORMA. In Christi nomine &c. Cum olim inter P. & M. super hoc coram tali ordinario uel delegato quæstio uerteretur, iudex illam diffinitiuam contra P. dixerit sententiam promulgandam. Porrò eodem P. ab hac sententia appellante: uenerabilis pater talis Episcopus uel sanctissimus pater dominus Clemens Papa 4. causam appellationis huiusmodi nobis tali audiendam commisit, ac fine debito uel canonico terminandam. Partibus igitur ad nostram præsentiam euocatis & constitutis prænominatus P. libellum obtulit in hunc modum: Coram &c. posito toto tenore libelli subiungat: Nos igitur uisis & auditis &c. ut supra. uersicu. Vtrum autem iudex à quo petitur sententia uel processus infirmari uel nulla pronunciari poterit confirmare uel aliquam pronunciare illo qui hoc petit in probatione deficiente: nisi altera pars id poterit, no. secundum Papam ex
p tra de offi. iudi. deleg. cum contingat. P† Sed po-
27 ne ecce opposui actori in lite principali exceptionem pacti de non petendo, & probaui: actor uerò opposuit mihi exceptionem pacti de petendo, sed non probauit licet in ueritate sibi fecissem pactum de petendo non obstante priori pacto, ideoque iudex me absoluit, nunc in causa appellationis probat actor illam exceptionem: quæritur qualiter iudex pronunciabit malè fuisse iudicatũ cum primus iudex bene pronunciauerit. secundũ acta coram se habita. Respon. debet sic dicere.

FORMA. Quia talis in principali causa non opposuit uel non probauit talem exceptionẽ quæ sibi in ueritate competebat, uel oppositam non probauit & nunc eam probauit ideo sententiam primi iudicis emendo, uel reformo. ff. de appella. l. prima, extra de in integ. restitu. cum ex literis. in fi. & supra. uersicu. in iudice. in princ. Si enim simpliciter pronunciaret illum malè pronunciasse, minus bene diceret. Debet ergo illum excusare modo prædicto, uel dicendo instrumentum per quod nunc probatur non fuisse coram illo productum & huiusmodi. extra de priuileg. cũ olim. prope fi. 9. distin. ego. in auth. colla. 5. ut defun. seu fu. eo. in prin. extra de fid. instrumen. cum Ioan. in fi. uel dic contra pront not. C. de appella. respon. 1. in fi. ibi etiam. & supra. §. species not. utrum deberet dicere cõdemno, uel absoluo, iudex autem appellationis potest reum condemnare. ut ff. iud. sol. l. penult. extra de appella. ut debitus. Qualiter autem pronunciabit iudex, cum is cuius interest se opponit contra sententiam & probat in causa appellationis: nota. secundum Papam,

Papam. extra, de ſenten. & re iudi. cum ſuper.
28 † Iuxta præmiſſum ordinem uidendum reſtat
de formis ſententiæ excommunicationis ſuſpen-
q ſionis & interdicti q & abſolutionis. Si igitur in
cauſa criminali ante litem conteſta. contumax ſit,
excommunicandus eſt: ut ſupra, de contuma. §. ſe-
quitur uidere. cuius excommunicationis forma
talis erit r.

r FORMA. ſententiæ excommunicationis. r.
Cum P. presbyter de tali loco in noſtra præſentia
conſtitutus à G. ſuper uarijs criminibus, ſcilicet
ſymonia, periurio, adulterio &c. accuſaretur, ipſe
nedum cum aduerſario noluit in iudicio experiri,
uerumetiam contumaciter contra noſtram inhibi
tionem à noſtra diſcedens præſentia noſtris ſæpe
uocatus literis & nuncijs comparere contemnit.
cuius rei cauſa ipſum contumacem reputauimus
& ob hoc eum in his ſcriptis autoritate Dei omni-
potentis & beatorum apoſtolorum Petri & Pauli
& noſtra excõmunicationis uinculo innodamus.
extra de iud. c. 1. extra de ſenten. excommu. cum
medicinalis. lib. 6 tradentes eum quamuis abſen-
tem. Satanæ in interitum carnis ut ſpiritus eius
ſaluus fiat in die iudicij. Hæc probantur 2. q. 1. de
manifeſta. 11. q. 3. audi. 33. q. 4. qui peccat. in prin.
& c. quid crudele. extra de appell. cum ſit Roma-
na in fi. 24. q. 1. §. ſin autem. uerſic. unde apoſtolus
eum & 100. q. 3. notandum. ad fi. 45. diſt. non licet.
Quòd ſi excommunicatur cum ſuis participibus,
s ſic poterit dici; habeto s itaque cum his qui tibi
conſentiunt plenè condemnationis ſententiam
ſublatumque tibi nomē & munus ſacerdotij agno
ſce ſancti ſpiritus in iudicio, & noſtra autoritate
damnatus & anathematis in conſpectu dei & ſan-
ctorum angelorum. ut 23. q. 4. Guiliſarius. & hoc
in ordinario. Delegatus autem cæteris uerbis re-
tentis ubi dicit autoritate dei omnipotentis &c. di
cit autoritate mihi commiſſa, uel ſic.

FORMA. Cum de talis presbyteri exceſſi-
bus nobis fuiſſent frequenter uaria nunciata,
nos uolentes ex officio noſtro ad inquirendum de
ſcendere & uidere utrùm clamorem qui ad nos
peruenerat opere compleuiſſet, eundem per no-
ſtras citauimus literas ut coram nobis certo ter-
mino perſonaliter compareret 1 ipſe uerò nec per
ſe nec per alium in præfixo ſibi termino compa-
rere curauit. quare ipſum reputantes meritò con-
tumacem in his ſcriptis &c. ut ſuprà proxi. 2. quæ-
ſtione 1. Deus omnipotens. extra de accuſa. qua-
liter. 2. Eodem etiam modo poteſt quis excommu
nicare eum qui in cauſa ciuili contumax reperi-
tur facta competenti narratione, qualiter cogno-
ſcens de cauſa quæ inter tales uertitur citauit ta-
lem qui ſe contumaciter abſentauit. extra ut lit.
non conte. quoniam. in fi. & extra de pollu. præla.
29 c. 1. † Illud autem ſcias quòd in enormibus deli-
ctis & contra tyrannos claues eccleſiæ contem-
nentes quandoque fertur ſententia excommuni-
cationis per epiſcopum cum magna ſolennitate,
& hoc dicitur anathema: debent enim 12. ſacerdo-
tes epiſcopum circunſtare & lucernas ſeu cande-
las ardentes in manibus tenere, quas in concluſio-
ne ſeu in fin. anathematis ſeu excomunicationis
proijcere debent in terram & pedibus conculcare.
deinde epiſtola per parochias mittatur continens
excommunicatorum nomina & excommunicatio-
nis cauſam. Hæc leguntur 11. q. 3. debent. & illæ
candelæ non debent ſumi poſtea ad aliquem uſū
t ſecundum Io. ſed foras proijci. t 2. q. 7. non om-
nes epiſcopi. in pleriſque tamen locis non con-
culcantur pedibus ſed extinguuntur in aqua di-
cendo: ſicut candelæ hæ extinguuntur ſic eius ope-
u ra u coram deo ſint extincta, donec ſufficienti ſa-
tisfactione præmiſſa ad ſinum ſanctæ matris ec-
cleſiæ reuertetur. Quibus autem uerbis formetur
ſententia cum quis pro aliquo facinore excom-
municatur, uide. 23. diſtin. in nomine. uerſus fin.
uerſi. quòd ſi quis contra. uſque ad fin. Nonnun-
quam etiam fertur ſententia perpetuæ depoſitio-
nis, degradationis uel ſuſpenſionis in aliquem,
quod dic ut j. de accuſat. §. 2. uerſ. & not. quòd. &
30 ſe. & ī. uerſic. portò. † Cæterum in iudicio non
tenetur quis tantam ſolennitatem ſeruare: nam
poſtquam quis ter monitus eſt quòd reſpondeat
poſitioni uel aliud faciat, iudex poteſt ex tunc in
ſcriptis eum excommunicare dicens.

FORMA. Et quia legitimè monitus non uis
poſitioni reſpondere, te tua contumacia exigente
x excõmunico in his ſcriptis. x & not. quòd nullus
debet excommunicari niſi legitima monitione
præmiſſa. ut extra de app. reprehenſibilis. de ſen-
tent. excom. ſacro. ſcilicet trina ſecundum B. 24.
q. 3. de illicita, 16. q. 7. omnes decimæ. 57. q. 4. de
presbyterorum. ego credo cum Guliel. na. unam
ſufficere cum teſtium ſubſcriptione, hæc enim di-
citur canonica. ut in prædi. alleg. c. reprehenſibi-
y lis, y arg. tamen contra de ſentent. excommu. in
cõſti. Greg. 10. conſtitutionem. lib. 6. Et no. quòd
excommunicationis ſententia eſt in ſcriptis pro-
ferenda: alioquin punitur eam ferens. extra de
z ſenten. excom. cum medicinalis. in princ. z extra
de tregua & pace. c. 1. 2. q. 1. legum. nec credo eſſe
de ſubſtantia quòd dicatur in ſententia in his ſcri-
ptis excommunico, conſulo tamen quòd dicatur
ut j. §. iuxta. uerſi. non ualet. & executores quan-
doque ferunt tales ſententias: contradictores &
rebelles excommunicationis ſententia innoda-
mus. Quid autem iuris ſit de hac ſententia, & qui
per eam ligentur, & quis eam ferre poſſit no. ſe-
a cundum Papam. extra de præben. pro illorum. a
31 † Verum quia excommunicato in ſua contuma-
cia perdurante iudices uolunt quandoque ſuam
ſententiam aggrauare ut contumacia creſcēte cre
ſcat & pœna. ut in præ. decre. quoniam. in fi. & 1.
diſtin. quia. extra de cohabi. cle. & mul. clericos.
in fi. & C. de ſer. fugi. quicunque. in prin. & ff. de
pœnis releg. & 2. q. 5. quando. ad fi. poterunt tunc
procedere ad ſuſpenſionem uel priuationem per-
petuam officij & beneficij. ut extra de ætate &
qualit. cum bonæ. & de teſti. co. cum ſuper cauſa.
& 32. diſt. præter. hæc. de appel. paſtoralis. de co-
hab. cler. & muli. clericos. & c. ſeq. de cleri. non re-
ſi. ex tuæ. & de cleri. ex latores 11. q. 3. ruſus. & c.
ſeq. uel ad depoſitionem. ut extra de dolo. & con-
tu. ueritatis. cuius ſententiæ forma talis erit:

FORMA. Cum nos P. Dei miſeratione epi-
ſcopus talis eccleſiæ, talem ſui exigente contu-
macia olim excommunicationis uinculo duxe-
rimus

rimus innodandum, ipseq; contemptis clauibus ecclesiæ uelut filius inobedientiæ adhuc in graue animæ suæ præiudicium & scandalum fidelium pertinaciter in sua contumacia perseueret. & excommunicationis sententiam qua ligatus est animo sustineat indurato: idcirco ne de sua contumacia ualeat gloriari, & ne facti sui peruersitas transeat præsumptoribus in exemplum. sed potius pœna eius sit aliorum metus: nostram sententiam aggrauantes iuxta meritum culpæ illius eum ab officio & beneficio duximus suspendendum: ut in præd. coneor. & extra de uita & ho. cle. ut clericorum. §. si quis igitur. & extra de iud. at si cleri. de

32 exces. præla. tanta. de homi. pro humani. † Quandoque etiam sententia excommunicationis aggrauatur ut omnes participantes ei eandem sententiam incurrant: ut extra de senten. excom. quòd in dubijs. ad fi. & de priuileg. quanto. hodie tamen hoc non debet fieri, nec sententia tenet, nisi prius & ipsi participantes moniti fuerint ut desistant:

b extra de senten. excom statuimus. [b] Et in monitione exprimi debent nomina illorum qui monentur, siue fiant plures monitiones siue una pro omnibus, obseruentur aliquorum dierum competentia interualla: nisi facti necessitas aliud inducat.

c ut in consti. Greg. 10. eo. tit. constitutionem. [c] prout ibi dicam. Quidam etiam fatui iudices suas uolentes sententias aggrauare faciunt presbyteros indutos uestibus sacerdotalibus uenire ad domū excommunicati, & ad ostium uel super tectum domus, tres lapides iactare. quod ridiculum est. Potest & sententia aggrauari per decre. extra de pœ. c. fi. uel per alia iuris remedia cogitata: quia crescente contumacia, cresceret debet & pœna: ut s.

d no. quod prælato [d] ob reuerentiam pontificalis officij, primò debet ingressus ecclesiæ uel sacerdotale officium interdici. deinde ab officio suspendi, & subsequenter aggrauetur censura ecclesiastica contra eos nisi aliter suaserit fieri in una contumacia proteruitas, sine culpa sua: ut in consti.

e Alex. 4. de priuileg. quia pontificali. [e] & probatur extra de off. deleg. sanè. Cùm igitur participans excommunicato non sit excommunicatus, sed excommunicandus, ut extra de cle. excom. c. fi. nec sit etiam excommunicandus, nisi postquam fuerit

33 monitus, ut s. † patet quòd non peccat mortaliter, sed uenialiter. ar. extra quod me. causa. sacris.

f [f] Nam excommunicatio non debet nisi pro mortali infligi. 11. q. 3. nemo. & c. nullus. Secus tamen si in contemptum uel pertinaciter participet: ut extra eo. cùm medicinalis. in prin. uel post excommunicatoris prohibitionem. uel frequenter. arg. 11. q. 3. excellentissimus. & c. fi. 25. dist. §. aliàs ea

34 demum. nam tunc potest excommunicari. † Porrò aliquo propter sui contumaciam excommunicato, consueuit excommunicator alicui scribere, ut ibi excommunicatus ipse uitetur: cuius quidem scripturæ forma talis erit:

g FORMA. [g] Talis delegatus uel ordinarius, tali rectori salutem in domino: Cùm nos talem nostrum parochianum eius contumacia exigente, pro eo quòd coram nobis tali, de iure noluit respondere, excommunicationis uinculo duxerimus innodandum, dilectionem uestram monemus & hortamur, & nihilò minus uobis autoritate, qua fungimur in hac parte, præcipiendo mandamus, quatenus singulis diebus dominicis, & festiuis in ecclesia uestra, publicè coram populo pulsatis campanis, & candelis extinctis, excommunicatum denunciare curetis: ipsumque uelut excommunicatum faciatis in ecclesia, & extra, usque ad satisfactionem condignam ab omnibus arctius euitari: uel donec suæ culpam inobedientiæ recognoscat: & de ea satisfaciat, ut tenetur. Hæc probantur. 11. q. 3. curiæ. & cap. debent. Et consulo actori, quòd cùm has literas præsentabit rectori, si excommunicans sit iudex delegatus habeat transcriptum literæ apostolicæ per manum publicam uel ipsam literam bullatam per quod rectori fidem faciat de iurisdictione excommunicatoris: alioquin rector, literis si nolit credere, non tenetur: extra de offi. deleg. cùm in iure. de rescriptis. cùm contingat. C. de manda. prin. l. unica. 97. di. nobilissimus. Sed & auditores domini Papæ quandoque quos excommunicant, faciunt in audientia excommunicatos per suas literas nunciari: quarum forma talis erit:

FORMA. Cùm contemptus contumacibus obesse debeat, ne de sua ualeant contumacia gloriari: mandat talis auditor, talem, quem (sui contumacia exigente) canonica monitione præmissa, excommunicauit in scriptis excommunicatum in audientia publicè nunciari. Datum &c. extra

35 de postu. capit. 1. 2. q. 5. quanto. † Porrò quia de excommunicatione diximus, & frequenter excommunicati ad sinum sanctæ matris ecclesiæ redeuntes, petunt sibi absolutionis munus impendi: quod quidem concedendum est. Nam miseratio ecclesiæ, nunquam claudit gremium redeunti ad eam: ut 11. q. 3. de illis. & C. de summa tri. liquet. §. nos enim. ideo & de absolutione aliqua subnectamus. Debet autem fieri absolutio, cum Psalmo pœnitentiali, & oratione dominica: ut extra de sent. excom. à nobis. 2. §. fin. hoc modo: Excommunicatus enim accedat ad excommunicatorem, petens humiliter beneficium absolutionis. Iudex autem recepta ab eo cautione de parendo iuri, ubi fuit excommunicatus propter dubiam offensam uel etiam propter contumaciam: ut extra, ut lite conte. quoniam. §. in alijs. uel etiam de parendo mandatis ecclesiæ, seu excommunicatoris: quod idem est: ut extra, de senten. excom. c. ex tenore.

h [h] & c. cùm desideres. & c. de cætero. & extra, de off. deleg. prudentiam. §. 6. & de appel. ad hoc. 2. & de maio. & obe. cum in ecclesijs. in fin. licet Io. no. contra 1. q. 7. si qui uoluerint. in satisfactione præmissa, ubi fuit pro manifesta offensa excommunicatus: ut extra de uerb. sign. ex parte. Super quo uide s. de contuma. §. nunc dicamus. & restitutis expensis, ut ibi, beneficium absolutionis sibi tribuat in hac forma.

FORMA. Excommunicatus enim, uestibus exutis stet ante ualuas ecclesiæ, genibus flexis, coram eo, qui eum debet absoluere: & ille tenebit uirgas, & in quolibet uersu psalmi Miserere mei Deus, semel eum percutiet magis uel minus, considerata illius contumacia. finito uerò psalmo, di-

i cet: Gloria patri &c. kyrie. [i] ter pater noster, &c.

& ne

& ne nos, &c. Saluum fac seruum tuum uel ancillam tuam, uel se tuos tuos, uel ancillas tuas, si plures fuerint. Domine, nihil proficiat inimicus in eo, uel in ea, uel in eis. Esto ei, uel eis turris fortitudinis. Domine, exaudi orationem meam. Dominus uobiscum. oremus. Deus, cui proprium est misereri semper & parcere, suscipe deprecationē nostram, & hunc famulum tuum, quem excommunicationis catena constringit, miseratio tuæ pieta
k tis absoluat. secundum do. meum. k uel dicat hanc orationem, Præsta quæsumus Domine, huic famulo tuo dignum pœnitentiæ fructum, ut ecclesiæ tuæ sanctæ (à cuius integritate deuiauerat peccando) admissorum ueniam consequendo, reddatur innoxius. per Dominum nostrum &c. Hoc habetur 11. q. 3. cum aliquis. Postea dicat, Autoritate Dei omnipotentis, & beatorum Apostolorum Petri & Pauli, & ecclesiæ sanctæ suæ, & nostra absoluimus te à tali sententia, & restituimus te communicationi & participationi ecclesiæ, & omniū fidelium, & ecclesiasticis sacramentis. Et secundū
l do. meum l reprobatur abusus simplicium presbyterorum, dicentium in tali casu absolutionem & remissionem excommunicationum & omnium peccatorum &c. Debent enim dicere absoluimus. arg. pro eo extra de sent. excom. à nobis. prope princi. ibi: præce. postmodum absoluere &c. Veruntamen iudices non sequuntur hodie hanc formam: sed recepto iuramento dicunt, Ego absoluo te autoritate Dei omnipotentis & sanctorum Petri & Pauli apostolorum, & autoritate mihi commissa, à tali excommunicatione. Et certè talis absolutio ualet, & tenet: & hac utimur. Nam & si simpliciter dixero, noueris te excommunicatum: excommunicatus es. & si simpliciter dixero, te noueris absolutum, absolutus es: arg. extra de sent. excom. c. pen. extra de re iud. c. 1. Et communiter tenent doctores quòd si ualet iniusta excommunicatio: sic & iniusta absolutio: quæ plenius prosequere in Summa do. mei de sentē. excom. §. & qualiter hæc absolutio. sub §. certium. uersi. qualiter proferatur. & in præd. c. à nobis. §. absolutionis. &
36 §. de citatio. §. iam de citatione. in fi. † Absolutio quoque à suspensione hominis fit cum iuramenti præstatione: ut extra eo. cap. uenerabili. Et nota quòd ubi à pluribus & solenniter, quis excommunicatur: tunc etiam à pluribus & solenniter debet absolui. arg. in præ. c. cùm aliquis. & ea. q. debent. & ff. de reg. iur. nihil. tam. extra eo. c. 1. Item scias, quòd licet iudices, qui non sunt presbyteri, & eorum superiores possunt absoluere à sentētijs, quas ipsi protulerunt: tamen à se absolutos debent mittere reconciliandos per sacerdotes secundum dom. meum: ut extra de senten. excommu. canonica. quod dic secundum eum, ut in Summa. eod. ti. §. quis possit absoluere. sub §. sed quis absoluet. & eo. tit. cùm illorum. Idem etiam uidetur Inno. 4. dicere extra de consue. quanto. & hoc seruamus,
37 licet aliqui hoc non seruent. † Sed pone, iudex delegatus causam alicui subdelegauit, diffinitiua sibi reseruata. quia subdelegatus partem excommunicauit, & pòst se ad partes remotas transtulit: quæritur an delegatus possit illum absoluere? Et uidetur quòd non: imò excommunicatus est ad excommunicatorem remittendus. extra de offi. ord. ad reprimendam. & de senten. excommuni. c. per tuas. Dic contra: reuocat enim ad se causam, quod ei licet: ut ff. de iudic. iudicium soluitur. quo facto, eum absoluet: sicut & subdelegatus eum absoluisset, si fuisset ab eo petitum. extra de uerbo.
m signifi. ex parte. secundum P. m Quod uerum est, nisi simpliciter uel totaliter illi commiserit uices suas: quia tunc re non existente integra, causam ad se non poterit reuocare: extra de offi. deleg. uenerabili. & c. super quæstionum. §. si uerò. in prin. Vnde tunc debet ad delegantem primum recursus haberi: ut in eod. c. & extra de conces. præben. quia diuersitatem. de offi. ordi. pastoralis. §. præte
38 rea. † Quid si papa confirmet sententiam excommunicationis, latam per aliquē iudicem, nunquid idem iudex poterit postea absoluere ab illa? Quæstio est uenerealis: & soluitur quòd sic. extra de
n instit. c. 3. n Idem not. Gof. in Summa de confir. uti. uel inuti. Et Vin. extra de confir. utili. ca. 1. Et nota quòd sententia interdicti lata generaliter in ciuitatem & castrum, uel alium quemlibet locū, non potest ad cautelam relaxari: ut in consti. Gre-
o go. de senten. excommuni. præsenti. o & ibi dice-
p mus, quæ sit ratio huius iuris. p † Quid si scri-
39 batur alicui, quòd si interuenerit in P. sententiā excommunicationis post appellationem latam, ipsam denunciet nullam esse? Respon. no. Innoc. ex-
q tra de senten. excommu. solet. q quòd talis non potest absoluere ad cautelam. In obtinenda autē absolutione, ad cautelam præstatur iuramentum: & hoc quia dubium est, an sententia teneat uel non: ut extra de senten. excommu. uenerabili. Secus quando quis absoluitur à minori excommunicatione: ut eo. ti. nuper. §. fi. & uide infra, in tracta-
40 tu libel. in tit. de senten. excommu. † Illud quoque notandum est, quòd hi, qui debent tantùm per sedem apostolicam absolui, possunt per alios in necessitate absolui: ut 17. q. 4. si quis suadente. & 26. q. 6. his qui. puta per episcopum uel presbyterum: ut eo. tit. nuper. §. fi. & nota. eo. tit. de catero. Necessitas autem est, imminente mortis articulo uel infirmitate, uel inimicitia, uel inopia, uel puerili uel senili ætate, uel fragilitate sexus, uel alia corporis impotentia, uel quodlibet aliud canonicum impedimentum: puta quia non sunt sui iuris, uel sunt nimium debiles, & delicati, uel serui, uel est officialis episcopi, uel alius officialis qui turbam arcendo excommunicationem incurrit, uel qui sunt membris destituti, uel ualetudi-
r narij, uel est difficultas aliqua: debet tunc eis iniungi, ut resumptis uiribus, ad sedem apostolicam uel eius legatum accedant, eius beneplacito parituri. Hæc probantur per ordinem extra de sē. excom. quanuis. & c. de cætero. & c. mulieres. & c. relatum. & c. si uerò. 1. & c. ea noscitur. & c. nuper. in fi. & si fortè per alium fuerant excommunicati, iniungetur eis quòd parebunt excommunicatoris
41 mandato: ut c. nuper. §. fin. † Quid si mulier robusta, & fortis sit? Respon. idem iuris est propter sexus fragilitatem: ut in c. mulieres. Quid de filiofami. nunquid est ad curiam pro absolutione mittendus? Et uidetur quòd non, quia non est sui iu-
s ris: ut in præ. c. mulieres. s Sed dic contra, nec etiam

tiam iussus patris ab excommunicatione excusat.
11.q.3. si dominus. ff. de actio. & oblig. si seruus.
arg. tamen contra, quòd excuset. ff. de his, qui no.
infa. liberorum. in fi. ff. ad leg. Aquil. liber homo.
2. ff. quod ui aut clam. qui in puteum. §. si tutoris.
t 86. dist. an putatis. t † Quid si ipse episcopus ma-
42 nus mittit in clericum, & episcopus est senex &
debilis, & impeditus? Dic quòd per metropolita-
num poterit absolui, qui est eius ordinarius: uel
sede metropolitica uacante, per capitulum ipsius
ecclesię. extra de maio. & obed. cùm olim. Quid si
episcopus non uult absoluere in casu, in quo sibi
permittitur? Respon. si negligens est, hoc Archie-
piscopus faciat. extra de præscrip. cum ex officij.
Secus si sit excommunicatus: ut ex. de sup. neg.
Romana. lib. 5. Sed quid si episcopus absens est ex
iusta causa, sed non negligens? Dic quòd archie-
piscopus non potest absoluere iudicem alterius.
nam episcopus potest hoc committere suo uica-
43 rio. extra de offic. ordi. c. fi. † Sed cùm claustrales
se in claustro adinuicem leuiter uerberantes ab-
soluendi sint per abbates, uel priores suos, ut ex-
tra eo. monachi. & c. cùm illorum. quid erit si ab-
bas uerberauit monachum? Dic quòd per episco-
u pum absoluetur. arg. eo. ti. de monialibus. u Quid
si abbas percutit abbatem uel monachum alterius
diœcesis? Respon. conueniant ambo episcopi, &
absoluant ut in c. cùm illorum. Sed quid si mona-
chi non claustrales, uel extra claustrum se uerbe-
rant atrociter? Respon. dici potest quòd propter
scandalum sine ad apostolicam sedem mittendi,
sicut & quando uerberaut clericum secularem: ut
in præ. c. cùm illorum. ibi: nisi eorum excessus ex-
44 titerit difficilis & enormis. † Quid si Prior & ma
gister, seu maior ordinis hospitaliorum, excom-
municatus est, quòd fortè excessit in uerberando
fratrem aliquem? Dicunt quidam quòd per epi-
scopum loci, in quo deliquit, absoluetur. Alij
quòd per Priorem ordinis illius, qui (quo ad hoc)
maior est: ut extra c. canonica. ubi de hoc secun-
x dum Vinc. x Absolutione autem obtenta ab ex-
communicatione propter contumaciam, consulo
quòd hoc facias scribi in actis: unde facias confici
publicum instrumentum. Nam qui semel fuit con
tumax, aliàs excommunicatus, & publicè denun-
ciatus, semper præsumitur excommunicatus, & à
quolibet actu legitimè repellitur, nisi se probauit
absolutum: ut extra de elect. uenerabilem. §. sunt
etenim. & in præd. cap. cùm desideres. & extra de
cleric. excom. proposuit. prope. fin. ubi de hoc. ar-
gumentum contra extra de scru. in or. fa. c. 1. ubi
y de hoc. y cuius instrumenti forma talis erit:
z FORMA. z Anno, mense & die tali, & loco
talibus, in præsentia mei notarij, & testium infrà
scriptorum, R. de tali loco se coram tali domino
delegato tali, uel ordinario præsentauit, deposcẽs
ab eo humiliter, & deuotè se ab excõmunicatione
in eum per ipsum iudicem ex tali causa lata ab-
solui, offerens cautionem de iudicio sisti, & asse-
rens se paratum parti aduersæ congruè satisfacere
de expensis. Idem uerò dominus iudex, recepto
prius ab eo iuramento, secundum formam iuris
de parendo mandatis ecclesiæ, seu excommunica-
toris, ac exhibita satisfactione congrua expensa-
rum, ei munus absolutionis impendit, & eum à
prædicta excommunicationis sententia, denun-
ciauit penitus absolutum. Et ego talis tali auto-
ritate notarius. prædictis interfui, &c. Quo facto,
petat literas ut denuncietur absolutus: ubi & fue-
rat nunciatus excommunicatus, quæ erunt conti-
nentiæ talis:

FORMA. Talis tali salutem in domino. Cùm
talis parochianus uester, quem suis meritis exi-
gentibus, ad mandatũ nostrum excommunicatũ
pridie publicè nunciastis, ad sinũ sanctę matris ec-
clesiæ humiliter & deuotè redierit, & præstita cau
tione, secundum iuris formam, restitutis expen-
sis, a nobis absolutionis beneficium obtinuerit, di-
scretionem uestram monemus & hortamur, & ni-
hilò minus autoritate qua fungimur in hac parte,
uobis præcipiendo mandamus. quatenus eum in
ecclesia uestra à sententia, qua tenebatur adstri
ctus, absolutum publicè pronuncietis. arg. extra
de pur. c. inter solicitudines. uer. in pœnam. & 15.
45 q. 3. c curæ. & c. debent. † Sed pone, aliquis pluri-
bus de causis excommunicatus, absoluitur apud
sedem apostolicam. Pœnitentiarius illum remit-
tit ordinario absolutum, nulla expressa causa ex-
communicationis, à qua illum absoluerit: quæri-
tur an debeat pro absoluto haberi? Respon. sic. ex-
tra de consang. & affinita. quia circa. quia non prę
sumitur iste tacuisse, & immemor propriæ salutis
esse. 1. q. 7. c. sancimus. quæ est C. ad leg. Iuliam re-
pe. l. fi. Nam & delegatus simpliciter uices suas
committendo, uidetur in totum commissum. extra
de officio delegati. uenerabili. quinqua. dist. cæ. in
fin. Et tutor non expressa causa, in qua detur, in
omnibus causis pupilli intelligitur esse datus. ff.
de tutelis. l. 3. in fi. beneficijs enim larga debet in-
terpretatio fieri: ut extra de don. cum dilectus. ar-
gumentum tamen contra, ut potius præsumi de-
beat excommunicatus in his, quæ notan. extra de
scrutinio in or. fa. c. 1. Item contra extra de sent.
a excom. cùm pro causa. a † Postremò uidendum
46 occurrit, qualiter sententiæ super dispensationi-
b bus formentur. Et nota b quòd multis modis fit
dispensatio, scilicet dissimulando. 74. distin. ubi
ista. extra de cogna. spiritu. super eo. ibi: dissimu-
lare poteris &c. de consan. & affi. quia circa. & ex-
tra de restit. spo. c. literas. § opinioni. Item monen
do. 27. q. 1. c. si homo. extra de off. lega. c. nisi. Item
remittendo. extra de offi. ordin. ad reprimendam.
Item castigando. 14. q. 6. c. primo. Item instituen-
do. extra de fil. presbytero. c. ueniens. 27. q. 4. §.
qui autem. Item tacendo. extra de præbend. cùm
iam dudum. in fi. 86. distinc. c. tanta. Item ordinan-
do ipso facto: ut not. 51. distinct. c. qui in aliquo. &
3. de legato. §. qualiter autem. uersi. dicunt autem.
Item permittendo: ut eo. titu. §. genera. uers. præ-
missa. Item tolerando: ut extra de præbend. cùm
iam dudum. in fine. extra de spon. præterea. In his
autem casibus & similibus, non est opus facto: nec
est necessaria sententiæ prolatio. Cum autem agi
tur in contentiosa iurisdictione, scilicet in forma
iudicij: tunc opus est facto, & necessaria est senten
tiæ formatio: ideoque de hoc aliqua perstringa
mus. In quibus autem casibus possit dispensari, &
per quem & quid iuris sit de dispẽsationibus, dixi
pleniù

plenè suprà de legato.§.præmisimus. & §.sequenti.& glossa in eo posita extra de iudi.cap. at si clerici. & in aureo repertorio sub titulo de pœnis.
c in rubrica. de dispensatio. c † Si igitur aliquis
47 fuerit conuictus de aliquo crimine, in quo possit dispensari secundum formam iuris, dicetur sic:

d FORMA Dispensationis. d Licet te in tali facto culpabilem inuenerimus, propter quod secundum iuris rigorem merueras ab officio & beneficio remoueri: tamen quia defectus nostri temporis, quibus non solùm merita, sed etiam corpora defecerunt, antiquam non patitur canonum manere censuram: & quia maluimus de misericordia rationem reddere, quàm de seueritate: idcirco uitam tuam plenius agnoscentes, & meliora & uiciniora saluti de cætero uerisimiliter expectantes: De misericordia, quæ superexaltat iudicium, hanc pœnam tibi dispensatiuè duximus relaxandum. In cuius rei testimonium, has nostri literas sigilli impressione munitas, tibi concedimus, quibus te defendere ualeas à iaculis æmulorum. Data &c. Hæc forma probatur trentesimaquarta distinctione capitu. fraternitatis.26.quæst.ultim.alligant.86. distinct.non satis. uersicu melius. extra de simo.ex
48 diligenti. extra de elect. quod sicut. † Quòd si is, cui hoc conceditur, uelit in magnis criminibus in casu concesso, cum aliquo dispensare, ut ad statum pristinum reducatur, sic dicet:

e FORMA. e Ego te in integrum restituo, natalibus tuis & iuribus omnibus, atque pristinæ famæ. ff. de sen. pas. & restit. l. prima & secunda, C. eod. l. prima & secunda, & secunda quæstione tertia, §. notandum. in fin. infrà, uersiculo porrò. Quibus autem modis infamia irrogetur, dixi suprà, eod. tit. §. species. uer. & ad hu-
49 ius. † Item nota quòd Papa potest (quo ad ius ciuile) infamiam irrogare: ut extra de hære. si aduersus.& c.excommunicatus.§.credentes. Nam & tollere ipsam potest, quicquid dicat Gratianus. 2.q.3.§. hinc colligitur. Illud enim intelligitur de infamia facti: & episcopus etiam in illis casibus, in quibus potest dispensare: ut ibi no. sed uidetur quòd quilibet iudex ecclesiasticus, idem possit. quod dic. ut infrà, de in integrum restitu-
50 tio.§. uidendum. uersicu. item index. † Si autem episcopus uelit dispensare cum eo, qui ignoranter habuit beneficium per simoniam ab alio commissam, sic dicet:

f FORMA. f Licet de iure communi, nullus debeat in ecclesia de cætero ministrare, uel beneficium in ea habere, quam, licet ignoranter, per simoniam noscitur habuisse. ut 1.q.5. cap. 1. & q. 1. statuimus.& c. si qui à simoniacis. Nos tamen considerantes eos dignos fore misericordia, qui uitio alieno laborant: ut in præ. c. statuimus. & q. 4. placuit.& c. qui apud. & 56. dist. nasci. idcirco honestatem tuam, ac spem futuræ utilitatis uerisimiliter considerantes, libera prius à te resignatione huius beneficij recepta, tibi dispensationem concedimus, ut in eodem beneficio administrando, domino ualeas famulari, illud tibi de nouo liberaliter conferentes. Hæc probantur extra de elec. si alicuius. & de simo. ex insinuatione.
g Alij tamen, ut Io. de Deo, g dicunt quòd non potest ea uice, in empto beneficio, etiam ignoranter, dispensare episcopus. Et pro eo facit uer-
h bum, tolerari. h positum in præ. decret. si alicuius.& eo. tit. cap. super eo. In alio tamen titulo eiusdem ecclesiæ, puta in alia præbenda uel dignitate, bene poterit. unde secundum eos dicas ut in ecclesia possis, excepto empto beneficio, aliud beneficium obtinere. De hoc suprà,
51 de legato.§. nunc ostendendum. uersicul.24. † Si uerò iudex uelit formare sententiam super dispensatione accusatoris in probatione deficientis, ne infamis remaneat, ut suprà de legato.§. nunc de episcoporum. uersic. sed pone. & seq. sic dicet:

FORMA. Ego talis iudex, cognoscens de causa inter tales, pronuncio talem temere accusasse, uel non probasse, parcens in hoc eidem: quia eum non pronuncio calumniatorem esse. Hæc probantur 2.q.4.§. notandum. in princ. ff. de aboli. l. 1. Si uerò pronunciaret eum calumniatorem: tunc fieret infamia. ff. de calum. l. 1. Est autem iusta causa dispensandi cum eo, si fuit deceptus promissione testium: ut eadem q. c. Paulum. uel si aliàs error probabilis ipsum excusat: ut extra de elec. statuimus. in fin. lib. 6. de sent. excom. sacro.
52 uer. nisi forsan. & de app. ut debitus. † Quòd si
i i infamiam ex sententia irrogatam, uelit is, qui id potest restituere, sic dicat:

FORMA. Quoniam hactenus plenè nouimus fidem tuam, necnon uitam & famam integram extitisse, per talem sententiam contra te latam, nolumus de infamia te notari: & si quæ irrogata fuerit, eam ex officio nostro totaliter abolemus. Hoc probatur extra de re iudi. cùm te ab. Porrò is, cui de iure, uel ex priuilegio competit in natalibus dispensare: quod dic. ut supra, de legato. §. nunc de episcoporum. uers. utrum. ita dicetur:

FORMA. Licet illegitimè nati, legitimè nequeant (nisi monachi, uel canonici regulares fiant) ad sacros ordines promoueri, uel in susceptis etiam ministrare: ut extra de fil. presby. c. 1. 56. dist. c. 1. quia tamen uitam tuam claram ac honestam agnouimus, multorumque proborum testimonijs commendatam habemus: idcirco dispensatiuè ac misericorditer, tale impedimentum uitæ abstergimus: concedentes, ut in tuo possis ordine remanere, & in eo etiam ministrare. 56. di.
53 Cenomanensem.& c. seq. 7. uer. quòd si is. † Porrò secundum B. & sequaces, potest episcopus dispensare ut quis habeat duo beneficia sine cura. & secundum eos ita dicet:

FORMA. Quamuis de iure communi, una præbenda unum integrum debeat habere seruitorē: ut 70. dist. sanctorum.& 21.q.1.c. 1. & una ecclesia, unius esse debeat sacerdotis: ut extra de præben. cum non ignores.& 10.q.3. unio.& 21.q.2. sicut.& q.1. c. 1. considerata tamen literatura tua, & nobilitate, ac conuersatione laudabili, quibus iuuari dignosceris, tibi concedimus talem præbendam, dispensatiuè etiam indulgentes, ut eam simul cum tali alia quam prius habebas, lici-

tè retinere ualeas & habere. Hoc probatur extra
k de præben.de multa. k extra de excef. præl. tanta. ad fin. extra de elec. dudum. 2. extra de fimo. Iac. T. uero dicit quòd de iure communi, poteſt quis habere duas præbendas: nec eſt neceſſaria diſpenſatio. Tertij, ut Gof. & ſequaces, dicunt quòd non poſſunt epiſcopi in talibus diſpenſare. Quæ dic ut extra de præben. de multa. & de conceſ. præben. literas. & 70. diſtinctione, ſanctorum. & 21. quæſt. 2. ſi quis iam translatus. & ſupra de legato. §. uidendum. In beneficijs autem eum cura uel dignitatibus, ſolus Papa diſpenſat: ut in præ. c. de multa. & in ætate ad beneficia. quod dic
l ut ex. de elec. cùm dilecti. l

ADDITIO.

a *Arbitrorum. De hac materia infra, uerſ. ſi autem ſit arbiter.*

b *Afferte. Vide ſuprà de iur. om. iud. in fine.*

c *Tutoris. Vel curatoris.*

d *Procedendum. Ad hæc. & ea, quæ præmiſſa ſunt, facit quæſt. o Nic. de Mata. quæ incipit, ſtatutum eſt in ciuitate. qui tenuit quòd ſi ſtatutum ſit in ciuitate quòd contra præceptum factum in confeſſum, non poſſit opponi exceptio, niſi de falſo uel ſoluto: poterit opponi exceptio nullitatis: ut in terminis præmiſſis: & maximè cum procedit nullitas ex ui alterius ſtatuti. & eſt ſimile quod dicam infrà, ti. 1. §. ult. ſuper uerſi 16. allegat quòd præceptum non ritè factum, non dicitur præceptũ. ff. de bo. poſ. contra tab l. filium. §. non quæuis & ſi uis huiuſmodi, concor. 6. de cleric. non reſi. tunc. in glo. 2. & ſuper ea ſuffragium & ſuppletiones. ibi etiam tenuit quòd ſi minor iurauit ſe maiorẽ, & confeſſus debitum, recepit præceptum: ut ſuprà ſi ipſe minor fuit in dolo, & creditor in bona fide, tenuit præceptum ratione doli & ſacramenti, per l. 1. ff. depo. §. an in pupillum. Si uerò creditor ſciebat illum eſſe minorem, & ſic de dolo illius conqueri non poteſt. ff. de actio. emp. l. 1. C. de in integ. reſtit. mi l. de tutela. de reg. iur. ſcienti. libro ſexto, & alterius ſtatuti, quod annullat obligationem minoris aliter factam forma ſeruata non fuit: dicit præceptum nullum: & maximè ſi errauit tunc putans ſe eſſe maiorem. ff. de confeſ. non fatetur. Ad idem ff. de pac. ſi cum te. de act. emp. ſi hæres. ſicut etiam una lex per aliam terminatur. ſic ſtatutum. & etiam l. aliàs ſequeretur præceptum factum furioſo, pupillo, prodigo, cui interdictum erat, exequendum foret: quod eſſet abſurdum. Vt igitur dicatur præceptum, oportet duo concurrere, perſonam, ſcilicet, quæ præciperet, & perſonam, cui præcipi potuerit. ff. de confir. tu. l. prima, & l. naturali. §. primo, & ſecundum hoc defuit tam lege quàm ſtatuto. dicit tamen quòd in dubio præſumitur eum in dolo, qui dixit ſe maiorem, per l. quid enim. ff. de dolo. Solutioni non obſtat auth. ſacramenta. C. ſi aduer. uend. loquitur enim de iuramento ſuper contractu. Iuramentum autem, de quo loquitur, fuit ſuper quadam aſſertione. Adde quòd iſtud de præſenti: illud de futuro. Non obſtat etiam l. ſi alterius. C. ſi mi. ſe ma. di. quæ loquitur de contractu qui tenebat, contra quem petebatur reſtitutio: non quòd diceretur nullum. Iac. de Bel. in q. quæ incip. l. Peruſina. in primis duobus membris tenet quòd ſtatuto prohibente fieri, & annullante, ſi fiat contractus per filiumfa. ſine conſenſu patris uel per adultum ſine curatore, licet primus contrahendo mentitus fuerit ſe patremfamiliàs, uel ſecundus mentitus fuit eſſe curatorem illum qui non erat: contractus tamen non tenebunt, propter ſtatutum. quod non ſolùm prohibet, ſed etiam annullat: ſic non oritur obligatio ex contractu, qui ipſo iure non ualet. Allegat l. non dubium. C. de legib. l. quid enim. ff. de dolo. & quod no. in l. quacunque. §. fin. de Publiciana. & in l. ſi curatorem. in gloſſ. ipſo iure. C. de in integ. reſt. Prædictam auth. l. quid enim. ſic inducit, ſi contra pupillum, qui mentitus fuit, datur actio de dolo: ergo non tenuit contractus, aliàs daretur actio ex contractu: non de dolo. eo. ti. l. 1. §. ait prætor. Contraria dicit procedere cùm ſtatutum non annullat, fortius ſi actionem uel exceptionem dat: ſuper eo uerò quod quæritur an iuramentum prædictorum ualidet contractum, diſtinguit inter filiumfa. & adultum. De primo ſimpliciter tenet quòd non: quia roborari per id non poteſt contractus, qui non tenet per ſtatutum: cum principale à ſuo acceſſorio non ueſtiatur, nec reguletur. ff. de uulg. & pup. ſubſtit. tum quia iuramentum eſt contra bonos mores, ponderata l. 1. in princ. ff. ad Maced. inducit regulam, non eſt obligatorium. lib. 6. De minore diſtinguit ius canonicum à ciuili: ut de iure ciuili non ualidetur ratione prædicta: de canonico ſic, per decr. de iureiu. cum contingat. cum concor. Aduertendum eſt, quòd hic tractauimus de beneficio nullitatis, non beneficio reſtitutionis, de quo plene tractatur infrà, de reſti. in integ. §. 2. uerſi. item denegatur. & uer. ſeq. Et uide quod de prædi. q. Iac. de Bel. quæ conuenit illi materiæ in articulo ſi dicam in præ. §. ante fin. col. Adde primæ parti quod conſuluit Rom. conſil. 294. ſcilicet, quòd ſi reſpondens poſitioni dicat, credo prout in inſtrumento conti-*

continetur. & instrumentum sit nullum ratione solemnitatis, quod similiter confessio est nulla: quia respondens intellexit de instrumento suis substantialibus reprobato. Item quod idem Rom. voluit consil. 42. scilicet, quòd stante statuto, quòd contra instrumentum nulla possit opponi exceptio: tamen poterit opponi exceptio inhabilitatis personæ: ut si uxor deuat viro, ipsa poterit opponere, quòd vir erat inhabilis ad recipiendum donationem. Item facit quod voluit idem Ro. consi. 67. scilicet, quòd stante statuto quòd lauda mandentur executioni: lauda nulla, non mittentur executioni. Item facit quod voluit Bald. consilio trecentesimosexagesimo nono, quarto libro scilicet quòd statutum loquens de arbitro, intelligitur de vero, non prætenso. Item facit quod voluit idem Roma. consilio allegato quadragesimosecundo, scilicet quòd stante statuto quod nulla possit opponi exceptio patens, non velata. Item facit quod voluit Petrus de Ancharano consilio ducentesimoduodecimo, scilicet quòd stante statuto quòd nulla possit opponi exceptio: tamen poterit opponi exceptio nullitatis causata dolo aduersarij. Item nullitas, quæ prouenit à iure naturali. Item illa, quæ colligitur ex inspectione actorum. Idem quod voluit consilio ducentesimoseptuagesimoprimo, scilicet, quòd prædictum statutum non ponit exceptionem nullitatis, quæ prouenit ex alio statuto. Item quod idem voluit consilio septuagesimosecundo, scilicet quòd stante statuto, quòd sententia mittatur executioni, debet intelligi de illa, quæ viribus subsistat. Latius prosequere in additionibus positis per me post Bartolum & Alexandrum in lege prima. ff. quod vi aut clam. Quo verò ad materiam l. si alterius. C. si minor se maiorem dixerit. Vide pulchrè Anchar. consilio ducentesimonicesimoseptimo, & Paul. de Castro consilio 141.

e Cùm æterni. l. b. 6.

f Subscriptione, Libro sexto, illud posui in prima gloss.

g Veteris. l. 2. ff.

h Citatum. Supple, peremptoriè. de hoc infrà. §. iuxta. versiculo, quid ergo. cum sequenti. Scias quòd Guido de Suza. in Summa, titulo, quomodo ad sententiam procedatur. & in l. properandum. C. de iudicijs. quærit si sententia sic contineat, citato reo peremptoriè ut veniat ad sententiam audiendam, eo non veniente, pronunciamus &c. an non probato aliter peremptorio, stetur sententiæ? Quòd stetur, inducit quatuor, videlicet præsumptionem, solennitatem, autoritatem iudicis: item publica scriptura, & ut res valeat. Institutionibus, de fideiussoribus. §. ultimò. secundò. extra de renunciatione. in præsentia. tertiò. C. de probationibus, precibus, quartò. de verborum significationibus, abbate. In contrarium alleg. §. item cum ex edi. ff. quæ sententiæ sine appellatione rescindantur. Item l. quacunque. ff. de Pulli. Item si sunt verba tabellionis, non creditur ei. in authentica, de heredibus & Falcidia. §. si verò absint. Idem si sunt iudicis. de probationibus, quoniam contra. Ad idem C. de sententijs & interlocutionibus iud. ex stipulatione. Soluit quòd licet seruetur contrarium de iuris subtilitate, necesse est probari peremptorium per iura sequenda. Bene facit quod scripsi post Innocentium in præalleg. decretali, quoniam contra. super versiculo, quæ occurrerint. quæ videre poteris in versiculo, in summa. hic in fine allegato. ubi autem teneas victorem non habere probare: non tamen est verum quod sequitur. victum non posse probare. producendo enim acta litis, inter quæ non apparebit ista citatio, habebitur pro non citato, nisi probetur contrarium, per iura, quæ scripsi in prædicta decretali, quoniam contra. in fine. Item si fatetur citationem, & negat peremptorium: optimè poterit id probare per testes, qui citationis formam audiuerunt, ut dixi in decretali, bona. primo. de electione. in materia negatiua, ubi vide in auditu. & in fine. ubi etiam dixi quòd possit fieri instrumentum negatiuo, scilicet quòd in actione non est illa citatio, vel non est peremptoria. Item posset probari per testes literatos, qui examinarunt acta. ibi vide in fine. Item si probaret victor personalem citationem, posset victus illam improbare per modum decretalis, ex tenore. de testibus. & C. de contrahenda & committenda stipulatione. lege, optimam. Non obstat §. porrò. infrà allegat. quia ibi non erat coarctatio aliqua actorum vel temporis. In eo autem quod hic subdit Gulielmus, vel præsentem. bene puto stare dictæ notarij: quia non de præterito loquitur, sed de præsenti, iuxta ea, ad quæ remisi suprà de Innocentio in decretali, quoniam. & putat Gulielmus prædictus in Summa, titulo de sententijs, quòd præsentia sine expresso consensu vel dissensu sufficiat: licet non emanauerit peremptorium, quod fiebat ad præsentiam habendam, vel absentis malitiam conuincendam.

dam. Inducit iura de tacito consensu, quod sufficiat regula, qui tacet. de regulis iuris. libro 6. Bene facit quod notatur infra de libellorum conceptione. §. sequitur. ad finem. tam seruari feci ad omne dubium tollendum quòd iudex citauit partes, licet præsentes peremptoriè ad sententiã tunc audiendam.

ADDE, ut per Baldum consilio centesimodecima, tertio libro, per Alexandrum consilio centesimoquadragesimo, secundo libro, & eodem libro consilio quadragesimo & centesimo vigesimo quinto, quarto libro. & per Paulum de Castro consilio quinquagesimo secundo, ubi pulchram habebis limitationem ad illud quod dicitur quòd ex longinquitate temporis præsumitur solennitas.

i Dei nomine inuocato &c. Repetendo verba consilij secundò illa pronunciando ut suprà, de exception. §. uiso. B. uersiculo, porrò in Italia. ubi satis scripsi, an sufficiat dicere, pronuncio ut in consilio continetur.

k Sententialiter condemnamus. Si petebat illum pronunciari illegitimum, non congruerent hæc verba. Si uerò petebat eum condemnari ad restitutionem bonorum paternorum, quæ possidebat: debet etiam id exprimi.

l De procur. nihil. Solutio: ibi in glossa prima, & uide quod dixi suprà, §. proximo. versiculo porrò.

m Subscribat. Verba Aegid. uers. suprà, scilicet centesimo sexagesimonono.

n In principio. Ibi de hoc in gloss. not. formam. uide quod dixi de te[illegible]a. Raynaldus parte secunda sub uer. condemnauit. & plenius ultra quæ ibi scripsi. sciendum quod an sit satis pronunciare sententiam uel appellationem iustam uel iniustam. fuerunt opiniones diuersæ. prima quæ placet Accursio in prædicta l. eos. habet quòd sic per textum ipsius legis in fine primi respons. & ultra duas leges quas ibi alleg. facit ff. ad legem Falcidiam. in ratione. & l. cum quidam. & l. furti. §. primo. ff. de his, qui notantur infamia. Secunda fuit quòd fieri debet absolutio uel condemnatio. & pro ista facit ff. iudic. sol. cum apud. ff. de re iudicata. l. prima. C. de sententijs & interloc. omnium iudicum. l. præses. secunda quæstione sexta. §. diffinitiua. in princip. & ad l. eos. respondent isti quòd ibi textus dicit liceat non dicit sufficiat. tertia opinio adhærens primæ hoc addit quòd etiam iudex debet confirmare uel infirmare primam sententiam & hoc addenda non habet necesse absoluere uel condemnare. pro hoc facit C. de usu. rei iudicatæ. l. secunda C. de episcopali audientia. authent. si quis litigantium. & C. de test. appell. authent. appellatione cessante. ad finem. extra de re iudicata. causam. in fine. de restitut. spoliato. cum ad sedem. in fine. Quarta opinio distinguit an reus fuerit condemnatus, an absolutus in causa principali: ut primo casu procedat prima opinio in omnem casum, id est siue pronuncietur pro condemnato siue contra: & idem secundo casu, quando fuit absolutus si pronuncietur malè appellatum. Si uerò pronuncietur bene appellatum: absolutus in principali condemnandus est per iudicem appellationis: quod placuit Iacob. Bal. per l. tutor. in princip. ff. de usur. & hoc aduerte quia prima opinio uult quòd pronunciatio iustæ appellationis interiectæ ab actore a sententia absolutoria contineat tacitam condemnationem, ut not. in prædicta l. præses. de sententijs & inter. & dicitur in uersiculo, hic se. quod etiam placet Odoffred. in l. eos. & Alber. Gal. de ap. uersiculo. pono quæstionem. Et hæc ista ultima opin. in ultimo membro negat. pro qua facit de test. Raynutius. uersiculo, cum autem. ibi ad cuius. & cap. Raynaldus. versiculo, condemnauit, & vt ibi dixi post Host: Iudices nostri temporis quando pronunciant bene appellatum communiter condemnant absolutum & absoluunt condemnatum & hoc est commendabile: tamen vltima opinio veritatem habet quæ patet ad sensum. sit enim in principali condemnatio uel absolutio à prima reus appellat, à secunda actor. tollamus primam si pronunciet iudex appellationis sententiam iustam uel appellationem iniustam: quod plus expedit actori non habet condemnationem cuius petet executionem. E contra si pronunciat sententiam iniustam uel appellationem iustam quod plus expedit reo, nonne contra condemnationem habet solidam defensionem?

Item si in absolutoria pronuncietur sententia uel appellatio actoris iniusta, quod plus expedit victori cum absolutoriam suam, executionem habet: sed in casu conuerso: si pronunciatur sententia iniusta uel appellatio iusta, actor habet quòd absolutio habetur pro non facta: sed constat quòd potuit malè absolui, qui tamen non debuerat condemnari: quid ergo petit actor hoc casu? dicet ne ago quia fuisti absolutus, & absolutio fuit reuocata. hic non concludit obligationem ut dixi. Patet ergo ad sensum, ut dixi, huius

huius opinio. ueritas coloratur etiam per iura quæ uolunt difficilius obligari quàm liberari. ff. de actionibus. & obligationibus. Arrianus. extra de probationibus, ex literis. & utrobique concord. quòd autem iudex appellationis absolutum condemnare possit, non dubitatur per l. penultimam. ff. indic. sol. & patet de testamentis. Reynutius. & c. Raynaldus.

ADDE quod Bar. in l. eos. tenet quòd sufficiat si iudex appell. dicat sententiam primam iustam uel iniustam. & ibi dicit esse casum & idem ibi tenet Paul. de Cast.

o L. 1. In multis foris ciuilibus hoc seruatur: Canonistæ non seruant: quia licet exprimatur appellationem iniustam quia sententia fuit nulla: appellatus ex iniustitia appellationis petet expensas factas in instantia appellationis, quæ pronunciata est iniusta. dixit Iacob. de Are. iudicem appellationis pronunciare debere sententiam nullam & appellationem ex superabundanti interpositam. alleg. eodem titul. de appellatio. nominationes. C. qui pro sua iurisdictione. l. 1. ff. de iure patro. l. fin. & famil. ercis. l. quædam mulier. ubi uidetur expressum. hoc ponit etiam Cy. in l. eos & uide infra §. iuxta. scilicet antepen. uersi. etiam autor in fi. alleg. præ. l. quadam.

p Cum contingat. & ibi scripsi in glo. quia melius & maxime circa finem.

q Interdictis. Has duas conuerterat præponendo secundam in principio §. Et tamen duas uirgulas solas ponit de his, scilicet infrà ad finem secundæ columnæ. uersiculo, & not. quòd prælato. & in quarta columna. uersiculo & not. quòd sententia causam dedit, quia Host. de his in Summa de sententia excommunicationis, non fecit membra. remissionem tamen de illis dedit ad tria loca. eodem titul. uersiculo, antepenult. & uide infrà de senten. excom. in fi.

r Excommunicationis. Effectus huius & sequentis fuit Aegyd. consi. 106.

s Habeto. Verba Syluestri ad Iugilium diaconum proditorem suum, nec important ad quod autor inducit. scilicet excommunicationem participantium extra crimen: quia uerba non sonant hoc hodie etiam ferri non posse, nisi seruatis formis decretalium de quibus infrà. uersiculo, quandoque.

t Proijci. suprà argumentum: ille canon hoc non dicit, sed de sale infatuato loquitur.

u Opera. Sup. bona.

u Scriptis. Hodie ubi locus esset decretali secundæ. de confessis, libro sexto. non esset iusta talis excommunicatio ex quo ponens habet quod intendit.

y Reprehensibilis. ar. immò expressum & ei statur.

z In princip. lib. 6.

a Illorum. ubi scripsi in princip.

b Statuimus. lib. 6.

c Constitutionem. lib. 6.

d Prælato. Episcopo scilicet.

e Pontificali. Quæ hodie habetur de officio delegati. c. 2. lib. 6. de episcopo loquitur.

f Sacris. Hunc articulum plenissimè ibi scripsi in ult. glo.

g Forma. Aegyd. c. C. fuit totus iste uer.

h Tenore. Vbi idem not. in prima glo. & extra quod metus causa. c. 1. in 4. glo.

i Kyrie. Secundum deriuatores sunt duæ partes: & non dictio composita. Kyrie, per unum r, idem est quod domine. Eleison, id est miserere. Kyrrie per duplex rr. idem quod porcus secundum eos.

k Do. meum. In Summa de sententia excommunicationis. §. penult. uersiculo tertium est infrà allegato.

l Dominum meum. ubi suprà.

m Secundum P. in decretali, super quæstionum. §. porrò. ut ibi scripsi super uersi. reseruas.

n Cap. 3. Ibi not. contrarium in ult. glo. & illud uerum in sententia hominis confirmata per Papam, quod hic dicitur procedit in sententia constitutionis confirmata per Do. Papam, ut scripsi per præallegatam glossam.

o Præsenti. lib. 6.

p Iuris. Et ibi not. in 1. glo.

q Solet. Ibi post glo. plene tractat per modum Summæ materiam absolutionis ad cautelam.

r Tunc eis. Dicit decretalis, quamuis. qui temporali impedimento laborant, exceptis pueris & senibus, uide quod scripsi eodem tit. quod de his, quæ autor per errorem omisit.

s Mulieres. Et hoc ibi tenet Hostiensis: tu distingue ut ibi dixi super prima glossa.

t Putatis. Ibi soluitur de regulis iuris. quod quis lib. 6. & plenius in præ. l. liber homo 2. ff. ad leg. Aquil.

u De monialibus. Decretalis, eodem titulo, uniuersitatis. in fine. aperte dicit contrarium, & omnino uide quod ibi scripsi in glossa penultima.

x Vincen. Vide quod ibi scripsi in 1. glo.

y De hoc. Et uide quod not. extra de electione, si forte. lib. 6. in glo. qui etiam.

k FORMA. *Ista & sequens fuerunt Aegydij eodem tit. §. secundo, & sequenti.*

a *Pro causa. Miror quòd non allegauit decretalem, quæ magis proprie respicit causam istam, scilicet de officio iudicis ordinarij ex parte. & dic ut ibi.*

b *Et not. secundum Ioan. de Deo, cuius fuit hoc principium, & tractatus, qui sequitur in lib. dispensationum, ad fin. quem uocat Summulam super formandis sententijs.*

c *De dispensatio. Hostiensis etiam finit e ualde commendat in Summa, tractatu de pœnitentijs & remissionibus. prosequitur tractatum dispensationum etiam per modum summæ, de illo faciens quinque membra.*

d *Dispensationis. Ad literam Ioan. de Deo, ubi suprà allegauit, cum solum duo ultima cap. eius etiam fuerunt omnes formæ sequentes. sed non eodem ordine: nec fuit magister dictaminis: quia tunc infrà dixisset: & quia maluimus de misericordia, quàm de seueritate reddere rationem.*

e FORMA. *Ioan. de Deo.*

f FORMA. *Ioan. de Deo cum conclusione secunda.*

g *Ioan. de Deo in libro dispensationum, rubrica de dispensationibus episcoporum in decretalibus contentis. tertia columna. uersiculo, item potest dispensare cum illo. ubi etiam damnat ut idiotam tenentem contrarium & hoc sibi fateretur: ubi diceretur tenendum ex priori titulo: uel ex renunciatione non libera, sed si post liberam expositam ut ibi dixi, non uideo quare sic aggrauet.*

h *Tolerari. Scripsi ibi post Goffr. quòd tolerantia concessionis est, non permissionis tantum.*

i *Quod si. Supple contra.*

k *Multa. Ibi in glo. penult. post principium scripsi elegantiorem formam, qua utitur curia.*

l *De elect. cum dilecti. Imò dic ut de ætate & qualitate. cap. 1. lib. 6.*

SVMMARIVM.

Sententiæ effectus, quis sit.

1 *Sententia an rescindatur, prætextu instrumentorum postea repertorum.*

2 *Duobus fratribus cum duabus sororibus contrahentibus, an uno affinitatem cum uxore sua probante, possit alter per attestata, inter se & uxorem suam peti sententiam ferri.*

3 *Exemplum duorum super præbenda litigantium.*

4 *Successio nunquam repetitur in ecclesia.*

NVNC de effectu sententiæ dicamus. Et quidem maximus est. nam facit ius, inter quos est lata, ex quo in rem transit iudicatam, etiam si sit contra ius litigatoris: ut secunda quæstione sexta §. diffinitiuæ. extra de re iudicata. cum inter uos. in fine. Nam res iudicata pro ueritate accipitur. ff. de regulis
1 iuris. res iudicata. † Item alius effectus est: quia non rescinditur prætextu instrumentorum postea repertorum. extra de re iudicata, inter monasterium. & c. suborta. in fine. & C. de transactionibus, sub prætextu. C. de re iudica. sub specie. Item non rescinditur ratione calculi, seu malæ computationis: ut C. eodem l. secunda nisi error calculi in sententia exprimatur: ut ff. quæ sententiæ sine appellatione rescindantur. l. prima. Item effectus est, ut ex re iudicata detur actori actio de re iudicata, uel in factum. ut ff. de re iudicata. miles. §. finali. & C. de rebus creditorum. actori. reo autem exceptio, si pro eo sit lata: ut in
a præ. §. diffinitiua. uer. si contra res prius. a Cætera uide in Summa do. mei eo. tit. Præmissos autem effectus intellige locum habere, quando sententia non est nulla, uel non est appellatum ab ea,
2 aliàs secus. † Sed pone duo fratres contrahunt cum duabus sororibus: unus eorum probat consanguinitatem per testes inter se & uxorem: & sic diuortium est celebratum: alter petit per easdem attestationes inter se & suam uxorem sententiam ferri. Dic, non potest. nam res inter alios acta &c. extra de præb. dilecto. in fin. ubi de hoc.
b b imò iurabunt iterum, & examinabuntur. ff. de exceptio. rei iudi. si cum uno. est quæstio domi-
3 nicalis 48. † Item pone T. & P. litigant super præbenda: P. obtinet sententiam: & habet ipsius præbendæ possessionem: demum mortuo P. Papa confert mihi dictam præbendam per mortem P. uacantem: post hoc dictus T. contra me agit ad dictam præbendam: ego excipio contra eum de re iudicata: quæritur an possim? Et uidetur quòd sic. ff. de excep. rei iudi. si mater. §. idem Iulianus. & §. eandem causam. in uer. cæterum. in quibus probatur, quòd uictus in reali, si post actionem eiusdem rei agat uel conueniatur etiam cum alia persona, dummodo non allegat nouum ius sibi post primam petitionem quæsitum, obstat ei exceptio rei iudicatæ. Item cum fuit pronunciatum P. ius habere: per consequens pronunciatum fuit T. ius non habere. ff. eod. si inter me. ff. de procura. Pomponius. §. secundo. quæ exceptio semper obstat uicto in reali, siue ab eadem, siue ab alia persona uicto: ut suprà. Idem forte in mista actione inter realem & personalem, qualis est hæc. Item eadem persona censetur successoris & prædecessoris. ff. de fideicommiss. lib. cum qua. extra, de rescrip. significauit. extra de offic. deleg. quoniam. de offic. or. pastoralis. & de ali. iudi. mu. cau. fa. cap. primo & si. & de immu. ec. si

ec.ſi aduerſus.de ſolu.c.1.de iudi.quia V.C.de impu.& al.ſub.l.ſi.in authē. iuſiurandum quod præſ. contra : quia res inter alios acta &c. extra de re iudi.quamuis. Item tunc obſtat exceptio rei iudicatæ, cum idem eſt modus agendi, eadem res & perſonæ conditio.ff.eod.cum quæritur.& l.ſeq.ar.ex. de teſtim. ex tenore. & c. uenieus, quod non eſt
4 hic. † Item non poteſt dici ſucceſsiſſe in eodem iure : cum omnis ſucceſsio ceſſet in eccleſia : extra de coonceſ.præben.c.2. Pro hac parte obtinuit arg. in præ.decre. dilecto.in fin. Et nota ſecundum Pa-
c pam extra de arbi.ex parte. c

ADDITIO.

a *Prius. Secundum Tanc. cuius ad literam hucuſque fuit illud princip. l. fin. 1. rubrica.*

b *De hoc. In ult. glo. & ſuper ea poſui rationes, quæ urgent ad hanc partem : & cautius formauit quæſtionem B. quam autor, loquendo de fratribus ex eiſdem parentibus. Et idem de ſororibus alleg. quæſtio non eſt dubia, nomine pater & filius poſſunt contrahere cum matre & filia. de conſang. & affin. quod ſuper. ſi ex coniugio patris & ſorore naſcantur filij : nonne illi ſunt uxoris & uiri filiorum fratres diuerſo reſpectu?*

c *Ex parte. Vbi ſcripſi ſuper uerbo, interitu.*

SVMMARIVM.

Sententia in iudicio prolata, qualiter impugnetur.

1 *Sententia dicitur nulla, multis modis.*
2 *Sententia iudicis excommunicati, an ſit ualida.*
3 *Sententia plurium iudicum, in iudicijs ſemper obtinet.*
4 *Sententia quare ratione iuriſdictionis nulla dicatur.*
5 *Sententia dicitur quandoque nulla, ratione litigatorum.*
6 *Sententia quare dicatur nulla, ratione loci.*
7 *Sententia lata ferijs, quibus renunciari non poteſt, eſt nulla.*
8 *Sententia dicitur ratione cauſa, quandoque nulla.*
9 *Vtile per inutile non uitiatur.*
10 *Sententia à iudice procedente ſeu ſtante lata, dicitur nulla.*
Iudicis eſt ſedere, non ſtare, nec deambulare.
11 *Sententia iudicis ſuper equum ſedentis, quandoque ualet.*
12 *Sententia ſine ſcriptis lata, an ſit ualida.*
13 *Iudex, qualiter debeat ſententiam ferre.*
14 *Sententia interlocutoria, an debeat in ſcriptis ferri.*
15 *Sententia diffinitiua à iudice partium uoluntates tacite cognoſcente lata, an ualeat.*
16 *Diſcuſſio in cauſis de partium uoluntate procedens accipitur pro plena.*
17 *Condemnatio facta priuſquam conſtet de eo, in quo ſit, an ſit ualida.*
18 *Atteſtationibus publicatis, ſi iudex non inueniat in actis litem non fuiſſe conteſtatam, an ſententiam ferre poterit.*
19 *Sententia poſt appellationem legitimam lata, an ualeat.*
20 *Altera parte non ueniente die ſtatuta ad ſententiam audiendam, an iudex illo die debeat ſententiare.*
21 *Sententia non tenet, niſi pars, contra quam eſt lata, ſit tribus edictis uel uno peremptorio pro omnibus citata.*
22 *Sententia manifeſtum continens errorem, habetur pro nulla.*
23 *Iudice appellationis ſententiam (quæ nulla erat) confirmante : an talis ſententia poſſit adhuc dici nulla.*
24 *Geminans appellationem, an per hoc dicatur proceſſum iudicis approbare aut impugnare.*
25 *Appellans à ſententia, quæ nulla eſt, an eam uideatur approbare.*
26 *Apellante à ſententia, quæ nulla eſt, non proſequente appellationem, an ſententia ualidetur.*
27 *Ordinarius uidens ſententiam à ſe latam eſſe nullam, poteſt aliam etiam ſine libello aut alia retractatione ferre.*
28 *Exceptiones contrarias in iudicio proponens, non eſt admittendus.*
29 *Cauſa appellationis, & nullitatis, an poſſint coram eodem iudice tractari.*
30 *Sententia nulla poteſt etiam ſine temporis præfinitione retractari.*

IVXTA propoſitionis ſeriem, uidendum reſtat de ſententiæ impugnatione. [a] Super quo ſcias, quòd quandoque ſententia eſt nulla ipſo iure, ut iam dicam : quandoque uero an-
1 nullanda : ut infrà §. proxi. † Nulla autem dicitur ſententia multis modis, ſcilicet ratione iudicis. Ratione iuriſdictionis. Ratione litigatorum. Ratione loci. Ratione temporis. Ratione cauſæ. Ratione quantitatis. Ratione modi. Ratione proceſſus. Ratione manifeſtæ iniquita-

2 tis. † Ratione igitur iudicis est nulla sententia,
ut quia erat excommunicatus. [b] extra de re iudi.
ad probandum 24.q.1. audiuimus. uel infamis. ex̄.
de rescrip. sciscitatus. uel seruus, uel mulier: ut
ibi, & 3.q.7. cap. 1. & §. tria. extra de uer. sig.
cap. forus 2. q. 1. in primis. ff. de iudi. seruus. & l.
cum prætor. §. 1. & C. eod. seruus. ff. de reg. iur. l. 2.
33.q.5. mulierem. uel si mercede corruptus pro-
nunciauit 2.q.6. §. diffinitiua. uer. uenales. extra
c de uita & hone. cler. cum ab omni. [c] uel si laicus
iudicat in spiritualibus. ex̄. de iudi. c. 2. & 3. 9. q. 1.
nullus. extra de arb. contingit. & in auth. ut cleri.
apud propri. episcop. §. si uerò ecclesiasticum. C.
de episc. & cle. authen. statuimus. & ne filius pro
pat. ea. authen. hoc ita. Vel si est arbiter, & cogno-
scit de causa criminali, & matrimoniali. extra de
in integ. restit. cap. penult. Vel si est pedaneus, qui
non potest cognoscere de causa liberali. C. de pe-
da. iudi. l. 2. ff. de arbitris. non distinguemus. §. de
liberali. extra de in inte. restit. c. penult. Vel si ali-
qui condemnent episcopos in causa criminali sine
speciali mandato domini Papæ: ut 3. q. 6. quam-
uis. & c. dudum. Vel si solus episcopus condem-
nat institutum in sacris 15.q.7. felix. & c. seq. extra
de re iudi. non potest. quod prosequere ut infra de
accu. §. 4 Vel si duo iudices sunt ordinarij, & diuer
sas ferunt sententias, non ualet sententia pro acto-
re lata, sed pro reo sic. Si uerò sunt delegati: hæc
pendent ex arbitrio delegantis. Si arbitri, neuter
ualet: ut extra de re iudi. c. fi. supra de arbit. §. fi.
3 uer. i em non ualet, si uno. † Quid si inter tres li-
tigantes super una re, sunt undecim iudices, quin-
que pronunciant pro uno, quatuor pro alio, &
duo pro tertio: quæritur quæ sententia tenet? Et
quidem in electione non est quæstio: ut extra de
elect. in genesi. & c. cum in iure. Sed in iudicibus
uidetur sententia tenere, ubi plures consentiunt:
quia in iudicijs obtinet sententia plurium iudi-
cum 65. distinct. si episcopus. Et est ratio, quia
quilibet iudex habet potestatem & autoritatem iu
dicandi prout sibi uidetur: sed non quilibet cano-
nicus habet autoritatem eligendi. Quidam tamen
dicunt, quòd non præualet sententia: ut quia nō
est maior pars iudicum. In metropolitano autem
uidetur quòd quando comprouinciales episco di-
scordant inter se, debet sequi plurium concordiā.
65. dist. c. 1. 2. & 3. uel requiret episcopos uicinæ
prouinciæ. Sic intelligitur 6.q.4. c. 1. & 2. sed ubi so
lus Metropolitanus est iudex nisi consulat plures,
ut 20. dist. de quibus & ex̄. de consue ad nostram.
quia suo periculo iudicat non sequitur prouincia-
lium uel aliorum consilium. C. de pœ. iudi. qui ma.
iudi. l. 2. ex̄. de re iudi. cum æterni. secundum Vin.
d [d] Vbi autem episcopus cum cap. suo cognoscit de
aliqua q. utrum omnes canonici sint iudices, uel
e ipsum c. not. 15.q.7. episcopus. [e] † Item est nulla
4 sententia, ratione iurisdictionis: puta si lata est à
non suo iudice. ex̄. de iudi. at si clerici. ex̄. de con-
sue. ad nostram. ff. de offi. præ. l. 3. ff. de iur. om. iud.
l. fi. 11. q. 1. in clericorum. C. si a non com. iud. per to
tum. uel si nulli præest iurisdictioni. C. de senten.
& inter. om. iudi. nulli. ex̄. de foro compe. significa
sti. Vel quia literæ delegationis, sunt falsæ: extra
de cri. fal. super eo. Vel si est delegatus super una
re, & pronunciet super alia. C. si à non comp. iudi.
l. 1. extra de offi. deleg. cum olim. & c. ex literis.
de testi. c. de testibus. Et quare hic. ut infra uer.
item est nulla ratione quantitatis. Multa & alia
exempla pone hic, & in præced. modo, ut dixi su-
pra de iudi. deleg §. excipi. & supra eod. tit. §. sequi
5 tur. † Item est nulla ratione litigatorum: ut si la-
ta sit contra minorem 25. ann. in iudicio sine tuto-
ris uel curatoris autoritate interueniente. C. qui leg.
per. ha. in iudi. sta. l. 1. & 2. C. de in integ. restit. si cu
ratorem. & ff. de re iudi. acta. §. fi. & l. si contra. De
hoc dic ut supra de actore. in prin. uel contra, filius
fami. sine patris consensu: ut infra eo. tit. uer. item
quòd est filiusfam. uel si non erat de iurisdict. iudi
cantis: ut quia erat exemptus 16. q. 1. frater no-
ster uel quia actor pro quo est lata, fuit publice ex
communicatus & denunciatus: secus si contra eū
lata fuit. ex̄. de excom. cum inter. Sed hoc intelli-
ge ut extra de excom. pia. § fi. lib. 6. & extra eo. tit.
exceptionem. De hoc uide satis supra de actore.
f uer. item quòd est ex. [f] Vel quia falsus procurator
interuenit. C. de procu. licet. & extra eo. tit. in no-
stra in fi. & de rescrip. ex parte. Vel quia is, contra
quem lata est, mortuus erat tempore prolationis
quando iudex fuit datus. ff. quæ senten. sine ap. re.
l. penult. uel erat furiosus, uel bonis interdictus. ff.
de re iudi. furioso. extra de succes. ab int. §. fi. C. de
cur. fur. per tot. Vel si est lata contra fiscum, absen
te eius aduocato. C. de aduo. fis. l. fi. Secus in priua
to: ut ibi & C. de postu. uelamento. uel si pecunia
data est aduocato, uel procuratori uel aduersario
ut se patiatur conuinci. C. de pœ. iudi. qui ma. iudi.
l. 1. & de aduo. diuer. iu. l. 1. uel si tutor legitimus
uel sine inquisitione datus non cauerit rem pu. sal.
so. & in iudicio de re pupil. expertus sententiam
contrariam reportauit: hæc enim sententia pupil
lo non officit. C. de tut. uel cu. qui non sat. l. pen. &
fi. C. in qui cau. in int. re. non est ne. si tutor. uel si
tutor non fecerat inuentarium. C. arb. tut. l. fi. uel
si reus principalis condemnatur, qui nunquā fuit
in iudicio per se, sed per procuratorem. C. de sent.
6 & interlo. l. 1. † Item est nulla ratione loci: ut si
episco. tulit eam extra suam diœ. extra de fo. com-
g pe. Romana [g] uel iudex extra suum territorium 3.
q. 6. leges. ff. de iur. om. iudi. l. fi. Vel si lata sit in ec
clesia à iudice seculari: ut in const. Gre. de im. ec-
h cle. decet. §. ordinarij. [h] Vel si iudex in alio loco
pronunciet, quæ in eo, quem partibus statuerit, in
iusta est. ff. de iudi. si locus. extra de rescrip. c. fi. C.
quomodo & quan. iu. si ut proponis. & l præses. C.
de sen. & interl. cum sententiam. Vel si sit lata in
loco inhonesto, puta in lupanari uel popina. extra
de app. qua fronte. ff. de recep. si cum dies. §. si ar-
biter. C. de iudi. properandum. & l. rem non no-
uam. ff. eod. si locus. ff. de inter. ac. l. tertia uel
si lata est in occulto: ut supra eodem §. qualiter.
uersi debet autem. Quæ enim causæ cognitionē
uel decisionem desiderant, iudice pro tribunali
sedente fieri debent, tertia quæstione tertia §. spa-
cium. uersiculo à procedente. si tamen partes
consentiat, ut in lupanari feratur licet fatue fa-
ciat iudex qui ibi fert: tamen partes non possunt
contrauenire. ff. solut. matri. l. cum mulier ui-
ri. & l. uiro. trigesimasecunda q. 5. tolerabilius.
† Item

7 † Item est nulla ratione temporis: ut si lata sit in
die feriato, ferijs, quibus renunciari non potest:
extra, de fer. c. fi. C. eo. si dies. ff. eo. l. 5. & l. si feria-
tis. C. quomodo & qu. si ut proponis. 15. q. 4. per
tot. Sed nunquid tunc poterit iterum ferri? De hoc
supra. §. qualiter. uer. quid ergo. Vel si lata fuit la-
psa die ad quam datus erat iudex, si non fuit con-
sensu partium prorogata. extra, de off. delega. de
causis. ff. de iud. l. 2 §. & si iudex. extra, de off. dele.
i consuluit. Vel si sit lata de nocte, [i] uel post uespe-
ras: ut ff. de orig. iur. l. 2. § & quia. & in præd. c. cõ
suluit in auth. de iu. §. sedebunt. uel post finitam
8 iurisd. ut iam dixi. † Item est nulla ratione cau-
sæ: ut si non continet absolutionem, uel condem
nat. uel æquipollens, ut eo. titu. §. species. uer. dif
finitiua. Item est nulla ratione quantitatis, ut si
datus ad cognoscendum de 10. pronunciauit de
20. ff. de iud. de qua re. ff. manda. diligenter. & 2.
q. 6. §. diffinitiua. uersi. item cum certa. Videtur ta
men quòd tota sententia non uitiabitur, sed in
quantum iudex excesserit. ff. de uer. obli. l. 2. & l.
k qui extrinsecus. ff. de usur. placuit. k Sed quid erit
econuerso? De hoc supra. §. qualiter. uersicu. quid
9 si peto. † Sed quid si negocium de quo iudicauit,
erat indiuiduum, & immiscuit non commissum cõ
misso? Videtur quòd sententia tota non tenet. ff.
de aq. quot. & æst. l. 1. §. illud. Econtra, uidetur quòd
ualet in totum. ff. de aqu. plu. arcen. sed interdum.
l ibi tamen iudex habebat iurisd. in toto opere. [l] &
ff. de testa. hæredes. §. fi. de consecr. dist. 4. firmissi-
mè. & cap. si non sanctificatur. Potest tamen dici
propter autoritatem iudiciariam, in totum uale-
re. ff. de do. int. ui. & uxo. si sponsus. §. secundo, ut
res magis ualeat, quàm pereat. extra, de fi. instru.
inter dilectos. Et quia utile per inutile non uitia-
tur: extra, de elec. illa. de cons. dist. 4. si non san-
ctificatur. Et quia causæ continentia diuidi non
debet. extra, de seq. pos. ca. 1. C. de iud. nulli. secun-
m dum Vber. [m] uel non ualet, si non continet cer-
tam quantitatem: ut supra. eo. tit. §. qualiter. uer.
10 item debet esse. † Item est nulla ratione modi: ut
quia lata est à iudice procedente seu stante, & non
sedente. Iudicis enim est sedere, cum res, quæ agi-
tur plenam cognitionem desid. rat: ut ff. quis or.
in bo. pos. ser. l. 2. §. dies. in authen. ut ab illustri. &
qui super eos sunt. coll. 5. §. sancimus igitur. ff. de
arbit. si cum dies. §. si arbiter. uersic. fi. 3. q. 3. §. spa-
cium. uersicu. à procedente. C. de sen. ex bre. re. l.
1. 45. dist. disciplina. ad fi. 24. quęst. 1. paratus. uer.
n sedens me iudicare, &c. in auth. de iud. §. sedebũt. [n]
Quid si pronunciat in alta turri sedendo, & partes
o sunt inferius? Certè ualet, secundum Acc. [o] & Do.
p me. [p] ar. ff. de acq. pos. quod meo. §. si uenditorem
quia fortè timebat sibi, ex aliqua causa: unde po-
test sibi securum locum prouidere. extra, de spon.
cum locum. & de elec. bonæ. 1. & ar. ad hoc C. ubi
11 sena. uel clari. l. 3. ante med. † Et sunt hæc in ar. ad
q. de illo, qui Ianuæ super equum sedens senten-
tiam tulit: quòd sententia ualuerit. & hoc dixit
Iac. Bal. Licet enim non uideatur sedere, uidetur
tamen quasi sedere. ff. de ser. rust. præ. qui sella. &
extra, de homi. dilectus. & cap. significasti. Et præ-
terea solennitates accidentales, bene omitti pos-
sunt. ff. de uen. insp. l. 1. & de æd. edi. l. 1. §. pe. Alij
contra: ut C. de sent. & interl. om. iu. prolatã. quia
de solennitate substantiali uidetur esse, quòd de-
beat sedere infrà: & talis non uidetur sedere in-
frà, sed baiulari: ut C. de off. ciu. iu. honorati. Itẽ
non ualet, si iud. eam legit per alium, ut supra. eo.
§. sequitur. uer. 1. quid si nescit, uel nequit legere?
12 Dic ut ibi. † Non ualet etiam, si est lata sine scri-
q ptis. [q] 2. q. 1. in primis. & l. statutis. C. de senten. ex
bre. re. l. 1. & fi. de senten. excom. c. cum medicina-
r lis. [r] & de treu. & pa. c. 1. & de prob. quoniam con-
tra. Hoc tamen fallit, si breues sint & leues &
maximè uilium personarum, uel si episco. senten
tia inter suos clericos. quæ dic ut infra, de libel.
conc. §. nunc dicendum. uer. 3. & uer. 4. & in sen-
tentijs, quas per se do. Papa profert. non enim
fert eas in scriptis: sed ipse solutus est legib. C. de
leg. digna. & quia eius præsentia omnem supplet
solennitatem: ut C. de testam. omnium. Vnde de
processu coram eo habito, dubitari non potest,
quin sit in eo lis conte. ut extra, de prob. c. fi. & de
lit. cont. §. 2. uer. & no. quòd infra. §. proxi. ar. con
tra, quòd ipse etiam debeat in scriptis proferre, in
auth. coll. 8. in me. lit. non fi. sa. ius. §. si uerò ali-
s qua. [s] Fallit etiam, in casib. in quib. libellus non
est necessarius. quos dic ut in præ. §. nunc dicen-
dum. Item fallit in causa matrimoniali: ut extra
de testi. Albe. Sed certè ibi non habetur quòd sen
tentia non fuerit lata in scriptis, sed quòd nõ fue
rit redacta in publicam formam, ut ibi patet: ideo
t que nullum speciale ibi. [t] Inno. tamen & Ber. con
tra: nec admitto etiam quod dicit G. Nat. scilicet
quòd in qualibet causa ciuili possit sine scriptis
pronunciari, & quòd præd. iura loquuntur in cau
sa criminali, in qua maius periculum uertitur: ut
42. dist. quiescamus. & ideò cautius est in ea agen-
dum: ut 7. q. 2. c. 2. & 61. dist. miramur. Hoc pro-
sequere plenius in Sum. Do. mei, eo. ti. §. qualiter.
prope prin. Dicunt autem quidam, sententiam fer
ri posse sine scriptis de partium consensu. quòd
u dic ut in præ. uer. 3. [u] Et consulo quòd iudex in
prolatione sententiæ, dicat, in his scriptis pronun
cio. hoc enim fieri utile est. C. de testa. auth. hoc in
ter. C. de fi. instr. contractus. imò etiam dicunt ali-
ter sententiam non ualere: ar. C. de sen. ex bre.
x re. l. pe. & sic non puro. [x] ar. C. de testa. cum anti-
quitas. §. fi. Sufficit enim quòd in scriptis feratur
& uide infra, in trac. lib. in tit. de appel. §. 1. uersi.
y & notabiliter. y Et nota quòd si scriptura alicuius
sententiæ in iudicium producitur contra te: uide
an sit sub uerbis 1. uel 3. personæ confecta: si sub
primæ, præsumitur lata in scriptis, nisi contra pro
betur. Si uerò tertiæ, præsumitur non fuisse lata
in scriptis: & sic non ualet, nisi iudex expressim
dicat se tulisse in scriptis: ut suprà, quòd si dicatur
absolutè sine scriptis lata: respondeatur, id de par
tium consensu actum fuisse: ut supra, uel quòd e-
rat laicus, imperitus literarum. C. de iud. certi. ff.
de iu. om. iu. l. 2. ff. de proc. l. mutus in princ. uel
quòd consuetudo regionis hoc habet. C. de eman.
l. 1. extra, de fi. inst. cum dilectus. 11. dist. in his. A-
liàs autem nihil interest, utrum sententia sub uer-
bis 1. uel 3. personæ loquatur, secundum quosdam.
Tu dic ut supra, de inst. ed. §. 2. uer. sed & in sent. &
§. instrumentum. uersicu. item opp. quòd instru-
mentum.

13 mentum. † Et nota [z] quòd quidam iudi. erant di
z ctantes sententias suas alijs scribendo, scilicet par
tib. uel etiam uniuersis dicentes, Noueritis quòd
sic pronunciamus. nam tales scrip. sunt potius te-
stimoniales præteritorum, quàm assertoriæ præ-
sentium: sed nec debent alicui scribere sententiam
& loqui in præsenti dicendo: Noueritis quòd ita
pronuncio. arg. contra. ex. de seq. pos. c. 1. & de re
a iu. inter monast. & cap. abbate sanè. [a] & de conc.
b præb. quia cunctis. [b] & aliæ plures, in quib. hoc re
peritur factum esse. Sed non ob. si bene conside-
rentur. & uide supra, de cita. §. iam de citatione.
uer. quid si iudex ita. Item contra supra, de excep.
§. uiso. uer. quid si appellans. Debet ergo iudex ita
dicere: Ego uel nos talis iudex ordinarius, parti-
bus præsentib. talem sententiam proferimus, ad
æternam rei memoriam, uel ad honorem & con-
seruationem iuris litigatorum. uel alia similia uer
ba: ut supra, patet §. ut autem. uersicu. cum fertur.
14 † Quid de interlocutoria? Dic quòd non est ne-
cesse ipsam in scriptis ferri, licet sit in actis redigê
da: ut extra, de probat. quoniam contra ubi de
c hoc. [c] Et nota quòd quidam in prolatione senten
tiæ, post factum recitant & partium rationes, &
eas, quæ ipsum mouerint ad pronunciandum: li-
cet necesse non sit eas in sententiæ scriptura asse-
rere: ut supra §. qualiter. uersicu. uerum. & post-
modum sententię conclusionem legunt in scriptis
& nos sic seruamus. suprà de conclusio. & renun
cia. uersicu. auditis. Romanus quoque pontifex
idem seruat, excepto quòd de conclusione in scri-
ptis legenda prædixi. ut supra, uersicu. proxi-
mo. Sed nec in curia Franciæ in scriptis pronun
ciatur: quia ibi secundùm iura scripta non liti-
gatur: quinimo diebus feriatis audiunt & pro-
nunciant, & plura alia faciunt præter iura, secun
dum suas obseruantias speciales. Quidam autem
potius ruditate, quàm ratione moti, non appro-
bant præmissum recitandi modum, dicentes sen-
tentiam legendo proferendam esse: inducentes
pro se, extra de appel. præterea. secundò. quæ ni-
hil ad hoc facit. Argumentum tamen pro eis est
2. quæstio. 1. capitu. statutis. ibi: diffinitiones. de
rescripti recitatione, proferant. & capit. legum.
ibi: sententia, quæ sine scriptura profertur &c.
Sed tu dic quòd satis in scriptis profertur, ubi
conclusio, quæ uirtutem sententiæ continet, in
scriptis recitatur. Item est nulla ratione proces-
sus: ut si est lata lite non contestata uel omisso a-
liquo de his, quæ sunt de substantia ordinis iu-
diciarij: ut C. de senten. & interlo. omn. iudicum.
prolatam. quæ est 2. quæstio. 6. §. diffinitiua. & su-
prà in procemio huius secundæ partis. Vtrum au-
tem partes possint renunciare citationi, ut teneat
sententia, dic ut suprà de citatione. §. uiso. uersi-
15 cu. sed pone. † Quid si de partium uoluntate taci
ta uel expressa, iudex sine lit. contesta. cogno-
scens tulit diffinitiuam sententiam? & uidetur
d quòd ualet, argumentum supra. [d] in eodem uer-
sicu. iudicem. ff. de reg. iur. si conuenerit. Si e-
e nim potest tota substantia: [e] multò magis hoc,
argumen. ff. de in lit. iuran. uideamus. §. penult.
& facit C. de donat. ante nup. si constante. C. de
16 tempo. app. l. fina. in fi. † Item illa discussio in
causis pro plena accipitur, quæ de partium uo-
luntate procedit. argumen. ff. de fideicom. l. 4.
§. adijci. Item cùm per utranque partem fieri
debeat contestatio: si per eos stetit, pro facta
habetur. ff. de condi. & demonstr. iure ciuili. nec
unus poterit hoc alteri obijcere: ut ff. de com-
pen. si ambo. ff. de neg. gest. l. ex facto. in fi. Item
cùm dubium sit, utrum iudex ex officio suo abs-
que partium consensu, sine litis contestatione
possit pronunciare: ut C. de epis. & cler. si quis
in conscribendo. C. quomodo & quando iudex. l.
consentaneum. & in authen. qui semel. C. de inge.
ma. diffamari. satis uidetur partium consensu hoc
fieri posse. argumen. C. de episc. & cleri. generali-
ter. ff. de pactis. l. tale. §. primo. Sed dic contra ff.
de dona. inter uirum & uxo. siue. & in præd. l. pro-
latam. Nam litis contesta. est de ordine, nec sine
ea uidetur res in iudicium deducta: argumen. ff.
commu. diui. ut fundus. & est litis principium: ut
C. de iuramen. calum. l. secunda. extra, de uerbo.
significa. ex parte. 2. unde finis sine eo esse non po
test. ff. de re iu. non potest uideri desijsse. & l. cum
in diuersis. ff. de ori. iur. l. 2. Item non possunt par
tes suo consensu, iuris regu. uitare. ff. de ad. tut.
f quidam. [f] † Sed ecce iudex ita pronunciat: con-
17 demno te reum in eo quod petitû est si actor pro-
bauerit quod intendit: quæritur utrùm talis sen-
tentia ualeat, & sit procedendum secundum eam?
Et uidetur quòd sic. ar. C. de sen. & interlo. cum iu
dex. extra, de proc. auditis. in fi. & in his, quæ not.
supra. §. qualiter. uersicu. item debet esse certa. &
seq. arg. contra C. de acqui. hære. ut debitum. C. de
pœnis. qui in sententiam. ff. de offi. præsi. illicitas.
§. primo. quia iudex debet secundum probata pro
cedere. 3. quæst. 10. 7. iudicet. Non enim ualet con-
demnatio facta, priusquàm constet de eo, in quo
sit: extra, de eo, qui mit. in pos. causa rei seruand.
cap. penul. super hoc dicunt quidam, talem præ-
posterationem non reddere sententiam nullam:
cum non sit talis, de qua l. loquitur. C. de senten.
& inter. prolatam. licet faciat eam iniustam, &
per appellationem rescindendam. & pro priori
dicto, facit ff. de rei uend. in fundo. in fi. & l. qui
restituere. extra, de rescriptis. causam quæ. ex-
tra, de iudic. exhibita. & uide supra. §. 2. uersi. quid
g si iudex. [g] † Sed pone quòd attestationibus pu-
18 blicatis non inuenit iudex in actis quòd lis fuerit
contestata: nunquid feret sententiam: cùm sibi
constet litem fuisse contesta. & tabellio idem di-
cat? Dic quòd si tulerit sententiam & de hoc sit
quæstio inter alias personas, & coram alijs iu-
dicibus: non irritabitur sententia: & ipsi pote-
runt de hoc testificari, quod in eorum præsen-
tia fuerit actum. 3. quæst. 9. testes. Nec in hoc dice
tur iudex esse testis in causa. extra de excessibus.
præla. inter dilectos. §. præterea. secundum ea
quæ not. suprà de teste. §. primo. uersicu. itê quod
fuit in eadem causa. Si ergo apparet sententia:
non tamen inuenitur in processu, quòd lis fuerit
contestata, imò apertè negatur: non ualet sen-
tentia: ut extra, de elect. dudum. 2. uersicu. licet
autem. & supra de lit. contesta. uersicu. sed prius-
quàm. Cùm enim processus negatur, non ualet,
nisi quatenus de eo legitimis cōstiterit documen-
tis:

tis: ut extra de probat. quoniam contra. & appa-
ret in his, quæ not. extra, de off. dele. cum in iu-
re. Poterit autem de hoc conſtare per iudicem
uel tabellionem, ut ſuprà, uel per duos iudices: ut
patet in prædi. decre. quoniam. in princi. ibi: iudi-
cis. non enim dicit iudicum. arg. 4. quæſtio. 3. §. in
criminali. uerſicu. ubi numerus. Secus autem eſ-
ſet fortè in his, quæ non reddunt ſententiam nul
lam, ex quo non eſt appellatum ab ea. quare dic
ut no ſupra. §. ut autem. uer. & nota ſecundum. &
19 ſupra. le edi. inſtru. §. reſtat. uerſi. in ſumma. † Eſt
etiam nulla, ſi lata eſt poſt appellationem legiti-
mam. 2. q. 6. arguta. & extra, de appel. ad audien-
tiam. Vel ſi lata eſt contra abſentem, non contu-
h macem. [h] ff. de re iud. de unoquoque. C. quomodo
& quando iud. ſi ut proponis. & l. ea, quæ. & l. pe.
C. de procu. quia abſente. & infra. uerſicu. item e-
tiam not. Cum autem aliquis abeſt iuſta & proba
bili cauſa, ualet contra eum ſententia lata: ſed
per appellationem reſcinditur. Vnde diſtingue
quinque genera abſentiarum, prout no. 2. q. 6. bi-
i duum. ff. de in inte. reſti. diuus. [i] Et uide infra. §.
proxi. uer. porrò. Vel ſi eſt lata in dominum litis,
& debuit ferri in procuratorem: ut ſupra. eod. §.
qualiter. uerſi. porrò. Vel ſi prius fuit iuratum &
poſtea lis conteſtata. Vel ſi prius fuit lata ſenten-
tia, & poſtea ſcripta. quæ dic ut in præ. l. prolatam
extra, de reſcriptis, cum dilecta. 43. diſt. ſi rector.
in fi. ff. de uul. & pup. ſub. l. 2. §. prius. Vel ſi plures
dati ſunt iudices, & unus tantum pronunciat, ut
ſupra. §. ſpecies. uerſi. ſed & ſi. Vel ſi lata eſt con-
tra primam ſententiam, à qua non extitit appella
tum. 2. q. 6. §. diffinitiuam. in princ. & C. de ſent. &
interlo. omn. iud. poſt ſententiam. niſi in caſibus,
k qui no. extra, de re iud. inter monaſterium. [k] Vel
ſi poſt, uel intra terminum ad hoc ſtatutum, lata
ſit ſiue noua citatione. C. quando prouo. non eſt
ne. cum non eo. C. quomodo & quando iud. ſi ut
proponis. extra, de offi. delega. cap. de cauſis. arg.
l contra. extra, eo. uer. ſed nec erit. [l] & in his, quæ
not. ſupra de citatione. §. uiſo. uerſicu. item licet.
20 † Quid ergo, pone quòd altera pars non uenit
die ſtatuta, ad ſententiam audiendam: nunquid
iudex pronunciabit ea die, an in ſequenti? Et ui
detur quòd non in die illa: quia tota cedit citato:
ut Inſtitu. de uerb. obli. §. omnis ſtipulatio. uerſi.
ac nec eo. & argum. ff. de fer. more. Item quia poſt
peremptorium, debet iudex iterum citare ab-
ſentem. ff. de iudi. & poſt peremptorium: extra de
dolo & contum. prout. argum. contra quòd ea die
pronunciabit in præceden. l. cum non eo. & ff. de
uerb. obligat. cum ſtipulatus ſim mihi aut Pro-
culo. & l. liber homo. in fin. & hoc uerius ſecun
m dum Accur. ut not. in præ. §. omnis. [m] tamen di-
cit quòd poſt ueſperas, ſed non in nocte debet
ferri. in authen. de iudi. §. ſedebunt. & in præ. cap.
21 conſuluit. † Item etiam non tenet, niſi pars, con
tra quàm lata eſt, fuerit tribus edictis, uel uno
n peremptorio pro omnibus citata. [n] C. quomodo
& quando iu. conſentaneum. & l. ea. ff. de re iud.
o contumaciam. [o] 24. quæſtio. 3. de illicita. extra
de teſtibus. cùm olim. in fi. ff. de app. reci. l. prima.
§. item cùm ex eo. An autem poſſit ferri ſenten
tia contra non citatum peremptoriè, uide in
p præ. §. uiſo. uerſicu. item licet primo. [p] & uerſicu.
quid ſi lata. Quid de interlocutoria: nunquid fer
ri poteſt una parte præſente, & altera abſente? De
q hoc ff. de arbi. diem proferre. [q] Non tenet etiam,
ſi non fuerit libellus in cauſa oblatus: ut infra, de
lib. conce. §. utrum libellus, ſit de ſubſtantia. Quid
ſi petit quis ſortem & pœnam, & pronunciatur ſo
lum ſuper pœna? De hoc C. de ac. ſeu peri. §. ſequi
22 tur. uer. ſed quid ſi. † Item eſt nulla, ratione ma-
nifeſtæ iniquitatis: puta ſi contineat in ſe expreſ-
ſum errorem: extra de ſen. excom. per tuas. & de
confir. uti. uel inuti. examinata. ff. quæ ſen. ſine ap
pe. reſcin. l. prima extra de re iu. cum inter uos.
Vel ſi contra ius ſcriptum, canonicum, uel diui-
num, uel ciuile feratur: ut extra, de re iu. cap. 1.
ff. de ap. ſi expreſſim. 9. diſt. §. fi. puta ſi contineat
minorem 14. annis teſtari poſſe. 2. q. 6. §. diffiniti-
ua. & ſententia contra ius ſcriptum lata. non con
ualeſcit: licet non ſit appellatione ſuſpenſa. extra
eo. cap. 1. & c. inter cæteras. Secus ſi ſit lata contra
r ius litigatoris: ut ſupra. §. proximo. Vel ſi [r] conti-
neat impoſſibilitatem. ff. quæ ſen. ſine appe. reſcin.
l. fi. extra de pact. l. fina. & de cõ. appo. c. fi. Vel ſi eſt
per ſubreptionem obtenta. 35. q. 9. ueniam. extra
de offi. ui. ſua. de reſcri. ad audientiam. C. ſi à non
compe. iud. l. fi. extra de re iu. cum olim. uel ſi mi-
ſericordiam uetat. 50. diſt. ponderet. in fi. ff. de pœ
23 nis. reſpiciendum. † Sed quid ſi à ſententia, quę
nulla eſt, de facto appellaretur, & iudex appella-
tionis eam confirmat: nunquid adhuc poterit di-
ci nulla? Et uidetur quòd non: quaſi alius ſit effe
ctus, ſi confirmetur expreſſè, & alius, ſi tempo-
ris tranſcurſu, uel tacitè. ff. de his qui no. infam.
furti accipe. §. 1. Vel dic uerius non confirmari:
ut C. de inoffi. teſt. enim. ff. fa. er. l. quædam. Item
elegit appellationem errando: cum nullam dice-
re poterat. non ergo ſibi præiudicat. ff. de inoffi.
teſta. mater. ff. de pet. hære. legitima. 22. q. 2. in qui
bus. 38. diſtin. quamuis. De hoc not. ff. de appel. ſi
ſ expreſſim. [ſ] † Quid ergo ſi appello ante ſenten-
24 tiam uel extra iudicium, poſtmodum nihilò mi-
nus fertur ſententia contra me, à qua iterum ap
pello: nunquid per poſteriorem appellationem
uideor renunciare priori, uel ſententiam contra
t me latam ratificare? [t] Et uidetur quòd ſic. arg. ff.
rem ra. habe. l. 3. §. falſas. ubi dicitur quòd ſi appel-
lo à ſententia lata contra eum, qui falsò dicebat ſe
eſſe meum procuratorem, amodo dicere non poſ-
ſum eum non eſſe meum procuratorem. Sed dic
contra. nam geminando appellationem, non ob
hoc uideor proceſſum iudicis approbare: imò po
tius impugnare. Conſulo tamen quòd in ſecunda
appellatione, quis proteſtetur ſe per eam nolle à
prima recedere. & ſic ſeruo. De hoc ſecundũ Papã
u extra, de ap. dilecto. infra. uer. proxi. [u] † Verum au
25 tem appellans à ſententia, quæ nulla eſt, uidea-
tur eam confirmare, uel aliquid facere? Vide-
tur quòd ſic. ff. de iud. licet. C. communia utri-
uſque iud. l. ſecunda. ff. rem ra. ha. l. 3. §. falſus. C.
eo. l. prima. in fin. contra: quia appellatio fit ad
reſcindendum, non ad confirmandum: ut argu.
ff. de appel. ſi expreſſim. cum ſuis concor. ff. fam.
er. quædam. Vber. dicit quòd ſi ſciens ſententiam
nullam, ſcienter appellat: tunc eam confirmat.
aliàs

aliàs non.ff.de iud.l.2.in princ. Vel uerius, aut est
nulla ipso iure: & tunc non confirmatur: aut quo
quomodo tenet, sed potest per exceptionem an-
nullari: & tunc confirmatur seu approbatur: ut
ff.rem ra. ha. minor. Hæc quæstio est uenerealis
54 dist. Dic ut ibi & extra de re iud.c.1.& secundũ
Papam in præ c.dilecto. Ibi etiam no. an coram iu
dice appellationis, possim causam prosequi nulli-
tatis. Et quòd possim est ar.ff.fa.er.quædam. & ff.
26 de iur.pa.l.fi.supra uer.proxi. † Quid ergo si ap-
pellans à sententia, quæ nulla est, non prosequitur
appellationem: nunquid ualebit sententia? Et ui-
detur quòd sic, extra de ap.cum sit Ro. Dic contra,
imò causa potest ab initio agitari: ut in præ. l. si
expressim. cum per appellationem non efficiatur
x aliqua, ut prædixi. x Sed si causa de nouo iterum
agitetur cum dicitur sententia nulla: nunquid fiet
de nouo litis contestatio, uel pronunciabitur ex
eisdem actis? Et uidetur quòd de nouo fiat litis
contestatio, & nouus processus omnino: ut in præ.
l.si expressim. in fi. Et ad idem C.de sen.& interlo.
om.iu.l.1.in fi.C.quomodo & quando iu.si ut pro
ponis.in fi.ar.contra: quia uidetur quòd ex eisdẽ
actis fertur sententia.ff.de iud.mortuo.C. de accu
sa.l.4.& extra de re. spo. cum ad sedem. ubi dicit
Papa: prioris acta iudicij recensentes. & de testi.
y præsentata. hoc uerum est secundum Accur. y Et
quod dicitur in l.si expressim.in fi.quòd causa po
test ab initio tractari, intelligitur quo ad senten-
tiam, quæ non ualet.ff.de pecu. quoties.§.2.non
quo ad processum aliàs iustum: & sic utile per in-
utile non uitiatur: ut ff.de uer. ob. l.1.sed si mihi.
de consec.di.4.si non sanctificatur.extra, de elect.
illa. Vel distingue, & melius. Nam aut fuit lis con-
testata, & processus habitus coram eo, qui nequit
ab initio cognoscere uel iudicare: puta quia non
erat iudex, uel erat excommunicatus: & tunc ex
illis actis non potest iudicari, imò necesse est li-
tem contestari de nouo, & cætera fieri, ut in pri-
mis concordan. Si autem potuit cognoscere & iu
dicare ab initio, sed ex post facto contingit ali-
quid ante sententiam, propter quod iudicare ne-
quit: hoc casu si sententiam tulit, licet nulla sit,
non est opus iterum contestari de nouo: sed ex
illis actis poterit sententia ferri: ut in secundis
z concor. z Mihi a uidetur quòd cum quis petit sen
a tentiam ex aliqua iusta causa nullam pronuncia-
ri, in hac instantia libellus offertur, & contesta-
tio litis, & cætera fiant. & sic curia seruat. sic etiam
fit in causa appellationis. quod dic ut infra, de lib.
concep.§.nunc uidendum. ad fi. Et in qualibet ex
ceptione. quod dic ut extra, de off. dele. pruden-
27 tiam.§.sexto. † Nunquid ergo ex parte condem-
nati admittetur talis libellus: peto talem senten
tiam contra me latam nullam pronunciari? Et ui-
detur quòd non: cùm sit tutus exceptione perpe-
tua: ut prædixi: arg.ff de eo per quem fact.est.l.1.
§.si reus. argum. contra, quòd non solùm habeat
exceptionem, sed etiam actionem.ff. de pe. hære.
l.fina.ff.de lib.lega.quod mihi. & hoc seruatur de
facto. Ordinarius tamen uidens sententiam à se
latam, esse nullam sine libello, uel sine alia retra
ctatione, potest aliam ferre: ut supra.§.qualiter.
28 uersicu.hoc quoque. † Sed nunquid libellus talis
admittitur: dico sententiam nullam, & eam peto
nullam pronunciari, & si qua apparet, appellatio-
nem prosequor, & peto etiam cassari, uel contra
eam in integrum restitui, arg.quòd sic.extra, de
priui. cùm olim propter. §. tandem. & de in inte.
re.constitutus.2.quæstio.1. primates.cum suis cõ
cor.& 17.dist.concilia. cum suis similibus.& ff. de
ac.emp.& uendi.l. Iulianus. §. si quis colludente
b ff.si pars hæ.petatur. l. prima in fi. b ff. de rei uen.
quę de tota.§.primo.ff. de leg. 1. seruo legato. §.
fi.extra de præscri. auditis. ff. quorum leg.l 1.§.
quia autem.ff.de mino.in causæ.§. interdum. Et
ad hoc facit quod not. de Publiciana. extra, de re
c iud. abbate. c Possum enim quibuscunque mo-
dis possum, appellationem meam defendere, &
sententiam impugnare. ff. de appel. scio. in fi.
Nam & talis appellatio admittitur: ut infrà. in
d tractatu h.eod.titu. d §.1. uersic. quidam autem.
argu. contra.extra, ut lite non contesta. cap. 2.in
fi. quia licet conditionaliter proponam: tamen
contrarium sum mihijpsi, dicendo sententiam
nullam, & aliquam: & ideo repellendus. extra,
de appel. solicitudinem.ff. quando appel.fit.l.se-
cunda. §. sed si alius.& C. si seruus extero se emi.
man.l.unica.C.de fur.l. prima. Nam etiam exci-
piendo, duæ contrariæ exceptiones non admittun
tur.ff.de excep. nemo. multò minus agendo. Itẽ
dicendo nullam, tutus sum iure communi: ideo
non possum recurrere ad restitutionem.ff.de mi
no. in causæ. secundò. §. Pomponius. ff. de eden.
quædam. Item pro hac parte facit C. de codi-
cil.l. fina.ff. de tribu. quod in hæredem. §.elige-
29 re. † Item causa appellationis & nullitatis non
possunt coram eodem iudice tractari. Nam cau-
sa nullitatis debet tractari coram eo, qui de prin
cipali cognouit: & tunc de iure ordinario pro-
nunciabit. C. de senten. & interlo.omnium. iud.
l. prima. De quo dic secundum Papam: ut ex-
tra. de re iudic.cap. primo. & de appel. dilecto.
Causa uerò appellationis apud alium, scilicet a-
pud superiorem.ff.quis, & à quo.ap.l. prima.ff.de
appel.l.Imperatores. extra, de app. dilecti. Qui-
e dam tenent hoc ultimum. e Sed prius dictum cu-
ria seruat: & sic de mandato sanctissimi patris
domini Clementis Papæ 4. sæpe pronunciaui. &
adde quod not. in præ. uersicu. quidam autem.
f Innocen.4. not. de hoc extra de appel. dilecto. f
& de in integ.restitu. constitutus. & quòd iu. ap-
pel. possit pronunciare sententiam esse nullam,
g probatur ff. fami. er. quædam mulier. g arg. ta-
men contra sufficit nisi pronunciet appella. non
ualere, cum non est locus app. ut not. C.quando
h prouo. non est ne.l.prima. h Ex præmissis igitur
omnibus & ex his quæ habes infra. §. proxi. po-
test sententia impugnari. Est etiam & alijs mo-
dis sententia nulla: ut infra, de appel.§.2.uer.18.
30 † In summa not.quòd cum sententia dicitur ip-
so iure nulla sine temporis præfinitione: retra-
ctari potest, nisi loci uel fori consuetudo aliud in-
ducat.C.ad l. Corn.de fal.sicut. extra de procu. in
nostra. in fi. quod intellige, id est usque ad 30.
uel 40.ann.secundum ea quæ not. infrà. §.proxi.
uer.in summa.& se.Item de hoc potest cõtra eam
perpetuò excipi si ex ea agatur.ar. ff. de exce.do-
li.ue

ti.uel pure. §. fi. nam omnes exce . perpetuæ sunt præterquam exceptio non nume.pecu.& non nu. dotis.quæ dic ut 3.de excep.§. 1. uer. anomalæ. Si uerò sententia petitur rescindi per in inte. resti. dic ut 3.§.proxi.uer.& no.quod,&c.

ADDITIO.

a *Impugnatione. Et hic omnium scripta miscuit auctor. Pylei.Tanc. Vber.de Bebio.ubi supra.assicu.nunc uidendum. Sed hic commendabilius procedit autor per diuisionem, quam hic ponit, quàm antiqui,ut Alb.Gal.de senten. in prin. non posuerunt.Io.tamen de Deo uersi.supra, scilicet, caul. lib.7.in rub.aliquid de hac diuisione posuerat. & uide librum parte secunda sub rubrica de appell. posuit 17. causas nullitatis sententia. Bonag. & Aegid.eisdem uerbis utendo, dicebant potissimè nullitatem colligi si aliqui de septem tramitibus iudiciarij ordinis, emittebantur, quos uocant libelli oblationem,litis contestationem iuramentum calumnia,uel ueritatis, scripturam attestationū: publicationem illarum sententiarum descripto proferri, & à iudice sedente pro tribunali. hic sufficiat intimasse, quæ in titu.de appella.scripsit uterque.*

b Excommunicatus. Publicè.ut ibi.

c *Cum ab omni. Quid si ex duobus uel tribus iudicibus pronunciantibus, unus solus alijs ignorantibus,corruptus fuerit pecunia, ualebitne sententia? Quòd ualeat, uidetur per l.ff. de liber.causa.liberis.§.si duo. Ad idem.ff.de do.inter ui.& uxor.si sponsus.uersi.2.item.ff.de iur.fis.non intelligitur. §.1. Item in dubijs facienda est interpretatio ut res ualeat.ff.de reb. dub.l.quoties. In contrarium ff.quod fal.tuto.l.1.§. quid enim.ubi autoritas à uerò & falso tut.similiter præstita, non ualet. Et de hac allegatione uide quod no.de offic. deleg. cū super.in ult.gl.& in regula,ut.le.de re.iur. li.6. Inuenio solutum, sententiam non ualere, per l. Podius.aliàs parui refert.ff.de arbi. & per decre.ad probandum. de re iudi. sed ibi excommunicatio erat publica, hic corruptio tunc occulta. Quæstio proponebatur de tribus & duobus iudicibus.& in his uidetur ius uariari: quia in tribus ualeret sententia duorum.& idem in duobus datis cum clausula,quod si ambo.secus si simpliciter.*

ADDE *quod uoluit Bald.consi 449.incipiente, proponitur,4.lib. ubi ponit,an ualeat laudum latum à tribus quorum unus erat frater minor.*

d *Secundum Vincen.qui hoc not.de elec in Genesi.*

e *Episcopus.Et de offi.ordi.irrefragabils.in 4.gl.*

f *Est ex.Est sciendum quòd Alber.Gal. ubi supra, in fin.arguit quod dictum est in actore excommunicato, locum habere in bannito. In contrarium allegatur quædam prohiberi ne fiant quæ facta tenēt: 2.q.7.biduum. Item autoritas rerum indicatarum.ff.ad Treb.seruo inuito.§.cum prætor. Non solum:sed disputauit Iac. de Are.hanc quæstionem exprimens per statutum illi non debere ius reddi, sed audientiam denegari. & incipit quæstio,si lata sententia.& soluit sententiam nullam, si expressus fuit error: ut, condemno A. B.bannito.ff. quæ sen.sine ap.resc.in.l.1.§.item cum contra.C. quando prouo.non est ne.l.2.can.2.q.6.§.diffinitiua.post princip.si non est error expressus,aut fuit exceptio aut non. Primo casu, aut iudicauit ex iuris contemptu, quasi exceptio nulla esset: & tūc idem quod supra,argum.ff de ferijs.l.1.§.2. Aut quia exceptionem non habuit per probata,uel bannum æstimauit non ritè datum ff.de re iudi.si se. §.condemnandum. uel illud de banno exemptum, ualet tunc sententia.arg.ff. de re iudi. cum prolatis.C.de fide instru.l.fin.ff.de neg gest si autem. §.si quocunque modo. de compen.l. quod in diem. §.primo. Sic alibi requiritur causa motiua,ad iudicandum.ff.de euict. sed si ex utriusque. Sciri autem hoc poterit ex qualitate disputationis factæ circa exceptiones.ff.de iureiur.l.fin. Si autem exceptio non fuit opposita, puta iudicium retro nullum: quia contra formam statuti, & sic contra legem factum est.ff.de legi.contra legem.ergo irritum.C de legi. non dubium.& de fac. sau.ecel. iubemus.§.sane. Item in omni iudicio,requiritur actor,reus,& iudex.extra de uerb. sign.forus.uer sicu.in omni.C.de iur.calum.l.2.circa princip. de li. conc.l una. Sed hic deficit, qui actoris officio fungi posset: nec interest non esse, uel esse inhabilem.ff.quod cuiusq.uni.l.1.§ finali.ad Velle.quanuis.§.si conuenit. Nec habebat executionem officij actoris & sic quod facit, uiribus caret.ff.de tuto.& cur.da.ab his.nec mandanto.§.1. de sta.ho. l.qui furem. Item denegare alicui licentiam agendi fauore suæ personæ, sicut minori sine tutore, uel curatore: uel denegare propter odium ut in bannito, æquiparantur: ut contrariorum sit eadem disciplina.ff.de lega.3.l.fi.de pac.quod dictum.& 3.casu iudicium nullum,ut in huius uersi.prin.dictum est. ergo & in hoc secundo idem erit, & fortius.de reg.iur. odia.li.6. Inducit etiam.ff de iud.non idcirco.§.1 ff.si quis can. quoties. Viso de sententia, quæro de pacto. pone statutum habet quòd bannitus non possit ad sui utilitatem cōtrahere.T.qui locauerat Seio domum ad annum,bānitus fuit, & demum domum illam uendidit Lu-*

cio eo pacto, quòd emptor pateretur conductorem habitare domum usque ad finem anni: queritur an pactum ualeat? Et uidetur quòd sic: quia hic non est contractus: cum nulla obligatio sit hinc inde, sed solius emptoris. Facit ff. de uer. signi. l. Labeo & est obligatio de non faciendo, sicut & de non petendo. C. de transa. l. ubi sicut. & in fine. Iustit. de obli. quæ ex deli. nas. §. 1. de uer. obli. §. non solum. Differunt enim contractus, pactum, et conuentio. De primo dictum est per l. Labeo. quod non est nomen speciale. Ad idem Insti. qui. mo. re contra. ob. §. 1. Pactum est nomen generale, siue ad liberandum, siue ad obligandum ff. de pac. l. 1. § est enim. & l. si unus. §. pactum. Conuentio est nomen generalissimum ad utrunque. Item qui ex diuersis locis uniuntur, conuenire dicuntur. ff. de pac. l. 1. §. conuentionis. & l. rescriptum. in princi. Ad idem inducitur, quòd statuta sunt stricti iuris: cum ex eis oriatur condictio ex l. ff. de condi. ex lege. l. unc. quam certum est esse stricti iuris: quia non est descripta inter bonæ fidei. §. in actionum. Insti. de actio. sit igitur eius condictionis mater, cuius est filia. ff. si quis cau. si eum. §. qui iniuriarum. & absurdum esset punire inquilinum, qui non delinquit. C. de pœ. sancimus. Item statutum ponderat utilitatem, de qua hic non agitur, sed de damno uitando: nec est par ratio, lucra captare, & damna non capere. C. codi. l. fin. Item cum bannitus exulet, ciuitate relicta, non haberet inquilinus unde seruaretur indemnis ff. de cap. di. l. tutelas. in fin. Gul. in q. statutorum distinguit an bona sint omnia confiscata: ut in bannito pro graui maleficio qui est similis deportato. ff. de bo. dam. l. 1. in prin. quo casu pactum non tenet, quasi superuacuum, cum etiam sine pacto expelli non debeat per fiscum, ne ipse fiscus succedens bannito, teneatur inquilino. ff. de iure fisci. l. fi. Aut nil confiscatum fuit, sicut in auth. bona. C. de bo. dam. & tunc pactum iniquum est, ex quo bannito proueniret utilitas, si non posset inquilinus expelli, qui expulsus contra ipsum regressum haberet, cui bona remanserunt. ff. loc. si merces. §. 1. Aut certa quota bonorum est publicata, & certa remansit: ut C. ad l. Iul. de ui. l. 2. & tunc quod iuris est de toto quo ad totum, idem de parte quo ad partem ff. de rei uen. quæ de tota. in prin. & facit ff. quando app. sit. l. 1. §. in propria. in fi. dicit autem non habendam rationem confiscationis certarum rerum, non sub nomine quota. Insti. de fideicommis. li. §. si quis una. C. de senten. pas. l. 3. & de hæred. institu. l. quoties.

A D D E *quid operetur statutum, quòd bannitus non audiatur ciuiliter nec criminaliter, Ro. consi. 204. Et quòd parificenter excommunicatus & bānitus, uide Bar. in l. si quis arbitratus. de uer. obli. Et quod non opposita exceptione banni, iudicium retro sit nullum, sequitur latè Alex. in l. 1. §. 1. ff. ad Tre. Vide tu notabiliter gl. in uerbo, interdictum. & ibi doct. Inst. de ca. di. in princip.*

g *Romana l. b. 6.*

h *Ordinary. lib. 6.*

i *De nocte. hoc tenuit Tancr. & Bart. post ipsum titulo, quæ sententia sit nulla ipso iure, ad fi. & Inno. in decret. consuluit. Ibi scripsit super gloss. quid si. ubi glos. tenet contrarium. & Gui. de Suz. tit. an credatur nuncio in fin. & in l. non minorem. C. de transf. & in l. more Romano. ff. de feri. ubi de hoc Act. & in fi. §. sedebunt. infra. allegato. ubi uterque notat quòd de die sententiatur, necessitate: sed de nocte, uoluntate. & infra. uide uersicu. quid ergo. Iac. de Bel. in §. pra. tenet quòd etiam de necessitate pronunciat iudex de nocte, si casus ferendæ sententiæ tunc occurrit. Inducit etiam l. 1. ff. quando app. sit. §. dies. in fi. ibi: suprema hora. Inducit etiam quòd ibi litera dicit, & uespere, post quod non determinat horam nec diem usque ad uesperas Inducunt isti prædict. l. non minorem. C. de transactio. & ff. de testa. l. ad testium. posse etiam nocte. Sed ad illa facilis est responsio: cùm certum sit transactionem & testamentum non requirere certum locum uel diem, nec maturitatem cessionis, nec scriptura præcedentis, uel similia: ut requirit iudicialis sententia. Possunt enim illa duo fieri omni loco et omni tempore, & sine prædictis solennitatibus: hæc uerò non potest tempore feriato, nec loco inhonesto, nec illis solennitatibus omissis, ut patet. supra. & infra licet fatear quòd & illa habeant aliqua sua substantialia, quæ non habent ista, sed non sic pertinentia ad propositum. Mihi placet quod post Hosti. dixi in prædi. decre. consuluit. super glo. quid si iudex. scilicet quòd partibus tacentibus, ualeat etiam diffinitiua lata de nocte. Sed si resistant ambæ uel altera, & petant recedendi licentiam, & denegatur, locus esset appellationi, secundum eum. Plus puto, quòd & si sine appellatione petita & denegata licentia, pars recederet, sententia ferri non posset in his partibus, in quibus non uiget consuetudo contraria. Reputo enim illam latam contra absentem non contumacem: cùm iudicia diei claritatem exigant: & lucis subtractio sit malè agentium: ut in prædicta decreta. consuluit. & ff. de uentre inspi. l. 1. §. mulier. & fures. & adulteri noctem exquirunt. Iob. 24. d. & Ioannis. 11. b. Qui ambulat in die, non*

offendit

offendit. & qui malè agit, odit lucem. Fateor quòd in quibusdam partibus inoleuit mos, curijs regum & multorum Principum, etiam ecclesiasticorum, apud quos plus in iudicijs proceditur in tenebris quàm in luce. & uerificant illud Iob. 17. Noctem uerterunt in diem.

ADDE, quòd Panormi. in c. consuluit. Ioan. Andre. hic optimè locutum.

k Placuit. Huius legis casum ponit glo. in regula, utile. de reg. iur. lib. 6. qua regula cum suis exemplis, facit pro hac parte: quam etiam tenuit Accursius. C. de reg. iur. l. 2. licet notet contrarium in l. fi. ff. de iurisd. om. indi. De hoc uide opiniones in regula, ea que fiunt. de reg. iur. lib. 6. Pro hac parte, l. sed Proculus. ff. mand. & quod no. in l. illud. de sacrosan. eccl. & olim terminando hanc partem tenui, cùm quantitates de se sint diuisibiles, ut patet in decre. 1. de arbi. libr. 6. cum concor. & not. in l. amplius. ff. de reg. iur. facit. ff. de uer. oblig. l. 1. §. si stipulanti. Facit ad materiam quod no. ff. de fideiuss. l. Gracè. §. illud. & l. si à reo. §. resp. & adde quod dicā infra. uer. proximo.

ADDE quod Bart. tenet glo. in l. fi. ff. de iurisd. om. iud. quia licet summa sint diuisibiles, tamen iudicium est indiuiduum. Et hanc opinionem Alex. ibi dicit communem. Fulgo. tamen sequitur opi. Ioan. An. licet de ipso mentionem non faciat.

l Opere. Ac si dicat, aliud cùm iudex pronunciat, quod non potest. de quo supra. uer. proxi. aliud si pronunciat quod non debet, cùm cadebat infra iurisdictionem: ut hoc casu ualeat, si non appellaretur. C. de mo. mulcta. l. fin.

m Vbertum. Vbi tractat de sententia delegati. uer. quid si negotium.

n Sedebunt. Adde quod statim dicam in uer. seq.

o Secundum Accur. Qui hoc ponit C. de senten. ex breuic. reci. l. 1. & de hoc de re iudica. c. fi. libr. 6. Ponit autem Accursi. in l. præ. opinionem dicentium, quòd sedere debet iudex in cognoscendo, non autem in pronunciando, cùm plenè cognouerit: quod dictum placuit ibi Pe. & Cy. Vnde Gui. de Suzar. dicebat super l. prædictam. & in ordi. iudi. sub rubr. de sententia. sessionem non esse de substantia. allegauit l. 1. in fine. ff. de uentre inspi. Hac sunt reprobata per præ. decre. ult. §. 1. Vide quod post Hiero. ibi dixit super fin. pe. gl.

ADDE Bart. in d. l. 2. qui. dixit quòd ubi iudex non habet locum, uel ab initio determinatum, posse procedere illud quod dicitur de equo uel curru.

p Et dominum meum. ibi supra. eod. tit. §. qualiter, in princ.

q Scriptis. Vt expressè habetur de re. iud. c. ult. §. 1. lib. 6.

ADDE quòd adeò hoc est uerum, ut si sit lata in scriptis, & non possit legi, dicatur lata sine scriptis. Ita Bald. in l. 1. ff. de ijs, quæ in testa. delen.

r Medicinalis. lib. 6.

s Aliqua. Certum est quòd declarari & interpretari potest ex scripto, ut ibi: & etiam ex non scripto: ut ibi procedit.

t Speciale. Ibi hoc probat cle. de uerbo. signifi. sæpe. uersi. pen. coniuncta decret. dispendiosam. de iud. at si clerici.

ADDE casum secundum Bart. in l. leuia. ff. de accus.

u Versic. 3. Parum docet ista remissio, opiniones uide de re iudi. c. fin. li. 6. in 5. gl. Guido de Suza. super auth. nisi. C. de senten. ex breuic. reci. dicit id fieri posse. Vltra iura in uer. allegata, inducit C. commu. diui. iudicem in prædijs. & C. de temp. ap. l. fi. & uide infra. uer. quid si de partium.

x Puto. Idem Albe. Gal. ubi supra. uer. sed pone quòd iudex.

y Notabiliter. De hoc in præ. decret. ulti. de re iud. in fi. 5. glos.

z Et not. secundum Vbert. de Bo. cuius uerba posuit Ioan. de Deo in canil. lib. 5. de sen. produ. in iudi. in princ.

a Sanè. lib. 6.

b Cunctis. li 6.

c De hoc. Et de re iudi. c. fi. li. 6. ubi de hoc in 1. gl. Eadem ratione dicitur, in illa proferenda non esse necessarium peremptorium exprimi: cum id non sit iure expressum.

ADDE gloss. & Panor. in cap. quoniam contra. extra de proba. & ipsum Alex. in c. cum cessante. extra de app.

d Argu supra debet dicere, commu. diui. si erratum erat in scriptis Mar. de Fano. cuius fuit hæc quæst. incipiens, pone quod iudex. & hæc lex & seq. ad hoc inducuntur, si partes consentiunt, quid iudex pronunciet, iudex sic facit. & supra. ut statim dicam. & uide supra. §. qualiter. in fi.

e Substantia. Sententia partium uoluntati committi, fortius hæc qualitas. M. de Fan.

f Quidam. secundum Mart. de Fa. qui dicit ad hanc partem facere omnes leges, quas glos. signat pro contrarijs, in l. si quis in conscribend. C. de pa.

g Si iudex. Sed quid de absolutoria, qua iudex absoluit reum, si iuret se non debere, ualetne sententia? Repete quæ dicta sunt in quæstione condemnatoria. & de hac no. in prææleg. l. cum iudex. C. de senten. & inter. om. iu. & uide Cy. de re. cre. generaliter

taliter. In prima oppositione. Casus uidetur quòd ualeat de despon. inpu. continebatur. & c. attestationes. secundum quae scripta Gui. de Su. format quaestionem super l. cum proponas. C. de re. cre. quando non statim iudex iuramentum exigit: sed ex interuallo post sententiam iurauit reus. & arguit quod non ualeat, per l. iudex. ff. de re iudi. et per l. 1. C. [illegible] In contrarium: quia de appenditiis eodem die iudicat. ff. de re iudi. l. Paulus. ff. de reb. uendi. l. & ex diuerso. ad ducit etiam l. [illegible] de erro. aduo. facit de app. cum appellationi. [illegible] libro. 6. soluit referre an illico post sententiam [illegible] reus, antequàm ad alios actus diuertat: & [tunc] ualet sententia. An postquam se aliis immiscuit, & ex interuallo: & tunc non ualet. Alle. de uer. obl. continuus ff. de duo. re. l. duos reos. in fi. Bene facit de elect. cum post. petitam. Ad contraria. respondet, quòd hoc non est de appenditiis, sed de substantia sententiae decre. continebatur. & attestationes non iuuant sententiam: quia ibi iuramentum praecedebat sententiam: sic et hic fieri debeat. Quandoq; enim ex causa non absoluitur reus nisi iuret ut utrobique nota.

ADDE huic uer. Pau. de Cast. cons. 15. Abb. consi. 65. 1. lib. Bald. consi. 375. 3. lib. Alexan. consil. 74. 3. lib.

h Contumacem. Alber. Gal. huius titul. ulti. columna uersicu. sed pone. quod dicit hoc locum habere, etiam in sententia quam Imperator ordinario iure cognoscens tulit altera partium non uocata, nisi ex plenitudine potestatis ipse uelit contrarium. Remittit autem ad quaestionem Pyl. quae est 66.

i Resti. diuus. Quae prosequitur Nepos de Montealba. ubi suprà, post principium.

k Monasterium. In prin ult. glo. & uide quod super ea scripsi.

l Nec erit. Dic quòd si pars fuit contumax, quae fuerat citata ad sententiam audiendam, propter eius contumaciam lata non fuit sequenti die, sine illius noua citatione fieri potest ut ibi. Si autem ille comparuit, sed ex aliqua causa lata non fuit, tunc est necessaria noua citatio, ut supra dictum est.

ADDE quòd Bar. in l. fin. §. fin. ff. quod ui aut clā. tenet quòd citatus ad certam horam, si ille actus non fit illa hora, non ualet, nisi denuò citetur. quòd intelligit Panor. in capitul. consuluit. procedere, quando iudex illa hora impeditus non expediuit actum, secus si ille fuerit contumax, & iudex fuit paratus.

m §. omnis. in glo. hic no. quaestionem Guido. de Suz. in 5. rubrica. 2. alleg. quod ui aut clam. l. ult. in fi. quam dicit melius ea die pronunciare, quàm expectare. Dicit etiam utile fore, in peremptorio comminari ff. de iudi. in peremptorio. Dicit etiam ideo expectandas uesperas, ut hic sequitur: quia si sententia tunc de mane lata ualeret, sequeretur dictum fuisse contumacem, & sic appellare non posse. C. quorum app. non reci. l. 1.

ADDE quòd Bar. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infect. tenet quòd iudex possit expectare. Idē tenet Bal. in consi. 238. 3. uo. Panor. in capit. consuluit. & ita communiter doct. dicunt ibi, & in d. §. Iulianus.

n Citata. Etiam si nuncius, cui fuerat commissa citatio, retulit se citasse, uel falsò, uel per errorem, puta quia citauit alium eiusdem nominis. Ex quo enim constat illum non citatum, non tenet sententia. Sic in sua quaestione tenuit Iac. But. quae incipit, iudex, qui de causa. per iura hic allegata.

ADDE quod uoluit Bart. in l. si finita. in §. Iulianus. ff. de dam. infect. quòd licet iudex commiserit nuncio ut aliquem citaret, & iudex pronunciauit non uisa relatione, quòd nō ualet sententia.

o Contumacia. & l. de unoquoque.

p Primo. Melius diceret, aliàs autem.

q Preferre. In prin. ibi dicitur quòd arbiter diem profert, etiam absens, per nuncium. uel per literas.

r Vel si. Non refer[t] [ad] proximum dictum, sed praecedentia.

s Expressim. Vbi sunt haec uerba per Accur. Vide quod satis scripsi post Inn. & Hosti. de confir. uti. uel inuti. c. 1. super ult. glo.

ADDE, quod Bartol. ibi no. & Pau. de Leaza. in c. finem litibus. de de. & contu.

t Ratificare. Formam libelli in hoc casu uide infra. de appel. §. nunc uidendum. in fi.

u Proximo. Vide cle. de dolo. & contu. si ante. & uer. pra. Inn. uide in fine magnae gloss. ipsius decr. dilecto.

x Predixi. Et hoc est quod dixerat supra. uers. sed quid si de tacita confirmatione.

y Secundum Acc. qui hoc not. in pra. l. si ut proponis. & apertius in pra. l. si expressim. Sed ipse uidetur tenere contrarium, in l. cum quaerebatur. ff. de re iu. Ad quorum concordiam, locus est distinctioni, quae sequitur: declarat tamen ut subdam: quae distinctio placet Gui. de Suza. in l. 1. C. de iur. & fact. igno. Dictum Accur. tenet Alb. Gal. hoc ti. uer. sed pone quod sententia. & uers. seq.

ADDE Barto. in d. l. si ut proponis. Bald. in l. edita. C. de eden. Pet. de Anch. in cle. 1. de rē iudi. Bald. in l. 1. C. de senten. ex breui. recit.

z Cencor. Nimis in utroque membro restringit se distincti

ſtinctio ad perſonam iudicis: quare latius dicat, quòd ſi etiam utreque tempore iudex erat competens, & optimè proceſſit, ſed malè iudicauit, puta tempore feriato, uel non in ſcriptis: procedit ſecundum membrum diſtinctionis quod ex eiſdē actis iudicabitur. Secundo præſuppoſito quòd probatum in præterito neceſſariò uel uerisimiliter concludat idem in præſenti: ut ſi probaui me maiorem uel dominum: uel quòd in ſecundo proceſſu ſit inſpiciendum tempus præteritum, & non præſens: licet tunc probatum non concludat nunc idem, ut ſi tractabatur de ætate litigantis tempore impetrationis, de reſcriptis ſi eo tempore. lib. 6. Si uerò iudex etiam competens, malè proceſſit. puta lite non conteſtata: & ſic etiam malè iudicauit: procedit primum membrum diſtinctionis. Et aduerte, quia in uerbis ſe autor uidetur à quæſtione diuertere, quæ erat, an expedito negotio nullitatis, poſſit etiam is, qui uicerat, uel aduerſarius eius, petere ex primis actis ferri de nouo ſententiam. Certum eſt enim quòd ſi uictor uult defendere ſententiam, oportebit primò hoc diffiniri, & ſecundum qualitatem obiectus examinabitur uel non acta priora. pone quod delegata fuerat cauſa, reſeruata ſententia, ſola commiſſionis forma ſufficiet: ſi aliud probetur ad nullitatem.

a Mihi. Secundum. Vber. de Bo. cuius hucuſque fuit iſte uerſic. ubi ſuprà, uer. penul.

b In ſi. Per eundem modum inducitur ff. de dolo. eleganter. §. non ſolum. de his, quæ in teſta. delen. l. 1. §. ſi. cum l. ſeq.

c Abb. lib. 6.

d Eo. ti. de app.

e Vltimum. Vber. Bo. cuius fuit iſte uer. præter allegationes ad affirmatiuam ubi ſuprà in ſi. Fatetur tamen quod ſequitur, ſcilicet ſeruari contrarium. & idem Albe. Gal. de app. uerſi. ſed pone quæſtionem. Idem Guid. de Suza. ubi de libel. in cauſa app. ubi conſueuit etiam dici, ubi etiam tenet quòd prælectio non præiudicat in hoc caſu. unde ſi proſecutus eſt appellationem, redire poterit ad nullitatem, per l. ſi expreſſim. ff. de app. Et idem dico, ſi non eſt proſecutus, ſaluo quod ſtatim dicam.

f Dilecto. Hoc prædixerat & ibi ſcripſi in ultima glo. & quia etiam de reſtitutione prædixerat, dat remiſſionem ſequentem, quam ibi uide in gl. no. libellum.

ADDE ut pleniſſimè per epiſcopum Alex. in d. c. dilecto.

g Mulier. Hoc intellige cum proſequitur appellans. ſi enim neglexit appellans & appellatione deſerta puta poſt annum uult agere de nullitate quod poteſt, ut ſuprà dixi. & patet de ſentent. excomm. c. Licet. Libro ſexto, tunc non coram iudice appellationis, ſed coram aliàs competenti agit: ut ſcripſi in præ. decret. licet. in gloſſ. penul. & terminos ibi poſui in ultima gloſſ. de illo, ſcilicet qui app. à ſententia qua uxor eius fuerat per alium euicta, & non fuit proſecutus qui probare poterit ſententiam eſſe nullam. ibi uide.

h L. 1. vide quod de hoc dixi ſuprà §. ut autem. ſuper uerſi. in ut.

SVMMARIVM.

Quibus modis ualida ſententia ſubleuetur, impugnetur, ſeu retractetur.

1 *Valida ſententia quot & quibus generaliter ſubleuetur, impugnetur, ſeu retractetur.*

2 *Sententia pro ratione nullitatis, retractari quomodo debeat.*

3 *Sententia ualida quibus modis ſpecialiter impugnari caſſarive poßit.*

4 *In impugnatione ſententiæ attendendū per quē lata ſit: & quomodo pro diuerſitate eam ferentis, ſit impugnanda.*

5 *Ex omni cauſa quæ ſufficiens eſt ad appellandū, poteſt ſententia ualida retractari.*

In impugnatione ſententiæ uidendum, an iuriſdictio ſit delegantis.

Item an lata ſit ſententia per iudicem ordinarium, uel delegatum.

6 *Delegatus Archiepiſcopi ſi dixerit ſe delegatum Epiſcopi, an ualeat ſententia ab eo lata.*

7 *Teſtes probare corruptos an ſufficiat, ſi non oſtēdatur eos falſum dixiſſe.*

Sententiæ latæ non ualentis aliquot modi.

8 *Sententia lata per falſos iudices ſeu falſa inſtrumenta an teneat, & quomodo reſcindatur.*

9 *Ad quantum tempus poſſit ſecūdum canones agi ſine temporis præfinitione, & in quibus.*

10 *Lapſu 40. an. tollitur omnis actio & obligatio.*

Si excipiendo uel replicando de falſo queratur, perpetuò quis eſt audiendus, & quare.

11 *Probato uitio falſitatis, an ſententia reſcindatur, & quicquid per eam factum eſt, retractatur, & ſolutum etiam repetatur.*

12 *Si in priori iudicio ante sententiam fuerit actũ de falso, an sit quis etiam pòst audiendus, si non appellauit.*

13. *Ad quod tempus obijci possit exceptio falsi procuratoris.*

14 *Domino procuratore succedente, nunquid iudicium possit dici nullum.*

15. *Quousque præsumatur pro processu. & pro sententia iudicis.*

16 *Victores ut potiantur uictoria, & quid seruet Romana curia in eo.*

In causa appell. non teneri appellantem probare iuris ordinem, & c. ut sit uerum.

17 *An in causa appellationis, appellans teneatur probare sententiã esse iniustam ex causa. quòd non fuit lata per legitimas probationes: an uerò appellatus debeat contrà probare.*

QVONIAM supra §. proximo diximus quãdo sententia sit ipso iure nulla: consequens est ut dicamus quibus remedijs ualida subleuetur seu impu-
1 gnetur seu retractetur. † Et nota quòd septem
a modis generaliter. [a] Primò per appellationem:
ut secunda quæstione 6. §. 1. & c. 1. de qua infrà de
appella. Secundò per supplicationem. de qua in-
fra de suppli. Tertiò per in integ. restitut. de qua
infra de in integ. restit. Quartò per simplicem pe-
titionem in illis casibus in quibus iudex potest
suam sententiam reuocare, quos dic: ut not. in
Summa Dom. mei eod. tit. §. quot sint. sub §. dif-
finitiua. Quintò per querelam falsi. de qua iam in
fra dicetur. Sextò per implorationem tristis auxi-
lij, ut si sententia lata sit contra seruum, ille ap-
pellare non potest, sed permittitur ei implorare
triste auxilium. ff. de appel. serui. Septimò quan
do post sententiam nullo remedio attentatam ite
rum de causa cognoscitur: ut extra de re iudic.
cum Bertholdus. uers. licet autem. ubi de hoc se-
cundum Papam. & licet ab ea appellatum non
fuerit: tamen propter æquitatem superuenien-
tis casus retractatur, & ab ea receditur. ff. de con-
di. sine causa. l. 2. ff. commo. in commodato. §. fin.
& extra de pur. uul. capit. secundo, ubi de hoc e-
tiam si non sit executioni mandata, excipitur con
2 tra eam aut C. de re iud. l. 2. † Et not. quòd cum
sententia dicitur nullã ipsò iure sine temporis
præfinitione retractari potest: ut dixi suprà. §. pro-
xi. uersi. fi. Si uerò per in integ. rest. petatur restin
di, puta ratione ætatis uel absentiæ: id habet us-
que ad quadriennium fieri. C. de tem. appel. l. pe-
nul. & fi. C. ex quibus cau. ma. restit. 34. q. 1. cum
per publicam. 16. q. 3. porrò. Si uerò propter fal-
sitatem, dic ut infrà eod. §. uersi. & not. Si autem
quia sit satisfactum actori, in infinitum. C. de non
numerata pecun. asseueratio. quia bona fides non
patitur, ut idem bis exigatur. ff. depositi. bona fi-
3 des. 12. quæstione secunda fraternitatis. † Porrò
sententia lata quæ ualida est, multis modis spe-
cialibus impugnari & cassari potest. Si igitur scri
ptura alicuius sententiæ in iudicium producatur
uide tu aduocate contra quem producitur, an sit
in prima uel tertia persona confecta, quod dic, ut
suprà. §. prox. uersi. item non ualet. item reuoca-
tur sentẽtia lata alibi: quàm ubi ad hoc terminus
fuerat statutus: ut s. § proxi. uersic. item nulla est
ratione loci. Vel si metu, uel errore partes con-
sentiunt: tenet sententia, sed retractatur per ap.
ff. de iud. l. 2. C. de episc. au. si quis. ff. de iuris. om.
iud. l. 4. & l. si per errorem. 22. quæst. 2. in quibus.
extra quod met. cau. per totum. Item si sit lata
sub conditione, retractatur per app. 2. q. 6. ante-
riorum. uersi. illo uidelicet. & uers. sanè. & cap. bi
b duum. & dicunt quidam: [b] quòd licet olim uale-
ret sentẽtia lata sub conditione, licet sic fieri non
deberet: ut in pre. concor. hodie tamen non ualet
ut Insti de ac. §. curare. & ff. de interdic. & relega.
l. relegatorum. §. ad tempus. & §. fine. & extra de
c sen. excom. Romana. [c] uel si exactum fuerit iura-
mentum calumniæ in causa & non præstitum. &
idem secundum quosdam & si exactum non fue-
rit: quæ dic ut j. de libel. concep. §. utrum libel-
d lus. & §. nunc dicendum. uersic. 9. [d] uel si sit lata
contra ius litigatoris retractatur. extra de re iud.
cum inter. prope fi. uel si est lata contra absentem
iusta de causa & hoc si citò probauerit, reuocatur
per in integ. restit. ad appellandum. extra de in in-
teg. rest. ex literis. ff. de excus. tu. scire oportet. §.
sufficit. ff. de mino. in causæ. 2. & l. præfecti. & s. §.
prox. uer. sed quid si apparet. Quòd si absens fuit
reipub. causa, distingue. nam aut fuit defensus le-
gitimè & tunc restituitur ad appellan tantum. ff.
de in integ. resti. l. fi. extra eod. c. fi. aut non fuit
defensus uel fuit sed minus legitimè & tunc ad to
tam causam fit restitutio. C. de procur. qui absen-
tem. item retractatur sententia in casibus: qui sũt
s. prox. uer. item est nulla ratione modi. ibi: item
4 etiam no. & ibi: uel si post seu j. † Ve [e] autem im-
e pugnando sententias plenius instruaris, attende
an sit lata per ordinarium: an per delegatum: an
f per arbitrum. [f] Si per ordinarium: oppone quòd
ille fuerit seruus uel infamis uel excommunica-
tus uel huiusmodi: ut s. §. prox. in prin. ad hoc an-
tem potest pars altera respondere quòd commu-
niter æstimabitur bonus. unde propter autorita-
tem rei iudicatæ præferenda est opinio ueritati.
ff. de offic. præto. Barbarius. 4. quæs. 7. §. tria. ff. ad
Treb. seruo. §. cum prætor. extra de biga. nuper.
cum suis concor. hæc tamen defensio non cadit in
excommunicato, in quem nulla cadit iurisdictio.
quod dic ut no. extra de excep. pia. & in prædic. §.
tria. Item oppone quòd actum est de una re, &
pronũciatum de alia. ut ff. communi diui. fundus.
Item oppone quòd iudex sine causæ cognitione,
& minus plenè instructus & ex abrupto, seu præci
pitanter pronunciauit. extra de in integ. rest. cum
ex literis. prope fi. 6. quæst. 1. quæro. C. de eden. is
apud quem. C. de transac. si causa cognita. C. de
iud. iudices. C. de appell. ne causas. C. de pœnis
qui sententiam. quod dic ut infrà, de sent. excom.
§. nunc breuiter. prope princ. Item si petatur
executio post sententiam, oppone quæ infrà tit.
proxi. §. fin. Item oppone multipliciter contra
sententiam ratione testium ut suprà, de teste. l. &

gene

generaliter uide si potes aliquam de exceptionibus opponere: quæ competunt post sententiam, absque appellatione uel restitutione: quas dic ut supra de excep. §. dicto. uersic. post sententiam. & ff. Item uide si nouata est sententia. ff. de mino. minor. ff. de re iud. si se non obtulit. §. si ex conuentione. C. de exce. rei iud. si causa. Et an sit pactum de non petendo factum, uel transactio ubi fieri potuit, & sic non debuerit condemnatio sequi. C. de transa. si causa. ff. eo. post. & ff. de condi. indeb. elegáter. ff. de don. si stipulatum. Item obijce contra sententiam quæ diximus contra instrumentum posse opponi. s. de instrum. edit. §. instru
5 mentum. † Item retractatur ualida sententia ex omni causa quæ sufficiens sit ad appellandum. extra de appell. ut debitus. & c. causam quæ. uel si sit per subreptionem loca. extra de offi. uica. tua. 35. q. 9. ueniam. uel si falsus procur. interuenit: ut extra de procura. in nostra. in fi. & C. eo. licet sententia. tamen cum falso procurat. lata potest rata à domino haberi: ut ff. de iudic. l. penult. & si est delegatus à principe id per scripturam prebet: ut in præ. l. C. aliàs uerò etiam per testes se
g cundum Vber. g C. de fide instr. in exercendis extra eo. cum Io. nec sufficit si dicat in sententia: ego à tali delegatus. ar. ff. de leg. 3. prædijs. argu.
h tamen contra C. de contrahen. & com. sti. l. pen. h de hoc suprà de instrum. edi. §. restat. uersic. illud quoque. & se. & in præ. c. cum in iure. Item uiden
dum est an sit iurisdictio delegantis. C. qui pro sua iurif. l. unica. extra de iure patro. quòd autem r. q. 7. Daybertum. Item uide an sententiam ferat iudex ut ordinarius uel ut delegatus ab alio: licet ipse in hoc sit aliàs ordinarius. ff. de offic. eius cui mand. est iurif. & si prætor. extra de offic. ordi. licet. Quid si in sententia non dixit se ordinarium uel delegatum: sed dixit in genere cognitor, uel iudex: dic quòd ualet sententia. C. de an.
6 excep. l. fin. † Quid si dixerit se delegatum episcopi cum esset delegatus archiepiscopi: uidetur non ualere sententiam etiam si id per ignorantiam dixit. ff. de eo qui pro tut. neg. gest. l. penult.
i argu. contra ff. de iudi. l. antepen. i & de consecr.
k distin. 4. si non sanctificatur. k 23. q. 2. in quibus.
l l prius dictum uerius est secundum Vber. Quid de sententia lata de consilio sapientum corrupto
m rum: dic ut suprà de requisi. consi. m Item oppone quòd lata est per falsos testes qui corrupti falsa dixerunt, ut per falsa instrumenta. extra de prob. licet. ubi de hoc. C. si ex falsis instru. per totum. ff. de except. qui agnitis. uel per falsas alle-
7 gationes ut iam dicam. † Nec sufficit secundum Papam probare testes corruptos fuisse nisi probe
n tur eos falsum dixisse. ut nor. in præd. c. licet. n Item non ualet si sit lata contra res prius iudicatas. C. quando prouoc. non est necess. l. prima. uel si contineat impossibile. ff. quæ sententiæ sine ap. re. l. fin. uel si sit de alia re pronunciatum quàm cognitum sit. ff. commu. diuid. ut fundum. extra de causa posses. & proprie. cum super. uel si super alia re pronunciauit, quàm super qua datus est. C. si à non competen. iudi. l. prima, uel si uenalis est. 2. quæstione sexta, §. sunt etiam quorum. & §. uenales. quæ est C. quando prouoc. non est.

o ne. o uel si per gratiam lata est: & tunc per in integ. restitu. auditur, ut no. ff. de iudic. si prætor. ff. ad Treb. seruo inuito. §. cùm prætor. uel si is qui nomine alieno fuit in iudicio, non fuit legitimè constitutus: ut in præalleg. l. & ff. de collu. deteg. non iusto. ff. de appel. si constet. uel si erratum est in calculo. ff. quæ sententiæ sine appella. re. l. secunda. §. secundo quæ est in
8 præal. §. sunt etiam quorum. uer. quot. † In sum-
p ma p no. quòd sententia lata per falsos testes uel falsa instrumenta tenet de iure: sed rescinditur prætextu falsi per in integ. restit. ff. de re iud. diuus: uel per querelam falsi. C. ad leg. Cornel. de fal. querela. uel per actio. in factum; uel secundum canones per iudicis officium, quando ecclesia fuit decepta. extra de regul. iur. lator. Idem si sit lata per falsas allegationes. ff. de iudic. si prætor. §. Marcellus. C. si ex falsis allegationibus. l. 1. ff. de excusat. tuto. qui testamento.
9 ff. ad leg. Cornel. de fal. l. fin. † Et not. q quòd se
q cundum canones potest de falso agi sine temporis præfinitione, scilicet usque ad centum annos & ultra. 35. quæstione nona. §. quia ergo. & cap. sequentibus. sed illud intelligitur in causis matrimonialibus & alijs spiritualibus in quibus periculum animæ uertitur, & ubi præscriptio locum habere non potest. ut trigesimasecunda q. quinta, quod deo. & suprà uersiculo & no. Cæterùm si non uertitur animæ periculum, subdi
r stingue secundum Tancr. r nam aut agitur criminaliter aut ciuiliter: aut excipitur seu replicatur. Si is qui sententiam latam per falsos testes: uel instrumenta petit rescindi: agit criminaliter de falso aduersario legitimè citato, & inscriptione præmissâ: & certa solennitate adhibita, quam dicemus infrà de accusat. & suprà, de instrum. edi. §. uidendum. uersic. faciendum. tunc usque ad 20. annum tantùm est audiendus. ut in præ. l. querela. C. de excep. licet. extra eo. cum uenerabilis. Si autem intendit ciuiliter agere per beneficium restitutionis in integ. uel per actionem in factum ubi locum habet: tunc ad 40. annos dico enim audiendum: quoniam per litis contesta. fuit actio perpetuata; quæ postea non tollitur nisi spacio 40. annorum: ut 16. quæstio. 3. §. potest & aliter. & sententia per falsos testes uel falsa instrumenta lata, non potest præstare impedimentum: post quadraginta annos uerò audi
10 ri non debet. † Quia lapsu quadraginta annorum tollitur omnis actio & obligatio. extra de præscriptio. uigilanti. & cap. si diligenti. Ioan. autem & Do. m. & Ber. dicunt quod cum per in integ. restit. retractatur id fieri debet usque ad quadriennium. cùm uerò per actionem in factum tunc usque ad triginta annos sicut & in alijs personalibus. C. de constitu. pecun. l. secunda. ff. de falsis. qui nomine. Si uerò excipiendo uel replicando de falso quæratur, perpetuò est quis audiendus. quoniam quæ temporalia sunt ad agendum: perpetua sunt ad excipiendum. ff.
f de doli exceptio. pure. §. fina. secundum T. f Agitur etiam quarto modo de falso, scilicet officio iudicis: ut C. de probatio. l. penultima, & C. de testibus nullum. & tunc usque ad 30. ann. &

non ultra secundum Acc. de hoc suprà eod. §. in princ. Item agitur quinto modo de falso per actionem in factum ad interesse: ut in prædi. l. qui nomine. de hoc not. C. de transact. l. penultima. Qualiter autem probetur falsitas testium uel instrumentorum, nor. supra de probat. §. 6. ad fin. t
11 † Et not. quòd probato uitio falsitatis rescinditur sententia & quicquid per eam factum est retractatur & solutum etiam repetitur. extra de confir. bonæ. extra de cri. falsi. super eo. de re iudic. causam quæ. C. si ex fal. instrum. l. prima, & fin. quod quidem uerum est si iudex secutus dicta falsorum testium, uel instrumentorum sententiam tulit. quod præsumitur si dicit in sententia: uisis & lectis attestationibus & instrumentis &c. alioquin si secutus alias probationes pronunciauit licet falsi testes uel falsa instrumenta fuerint in causa priori producta, non cassatur quod per legitimas probationes factum est: sed id solùm quod per falsas: ut extra de re iudi. cum I. & A. ff. eo. cum prolatis. C. si ex fal. instru. falsam.
12 † Hoc etiam not. quòd si in priori iudicio ante sententiam actum fuerit de falso, post sententiam non audietur super quæstione falsitatis, si non pronocauit: ut C. de fide instrum. l. fina. secundum T. u quæ prosequere: ut extra de probation. licet. Quid si post latam sententiam reperitur instrumentum, per quod apparet eam iniustam. de hoc infra, tit. proxim § fina. uersicu. illud autem. † Sed usque ad quod tempus potest
13 obijci contra sententiam exceptio falsi procuratoris? Videtur quòd usque ad illud, usque ad quod potuit ap. exerceri. secunda quæstione sexta, ei qui. extra de appel. cum sit Romana. Dicit Vber. quòd si directè agatur de falso: tunc usque ad triginta ann. ut C. de fal. querelæ. si in modum exceptionis: & sit talis exceptio quæ coadiuuet act. dic ut ff. de iureiuran. nam postea. §. si minor. Si uerò sit talis quæ elidat: uide ff. de ex-
14 cept. doli. purè. §. fina. † Quòd si procura. x
x successit domino, nunquid poterit dicere iudicium nullum. argu. quòd sic. ff. de inutil. stipul. filius. C. de procur. licet. extra de iureiur. sicut nostris. argu contra. extra de don. inter dilectos. & de conces. præben. cum super. arg. ff. de excep. rei ind. & an eandem. ff. de cond. indeb. si non sortè.
y §. si filius. y † In summa not. quòd præsumitur
15 pro processu: & pro sententia iudicis, donec con-
z trà probetur: ut extra de renun. in præsentia. z de elect. bonæ. argu. contra. extra de restit. spol. cum ad sedem. super quo dic quòd si sententia transiuit in rem iudic. quia nô est appellatum ab ea: uel si fuit appellatum, terminus iuris uel hominis prosequendæ appellationis prætereijt uel appellator in appellatione succubuit: tunc præsumitur quòd sententia tam ex ordine quàm ex causa sit iusta, nec ulterius de lit. contest. uel de alio ordine: uel de ipsius iniustitia est conquerendum: quia res iudi. pro ueritate accipitur. 2. q. 6. §. diffinitiua. ex quo uictus non appellat, ipse suo facto iudicium confirmat. ut C. de senten. quæ sine cer. quanti. l. fi. hoc quando partibus præsentibus lata fuit sententia. Et idem etiam præsumimus si parte uicta per contumaciam absente lata sit; sufficit enim sententiam probare: & iudicis autoritatem, dummodo talis causa sit in qua poterit absente parte pronunciari. C. de iudic. properandum. Secus autem si absuit, sed non per contumaciã: uel si fuit intra decedendum appellatum, nec tempus prosequendæ appellationis sit lapsum: quia tunc non præsumitur pro iudicis processu, nec pro citatione, nec pro lit. conte. nec pro alijs, nisi quibus constiterit, &c. extra de prob. quoniam. in au-
16 then. de his qui ingre. ad ap. §. illud. † Vbi dicitur: Victores nô aliter potiantur sententijs, quã si eas ritè latas docuerint. Et sic curia Romana seruat. Quod autem dixi quòd in causa appellationis non tenetur appellans probare ordinem iuris non seruatum, sed is, pro quo sententia lata est, tenetur probare seruatum, uerum est, si uult defen-
17 dere sententiam. † Sed nunquid appellans tenetur in causa appellationis probare sententiam esse iniustam ex causa: puta quòd non fuit lata per legitimas probationes: an uerò appellatus, debet contrà probare? super hos habes iura pro & contra in præd. capit. in præsentia. sed dic quòd si reus, qui appellans est, fuerit condemnatus, appellatus debet probare sententiam iustam. Nam reus eo ipso docet iniustam, quod non apparet aliqua legitima causa, quare debuerit condemnari: ut in præ. c. cum ad sedem. Si uerò reus fuerit absolutus, actor appellans probare debet iniustam, ostendendo aliquid in principali probatum, propter quod reus debuerit condemnari: quia certum est quòd debuit absolui, nisi contra eum aliquid probatum fuerit, propter quod debuerit condemnari: ut in c. cum ad sedem. 6. quæst. ult. actor. extra de iureiur. c. fin. Vel dic quòd actori incumbit onus probandi in causa appellationis, cui etiam in principali incumbit: sed hoc redit
a in idem. a

ADDITIO.

a *Generaliter. Tanc. ubi suprà Rubrica tertia posuit solum 4. scilicet primos 3. & 5.*

b *Quidam. Vber. de Bo. ubi suprà, uer. ratione conditionis.*

c *Romanæ. §. caueant lib. 6. sed ibi etiam lata fit reum ut ibi scripsi. in prima gloss.*
ADDE *Paulum de Castro consil. 15. Alexan. consil. 74. secundo libro. Bald. consilio 375. tertio lib.*

d *None. & de iuramento calum. c. 1. lib. 6.*
ADDITIO. *Adde ad dictum Spec. proxi. sequen. Ludo. Roma. singul. ducentesimoduodecimo incip. ex quo scimus, ubi quando sententia contra ius litigatoris sit nulla ipso iure: ibi prout no. limitationem ad c. cum inter uos. de re iud. hic alleg. Hen. Ferran.*

e *VI. Hic resumit verba Vber. de Bo. char. 2. uersi. si producatur scriptura alicuius sententia. & seq.*

f An

f An per arbitrum. De his hic non prosequitur continuus ut puto his quae dixerat suprà de arbitro, & maxime in §. excipitur. Vbert.us autem ordinatè prosecutus est hac tria. Ioan. de Deo, primum & secundum ubi suprà. Respon.

g Secundum Vbert. ubi suprà eod. §. dixi. immissio uel gratia principis an & quando possis probari per testes, uide Cardina. & alios in procemio super titul. Abb. Sicul. in sua glo. in Clemen. secunda, de sepultu. in fine. ubi plura. Allega. Felin. in tractatu quando apostoli litera primi. iur. patronat. item uide Bald. in l. idem Vlpianus. ff. de excusation. tutorum. ubi quarit an ad gratiam principis requiratur scriptura.

h L. penult. Stipulatio transit in haredem, & contra haredem. licet de illis non fiat mentio, potest contrahens suis uerbis obligare haredem, sed suis uerbis se non potest facere iudicem.

i Antepenult. Ibi constabat quid litigatores senserant, licet in nomine uel cognitione errauerit.

k Sanctificatur. Dic ut ibi in 1. glo.

l In quibus. Ibi, errare in his de quibus non interest toleratur. sed hic interest.

m Consi. Versi. quid ergo erit.

n Licet. Et ibi hoc scripsi super glo. 2.

o Est ne. Vide quod dixi suprà §. proxi. in princip.

p In summa. assumit uerba Tan. ubi supra dixi in prin. huius §.

q Et not. dicit Tan. quosdam dicere.

r Secundum T. ubi pradixi.

ſ Secundum T. ubi pradixi.

t Ad fi. hoc dixerat hic Tan. ubi supra.

u Secundum T. cuius titulus de quo supra hic finitur.

x Procur. falsus de quo suprà proxi.

y §. si filius. Quaestio fuit Py. 3. & est similis ipsius quaestio 93. de iudice qui successit reo, contra quem sententiauerat & qui appellauerat & quia in uoluminibus habentur, breuius transibo, & primo declarabo quaestionem hanc, quae fuit de procuratore falso qui sub nomine ueri procuratoris egit & succubuit. & ipse post tempus heres à domino institutus hereditario iure repetit actionem: an possit? soluit quod non. tum quia de eadem re agere uidetur. ff. de excep. rei iudi. & an eadem. & de rei uend. is qui. tum quia ex eadem causa & eadem persona. Et si dicatur quòd ubi falsus procu. interuenit iudicium nullum: extra de procu. in nostra. in fin. id uerum quo ad dominum, non quo ad procura. argumen. ff. de superficiebus. l. prima. nam si falsus procurator tenetur aduersario quem decepit, fortius potest exceptione submoueri: ut ibi in §. plane. & ff. de procura. l. Plautius. Item si falso procuratori denegatur exceptio si fuerit condemnatus & conueniatur actione in factum ex rei iudi. fortius denegabitur ei actio si egit & fuit aduersarius absolutus ut in hoc casu quaestionis. ad questionem facit quod not. infra de pactis. in fi. in secunda quaestione tenet iudicem qui reo per se condemnato successit prosequi posse appellationem à defuncto interpositam, nisi probaretur cum dolo malo perperam iudicasse. facit ff. de leg. prima si seruus plurium §. prime, honeste tamen facit si ad id procuratorem constituat. ff. de iur. om. iudi. l. prator. hac quaestio modicum habet dubij loquendo de appel. interposita à diffinitiua, in qua sententia iuste lata secundum probata & acta causa principalis reuocari potest per nouas probationes factas in causa appellationis sine aliqua nota iudicis principalis. de fide instrum. cum Io. ad fi. de priuileg. cum olim 2. & uide supra §. ut autem. uer. sed pone ecce. interposita ergo ab interlocutoria uel à grauamine quae iustificari non potest nisi ex prius actitatis; ut in Cle. de appell. appellanti maior esset dubitatio, & tamen dolo cessante uidetur procedere solutio Py. maximè in partibus quibus pronunciant iudices de consilio peritorum. ut supra de requisitione consilij, post princip.

z In praesentia. ibi de hoc in gle. hic est arg. & uide quod plenè sub ea scripsi ubi etiam inuenies quod sequitur.

a Idem. Verba fuerunt Gui. de Suza. ubi tractat de app. in fi. & Compostel. ut scripsi in pra. decreta. in prasentia. super gle. hic est. arg. in fi. uide etiam quod scripsi de probat. quoniam. super ult. gloss.

Bald. De sententia, & re iudicata.

Sententia debet interpretari in benigniorē partem. ff. de pœ. l. si prases. Item sententia debet interpretari, ut aliquid operetur. ff. fa. ercisc. l. & puto. §. prime in gle. ord. Bald. Intentata una uia nullitatis contractus, non potest alia prosequi. de emp. & uend. c. cum dilecti. secus si in sententia. ff. de ap. l. scio uide supra de li. ob. aliàs infra de li. conce. § ille qui dixit. Excōmunicatio uel interdictū, non dicitur proprie sententia. §. 1. Sententiarum alia diffinitiua, alia quasi diffinitiua: ut praeceptum factum in confessum: est tamen interlocutoria, sed non mera: ut infra. eo. §. sed an ualeat praeceptū. alia mere interlocutoria,

cutoria, alia banni uel mulctæ in §. species. diffinitiua dirimit & perimit. Nam partibus & iudici concludit: & est irreuocabilis. & not. per eam quasi contrahitur diffinitiua. C. de sent. & interloc. l. post sententiam. 1. resp. & hoc quando sententia diffinitiua ualet. Si autem est nulla, non concludit, nec partibus: nec iudicio ordinario. C. eod. l. 1. Sed in delegato distinguitur. Aut enim pronunciat seruato ordine iudiciorum: non tamen seruata solennitate, aut non seruato ordine. Primo casu aut deficit solennitas, quæ requiritur circa sententiam: ut quia pronunciauit die feriato uel contra citatum minus legitimè: & tunc expirat sua commißio. & non potest ui eiusdem commißionis iteratò iudicare. C. quomodo & quando iudex. l. si ut proponis. nisi forte habeat uniuersalem delegationem causarum: quia tunc talis habetur instar ordinarij. ut not. ff. de offic. præs. l. legatur. & nisi propter iustum errorem. ut not. Innoc. de re iudi. c. cum I. & A. Aut deficit solennitas integralis ipsius sententiæ: ut quia sententia fuit scripta, & non prolata in uoce: uel prolata in uoce, & non scripta: & tunc non uidetur expirare commißio: quia actus non est exercitatus, nec consummata pronunciatio. & qui partem indiuidui facit, nil facit. argum. ff. de arbi. l. quid tamen. C. de senten. ex breuic. reci. l. 1. & argum. ff. de leg. 3. l. si fideicommis. §. 1. & idem si sententia sit nulla: quia non continet condemnationem uel absolutionem. C. eo. l. ex stipulatione. & l. cum iudex. & hoc in diffinitiua: quia nulla est ipso iure propter defectum substantialitatis uel solennitatis. & secus, si est nulla ratione ordinis omißi, uel præposterati: & tunc si est ordo iuris expirat commißio quo ad iudicem delegatum. Si autem est ordo commißionis uel mandati commis. tunc non expirat commißio quo ad iudicem delegatum: quia non est ea adhuc usus. argum. dicta l. quid tamen. secundum doc. Et an eodem libello poterit iterum sententiare, uide infra eod. §. delegati qui. & not. in sententijs aliud esse substantialitatē quæ consistit in consensu legitime declarato: aliud, solennitatem, quæ consistit in modo, & loco, tempore, & similibus comitantibus actum: aliud ordinem iudiciorum: ut not. in l. prolatam. C. de sent. & interlo. om. iudi. in glo. ordi. & uide. Interlocutoria autem sententiæ, tres sunt species. Quædam enim interlocutoria dirimit & perimit petitionem: ut si iudex interloquitur obstare exceptionem rei iudicatæ, uel simile: & ideo absoluit reum ab obseruatione iudicij, uel perimit iurisdictionem: ut quia iudex delegatus uel prorogatus pronunciat se non iudicem. & ista non potest reuocari: ut C. de sent. & interloc. l. post sententiam. in fi. à contrario sensu. & extra de offic. deleg. cap. significantibus.

ADDE quòd hoc fallit, nisi ab eius sententia fuerit appellatum: quia per appel. non est finita iurisdictio, ideo poterit reuocare. Ita Pau. de Cast. in l. quod iußit. ff. de re iudi. alleg. Rotam decisi. 244. Quædam dirimit emergentem quæstionem, non tamen perimit processum uel iurisdictionem: ut si pronunciat testem legitimum, uel non legitimum: & hoc potest reuocari contrario imperio: ut l. quod iußit. ff. de re iudi. Quædam interlocutoria non dirimit, nec perimit: ut si iudex dat dilationem non contradictam, uel facit aliquam commißionem uel remißionem: & tunc potest reuocare. ff. de arb. l. qualem. §. fin. nisi partes consenserint sententiæ, & non reuocationi. ff. de præt. stipu. l. 1. §. fi. Et ita intelligitur quod not. C. sen. rescin. non pos. l. 1. Et quæ dicatur proprie interlocutoria, not. in authen. de liti. §. omnem. & absolutoria ab obseruatione iudicij, est interlocutoria: ut not. ff. de accus. §. Titia. & ff. si ser. uen. l. harum. Non tamen potest reuocari, quia non spectat aliam sententiam post se: & ideo si pronunciat procuratorem actoris nō esse legitimum, quantum ab instantia per eum mota: tacitè reus absolui uidetur: & non potest reuocari, sed debet appellari. C. de procura. ita demum. Et not. quòd ultimò statuta in interlocutorijs ualent: secus in diffinitiuis, ubi primo statuta ualent. Ita dicit glo. in d. l. post sententiam. Sed tu dic ut suprà dixi. & uide Innoc. de offi. deleg. c. in literis. uer. omnino uideas. Sententia uerò præcepti in confessum, non uidetur quòd poßit reuocari: quia ex ea oritur actio: ut not. C. de bo. quæ lib. l. fi. §. necessitatē. sed bene pōt appellari: ut no. ff. de app. l. creditor. §. iußus. De hoc no. Ber. extra de uer. sig. c. ex parte in Christo. ibi uide. & infra de app. §. appellans à diffinitiua. Sententia banni potest ex causa reuocari, sicut sentētia mulctæ. quia est interlocutoria: ut in auth. item nulla communitas. & ff. de offi. præs. l. illicitas. in fi. Nam bannum non habetur pro condemnatione. ff. de cust. re. l. diuus. Ideo non infamat. l. 1. C. de modo mul. Bal. Item potest à sententia banni appellari. C. si pen. ap. l. 2. Et ratio no. per Cy. C. quorum ap. non reci. l. ante. uide infrà de app. §. Titius appellauit à banno. & infrà. eo. §. condemnat. & §. seq. & de multis alijs sententijs interlocutorijs, infra eod per totū. Et an sententia reuocationis attentatorum

fit

fit interlocutoria,uide Ioan. And. de appe. c. non solum.lib.6.& uide infrà eod. §. exceptio banni. Nomine sententiæ simpliciter prolato uocabulo, sola diffinitiua proprie continetur: ut not.ff.quan de ap.sit.l.1.& ideo si statutum dicit quòd non possit appellari à sententia,intelligitur de diffinitiua, non de interlocutoria: quia cum sit contra ius commune, strictè debet interpretari.ff.de mino.l.si ex causa.§.nunc uidendum.per glo. & Cy. Si autem non adijciatur uerbum à sententia,intelligitur omnino appellatio remota. C. de sen. l. fi. nisi fortè à diffinitiua: ut ibi not. Et si statutum dicit,quòd debeat solui gabella de sententijs,non intelligitur de interlocutorijs. quod est notabile.Bald. Large tamen omnis interlocutoria uocatur diffinitiua:quia omnis interlocutoria certos in se fines habet. & aliquid determinat: ut not. C. de re. cre. l. generaliter in princip.

ADDE quòd appellatione sententiæ in materia stricta,intelligitur de diffinitiua: eundem Bal. in l. 1. C. ne liceat in eadem causa tertiò prouo. & in l.iusiurandum.ff.de iureiur.do.Card.in Cle.1. de re iudi. sensit.Bar.in l.dicere. ff.de arb.& in l. generali.de tab.lib.10.

ADDE tu notabilem glo. in c.cum olim.extra, de testi.Item glo.in uerbo,inanes. in c.fi. de eden. lib.6.Item do.Abb.Sicu.in c. fi. circa fi.extra, de seq. pos. & fruct. Processus non rite factus, potest rite fieri, & ipsa imperitia corrigi. de accu. qualiter.lo.primo.G. de iudi.c.exhibita.Bal. Executio autem non rite facta, & etiam quicquid accidit eidem, uel ex ea secutum est, debet reuocari. ff. de euic. l. minor. in princip. in gloss. C. unde ui.l.meminerint.ff.de uerborum sig. l. qui neque. & de re iudi. l. si cum nulla.extra de pur.uulg. c. 2. sed officio iudicis non iure actionis, si rectè facta est,licet non rite.l.fin.in fi.ff.quod me.cau.uel ibi non erat facta per iudicem.& non retractatur contrario efficio iudicis nec iure illius actionis. Bal. An ualeant præcepta pœnalia sub pœna applicanda parti, quæ pœna non ueniat ex contractu? Videtur quod non: quia non est ad hoc actum.C. de fideicommiss. lib. l. fina. & quia certe sunt actiones arbitrariæ & pœnales,Instit.de act. §. itē mista.ergo reliquæ sunt simplices, nō pœnales.arg. contra,si quis ius dist.non obtemp.l.1.§.fi.Bal. Arbitri tamen non possunt facere præcepta pœnalia. ff.de arbi.l.non ex omnibus.& l.arbiter interea. De hoc in §.species. uer. sed nunquid iudex. G.C. commi.uel epi.uel interlocutio.& l.1.Bald. Sed an ualeat præceptum sub hac forma, præcipio ut soluas intra octo dies,nisi interim te soluisse probaueris. Et uidetur quòd non:quia est ordo præposterus. nam probatio præcedere debet, non sequi sententiam:ut l.prolatam.C.de sen. Ego respondeo quòd l.prolatam,loquitur in diffinitiua: sed præceptū, est interlocutoria: & in interlocutoria non requiritur ordo iudiciorum. Item ista conditio postea existens, retro extitisse fingitur ante ipsum præceptum: qua ratione attenta uidetur & quòd diffinitiua possit sic ferri.C.de sen.l.cum iudex.

Super hoc sciendum est,quòd sententia quandoque fertur sub modo, & ualet: & ex modo nascitur actio, & modus est in sua forma seruandus. C. de sen.l.cum eorum. & qui non uult seruare formam uidetur renunciare. l. nonnunquàm.ff.de colla.bo. & cum apponitur modus, duo uidentur esse præcepta: & ex quolibet eritur actio: ut ibi not.

Quandoque sententia fertur sub conditione: & tunc aut sub conditione de præterito, uel de præsenti: & tunc aut est conditio pertinens, aut impertinens. Si pertinens,ualet sententia:quia in ea ordo iuris exprimitur.ff.de iudi.l.à diuo Pio.§.1.& de execu.tut.l.qui testamento.& de fideicom. l. 3. §.adijci. Si impertinens,ut si Papa sedet,uel si ambulat, non uidetur ualere.arg.not.per Innoc.in c. 1.de iud.lib.6. Sed contra uidetur in §. biduum. Sed responde ut statim dicam. Aut secundo modo fertur sententia sub conditione de futuro: & tunc aut sub conditione ex qua pendet iustificatio: ut sub conditione probationis, & tunc aut sub conditione iurisiurandi: & ualet sententia. C. de re. cre.l.generaliter. Aut sub conditione, si probetur per testes: & tunc uidetur quòd non ualeat: quia est ordo præposterus. ut l.prolatam. Vel responde ut supra aut sub extranea conditione: & tunc aut de ea disputatum est: & ualet sententia. extra, de fide instrum. cap. cum Ioannes. aut de ea non est quæsitū in iudicio, & tunc non tenet talis lata sententia, cum impertinens sit conditio actioni & iudicio.ar.l.fi.C.de fideicom.lib.Non obstat §. biduum. quia intellige, quòd ibi erat quæsitum de ea: quia reus dicebat se sub conditione promisisse. Bald.& facit ff.de tuto.l.muto.§.1.Ex his apparet quòd si ago ad rem ex empto,& non solui pretium,nec me reconuenisti, quia est obligatio relatiua & reciproca, poterit iudex sic sententiare: Condemno te ad rem,ita quòd tu soluas pretium, propter naturam mutuæ præstationis: ut l. cum eorum.& arg.ff fami.erci.l.Maunis.§.arbiter.& sic iudex potest egredi formam libelli in modo,quod est not.

Item ex his apparet, quòd si instat tempus instantia, & iudex incurret pœnam: & quia acta non

uidit, non potest condemnare, uel absoluere, præcise poterit euitare pœnam pronunciando hoc modo: Condemno, si est probatum: & absoluo, si non est probatum, secundum Iac. Bu. in d. l. cum uerum. in lect. noua: Et not. quòd quando petitio habet duo capita, unum purum, aliud conditionale: potest sententia ferri sub conditione: ut l. si cum exceptione. §. hæc actio. ff. quod met. causa. per glo. libellus etiam conditionalis procedit in pœnis & interesse de futuro ex eodem iudicio committendum: ut not. Bar. extra, de test. Raynaldes. & not. Accur. C. unde ui. l. non ab re. C. loca. l. conductores. ff. si cert. pet. l. uinum. & l. 1. in princip. de act. emp. in glo. et. Bald. Vide Innoc. de procu. c. auditis. ubi dicit, quòd in interlocutoria debent partes citari. & infra eod. §. an interlocutoria. & §. an ualeat hæc sententia. & infra titu. proximo. §. sed quid si dico sic, peto &c. & infra de libel. concep. §. procedit. An missus per prætorem, possit retinere ex dominio uel pignora conuentionali? Dic quòd non: quia non fuit ista intentio prætoris. C. de præscrip. 30. an. l. si quis emtionis. §. fi. uer. De hoc facit ff. de annu. lega. l. fundus. C. de iudi. l. cum debito. per G. An condemnati in arengis publicis sint infames. uersi. quid de istis. Sentit quòd sic: si crimen est famosum, secundum Alber. Pap. Alij dicunt quòd condemnati per statuta ciuitatum, non sunt infames, per l. cessat. ff. de ac. & oblig. Tertij dicunt quòd aut sunt condemnati absentes, per contumaciam: & non sunt infames, sicut nec banniti. C. de mo. mul. l. 1. C. de requi. re. l. fin. Aut condemnati sunt præsentes: & tunc sunt infames: & sic minor est sententia lata ex contumacia, quàm in præsentem lata. extra, de constit. cap. ex literis. Non obstat l. cessat. quia ibi loquitur in ciuili iudicio, non in criminali. Vide Bar. in l. infamem. ff. de pu. iudi. & eundem Bar. in l. athletas. §. calumniator. ff. de infa. & l. quoniam. eod. tit. & uide suprà in 4. in fi. Sed quid si bannitus postea capitur, & fustigatur? Respond. tunc fit infamis ex genere pœnæ. ff. de dam. infe. l. ictus fustium. Sed quid si bannitus ex forma statuti habetur pro confesso, an ista ficta confessio infamet? Et uidetur quòd sic. C. de interdi. ma. l. si tutor. Contrarium est uerum scilicet quòd confessio ficta ex contumacia non infamat. Non obstat lex contraria: quia ibi ex facto oriebatur fictio scilicet ex crimine, non contumacia. Item ibi infamia ex ipso facto contrahebatur: hic autem ex processu opus erat infamiam oriri. Similis differentia ff. de infa. l. liberorum. §. penult. in glo. Bald. Sed quid si per statutum alteratur pœna, utrum uidetur super infamia dispensatum? Respond. non: secus si per iudicem fiat alteratio: quia tunc distingue, ut hic in uer. & ad huius. per Specu. Transmutatio ergo pœnæ, facta per legem non habet uim dispensationis: secus si per iudicem. Ad primam facit C. de sepul. uio. l. qui sepulcra. ff. de act. & oblig. l. quoties. Concurrunt ergo plures pœnæ, quarum una imponitur per legem: alia per hominem. Bald. Et adde quod not. de alteratione pœnæ in eodem genere pœnæ uel alio, per Cy. C. de transact. l. transigere. & in §. pœna grauior: per doc. Si statutum dicit quòd percutiens aliquem puniatur in decem, an pluries percutiens, pluries punietur: ut sic oratio pro distributiua habeat locum, idest pro qualibet percussione: an uero semel tantum, & sic per collectiuam? Dic quòd pro quolibet ictu debet fieri punitio. uersiculo sed quid pone in statuto. G. Fallit in occiso. G. quia ibi ex omnibus resultat unus titulus criminis: & unus finalis effectus. Item insultus, cum uulnere confunditur: ut not. C. de accu. l. qui de crimine. & per glo. Dy. & Bart. in l. nunquam plura. Bald. Si plures simpliciter condemnantur etiam in criminali, uidetur quilibet pro parte uirili condemnandus, licet primaria obligatio sit insolidum. uersiculo illud autem. G. quod not. & fuit de facto in criminali causa in ciuitate Florentia. Qualiter intelligatur l. prima ff. de offic. proconsul. §. sequitur. uersiculo sed si. G. An Potestates terrarum possint legere sententias per alium. & quid de cæco. uersiculo primo G. & C. de senten. ex breuic. reci. l. fi. & per Acc. C. qui test. fa. non poss. l. hac consultissima. §. at cum humana. per Iacob. Quot modis dicatur iudex incompetens. uersiculo est autem incompetens. G. Terminus assignatus de consensu partium uel à iure, habet uim peremptorij. §. nunc uidendum. G. de quo per Innoc. in cap. super eodem primo de appell. An quo ad successionem seruetur consuetudo, quæ est in loco iudicij, ubi est maior pars hereditatis? Responde sic in §. qualiter. uersiculo item pone. G. dic ut not. per doc. in l. cunctos populos. C. de sum. tri. & fi. cap. supra de instrum. edi. ad fin. §. consuetudo. post Bald. Sententia non liquida, non potest executioni mandari, nisi primò liquidetur. uer. quid si petitur. G. C. de compe. l. fin. Iudex non potest, nec debet mandare executioni, nisi id, de quo sibi constat, & liquet. C. de sentent. quæ sine cer. quanti. l. fi. in uerbo, non liquidam esse. & l. hæc autem. §. prima. ff. ex qui. cau.

tan.in pos.ea.ibi: liquere debet.constare. & c. & si secus fit, ipso iure non valet, secundum Bart. ut no.per eum C.de p.ac.l.si pacto quo pœnam. ui de supra, de excep.§.si. Delegatus, qui tulit sententiam nullam, non potest iteratò sententiare ex eodem libello. Sed an ex nouo libello? Quidam dicunt quòd sic. Tu dic contra: quia expirat commissio.uer.hoc quoque.& uer.quid ergo.G. Vide supra.eo.§.4. Sententia excommunicationis, magis accedit interlocutoria quàm diffinitiua: & ideo per delegatum potest reuocari.ibidem.G.Valet sententia lata, non inserta causa: in sex tamen casibus debet causa inseri, ut eam restringat.uer.uerum. G. Sententia debet ferri, præmissa probatione de eadem causa & re, non de alia. uer.in summa.& uer.seq. G. quia super probatione impertinenti, non potest fundari sententia. Bald. Generaliter qualibet diffinitiua debet in se sex continere.uersic.fina. G. Filius non potest recipere præceptum in iudicio sine autoritate patris.§. nunc autem.uersicu. vt autem. G. secus in præcepto guarentigiæ: quia non fiunt in figura iudicij, sed per tabellionem.arg.no. in l.prima.C. qui admit. ad bo pos.& facit quod no.Acc.C. de bo.quæ lib.l.cùm non solùm.§.necessitatem. & ff. de bo.pos.l.seruus. cum si. Bal. Impositio silentij, est diffinitiua.uer.& no.quòd non est.G.Facit ff.de lib.leg.l.Aurelius.§. centum.per Accu. Vbi apparet lata sententia diffinitiua, præsumitur quòd pars fuerit præsens uel citata: uersic.& no.secundum quosdam. G. tenet contrarium. & Guil.de Cu.in l.prima.ff.de in ius uoc.& me ius.quia contumacia non præsumitur.Facit C. de exhi. re.l.2. & quod ibi no.per Cy. Bald.uide infra de app.§. & not.quod dicit Innocen. Triplex est officium iudicis appellationis.uer.in iudice autem.G. uide ff. quod cum eo.l.Titianus.per.Gui.de Cu.Bal.Qualiter extinguantur candelæ, in sententia excommunicationis.uer. illud autem scias.G. De uigore sententiæ excommunicationis,& de sententia absolutionis, & quando quis ad curiam ire debeat, ver.uerum: & uer.porrò. An sententia lata pro fratre, prosit alteri fratri: & quid de proba.§. nunc autem.uersi.sed pone.G. Si Tancredus succubuit de præbenda cum Petro mortuo, alius impetrat, an Tancredus iteratò agens contra istum repellatur exceptione rei iudicatæ. Sentit quòd non: quia iste impetrans non est propriè successor: unde non transit ad eum ius excipiendi. uersicu. item pone quod. G. Ad hoc ff. qui po. in pign.ha. l. Claudius felix. Bald. ad fin. Verbum principale sententiæ debet esse dispositiuum, non enunciatiuum præteriti uel futuri.§.iuxta. uersicu. & no.quòd quidam.G.contrarium no.C de senten.l. cum eorum.Sed illa ibi non est absolutio, cum dicit, absoluam, secundum Bar. An ualeat hæc sententia, condemno te, si actor probauerit. uersi. sed ecce iudex. Certè non: quia est lata omisso medio, scilicet probatione: ut no.in l.prolatam.C.de sen.& de consti.ecclesia sanctæ Mariæ.Vel dic ut dixi supra.§.sed an ualeat præceptum.

ADDE ut posui in d.uer.secundum Bald. Iudex debet secundum probata procedere: ibidem.G.C. arbi.tut.l.prima. Sententia interlocutoria non desiderat scripturam.in cap. quoniam contra.de proba.uer.quid in interlocutoria.G. Non dicitur lata sententia in scriptis: quia iudex dicat sic.pronuncio, & tu notarie scribas: quia debet legi:ut l.fi. C.de sen.ex breui. reci. & not.in l.prolatam. & hoc in diffinitiua. secus in interlocutoria.Bal. Litis contestatio, est principium formale iudicij: nec potest remitti per pactum. quia ad finem non potest perueniri, ubi fundamentum seu principiū non est.uersic. quid si de partium. G. Citatio autem non propriè est principium, sed preludium iudiciorum: ut no.in auth.ut in me.lit.non fi.sa.for. §.fina.colum.8. in glo. An sententia nulla possit confirmari per iudicem appellationis.uer.sed quid si sententia.arg.ff.de act.& obl.l. qui proprijs iuribus. Bald. Vide infra.eo.§.si appelletur à sententia.In causa nullitatis debet offerri libellus, & lis contestari, si mouetur coram alio: sed coram illo, qui pronunciauit, non debet offerri libellus. & uersi.sed si causa.& uersi. seq. Gui. uide tamen supra de lit. contesta.§.fina.& infra.eo.§.an possit.Causa nullitatis tractatur coram eo, qui pronunciauit, & coram iudice appellationis.uer.si. sed nunquid talis. vt l. Cornelia Pia. de iure patro. & l.quædam mulier. fami. erc.& C.de accusa.l. 4.Idem tenet Bar.uide infra de app.§ quando proceditur.& supra.eod.§.sententia quæ ualet. Sententia potest ferri ex peremptorio,& ex quasi peremptorio, & expressa contumacia: ut l. tres denunciationes. C. quomodo & quando iudex. & ex monitione facta præsenti in iudicio. eo. titu.l. 2. & ex recessu sine iudicis licentia: vt not. infra.de reiudi.l.contumacia. & de excusa. tuto:l. scire.oportet.§.scire.Bal.Sententia, quæ pronunciatur appellationem desertam, est interlocutoria: quia eius contraria est interlocutoria: & contrariorum eadem est disciplina: ut no. in cle.vlti. de app. Hæc quæstio fuit G. Durandi in cap. cupientes. de ele.lib.6.in sua glo. & quia ex ea non oritur actio in factum, ut no.ff.de pac. l. tale pactum.

ctum.§.1.& quia ista sententia est absolutoria, ab obseruatione iudicij: ergo est interlocutoria: ut no.ff.de accusa.l.cùm Titia.& l.harum.ff.si serui.uend. sed Iac. Butr. dicit quòd est diffinitiua. Hinc est quòd minor indefensus, eam non patitur. C.quomodo & quando iudex.l.si præses quasi desertam.Tu dic quòd est interlocutoria,per quã corroboratur diffinitiua,& habet effectũ diffinitiuæ: specie tamen est interlocutoria, & nõn desiderat solennia: personam tamen requirit legitimam, quam non habet minor indefensus.C.qui da.tuto,pos.l.uniuersalis.Bal.

ADDE *Ang consil.190.Sententia,instrumentum esse liquidum uel non liquidum,est interlocutoria. C.de sen.ex breuic.reci.l.1.Bal.*

ADDE *Ang.consi.114. sed Ioan.contra, consil. 264. Sententia conseruationis indemnitatis, est diffinitiua, & ab ea appellatur. C. de senten.l.cũ eorum.C.de sen.quæ sine cer.quanti.l.2. & ualet absque quantitate prolata: quia factum tacitè continet,& interesse.Bald. Sententia quòd libellus procedit uel non, est interlocutoria. ff. quod met.causa.l.metus.§.sed apud.ff. de acc.l.cum Titia.appellatur tamen ab ea, ut ibi not.licet regulariter ante lit.conte.non appelletur.C. de sen.& interlo.l.fin.Bal. Sententia declaratoria alterius sententia, ut cum iudex executionis declarat primam sententiam non liquidam,uel auget condemnationem, quod in accessorijs contingit,est interlocutoria. Nam in principali uidetur diffinitiua, si petita sit executio per libellum: secus si de plano officio iudicis. Nam in primo casu desideratur litis contestatio, & expectat diffinitiuam. ff.de peti. hæred.l.item ueniunt.§.idem rectè. Secundo casu non. Et quòd iudex appellationis possit sic pronunciare, siue appellet reus, siue actor: not. C. de senten. quæ sine cer. quant. l. prima. Bald.*

Sententia declaratoria domini, est diffinitiua: ut not.C.de rei uendi.l. qui restituere. Idem dic in declaratoria contractus uel obligationis.ff. de arbitris.l.quid tamen.§.1.C.de senten. quæ sine certa quanti.l.2.secundum unam lect. Bal.Sententia lata per errorem, ualet: sed datur restitutio.C. quando ac.de pecu.est anna.l. quæsitum. & ff. de confeßis.l.fideicomiss.& no.ff. ad Trebel. l. seruo inuito.§.cum prætor.Dic ut l. penul.ff.de iusti.& iure.per G.Sententia lata per obreptionem petitionis,ut quia quis petit debitum solutum, ualet, nec rescinditur nisi per appellationem. ff.manda.l.si fideiussor.§.in omnibus. Si uerò per obreptionem probationis: tunc si fertur contra absentem ex iusta causa, est nulla ipso iure. Si autem contra præsentem uel contumacem, ualet, sed datur restitutio.ff.de iud. l. si prætor. §. Marcellus. Sed hoc fallit, quando acta falsificantur: quia tunc ipso iure non ualet. ff. de falsis. si quis obrepserit. in uerbo, nil agit. Nam qui hoc facit, causam perdit ff.de iure fisc. l. in fraudem. §.quot. Item fallit in sententia missionis in possessionem, quæ est ipso iure nulla: quia falsum decretum executionem non meretur.l.1.§.hæc uerba. ff. ne uis fiat ei. Bald. Quis probat in causa appellationis, an appellans, uel appellatus,in Spec.de sen.§.fin.uersicu.fin.G.Vide infra de appella.§.quæritur quis debeat. Sententia,quæ non ualet ipso iure, non meretur executionem legis nec iudicis.ff.de ferijs.l.si feriatis. nec trahit secum executionem.ff. de inius. testa. l. si quis filio.§. quòd si quis. Si autem sententia re uera est aliqua, licet dicatur nulla,ista petitio nullitatis non rescindit pronunciatum, si quod est: quia non concurrit petitio cum ueritate facti: & ideo ea pendente potest bannitus impune offendi. Secus in appellatione, quæ rescindit pronunciatum etiam in his in quibus sententia trahit secum executionem: quia non tenet quod fit ab eo, nec quod fit coram eo, etiam nec confeßio. C.si a non competen.iudi.l.si.per gloss.& Dyn.ff.de acquiren. poss. l.3.§.si seruus. Bald. Vide infrà eodem. §. exceptio banni.uersicu.pendente. & infrà §. an sententia nulla poßit. & omnino uide §. in sententia lata in capitalibus. & Barto. de off. ordin. ad reprimendam. & de appellationibus. pastoralis. Bald. Sententia lata à iudice incompetenti, non meretur executionem: quia non tenet quod fit ab eo, nec coram eo, etiam nec confeßio. C. si à non competenti iudice.l.fina.C. ne de sta.defun.l. pater.extra, de iudic.cap.at si clerici.Et dicet per statutum non poßit opponi de nullitate sententiæ: poterit tamen opponi de nullitate iurisdictionis: ut no.in cap.1.de sequest. posses. & fruct.in clemen.in glo.ordin.& ideo clericus condemnatus à Potestate poterit opponere.Bald. Si iudex est delegatus in causa proprietatis, specificè uidetur extendi ad possessorium, quod ordinatur ad petitorium, tanquam ad præambulum: secus si ordinatur ad ipsum.nam tunc non extenditur, nisi per uiam reconuentionis, uel contrarij iudicij.C. si à non compe.iudi.l.fin.C.de iudic. l. nulli. ff. de donat.inter uir.& uxo.si maritus.

ADDE *Paulum de Castro consilio 270. Sententia lata in capitalibus causis, statim trahit secum suum effectum: ut l. qui ultimo. & no. in l. fin.*

fina.C. si à non competenti iudice. ergo non expectato tempore appellandi, potest executioni mandari. de appella.l.addictos. & ff.de appellationibus. non tantum. hoc non est uerum, nisi in conuicto & confesso, utroque istorum scilicet concurrente.C.quorum appella. l. secunda. Nam intra tempus appellandi, nil est innouandum per iudicem: nisi periculum immineat ex mora.ff.de iniust.testam.l. si quis filio.§.tertio. Adde quod nota.de accusa.l.ex iudiciorum. sed per legem bene potest innouari.ff.de insa.l.furti.§.primo. sed iudices faciunt quòd renunciant omni exceptioni & defensioni, & sic etiam appellationi. C. de tempo.appel.l.fin. in fin. Sed certè hoc non praecludit uiam defensioni in capitalibus causis. ff. de appellation. non tantum. & not. ff. de pactis.l. pactum inter heredem. Praesumitur tamen ex hoc quòd nolit ulterius defendere. argum. no.ff. ex quibus causis ma. l. antepenul. Bald. Vide infra titulo proximo.§. sententia excommu. & infra titu. 2.minori.& supra §. sententia.quae non ualet.& infra §.contra fur. Si iudex facit criminalem executionem contra ius, tenetur lege Cornelia.ff.ad legem Iuliam repe.l.lege.§.fi. secundum Bar. Nota quòd ueniens post terminum, non debet audiri. Item quòd à sententia, quae audientiam denegat, potest appellari.C. de excus.tute.l. tertia.ff.de accusa.l.Titia.Bal.

Nota quòd quando interlocutoria fertur super principali articulo seu capitulo, & appellatur, interim non potest primus iudex procedere in aliquo.Item nota quòd confirmans interlocutoriam, nunquam exequitur, sed remittit ad primum iudicem.ff.de mino.l.intra utile.quae lex duo praedicta probat. Sententia incerta non meretur executionem, etiam si sit lata super dote.C.de senten. ex breuic.reci.l.fina. Et si dicis, dos est nomen uniuersale, ut no. in l.quod dicitur.ff.de impen & in uniuersalibus non exigitur specificatio in sententia, respon.quòd l.quod dicitur.non dicit quòd dos non sit uniuersalitas, sed quòd est nomen iuris: & ciuile significatum habet. ff. de lega.2. l. Maeuio.§.à me.

ADDE ut in l.1.ff.solu.matri. quia contrarium tenent multi. Iudex executionis potest augere executionem in augmentis medij temporis: tamen debet primò declarare ea deberi, & eorum quantitatem.C.de senten.quae sine cert. quantita. l.1.Item ubicunque dubium oritur super sententia, ibi debet decidere, si executor est iudex. secus si executor, & non iudex. Et nota quòd merus executor, dicitur duobus modis. Vno modo merus: id est, absque iurisdictione: & iste non cognoscit, nec dicitur grauare exequendo: ut notat Dyn. de regulis iuris. quod quis mandato.& argum.extra. de appella.cap.nouit. Secundo modo dicitur merus, id est, absque causa cognitione: & tunc si nemo contradicit sententiae, uel etiam si contradicit, refricando iam decisa, fit executio summaria, repulsa contradictione.ff.de iud. l. si praetor. Si uerò contradictor opponit legitimas defensiones: tunc debet primò examinari causa contradictionis, & deinde pronunciari exequendum, & exequitur.no.C.quorum appel. non reci.l.ratione gratiae. Dic ut in cap.iudices. de offi. ab executione. & not. in l. prima. C. de senten. quae sine cer.quantita.& hoc in executione sententiae. sed in execu.deleg.in clem.& adde quod no. Innocen.de re iudi cap.de caetero. & uide omnino infrà, eod.§. an apposita. Bald. An coram iudice executore possit opponi exceptio nullitatis, Et uidetur quòd non.C. de ordi.cog.l.fina. & hoc tenet Innocen. de officio delega. cap. cum in iure. hoc uerum si prima facie sententia sit aliqua, nec sit in promptum probatio nullitatis: secus si in promptu offeratur.ff.de re iud. l. quarta. §. condemnatum.& ibi per Dy.& Bar.ff.de iud.l.si praetor. in fi.C. quando prouo. non est necess.l.1. Bal. An coram executore imperito ipso pronunciante uel eius superiore possit peti restitutio in integrum contra sententiam? Dic quòd de inferiori uel pari, patet quòd non potest.ff.de mino.l.minor autem. Maior autem magistratus sententiare potest: nisi fuerit sententia principis.ff. de iud. l. si praetor.§. Marcellus.C.de transac.l si causa cognita.de restitu.in integ.c.suscitata. An sententia secunda, ex qua augetur effectus, dicatur executio primae, no. in l.si cũ exceptione.§.in hac.ff.quod me.causa.1. uidetur quòd sic. sed propriè nõ est executoria illa sententia in casu illius gloss. quia fertur super alio, quàm fuerit lata prima sententia: ergo est prosecutio eius, sed non formalis executio.Bal. An in causa executionis debeat dari dilationes? Dicit Innocen. quòd non, de app.ex ratione. Acc.dicit quòd dantur sed breues.ff.de inoff.testa. l. quid in officio. Prima uera, ubi non requiritur causa cognitio: sed secunda, ubi requiritur. quod dic ut no. extra, de excep.cum inter priorem. per Innoc. & per Cy.C. quorum appel. non recip. ab executione. Bald. An pronunciatio de exequendo dicatur executio? uidetur quòd sic, scilicet uerbalis. In contrarium quòd non, est arg.no.in l.fi.C. ubi,& apud quos. Nam ab executione non appellatur, à pronunciatione sic.no.in d.l.ab executione.C.quorum

rum apmon reci. Sol. Dic quòd est executio. ar. no. in §. hæc autem actio. non tamen est mera executio: & ideo non potest fieri die feriato. Secus in mera executione. extra, de indi. c. fi. in nouella, quæ executio tunc potest fieri, nisi sint diuinæ feriæ: quia tunc non posset fieri, nisi propter periculum fugæ: ut no. C. de fer. l. fina. uide. infra de appell. §. à pronunciatione. de exequendo. & infra. eo. §. an opposita exceptio. Bal.

ADDE quòd sententia, quæ pronunciatur instrumentum exequendum, sit diffinitiua, tenet Ioan. consi. 174. sed Ang. consi. 115. per plura tenet ipsam interlocutoriam. Sed an captura debitoris, dicitur executio? Respon. potius est citatio, quàm executio. ff. de in ius uo. l. plerique. quod patet: quia potest præcedere sententiam & sequi. C. quomodo et quando iudex. l. consentaneum. l. 1. C. qui bo. cede. pos. sed executio debet sequi, non præposterè præcedere, id est, nimis propriè. Ex hoc sequitur quod nullo tempore feriato, potest quis capi pro ciuili facto quod est citatio, & sic prohibita. l. 1. ff. de fer. nisi data licentia capiendi die iuridica. secundum quosdam. & bene. sed de captura pignoris, dic ut no. ff. de euic. l. minor. in prin. Et dicitur esse potius remedium prætoris, quàm executio: & non derogatur ei per aliud: ut no. in capi. quoniam frequenter. §. fi. extra, ut lite non contesta. uide supra. eo. §. proxi. quia fallit propter periculum fugæ Bal. Citatio debet esse legitima, ad hoc ut sententia ualeat. Item debet nuncius retulisse ad hoc, ut iudici exactis constet de citatione. Nota tamen tres esse partes citationis, scilicet commissionem iudicis, citationem nuncij, & relationem. Et dicunt quidam quòd de commissione et citatione, creditur nuncio publico & iurato. Alij dicunt credi de citatione & non de commissione. C. de exhi. re. l. fi. per Cy. Si autem nuncius dicit, ego citaui talem: & ipse dixit. ego nolo uenire: an credatur nuncio quòd ille sic dixerit? Videtur quòd non. ar. no. de sen. excom. uenerabilibus. §. secus. de sen. excom. lib. 6. uide supra, de citatione. §. an credatur. An possit quis capi personaliter, non præcedente contumacia? Videtur quòd sic. ff. de in ius uocan. l. plerique. cum l. seq. In contrarium facit, quia lex exigit contumaciam. C. quomodo & quando iudex. l. consentaneum ff. ad l. Iul. pecu. l. cum in eo. C. qui bo. cede. pos. l. 1. ff. quæ in frau. credi. l. fi. in fi. Nam si res non potest capi, nisi ex contumacia. C. de his, qui ad ecc. confu. l. præsenti. §. sed si ad hoc. ergo non persona. Bal. secundum decre. est interlocutoria: ut no. C. de his, qui ad eccle. confu. l. præsenti. §. si hoc. in glo. ordi. & per Dyn. in l. si minor. de bo. autorit. iudi. pos. & ideo ex eo non oritur actio in factum. sed officium iudicis: sed bene oritur actio in factum non ex decreto, sed ex illo edicto, ne uis fiat ei contra turbantem. ff. eod. l. si quis iussum. & arg. ff si quis ius dicen. non ob. l. 1. §. fi. cum si. Bal. Si tenuta datur in rem, quam possidet, quæ est Titij: Titius potest impedire processum, non tamen contradicendo consequi possessionem: quia recuperari tenutam conceditur reo: sed Titius non est reus, nec est tenuta accepta sibi secundum Franc. Accur. impedit contrario secundũ decre. sed non recuperat tenutam: quia nec eam amisit. ff. de re iudic. l. à diuo Pio. §. si super. secundum Franc. Accur. sed si possessor est passus missionem, destruit ex toto tenutam, & annullat eam: ut l. 1. § si quis ideo. ff. ne uis fiat ei. secundum Iacob. Vide supra de secundo decreto. §. 2. In uno et eodem libello non possum agere contra plures, nisi sint consortes eiusdem facti uel criminis: & per consequens sint consortes eiusdem litis. Nam si nõ sunt consortes eiusdem litis, quilibet debet recipere libellum per se: nec debent uariæ causæ permisceri, nec simul tractari. Si tamen reus tolerauit talem libellum; & ius tolerat, & lata sententia executionem meretur. C. si plu. una sen. l. 1. C. si re. uel accu. mor fue. l. 1. C. de accu. l. si quis homicidij. cum si. secundum Fr. Accur. uide econtra suprà de inciden. q. §. antepe.

Non ualet sententia lata tempore feriato, ob messes. Intelligo tamen quòd nunquàm sunt feriæ messium, nisi sint inductæ à iudice uel statuto secundum locorum consuetudinem ff. de fer. l. si præside secundùm Francis. Accur. & ideo licet oliuæ sint in fructu, non tamen tempore quo colliguntur oliuæ, sunt feriæ: quia non sunt inductæ. Item si per statutum sunt feriæ messium, toto tempore Iulij, & propter pluuias dilatatæ sunt messes ad sequentem mensem Augusti, non tamen erunt feriæ de mẽse Augusti: quia feriæ pro illo mense inductæ non sunt, unde tunc lata sententia tenet, & exequẽda est. Procuratori petenti executionem sententiæ, opponitur exceptio procuratoria, quàm obijciens uult probare per testes, quos non habet in promptu, an possit? Videtur quòd non. arg. ff. ad exhi. l. Iulianus. §. ibidem ff de iureiur. l. nam & postea. in prin. in gloss. ordi. nam in notorio iuris uel facti non debet de apicibus disputari: ut not. ff. de neg. gest. l. at qui natura. §. cùm me absente. Bald. An possit declarari sententia nulla sine libello? Dic quòd aut causa nullitatis est causa per se principaliter mota: & tunc exigitur libellus. Aut incidenter: & tunc non: quia ex eisdem actis iudicatur: ut

no. C.

no.C.quomodo & quando iud.l.si ut proponis quia in officio nobili necessarius est libellus, non in efficio mercenario.ff.de interro. act. in rubrica. Et nullitas ubi principaliter petitur iudicis officium imploratur nobile: ut no. in l. 1.§. 1.ff. quę sen. sine appel. re. & de condi. institu. l. qui sub conditione. §. fina. secundum Bar. & sic uidetur intelligi, quod habet suprà e. §. in causa nullitatis. In causis,in quibus lis non contestatur, ut in executione sententia, & similibus, terminus datus succedit lęce litis contestationis.C. de procura. l. nihil.per Cyn.& no.in c. 1. de elect. lib. 6. & intelligunt quidam, quòd prima citatio habet uim contestationis litis:quia per eam inchoatur tale iudicium,et procedi dicitur: ut not.C. de temp.app. l.fi.§.illud Sed illud non placet: cùm citatus possit opponere declinatorias exceptiones: sed praeclusa uia in eis opponendis, tunc debet bene haberi lis pro cont-stata.C.ubi in rem ac.l.secunda. Bal. Si appellatur à sententia nulla, puta propter incertã quantitatem: iudex appellationis non solùm habet nullam declarare,sed etiam reformare & emẽdare uitium pronunciationis, condemnando reum in certa quantitate.C.de sen.quę sine cer.quanti. l.fi.secundùm unam lecturam.quod no. Caueat ergo sibi reus appellans à sententia nulla. uide suprà ee. §. an sententia nulla. Bal. Sententia, quę potuit ferri ex causa rationabili,& lata est ex irrationabili, non iustificatur ex rationabili, propter uitium pronunciationis.ff.de excusa. tuto l.qui testamento. nisi esset appellandum: quia tunc iudex appellationis posset emendare causam seu pronunciationis rationem ff.quod cum ee.l. Titianus. & ibi per Gal. & Barto. uide infrà titu. proxi.§. quid si iudex fuit motus. Instrumenta non possunt produci post sententiam, nisi in casibus in quibus peremptoria exceptio potest opponi post sententiam.ff de eden.l .argentarius. §. cum autem. de iuris & facti ignoran. l. 1. de fide instrumen. cap. cùm dilectus C.de sent.aduer.fisc.la. l.lib. 10. & ibi uide Bal. & illud est uerum de instrumentis contrarijs sententię: secus de instrumentis compassibilibus ff.de compen.l.si cum militi.§.1 .Bald. Sententia super expensis lata, ualet sine taxatione,nam sicut admittitur incerta petitio expensarum:ita admittitur incerta sententia.C. de fruct. & lit.expen.l.terminato.& ibi no.in gl.ordi.Facit quod no.extra.de sen.quę sine cer. quantita.l. 1.ubi probatur dicta aequiparatio libelli ad sententiam,secundùm Barto.

Iudex potest reseruare sibi taxationem expensarum:sed quare non condemnationem earum? Respondeo,quia statim cùm condemnat, expensa quę ueniebant officio iudicis, ueniunt iure actionis.ff. de dam.infect.l.si finita.§.postea.Sed si non condemnat, tunc officium mercenarium extinguitur finito iudicio: ut l. terminato. secundùm Cyn. & Barto.sed gloss.in eadem l.terminato. innuit quòd possit reseruari condemnatio. & tex. ibi innuit quòd possit reseruari petitio. Ad idem ff.famil.erciscun.l. idem Labeo.§. 1. gloss. parua. quod not. ff.de uerb.obl. l. Titium & Cy. C. de institu. & substitu.l.si quis heredem. Sed prima opinio uerior est, nisi eadem die condemnet. ff. de re iudic.l. Paulus. Bal.

Sed an reseruans sibi declarationem,uideatur etiã reseruare successori suo?Dic quòd sic: quia officio, non personę fit reseruatio.ff.de iudi.l. cum praeponebatur.& sic non obstat.arg. contra ff.de uerbo. oblig.l.qui Romę. §. Angerius. secundum Barto. Sed in diffinitiua super re principali, non potest quis sibi reseruare declarationem incertę sententię. ff. de arbi. l. non distinguemus. §. de officio. Bal.

Sed an succumbens in exceptione uel replicatione, debeat statim condemnari in expensis illius capituli, an uerò debeat reseruari in diffinitiua? Dic quòd statim:quia qui talẽ exceptionem uel replicationem obijcit, processum causę retardat: & ideo debet condemnari in damnis & expensis, ratione retardati processus. C. de fruc. & lit. expen.l. pe. secundum Bar. quam tamen condemnationem, si tunc iudex omittit, poterit iudex usque ad diffinitiuam supplere,de app.c.sape. per Inn. Sed an refectio expensarum in criminali ueniat quando accusator desistit,dicit l.unire.C. qui accu. non pos. Bald. Sed quid si ad diffinitiuam peruenitur? uidetur quòd non debeat fieri condemnatio expensarum in criminali, quanquàm in ciuili fiat.C.de fruc.& li.expẽ.l fi.ubi litera loquitur aduersatiuè,in ciuili & criminali circa expensas. Et idem no. Accur.in proœmio Insti. Sed in contrarium uidetur casus in l.fin.C.de fruc.& li.expen. Nam si ibi per priuilegium non ueniunt, ergo per ius commune ueniunt, tam in ciuili quàm in criminali, ut ibi apertè dicitur,secundùm Bar. Et hoc tenent Canonistę extra de pœn.cap. calumniam. Nam damna & interesse, etiam in criminali incidenter ueniunt:ut no.extra.de accusa. cap. cum oportet. per Inn. Bal. Sed quid si instantia est perempta,an ex die secundę instantię ueniunt fructus et expensę? Dic in expensis, quòd ueniunt ex die secundę:sed in fructibus dic quòd aut instantia perijt tempore, aut renunciatione. si renunciatione,

habetur

habetur pro non mota. C. de praescrip. long. temp. l. 1. secundùm unam expositionem, de iure fisci. l. fiscus. Si autem tempore, tunc dicit quòd officium illud mercenarium primò ortum, extinctum est, nec denuò oritur: & ideo tempus secunda litis inspicitur. C. de fruct. & lit. expen. l. 2. in glo. & facit l. terminato. in ratione sui. Non obstat C. de praescrip. 30. an. l. fi. ubi durat effectus primae instantiae: quia illud uerum ad conseruandam actionem, non ad augendam confirmationem. Sed doct. dicunt contra. quia mala fides perpetuò durat, quandiu purgetur. argum. ff. de usur. l. mora. Sed ista ratio est satis debilis. nam non sufficit simpliciter mala fides in percipiendis, sed requiritur lit. contest. dic ut ibi per doct. Bal. Quidam nobilis habuit aduocatum gratis, postea ipse nobilis uincens uult quòd aduersarius reficiat sibi salarium: an aduersarius teneatur? Et uidetur quòd non. C. de fruct. & lit. expen. l. fin. secundùm secundam lec. quod no. Bal. An condemnatus, qui dicit se postea soluisse, possit probare solutionem per testes? Videtur quòd non: quia sententia requirit scripturam: ergo &c. C. de test. l. testium. sed ibi in debito conuentionali: secus uidetur in iudiciali. C. de re iudi. l. 1. ff. de condictione sine causa. §. si fullo.

Quid in inuentario tutoris? Dicit Richar. de Salic. quod non poterit probari solutio, nec pactum nisi per scripturam. Sed si dicas quòd sit obligatio legalis, contrarium esset dicendum. Bal. Sententia lata extra metam iurisdictionis, est in totum nulla. C. quando prouo. non est ne. l. cum certa ratione. Sed si fertur supra metam debiti, utile per inutile non uitiatur: ut no. C. de re iudi. l. 2. & ideo illa clausula, saluo quod si esset ultra formam, reducimus ad formam, &c. non uidetur ualere: quia licet sit unum capitulum: tamen diuidi potest. Doc. dicunt contrarium: quia indiuisibilis est sententia. ff. famil. erc. l. in hoc iudicio. sed ibi erat defectus modi & rei: quia non erat iudex functus officio suo. ff. de arbi. l. quid tamen. hic uerò erat excessus. & plus continet minus. Et uidetur casus ff. de arbi. l. diem proferre. §. si plures. Sed alia ratione non uidetur ualere dicta clausula: quia est incerta & conditionalis: sed respectiuè certificatur per acta. C. de sen. l. cùm iudex. Sed tertia ratio quare non ualet, est quia continet repugnantiam. ff. de reg. iur. l. ubi repugnantia. & hoc sentit gloss. C. commi. uel episto. l. 3. Secus in adiuncto compassibili. ff. famil. ercis. l. item Labeo. §. 1. Bal. Vide infra. de app. §. ex forma. Bal. Pone quod post sententiam opponitur exceptio permissa opponi, iudex statuit terminum ad probandum: testes non deposuerunt intra terminum: quaeritur an sufficiat intra terminum iurasse? Videtur quòd sic. Nam & sine articulis potuerunt testes examinari super exceptionibus. Item depositio retrò trahitur: ut no. in cap. 1. de offic. deleg. in cle. Sol. sufficit, si uult eos examinari super exceptionibus. Sed si uult producere articulos, uidetur quòd non possit. ff. de iureiur. l. admouendi. in uerbo, quibus solis. Sed contradico: quia articuli. sunt declaratio exceptionis: & ideo etiam postea produci possent. ar. ff. de testa. l. haeredes palam. §. 1. & hoc in termino iudiciali: secus uidetur in legali. extra, de exce. cap. pia. lib. 6. Nam terminus iudicialis potest prorogari: sed terminus legalis non. ut no. in auth. de exhi. re. §. suspecto. Si tamen pars producens facit quicquid potuit faciendo grauari & pignori testes, hoc ei sufficit, etiam si non iurasset intra terminum. & potest iurare postea & finguntur recepti intra terminum ar. C. de inoffi. testa. l. cum. qui. & l. contra maiores. & ualet absque alia dilatione, secundum Fr. Acc. in quodam suo libello. Allegat ad hoc C. de testi. l. si quando. in fi. Tutius est tamen, si noua dilatio petatur. Bal. Vide Bar. ff. de dam. infec. l. damni. §. Sabini. Sufficit in sententia dicere, condemno. Item sufficit dicere iure petis, iure querelaris, &c. C. de fruct. & li. expen. l. terminato. Bal. Non debet incipi ab executione. C. de exhi. re. in iudi. l. nimis propere. ff. de re iudica. l. si cum nulla. C. de pact. l. si pacto quo poenam. & ideo non procedit libellus. peto debitorem meum cogi ad soluendum mihi nisi petam eum condemnari: quia petitur executio sine sententia secundùm Bartol. Sed tu dic quod petendo consequens, uidetur petere antecedens: ut lege, & si non cognitio. C. si contra ius uel utili publi. & argumen. C. de fideicommis. l. quamuis simpliciter. & ff. de acquirenda haeredita. l. illud. Praeterea nomine compulsionis, etiam pronunciatio intelligitur. ff. de uen. inspici. l. 1. §. ex hac. Nam omnis libellus est tolerandus, si possibile est. ut dicit Innocen. extra, de iudi. c. examinata. Suppletur ergo libellus circa conclusionem. Item circa medium siue narrationem. l. omnes. §. Lucius ff. quae in frau. cred. Et facit quod no. 1. q. 4. quia praesulatus. in gl. ord. Bal. Vide Bar. in l. moribus. §. 1. ff. de uul. & pup. Contra fugitiuum incipitur ab executione. l. ait praetor. §. si debitor est. ff. de his, quae in frau. cre. Item ex pacto. de pig. ac. l. 3. Item in nunciatione noui operis, incipitur à praecepto. ff. de no. ope. nun. l. de pupillo. §. meminisse. Item contra fideiussores iudicatum solui: quia iste accidit executioni, & ei se submittit. Nam licet sententia non sit lata contra eum, tamen pati-

tur

tur executionem ff. de usur. rei iudi. l. si. in fi. & dic ut ibi no. et una lex ponit singularem rationẽ, que talis est: quia contractus factus apud acta, aequiparatur confessioni in iudicio factae, & mandatur executioni tanquàm confessio iudicialis. Ita dicit tex. ff. de pac. l. tale pactum. §. qui prouocauit. & est noua ratio. Ad idem facit C. de testa. l. omnium. ubi dicitur: quòd testamentum factum coram principe uel apud acta alterius iudicis, habet uim testamenti publici & insinuati: quia fit de actis: siue fiat apud acta, siue ante factum redigatur in actis. & no. & hoc uerum in eo fideiussore iud. solui, qui fideiubet apud acta, contra quem proceditur ex actis: & sic ex liquido & notorio uenit iudici. Si autem in contractu ego fideiubeo pro Titio, & promitto pro eo iudicatum soluere: ista fideiussio non est iudicialis, nec est notoria iudici ut iudici, & ideo Titio condemnato, non fiet in me executio, sed ex stipulatu conueniendus sum, quia magis sum fideiussor contractus, quàm iudicij. ff de iureiur. l. duobus. §. qui iurauit. Et si diceres contrarium: tunc adiecta promissione in tali clausula praedicta, de iud. Sol. semper esset executio parata in fideiussorem, tam realis, quàm personalis reo condemnato, & esset noua & bona cautela: tamen caue ne facias poni, quia inusitata generant suspicionem falsitatis in instrumentis. & no. in l. um. ff. de condi. insti. Bal. Porrò in fideiussorem de iudicio sisti. non fit executio condemnationis. ff. de fideius. l. Graecè. §. & post lit. Sed bene fit executio in hoc quòd sistat. ff. de in ius uoc. eum, pro quo. sed usque ad finem, non post, quod est notabile. & uide quod no. ff. de uerb. oblig. l. continuus. §. quis. per Dy. Item in sequestris, & in habitationibus proceditur interdũ extra ordinationem. ff. de leg. commis. l. fin. & de offi. procur. Cae. l. fin. Bal. Vide supra eo. § sententia lata in capitalibus. Qualiter fideiussor acceptus in causa iudicati, patitur paratam executionem. & secus in promissione rei principalis & hypothecaria data hypotheca: no. C. de execu. rei iudi. l. 2. ff. de mino. l. minor 25. ann. cui fideicom. Bald. Nam natura illius accessorij est natura illius satisdationis, ne lites ex litibus oriantur. ut l. termino. C. de fruc. & lit. expen. Item nota quòd ubi inordinatè proceditur, non ualet tenuta. ut d. l. 1. & 3. in c. postulasti. de conces. praeben. per Innoc. Et filiofamiliàs bonis confiscatis, non patitur pater executionem: imò occupat peculium filij, tanquam mortui. C. de bo. proscri. l. si filius. Nec obstat quod no. ff de noxa. & si condemnatus. quia ibi sententia fuit ciuiliter lata. unde pater tenetur ex quasi contractu. secus in criminali, & maximè in sententia confiscationis, ex qua nulla oritur obligatio: ut no. Barto. ff. de dam. infe. l. si finita. § si qua. & facit C. qui bon. ced. pos. l. pe. & l. 3. §. si filius. ff. quòd quisque iur. nec tenetur pater aliquid fisco assignare: ut l. si quia poena. ff. de his, qui sunt sui uel ali. iur. per Gul. et Cy. Si uerè pater tenetur soluere pro maleficio filij, ex forma statuti: tunc aut filius est conuictus & tenetur pater. Aut confessus: & similiter tenetur nisi pater probet contrarium. ad quod probandum debet admitti, pro suo interesse, ut no. l. 2. ff. si ex noxa. causa agatur. Aut filius est contumax: & non tenetur pater: quia contumacia non facit ius, nisi contra contumacem. ff. de inof. test. l. qui repudiantis. §. fi. & si statutum non facit mentionem maleficij, sed condemnationis, & condemnationem solui iubet: tunc pater quasi fideiussor iudi. sol. tenetur etiam de contumacia filij, argumen. ff. de uerb. oblig. l. cum filius. & ibi Bar. & l. 2. ff. ad mu. cum si. Bal. Vide ff. de damn. infec. l. si finita. §. si qua. per Bar. An bona dotalia possint capi pro debito? quòd possunt, ponitur de bo. dam. l. quinque legibus. Quid de parafernalibus uide C. ne uxor pro ma. l. 2. Bar. An qui habet tempus quadrimestre. patiatur primum & secundum decretum immediatè. Gl. innuit quòd sic. secus si ex interlocutoria, id est, ante sententiam sit ueniendum ad secundum decretum: cum ibi nulla dilatio praecesserit: ut nota. in l. fina. C. de execu. rei iudi. Tu dic semper aliquod spatium dandum. eodem titu. l. ordo. in uer. diu quod est arbitrariũ. & iudex dabit minus tempus ei, qui habuit illam dilationẽ, quàm nõ habenti. Facit quod no. ff. de constitu. pecu. l. promissor. per G. Et in hoc seruabitur natura illius loci: ut no. in l. fin. C. de iure do. Secundum decretum non potest interponi, nisi praecedentibus bannimentis, si quis est, qui uelit illam rem emere, &c. ut dicta l. ordo. Et illud est uerum, ubi desideratur excussio, an scilicet reperiatur emptor: secus in causa noxali. de dam. infect. no. in l. iubere cauere. ff. de iurisdic. omn. iudi. et si res non extat, potest fieri executio in aestimatione: licet ad hoc non sit principaliter actum. C. de executio. rei iudic. l. si longius. secundum Bart.

An interlocutoria requirat peremptorium? Dic quòd aut est interlocutoria irreparabilis à diffinitiua: & tunc exigitur peremptorium, quia sortitur naturam diffinitiuae. Aut potest reparari per diffinitiuam uel per appellationem à diffinitiuas & tunc sufficit una citatio, secundùm Guid. de Suza. Facit C. quomodo & quando iud. l. consentaneum. & uide ibi Barto. & est tex. in l. praesenti.

§. sanc.

§.sanè.C.de his qui ad eccle. confu. Quòd requiratur peremptorium in interlocutoria, quæ parat præiudicium in principali, uel in proprietate, uel in possessione:no C. de appel. l. 1. si quis prouocatus.uide supra.§.sed an ualet præceptum.B. An opposita exceptione contra executionem sententiæ, iudex possit exequi sine alia pronũciatione de exequendo? Dic quòd sic. & est utilis cautela: quia si pronunciaret exequendum, appellaretur ab ista pronunciatione:sed si exequitur, non potest appellari,nisi excedatur modus:ut nota. in l. ab executore.Iudex ergo mittet in possessionem, & habet licentiam capiendi non obstantibus exceptionibus:non autem pronunciabit exequendum,sed exequi mandabit, & exequitur, non autem appellabit ab executore. Sed certè etiam ipsa pronunciatio,est pars executionis: & ideo nec ab ea appellatur,nisi excedatur modus primæ sententiæ. arg. nota ff. quod met. cau. l. si cum exceptione. §. in hac.secundum Franc. Accur. in quodam libello. Vel dic quòd si fuerit aliquid probabile obiectum executioni:tunc possit appellari tanquam à grauamine causa specificata,aliàs non. Bald. Vide supra eo.§.ubicunque.& §.an pronunciatio de exequendo.& infra.ti.2.§.non est necesse.

Dicit statutum quòd homicidia condemnetur in mille:& si fuerit contumax,condemnetur in quarto pluris. Alio statuto cauetur quòd si homicida non soluit pœnam homicidij intra decem dies,decapitetur: modò homicida soluit mille, sed non quartum plus,an decapitabitur? Et uidetur quòd sic.nam totum debetur ex contumacia, & est debitum in forma ex contumacia: ergo non debet diuerso nomine uel iure censeri.arg.ff. de pac. dota. l.inter.§. cum inter. In contrarium uidetur: quia pœna homicidij est signata & taxata in mille. & de ista originali pœna debet intelligi:ut ff.de peti. har. l.item ueniunt. §. cum prædiximus. & ff. si cer.pe.l.certi condictio. in prin. Nam plus est pœna solius contumaciæ: quia pœna non oritur tempore delicti,sed tempore contumaciæ. ff. de in lit. iur. l. 1. & hæc uera: quia ista pœna non recipit aliam pœnam.argum.C. de usur.rei iudi. l. fina. & no.ff.de peti.hæ.l.hæred.furioso.Bal.

Sententia lata per unum iudicem mittitur executioni per alium, qui habeat iurisdictionem in personis.ff.de iudi.l.argentarium. §. nomine.Facit quod no.ff. de postu. l. ex ea. Sed si non habet iurisdictionem in personam,sed in rebus: tunc non potest facere executionem, nisi requisitus per literas primi iudicis.ff.de bonis autoritate iud.possi.cùm unus.§.is qui.ff. iurisd. omn. indic. l. cùm quædam puella.& ibi per Cyn. in lect. Dicit statutum quòd si condemnatus pro uulnere non soluat condemnationem intra decem dies, quòd ei amputetur manus: modò quæritur quando incipit istud dicendum? Et uidetur quòd post 10.dies: quia tunc dicitur condemnatus propriè.ff. de pig.l.si fundus §.si plures.

In contrarium uidetur, quòd statim lata sententia:& sic fiat computatio de momento ad momentum. argumen.ff.de minoribus. l.3.§.minor.Sol. Dies sententiæ non computatur, sed à die sententiæ currit,si non est appellatum. Si autem est appellatum,tunc à die confirmationis sententiæ, nisi dolo uel lata culpa esset appellatum: quia tunc appellatio ei non prodest.C.de usu. rei iud.l.2. Sed contra hoc opponitur. Nam ex ista sententia ante decem dies non oritur actio: ergo nec antè currit terminus soluendi.argumen.ff. de iure do.l.tali. So.Imò statim oritur actio reuocabiliter tamen. si appellatur. quòd sic probo:appellatio rescindit pronunciatum.ff. ad Turpil.l.1. & fina. tunc dices quòd aut rescindit factum: & hoc est impossibile. l.in libello.§. in facto. Aut ius: & sic ortum erat, secundum Iaco. de Rauen. nam non posset rumpi, nisi esset natum.ff. de in integrum restitu. l. nam & si sub conditione.§. rumpendo. & de uerbo.obl. l.decem.uide quod no.C. de testi.l.præposteri. uide infra.eo.§.non quòd in ciuili.

Titius fideiussit iudicatum solui pro Seio accusato. nam in criminali suo nomine conuentus satisdat iudicatum solui,secus in ciuili. Nam in criminali, nisi satisdet, debet detineri in carcere publico uel in palatio.de custo. reo.l. 1. & l.si quis reum. nisi sit mulier. quæ non debet detineri in carcere propter inopiam fideiussoris,quod no.C.de cu. reo.auth.nouo iure. Pone ergo quòd fideiussor est coactus statim soluere: quia in criminali non datur tempus quadrimestre: sed in ciuili sic. Quæro ergo,an fideiussor statim exigat reum. Nam inter eos ciuilis obligatio uersatur, non criminalis. Dic quòd statim iudex maleficiorum poterit hoc facere. ar.C. de sen.l.cum eorum.C.ubi cau.fis.l. cùm uendi. & ibi per Iac.& C. de usur. rei iud. l.fi. in fi. & ibi plenè per Bal.

Natura copulæ est,diuidere obligationem condemnationis uel contractus, in uiriles. C. si plu. una sent. l. 1. nec attendimus naturam primæ causæ, sed naturam uerborum causæ secundæ sententiæ, ut ibi no.& l.1. de condi. & demon.§. cum fundus.ff.Banna etiam, quæ fiunt ex parte Potestatis, fiunt magis ad terrorem,quàm ad ualorem.C.com mi.uel epi.l.programma. & uide infra. ti. proxi.

§.ban-

§. barum generale.
Subscriptiones etiam iudicum, non habent uim sententiarum ea.l pe.tamen hoc uide ff. de eden. l.si quis ex argentarijs.§.1. per Gul.
Conflictus non dicitur solum in libellis, sed etiam in iudicijs.C. commi. uel epi. l. fi. Bal. Ceruicosa & capitosa pracepta iudicum inania sunt: & vim sententia interlocutoria non merentur. C. commi. uel epi. in rubro & nigro. & infrà, de re iu. praceptum. Pro peccato unius hominis, non debet contrata vel vniuersitas condemnari vel puniri: vt no. in authen. vt nulli iudi.§.quoniam. co. 2. in gloss. ord. siue ille sit certus. siue incertus. Bal. Quid si libellus est iuri contrarius & ineptus, sententia est nulla: ut patet extra de emp. & uen.c.cùm dilecti. sed ubi est prater legem, non contra: tunc ualet secundum Bar. ergo contestatio litis super libello inepto ualet.
Nam & sine libello super simplici uera narratione, ualeret lit. contestatio, secundum quosdam: quia tenent quòd oblatio libelli possit omitti & remitti de consensu partium. uide suprà de offic. iu. §.si iudex. Sententia lata super accusatione non continente locum & tempus, ualet: nec potest condemnatus eam dicere nullam: quia lex dicit quòd debuit petere se aboleri ante sententiam propter libellum informiter porrectum. ff. de accu.l.libellorum.§.quòd si libelli. Ita no.Gandi. in suo opere in titu. qualiter fiat ipsa accusatio: & sic propter defectum solemnitatis loci & temporis non uitiatur sententia: quod est notatu dignum. Sed uidetur quòd sit nulla.quia libellus est ineptus & inutilis. ff. de adul.l. accusaturus. Respon. quòd hec exceptio non potest opponi post diffinitiuam: sed ante debet opponi. Simile C. de adul. l. quamuis indubitati. Praterea super hoc etiam no. quòd procedit libellus per circunstantias non declaratas. ff. de pœn. l. si prases.
Sed ibi loquitur de circunstantijs, id est, de qualitatibus, non autem de solennitatibus: & sic non facit ad quastionem nostram. G. Nam aditio qualitatis, non est de substantia libelli: sed adiectio solennitatum sic. Sed contra Gandinum facit ff. de interro. actio. l. si filius. la secunda ff. ne quis eum l.1.§.Offilius. ff. de iureiu. l. si patronus libertum. & quod ibi Dy. contra gl. uide suprà de accusa.§. sed quid si statutum. & infrà de libel.concep.§.exceptio inepti libelli. Iudex formauit inquisitionem, superuenit accusator: tandem condemnauit ex inquisitione: modò queritur, an ista sententia sit nulla, uel annullanda per appellationem, nec ne? Et uidetur quòd sit nulla: quia accusatio rescindit inquisitionem: & remedium ordinarium tollit extraordinarium.
Solu. Dico quod non tollit ipso iure: sed oportet quòd pronuncietur non esse procedendum ab exceptione obiecta per reum. ff. ad Velleia. l. secunda in fin. Sed an poterit appellari ex eo quòd reus sit grauatus ob hoc ipsum. Quastio stat in hoc, an inquisitus debuerit silere uel non: & si iudex habet suspectam conclusionem accusatoris: non debet silere. argum. C. de aboli. l. secunda. Idem si fiscus ex hoc patitur praiudicium, vt quia inquisitio est probata. Nam si accusator uult paratam probationem, non ad initium noua probationis redigere: iudex non debet hoc pati. Sed si bona fide agatur, sic. argum. ff. de iureiu. l. eum, qui. §. in popularibus. Et ad illud argum. de ordinario & extraordinario, responde quòd vbi extraordinarium tendit ad coadiuuandum ordinarium, & ad eundem finem, non cessat vnum propter aliud, ut no. ff. de rei uend.l. prima.§. per hanc.& hoc quantum ad ordinem: sed quantum ad processum debet procedi super uno. Vnde iudex debet hic eligere alteram uiam: nisi quatenus plus esset in accusatione, quàm in inquisitione: quia tunc posset simul prosequi utrunque. arg. ff. de ac. & obl. l. qui seruum. Practicam serua: quòd si plenior sit accusatio, super alia tantum procedatur & pronunciabitur non esse procedendum super inquisitione. Acta tamen publica ualent in sequenti iudicio, scilicet si fuerit receptus super crimine: secus si super fama: ut infrà eod. §. penultimo & uide infrà de inquisi. §. ex probationibus. argu. C. de re iudi. l. gesta. sed attestationes non publicata in inquisitione recepta, non ualent in accusatione. Item noua dilationes dantur, quia est noua instantia. Et hoc coram eodem iudice. nam coram diuersis, melior est conditio preuenientis. Vide infrà de inquisi.§.quidam.& §. pe.et infra, eo.§. ex probationibus.
Et an absolutus per inquisitionem possit accusari: dic quòd sic ab eo, qui prosequitur suam uel suorum iniuriam, si docet ignorantiam uel collusionem: aliàs non. nec iudex debet prosequi suorum iniuriam: quia in causa suorum non posset iudicare: ut not. ff. de iniur. l. lex Cornelia. in princip. Et in priuatis criminibus non habet locum inquisitio de iure communi: quia iudex non repraesentat personam priuatam offensam, sed publicam: & illud ius est priuatum, non publicum: ideo à persona publica non potest exerceri. De hoc not. Gan. ad practicam in

suo opere in ti. qui possunt accusare. & ibi uideas. Bal.

Ad mortem nemo potest ex indicijs condemnari, nec sententia mortis ferri ex indubitatis indicijs, secundum quosdam: ut no. Gan. in ti. de prasum. in fi. Aliter sentit Dy. in l. 2. ff. de excu. tut. Istud tamen certum est, quòd tortura fieri potest etiam ex uno indicio indubitato, uel multum uerisimili. ut no. G. in tit. ex quo tempore possit fama incipere. & locus à communiter accidentibus inducit indicium indubitatum: ut si uolo probare aliquam esse meretricem, eo quòd passim admittebat iuuenes ad se. C. de proba. l. neque. per Gul. & Ia. Vide Bart. in l. fi. C. de proba. & infra eo. §. sententia condemnatoria non potest. uersic. in causis. & infrà eo. tit. proxi. §. confessio in tormentis. Titius fuit confessus se occidisse quendam hominem, cuius nomen ignoratur, & ipsum proiecisse in mare: unde corpus apparere non potest: quaritur an ex hoc Titius debeat condemnari? Et uidetur quòd non: nam liquere debet de corpore interfecto. aliàs non potest prasumi factum ab aliquo, si ipsum factum in se est incertum. ff. ad Sylla. l. 1. §. ibidem.

Item ista confessio est multùm uaga & incerta, & in genere: ergo non ualet. ff. de confes. l. certum. So. Si non apparet aliquo modo de mortuo, non debet ferri condemnatio. Sed si per famam probaretur mors, licet corpus inspici non posset, uel quia in sepulcro resolutum, uel in flumen proiectum: tunc stabitur confessioni. argum. ad hoc, quia mors potest probari per famam. C. solu. matri. l. si quidem. & uide Gan. in titu. qui ad prasumpt. fama. & in titu. de prasumptio. Bald.

Exceptio banni est exceptio rei iudicata, si bannitus potest impunè offendi: & ideo impeditur processus, secundum Gand. in tit. utrum procurator in maleficijs. multi. col. De hoc dic ut no. C. de accu. l. reos. per Cy. Pendente tempore appellandi, bannitus potest impunè offendi: & non impeditur processus secundum Gan. in titu. de bannitis pro maleficio. quod est falsum: quia interim non debet aliquid innouari. & facit quod not. ff. de accu. l. ex indiciorum. per gloss. & Dy. Nam si interim moritur, expirat sententia ac si esset appellatum. unde sententia non potest patrocinari occisori. uide suprà eo. §. sententia qua non ualet.

Sententia lata ex uno statuto, potest suppleri mediante processu nouo ex alio statuto ratione qualitatis: ut not. in quastionibus statutis per Gan. in l. senatus. de accusa. per Bart. Et ista consuluit collegium Perusinum Assisij contra scholares: ex quo consilio hac ciuitas perdit Assisium. Sed Iac. But. consuluit contrarium. Sententia lata ex inquisitione formata per Potestatem Perusinum de delicto commisso per subditum extra territorium, quaritur an ualeat? Et uidetur quòd non: quia in hoc non est iudex competens: ut no. Gan. in fin. sui operis, secundum Odof. Sed Cy. disputauit contrarium: quia non proceditur ratione fortiti fori, occasione delicti tantùm: sed quia subditus. argu. ff. de decre. ab ord. fa. l. fi. maximè si inquisitio fiat in casu permisso iure communi. Idem tamen si à iure municipali: quia inspicitur statutũ iudicis, in modo procedendi: quia modus procedendi est ad ordinem iudicij: non ad decisionem litis secundum Bar. & aliàs in l. cunctos populos. C. de sum. tri. Sed contra hoc est: quia posse inquirere, est ad diffinitiuam causa inquisitionis: sic habere uel non habere actionem uel officiũ iudicis principale. & Io. And. in addi. Spec. tenet quòd non procedat inquisitio uia statuti. no. Bal.

Sententia aliquando fertur per legem: & tunc non desiderat causa cognitionem, sed ueram existentiam terminorum: ut no. ff. de capi. di. l. amissione. §. qui deficiunt. Nam lex certa est. ff. de condi. ob cau. l. si pecunia. §. si seruum. iudex tamen non debet exequi, nisi causa liquidata. ff. de iure fis. l. eius, qui delatorem. & in legibus & statutis ultima sententia ualet: quia potest statutum reuocari, nisi statutum transiuerit in contractum. Nã tunc distinguitur: aut contractus respicit publicã utilitatem: & potest reuocari per statuentes. Aut priuatam: & tunc non. Aut mistam & publicam & priuatam, ut in medico & doctore conducto: & tunc ex causa superuenienti potest reuocari: sed absque causa, non. ff de decre. ab or. fa. l. quod semel. per G & Bar. & in quastio. sta. per Gand. Si uerò transiuerit in sententiam diffinitiuam in dictis, tunc reuocari non potest. C. sent. rescin. non pos. l. finali. uide quod no. C. de testa. auth. hoc inter liberos.

Sententia condemnatoria in criminali, non potest ferri, eo quòd reus nolit se repraesentare ad tormenta suscipienda. ff. de quastionibus. l. penult. Sed tamen debet mulctari ipse & fideiussores sui, & pro motu iudicis condemnari de contumacia, non de crimine. ff. de custo. reo. l. si quis reum. Nam in criminali ex contumacia, nemo habetur pro confesso. l. prima ff. de requi. re. Bald. & hoc de iure communi. Sed in Italia per statuta literatum,

tetarum, communiter aliter prouidetur: quæ statuta ualent: ut l. omnes populi. per Bal. Sententia condemnatoria, non potest ferri ex sola fama nec in ciuili, nec in criminali: sed ex fama & uno teste de ueritate potest ferri in ciuili: sed non in criminali, præsertim ubi de hominis salute certatur: quia fama in criminali non est species probationis. Nam & fama inducit suspicionem, sed suspicio non probat in criminali. ff. de pœnis. l. absentem. Et hoc tenent practici, apud quos ratio experimento confirmatur: ut tenet Gand. in titu. qui ad proba. famæ. & Fran. Accur. Et interdum fama ueritati probatæ consentit: & tunc confirmat, & præualere facit contraria probationi: ut ff. de test. l. 3. §. idem diuus. ff. de quæstio. l. minor. §. tormenta. Interdum certum est, quòd dissentit ueritati: & tunc falsa fama nil operatur: nisi quia interdum errantem excusat. ff. de adul. l. miles. §. penul. ff. de acquir. here. l. cum quidam. §. quod dicitur. Nam fama est potius coniectura, quàm probatio: & in rebus certis non est coniecturæ locus. ff. de uerbo. obli. l. continuus. §. cum ita. Interdum dubitatur, an fama cum ueritate concordet uel discordet: & tunc pro fama quæ est apud bonos & graues præsumitur: tamen illa est præsumptio hominis, & non legis: & ideo non est species probationis: sed dat exordium & materiam inuestigandi & inquirendi ueritatẽ. C. de offi. rec. prouin. l. iustissimos. & sic est efficax ad ordinationem iudicij, non ad decisionem in causis criminalib. Fama, quæ etiam alijs coniecturis iuuatur, ualet ad tormẽta in criminalibus grauib. Quidam tenent quòd etiam fama non faciat semiplenam probationem, & ideo non probet cum uno teste de ueritate: quia sunt duæ species dissimiles, quæ non faciunt unam speciem perfectam, secundum Oldr. & Bart. in l. 2. §. ætas. ff. de excu. tut. Dy. & Accur. contra tenent: quia non agitur de inducendo de nouo, sed de probando. et no. Bar. uide infrà, de noto. cri. §. item fama. & supra eo. §. ad mortẽ. Illud nota, quòd testis qui super articulo de ueritate dixit se nihil scire: intelligitur, dixisse, s. de ueritate, de qua erat interrogatus. ar. ff. de inter. ac. l. si defensor. §. 1. et nõ de credulitate, i. fama, de qua nõ fiebat interrogatio: et ideo postea deponẽdo super fama, refertur etiam ad articulos non probatos: ut no. Spec. in ti. de no. cri. §. fama. in fin. & Gand. in ti. qui ad proba. famæ. quod est no. Bal. Illud ẽt nota, quando refert testis super fama, reddat hanc rationem: quia audiuit publicè dici: & tunc probat fama. Nam intelligitur publicè, i. publica fama. arg. ff. de re iud. l. quoties idem sermo. Secus si dixit palam, uel à pluribus, secundum Fran. Accur. Alij dicunt quòd aequiuocatio testis non probatur, sicut nec dictũ æquiuocatum. extra de proba. c. in præsentia. Sed hæc dictio est æquiuocata: quia unus potuit publicè dicere, ut saluaretur dictum testis à uitio falsitatis: ergo non probat. Bal. Illud etiam nota, quòd super fama ad inquirendum, receptæ attestationes non ualent in iudicio subsequenti: sed demũ testes recipiendi sunt: quia non fuerunt recepti in figura iudicij. sicut no. in simili de bo. pos. l. 3. §. pen. & C. quo. bo. l. 1. & arg. extra de testib. c. ueniens. lo. 2. cum si. Vide supra eo. §. iudex formauit. Colonus potest expelli à fisco, cui bona sunt confiscata, nec potest resistere. ff. locati. l. si fundus. B.

a De executione sententiæ. a Rubrica.



QVONIAM non sufficit sententiam ferri, nisi & ipsa executioni mandetur, ut extra de re iudic. cum aliquibus. & probatur in ipsa rubrica, dum primò dicit, de sententia: & postmodum subijcit, de re iud. quod executionem respicit: ut ff. de constit. pe. promissor Stichi. §. constitutio. ideo postquàm de sententia diximus, aliqua de eius executione dicamus: Ostendentes quæ sententia sit executioni mandanda. Et à quibus. Et in quibus rebus. Et qualiter. Et post quod tempus. Qualiter, & quo iure executio petatur. Et qualiter impediatur. b

ADDITIO.

a Tancredus posuit hanc rubricam post illas suas, de quibus dixi in proxima. Io. de Deo. li. ind. parte 1. 2. & 3. de hoc tract. Rof. de utroque Vber. et Nepos, de Monte al. vide suprà rubrica. Alb. Gal. posuit rubricam de executoribus sentẽtiarũ. Gui. de Suza. ponit 4. rubricas: primò de execu. rei iudi. secundò, an detur tunc libellus. tertiò, qui exequi possint. quartò, de exceptionibus quæ executionem impediunt. De secundo & quarto uide quod dicam infrà de lib. conce. §. nunc dicendum. super uersi. 25. ubi dubitari circa duos habentes iurisdictionem causarum criminalium in solidum in certo loco, quorum alter solus habens executionem, propter id nolebat furcas erigere, an id posset altero resistente? Et fuit terminatũ quòd posset, & maxime per l. si ita. §. 1. ff. de usu. & ha. Non obstat l. Sabinus. ff. communi diui. & regula, in re cõmuni. li. 6. quia hic ponitur quòd executio non erat cõmunis: ergo eius solius est execu-

rio: licet exigeret rei signatæ signum. Facit ff. de offic. præfec. præt. Affri. l. nomine domini. ibi: sicut ex clausuris, &c. & C. de athle. l. unica libro 10. ff ad l. Cor. de fal. l. eos. & de iure annu. au. per totum. & simile extra ut lite. pen. cap. primo & cle. de priui. cap. 2. Repellendus est ergo socius, qui nullam iustam habet contradictionis causam. C. de edi. di. Adri. l. fin. Protestari tamen poterit, quòd per id nullum suo iuri, quod habet in cognoscendo, fiat præiudicium. Facit extra de re iu. sub orta. ante fi. & de capel. mo. c. 2. ad fi. Ad idem ff. de testa. tu. l. idem fiat. delibe. exhi. l. 3. §. pe. & de aqua quot. & æsti. l. pe. Sed quid si ille non habet ibi solum proprium, uel ad hoc aptum? Videtur quòd cogi potest habens locum ad id aptum, ut illum uendat: cum in executione harum, publica et priuata uersetur utilitas. De prima patet quòd publicè interest maleficia puniri. de sen. exc. ut fama. & ibi cum concor. in gl. 4. Illius autem est homines terrere, ne illa committant: & sic ante tempus occurrere. C. quando lic. uni. sine iud. se uindica. l. prima. Propter quam causam interdum exacerbantur pœnæ. ff. de pœ. aut facta. in fin. Quia uerò excusationes pœnarum actu transeuntes facilè à memoria decidunt, per industriam est inuentum illas erigi ad pœnarum memoriam, sicut ad terrorem: prout de monumentis dicitur. ff de condi. inst. quidam in suo. Visus etiam fortius imprimit, quàm auditus. Insti. de gradi. in fi. Et de his uide priu. arboris. De secũda patet: quia ad solatium passorum damna, uel hæredum interemptorum id pertinet. & patet in utraque ff. de pœ. capitalium. §. famosos. & sunt quasi cuiusdam edicti propositio ad delicta terrendã. ff. de ua. & extraor. cri. l. sacularij. §. sunt quidam. Is autem, cui competit dispositio finis, habet disponere quæ pertinent ad finem. de offic. dele. c. 1. ubi concor. in ul. glo. & ff. de re mil. l. officium regentis. de sen. excom. permittimus. & eo. tit. quoniã. lib. 6. Per quod concluditur, quòd deficientis iudicij loco, quo sine alterius incommodo poni possint, poterit habens locum commodè compelli ad uendendum propter publicam utilitatem, de qua ff. ne quid in lo. pu. l. 1. §. sunt qui putant. de reli. & sump. fu. l. si quis sepulchrũ. ad Syl. l. lege Cor. quemadmodũ ser. amit. si locus. C. in quibus cau. ser. pro præ. li. accu. l. 2.

ADDE *quòd hæc quæ fuit inter Regem Maioricarum, & abbatem Anuamæ. & super ea consultus Oldr. respondit ut eius consi. 161. inci. thema tale est: cum materia quæstionum inter Regẽ Maioricarum, &c. uide etiam eius consi. 6. incip. quæstio talis, duo homines.*

b *Impediatur. Tria prima membra & quintum fuerunt Tan. Host. in Sum. de re iudi. §. ulti. coniunxit quinque membra.*

SUMMARIUM.

Sententia executioni mandanda quæ sit.

1 *Sententia non est executioni mandanda, ubi appellatio fuerit interposita: & si factum fuerit: appellanti fieri debebit restitutio.*

2 *Appellans à sententia, semper est admittendus, etiam si sine causa illam interponat appellationem.*

3 *Appellatione pendente, nil est in iudicio innouandum.*

4 *Sententia excommunicationis, secum trahit suã executionem: & ubique excommunicato, sua deneganda sunt beneficia.*

5 *Prælati sententia tenet, quandiu toleratur.*
Prælatus potest excommunicatum spoliare beneficijs, quæ sub ipso habet.

6 *Excommunicato beneficijs spoliato, an & quo pacto possint clerici, ad quem spectat electio, alium eligere.*

EST autem illa sententia executioni mandanda, quæ de iure ualet, & tenet, & quæ non est per appellationem uel restitutionis petitionem suspensa. C. de executione rei iudic. lege prima. & l. si ut proponis. & l. fina. ff. de re iudic. si cum nulla. C. de in integr. resti. postu. ne quid noui fiat. lege prima. ff. ad Turpil. l. prima §. fin. Alioquin differri debet, donec appellationis uel restitutionis quæstio decidatur. extra de officio delegati. c. pastoralis. §. præterea. & §. fi. Si uerò suspensa fuerit per supplicationem, executioni mandabitur: sed uictor satisdabit de eo quod obtinuerit, restituendo, si contingat priorem sententiam retractari. C. de preci. Impera. offe. authenti. quæ supplicatio. Sed & si postulata in integrum restitutione, & obtenta, pendente causa præsumptio sit quòd malitiosè postulata fuerit: mandabitur executioni sententia sub præmissa cautione: ut extra de in integrum restitutio. suscitata.
1 † Quod autem dixi, appellatione interposita non esse sententiam executioni mandandam: uerum est: & si factum fuerit, possessio restituenda est appellanti: & reuocabitur quicquid factum est, etiam prius, quàm de meritis appellationis discutiatur: ut extra de iureiurand. uenientes. in fin. & in præ. §. præterea. & extra de appella. dilecti. & in authentic. ut nulli iu. cir-

iu. circa princip. & secunda quæstione; sexta appel-
latione. Et hoc dicunt quidam uerum esse, cum
appellatur à sententia ordinarij, uel etiam dele-
gati, cui commissa est causa sine remotione ap-
pellationis: ut in præ. concordan. Secus si sit cau-
sa appellatione remota commissa: quia tunc ap-
pellatio non impedit executionem sententiæ ta-
lis delegati: ut in §. præ. ubi quæritur, an com-
misio obtenta super causa appellationis interpo-
sitæ à sententia eius qui datus erat appellatione re
mota, impediat sententiæ executionem. Fru-
stra igitur hoc quæritur, si eam sola appellatio
impediret. In eo. §. etiam dicitur, quòd eo ipso
quod Papa causam appellationis committit, re-
uocat iurisdictionem prioris iudicis: ut interim
executio sententiæ suspendatur. Ergo à contra-
rio prius quàm fiat commisio, primus iudex po-
test sua iurisdictione sententiam exequi. Ad idem
facit eodem titulo, super eo. in fin. ibi: non il-
lis, sed partibus appellationis remedium est su-
blatum; hoc est dicere quòd propter partium ap-
pellationes iudex non dimittet sententiam exe-
qui: cum eis fuerit appellatio interdicta. Ad idem
facit extra de appellat. pastoralis. Ideoque non
reuocabitur, quod post talem appellationem fa-
ctum erit, donec de appellatione sit cognitum.
extra de dilati. cap. primo. secundum G. Na. &
P. de Samp. Sed contra extra de officio delegati.
cum causam, quæ uertitur. & cap. cum olim. in
quibus non fuit remota appellatio: & tamen non
tractatur sine causæ cognitione: quod fit post ap-
pellationem. Dicit G. Na. quòd ibi causa fuerat
appellatione remota, commissa: & remotio ap-
pellationis operatur, ut non retractetur sine cau-
sæ cognitione: quod fit post appellationem. Tu
dic quòd remotio appellationis quo ad hoc ni-
hil operatur, quod fit post. argumen. extra de
offic. ordi. licet. ubi appellatio recipitur, licet
fuerit inhibita, & de appellat. ut debitus. ubi de
hoc. Vnde dicit quòd aut appellatur à diffiniti-
ua: & tunc statim reuocatur quicquid fit à quo-
cunque iudice, appellatione pendente: ut in pri-
mis concordan. Nec credo, salua prædictorum
reuerentia, quòd tunc remotio appellationis quic
quam operetur: ut infrà titulo proximo. §. qui-
bus prope fin. ibi: Ego dico. Sed hoc fit ex uirtu-
te & beneficio appellationis emissæ. Aut ab in-
terlocutoria: & tunc secus: quia præsumitur pro
processu: ut extra de appellat. cum in ecclesia.
Vnde non reuocatur sine causæ cognitione, quod
fit post appellationem ab ea interposita: ut in
prædictis contrarijs. & extra de libell. obla. cap.
secundo & tertio cum multis similibus. Et est ra-
tio: quia possibile est quòd appellatio sit nulla
uel iniusta, nec admittenda: ut extra de appell.
cordi. §. quòd si appellator. & cap. Romana. §.
a si uerò. & §. quod si. & §. si autem. [a] † Quando
autem appellatur à sententia, semper est admit-
tenda appellatio, qualiscunque sit, etiam si si-
ne causa interponatur: ut in præd. cap. Romana.
§. cum autem. à contrario sensu. Item, quia
maius præiudicium fit, si diffinitiua executioni
mandetur: quasi post appellationem ab interlo-
cutoria aliquid innouetur. Alij autem aliter di-
cere consueuerunt, super decret. de conflit. cum
M. in fin. & iunge quod est infrà de appella. §.
nouissime. & §. in quibus. uersiculo, uerum
3 quia. & seq. † Sed pone, [b] agebam contra te
b simul petitorio & possessorio: lata est sententia
pro me in possessorio, pro te autem in petitorio:
appellaui à sententia lata contra me: tu uerò non
appellasti à sententia contra te lata pro me. un-
de peto illam executioni mandari: cum in rem
transiuerit iudicatam: tu excipis per decret. de
causa possess. & proprie. cum dilectus. quòd exe-
cutio debet in petitorio præualere. ego replico,
quòd in petitorio non debet executioni manda-
ri: quia appellatione pendente nil est innouan-
dum. extra de appella. dilecto. & de iureiuran.
uenienter. in fi. quæritur quid iuris? Respond.
distingue secundum Odof. quia aut sententia su-
per petitorio fuit lata pro aduersario meo, ideo
quia ego non probaui me dominum, per regu-
lam illam, actore non probante, &c. tunc talis
sententia non tribuit ius aduersario meo: unde be
ne potest sententia super possessorio pro me lata,
executioni mandari: quia non sequitur, absolu-
tus est, quia ego non probaui: ergo est sua: quia
contrarium potest esse uerum. argumen. extra
de rescripr. olim. prope fin. Aut ideo, quia ille
dominum probauit: quia forte assumpsit in se
onus probandi: licet esset reus. ff. de probatio.
circa. & tunc non est exequenda, quia ex quo
pronunciatum est rem suam esse, per consequens
pronunciatum est non esse meam. ff. de procura.
Pomponius. §. sed & is. unde obstat mihi ex-
ceptio doli: quia peto quod restituturus sum. ff.
de excep. doli. l. dolo. & in hoc casu loquitur præd.
decre. cum dilectus. Et prædicta distinctio proba-
tur ff. de iureiuran. sed & si possessori. respond. r.
ubi dicitur quòd si detuli iusiurandum alicui, qui
iurat rem suam esse: quòd postea res perueniat ad
me, audietur excipiens. Si uerò iurauit rem meam
non esse: & postea res ad me perueniat, non au-
dietur: quia non iurauit suam esse. Sic extra de
causa posses. cum ecclesia. in fine. ubi canonici
obtinuerunt, non solum ex eo quòd clerici non
probauerunt plene suam intentionem: sed quia
ipsi fundauerunt intentionem suam de iure com-
muni, scillicet electionem regulariter ad canoni-
† cos pertinere. † Item sententia excommunica-
4 tionis secum trahit suam executionem: & ubi-
que excommunicato sua beneficia denegantur:
ut extra de appellat. pastoralis. Mandatur ta-
men quodam modo executioni, quando pu-
blicatur: uel etiam aggrauatur. quòd dic ut
supra titulo proximo. §. ut autem. uersiculo
uerum quia. & seq. Item etiam aliæ sententiæ
statim quosdam sortiuntur effectus. Si enim in ea
talis infligitur pœna quæ adimat libertatem: ul-
terius eius testamentum non ualet: nec etiam ex
testamento capiet. ff. de leg. tertio l. prima §. de-
portatus. ff. de pœnis. qui uel. §. quod ad. ex
tra de hæred. excommunicatus. §. credentes.
5 † Secus tamen est in his, quæ ratione officij agit:
puta si est prælatus, & sententiam fert. tenet

enim ſententia quandiu toleratur 8. q. 4. nonne. 3. q. 7. §. tria. prope princip. extra de cohab. cle. & mu. noſtra. 19. diſtinct. ſerui. ff. de offic. prætor. l. Barbarius. niſi forte lata eſſet in eum ſententia depoſitionis, uel ſpoliatus eſſet inſignijs dignitatis: ut infrà de accu. §. 2. uerſicu. & nota quòd. & ſeq. tunc enim ſententia à tali prælato lata, non tenet. ff. de his. qui not. infa. l. 2. §. igitur. ff. de iudi. cum prætor. Ex quo autem ſententia lata eſt contra aliquem, de aliquo crimine: prælatus poteſt illum ſpoliare beneficijs, quæ ſub ipſo habet: eo tamen prius uocato: & ſuper hoc ſententia contra eum, tanquam ſuper notorio, uidetur
6 lata. † Clerici tamen ad quos ſpectat electio, non eligent alium ſine ſuperioris licentia: uel niſi eo prius amoto per ſententiam depoſitionis, ſeu perpetuæ amotionis. Hoc proſequere ſecundum Papam prouenot. extra de accu. qualiter 2. in gloſſ. quando igitur. prope fin.

ADDITIO.

a §. *ſi autem. lib. 6.*

b *Sed pone. Super finem ponitur hic iſte uer. qui habebatur ſupra de pet. & po. §. 1. uer. quid ſi is. ut ibi dixi.*

c *Prope finem. Mihi incipit 2. q. 7. uerſ. incipit, credimus tamen.*

SVMMARIVM.

Sententia à quibus poſſit executioni mandari.

1 *Delegati patriarcharum archiepiſcoporum, epiſcoporum, & aliorum minorum iudicum: & ſubdelegati à delegatis principis, an poſſint in poſſeſſionem mittere.*

Ordinarius uel delegatus à principe cauſam alteri committens, quibus uerbis uti debeat.

2 *Delegatus ſimpliciter ſeu totaliter uices ſuas committens, ſententiam exequi non poteſt, cum nil ſibi retinuerit.*

3 *Delegatus à Principe, an & intra quantum tempus poſſit ſuam ſententiam exequi.*

4 *Iudex ſecularis, an exequi poſſit ſententiam eccleſiaſtici.*

5 *Executio multipliciter diuiditur.*

6 *Executor merus an poſſit bene cognoſcere de precum ueritate, in quibus ei demandatur executio.*

Mera executio, implicitam habet cognitionem.

7 *Appellatio ab executore, an impediat poſſit, quin minus exequatur.*

8 *Executio ſententiæ an in totum per appellationem ſuſpendatur.*

9 *Appellans ab executione ſententiæ, an debeat dicere cauſam quare appellat.*

10 *Iudice appellationis confirmante ſententiam à priori iudice latam, cuius erit eam exequi.*

11 *Appellatione facta ab interlocutoria, ſi iudex appellationis pronunciat male appellatum, remittens appellantem condemnatum ad primum iudicem, quis exequetur hanc condemnationem.*

12 *Sententia doctoris cognitionem cauſarum habentis, per quem executioni mandabitur.*

13 *Condemnatus in una prouincia, an cogi poſſit in eadem ſatisfacere.*

14 *Sententiæ executionem petens à proferente, eius officium dicitur implorare.*

Executor eſſe deſinit, qui partes iudicis interponit.

15 *Iudices in cauſis criminalibus, per quos ſuas ſententias exequi debeant.*

16 *Executor ſententiæ dubitans de mandato, non tenetur exequi quod mandatur, donec certus fiat.*

NVNC dicendum eſt à quibus mandatur ſententia executioni. a Et certe à iudicibus ordinarijs: ſiue ipſi iudicauerint, ſiue delegati ab eis, ſiue etiam arbitri compromiſſarij, ſi ipſorum arbitrorum ſententia confirmata ſit expreſſo partium conſenſu uel tacito, ſcilicet dierum decem lapſu, ubi compromiſſum non fuit aliqua pœna uallatum. Hoc probatur extra de fo. compet. ſi quis contra 2. q. 6. quiſquis. ff. de re iudi. à diuo Pio. reſpon. 1. & §. ſententiam. C. de arbi. l. pe. C. de iudi. properandum. §. ſin
1 autem reus. † Quoniam delegati patriarcharum, archiepiſcop. epiſcoporum, & aliorum minorum iudicum, & ſubdelegati à delegatis principis, in poſſeſſionem mittere non poſſunt: ut ff. de iur. omn. iudi. debere. quare ordinarius delegans, in cuius iuriſdictione eſt res perita, uel alia bona condemnati, debet ſententiam executioni mandare: ut extra de fo. compe. ſane ſi epiſcopi. & c. poſtulaſti. C. de prædi. mi. ſi prædium. ff. de cenſi. forma.
b ſecundum Tanc. b Io. tamen & Bar. & alij dicunt quòd delegatus ab ordinario, poteſt ſententiam ſuam exequi. Innoc. Papa 4. not. extra de offic. ordi. cum ab eccleſiarum. quòd quilibet iudex ſiue ſit ordinarius, ſiue delegatus à quocunque, ſiue ſubdeleg. pōt exequi ſuam ſententiam per iuriſdictionem quā habet. Ipſe quoque not. ex. de uer. ſig. dilecto. quòd ēt miſſionem in poſſ. ex primo decret. & etiam ex ſecundo, tam in perſonali quam in reali actione, poteſt facere ſolum delegatus à principe: ut C. quomodo & quando iudi. in auth. qui ſemel. & l. conſentaneum. 1. uer. hoc autem uerum etiam delegatus à quolibet alio. Alij dicunt

cunt quòd delegatus ab ordinario, seu ab alio quàm à principe, decernere & pronunciare potest de mittendo in pos. sed dare pos. corporalem non potest: ut in authen. collat. 5. de eadi. & intro. reis. §. si uerò etiam quidem. imò ordinarius delegans, ipsam dabit: ut ff. de dam. infe. l. quarta §. duas. extra de foro compe. Romana. §. contra
c hentes. [c] De hoc ant. supra de 1. & 2. decre. & §. restat. & §. nunc uideamus. supra de iudi. deleg. §. sequitur. uer. potest etiam. & in præ. c. si quis cōtra. & de offic. deleg. ex literis. & c. significasti. & c. seq. & in præ. c. quisquis. & 11. q. 1. peruenit. & ff. de re iudi. à diuo. Sed, ut sub tuto procedatur, con
d sulo [d] quòd ordinarius uel delegatus à principe causam alij committens, sic dicat.

FORMA. Talem causam, & eius executionem, tibi committo. & tunc poterit ille exequi, ex quo
2 sibi fuerit demandatum. † Quid si delegatus simpliciter, seu totaliter, commisit uices suas, sic ipse non potest exequi, cum sibi nil retinuerit. extra de offi. deleg. uenerabilis. ordinarius autem
e non uult exequi. Dicit Io. de Deo, [e] & hoc casu poterit ipsemet exequi: & si hoc non potest, denunciet illud iudici seculari: ut infra eodem §.
3 uer. sed pone. 2. ibi: sed illud, &c. † Hoc autem certum est, quòd delegatus à principe potest suā sententiam per se uel per ordinarium, si maluerit, exequi intra annum: ut in præ. c. ex literis. ubi de hoc. & c. significasti. & c. seq. & de do. & contu. c. 1. de offic. or. pastoralis. §. præterea. & de eo qui mit. in pos. cau. rei seruandæ. c. 2. & 3. Potest etiam missum defendere: ut de 1. & 2. decre. §. iam de effectu. uer. & nota quòd si ordinarius certus est de illius iurisdictione, tenetur ad mandatum eius exequi, etiam si sciat eam contra ius litigatoris latam esse: ut eodem tit. pastoralis. §. quòd uerò. & eodem tit. si quando. & c. cum te. ff. de iudi. si prætor. Poterit tamen delegato dicere quòd læsam habet conscientiam, & rogare, ne ipsam cogat exequi, alioquin appellet. extra de appel. de priore. & not. extra de offic. deleg. si quando. si uerò dubitat, non tenetur exequi, nisi certus fiat: ut eodem titulo. cum in iure. C. de mand. princip. l. unica. extra de rescript. cum contingat. Si autem sciat eam nullam, puta latam à non suo iudice, uel per falsas literas, uel alio modo, ut dixi supra titulo proximo. §. si. tunc eam exequi non tenetur. extra de cri. fal. super eo. C. si ex fal. instrum. l. iudicati. & in præd. l. si prætor. C. de cond. can. da. l. 2. Sed nunquid mittet in pos. rerū, quæ non sunt suæ iurisdi. De hoc in præ. §. restat.
f [f] † Hoc etiam nota quòd iudex secularis exequi-
4 tur sententiam ecclesiastici, & econtra. quod dic prout not. secundum Papam extra de offi. ord. cap. primo. Quid si mandetur alicui, quòd mihi det possessionem amoto inde quolibet illicito detentore? Dicunt quidam quòd ille non habet iurisdict. nisi super notorijs illicitis. argum. extra
g de offic. delega. statuimus. [g] Alij probabilius dicunt, quòd procedet super non notorijs, iuris ordine obseruato. De hoc secūdū Papam extra
h de priuileg. cum olim propter. [h] † Ut autē in hac
5 materia plenius instruaris, nota quòd executio alia mera, alia mista, quæ prosequere ut not. in præ. cap. pastoralis. §. quia uero. & secunda quæstione feata §. sunt etiam, quorum. uersiculo, ab executore. & uigesimaquinta quæstione secunda, si non cognitio. Tu tamen ultra illa, quæ ibi not. circa hoc sic distingue: Nam sententia aut est nulla, aut est iniusta, aut annullanda. Si sententia est nulla, ut dixi supra uersiculo si autem. & hoc coram mero executore opponitur, non cognoscit ipse de hoc: imò supersedebit executioni referendo negotium superiori. extra de re iudi. de cætero. & in præ. c. si quando. Talis enim sententia non est in re exequenda: ut in præ. l. si prætor. extra de re iudic. super eo. uigesimaquinta quæstione secunda si non cognitio. Si uerò est iniusta, id est, contra ius litigatoris lata, ex odio uel per imprudentiam iudicis, & similia: ut extra de re iudi. cum inter nos. & de empt. & uend. cap. fin. & hoc coram executore opponitur: non reuocabit sententiam, nec de ea cognoscet: quia non est cognitor, sed executor: ut in præ. §. quia uerò. imò eam exequetur. In executione enim non quæritur, an sit iuste pronunciatum, necne. C. de iudi. liber. l. prima ff. de iudi. si prætor. & C. de execut. rei iudi. si ut proponis. Cæterum si sit annullanda, puta quia lata est contra contumacem, postea probantem iustam causam absentiæ: quo casu ordinarius debet illum in integrum restituere: ut extra de re iudi. cum Bertholdus. Delegatus uerò hoc non potest post sententiam latam: cum sit functus officio suo: ut ff. de re iudi. iudex. & extra de offic. delega. in literis. Si quidem hoc coram executore proponitur, aut ille, qui sententiam exequitur, est maior illo, qui sententiam tulit: ut si Archiepiscopus tulit sententiam, & Episcopus, qui iure ordinario ad hoc tenetur, illam exequitur: & tunc executor potest reuocare, quod reuocandum fuerit iure ordinariæ potestatis: ut in præd. l. si prætor. §. Marcellus. Aut est minor: & tunc non potest reuocare, nec cognoscere, sed tantum exequi tenetur: quia minor magistratus non potest cognoscere de sententia lata à maiori. ff. de mino. minor. Et hac etiam ratione, ordinarius non potest cognoscere de sententia delegati à Principe, quam illius iussu exequitur, uel etiam eam reuocare, cum delegatus maior sit eo. extra de offic. delega. cap. sane. & in prædicto. §. quia uerò. secundum P.
6 de Samp. † In summa etiam not. secundum Vincen. quod merus executor bene potest cognoscere de ueritate precum, in quibus ei executio demandatur: ut uigesimasecunda quæstione secunda, & si non cognitio. Mera enim executio habet implicitam cognitionem: ut ibi probatur. Sed utrum sententia iusta? de hoc non cognoscet: quia non cognitio, sed executio sibi deman-
i datur: ut in prædic. §. quia uerò. [i] Tu uerò dic.
7 ut supra. † Quid [k] si ab executore appellatur?
k Respond. non ideo minus sententiam exequetur: quia ab eo non appellatur, nisi in casibus, quos dic ut infra de appell. §. secundo uersiculo quinto puta cum excedit modum in exequendo. quod fit, si præcepit fieri missionem in possessione ma-

gnæ rei, cum sufficeret in modica fieri: uel si in
maiori quantitate, quàm sententia continet: uel
si ante tempus exequatur, scilicet ante quadri-
mestre tempus: ut C. de appell. si quis pronoca-
tione. quæ prosequere ut not. C. quorum appell.
non reci. ab executore. Quòd si appellatum sit ab
executore, eo casu, quo fieri potest, executio
suspensa est: & appellatione recepta, si res sit mo
bilis, possessori auferetur, & sequestratur ei dan-
da, qui in causa appellationis obtinebit. Si immo
bilis, fructus rei percepit, uel natos tempore
emissæ appellationis, similiter sequestratur, re-
ipsa penes appellantem remanente: ut in ea. le-
8 ge. † Sed nunquid in totum executio suspenditur
per appellationem: an id solum, in quo modus
exceditur? Videtur per præd. l. quòd in totum.
quæ generaliter & indistincte loquitur. & ar. ad
hoc extra de app. ad hæc. Si in una? Respond. dic
quòd si in appellatione exprimitur id, in quo ex-
cedere dicitur: tunc in eo solo executio suspendi-
tur: & in alio exequi potest. Si uerò dicatur ge-
neraliter, appello, quia modum excessistis, nec
dicitur in quo: tunc ratione incertitudinis in to-
9 tum suspenditur. † Hinc est, quòd appellans ab
executione debet dicere causam, quare appellat
secundum Vber. sicut & iudex debet dicere cau-
sam, quare appellationem non recipit. ff. de app.
l reci. sciendum. extra de appel. cordi. [l] Cum ergo
appellatio fit ab executione generaliter prohibi-
ta, debet causa exprimi, cur ab ea appellatur. ar-
gumen. ff. de transact. cum hi. §. causæ. ff. de
collusi. l. prima secundum Vber. Sed hoc non ha-
bet dubitationem: quia semper causa rationabi-
lis est exprimenda, ubi à diffinitiua non appella-
10 tur. extra de appell. ut debitus. & c. cordi. † Sed
pono quòd iudex appellationis confirmat senten-
m tiam [m] à priori iudice latam: quæritur quis eam
exequetur? Dicunt quidam ut Lanr. quòd pri-
mus. ar. extra de offic. deleg. insinuante. in fin.
n & c. pastoralis. §. præterea. Tan. [n] Io. B. Vin. & Pa-
pa dicunt quòd tantum secundus. C. de episco. au-
di. si quis litigantium. extra de re iudi. causam
quæ. quia prioris iudicis iurisdictio est reuocata:
ut in præ. §. præterea. & de rescrip. cæterum. Nam
si secundus sententiam infringeret, de causa ab ini
tio cognoscere posset. C. de re. ere. generaliter. §.
& si iudex. & secunda quæstione sexta §. sunt etiã
quorum. in fi. extra de re iudi. ad probandum. & si
necesse esset aliquid etiam addere, & corrigere. in
authen. de sanct. episc. §. si quis contra aliquem. ff.
ad Treb. si quis priore. cũ de in integ. rest. ex lite-
ris. in fi. ex. de test. c. Raynutius. Et quia ex secun-
da sententia datur actio in factum: ut ff. de his,
qui no. infa. l. furti. ubi de hoc. & C. de app. eos. re-
spon. 1. in fi. quomodo ergo primus mandabit exe-
cutioni in eo quod auditum est: cum de eo non iu
dicauerit. Tertij dicunt quòd si primus sit ordi-
narius, ille exequatur. si delegatus, tunc secun-
dus exequatur. Alij dicunt, quòd non refert per
quem fiat. quod dic ut not. in præ. §. præterea.
Doct. meus not. in Sum. de appel. §. quis sit effectus
sub §. sed qualiter. quòd primus exequetur, etiam
si sit delegatus, dum tamen à Principe. Si uerò sit
o delegatus ab ordinario: tunc ipse ordinarius. [o]
11 † Quid igitur si appelletur ab interlocutoria, &
iudex appellationis pronunciet malè appellatũ,
remittens appellantem condemnatum in expen-
p sis ad primum iudicem: [p] ut extra de appe. ut de-
bitus. quæro quis exequetur hanc condemnatio-
nem: quia condemnatum debemus intelligere cũ
effectu? ff. de re iudi. si se. §. condemnatum. Dic,
quod primus. Nam secundus est functus officio
suo, pronunciando illum male appellasse: & pri-
mus suus iudex in illa causa, remansit & in alijs.
q [q] ex. de app. cum ecclesia. ex. de matrimonio con-
tra interdictum ecclesiæ contract. cap. 1. & 2. q. 1.
12 notum. & sic obtinuit. † Quid de sententia do-
ctoris, qui habet cognitionem causarum: ut C.
ne fil. pro pa. conue. in authen. habita. quis man-
dabit eam executioni? Respond. Dic quòd ordi-
narius: ut in præ. authen. si quis litigantium. ut s.
r in princip. huius §. [r] Sed nunquid ab illa senten-
tia poterit appellari, & ad quem? Respondeo sic,
quòd ad defensorem ciuitatis: sicut appellatur à
sententia episcopi: quia parificatur episcopo:
ut C. de profess. & me. medicos. quod uerum
est, si litigatores sint laici: Si uerò clerici, ad
episcopum, secundum Iul. Tu dic quòd lex il-
la, habita, non habet locum indistinctè in cle-
ricis: ut not. supra de reo. uer. item scholaris. & se
ſ quen. [ſ] Sententiam autem unius iudicis, alter po-
test exequi: ut ff. de re iud. à diuo. § 1. & ex. de fo.
comp. postulasti. & sentẽtia unius, alteri facit fidẽ:
arg. 24. q. 1. quisquis. cum suis concor. & 4. q. 5. quis
13 quis. † Sed pone: iudex Perusinus condemnauit
P. Titio in decem lib. quas idem T. ab eo petebat:
à qua sententia non extitit appellatum: processu
temporis prædictus T. & P. morantur in curia Ro
mana: unde T. petit coram Mareschalco curiæ, ut
dictam sententiam ex officio suo exequatur: quæ-
ritur an hoc possit. Et dicunt multi quòd sic. ar-
gum. pro eis C. de iudi. properandum. §. sin autẽ
reus. sed ibi loquitur in sententia delegati, quam
ipse delegatus nequit exequi. ff. de re iudi. à di-
uo. in princip. & extra de fo. comp. si quis. con-
tra. & in præ. §. ibi: & siue ipse, &c. & ibi not. per
rela. &c. Item pro eis. ff. de iudi. l. argentarium:
ubi dicitur quòd condemnatus in prouincia, Ro-
mæ cogitur satisfacere. Sed illud obtinet ratione
contractus: ut patet, & probatur eod. tit. hæres.
& extra de foro compe. cap. fin. & cap. Romana. §.
t contrahentes. [t] Item facit pro eis præ. l. à diuo.
in princip. §. illud in sententia delegati, ut dixi:
uel arbitri, quam ordinarius debet exequi, non
ipse, qui iurisdictionem non habet: ut patet ibi,
& supra in principio huius §. Item pro eis extra
de offi. le. c. 2. sed ibi legatus ad mandatum exequi
tur delegati. Item facit pro eis extra de fo. compe.
postulasti. sed illud obtinet propter factorum con-
nexitatem. Eo enim quòd est de crimine condem
natus, constat per consequens quòd est ecclesia
priuatus octuagesima prima distinct. tantis. extra
de accusa. ad petitionem. & de pur. ca. cum dile-
ctus. §. his igitur. Vel ibi is, in cuius diœcesi est be
neficium, prius sententiabit super beneficio, & po
stea exequetur super eo: ut ibi innuit Ber. in glo.

& ita,

& ita, &c. Et secundum hoc non tangit hunc casum. Sed ille intellectus non placet: imò ibi is, in cuius dioecesi delinquit, pronunciat super crimine, & etiam super beneficio quod habet alibi; & alter hanc sententiam exequitur. Item pro eis facit extra de raptor. cap. primo. Sed illud obtinet in sententia excommunicationis. Nam excommunicatus uel suspensus ab uno, ab omnibus est uitandus, ut 11. quæstione tertia. curæ. & in præd. capitu. quisquis. Alij autem dicunt, quòd non potest nisi ad relationem uel commissionem iudicis Perusini. argumen. pro eis. ff. de bo. autorit. iudic. poss. cùm unus. §. is cui. ubi est argumen. quòd unus non exequitur sententiam alterius. Sed ille §. recepit hodie aliam declarationem per præ. §. contrahentes. Idem uidetur no. Accur. ff. si quis in ius uo. non ie. l. secunda. §. prima. Item pro eis. extra de offic. ordin. pastoralis. §. præterea. ubi uidetur quòd unus iudex se nequit intromittere de sententia uel processu alterius: sed ibi ille erat delegatus Papæ, qui est maior quolibet ordinario: & ideo nullus de eius processu se potest intromittere uel cognoscere, nisi Papa. Ideo ibi non potest dari absolutio, uel restituti possessio: quia hæc causæ cognitionem exigunt. Præterea ibi mortuo delegato Papæ, causa redierat ad delegantem: quare nihil super ea per aliquem poterat quomodolibet attentari: ut extra de appel. ut nostrum. & de offic. delega. pastoralis. §. præterea. in fin. Ad relationem autem uel commissionem proferentis, bene potest, secundum eos: ut in præ. §. sin autem. Tu dic quòd bene potest quis coram alio iudice executionem petere, non per præmissas rationes, quæ ad hoc non faciunt, ut prædixi: nec prædicto modo. non petetur enim iudicis officio, ut factum fuit: sed per actionem

14 in factum. † Qui enim agit actione in factum, dixit sibi alium obnoxium ex quasi contractu: unde eum conuenit in figura iudicij, dando uidelicet libellum, & litem contestando: ut infra. §. breuiter. uersiculo, est & secundum. Porrò si petatur executio sententiæ à proferente ipsam: tunc imploratur officium eius: ut ff. de rei uend. qui restituere. Non enim ipse de sua sententia cognoscet: ut C. quomodo & quando iudex. si ut proponis. 1. ff. de re iudic. iudex. extra de offic. delega. in literis. & de rescriptis, ab excommunicato. quamuis etiam sibi in hoc possit quis præiudicare, actionem in factum proponendo. nam interponendo partes iudicis, definit quis executor

15 esse. C. de eden. edita. ‖ Ex præmissis ergo patet, quòd non est relatio uel commissio necessaria in casu proposito: imò sine eis Marescalcus poterit sententiam exequi: cùm quasi iure actionis petatur executio, ut præmisi. Nec obstat præ. §. sin autem. quia ibi loquitur in eo, qui alterius autoritate cognoscit: quia debet superiori uolenti sententiam illius exequi, referre qualiter pronunciauit. Alia autem iura, quæ uidentur contraria, loquuntur, quando quis exequitur per suos executores. tunc enim non dicitur propriè committere: imò ipse idem dicitur exequi. C. de execut. rei iudic. si ut proponis. ff. de administrat. tut. ita autem. §. gessisse. extra de sentent. excommunica. mulieres. in fine. Sed opponitur contra præmissa. nam aut is, à quo petitur executio, est superior seu maior proferente sententiam: & tunc uidetur relatio necessaria: ut in prædi. §. sin autem. Aut par est ei uel etiam minor: & tunc similiter non uidetur quòd debeat de facto paris uel maioris se intromittere. nam par in parem, &c. ff. de arbitr. nam magistratus. extra de electio. innotuit. Nec minor magistratus potest cognoscere de sententia maioris. ff. de minori. l. minor autem. respon. primo. & §. pen. & 21. distinct. inferior. Sed dic quòd hic is, à quo petitur, non cognoscit, an sit bene uel malè sententiatum, sed solùm an sit sententiatum. Quidam autem dicunt, quòd cum sententia uel preceptum in uno loco factum, petitur alibi executioni mandari: aut is, qui hoc petit, agit actione in factū, uel iudicati, uel etiam iudicis officio. quod potest facere, si iudex illius loci sit iudex condemnati: cum sit per sententiam prædictis actionibus obligatus: ut C. de execu. rei iudi. si ut proponis. Aut agit ex pronunciatione facta à iudice, qui tulit sententiam de sua sententia executioni mandanda: & tunc oportet propter res sitas in alio loco, quòd officium iudicis illius loci interueniat, & effectui mandet, quod per istum pronunciatum est; & tunc quasi cum ut minister habeat hoc facere, necessaria est relatio eius, qui sententiam tulit: ut in prædi. §. sin autem. &

15 in præd. l. à diuo. † Item nota quòd iudices in causis criminalibus, sententias suas per executores, qui carnifices uocantur, exequuntur. 23. quæstio. 5. non frustra. & capitu. cum homo. & talis executor truncando caput uel membrum condemnati, non peccat: ut ea. quæstio. miles. & c. non est crudelis. & cap. si homicidium. quia non ipse, sed lex occidit. ea. quæstio. dum homo. Si tamen sponte quis interfecit, quem scit à iudice occidendum, peccat, & homicida est: ut ea. quæstio. cùm minister. & cap. seq. & cap. cum homo. Sed nec iudex qui iustè hominem ad mortem condemnat, peccat, quia officia iusta uindictæ bono animo impleri possunt: quomodo iudex, & quo modo lex: ut ea. quæstio. officia. & cap. sequen. & capitu. non frustra. & cap. si homicidium & capitu. de occidendis. & quæstio. 4. quæsitum. & capitu. sequen. nec scelus committit, nec sanguinem fundit: ut ea. quæ. iudex. & capitu. sequen. imò minister Dei est: ut ea. quæstio. qui malos. & Deus in hoc placatur: ut ea. causa. quæstio. 4. si quos igitur. Item nota, quòd isti executores multis modis appellantur: supra de citа. §. sequitur. An autem ordinarius uel delegatus, qui non potest suam sententiam exequi, possit brachium seculare inuocare: dic ut supra de iudic. delega. §.

16 sequitur. uersicu. sed nunquid. † Hoc quoque certum est, quòd si executor dubitat de mandato, non tenetur exequi quod mandatur, donec certus fiat. extra de rescript. cùm conting. & de offic. deleg. cùm in iure. C. de mand. prin. l. unica. 97. distin. nobilissimus.

ADDITIO

ADDITIO.

a Executioni. An delegatus Papa, qui intra terminum sibi statutum tulit diffinitiuam, illam post terminum exequi possit: scripsi de off. delega. de causis. p. st glo. in quæst. Quis exequitur sententiam latam per iudicem laicum contra laicum factum clericum uel monachum, scripsi de eblig. ad ratio. cap. uno. super gloss in magna suppletione. ad fi.

ADDE quòd illud, quod ibi scripsit, fuit Oldr. eius consi 4.

b Secundum Tanc. ubi supra. post prin.

c §. contrahentes. lib. 6.

d Consilio. Secundum Ioan. de Deo ubi supra, par. 1. uersi. dicat ergo.

e Ioann. de Deo. Vbi supra parte tertia. uersicu. pone quod allegat ibi. 11. quæstio. 1. de persona. & cap. si quis cum clerico. & C. de episc. au. l. episcopale iudicium.

ADDITIO. Adde ad uersicu. seq. ibi: hoc autem certum, &c. quòd delegatus principis, potest suã sententiam exequi, nisi specialiter princeps sibi executionem sententiæ reseruauerit: iuribus hic allega. modò à tempore sententiæ intra annum eam exequatur, in cap. querenti. extra de off. delega. Ita tenet Bar. quicquid dicat glo. in l. a diuo Pio. in 2. colum. uersicu. secundò quæro. ff. de re. iud. & pro hoc alleg. tex. in l. ultim. C. de iud. Et quid de delegato ab ordinario, an possit suam sententiam exequi, uide Guid. Papæ singu. 369. inci. delegatus. Hen. Ferran.

f §. restat. Ibi nil, sed in §. sequen. incip. nunc uideamus.

g Statuimus. lib. 6.

h Propter. Vbi scripsi uersicul. portarium. in fin. gloss.

i §. quia uero. ibi no. hoc Vinc.

k Quid. Vltimum uer. Tanc. ubi supra.

l C. cordi. lib. 6. Dubitationem oportet fateri saltem, quo ad Legistas, qui ab interlocutoriis non appellant, unde quod dicam in, ra. situ. primo. §. in quibus. super uersicu. 5.

m Sententiam. Condemnatoriam, ut infra dicam.

n Tancr. Ipse & alij in pra. §. præterea. Item ipse Tanc. ubi supra. uer. sed pone. & Alb. Gal. eo. tit, in prin.

o Ordinarius. Plenius de hoc scripsi in apparatu in præ. §. præterea. ut ibi dixi super glo. sed pone. in fi. Vt autem hæc, & ibi scripta clarius intelligas, nota quòd hic & ibi formatur quæstio non in genere, scilicet quis exequatur sententiam latam per iudicem appellationis: sed quis exequatur sententiam eius, quæ confirmat primam. Et debet hoc intelligi de sententia condemnatoria. Constat enim quod absolutoria primi, confirmata per secũdum, non requirit executionem. Item si cassaret condemnatoriam, siue expressè absoluat, siue non: certum est quòd neuter exequitur. Si autem absolutoriam primi iudicis iudex appellationis cassaret, & absolutum condemnaret, quod eo casu facere debet, ut dixi supra. titu. proxi. §. ut autem. super uer. in iudice autem, Indubitatum est, quòd primus non exequetur quod non pronunciauit, imò executio esset contra ipsius pronunciationem. unde non sibi competit, sed condemnanti. Et sic ex quatuor casibus respicientibus propositum, qui non sunt plures, ubi non fiat dimisio sententiæ prioris uel ad illam additio, tres sunt indubitati, scilicet quando primus iudex absoluit, siue confirmetur sententia, siue infirmetur per secundum. & sic habes duos casus. Tertius, quando primus condemnauit, & secundus absoluit. Remanet ergo solus quartus dubius, quando primus condemnauit, & secundus confirmauit. Et opinio Lauren. placet Hosti. hoc casu, quando sine ulla correctione confirmata est: ut si primus iudex si fuit ordinarius, exequatur, uel delegatus, qui exequi possit. Et æquitatem habet hæc opinio: cum certum sit quòd lata sententia, competebat illi executio, si non fuisset appellatum. Cassata igitur appellatione, nonne summa æquitas exigit quòd executio impedita per illam, reuertatur ad ipsam? Hoc autem fortius in criminali procederet, quando primus iudex à quo fuit appellatum, talis erat, qui habebat ius remissionis petendæ per auth. ut nulli iudi. §. si uerò quis comprehensorum. de quo uide quod no. in clemen. de re iudic. pastoralis. uersi. quod si punitio. in gloss. sed nunquid.

ADDE Bar. in l. à diuo Pio. in prin. uersi. quæro, & reuoco in dubium. ff. de re iudica.

p Iudicem. Si uerò ille non condemnasset, primus iudex non condemnabit, nisi in fine litis: ut nota. infra de expen. §. nunc uidendum. uersi. quid si iudex.

ADDE episcopum Alex. in c. ex ratione. in 27. col. extra. de appel.

q Et in alijs. Si est ordinarius.

r Huius §. Aliqui legum doctores tenent magistrum qui sententiauit contra scholarem, exequi posse, si scholaris ibi habet bona: quòd si non habet bona, uel non habet sufficientia, ad requisitionẽ magistri exequatur is, in cuius territorio habet bona, uel cuius regimen pertimescit: ut dicit lex pen. C. de ar

de arbit. & ff. de bo. autori. iudic. possi. l. cùm unus § penul. & de re iudica. à diuo.

ADDE Bart. in distin. l. à diuo Pio. uersicu. quæro pone.

f Et seq. Propriè in uersicu. sed quid si scholaris. & scripsi in decre. si diligenti. de foro competenti. su per glo. hic ergo. Sed si recipiatur opinio, quòd in magistro clerico habeat locum lex, procederet solu tio Iulian. Scire debes quòd Legistæ de hac appellatione, alias querunt, scilicet si alter ex tribus iudicibus, coram quib. fit uocatio, pronunciat se iudicem, an ab hac sententia possit appellari? Et dubium est Legistarum, qui ab interlocutorijs non appellant. C. quo. appellat. non reci. l. ante sententia. Antiqua glo. in l. habita. C. ne fil. pro pa. in fi. mouit dubium, non tamen apertè: nec illud soluit. Noua glo. dicit quòd sic, & bene est ratio, quam reddit etiam ibi Cyn. in 9. quæstio. quia licet sit interlocutoria, non tamen posset grauamen eius reuelari per appellationem interponendam à diffinitiua: tardè ei tunc contradiceret. ff qui satisda. cogan. ab arbitrio. Probatur etiam id per l. apertissimi. C. de iudic. facit de appel. cap. ult. in fin. lib. 6.

t §. contrahentes. lib. 6.

u Edita. De hoc satis infra. §. breuiter. in prin.

SVMMARIVM.

Sententiæ executio in quibus et qualiter fieri debeat.

1 Preceptum Iudicis de sententiam exequendo, sub qua forma debeat in actis curiæ scribi.

2 Debitor pecuniæ, uel alterius rei expressæ, an in eadem resoluere teneatur.

3 Relatio executoris sub qua forma fieri & scribi debeat, in actis iudicialibus.

4 Sententia in procuratorem lata, an executio fieri debeat in eius bonis aut domini.

5 Sententia lata in uniuersitatem tanquam debitricem, nec in ea sit quod possideatur, an omnes teneantur ad contributionem.

6 Procuratore ecclesiæ ratione contumacia condemnato in expensis, an in bonis ecclesiæ fiet executio.

7 Procuratore ante sententiam malitiosè appellante, propter quod condemnatur in expensis: an executio fiet in bonis procuratoris, an domini.

8 Lite contestata cum tutore pupilli nomine, si tutor contumaciter absit, propter quod condemnatur, in cuius bonis fieri debeat executio.

9 Curatoris officium, quando finitum censeatur.

10 Reo in causa. debet sententia præiudicare.

11 Filiofa. ob delictum condemnato, an in bonis paternis debeat fieri executio. Legitima an uiuo patre, filio debeatur.

12 Condemnatus nolens restituere, manu militari potest cogi, & etiam res auferri.

13 Executor non inueniens bona condemnati, sub eius iurisdictione, sub specialibus uerbis relationem facere debet ad iudicem, sub cuius iurisdictione sunt bona condemnati, ut sententiam exequatur.

14 Sententia lata contra monachum, in cuius bonis executio fieri possit.

15 Debitore condemnato, an possit fideiussor conueniri.

16 In executione sententiæ facienda contra minorem habentem res mobiles & immobiles, & nomina, an sit ordo seruandus.

17 Executio an in re promissa fieri possit.

SEQVITVR uidere in quibus, & qualiter executio fiat. Et quidem hoc modo fiet: Si enim actum est actione reali, id est, si aliqua certa res sit petita: puta prædium, uel equus, uel domus: mittendus est actor in possessionem rei sibi adiudicatæ: ut extra de re iudic. cum Bertholdus. in fine. mandabit enim iudex suo executori, quòd ipsam rem seu eius tenutam &

1 corporalem possessionem det actori. † Quod præceptum in actis curiæ scribatur sic.

FORMA. Talis iudex curiæ talis, exequendo diffinitiuam sententiam à se uel à tali iudice latam manu talis notarij scriptam, præcepit tali executori seu cursori eiusdem curiæ, ut det T. tenutam & corporalem possessionem talis rei petitæ. In cuius rei testimonium P. est eidem T. sententialiter condemnatus. Hoc facto, executor ille mandatum iudicis exequatur, & iudici referat quicquid fecit. quod etiam in actis redigatur hoc modo.

FORMA. H. talis curiæ cursor, seu executor retulit se de mandato talis iudicis exequendo sententiam ab eo. uel à tali iudice latam, dedisse tenutam & corporalem possessionem T. talis fundum tali loco positi, cuius confines sunt tales: in cuius fundi restitutione P. ut dicitur, est dicto T.

2 per eandem sententiam condemnatus. † Si autem personali uel alio modo actum sit, fieri debet exe

a cutio in rebus condemnati: ᵃ sic, ut primò capiantur mobilia, si qua possidet. Secundò, im-

b mobilia. ᵇ Tertiò peruenitur ad nomina, siue iura, id est ad ea, quæ sibi debentur: ita tamen ut confitentis debitum, non negantis nomen pignori capiatur: ut ff. de re iud. à diuo Pio. §. in uenditione. & §. sed uerum. & §. pen. argumen. extra, ut lite non contesta. quoniam. §. fina. in fi. in uersicu. quid si capiatur. Sed si super rebus capiendis

piendis fiat ab aliquo controuersia: illa dimittantur, & alia capiantur, quæ sine controuersia sint: ut in prædi.l. à diuo.§.si super rebus.& §.sed & illud. Si autem alia bona non habeat, nisi ea, super quibus controuersia mouetur: tunc iudex qui exequitur sententiam, debet summatim de proprietate cognoscere: & si uiderit rem esse condemnati, sententiam exequatur in illa: alioquin rem illam dimittat: ut in ea. l. mandabit igitur iudex cursori seu executori, ut det tenutam & corporalem possessionem in bonis & de bonis Antonij ualentibus centum lib nomine sortis, & decem nomine expensarum, in quibus P. est eidem T. sententialiter condemnatus, scilicet primò de mobilibus, si apparuerint. alioquin de immobilibus. quòd si mobilia uel immobilia non apparuerint, uel non sufficerint, debet uel suppleat de nominibus seu iuribus P. prædicti. & hoc mandatum in actis sub eadem forma scribatur hoc modo.

FORMA. Talis iudex curiæ talis: ut suprà in præ. forma usque, & corporalem pos. & iunge, in bonis, & de bonis, &c. suprà proxim. formam
3 mandati usque in fin. † Post hæc executor mandatum sibi factum exequatur: quo facto iudici referat quicquid fecit: cuius relatio sic scribatur.

FORMA. H. talis curiæ, &c. ut suprà, usque posses. T. iunge, de infrà scriptis bonis P. pro centum libr. nomine sortis, & decem nomine expensarum in quibus ut dicitur dictus P. ipsi T. est per eandem sententiam condemnatus, scilicet primò de una culcitra & duobus linteaminibus: uel de tali uinea in tali loco sita, cuius confines sunt tales. & sic de singulis rebus. Qualiter autem fiat uenditio rerum ex causa iudicati assignatarum, uide supra de primo & secundo decret.§. nunc dicamus. uersicu. illud autem.
4 & sequenti. † Sed & si lata sententia fuerit in procuratorem, executio tamen fiet in bonis domini, si habuit à domino mandatum. Si uerò sine mandato litigauit: tunc fiet in bonis procu-
c ratoris. [c] Hinc est quòd tutor & curator, & actor municipium, uel syndicus, non uidentur sine mandato litigasse: ideoque in bonis pupilli minoris, uel uniuersitatis, fiet executio. ff. de re iudi.l. si se non obtulit. in princip.& §.primo, &
5 secundo. † Quid [d] si uniuersitas est debitrix, nec
d est in uniuersitate quod possideatur, nunquid tenentur omnes ad contributionem? Respon. dic quòd sic: ut not. ff. quod cu. uniuer.l. prima.§. qui
e bus. [e] & argum. ff. de censi. cum pos. ff. de alimen, & ciba. leg. l. 4. ff. de coll. illici. l. prima. respon. 1. Hoc plenè prosequere, prout not. secundum Pa-
f pam, extra de senten. excom. graue. [f] Item quid si uniuersitas dissoluatur: nunquid quilibet poterit partem suam petere? dic quòd sic: ut ff. de col. illici. l. prima, secunda, & tertia. ubi de hoc,
6 † Quid si procurator ecclesiæ, ratione contumaciæ condemnatur in expensis? not. Papa Innocen. extra, ut lite non contestata. cap. primo. in fin. quòd in bonis ecclesiæ fiet executio: secus autem esset, si procurator falsa instrumenta produceret, uel aliam fraudem faceret. Quid si ex facto simulato sententia fertur: nunquid fiet executio? De hoc supra de confes. §. nunc uidendum uersicu. de facto. Et scias quòd cùm simul petitorio & possessorio agitur, siue ab eadem parte, siue à diuersis actum sit, siue simul, siue diuersis temporibus agi cœperit: Primò est sententia super possessorio executioni mandanda: & hoc si simul latæ sint: secus si diuersis temporibus. quod dic ut extra de cau. pos. & propri. c. cùm dilectus. & melius supra de petit. & pos. §. primo. uersicu.
7 ut autem. & sequenti. † Sed quid si procurator malitiosè ante sententiam appellat, & ideo condemnatur in expensis: ut extra de appel. ut debitus? Respon. uoluit dominus Papa Clemens 4. lumen iuris, quòd executio fieret in bonis procuratoris, & quòd ipse procurator de sua bursa solueret, & non dominus. argumen. ad hoc ff. si quis ius di. non obtem. l. unica. Nec enim intelligitur ei dominus mandasse, quòd malitias adhibeat. Hinc est quòd curator non debet calumniosam actionem proponere: quod si fecerit, non repeteret sumptus à minore. argumen. C. de inoffic. testa. si pater. 2. prope finem. ff. de his, qui. ut indig. Polla. ff. de admini. tu. sine hærede. §. penulti. Postquam enim procurator agere incipit, & factus est dominus litis, si contumax sit, uel aliquid malitiosè agit, ipse tenetur, & de dolo punitur: ut in præd. l. ff. si quis ius distin. non obtem. Secus si ab initio ipse mandatum occultat: quia tunc dominus condemnatur: ut extra de appel. sæpe. in princ. Item si procurator interrogatus, respondet se nescire quæ ad causam pertinent, condemnatur in expensis. supra de procu.
8 §. primo. uersicu. item quod omnino, † Sed pone, lite contestata cum tutore, pupilli nomine, tutor contumaciter abest, propter quod fertur sententia contra ipsum: quæritur utrum mandabitur executioni in bonis eius, an in bonis pupilli? Et uidetur quòd in bonis eius. argumen. ff. si quis ius dist. non obtem. l. prima. Non enim conuenitur pupillus ex dolo tutoris, nisi in quantum factus locupletior est. ff. de admini. tut. l. final. ff. de regu. iur. neque interdictum. Ad idem ff. de re iudic. ex contractu paterno. ff. de procur. l. qui aliena. §. procurator. ff. ad leg. Aquil. proinde. §. si procurator. ff. de excu. tut. l. secunda. §. tutor. argumen. contra quòd in bonis pupilli. omnia enim iura hoc dicunt: præsertim cum se non obtulit. C. quando fiscus uel prin. l. propterea. ff. de re iudic. si se. Ad idem ff. de tribu. l. procurator. Contumacia enim nocet pupillo ab initio: ergo multò fortius ex postfacto. ff. de bon. auto. iudic. poss. si minor. Solu. Dicunt quidam de æquitate, quòd in bonis tutoris. Alij contra, & uerius: quia potest esse minor contumax. Hinc est quòd restituitur, si ob hoc sententia lata sit contra eum. ff. de mino. minor si quasi. Si tamen tutor dolum uel culpam commiserit in non ueniendo, ipse tenebitur. ff. de euict. si ideo. pupillus tamen poterit restitui. C. de iud. properandum. circa fin. & uide supra de contumacia. §. nunc dicamus. uersicu. sed nun
g quid minor. [g] † Item pone, ad petitionem
9 creditorum datus est curator hæreditati iacenti,

quia hæres institutus eam repudiauit: actum est cum curatore, & tandem condemnatus: & sententiam in rem transit iudicatam: post hoc quidam hæreditatem illam adiuit ab intestato inuentario per eum confecto: & demum præfatus curator citatur super sententiæ executione: sed hæres se opponit, quasi sua intersit, dicens se respondere paratum: quæritur: utrùm curator excusetur quò minus executio contra eum fiat. Et arg. est quòd nô. ff. de in ius uocan. neque. §. 1. extra de in integ. restit. suscitata. Cùm enim iste non ueniat ut defensor. uocati, excusari non debet. argu. contra: quia hæres paratus est docere quòd ad eum pertinet: & sic perpetuò adire potest. C. de iure delibe. si curator. ff. de appel. à sententia. extra de testi. ueniens. 2. extra de re iudic. cùm super. C. de non nume. pecu. si cui. C. de accusa. l. 3. & hoc uerius dicetur. finitum enim est curatoris officium. ff. de tu. & cu. datis ab his. curatorem. unde non est cum eo amplius agendum, nec ratione sui, nec ratione rerum: ut C. quando ex facto tu. uel cur. l. 1. & ff. eodem post mortem. Ad idem, C. quan-
10 do fisc. uel priua. l. 2. † Quid si sententia lata est contra defensorem, qui se litis defensionis obtulit: nunquid mandabitur executioni sine alia sententia contra fideiussores, qui promiserunt de iudicato soluendo? Et uidetur quòd sic, ff. iudi. sol.
h l. 1. C. de usur. rei iudi. l. fi. [h] ff. de re iudica. à diuo. §. item quid dicemus. Sciunt enim reum esse in causa, unde sibi deberet sententia præiudicare. ff. de re iud. l. sæpe. §. 1. Nam & sententia lata contra hæredes, extenditur ad alios possessores. ff. ut in poss. l. circa. Ad idem ff. de legat. 2. cùm filius. respon. 1. ff. de cri. exhæred. l. antepenu. & ff. fa. ercisc. hæredes. § idem. Item obligauerunt se de iudicato soluendo: unde si non mandaretur sententia executioni, sed expectaretur alia contra eos, non uideretur de iudicato rei, sed de suo promisisse: quod est falsum. Item una sententia esset alterius litis initium. quod esse non debet. Argum. contra quòd non præiudicet. nam ipsi non sunt condemnati. ff. de postula. Imperator. C. quorum appel. non reci. ab executore. & sententia contra fideiussores lata stipulatio non committitur. ff. iudi. solu. l. iudicatum. §. 2. & facit ff. de adult. l. denunciasse. §. si. ff. de iurisdi. om. iud. & quia. C. res inter alios ac. per totum. ff. de tute. & rat. dist. alterius. C. de lib. causa. l. fi. C. de fideiussor. authen. præsente. Item restituto minore, non uidetur fideiussor restitutus. ff. de iniur. l. 3. §. sed utrùm. C. de fideiuss. mi. l. 2. Super hoc dic quòd aut est fideiussor in contractu: & tunc sententia contra eum lata non præiudicat fideiussori: imò sibi dabitur libellus, si reus soluendo non est: ut in iuribus pro hac parte inductis. Aut est fideiussor in iudicio: & tunc ei præiudicat, & in bonis eius exe-
i cutioni mandatur [i] sine alio libello: ut in alijs iuribus prædictis. & uide infrà de do. & contu. §. re-
k stat. uersi. sed pone. [k] † Quid si filius familiâs ob
11 delictum condemnatur: nunquid fiet executio in paternis bonis, uel nunquid cogetur pater saltem dare curiæ legitimam filio iure naturæ debitam, aut alimenta, quæ filio præstare tenebatur? Et uidetur quòd sic. nam filio succedit curia. cuius bona propter crimen publicantur: ut ff. pro socio. l. actione. §. publicatione. ff. soluto ma. si marito. Sed constat bona patris esse filij: ut Instit. de hære. quali. & differ. §. sed si. Constat etiam filium in bonis patris habere legitimam. ff. unde li. scripto. in fi. C. de inoffi. testa. quoniam. 2. extra de testa. Raynaldus. circa medium. & sic à patre alimenta deberi: ut ff. de liber. agno. si quis à liberis. respon. 1. C. de alen. liber. l. fin. 1. di. ius naturale. extra de infan. lang. expo. c. unico. Unde uidetur quòd pater soluet condemnationem, & tam legitimam, quàm etiam alimenta curiæ dabit: alioquin hoc ad commodum filij penes patrem remanebit: tum quia inde aletur: tum etiam quo ad spem succedendi: quoniam bona patris ad filium uenire debent: ut in præ. §. sed sui. & ff. de lib. & posthu. l. in suis. & sic per consequens maleficia impunita remanebunt. quod esse non debet. ff. ad l. Aquil. ita uulneratus. prope finem. extra de senten. excommu. ut famæ. Sed dic contra, scilicet quòd condemnationem non soluet. Nam, siue filiusfa. ex contractu, siue ex delicto condemnetur, non tenetur pater pro illo, nisi in quantum factus est locupletior. ff. de iudi. tam ex contractibus. ff. de nox. act. & si condemnatus. Institu. eod. tit. in fi. ff. de pec. licet. §. ex causa. & §. sed filius. Hinc est quòd pater, qui non consensit nominationi filij, non tenetur de illius mala administratione, ut C. libro 10. de decuri. filios. si enim patre condemnato, subuenitur filijs: ut ff. de bo. dam. l. fi. §. si plures. & C. eodem l. fi. ff. de minori. l. 3. §. sed utrùm. in fine. §. frater. de pœnis. crimen. ergo filio condemnato, subueniendum est patri: cùm par ratio sit hincinde. ff. ad le. Aquil. illud. præsertim ubi ipse nec deliquit, nec delinquenti consensit. extra de constit. cognoscentes. extra de his, quæ fiunt à ma. par. c. quæsiuit. C. de pœn. saucimus. extra de renuncia. nisi. §. personæ. Ad idem C. ne ex deli. defun. l. unica. Item legitimam curiæ dare non cogetur: imò etiam peculium filij sibi non aufertur. C. de bo. proscript. l. 3. Præterea legitima non debetur filio, nisi demum mortuo patre: ut probatur & no. C. de sacrosanct. eccles. authen. si qua. & C. de episc. & cler. Deo nobis. §. hoc etiam. nec filio contra patrem competit actio propter eam, ut no. extra de
l test. c. Raynutius. in gl. retinebunt, &c. [l] Imò posset pater omnia bona sua in mari iactando filium legitima defraudare. ut not. C. de inoffi. dona. l. 1. Alimenta quoque curiæ non dabit: quia non pater indistinctè tenetur ad illa, ubi filius operari uel aliàs sibi sufficere potest: ut in prædict. l. si quis à liberis. §. sed si filius. & §. parens. Præterea legatum alimentorum non desijt deberi, licet legatarius condemnetur. ff. de capi. dimi. eas. & l. legatum. ff. de ali. & cib. lega. solent. §. debebit. & l. is, cui. imò deportato legari potest: ut ff. de his quæ pro non scrip. ha. l. 3. & argumen. 86. dist. n. pasce. Quidam tamen dicunt, quòd legitima ad curiam perueniet: ut C. de bon. dam. l. deportatorum. & hoc duntaxat post obitum patris: alimenta uerò statim: ut sic ille tanquam malè meritus in exemplum aliorum publica egestate laboret: ut ff. de ni posi. bona fides. respon. prim. in fi. sed primum ue-
1 rarius. [m] † Quid si is, contra quem fit executio, nolit rem

rem restituere? Respondeo, manu militari est ei auferenda. & alia etiam remedia dantur. quod dic ut suprà de primo & secundo decreto. §. iam de effectu.uersicu. & not. quòd si missus. quòd si non inueniantur bona in iurisdictione iudicis sententiam exequentis:tunc fit relatio ad iudicem in cuius iurisdi. sunt bona condemnati: ut ipse per res & facultates condemnati, sententiam exequatur. C.de iudic.properandum.§. sin autem reus. ff. de re iud. à diuo. in princi. & extra de foro compe-
n ten. postulasti. & c. Romana. §. contrahentes. n
13 quæ relatio fiet per epistolam hoc modo:
o · FORMA. † Talis iudex o tali iudici, salutem in domino. Cùm in causa quæ inter Petrum & Tancredum olim super tali personali actione uertebatur: pro Tancredo contra Petrum diffinitiuã sententiam dixerimus promulgandam: nos eam uolentes ex officij nostri debito,debitæ executioni mandari secundum iuris ordinem,ipsius P. bona diligenter exequi fecimus & perquiri. Verum nullis ibidem eius bonis repertis, pro certo didicimus in iurisdic. uestra ipsius aliqua bona fore. Cùm igitur ad nos secundum iuris ordinem fit huiusmodi relatio facienda, prudentiam uestram solicitè deprecamur, quatenus eandem sententiam ad ipsius T. petitionem in ministerium iuris, per res & facultates condemnati cuertis exequi
14 prout decet. Hæc probatur in præd.cócot. † Quid si sententia lata sit contra monachum: in cuius bo
p nis fiet executio? De hoc j. de statu. mona. P in summa. & not. quòd in exequendo sententias & alia, ita deferendum est maioribus personis quòd iustitia non pereat.extra de offic.dele.sanè.3.q.9. c.si. extra de stat. mona.ea quæ. prope prin. Sed si executor formam in exequendo non obseruat, fas est sibi obijcere manus: ut C. libro 10. de iure fis.prohibitum. Qualiter autem is cui mandatur quod alicui de beneficio prouideat mandatum apostolicum exequetur: uide ꝭ. de act. seu petit.§.
15 super actionibus. † Sed pone quòd debitor sit condemnatus: nunquid fideiussor poterit conueniri? Dicit Vbet. quòd non intra tempus ad soluendum sibi datum:arg.C.de usuris rei iudi.l.fi.§. fi.sed pòst sic: arg. ff. de pig. grege. §. etiam.& §. seq. & hoc de iure ueteri: sed de iure nouo aliud
q est,secundum eum. Quid q si capiatur nomen debitoris, ipse uerò negat se debitorem: ut not.in prædi.l.à diuo.§.sit quoque. & C.quando. fisc. uel
16 priua.l.1.& 3. † Quid si sententia debet executioni mandari contra minorem habentem res mobiles & immobiles & nomina: nunquid seruabitur ordo? Dicunt quidam quòd sic. alij contra, per l. ff.de re.eo. qui sub tu. uel cut. sunt. magis. §. non
r passim.ibi: uel in nominibus, &c. r Quid si debitor habet tantùm præbendam uel reditus: nunquid potest capi in causa iudicati? Respond.sic.ff. de re iudi. commodis. C. quæ res pig. oblig. pos. spem.extra de fideius. c. 2. Si autem condemnatus habet alia bona, non fiet executio in stipendijs.C.
17 de exec. rei iudi. stipendia. † Quid si habet tantùm feudum? Dic quòd fructus illius possunt capi,in causa iudicati. argu. ff. de leg.2. peto. §.1.& uide ꝭ.de primo & secundo decret. §. restat.& §. uidendum. Quæ exceptiones admittantur post sententiam contra executionem, uide ꝭ. de exce. §.dicto. Vtrum in re promissa fiat executio, licet promissor uelit soluere interesse:not.infrà de fructi.& interesse.§.uiso.uersiculo,item dicimus.

ADDITIO.

a *Condemnati.* *Querit Gui. de Suza. ubi supra. in ulti.respon.an debitor condemnatus in pecunia, instante creditore precisè cogatur pecuniam soluere,quod uidetur: quia inuito creditore, etc ff. si cert.peta.l. 2. C. de sol. manifesti. dicit quosdam hoc tenere. Ipse autem tenet condemnatum, si debet pecuniam, ad id teneri:aliàs secundum ordinem, qui hic sequitur, satisfiet creditori, dicens quòd pretiosiora dabuntur in solutum iuxta formam authen.hoc nisi C.de so. Est etiam sciendum quòd Albe. Papi. tractauit quæstionem statuti Papiensis, quo cauebatur quòd omnis debitor pecuniæ etiam hæres,in pecunia soluere teneretur. Solutionem eius non uidi. & quia etiam de hærede loquitur,uide quod dixi supra.de instru. editio. §.si.super uersic. nunc dicamus. Aliam quæstionem, quæ tendit ad idem,formauit Cyn. de statuto suo ciuitatis Pistorien. per quod non recipitur beneficium cessionis:in præd. authen. hoc nisi. quoniam etiam insolutam dimisit. Papien. aut allegat pro statuto quòd ipsius uerba seruanda sunt, & non calumniãda: & in dubio uerbis est standum, & generaliter intelligendum, etiam si perquàm durum: & maximè cum locorum rectores iurant illa seruare: quia à periurijs cauere debent. Ad contrarium allegat, quòd generalia uerba statuti non tollunt beneficium speciale, illius mentione non facta. ff. de le.3.uxorem.§.felicissimi. de uer. oblig. l. doli clausula.ff de leg.3.l.si quis.in prin. quicquid loquantur statuta,pacta contrahentium, uel renunciationes ipsorum, si debitor sibi tuitionem contra carceres parare possit, uel carcerum mansionem si perhorrescit, uenire oportebat ad remedia per ius inuenta, de quibus hic sequitur. Adde ut per Panormi.con.42. incip. in quæstio. Dominici. 1.lib.& Fede.consil. 48. ubi tenet quòd ualet pactum, quòd non liceat cedere bonis*

b *Immobilia. Non obstat C.de his, qui ad eccle.confu.l.fin.§ cum autem.ibi proponuntur immobilia. quia ibi non ponderatur ordo,ut ibi no.*

c *Procuratoris. Id est, illius qui dixit se procuratorem.*

d *Quid. Iste uersicu. & sequens ad literam fuerunt Alb.Gal.sub Rub.de syndico, ut plenius intelligas Ros. q. 23. de uniuersitate castri, quæ habebat causam, puta ubi fiebat forum. Item uias publicas,*

tas, theatrum, fontes, & flumina, si non defenditur. Quæritur, an creditor sit mittendus in possessionem illorum bonorum, an uerò uniuersitas illa debeat banniri. Istud etiam tractatum inuenio post Iac. Bald. super §. quibus. statim allegate. de legat. 1. ff. quod cuiusque uniuersi. Est tamen in solutione concordia, quòd si castrum habeat forum, uel ius aliquod in eo, uel prata, theatrum, domus uel prædia, quòd in illis fiet missio, & creditor pro iure suo possidebit illa: ut ibi, & l. ciuitates. eo. tit. Si uerò castrum habeat uias, fontes, uel flumina: quia ista sunt uniuersitatis, quo ad usum, non quo ad proprietatem, & non quo ad hoc quòd uniuersitas sit domina, in his missio non procedit: sicut nec datur possessio planetarum, Solis, Lunæ: uel uenti. Hinc est quòd si quid fiat in ujs publicis, remouetur. ff. de uia publica, l. prima. Vnde si talia, & non alia inueniuntur, poterit communitas uel uniuersitas illa secundum statuta banniri: dummodo fiat citatio per præconem, secundum authen ti. qua in prouincia. C. ubi de crimine agi oportet. licet dici possit, non esse de iure, est tamen de consuetudine ciuitatum: non tamen per id bannientur singuli, nec singulorum bona possidebimus. ff. de rerum diui. l. in tantum. §. 1. de in ius uocan. sed si. §. qui manumittitur. sit patens ratio in his missionis non facienda: quia commissio ex primo decre. possessionem det: & ex secundo dominium, si passus missionem est dominus, uel saltem datur causa usucapiendi. ff. de dam. infect. si finita. §. Iulianus. & hæc in his haberi nõ possunt, concluditur missionem in his non procedere: fatentur tamen utrique, quòd castrum uniuersitatem habere potest. argum. ff. de leg. 1. si hæres. secundo. §. uicis. C. libr. 11. de fundis limi. l. quicunque. ff. ad Treb. omnibus. ff. de rebus dub. l. ciuibus. Quæstionem autem prædictorum huic unitam, an admittatur uolens partem uniuersitatis defendere, breuiter posui supra, de defen. post prin.

e §. quibus. Idem Vber. de Bob. qui ultra l. qui potest facere. quam allega. ibi glo ff. de regu. iu. inducit l. si locus. in fine. ff. quemadm. ser. amitt. Ad idem de sta. mon. ea qua. uer. illorum.

f Graue. Vide de hoc, & alijs ad materiam, infra de censi. §. 2. ad fin.

g Minor. Alb. Gal. fertur disputasse quæstio. quæ incipit, Titius conueniebat pupillum, scilicet de matre, quam maritus pupillo instituit tutricem in ultimis solenni uoluntate: & sic non ualuit datio. C. de confir. tut. l. 2. nec fuit confirmata: nec renunciauit Velleiano, & secundis nuptijs, nec fecit inuentarium: quæ obtulit se defensioni pupilli, nec prædictis interrogata, & lis contestata est, & contra eam ut tutricem lata sententia, quæ contra pupillum pronunciata fuit nulla, ut debuit. C. in qui. cau. in inte. restitu. si tutor. & de tut. qui non satisd. l. 1. §. dubium. an actore petente fieri possit executio contra matrem? Et tenet quòd non. quia non fuit in dolo, licet errauerit in iure. ff. de petit. hæred. sed & si. §. sed scire. Nec potest dici falsa tutrix, quæ ad titulum de fal. tut. cùm ueritatis primordio adiueris. ff. de leg. 2. cùm filius. §. hæres. Item actor fuit in culpa, qui inquirere debuit de prædictis, an fuit confirmata, & an inuentariũ fecisset: de se ergo conqueratur ff. de fideius. l. Titius & Seia. Item date quòd fuisset falsa tutrix, esset orta contra eum actio ex edicto, quod cum fal. tu. ff. eod. tit. l. nouissimè. in princi. ergo ad extraordinarium auxilium non recurretur. ff. de mino. in causa. & de Carb. edi. l. cum fine.

A D D E quòd Bar. super hoc uersi. & præcedenti aliter loquitur in l. si se obtulit. de re indi. ideo ibi uide.

h L. fin. Multum plenè tractauit hanc q. Mar. de Fa. super hac l. & Odo. concordes uidentur: ut infra. dicam. & uide quod dicam de iniur. & dam. da. & si pignora. lib. 6. in 2. glo.

i Mandatur. in defectum secundum Mar. & Odo. per l fina. ff. de eo, per quem fac. est.

k Versic. sed pone. Ibi de fideiussore iudicio sisti: hic de fideiussore iudicatum solui. & hi differunt, ut in gle. prad.

l Retinebunt, &c. Vide quod super ea dixi.

m Primum uerius. Huic quæstioni congruè coniungitur quæstio Alber. Gal. extra opus de uxore Titij condemnata ad decem, quæ mihi debebat: qualiter fiet executio aquè, cùm nihil habeat extra dotem, et in dote fieri non potest, quæ constante matrimonio à marito peti non potest. C. de colla. l. tot. & C. si cerst. matri. dos solu. fuerit l. una. nec in alimen. C. de execu. rei iudica. l. stipendia. & quæ res ob. pos. lege, spem eorum. Non ob. l. commodis. ff. de re indi. quæ loquitur, cum is, contra quem fit executio, nihil aliud habet in bonis. Item cum mulier esse debeat in obsequio mariti. de operis lib. sicut ergo debet ali. Videtur ergo quòd nomen actionis de dote, quod habet mulier in casum diuortij, capiatur in causam iudicati. nam spem futuræ actionis quis donare potest. C. de dona. spem. ff. de hære. uel act. uendi. l. nomina. uel illud nomen uendatur pro eo, quod haberi potest: & in pretio fiet executio. ff. de condic. fur. si seruus. ad l. Fal. in quantitate. §. 1. res enim tantum ualet quantum uendi potest. ff. ad l. Rho. de iac. l. 2. §. si nauis.

ADDE

ADDE ad quaestionem Spe. quae scripsit Bar. in l. cum filius. de uer. obl. & in l. si finita. §. si de uectigalibus. & quae ibi posuit ff. de dam. infe.

n §. contrahentes. lib. 6.

o *Iudex. Inhoneste praeponit scribentem pati.*

p *De sta. mona. in q. 2.*

q *Quid. Hic incipiunt uersi. Albe. Gal. & durant usque ad ultimum.*

r *Nominibus, &c. Dicit Albe. Gal. quòd est uerius.*

SVMMARIVM.

Sententia post quod tempus executioni mandetur.

1 *Sententia post quod tempus sit executioni mandanda.*

2 *Sententia in criminibus lata, post quod tempus sit executioni mandanda.*

3 *Executio sententiae in seruum lata, differri debet, donec domino rationem reddiderit.*

4 *Executio sententiae differri debet, dum quis de suo crimine per confessionem est confessus.*

5 *Venditio rerum pro pignore captarum, post quod tempus fieri possit.*

6 *Delegatus non potest suam sententiam post annum exequi.*

1 VIDENDVM restat † post quod tempus sententia sit executioni mandanda? Et quidem in personalibus regulariter post quatuor menses, & non ante. ex. de offi. deleg. quaerenti. extra de sent. & re iud. quòd ad consultationem. C. de usur. rei iud. l. 2. & l. fi. in prin. ff. de iudi. si debitori. Interdum tamen quadrimestre tempus, causa cognita arctari potest & elongari, inspecta qualitate & quantitate causae, & personarum, & locorum, & temporum: ut in praedic. c. quod ad consultationem. & ff. e. l. 2. Si uerò sine iusta causa fiat illius temporis abbreuiatio, suppletur illud tempus condemnato legis
a beneficio: ut ff. eod. l. 4. §. si quis, a In reali uerò actione, si non est appellatum a sententia, nec restitutio postulata, si res illa sit praesens, est statim post decendium executioni mandanda: quoniam tunc transit sententia in rem iudicatam: ut Instit. de offi. iudi. in prin. ex. de ele. cum dilecti. extra de
2 testa. significauerunt. † Porrò sententia in criminibus lata, quae non est per appellationem uel per in integrum restit. uel per supplicationem suspensa, statim post decem dies est executioni mandanda. 2. q. 1. sicut sine. C. de poe. cum reis. de poe. di. 1. Adam post culpam. aliàs est sub c. fleat. nisi incontinenti exceptio probanda obijciatur. extra de testi. ueniens. 2. uer. cum igitur. & extra de restitut. spoliatorum. literas. & nisi eum princeps ex ira-
b cundia tulit sententiam. b C. de poenis. si uindicari. & 6. q. 3. cum apud. ubi de hoc. Item cum sententia lata est contra mulierem praegnantem, differtur executio usque ad tempus partus. ff. de poe-
3 nis, praegnantis. † Item si lata est in seruum, differtur donec reddiderit domino rationes. C. de bo. praescr. l. 2. Item differtur, quando insula est à
4 Principe assignanda: ut 2. q. 6. §. biduum. † Item differtur, cum quis est de crimine confessus: ut C. de custo. reo. l. 2. argu. contra, quòd etiam post decem dies non sit executioni mandanda, nisi post 30. dies: ut in praedic. c. cum apud. sed illud intellige iuxta praemissa. Sed & ante decendium potest executioni mandari. in eo. scilicet casu, quando
c non potest quis appellare in notorijs, c uel quando quis est confessus, uel testib. conuictus, & argumentis superatus: ut 2. q. 5. §. 1. sunt etiam, quorum. Quod dic ut no. extra de app. Romana. §. fin
d autem. d & c. cum speciali. §. porrò. Caeterum in personali actione, confesso currit tempus à die confessionis: ut ff. de confess. certum. §. fi. in criminali uerò nequaquam: ut ff. de eull. & exhib. reo. si confess. quoniam ibi est sententia necessaria: ut 2. q. 1. nos in quenquam. extra. de consti. ecclesia.
5 † Sed quando fiet uenditio rerum pro pignore ca-
e ptarum? Dicit Azo e quòd post quatuor menses, sicut olim fiebat post duos. & hoc cum capiuntur ex diffinitiua sententia ff. de re iudi. debitoribus. §. fi. Si uerò ex interlocutoria, expectandum est fortè per annum: ut C. de praescrip. 30. uel. 40. an. si quis emptionis. §. fin. de hoc s. de primo & secundo decret. §. iuxta. Vel per biennium in pignore conuentionali: ut C. de iure do. impe. l. fin. Vel iudex ex suo arbitrio hoc tempus diffiniat, cum non sit diffinitum à lege: ut ff. de iure delibe. l. 1. §. fi. extra de offic. dele. de causis. Vel dentur in solutum actori secundum T. prout tradidi suprà de primo & secundo decre. §. nunc dicamus.
6 uersi. actio igitur. & sequen. † Et nota quòd delegatus post annum sententiam suam exequi non potest: intra sic. quod dic ut extra de offi. delegati. quaerenti.

ADDITIO.

a *Videndum. §. si quis. dicit Gul. quòd in multis partibus non seruatur haec dilatio quatuor mensium.*

b *Sententiam. Seueriorem quàm iura praecipiant.*

c *Notorijs. Ratio huius dicti patens est: quia cum decem dies dentur ad deliberandum, an appellare uelit, ut patet 2. q. 6. anteriorum. quae est lex, in authen. colum. 4. de appel. & intra quae tempora. in prin. cum certum sit hunc appellare non posse, ad quid fieret haec expectatio. bene facit ff. ad Vel lei. aliquando. §. fi. Cuius casum uide in prin. decr. ubi periculum. de elec. lib. 6. Ad idem ff. de acqu. hered. cum heres. §. fin. Et per praedicta soluitur alia quaestio, an si sententia sit intra decem dies executioni mandetur, & postea etiam intra decem dies appelletur, an locus sit reuocationi executionis, per decre. non solum. de appella. libr. 6. De quo*

quo enim executio differri non debuit, ut supra patet licitè facta propter notorietatem per appellationem præcedentem uel sequentem, reuocari non posse. Primum patet de appel. c. cum sit. & c. peruenit. & c. consuluit. Adde latius per Oldr. consi. 18.

d *§. sin autem. lib. 6.*

e *Dicit Azo. Cuius uersicul. in Sum. eo. tit. §. penultimo, quem etiam ponit Tan. ibi supra uersic. penult.*

ADDITIO. *Adde ad uersicul. ibi: & not. quòd deleg. &c. quòd delegatus Principis potest suam sententiam exequi: dummodo à tempore sententiæ intra annum eam exequatur. Ita tenet* Barto. *quicquid dicat gloss. in l. à diuo Pio. in 2. col. uer. secundò quæro. ff. de re iudi. Et pro hoc alleg. tex. in l. ult. C. de iudi. Et quid in delegato non à principe, an exequatur suam sententiam, uide* Card. Zaba. *in c. si quis contra. extra de for. compe.* Hen. Ferrān.

S V M M A R I V M.

Sententiæ executio qualiter, & quo iure petatur.

1 *Executio qualiter in facto consistere dicatur.*
2 *Auxilium actori uincenti qualiter prodatur.*
3 *Actio iudicati, ad quid sit utilis.*
4 *Executio actione in factum, qualiter & quando peti debeat.*
5 *Actio iudicati, ordinarium auxilium est: iudicis uerò officium extraordinarium.*
6 *Litem ex lite oriri, iura abhorrent.*
7 *Actio iudicati, siue in factum, ex sententia dari censetur.*
8 *Exceptio dari dicitur, ex sententia interlocutoria.*
9 *Iudice appellationis confirmante sententiam primi iudicis, an detur actio in factum ex prima sententia, aut secunda.*

BREVITER dicendum est, qualiter, & quo iure sententiæ executio petatur. Super quo aduocati a multū errare consueuerunt. Solent enim petere sentētiarum executiones per actionem in factum descendente ex re iudicata, & malè. nam quilibet uictor habet duo auxilia, s. iudicis officium, & actione iudicati. Si uerò uult executionem petere, petat hoc iudicis officio, & sine libello: quia executio in facto consistit: ut probatur subtiliter. ff. de re iud. à diuo Pio. per totam l. & sit ibi summaria cognitio, cum de capiendis pignoribus disputatur: ut in eadem l. §. si super rebus. nec debet tunc iudex iudicis partes assumere, sed solum executoris: ut C. de execu. rei iu. si ut proponis. nec libellus admittitur: ut ī. de li. concept. §. nunc dicendum. uersi.
b 25. b Sed si proponeretur actio, iam iudex cognosceret in forma iudicij, & desineret esse executor:
c c ut C. de eden. edita. ibi: speciem futuræ litis, &c. & C. quomodo & quando iud. authen. qui semel. extra de offic. delega. cum super. Aliud est enim causæ cognitio, & aliud executio: ut 25. q. 2. & si non cognitio. Et hoc est quod dicit lex, ius dicentis officium latissimum est. nam potest in possessionem rei iudicatæ mittere. ff. de iurisdi. om. iudi. l. 1. & l. iubere. Et quod hoc iudicis officio expediatur, expressum est ff. de rei uen. qui restituere. in princ. & facit C. de execu. rei iu. l. 2. Hinc est quòd ab executore nō appellatur: ut ī. §. nūc dicendum. uer. quid si ab executore. Et hoc etiam
d tenet Vber. de Bo. d quòd officio iudicis petatur. nam secundū eum tunc agitur pro sententia exequenda, non uentilanda. C. de execu. rei iud. l. 2. ff. de mino. l. minor annis. C. de appel. si contra. ff. de re iud. l. 4. §. ait prætor. & §. sequ. & quia boni prætoris est, lites minuere. ff. si certum pet. quidā. ex̄.
e de restit. spol. frequēs. respō. 1 e † Si quæras quo-
1 modo executio consistat in facto: respon. quia iudex pignora capit, & postea distrahi iubet. C. de exec. rei iudi. l. 2. & fi. in qua executione, nec actio proponitur, nec lis contestatur. nam si hoc esset, iam lis ex primæ litis materia oriretur. quod lex abhorret. C. de fru. & lit. exp. l. terminato. & ex̄. de uerbo. signifi. cum olim. ff. de re iudi. si se non obtulit. §. ait prætor. C. de agric. & cen. l. ciibus. ff. pro
2 soc. l. fi. † Est & secundum auxilium proditum actori uincenti, s. actio iudicati, quæ alias actio in
f factū ex re iudicata nuncupatur: f de qua fit mentio ff. de re iudi. l. in iudicati. C. de usuris rei iudi. l. fi. C. de compen. l. ex causa. C. de reb. cred. l. actori. Qui autem agit iudicati, aduersarium suum ciuiliter obligatum sibi ea sententia, & ex quasi cōtractu dicit: ut ff. de pec. licet. §. antepen. Sic eum conuenit, & ab eo in forma iudicij dando libellū & litem contestando petit, ut probatur subtiliter ff. de petit. hære. l. item ueniunt. §. cum prædiximus. & ff. de procu. si procurator. ff. de re iudi. miles. §. 2. ff. de pecu. sed si damnum. §. fi. ff. de mino. denique. §. sed utrum. ff. de iureiu. duobus. §. pen.
3 † Sed dices, ad quid ergo fuit actio iudicati utilis? Respondeo, certè, quia per eam petuntur usuræ cētesimæ & ipsa sors, si actor hanc uiam elegerit. C. de usu. rei iudi. l. fin. C. si plur. una sentent. l. 1. Quòd autem hic sint duæ uiæ, patet ff. de re iud. si prætor. in princ. Hoc etiam patet ex ipsis rubricis. nam tit. de senten. est in C. quia ex sententia aliquando actione iudicati agitur, aliquando officio iudicis executio postulatur. in tit. uerò de re iudic. tractatur de actione iudicati: ut eodem ti. l. 1. in auth. de exe. rei iud. tractatur de exec. quæ
g fit iudicis officio secundum M. de Fan. g Hoc etiam patet extra de sen. & re iud. in ipsa rubric.
4 † Albe. Pap. h autem dixit, quòd peti debet exe-
h cutio actione in factum: ut C. quando ex fac. tu. l. 1. ubi uidetur quòd dandus est libellus & actio iudicati siue actio in factum, quæ ex re iudicata ori-

tur, proponenda est. C. de iur. & fac. igno. l. 1. in
fin. ubi dicitur, si ex sententia, id est, ex actione,
quæ ex ipsa sententia oritur, conueniri cœperis.
Ad idem C. de reb. cre. actori. & ff. de pign. gre-
ge. §. fin cum defensore. in fin. ff. de re iud. mi-
les. §. iudicati actio. In his enim legibus dixit non
5 posse officium iudicis intentari: † quia actio iu-
dicati, ordinarium auxilium est: iudicis uerò of-
i ficium, extraordinarium: [i] ad quod recurren-
dum non est, quandiu superest ordinarium. ff. de
mino. in causæ. & ff. de eden. quædam. Et bene
facit ad hoc ff. si mulier uen. nomine in pos. esse
dist. l. 1. §. primo. Sed ad prædictas leges, in qui-
bus dicitur executionem esse petendam per a-
ctionem in factum, sic potest responderi, quia il-
lud impropriè dicitur: quasi dicat, agendo actio-
ne in factum, & super ea sententiam obtinendo,
fiet executio mediante ipsa sententia super actio-
k ne in factum lata. [k] † Sed secundùm eos quæritur qua
6 liter pronunciabit iudex in hac causa? Respõdeo,
pronunciabit sententiam deberi executioni man
dari: quo facto nisi reus pareat iudicatis, manda-
bit eam executioni ex officio suo: prout traditur
suprà. §. sequitur. Sed contra, quia sic res in infi-
nitum abibit. nam sic poterit ab hac sententia
appellari sicut à prima, & qualibet alia: C. de
transact. fratris. C. de peda. iud. placet. secunda
quæstione sexta, omnis oppressus. & capitulo,
ad Romanam. & sic lites ex litibus orirentur:
quod tamen esse non debet ut suprà, & sic nul-
lus erit litium finis. Sed ipse respondet, quòd
l sententia est de executione [l] & pars executio-
nis. ergo ab ea appellari non potest, nisi modus
excedatur ut suprà. §. secundo. uersic. quid si ab.
Tertij dicunt, quòd si is, pro quo lata est petet
eius executionem: tunc non dabitur libellus: ut
C. de execu. rei iudi. ordo. Si uerò is, qui ei suc-
cessit, eam petit agens ex sententia, uel etiam
conuentus successit condemnato: tunc quia pos-
sit dubitari de sententia, dabitur libellus, id est
m petitio: [m] non tamen cum magna solennitate
fiet iudicium. Idem fortè potest dici, cum peti-
tur executio sententiæ ab eo, qui successit pro-
ferenti eam. C. de re iudic. l. gesta. ff. de iudi. mor-
tuo. & l. edictum. & idem quàdo petitur executio
ab alio iudice, non ab eo, qui ipsam tulit, ut su-
prà eo. tit. uersi. sed pone index. de hoc ut j. de li-
7 bel. con. §. nunc dicendum. uersic. 25. † Sed cum
ex sententia detur actio iudicati, siue in factum, ut
ã. & C. de re iu. l. 1. & etiã exceptio, ut patet C. de
arbit. l. cum antea. & ff. de excep. rei iu. per totũ.
quæritur an sententia interlocutoria, quæ auxilia
pro ea seruanda dabuntur? dic quòd actio in factũ,
ut hic dicitur. C. de reb. cre. actori. Nã si datur ex
iuramento, prout ibi dicitur, multò fortius ex
iussu iudicis. & facit C. de re iudi. si pecunia. Nam
ex sola confessione datur actio. C. de confes. l. pri-
ma, transit enim interlocutoria in rem iu. ut ex-
8 tra de ele. cum dilecti. † Datur etiam ex inter-
locutoria exceptio. ff. de nego. gesto. sin autem.
§. si quocunque modo. tamen ibi loquitur in
diffinitiua. Ad idem ff. de re iudi. quod iussit.
quia si ex ea datur actio, multò fortius exceptio.
ff. de superfi. l. prima, & quòd detur actio & exce-
ptio, probatur in prædi. l. cum antea. Item etiam
præceptum confesso factum executioni manda-
tur, & ex eo actio nascitur, sicut ex sententia. C.
de exec. rei iu. l. fi. supra de re iud. §. postremò.
9 † In præmissa autem actione in factum, dicunt
quidam referre an in sententia sit causa adiecta:
& tunc datur actio ex primo contractu. An non
& tunc datur actio in factum. arg. ff. de iureiu. l. si
duo. §. si quis iurauerit. Sed pone, appellatum est
à sententia, demum iudex appellationis eam con-
firmat: quæritur ex qua sententia detur actio in
factum, an ex prima uel secunda? Respon. de
hoc tetigi suprà §. nunc dicendum. uersi. sed po-
ne quòd. Vtrum autem iudex possit confesso
præcipere sub pœna, quòd soluat: dixi suprà titul.
proxi. §. species. uersic. sed nunquid. & uide quod
no. infra, intra li. in tit. de re iud. uers. porro. Vtrũ
actio iudicati detur procuratori, no. ff. de procu.
si procurator. Item an detur contra eum, not. eo.
tit. Plautius.

ADDITIO.

a *Aduocati. Prouincia mea, & Thuscia dixit Mar. de Fa. super l. ordo. C. de execut. rei iudi.*

b *Vers. 25. Et uide quod ibi dixi ante fi. & in fi. ibi uide quid teneat Specu. & quid tenuit dominus meus Azo.*

c *Executor. Vide suprà §. nunc dicendum. uersi. sed pone iudex. ultra medium.*

d *Vber. de Bo. ut refert Homobo. l. 1. C. de iur. & fac. igno. hoc tenuit contra Alb. Pap. de quo sequitur in publica disputatione do. Iac. de Salerno.*

e *Frequens. Respon. 1. lib. 6.*

f *Nuncupatur. Vnde dixit Homobo. ubi suprà quòd inter ista duo contentio de nomine pertinacibus est relinquenda. C. de consti. pecu. l. 2. ad fi. Decem autem, quæ in hoc requiruntur, numerat Ros. ubi supra in prin. quæ per positiones patent infrà, de senten. & re iu. uer. actor ergo.*

g *M. de Fa. cuius fuit totum quod præmissum est, exceptis tribus uersiculis, ubi de Vber. loquitur: & eius etiam fuit responsio, quæ sequitur, ut ibi dicam.*

h *Albe. Pap. & Rosf. ibi, qui in tota ulti. col. hanc materiam prosequitur, præmittens formam libelli, in actione hac, & demum obyciendo, & soluendo plenè ruminat hunc casum.*

i *Ordinarium. Hoc uerum, quando imploratur per beneficium restitutionis ab ecclesia uel minore. & uide suprà de offi. iu. §. 1. uersi. sed opponitur. Inquantum uerò duplicatur auxilium, dicebat Ros. interesse uestra habere plura auxilia, etiam si alterum inutile sit ff. de serui. et fundo. de libe. le. l. 3. aliàs quarta. in fi. Vnde filius in potestate præteritus,*

teritus, habet duo auxilia: unum ex iure ciuili? aliud ex pratorio. C. de lib. pra. l. fi. Addebat Guid. de Suz. ubi suprà respon. 1. in fin. ff. ne uis fiat ei, qui in pos. mit. l. 3. in prin. ubi missus habet interdictum, & sine interdicto iudicis officium. Est simile de resti. in inte. c. 2. lib. 6. & de app. concertationi. eo. lib.

k *Lata.* Verba Mart. de Fa. *respondentis ad l. pen. C. de arbi. sic iacebant. impropriè loquitur, quasi agendo actione in factum & per officium iudicis obtinendo sententiam, faciet arbitrium mediante sententia super actione in factū lata executioni mandari. Nescio ad quid hec implicatio fatentis quòd agi possit utraque uia: licet in praeligendo sit discordia. unde Gui. de Suza. in l. 1. C. de iu. & fac. ignor. dat optionem uictori. allegat. C. de execu. rei iudi. l. 2. de usur. rei iudi. l. etiam. l. 2. idem ubi suprà respon. 1. in fi. sibi tamen plus placet officium iudicis de iure & consuetudine.*
ADDE *Alexan. consil. 50. 4. lib. Sed uide Roma. consi. 174.*

l *Executione. Dixit Alb. Gal. clarius, quòd sententia est de executione sententia principalis, & pars, &c.*

m *Petitio. Vide quod scripsi post Inn. de iud. quia V. in glo. scias quòd causa.*

SVMMARIVM.

1 *Executio sententia per legitimam appellationem impeditur, aut cum appellatione pendente ad arbitros itur.*
2 *Postulatio restitutionis in integrum, an impedire possit sententia executionem.*
3 *Ordinarius an possit sententiam exequi, in rebus extra suam iurisdictionem positis.*
4 *Condemnationis exactio differtur, donec debiti existat conditio: secus in tabulis conditionalibus exhibendis.*
5 *Iudicati actio, quo casu denegari possit.*
6 *Sententia per dolosam allegationem obtenta, aut contra iustè impeditum, & iure absentem lata, an citò sit exequenda.*
7 *Exceptio simulati, quo casu possit contra sententiam opponi.*
Exceptio peremptoria, an possit post sententiam proponi.
8 *Oppositio de re non tradita, an impediat executionem sententia pro uenditore lata.*
9 *Aedificans bona fide in solo alterius, si condemnetur ad restitutionem, an in exceptione poterit opponere de expensis.*
10 *Possessor qualiscunque, an possit debitum offerre.*
11 *Executori opponens sententiam per instrumenta falsa, vel testes falsos latam, an sit admittendus.*
12 *Executio sententia qualiter impediatur.*

POSTREMO dicendum est, quæ execu-
1 tionem sententiæ impediant. † Et certè
m Albe. Gal. hoc eo. tit. uersi. ult.

n L. 1. Dixit Ioan. de Deo ubi suprà, in canil. ultra medium, hoc procedere, cum malitiosè impeditur restitutio. de restit. spolia. in literis. & c. item cum quis.

o Conquestione. Vide quod not. eod. titu. cum ad sedem. in fin. penult. gloss. Et ad saturitatem uide per Archi. in præd. uersicu. de poss. Ad id autem, de quo etiam ibi tractatur, quòd ex quo lex illa est canonizata, scilicet ubi supra seruanda sit etiam in ecclesiastico foro: responde per ea, qua scripsi extra, de rescrip. cap. secundo super gloss. penult. non enim fuit tanta autoritas Gratiani quòd hoc posset. Item ipse intellexit sententiam in casu illius legis esse interlocutoriam, quod reprobant Azo & Accur. in l. præ. in fin. prima gloss. Item ad id, quod allegatur de modico praiudicio, ut propter id uitetur appellat. respond. per id quod not. in l. præd. in ultima gloss. qua tenet restitutionem contra talem sententiam dari minori. & facit quod statim dicam. Item praiudicium exprimit ibi glo. circa medium, scilicet si contingeret in iudicio proprietatis probationes esse paratas. Negari ergo non potest deteriorem conditionem illius, qui fit de possessore petitor.

ADDE an appellari possit à sententia momentanea possessionis, Aug. consi. 45. 8. consi. 326. in fine. 3. lib. Roma. consi. 324. Fede. de Senis consi. 76.

p Rof. Vbi de interdicto unde ui, ultra medium. uersicu. quaritur autem an dictum Accur. in præ. l. de momen. pos. recidere uidetur in idem: sed Gul. de Suza. ibi tenet quòd si agitur possessoria conditione ex illa lege, dato quòd sequatur proprietatis perditio, non poterit appellari: cum causa originalis, & non accessoria sit inspicienda. allega. C. ad Maced. filius. ff. de dona. qui id, quod. in princip. & ff. quod ui aut clam. nam origo. Item principale per accessorium non recipit immutationem, sed econuerso: dic ut dicam infrà uersi. quid si uictus. Item quia uiolentus ex delicto suo non meretur habere iura. C. de hereti. l. prima. & l. curiales. ff de inter. & rele. l. relegatorum. §. fin. Et pondera quòd dictum Simo. Vince. super l. si quis. non est hic contrarium. loquitur enim quando agitur actione in factum, descendente ex interdicto unde ui. Quarit etiam ipse Guliel. quid si egi contra te petitorio & possessorio recuperanda uel adipiscenda

simul, & in utrobique fuisti mihi condemnatus, & appellasti: nunquid fiet contra te in possessorio executio, appellatione non obstante? quod uidetur, per prædictam legem. Tenet contrarium ut sic nil nouetur tali appellatione pendente. C. eodem. l. 3. §. nil innou. appella. penden. l. una. Nec obstat l. predi. quæ locum habet, cum causa possessionis est principalis: hac autem erat accessoria proprietati, ex quo simul proponebatur, de causa possess. cum dilectus. & quod ibi not. in ultima gloss. sequatur ergo accessorium principale. de regu. iur. accessorium. libro sexto. Tenet etiam ibi Guliel. quòd contra sententiam bene competeret exceptio doli, si in hac causa per dolum esset obtenta, dans pro regula omnia remedia, preter appellationem competere, contra sententiam momentaneæ possessionis. Cum enim sola appellatio denegetur per legem illam, quod in alijs mutatum non est, stare non prohibetur. C. eodem tit. præcipimus. & de test. sancimus. Pro hoc facit quod tenet ibi glo. ult. beneficium restitutionis contra talem sententiam minori competere: & hoc ad id quod supra prexi. dixi summe iustificat ius nostrum, & Canonistarum opinionem.

q *Aliorum. Hac distinctio fuit Albe. Gal. qui hoc not. eod. tit. uersi. sed nunquid à sententia. Vnde dixit Vber. de Bo. ff. de libe agno. quòd secundo casu datur libellus. de hoc statim remittam. datur curator. ff. de tuto. & cur. da. ab his. l. in omnem appellatur. & de hoc hic. In primo uerò casu, quando ex officio neutrum horum admittitur. Gul. de Suza. per l. de alimentis. C. de transact. ibi arguendo distinguebat an agatur de preteritis: & tunc libellus detur, & appelletur, si de futuris, secus de utroque. Primum membrum placet: in secundo posset procedere distinctio prædicta, & de libello uide infra de libel. concep. §. nunc dicendum. sub uersiculo trigesimo circa fin. Ipse tamen Guid. super l. si index. ff. de his qui sui uel ali. iur. sunt. dicebat appellari posse à sententia lata pro alimentis præstandis: cum nullo iure sit prohibitum: quod sufficit. C. de colla. l. illam; ff. de preua. l. 3. ad fin. de senten. excom. is, qui; lib. 6. Ad idem C. de relig. & sump. fu. l. statuas, imò etiam in minimis causis est permissum. extra, de appell. c. de appell. & pre. l. & in maioribus. Hoc maximè uerum secundum eum, quando is, pro quo est lata sententia, aliunde se alere potest. aliàs aequum est, quòd appellans interim illi prabeat alimenta. argum. ff. de inoffic. testam. l. si alimenta. §. pe. & de iure delibe. l. filius.*

& uide suprà de offic. indi. in q. statim alle. & quod scripsi de causa possessio. cum super electione. super 2. glo.

ADDE *quod opinio. Specu. sequitur Bart. in dicta l. fin. de appella. recipi.*

r *Perniciosum. De manifestis usurarijs loquitur. & uide quod ibi dixi in tex. & super glo.*

ADDE, *quòd licet in notorijs non appelletur, tamen si causa rationabilis in appellatione inseratur, appellatio est admittenda secundum Ludo. Roma consi. 314. quem sequitur episcopus Alex. in c. cum speciali. §. porrò de appella.*

s *Eod. tit. quo. app. non recip.*

t *Approbo. Nec approbat Host. ut ibi scripsi super ult. glo.*

u *Nunquid. Vide quod ibi dicam.*

x *§. quoties. Vbi dicam prouisionem cle. de re iudi. c. 1. super uersi. sed secundum præmissa.*

y *Sententia. Supple. arbitri.*

z *Priuatorum. De hoc plene scripsi extra, de arbit. cum dilectus. super glossa secunda. Sed quaeritur an à sententia iudicis lata super petitione de reducendo arbitrio arbitratoris ad arbitrium boni uiri, possit appellari. Rusticanus disputauit hanc quaestionem, & incipit, petitum fuit à iudice. & tenuit quòd appellari non possit. Eius principale motiuum est, quòd ab arbitramento non appellatur: ergo nec à sententia, quæ super eo fertur. Item iudex non cognoscit hoc ut iudex, sed ut bonus uir. ff. pro socio. si societatem. in fine. & habetur perinde, ac si non ut iudex ad id fuisset assumptus. Primum declarat: quia subrogatum in alterius locum, illius naturam sortitur. ff. si quis cau. si eum. §. qui iniuriarum. cum concor. ibi nota. Sicut ergo ab arbitratore non appellatur, sic nec ab isto. Vnde quando arbitri in locum iudicum cognoscunt, appellatur ab eius ut à iudicibus. C. de iudicijs. l. apertissimi. & c. cum speciali. de officio delegati, ab arbitris. lib. 6. Si ergo econuerso, quando iudex locum arbitratoris tenet, non appellatur ab eo, sicut nec ab arbitratore. aliàs per primam & secundam appellationem, in anfractus litigiorum incident partes, quod à principio abhorruerunt.*

ADDE, *an à sententia arbitri uel arbitratoris appelletur, ultra ea, quæ habentur pro Canon. in capitulo. Quintauallis. de iureiurand. & per docto. maximè Alexand. in lege nemo potest. de legatis primo. & per episcopum, Alexand. in rubrica extra de appella. Romana. consilio uigesimosecundo. Quo uerò ad addi. Ioannis Andr. an à sententia lata super pet. reduc. ad arbitrium*

trium boni uiri, etiam appelletur, ultra loca prædicta. adde Cald. consilio quinto. Anto. de Butri. consi. 50. Imo. consi. incip. reuocatur in dubium. Paul. de Cast. consi. uigesimosecundo. Alexand. consi. 16. 3. lib. Roma. consi. mihi 261. ubi ex habente. Bald. in l. 1. C. de his, quæ pæ. nomine. distinguit, aut ille index læsit in modico: & non appellatur. Aut in magna quantitate: & tunc appellatur. Et cum hac opinione transit episcopus Alexand. in rubrica de appell. in 22. col. & inquantum concludere uidetur Ioan. And. quòd ab arbitratore, non appelletur. quod Bart. tenet quòd ex iusta causa possit appellari in l. finali. de app. reci. & sequitur Bald. consi. 444. 1. lib.

a Significauit. Vbi scripsi in glo. quia monachi. uersiculo, & id uidetur.

b L. finali. Vide extra, eod. tit. ad hoc secundo. & c. seq. & quod in eis no.

c Et seq. Debet autem hæc reuocatio intimari appellanti secundum Bonagui. ubi suprà allegat. ff. de instit. l. sed & si. §. præscribere. & ff. de regulis iuris. l. decreta. extra, de dolo & contuma. capitu. ultimo. & idem Aegid. facit quod scripsi eod. titu. si à iudice. in fin. libro sexto. & de procura. mandato. & clemen. de elect. causam. Consuluit etiam Aegid. quod de hoc habeatur scriptura publica.

d In princip. Et not. extra de iureiurand. quanto. in 1. glo.

e Enim, &c. Per quod dicitur, delatorem iuramenti, appellare non posse, si is, cui detulit, iurauit, & obtinuit deberi de relatore ibi not. & scripsi de iureiuran. cap. si. super prima glo.

f In fine. Ad hoc facit quòd nota. & scripsi suprà de reconuentio. in fine. Facit etiam suprà. §. proximo. ad finem. uersiculo sed quid si ille. & uersiculo sequenti, sed pone. Ad quorum intellectum scire debes quòd Guido de Suza. super l. ampliorem. C. eodem tit. quærit, nunquid illius beneficium competat appellato, quando appellantem pænitet, & ab appellatione recedit. arguit quòd non: quia pænitere potuit, per l. si quis libellos. eodem titulo. C. de adult. fine metu. In contrarium allegat ff. de regu. iur. nemo. quia non licet mutare consilium in alterius detrimentum. At idem ff de regulis iuris. mutare. libro sexto. Et hanc partem sine distinctione tenuit in ordine iudiciorum, ubi de appellationibus. uersiculo penultimo. sed super pradi. l. sic soluit, quòd si appellans solum appellauit, & in appellationis causa non processit, pænitere poterit aduersario inuito. Et sic procedunt allegata primo. Si autem processit ad prosecutionem appellationis, non poterit inuito aduersario pænitere: quia cum aduersarius supra sic interpellatus ex facto appellantis beneficium illius legis sit consecutus, inuito appellatore poterit illo uti, Allegat eandem leg. post mortem. alibi ubi supra alleg. ad idem ff. de fideiuss. si stipulatus. in princip. & l. ex persona. non obst. Guliel. In nota. concor. authen. qui semel. C. quomodo & quando index. Cogitur enim actor prosequi reo citato, & non prius. Non obstat decr. ab eo. de elect. libro 6. ubi sola appositio impedit pænitentiam sic. & hæc sola appellatio impedire deberet. nam ibi duplex interesse personæ, contra quam afficiebatur ex obiectis ecclesiæ, & propter secundum non posset obijciens pænitere, etiam consentiente aduersario. ut ibi not. in ulti. glo. forte congrue distingueretur casus l. ampliorem. à casu legis, omnem honorem. de qua auctor hic loquitur. Si ponimus quòd isto casu ego uictor appellare non possum propter sumptus, ex quo uictus præuenit in appellando super principali: sic enim ego, illo etiam re integra desistente, deceptus essem à lege: sed non sic in casu uersiculo sed pone. & l. ampliorem. quia aperte à sententia, in qua succubueram, poteram appellasse, ut ibi. & extra, de testam. Raynutius. & c. Raynaldus. Imputem ergo mihi, si non appellaui: cum etiam aperte lex illa in princip. loquatur de appellante; qui prosequitur ibi, si appellator semel in iudicium ueuerit, & causas appellationis suæ proposuerit, & cætera. Et quid de iudicio eius, ad quam loquatur, clare patet ex textu.

ADDE quod Bald. in d. l. ampliorem. dicit ibi esse casum in princip. quòd si aliquis est condemnatus in quinque, & in quinque absolutus, & appellet, quòd index appellationis poterit illum condemnare in illis quinque, in quibus erat absolutus. & idem tenet in l. fin. C. quando prouo. non est necess.

g Appellare. Intendit, an quia index reum non condemnauit in expensis, & eo fortius si absoluit eum, ab illo possit actor uincens in principali appellare. Legistæ communiter tenent quòd sic. & Gul. de Suza. habet hoc pro indubitato, qui in prædict. l. fin. quærit an hoc casu in causa appellationis interposita per uictorem reus possit possit conqueri de iniquitate sententiæ super principali? Et tenet quòd non: quia principale non recipit firmitatem uel infirmatem ab accessorio: ut C. de contraben. & commi. stipula. nuda. sed econtra sic. ff. de usur. l. eos. in princip. C. de fruct. & lit. expen. l. terminato. Proba-

tur utrunque de consec. ecclе. uel alta. c. uno. libro sexto. & eadem l. prima. de regu. iur. accessorium.

A D D E *an appellari possit per omißionem expensarum, Angel. consilio centesimononagesimo.*

h Eodem tit. de expen.

i Cum inter. *Vbi scripsi in gloss. dixit hoc Innoc. in fin.*

k Cessante. *Plenius ponit author in hac materia, quàm antiqui, Tanc. & alij, qui per tres uersus dabant nobis casus, dicentes:* Appellare uetant, *scelus, excellentia pacta,* Contemptus, *minima res, interdictio facta,* Arbitrium, *res, qua perit, & sic longius acta:* Richardus *in suis distinctionibus ponebat* 11. *& hoc secunda quæstione sexta. Nepos de Monte, alba. ibi supra collegit circa* 25. *casus: posuit tamen & exposuit illos uersus Gul. de Suza. ubi supra posuit* 13. *An uerò his casibus addendus esset casus puniti, quia noluit iurare de calumnia: uide supra de iuramento calumniæ. §. fina. in princip. & quod ibi dixi.*

A D D E, *ut plenißimè per episcopum Alexand. in d. c. cum cessante.*

A D D E And. *uersi. sequentem, an comminatio iudicis sit legitima causa appellandi, uide Car. in consi. 9. in 2. col.*

l G. 1. *Dic ut ibi dixi super gloss. 2. ibi dixi quòd Bonag. glossauerat propter breuem terminum non peremptorium curiam non dare literas appellanti: sed ipse in summa aduocatorum penult. rubricella plus dixit, scilicet se expertum, quòd dato quòd ambo concurrant, id est quia terminus peremptorius est breuis, curia etiam tali appellanti literas non concedit. & dicit quòd literam iam super hoc factam uidit per Vicecancellarium dilaniari. Dicit tamen quòd Goffred. tunc auditor contradictarum resistebat, dicens id iniuste fieri. Subdit etiam quòd abinde tales literas non potuit obtinere, ponderata ueritate causarum iustificari posset consuetudo cancellariæ: & econuerso summe reprehendi. Referare enim oportet casum, quo prædicta decre. primo de dila. remaneat incorrecta. ibi enim mouebatur quæstio monachis, super ecclesia uel proprietate: & sic causa erat ardua & forte improuisa. Et tamen scias quòd antiqua decret. præque erat in prima compil. sub tit. de dolo & contu. dilecti. fuit imminuta, quia fuit additum de breui, quod ibi non erat solum de peremptorio: unde autor hic illam allegat, ut antiqui, qui solum peremptorium ponderabant. Item ibi post uerbum, mutauerat. in totum fuit recessum ab antiqua litera: quæ solum tractabat de quadam possesione per iudices decreta monialibus. Per hoc patet quòd adiuncto illo breui cum peremptorio illa decret. in hac parte Gregoriana propter clausulam submissam de reuocatione attentorum appellationem iustificat.*

A D D E Panor. *in d. c.* 1.

m His, quæ lib. 6.

n Appellari. *Ver. fuit* Alberti Gal. & T. *in princip.*

o ff. eo. *Scilicet de app. re. uel non.*

p Examinari. *Supple, & emendari. unde dicebat Gui. de Suza. ubi supra, dum tractas de spernenda appellatione, in fine, aut per appellationem interponendam à diffinitiua sententia, saluum est ius appellandi aduersus articulum decisum ante diffinitiuam, aut non.*

q Vtile. *primo respond. ibi enim recipitur appellatio ab interlocutoria lata super ætate petentis in integrum restitutionem. Mar. de Fa. plenè tractat hanc quæstionem, & quia in uoluminibus non habetur, in ea abbreuianda tamen insistabo. Ad negatiuam inducebat l. apertissimi. C. de iudi. ubi est expressum ante diffinitiuam non appellari. Item prædicta l. ante sententia tempus. Item l. etiam prææallegatam ff. de appel. re. uel non l. ante sententiam. Nam si certo casu ibi permittit, scilicet ante sententiam appellari: ergo eius contrarium est regulare. ff. de conditio. & demonstra. l. cum ita. stetur ergo interlocutoriæ saltem usque ad diffinitiuam. ff. de libe. cau. liberis. in fin. C. de dila. à procedente. in fin. & hoc ut sit finis litium, quæ ex contrario tenderet ad infinitum. Contra id ff. de damno infect. qui bona. in fin. cum enim appellans ad prosequendum habeat annum, & bis possit pars qualibet super uno articulo appellare, ut infrà §. quoties. in princip. facile prosecutio appellationis poterit ad quadriennium prorogari. Quando ergo diffinitur principale, uel feretur diffinitiua, quæ tamen intra triennium ferri debet. C. de iudicijs, properandum. Inducta hac æquitate respondes iniquitati quæ ad contrarium posset induci: scilicet quòd sit stari necesse iniquæ interlocutoriæ. nam per appellationem interponendam à diffinitiua emendabuntur interlocutoria male lata. Constat enim interlocutoriam mutari posse. ff. de reg. iur. quod iussit. de noui ope. nun. si opus. quod faciet iudex appellationis. C. de reb. credi. l. generaliter. §. 3. C. de appe-*

cos.

eis.§. si quis. de tem. appel. per hanc. Sit ergo contentus hoc auxilio passus interlocutoriam. ff. de dam. infec. qui bona. §.de illo. & l. si adibus. Item dicit inuincibilem rationem, quæ constat ab illa sententia posse prouocari, ex qua paratur actio iudicis. C. de arbit. l. prima, sed hanc interlocutoriam non parat. C. de senten. & interlocutio. l. post sententiam. & comminato. episc. l. interlocutio. & l. sequen. ergo ab ea non appellabitur. Ad contrarium inducit l. secunda. C. de episcop. au. ubi prohibetur frustratoria appellatio ante sententiã. ergo non frustratoria conceditur. ff. de iudic. l. cùm prætor. Item lex permittit ab iniuria appellari. C. eodem titu. si quis prouocatione. ergo ab iniuriosa interlocutoria, id licebit. Item ab iniqua interpretatione, appellare licet. ff. eodem titu. ab executore. & constat quòd interpretatio, interlocutio est, non sententia. argumen ff. de testamen. hæredes palam. Item certum est quòd interlocutoria potest offendere, quam etiam successor seruare debet. ff. de administrat. tuto. tutor, qui repertorium. §. si deponi. quare ergo subtrahatur remedium in ista, quod in sententia conceditur. ff. ad legem Aquiliam. l. illud. Item executio lata sententia, in qua exceditur, interlocutio est. Idem dicendum de negatione restitutionis post sententiam. Item de non admissa excusatione tutoris, uel eius, qui uocatus est ad munera: & tamen omnes prædicti appellant. Probatur per ordinem, C. quorum appel. non re. l. ab executore. C. si sæpius in integr. restitutio. l. prima. C. de excusatio. tut. l. quinquaginta. C. eodem titu. qui ad ciuilia. Concluditur autem secundum leges, ab interlocutorijs appellari. Allega. ad idem C. de re iudica. l. secunda. ff. de mino. ait prætor. §. permittitur. & in authen. de col. §. si quis autem putauerit. Nec ualet, quod dicitur, ei post sententiam prouideri: quia tutius est ante tempus occurrere, quàm post, &c. C. in qui cau. in integ. restitu. non est neces. l. ultima. & C. quando li. sine indi. l. prima. Soluendo tenet quòd interlocutoria secum trahit executionem, uel executioni mandetur, ideo quòd non potest remedio appellationis post sententiam grauato succurri, appellare licebit. Allegat ff. de minor. l. in causa. 2. secundum quod tres opi. concordari possunt, quas recitat autor faciendo hunc casum exceptum à prima. Aliqui uolentes ius ciuile & canonicum concordare, dicunt quòd omnes casus suprà dicti, & similes, quibus leges permittunt ante sententiam appellare, not. per Accur. in prædictis legibus, ante sententia. &, ante sententiam. per Azo. in Summa huius titu. §. appellare quis potest. & per Ioann. 2. quæstio. 6. non ita. plenius per Hostien. in Summa, eod. titu. §. quando. uersicu. uide. ponuntur gratia exempli, ut idem sit in omnibus alijs, in quibus quis iniuriatur uel grauatur: dicentes quòd specialitatis ratio ad alios similes sufficientes reddi non posset. Et horum dictum recitat Ioan. ubi supra, & Accur. in prædictis duabus legibus. Et si istis opponantur tex. nostri. 2. quæstio. 6. non ita. & prædicta decret. super eo. qui apertè ponunt in hoc differentiam inter leges & canones, respondent illud uerum, tempore illorum iurium, quo recipiebatur appellatio frustratoria, uel sine expressione legitima causa: sed quia hodie secus per decret. ut debitus. dicunt quòd iura concordant. & ad l. ante sententia. respondent quòd uerum est, si sententia sit diffinitiua uel interlocutoria, antequam feratur, appellari non posse: sed ex quo lata est, potest. Dyn. legum doctori hæc uerba non placent. & Cyn. in præ. l. ante sententiã. hanc expositionem improbat. Circa hoc uide quod scripsi de no. oper. nuncia. cap. pen. in gloss. ultra medium. His multum congruè coniungitur, quòd quærunt aliqui, inter quos Guid. de Suz. super l. ex quacunque. si quis in ius uoc. non ie. si iudex, cuius fortè iurisdictioni aliquid opponebatur, pronunciauit se iudicem, an ab ista interlocutoria possit appellari. Ad negatiuam inducuntur duæ primæ leges superius allega. sol. Gui. fuit talis qualis supra, an remanet ius mihi saluum contra illam in appellatione interponenda à diffinitiua, an non. Vide quod dixi supra. titu. proxi. §. nunc dicendum. super uer. sed nunquid ad illa.

ADDE ad primò dicta episcopum Alexan. in rubr. de arb. in cap. cum cessante. Quo uerò ad ultimò dicta Bald. consi. 242. 1. libr. tenet quòd appelletur à sententia, qua quis pronunciat se iudicem competentem, & idem de. Fran. Bald. inter eiusdem consilia numero 277. 4. lib. nisi esset statutum quòd ab interlocutorijs non appelletur: quia tunc statutum ualet: nec potest appellari. & hoc ultimum tenet Bar. eius consil. incipiente, ubi so puncto. licet aliqui contra: ut per d. episcopum in d. c. ut debitus.

r Cæterum. Quod sequitur, ad literam fuit Vber. de Bona. de exceptionibus. contra rescripta. uer. sed quid si.

s C. bona. Vbi scripsi in glo. unde petebat.

Debitus.

t Debitus. in 3. gloss. Tu dic ut super ea scripsi in fine.

ADDE *ut latius per episcopum Ale.*

u Quoque. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Appellari à quibus posit.*
2 *A sententia arbitri non est appellandum, nec ab executore.*
3 *Appellari non licet à sententia lata in curia Franciæ.*
Rex Franciæ in temporalibus superiorem non recognoscit.
A quibus appellari posit.

a VIDENDVM Restat † à quibus appellari posit. Et quidem generaliter ab omnibus, tam delegatis, quàm ordinarijs. 2. quæstio. 6. c. 2. & c. ad Romanam. ex. de app. cum sit Romana. nisi iu rescripto remota sit appellatio: ut s. §. proxi. uer. 2. & uer. uerum. A principe autem, scilicet à Papa uel Imperatore non appellatur: ut 2. q. 6. §. anteriorem. uer. illo. 9. q. 3. cuncta. & c. per principalem. nec à sententia præfecti prætorio: sed supplicatur ab ea, nec à sententia senatus: ut C. de sent. præfe. præto. l. 1. ff. à quibus appel. non lic. l. prima. ff. de mino. præfecti. 2. quæstio. 6. cap. anteriorum. nec à sententia episcopi: ut supra. §. proxi. uersicu. 22. Quod autem dixi à sententia præfecti supplicari: uerum est, cùm primam sententiam profert, uel cum primam sententiam per alium latam, ex appellatione infirmat. Si autem iam bis iudicatum sit, & præfectum tertiò ex appellatione cognoscit: tunc si confirmat priores sententias, non supplicatur. Sic intellige C. ne lice. in una eademq; causa ter. pro. l. unica. De isto dic ut supra, de iurisd. omn. iu. uersicu. magis. Item quod dixi de sententia senatus, intellige de omnibus senatoribus simul, qui erant numero centum: ut C. de hæret. l. fina.
a de quolibet senatore separatim non. [a] † Item à sen
2 tentia arbitri, non appellatur 1 ut supra. §. proxi. uersi. 16. Item ab executore non appellatur. quod
3 dic ut supra. §. proxi. uersi. 5. † Item à sententia lata in curia Franciæ, non appellatur, cùm Rex ipse in temporalibus superiorem non recognoscat: ut extra qui filij sint legit. cap. per uenerabilem. & sic ibi de facto seruatur. Verùm à iudice communiter electo appelletur, & ad quem: dic ut supra, de compe. iudic. adi. §. primo. uersicu. sed an. & uersicu. sed ad quem.

ADDITIO.

a Separatim. non dicit Gul. quòd quidam sibi attribuunt, quòd unus uel duo senatores Vrbis, qui hodie præficiuntur, de quibus in decret. fundamenta. de elect. lib. 6. non habeant illam potestatem, quam olim habuerunt illi centum: sed dicit quòd separatim unus uel multi si potest quod omnes possunt. Pe. & Cy. in pra l. fi. sub dubio forte, tenent quòd eandem habent, per l. sicut, & l. plane. ff. quod cuiusque uniuer.

SVMMARIVM.

Ad quem appelletur.

1 *Appellari potest ad Papam, omissis medijs, sine tamen præiudicio inferiorum, & damno litigantium.*
2 *Appellans à Metropolitano procedente simul autoritate ordinaria & Apostolica, an sit admittendus.*
3 *Appellatio diuersimodè, & à diuersis fieri potest.*
4 *Processus appellationis à Vicario ad episcopum, qui causam commisit, &c. an sit validus.*
5 *Appellans à delegato Principis, coram principe tantùm agere debet.*
6 *Commodum de fraude, nemo reportare debet.*
7 *Appellatione ad Papam facta, etiam fieri non debita quo casu teneat.*
8 *Iuris appellatione, quid intelligatur.*
9 *Delegato subdelegante sub hac forma, committo uices meas quousque ipsas duxero reuocandas, an per talem subdelegatum sententia lata teneat.*
10 *Delegatus à non Principe, qualiter, & quo casu posit causam alij subdelegare.*
11 *Duorum delegatorum si unus committit totaliter alteri uices suas, alter uerò committit aliqua, sed non in totum, ad quem ab istis sit appellandum.*
12 *Appellari de pari ad parem, an liceat.*
13 *Sententia lata à qua appellatum non est, si iudex committit alicui executionem tantùm, à quo appellatur, ad quem debeat appellari.*
14 *Appellanti per errorem ab uno pro alio, an noceat talis error.*
15 *Ad legatum Papæ an liceat omissis medijs appellari.*
16 *Appellans simul ad plures, ad quem intelligendus sit talis appellasse.*
17 *Parte ad legatum, & altera ad metropolitanum à sententia suffraganei appellante, cuius tenere debeas appellatio.*

Processus

18 *Processus contra appellantem tenere dicitur,*
vbi incertum est ad quem appellatio infe-
ratur.
19 *Simpliciter appellans, nec dicens ad quem ap-*
pellet, ad quem intelligendum sit appellasse.
20 *Appellans ab episcopo si dicat, appello ad ma-*
iorem iudicem, qualiter, & de quo sit maior
interpretandus.
21 *Appellatione facta à sententia episcopi ad me-*
tropolitanum, si contingat ipsum metropoli-
tanum mori, & episcopum loco eius substitui,
an ipse substitutus poßit de causa appellatio-
nis cognoscere.

NVNC Tractemus ad quem sit appel-
landum. Et quidem à minori ad maio-
rē ad maiorem, & gradatim: id est, ad
eum, qui in gradu proximo superior est
ei, à quo appellatur: puta ab archidiacono ad e-
piscopum: ab episcopo ad archiepiscopum: ab ar
chiepiscopo ad primatem: ab illo ad Papam: &
sic seriatim: ut C. de appel. præcipimus. ff. eo. Im-
peratores. & l. prima. §. si quis. extra, eodem. dile-
cti filij prior. & c. Romana. responso. 2. 2. quæst. 6.
si quis putauerit. & cap. placuit. & l. anteriorum.
uersicu. ad hoc. & uersicu. illo uidelicet. & quæst.
7. cap. metropolitanum. Excipitur tamen domi-
nus Papa, ad quem potest omissis medijs appel-
lari: ut 2. quæstione sexta. cap. ad Romanam. & c.
præceden. & cap. quoties. & cap. ideo. & extra, de
appel. si duobus. & cap. solicitudinem. extra, de
priuile. antiqua. Et est ratio: quia ipse est ordi-
narius singulorum: ut extra, de elect. cùm nobis
olim. de legato dic ut infra. uersi. & nunquid. Be-
nedictus tamen sit Imperator, qui licet dominus
Mundi sit, ut ff. ad l. Rho. de iact. deprecatio. & li-
cet omnes prouinciæ sub eo sint, ut 63. distin. A-
drianus. & omnes rationes, ut 11. quæstio. 1. hoc si
quis. uersicu. uolumus. & omnes principes, ut 7.
q. 1. in apibus. præter Regem Franciæ, ut extra,
qui fi. sint legi. per uenerabilem. circa medium. &
licet omnia sint in eius potestate, ut 8. distin. quo
iure. & 12. questio. 1. futuram. & C. quadri. præs.
1 bene à Zenone. † non tamen patitur in præiudi-
cium inferiorum ordinariorum, & in damnum
& laborem inæstimabilem litigatorum, ad se o-
missis medijs appellari: quod si fiat, remittit ap-
pellantem ad iudicem competentem: ut in præ.
a l. Imperatores. respon. primo. [a] cum suis con-
cor. Licet enim princeps omnia possit, & legi-
bus non adstringatur: tamen uiuere debet secun
dum legem: ut extra, de concess. præben. propo
suit. & C. de legi. digna. & 25. quæstione prima.
§. si ergo. in princi. aliàs in §. his ita. tunc enim
iura sua seruantur, quando eis ipse reuerentiam
b exhibet: ut 9. dist. iustum. Palea est. [b] Et nota
quòd cùm appellatur ab eo, qui habet iurisdictio-
nem à persona ecclesiastica, appellatur secun-
dum canones medio omisso, & ante sententiam,
& non secundum legem ut probatur extra, de fo
ro compe. licet. & de appella. si duobus. §. deni-
2 que. † Quid si appellatur à Metropolitano pro-
cedente simul autoritate ordinaria, & etiam a-
postolica: ut extra de cor. uitia. significauit. de
præben. nisi. de officio ord. licet. Respon. dicit
Papa in decret. ut debitus. super uerbo, ante sen
tentiam. absque rationabili causa. in commento.
& etiam in Summa de hoc multa no. Alij autem
quibus Ioan. & Pet. assentire uidentur, ad Pa-
pam fore appellandum dicunt, non ad prima-
c tem: ut extra, de præscr. cùm ex officij. [c] † Et
3 hoc in ordinarijs: in delegatis autem dic quòd si
est delegatus ad uniuersitatem causarum, à mi-
nori iudice quàm sit Papa uel Imperator, potest
unam tantùm ex illis subdelegare: & ab isto sub-
delegato appellabitur ad ordinarium, & non ad
delegatum, qui illum subdelegauerat. ff. quis &
à quo appella. l. prima. §. fina. secundum Tan-
d cret. [d] quod mihi non placet, ut iam dicam. Vt
autem in hoc articulo plenius instruaris: distin-
gue, quia appellatur quandoque ab ordinario,
quandoque, à delegato, quandoque à subdele-
gato: si ab ordinario, gradatim debet fieri, ex-
cepto Papa, ut prædixi. Si à delegato, subdistin
gue: nam aut est delegatus ad uniuersitate cau-
sarum, aut ad unam tantùm. si ad uniuersitatem,
ut est uicarius episcopi, uel officialis, qui ordina-
rius censetur: tunc appellatur ad archiepisco-
pum, ad quem ab ipso episcopo appellaretur:
quia unum & idem consistorium censetur offi-
cialis & episcopus. extra, de appellat. Romana.
e in princip. [e] Et tamen hic posset ad Papam o-
4 missis medijs appellari, ut supra. † Quid si de
facto appellatur à uicario ad episcopum, qui cau
sam committit, & partes scientes commissio-
nem non tenere, litigant coram delegato? Di-
cunt quidam quòd non ualet processus. ff. de ap-
pella. ex consensu. §. primo. de hoc not. C. de iu-
risdi. omn. iudic. priuatorum. & supra, de com-
pe. iudi. adi. uersi. 10. & seq. non enim ualet dele-
gatio causæ, quam partibus scientibus commit-
tit, ubi delegare non potest. not. C. de pœna iu-
f dic. l. prima. Alij contra. [f] † Si uerò à delegato ad
5 unam causam tantum, aut est delegatus à prin-
cipe: & tunc ad principem tantùm: ut ff. quis, &
à quo appella. l. prima. in prin. & extra, de offic.
delega. super quæstionum. Aut ab alio inferio-
ri ordinario: & tunc etiam ad eundem ordina-
rium: ut in ea. l. respon. primo. & l. fina. & ex-
tra de appell. cum speciali. 11. q. prima. peruenit.
& in præ. cap. dilecti. in parte decisa. ut ibi not. &
idem no. extra, de foro compe. si quis contra. ibi
tamen loquitur, quando ordinarius recusatus cau
sam alicui delegat, à quo delegato si appellari con
tingat, dico quòd ad archiepiscopum potest, o-
misso episcopo, appellari: quia cùm ordinarius
sit recusatus, non dicitur facere medium: argum.
g 2. quæstio. 6. cap. placuit. secundum Vincen. [g] li-
cet B. not. contra ibi: his tamen casibus ad Papam
posset semper appellari: ut supra. Sed ad quem
appellabitur ab arbitris, ad cognoscendum de
causa suspicionis electi? Respon. ad Papam, cu-
ius intelliguntur esse delegati. extra, de appel.
h cùm cessante. [h] † Sed secundùm præmissa, si di-
6 cis quòd ab eo, cui episcopus unam causam dele-

gat,

gat, debet ad ipsum episcopum appellari: ergo episcopus semper causam appellationis committet, ne causa ad superiorem ueniat. Respon. Aut ipse episcopus est suspectus: & tunc ad superiorem appellabitur: non ad eum, ut iam dixi. Aut non est suspectus: & tunc si episcopus in fraudem causam appellationis committat, ne causa ad superiorem perueniat, non debet de fraude commodum reportare. ff. eod. per quem fac. est. l. secunda. extra, de rescrip. cap. sedes. in fin. cum suis concor. & cap. sequen. Nam de iure ipse habet necesse causam appellationis per se audire: ut extra, de appella. ut debitus. ibi: de appellatione cognoscat. & in authen. ut defun. seu fune. defunc. non iniuri. §. pen. etiam si alijs occupetur negotijs, ut ibi no. Ad idem C. de iudic. authen. ad hæc. Et credo quòd sententia excommunicationis, per modum consistit in genere lata per Metropolitanum contra fraudes huiusmodi committentes ualet & tenet, argum.
i extra, de insti. cap. 3. extra, de offi. uica. Romana. & de offic. ordi. capitu. secundo. Sed quoniam qui fraudem allegat, fraudem probare tenetur: ut ff. de proba. quoties. §. qui dolo. quod difficile foret Metropolitano probare: necessarium esset huiusmodi fraudibus per sedem apostolicam ob-
k niari. k † Cæterùm si appellatur à subdelegato
7 subdistingue. nam aut est subdelegatus à delegato Principis, puta Papæ uel Imperatoris: aut à delegato alterius. Si à delegato Principis, aut delegatus subdelegauit totam causam, & tunc tantum ad principem appellatur: ut extra, de offic. deleg. super quæstionum. §. porro. Aut aliquid de iurisdictione sibi retinuit: & tunc si sit remota appellatio in rescripto, non potest appellari ad Papam, sed ad delegatum tantùm, qui eum subdelegauit, secundum B. & T. & do. meum. & alios. & si fiat appellatio non ualebit: imò remittetur ad delegatum. speciale enim est in hoc casu, ut non possit ad Papam omissis me-
l dijs appellari. ut in prædi. §. porro. l Alij tamen, ut G. Na. dicunt quòd appellatio facta, hoc casu ad Papam, tenet, licet fieri non debeat. Et sic dicunt de facto seruari: & curiam Romanam talem appellationem recipere. Et exponunt quod dicitur in prædi. §. porro. non ad nos. sed ad
8 eum, &c. uerum est de iure communi? Nam appellatione iuris, ius commune intelligitur. argumen. C. de his, qui ue. æta. impe. l. fi. & extra, de transact. capitu. primo. Secus autem est de iure speciali, quo ad nos omissis medijs in omnibus appellatur. argumen. extra, de appel. significauit. & supra dixi. Sed hic intellectus non placet. Si autem non fuit appellatio remota, adhuc dicunt B. & dom. meus ad delegatum tantùm, & non ad Papam appellandum: cùm omnis appellatio sit remota per constitu. ut debitus. Tamen Pet. de sap. dicit quòd hoc casu potest ad delegatum appellari, & nihilominus ad Papam illo omisso: ut in præd. §. porro. sed secundum legem in eo casu, quando, scilicet delegatus committit in totum uices suas, & in eo, scilicet quando non est remota appellatio, debet ad delegatum, & non ad principem appellari ut C. qui pro sua iurisdi. l. prima. §. hoc. Vel solue ut not. in præ. §. porro. Item dom. meus dicit quòd non congruit iuri, ut Papa recipiat appellationem interpositam à delegato non suo, uel à subdelegato ab illo una tantùm causa commissa fuit, quandiu delegans uel subdelegans superest: & causam appellationis uult & ualet expedire. unde credit standum in foro ecclesiæ legi. C. qui pro sua iurisdi. iu. da. l. prima. & ff. quis & à quo appel. l. prima. in princi. & l. fin. quibus nullo iure canonico expressè contradicitur. & ad hoc facit mens illius casus positi supra ibi: aut aliquid, &c. Debet enim suam potestatem secundum iura
m moderare, ut supra. m † Sed quid si delegatus
9 subdelegat sub hac forma: Committo tibi uices meas quousque ipsas duxero reuocandas: certè nisi reuocet, ualet sententia per subdelegatum lata. Sed ad quem appellabitur tunc? Respon. ad Papam. Sed si ante sententiam fuisset appellatum tunc ad delegatum appellaretur: quia adhuc poterat causam ad se reuocare: sed postquàm lata est sententia, non potest aliquid reuocare. Sic notat Papa extra de offic. delega. Si pro debilitate. & T. in præ. §. porro. argum. tamen contra: quia adhuc restat executio, quam potest resumere. argu. extra eo. titu. quærenti. propter quam rationem dominus meus not. contra in præ. cap. si pro debilitate. & dictum priorum obtinuit in executione ad prouidendum cuidam deputato: qui alteri commiserat uices suas, à quo extitit appellatum. Multi autem tunc dixerunt, quòd nunquàm est appellandum ad executorem, sed ad Papam, etiam ante latam sententiam per sub-
n delegatum eius. n † Porro si appellatio à subde-
10 legato delegati ab alio quàm à principe potest appellari ad eum, qui subdelegauit. ut ff. quis & à quo appella. l. prima. in princ. & l. fina. nihilòminus ad Papam, ut supra. Quidam tamen dicunt appellari ad ordinarium: ut ff. in præ. l. ff. quis & à quo appella. l. prima. §. ab eo. Si autem quæras, quomodo delegatus à non principe potest causam alij subdelegare, contra illud C. de iudicijs. extra de appella. cum causam, quæ. Respon. hoc obtinet, quando alicui causarum uniuersitas est commissa: ut uicario episcopi, qui potest unam causam alij subdelegare: ut ff. de iudic. cùm prætor. extra de foro compe. Ro-
o mana. §. nec o à contrario sensu. & supra. dixi.
11 & not. in prædi. capitu. cum causam. † Sed pone, duo sunt delegati, & unus committit alteri totaliter uices suas: alter uerò committit alicui aliqua, sed non in totum. Quæritur ad quem appellabitur ab istis? Dic quòd ad Papam. Eadem quæstio est si unus delegatus committit alteri condelegato uices suas, aliquid sibi de iurisdictione reseruans. Idem etiam est,
p si sint tres iudices. & est quæstio uenerealis: p
q quam prosequere prout ibi not. q Quid si sint tres delegati, & duo subdelegant. duo autem subdelegati procedunt cum tertio delegato, dicunt quidam appellandum esse ad primum delegantem. Alij dicunt quòd ad tertium delegatum appellabitur, si sit in literis clausula illa, quod si non omnes. quod dic secundum

dum Papam & B.prout not.in cap .super quæstio-
r nom. §. si uerò. r † Sed in illa quæstione quando
12 delegatus committit tantùm condelegato prin-
cipium causæ, non uidetur. quòd appelletur ad
committentem, sed ad Papam, quia de pari ad pa-
rem uon appellatur. secunda quæstione sexta. c.
anteriorum. Dic tamen contra. nam recipiendo
subdelegationem sui coniudicis, se facit mino-
f rem. f argumentum extra de offic. delega. super
quæstionum. §. si uerò duo. & ff. de iurisdict.om-
nium iudicum. est receptum. Vnde si est in com-
misione clausula, quòd si non ambo, &c. appella-
bitur ad committentem. extra eod. cùm super.&
C.qui pro sua iurisdict.l. prima quia ille, qui gra-
uat non potest de hoc cognoscere: nam esset iudex
in causa sua, quod esse non debet.C.ne quis in cau
sa sua iudi.l.prima.Et si appellatio tenet, remanet
solus iudex.argumen.extra de appella.ad hoc si in
una. Si autem non fit illa clausula, tunc appella-
tur ad Papam. ff. quis & à quo appella. l. prima.
in fine Idem iuris est, si alter committit tantùm
causæ principium alteri extraneo: de quo dic se-
cundum Papam prout not. in prædi. capitu. super
quæstionum.§.porro. Si uerò delegatus commit-
tit alicui extraneo totum, uel aliquem certum
articulum: tunc appellatur ad principem: Quia
de pari ad parem non appellatur. C. de appel-
lat.præcipimus, paragrapho final. secundum Iac.
13 Pet.Lau.& Papam. † Quid si lata sententia, à qua
appellatum non est, iudex committit alicui exe-
cutionem tantum, a quo executore quia suspectus
est appellatur, ut suprà, §.in quibus.uersic.in quin
to. quæritur ad quem debet appellari? Et uidetur
quòd ad primum delegantem: cùm iudex delega-
tus sit functus officio suo.extra, de officio delega.
In literis. Sed quidam dicunt quòd ad ipsum dele-
gantem: cùm eius iurisdictio duret ad annum in-
tegrum: ut extra, de officio delegati. quærenti. &
cap.si pro debilitate.ibi: te consulere, & c.quod ue-
rum, si committit intra annum: quia si post, nec
commisio, nec executio tenet. argumentum à
contrario in præ. c.quærenti. & argumentum eo-
14 dem titu. significasti. † Quid si per errorem alius
iudex pro alio appelletur? Respondeo, si appella-
retur ad maiorem, quem deseruerit, uel ad parem:
talis error appellanti non obest. Si uerò ad mino-
rem: tunc obest. ff. de appel.l.prima.§.si quis quia
in primo casu remittitur ad eum, ad quem debuit
r appellasse: ut ff. eodem. Imperatores. r Potest igi-
tur ad Papam omissis medijs appellari: ut supra, in
principio huius §. uersicu. excipitur. excepto illo
casu, qui est suprà, uer.cæterum. † Et nunquid idē
15 est in legato eius? Dicunt quidam quòd sic, cùm
eius uicem gerat.argumentum bonum 2.q. 6.c. si
episcopus.prope finem.& 93. distin. c. fina. & 94.
distin.c.primo.extra, de offic .delega.sane. & ff.de
admini.tuto.ita autem.§.gessisse.extra, de rescri-
ptis.super literis.prope finem.& extra, de offi.leg.
c. primo. ubi Cantuariensis qui est legatus in sua
prouincia, potest cognoscere de causis subdito-
rum suffraganeorum suorum ad eum per appel-
lationem delatis Alij, ut Ioan. dicunt contra: quia
hoc est speciale priuilegium Papæ, ut præ. §.exci-
pitur. Ad idem 2.q.6.si quis uestrum.& c.sequenti.

Item non debet ad principem, omissis medijs que
rela deferri: ut in authen. collatio. 3. de mandatis
principum.§.si tibi. & supra, in princ.huius §.ibi,
benedictus sit, &c. & uidetur expressum 11. q. 1.
peruenit. Sed prius dictum de facto seruari uide-
u mus in prouincia sibi decreta. u Patriarcha etiam
Constantinopolitanus omissis medijs appellatur:
ut 11.q.1.si clericus.& not.22.distinctione, reno-
uantes. Idem uidetur de Alexandrino: ut 65. disti.
x mos antiquus. x † Sed pone, aliquis ita dicit, ap-
16 pello ad archiepiscopum: appello ad Papam: ap-
pello ad legatum: quæritur ad quem talis appel-
lasse intelligatur? Respon. quòd obtinuit quòd Pa-
pa de huiusmodi appellatione cognosceret: ad quem
omnibus omissis appelletur: ut s.& argu.ff.de ser
ui.urb.præd.per fundum. ff. com. præd. l fina. in
princip.C.quomodo & quando iudex. tres. extra,
de appel.si duobus.ff. de re iud. contra pupillum.
ff.de iu.do.plerunque. in fin. ff. de pac. ueteribus.
C.eod.petens.ff.de iure fis. ita fidei. ff. de leg. non
est nouum.ff.de uerbo.signi.sæpe.§.1. Quidam au
tem dixerunt, talem appellationem non ualere.
argu.extra, de electio.in electionibus. ff. de inter-
ro.act.de ætate. §. nihil. interest. ff. de iureiuran.
y prætor edixit. in prin. y † Quid si à sententia suf-
17 fraganei, una pars appellat ad legatum, altera ad
metropolitanum? Dicit dominus meus tenere ap-
pellationem, quæ interposita est ad legatum: sicut
dicitur in Papa. extra, de app. si duobus. quod ue-
rum est, si legatio ei indeterminatè cōmissa fuerit:
quoniam tunc est plenissima interpretatio facien
da.argumen.extra, de dona.cùm dilecti. extra, de
uerbo.signifi.olim.ff.de offi.præsi. l. 2. §. in initio
apostolicæ. Aliàs autem, ut dicit, non debet pro-
hibere subiecto episcopi, ne coram ipso respon-
deat: & sic non contradicit. 11.q. 1. peruenit. Et
hoc intellige, nisi specialiter prohibitum esset, ad
ipsum appellari posse: nam quibusdam legatis con
ceditur plus, quibusdam minus. 25. q. 2. seruatis.
Vel dic ut supra, de offi.lega.§. superest. in princ.
18 † Quid si dicat, appello ad legatum uel ad Papam,
mihi optione reseruata, corā quo malim prosequi
z appellationem? z Respon. obtinuit quòd coram
Papa talis appellatio audiatur: licet appellans ue-
lit coram legato prosequi. arg. ff. de uerbo. signi.
coniunctione.& l. sæpe.in prin. ff. de auro & argen
to legato. si quis ita legauerit. & l. Quintus Mu-
tius.C.de uerb.signi.cum quidam.ff.de appel. l.1.
§.si quis in appellatione. maximè cùm super pro-
misione appellatur: quia tunc talis appellatio, de-
a bet in curia tractari.extra, de elec. statuimus. a Et
est ratio ad præcedentia: quia per talem appella-
tionem, relinquit appellatum incertum, ideoque
coram Papa audietur: ut suprà, uersicu. proxi. Sed
certè uidetur quòd non tenet appellatio talis:
nam certum debet esse ad quem appelletur, aliàs
tenet processus contra appellationem habitus. ex-
tra.de app. si duobus. & per hanc appellationem
nescit appellatus quò ire debeat: ideoque non de-
bet in incertum laborare. 11. distin.nolit. extra, de
rescrip.c.finali.& de appellationibus.sæpe.nec ap
pellans debet sic uariare uel uagari, in discrimine
alterius. extra, de appellationibus. dilectis filijs.
sed tenet appellatio, ut prædixi, cùm appellauerit
ad

ad legatum uel ad Papam: quorum uterque maior est eo, à quo appellatur. tertia quæstio. sexta. peregrina. Ioannes de Deo tamen distinxit in quæstionibus suis, an sit recepta talis appellatio à iudice
b uel approbata à parte uel non: quod non placet. b
19 † Sed quid si quis dicit simpliciter appello: nec dicit, ad quem? dic appellatum intelligi ad proximè superiorem. ff. de appellat. l. prima. Nam in dubijs non est recedendum à iure. argu. ff. de regu. iur. in obscuris. Est enim de natura appellationis,
c quòd fiat gradatim: ut suprà in princ. huius §. c Quidam tamen dicunt talem appellationem non
20 ualere. † Quid si appellans ab episcopo dicit, appello ad maiorem iudicem? Videtur de archiepiscopo intellexisse: ut fiat interpretatio secundum ordinem iuris, ut iam dixi. Iura enim maiorem iudicem hoc casu uocant eum, qui proximior est: & qui maior est eo, à quo appellatur: ut ff. de app. l. 1. §. si quis. ff. de mino. minor autem. ff. de reg. iur. contra pupillum. §. is, qui. Arg. contra, quòd de Papa intellexisse putetur, qui supremum in ecclesia locum obtinet, & maiorem ut 12. di. de his. & 21. di. quamuis. & 22. di. oẽs. & 9. q. 3. cuncta. & c. seq. & præce. Primum credo uerius de iure, quamuis uiderim do. Papam dubitantem, & omnes auditores. Multum tamen allegatum fuit contra appellantem, qui uolebat causam in curia tractari: quòd contra eum erat interpretatio facienda, qui suam appellationem debuit apertius declarare. ff. de pac. ueteribus. 4. dist. erit. 22. q. ult. quacunque. ar. tamen pro eo debere interpretationem fieri, maximè appellato in curia existente. ff. de iud. si
d quis intentione. ff. de re iu. in ambiguis, d † Quòd
21 si appellatum sit à sententia episcopi, ad metropolitanum demum mortuo archiepiscopo episcopus ille in locum eius substituitur: quæritur an ipse substitutus de illa quæstione cognoscet? Arg. quòd sic, C. de app. eos. in prin. ff. de iud. si is, qui Romæ. & 11. q. 3. si episcopus. extra, de ele. quere-
e lam. in prin, e & 3. q. 7. §. tria. uersicu. si contra patrem. arg. contra ff. de iud. iudicium. & l. Iulianus. 2. aliàs incipit, si alter. dicunt Io. & Tan. quòd debet causam alij delegare: ut ff. de iu. om. iu. prætor. extra, de foro compe. si quis contra. alioquin po-
f terit recusari. Hæc quæstio uenerealis est. f uide
22 ibi. † Illud autem hodie certum est, quòd si appellatur in temporalibus ab episcopo, appellatur ad archiepiscopum, & non ad regem uel comitẽ, à quo illa tenentur: ut extra, de appel. Romana. §.
g debet autem. g & de fo. compe. licet. ibi: uel ad nostram, &c. & de delict. pue. c. 2. ubi de hoc. nisi aliud obtineat de antiqua & præscripta consuetudine: ut ibi, & extra, de consue. c. fi. uel de aliquo iure speciali, sicut de iure feudali: ut extra, de maio. & obe. solitæ, ubi de hoc. & foro compe. ex trãsmissa. & c. uerum. Sed in regno Franciæ non audiuntur hodie prælati, prædicta iura allegantes. Quid si causa feudalis agitur, uel etiam de iniuria in re feudali facta coram partibus curiæ: quæritur ad quem appellabitur? De hoc dic prout no. secun
h dum Inno. 4. extra, de re iudi. cæterum. h

ADDITIO,

a *Respon. 1. lib. 6*
ADDITIO. *Adde ad uer. seq. ibi præter Regem Franciæ quòd idem tenet Spe. in tit. de feu. §. quoniam uersic. 15. & Io. de Turrecre. in c. in apibus. col. 2. uersi, ad primum. 7. q. 1. et tenet Old. consi. 69. inci. consueuit dubitari. ubi in col. fi. uer. non obst. dicit quòd nec de facto nec de iure rex Franciæ recognoscit superiorem. Adde do. Ias. in l. 1. col. 3. uersic. nunquid autem Rex Francorum. in prima lectura. C. de sum. trini. ubi dicit quòd communiter tenetur, quòd de iure non sit subiectus Imperatori. Et uide Bal. in consi. 217. inci. ego puto. in princip. in 3. uol. ubi formaliter dicit quod contra regis Franciæ decorem, id est contra prima uexilla inuictissimi Regis Francorum, nemo præsumat honorem. & in col. fi. uersi. illud etiã: ubi etiam expressè dicit quòd rex Francorum, qui Francus est à iure Romano, & dedignatur legib. subijci, non tamen dedignatur sacros canones imitari. et per eundem Bald. cons. 218. incip. petita uenia flexis genibus loquar. col. 1. uersi. et ideo. eo. uolu. 3. ubi etiam dicit quòd super omnes reges Christianorum Rex Francorum obtinet coronam libertatis & gloriæ. Et adde quòd reges Franciæ consueuerunt in eorum consecrationibus, ungi ampulla, quam apportauit de cœlo columba cũ chrismate rostro suo: ut per Guid. Papa in quæstionib. suis, q. 114. inci. in hac ciuitate. circa fin. Hen. Fer.*

b *Palea est. Mart. de Fa. multum prolixè tractauit quæstionem, quæ incipit, Castellani præcedentib. dictis obsequijs. qua quærit de ciuitate priuilegiata per principem, ut possit statuta condere illibatè seruanda: quæ statuit certos iudices odinarios à quorum grauaminib. ad potestatem appellari deberet. quidam ciuis appellauit ad principem in causa criminali, uel eius uicarium in prouincia: quærebat an deberet cogi seruare statutum. Ad casum inducit ff. de decre. ab ordi. fa. l. fin. ex cuius legis Græco. patet ex lege municipij, agentem extra municipium posse puniri. Secundò probat quòd ciuitas etiam sine principis priuilegio possit leges condere, etiam tam ualidas, quod in loco iuri ciuili præiudicant. alleg. Instit. de iure na. §. pe. ff. commu. prædi. uenditor. §. si constant. ff. de legi. de quibus. in fin. & quas eam præsides prouinciarum inter illos seruare tenentur. C. quæ sit lon. con. l. 1. & C. de ædifi. pri. l. an in totum. Nam et princeps sic agit in authen. de usur. nau. ante fin. col. 8. Nec* obstat

obstat terminus quaestionis. si dicas principi, uel illi, ad quem appellari debebat, per id praeiudiciũ fieri: quia non est inuenta appellatio in fauorem illorum, ad quos interponitur. sed grauatorum. ff. eo.ti.l.1.in princ.& l.seruil. extra.e.cùm specíali. §.porro. Hinc est quod appellatio potest omitti, & interposita potest renunciari. & de non interponenda pacisci. Patet primum extra. de re iu. quod ad consultationem. C. quan. prono. non est ne. l. 3.in fi. Secundum, C.eo.si quis libellos. canonizata.2.q 6.si quis. Tertium, C.de tem.ap.l. ulti. in fine.ff.à qui.app.non lic.l.1.§ si quis. Per hoc concluditur quòd fauorem respicit grauatorum. Si ergo priuatorum facto appellatio potest elidi. fortius potest ciuitas aliquam formam dare, ut de illa apud certos iudices cognoscatur. ff. de pact.l.iurisgentium.§.adeo. Demum prolixè instat arguendo pro & contra ciuitates super mero & mislo imperio. Contentus autem de suprà scriptis, quae titulum respiciunt, ad eius solutionem uenio, qui tenet ciuitates, nisi consuetudine uel priuilegio admittentur haec quae maioribus sunt reseruata iudicibus, et maximè capitalium criminum quaestiones non posse aliquib. demãdare. in authen. de defen ciui.§. audient. & quasi per totum. authen. eo. ti.col.4.§.pen.& ult.C.de peda.iu.l.2.ff.ad muni.l.ea, quae propter id quod dicit consue. uidetur uelle merum imperium posse praescribi. De hoc remis. dedi de fo.compe. cùm contingat in glo. non dixi.

c Ex officij.& ibi scripsi in glo. dicebatur.

d Secundum T. ubi supra post.prin. uersi. appellatio.

e In prin.lib 6.

f Contra. Scilicet Albe. Gal. de indi.or. & dele. ad fi. alleg. prima duo, scilicet in contrarium allegata, scilicet legem ex consensu. & not. in l. priuatorum.

ADDITIO. adde uidendum singulariter Ludo.Ro.sing.75.inci. concessum est episcopo. ubi an possit appellari à uicario episcopi. cum ab episcopo non appelletur. & per eundem Ludoui. Ro singu. 458. inci. tu habes titulum. ubi no. tradit an possit appellari ad uicarium episcopi, episcope causam delegante canonicè. Et adde quòd non appellatur à sententia uicarij ad eum, cuius est uicarius, sed ad eum, ad quem appellaretur, si ipse principalis ordinarius iudicasset: ut per Barte.in l.praecipimus.C.de appel. Henr.Fer.

g Secundum V in. Vt in prae.decre.si quis contra.scripsi super glo.2.

h Cessante. Hoc patet de offi.dele. ab arbitro.lib.6.

i Vtca.Romana.lib.6.

k Obuiari. Vide quod dixi de offi.dele. super quaestionum.uersi. intentionis. super gloss.nisi causa. Vt intelligas superiora, ista fraus incipit à negotio principali. nam causam, quam episcopus non uult deferri ad metropolitanum, ipse non audit per se. nec per uicarium suum, sed delegat quandoque etiam id uicario: ut sic ex delegatione audiat, non ex uicario: oportet ergo tunc ad eum appellari, uel ad Papam: & si ad eum appelletur, iterum delegat. §. porro. Vide quod ibi scripsi super gloss. maximè.

m Vt supra. pro hoc dicto uide quod de more cancellariae dixi de offi.delega. si delegatus.li.6.in gloss. mirabile. qui mos non habet dare iudices super appellationibus. interiectis à subdelegatis delegatorum Papa datis non in totum, nisi in casibus, decre si is cui.& decr.si à subdelegato. de offi.delega.lib.6.

n Subdelegatum eius. Expeditum est per decre.si delegatus.§.1.& 2.li.6.quòd ualet sententia, quòd etiam à sententia appellabitur ad subdelegantem. ibi uide.

o §.nec.lib.6.

p Venerealis.l.1.

q Ibi no. Qualitercunque permisceas delegatum & subdelegatum, uel subdelegatum in totum cum subdelegato in partem, semper appellatur ad Papam: ut not.in prae.§.si uerò.in glo.patet.

r §.si uerò Est expeditum eo. titu.si duo.lib 6.quòd ad Papam appellabitur.

s Minorem. Procederet hoc totum si ex sola subdelegatione procederet. Sed ex quo delegatio est permista. absit quòd ad collegam appelletur. Et uide quod scripsi super prae.gloss.patet. ubi etiam posui hoc dictum Host. nec iustificari posset, quare aliud in extraneo: ut infrà sequitur quam collega.

t Imperatores. secundum Tan. cuius fuit iste uersicu. ubi supra, uersicu. quid si autem. & hoc secundum legem: secundum nos non uidetur procedere.

u Sibi decreta. De hoc scripsi de offi.lega. quod trãslationem. super 1.glo.

x Antiquus. Hoc non placet. & uide quod scripsi de priui.antiqua.in fin.

y In prin. Et hoc mihi placet, nisi intra tempus quo appellare debuit, alterum elegerit. Et hoc etiam uerum, nisi probabilem causam habuerit sic appellandi: ut nota. in decre si is. cui.de offi. deleg.li.6. in glo pe & uide quaestionem, quam disputaui super reg.in alternatiuis. de reg.iur.lib.6.

ADDE pro hoc quod Io. An. dicit quòd consuluit Ro.consi.340. quod ualet appellatio facta ad concilium, uel Romanum pontificem si probabilis causa

sa erat dubia an concilium uellet cognoscere. Et de hac additione uide Alex.consi.101. & 168.2. nolu. & ibi quid si appellatur ad Papam, & ad quemlibet iudicem competentem. de quo etiam inter consilia Bal.consi.220.4.lib.

t Appellationem, *Aduerte hic, quia hoc habet plus istud thema, quam mea quæstio, de qua supra, & infra remisi: quod satis facit ad factum: nam hac reseruatio uidetur facere certum, quod aliàs erat incertum.ut patet ff. de uerb. obliga.ubi autem.§, qui illud. Item & si non opponantur, satis est quod electio competit.facit ff de arb.l.item si unus.§. sed si ita.qui §.loquitur in materia, in qua requiritur certitudo: ut patet in §.ibi seq & extra, de arbi.innotuit. Sed per hoc à solutione quæstionis nõ discedo, etiam in his terminis.*

a Statuimus.lib.6.

b Placet. *Quæstio Io.est 18.1.lib.plenius ipsius dictum uide in quæstione ad quam supra remisi. uer sicu sed pone.in fine. Sed occurrit alia quæstio, de illo, qui dixit, appello ad Papam uel archiepiscopum, reseruata mihi electione alterius, coram quo prosequar: adiuit archiepiscopum, præsentauit appellationem, & ille pronunciauit se iudicem: modò uult prosequi coram Papa: quæritur an possit? Duo sunt dubia. Primum propter alternatiuam, ad quod sufficiũt quæ dicta sunt & remissa. Secundum de præelectione archiepiscopi, an præiudicet ei uolenti mox prosequi coram Papa. Et uidetur quòd non: quasi non dicatur fuisse, quod non durauit, extra, de uerb.sign.nam & ego. Facit ff. de inoffi.testa.mater.ad fi ff.de lega.2.qui fideicom missum. & uerba cum effectu sumenda sunt. de cleri.non resid.relatum. & ibi concor. Item talis electio, usque ad litem contesta.mutari potest. Facit. ff.de iurisdi.om.iud.si conuenerit.ff.ad Tertu. l.filij mater.in fi.& ff.de uerb.oblig.si stipulatus. in prin. Sed prædicta procederent, ubi de uirib. appellationis obiectum uel discussum nõ fuisset. aliàs secus, ex quo talis discussio habita fuisset, nec ab ipsius sententia appellatum.de elec.cum dilecti.ad finem.de regulis iuris. quod ad consultationem.ff. de nego gest.si autem.§.fina.de compensatio.quod in diem §.si rationem. Sed fingamus appellationem ualuisse, & pronunciationem factam non esse: poteritne appellans coram Archiepiscopo prosequi? uidetur quòd non: per decreta si duobus. eodem titulo. secundo propter ordinem scripturæ de consecratio. distin. secunda. c. in Christo pater. Nam in dubijs, ad talem ordinem recurritur. de electio.capitulo penultimo libro sexto. de præbendis, c.mandato. eodem libro. in authenti. de heredib. & Falci. §. inordinatum. & §. si uerò nullus legatarius. Tertiò propter tribunal maius & dignius: ut ff.de officio legat.noléies. de priuileg.antiqua ff.de re iudica.contra pupillum §.1. C. de adulterijs l.adulteri.ff. de fide instrumentorum.l. fina.de alb. scriben. l. ultima. In contrarium pro archiepiscopo facit l. Imperatores ff. eodem. quia ordinarium est, gradatim appellari: ut ibi. & extra.eo titu.dilecti.ubi concordan.in principio. & eadem glos.& supra.eod.§.in principio. Appellare ergo per saltum, est extraordinarium: ergo primum præferendum ff.de mino.in causa. 2.in principio. Item archiepiscopus proximus est: & sic de ipso debet intelligi. ff. de uerborum obligationibus. l. eum, qui calendis. Item cum optionem sibi reseruauit, nec iudex nec aduersarius contradixit: liberè igitur potest eligere.ff.de libe. agnoscẽ. l.1.§.pœna.ff.nau.caupo.stab. l finali. in principio.ad Macedo.l.filius.C.de anno.exceptio.l.finali. Declarauit ergo uerbum ambiguum, quod potuit. ff. de iudic. si quis intentio.et regulariter de pluribus iudicibus, actor habet optionem. C.de episcopis & clericis. l. cum clericis. in principio. & in authentica, habita.C. ne fil.pro patre. Vterque igitur dicitur appellatus: sicut de alternatiua stipulatione dicitur: de constitu.pecu.l.illud.in princip.& de uerborum obligatio l.si duo rei. Decre.si duobus non obstat: quia ibi.non dicitur appellationem factam ad archiepiscopum non ualere: & si id diceretur, non obstaret: quia ibi duæ appellationes interpositæ fuerunt a diuersis: & quia non potest utraque ualere, præualet facta ad maiorẽ, sed hic unica ad alterum duorum, quem appellans elegerit: quorum uno electo, ad ipsum solum uidetur appellatum. C. de tempo. appell.l fina.§. illud.in princip.cum similib. ibi no. ff. de rescin. uendi.si quam rem. & de procura. l. pluribus Ex prædictis intricationibus, eo amplius mihi placet quæstionis meæ solutio, ad quam remisi.*

c Huius §.secundum Tan. & B. Bri. in q. uenereali ij, sed Dama.in q.huius tit.11. dixit standum declarationi appellantis: quod placet si intra terminum fiat appellationis interponẽda: ut supra dixi,

d Ambiguis. *In legibus illis non erat certum tempus limitatum, sicut est in appellationis interponenda.*

e In prin. *Vbi de hoc in 1.gl.*

f Venerealis est.l.4. *Et prius fuit Pi.98.*

g Autem. *Vide quod ibi scripsi super gl, putæ.*

h Cæterum. *Ibi scripsi in glo.magna post princip.& in uer.sed quæro.*

Summarium

SVMMARIVM.

Quando, & intra quod tempus appellandum sit.

1 *Tempus decendij ad appellãdum determinatum quando currere incipiat.*
2 *Melius est intacta iura seruari, quàm post causam uulneratam remedium quærere.*
3 *Dies, in quo appellatur, an sit de numero decem dierum ad appellandum determinatorum.*
4 *Appellatio, quæ à grauamine interponitur, intra quantum tempus fieri debeat.*
5 *Soluens operas petitas, quas scit se posse recusare, donare uidetur.*
6 *Grauamine durante, durat & tempus ad appellandum determinatum.*
7 *Appellatio extraiudicialis, intra quantum tempus fieri debeat.*
8 *Decretum confirmationis, instar sententiæ dicitur habere.*
9 *Iuris beneficium, nemini est denegandum.*
10 *Diffinitiua sententia, an possit intra decem dies executioni mandari.*

RESTAT Videre quando, & intra quod tempus sit appellandum. Et quidem appellari potest statim, quãdocunque grauamen infertur, uel inferri putatur, per quencunque iudicialem processum: ut extrà, de appel. ex parte M. & c. dilecti. uel per interlocutoriam: ut in præd. c. dilecto. & c. cùm cessante. uel per diffinitiuam: ut eod. tit. oblatæ. & de testa. c. Raynutius. & c. Raynaldus. uel extra iudicium: ut eo. ti. bonæ. & 2. q. 6. biduum. & de ele. statuimus.
a [a] Potest etiam appellari postea, siue ab interlocutoria, siue à diffinitiua, semper intra decen-
b dium, & non ultra, [b] ut in auth. de app. & intra quæ temp. in princ. & 2. quæst. 6. anteriorum. & extra, de elec. cum dilecti. de testibus. significauerunt. de confir. uti. uel inuti. bonæ. & de re iu. quod ad consultationem. Idem etiam uidetur ubi non potest appellari, sed supplicari: ut in auth. ut spon. larg. §. aliud. coll. 9. Computatur autem
c hoc decendium à die [c] latæ sententiæ: ut C. de app. eos. & in pręd. decre. quod ad consultationem.
1 ubi de hoc, secundum Papam. † Sed nunquid hoc tempus est utile, ut computetur à tempore sententiæ, sicut & biduum, cui succedit: ut 2. q. 6. §. biduum. uer. palam uidetur. C. quomodo & quando iu. ab eo. & in hoc stabitur iuri antiquo: cum bonum nil exprimat in hoc casu: ut C. de app. præcipuus. in fi. C. de testa. sancimus. arg. contra, quòd sit continuum: nam hoc tempus à recitatione sen
d tentiæ computatur: ut in præ. c. anteriorum. [d] Dicunt Tan. & Io. & B. quòd hoc tempus quo ad sui initium est utile: quia non incipit currere, nisi à tempore scientiæ: sed quantum ad sui progressum, est continuum: quia computabitur & curret à tempore scientiæ: ut C. quomodo & quando iu. ab eo. ff. de ædil. edi. cum sex. & in prædic. §. biduum. Quod ergo dictum prædicta auth. à recitatione. supple & à sententia condemnati: non enim currit ignoranti, nisi contumax sit. ueruntamen si is, cui condemnatus est absens, fuerit per procuratorem defensus, nec procurator prouocauit: difficile est ut audiatur: ut in præ. uersic. palam. Item non currit ei, qui habet in publico potestatem adeundi iudicem, à quo uult appellare: dummodo id protestetur: uel etiam ad eum, ad quem appellare intendit. ff. quando ap. sit l. 1. §. biduum. & §. dies. & C. eo. eos. §. sin autem. & extra. eo. si iustus. & ca. ex insinuatione. & in præd. §. anteriorum. Et idem credo, quando extra iudicium appellatur in eo casu: quo casu id debet intra decendium fieri: ut infrà, uersicu. sed quid. ut illud tempus sit utile, quo ad sui initium: contrarium uerò quo ad progressum. arg. in præ. l. biduum. in princip. hoc etiam in cæteris,
e &c. & C. de tem ap. l. 1. [e] H. autem dixit prædictum tempus esse continuum: sed post dicit restituendum eum qui agere nequiuit. argumen. pro eo extra de in inte. resti. cap. fin. Quod non
2 credo: † Nam melius est intacta iura seruari, quàm post causam uulneratam remedium quærere. C. in qui. cau. in integ. restitu. non est ne. l. fin. Cum ergo hoc tempus à tempore recitationis & scientiæ computetur, fatuus fuit aduocatus ille, qui sæpe coram me asseruit hoc tempus non currere, donec iudex non fecerit copiam de instrumento sententiæ parti: ut possit deliberare an sibi expediat appellare. Est tamen utile hoc tempus, quo ad hoc, quia non currit ei qui potestatem non habet expediendi, secundum Aegid.
f [f] ff. de diuer. & tem. præscri. l. 1. Continuum autem tempus est illud, quod continuè currit quantum ad initium, & quantum ad finem: ut est tempus quatuor annorum, quod datur ad petendam restitutionem. C. de tem. in integ. resti. l. fin.
3 † Sed nunquid dies in quo appellatur, computabitur in numero decem dierum? Videtur quòd sic. nam & dies promissionis, cum alio die computabitur. ff. si quis cau. l. 1. Item cum maritus possit intra 60. dies accusare uxorẽ iure mariti: ut ff. ad l. Iul. de adulte. l. is, cuius. §. ex senatusconsulto. dies, qua fit diuortium, computatur in illis 60. diebus, qui dantur accusatori à tempore diuortij. ut ff. eod. pater. §. 60. Et uidetur expressum C. de appel. eos. §. sin autem. ibi: eodem die, &c. licet enim ibi dicat intra uel infra decem dies appellandum, ut suprà in princip. §. & in præ. l. pater. & in præd. §. ex senatusconsulto. & ff. de uerbo. obliga. si in tantum. decimus dies comprehenditur: ut ff. de succes. edi. l. 1. §. quod dicimus. & ff. de uerbo. signifi. si quis dixerit. Et idem etiam esset, si diceret ante decem dies, quia tunc die decima poterit appellari, ut ff. de uerbo. oblig. qui ante. & l. eum qui ita. §. qui ita. 2. ad idem 2. quæst. 6. propter. argum. contra: quia dies, qua exceptio excommunicationis proponitur, non computatur in numero octo dierum, qui dantur ad eam probandam, ut extra de ex-

g cep. pia. [g] nec etiam dies, proponitur exceptio spoliationis, computatur in quindecim diebus, qui dantur ad eam probandam: ut extra, de re-
h sti. spo. frequens. [h] Sed nec dies latæ sententiæ excommunicationis, computatur in mense, qui datur excommunicatori ad dandam copiam de ipsa excommunicatioue: ut extra, de senten. excommunicat. cum medicinalis. §. pri-
i mo. [i] Ioan. dixit quòd [k] si tantum superest
k de die, qua appellatur, quòd possit appellana deliberare: dies illa pro uno computabitur: quia decendium datur ad deliberandum, utrum expediat appellare: quòd si ita tarda hora lata est, quòd non potuit deliberare: dicit Vber. diem illam non computari. Barto. dicit semper eam computari, & sic de facto seruari. Tu dicas quòd hoc tempus computatur, de momento ad momentum. argumen. ff. de mino. l. tertia. §. minorem. & ff. de diuer. & tem. præscri. l. secunda, in prin. Attenditur enim tempus, siue hora prolationis sententiæ. argum. extrà, de re iu. quod ad consultationem. & in præ. §. biduum. uersicu. si aduersus. & præ. cap. propter. & ea. q. anteriorum. ibi: à recitatione sententiæ, &c. & C. de app. auth.
l hodie. [l] 4. q. 5. quisquis. Verbi gratia: sententia fertur die Iouis in nonis. numera ergo continuè decem dies computata illa die Iouis. & certè in sequenti die 11. usque ad horam nonam poterit appellare. Cùm enim decem dies habeat à iure ad appellandum: ut suprà ostensum est: iuris beneficium non est sibi denegandum seu coarctandum: ut 18. distinctio. de his. iuxta fin. extrà, de secundis nupt. c. pen. & fi. quod fieret si non posset die 11. appellare usque ad nonam: quia tantum temporis restat adhuc ad complendum decendium: quia hora 9. fuit sententia lata. & sic plerique in curia seruant: & uide suprà, de cita-
4 tione. §. uiso. in fin. † Sed quid dices in appellationibus, quæ à grauamine interponuntur, absque alia interlocutoria uel diffinitiua? Respon.
m dominus meus nota. extrà, de app. Romana. [m] quòd si grauamen habet uim sententiæ, puta si iudex dicit non esse respondendum libello, uel petitioni: uel si dicit, præcipio, uel uolo, uel simile: tunc intra decem dies est appellandum: hæc enim uim habent interlocutoriæ. argumen. ff. de arb. qualem. ff. man. l. secunda. C. commu. de leg. l. fin. Et sic intellige quod ipse no. in c. ut debitus. in fi. super uerbo, de maioribus. ibi: & idem, &c. ibi uidetur not. contra id quod sequitur: ubi uerò aliàs grauat uel comminatur, nunquam grauaminis illatio in rem transit iudicatam. argumen. extrà, de consti. cum accessissent. §. primo, dummodo grauamen non habeat uim interlocutoriæ: quia non omnis uox iudicis, &c. ut C. de sen. & inter om. in. ex stipulatione. Verbi gratia: assignat locum non tutum. Certè si nolit huiusmodi assignationem reuocare, poterit etiam post mensem appellari. extrà, de app. ex parte. Et idem in comminatione: nisi fortè coram eo postea procedere contempserit, extra eo. cum cessante. Et idem ubicunque grauat, non solùm uerbo, sed etiam facto, quod plus est. eo. ti. dilecti. 2. & cap. ut nostrum. ff. de leg. l. de quibus.

uel si exceptione neglecta procedit. extrà, de app.
5 ex parte secunda. † Et nota secundum Vin. quòd si citatus, cui competit exceptio de loco non tuto, uel fori, non opponit eam præiudicat sibi, saltem in illa instantia, argumen. extrà, de ele. cum dilecti. supra, de excep. §. nunc uidendum. uersic. sed nunquid. Nam qui sciens se recusare posse operas petitas, soluit eas donare uidetur. ff. de oper. lib. Campanus. Sed si iterum citetur ad eundem locum, uel forum, semper poterit excipere quasi de nouo: nam & is, qui prædicto modo operas præstitit, non præstabit eas alia uice, si nolit nisi se ad id obligauerit: ut ff. eo. operis non impositis. Si enim non posset, quasi de nouo opere semper grauaretur semel grauatus: quod esse non debet: ut ff. eo. opera. extra, de censi. peruenit. C. de pact. si certis. aliàs ubi continuatur grauamen, & durat, semper possum dicere, iam non possum amplius pati tale grauamen. 26. quæst. 6. alligant. ff. loca. si merces. §. qui calumniam. & ubi per interlocutoriam læditur quis, & continuè grauatur, non transit in rem iudicatam post decem dies: ut extra, de ap. cum cessante. Hoc no. Vin. extra, de re-
n scr. dilectus. 2. [n] Per quem potest colligi quòd
6 secundum eum, † quamdiu durat grauamen, tamdiu potest etiam post decem dies appellari. quamdiu enim non reuocat, tamdiu grauat: & ideo semper appellatur. ar. de pœ. dist. 7. c. fi. in fi. uersi. qui autem. Item ex præmissis colligitur, quòd licet semel passus sim me per rescriptum apostolicum ultra duas diætas trahi, nihilominus iteratò tractus ibidem potero excipere: &, si ne-
o cesse fuerit, appellare. [o] † Sed quid dices de ap
7 pellatione quæ fit extra iudicium, puta in electionibus? Et uidetur solùm intra decendium appellari posse, non autem post: ut 2. quæst. sexta biduum. prope princ. ubi dicit hoc etiam in cæteris obseruandum esse: ex quibus sententia non profertur, appellari non potest: puta in electionibus & repræsentationibus. extra de app. constitutus. & de off. deleg. super eo. prout nota. in dicta l. biduum. Tu uerò dic quòd appellari potest non solùm in tractatu electionis, & in ipsa electione, sed & post, etiam ultra decem dies, quousque fuerit electio confirmata: quod si non fiat, à confirmatione poterit appellari: sed tunc
8 solùm intra decem dies: † quia decretum confirmationis instar habet sententiæ. Secus in decreto canonicorum super electione facto: post decem dies autem à tempore confirmationis, appellari, potest, ne procedatur ad consecrationem: & etiam post consecrationem potest appellari, si crimen & infamia objiciantur. quæ dic secundum do. meum, ut not. in prædicto capitu. ut debitus. in fin. Et dicit Innoc. generaliter extra iudicium post decendium appellari posse, in his, quæ non fiunt in figura iudicij. extra de appella. bonæ. in fin. & de præsump. cap. fin. &
p de cau. pos. & proprie. c. cum olim. [p] In summa nota quòd secundum canones potest semper ante sententiam, & post, propter grauamen legitimum appellari. extra, de app. ut debitus. Secundum leges uerò non licet ante sententiam nisi in certis casibus appellaretur eo. ti. super eo. 2. & 2. q. 6. non ita.

9 ita. † Sed pone, lata est contra me interlocutoria, & iudex uult in causa ante decendium procedere, & suam interlocutoriam exequi. Ego dico: domine, cum habeam decem dies ad appellandum, non procedatis in causa usque ad illud tempus: quia fortè appellabo: quæritur quid iuris? Plerique dixerunt quòd non potest iudex procedere. argum. 2. q. 6. biduum. quia iuris beneficium nemini est negandum. 28. distinctione de his. extrà, de secun. nup. c pe. & fi. Sed illud locum habet
10 cum appellatur à diffinitiua, † quæ non potest intra decem dies executioni mandari. extra de iureiur. uenientes. in fin. Secus in interlocutoria: quia lata iudex ad petitionem partis potest intra decendium in causa procedere. Et est ratio, quia interlocutoria non transit, quo ad iudicem, in rem iudicatam: unde postea poterit eam, quando uoluerit, si sibi uidebitur, reuocare. ff. de re iud. quod iussit. extrà, de app. cum cessante. extrà, de accu. qualiter. 1. & sic obtinuit. & in hoc etiam omnes doctores Bon. in nostra priuata examinatione concordauerunt. q

ADDITIO.

a *Statuimus. lib. 6.*

b *Non ultra. Etiam si effectus dilatetur, ad tempus longius: ut quia condemnetur ad centum soluenda intra mensem: ut in c. quod ad consultationem. statim alleg. non sic in sententia excommunicationis & censura, contra quam sic latam sufficeret intra mensem appellari. De quo plenè scripsi eo. tit. praeterea. 2. An autem liget. si intra terminum desinat esse subiectus: ut ibi no. quod plenius uide in regu. cùm sunt. de reg. iu. lib. 6. in ulti. q.*

c *Die. Cautius loquitur infrà, sic tamen dixerant P. & T. ubi supra & Aegid.*

d *C. anteriorum. & ibi de hoc in glossa nunquid hoc.*

e *Ap. l. 1. Et sic est terminatum eo. titu. concertationi. lib. 6.*

ADDE *quòd dies appellationis currere incipit à die scientiæ sententiæ, Ang consi. 401.*

f *Aegid. ubi suprà uer. primo allegato.*

g *Excep. pia. lib. 6.*

h *Frequens. lib. 6.*

i *§. 1. lib. 6.*

k *Io. dixit in præ. l. anteriorum. in gl. sed nunquid. & ibi etiam dictum B. quod sequitur, habet in fi. gloss.*

l *Hodie. Facit l. eos. eo. tit. in prin. ibi: post decisam & sic. Et ante finem ibi: eo die &c.*

m *Romana. lib. 6. §. si uerò. & ibi & in decre. concertationi. eo. tit. remisi ad hunc uers. Adde ut per episcopum Alex. in cap. cum sit Romana. extra eo.*

ADDITIO. *Adde ad uersic. seq. Et nota secundum Vin. quòd citatus ad locum non tutum, uel coram iudice de uia facti suspecto: uel qui minas ad terrorem sufficientes protulit, uenire, aut comparere, non tenetur. & in non comparendo non dicitur contumax: ut uoluit Gui. Papa, singu. 839. incip. uia etiam nullitatis. & adde Oldr. consil. 43. incip. quæritur utrum citatio. ubi latè ponit an citatio facta, etiam per Imperatorem, in loco non tuto, uel ad locum non tutum: uel si est inimicus citati, arctet citatum. Et per Phi. Cor. cons. 131. incipien. in hac consultatione. in 4. uol. ubi in 2. co. ubi dicit quòd propter periculum mortis, citatus ad locum pestiferum non tenetur comparere. Hen. Fer.*

n *Dilectus. 2. Et idem Compo. ut ibi scripsi in gl. ante litem.*

o *Appellare. Idem dixi suprà de accu. §. 1. uer. quid si reus.*

p *Cum olim. Expeditum est. eo. ti. concertationi lib. 6. quòd uolens ratione grauaminis resistere per appellationem electioni uel extraiudiciali actu, habet necesse appellare intra decem dies à tempore sententiæ.*

q *Concordauerunt. Adde rationem not. eo. ti. cap. ult. lib. 6. in fin. antepe. gloss. quia scilicet e contrario sequeretur, quod non esset dare finem litibus. Contra perplexitatem autem, quæ intra hoc decendium euenire posset grauato, & quod de quæstione dixerit Guarsias, ibi scripsi super fin. gloss.*

SVMMARIVM.

Appellatio qualiter fieri debeat.

1 *A diffinitiua sententia potest prima die, etiam sine scriptis, appellari.*
2 *Appellans a diffinitiua sententia, an necesse habeat causam appellationis exprimere.*
3 *Appellans ad quæ teneatur.*
4 *Nomen aduersarij, an debeat in appellatione exprimi.*
5 *Appellans ante sententiam, quas cautelas debeat obseruare.*
6 *Appellatio sub hac forma, peto hoc fieri: quòd si non feceritis, appello, an sit ualida.*
7 *Appellatio à grauamine, debet esse de præsenti, non de futuro.*
8 *Reuocatio, quæ petetur, & quæ est de futuro non est grauamen, sed præcedentis grauaminis*

releuamen.

9 *Appellans debet aduersario suam appellationem notificare: alioquin non procedetur contra eum in curia.*

10 *Terminus seu citatio iuris, habetur pro peremptorio.*

11 *Factum vel scientia procuratoris, domino nocere non debet, nisi postquam scit dominus.*

12 *Procuratori non appellanti, seu quòd appellet; domino non denuncianti, imputatur.*

13 *Processu agitato in curia, contra appellantem absentem, an si postea veniat, admittendus sit ad prosequendam & defendendam causam suam.*

14 *Actione mota contra appellantem absentem, an si veniat, et uoluerit iudicem appellationis recusare, dilatorias proponere, & similia, sit admittendus.*

15 *Appellans debet in scriptis appellare.*

16 *Appellanti incumbunt cautelæ multæ, de bene esse aduertendæ.*

17 *Appellans, qua forma debeat suam appellationem proponere. & nu. seq.*

19 *Cautus esse debet appellans, ut attendat an sibi expediat assignare terminum, ad prosequendam appellationem, uel non.*

20 *Curare non debet appellans, quòd eius appellatio admittatur à iudice, uel approbetur à parte.*

21 *Pronunciatione de appellatione legitimè facta, debet per consequens causa principalis agitari.*

22 *Causa appellationis, & negotium principale, an possint simul agitari.*

23 *Appellatus uolens causam in curia agitari, debet hoc expressè dicere, cùm interponitur appellatio.*

24 *Appellatio etiam sine causa interposita, an & qualiter transferat causas episcopatuum ad sedem apostolicam.*

25 *Cùm appellatur à sententia diffinitiua, non refert, an appellatio admittatur, uel non.*

26 *Iudex quando dicatur appellationem recipere.*

27 *Termini appellationis præfixio facta à iudice uel à parte absque delatione uel appellatione. quid operetur.*

28 *Appellatus an possit abbreuiare terminum seu beneficium à iure appellãti concessum ad prosequendum appellationem.*

29 *Exceptio contra iudicem delegatum, quòd non potest esse iudex, an impediat processum.*

30 *Dicens, proclamo, uel prouoco ad sedem apostolicam, an habeatur pro appellante.*

QVALITER Autem appellatio fieri debeat, & quid appellans agere debeat, breuiter pertranseamus. Et quidem si appellatur à sententia diffinitiua, illico siue incontinenti apud acta potest uiua uoce appellari. Cum autem non incontinenti, sed post appellatur, tunc est appellandum in scriptis: ut C. de app. litigatoribus. quæ est secunda quæstione sexta, ad finem quæstionis. uersiculo litigatoribus. ff. quan. app. l. prima. §.
1 dies. & §. si quis. † Per quæ iura dixit T. 2
a die prima posse sine scriptis appellare: quod non est uerum, nisi iudice sedente pro tribunali adhuc: si tamen post latam sententiam per integram horam sederit, semper poterit sine scriptis appellari: & satis dicitur fieri apud acta: secus si iam iuerit ad prandium uel ad alios actus diuer-
b terit. b Hæc probantur ff. de appella. l. secunda
c C. eod. eos. §. sin autem. Idem dicunt T. c & Accur. cum appellatur à grauamine uel ab interlocutoria, posse eodem die sine scriptis appel-
d lari: quod hodie falsum est. d Nam siue appelletur à grauamine, uel ab interlocutoria, & in iudicio, uel extra, & incontinenti semper usque ad decendium, in scriptis appellandum est: ut
e extra, eodem. cordi. in principio. e † Hæc est
3 una differentia, quando appellatur ab interlocutoria uel diffinitiua: alia est, quia quando appellatur à diffinitiua, non est necesse exprimi causam appellandi. extra, de appel. cap. cordi.
f f Secus quando ab interlocutoria, uel à grauamine: ut extra, eo. ut debitus. licet quidam dicant in utroque casu posse sine causa appellari. Alij etiam dicunt quòd sufficit dicere, appello ab interlocutoria, quia est iniusta. nec est necesse exprimi in quo sit iniusta. Et hoc tenet Pa-
g pa, ut nota. extra, de noui ope. nuncia. cap. pe. g Item etiam quando appellatur à sententia excommunicationis, debet exprimi iniusta causa. Alij tamen dicunt tunc appellationem tenere sine iustæ causæ expressione: sicut in appellatione à sententia diffinitiua contingit. De hoc secundum Papam extra de sententia excommun. per
h tuas. h †. Sed nunquid sufficit appellationem
4 scriptam iudici, à quo appellatur offerre, uel porrigere, quamuis coram eo non legatur? Videtur quòd non. nam appellans ad duo tenetur. Debet enim appellare, & in scriptis: ut in præce. capitu. cordi. licet alterum sufficiat, cum à sententia diffinitiua appellatur. dixi. argumen. tamen contra, quòd sufficiat solum offerre, secunda quæstione sexta, si quis libellos. & l. bi-
i duum. uersic. si quis ipsius. C. quorum app. non recip. nulli. ibi: tribuatur, &c. & sic obtinuit, i ne detur uia iudicibus malignandi. nam & solo facto appellatur. extra, de app. cap. dilecti. secundo. Qualiter autem appellationes in diuersis articulis sint formandæ: & quid appellatio continere debeat: uide infrà, in tractatu libellorum.

eod.

4 eod. tit. † Hoc autem nota, [k] quòd nomen ad-
k uersarij debet in appellatione exprimi. ff. de ap-
pel. l. prima. in fin. Si tamen non exprimitur,
l non nocet: ut eod. tit. l. 3. in princip. [l] Sed si plu
res habet: & quorundam nomina non expresit
in appellatione: non ideo ei præscribitur quo ad
illos, imò potest appellationem prosequi contra
eos. Sed econtra, si unus ex pluribus condemna-
tis appellauerit, non ideo uidentur alij appellas-
se: ut ff. de appel. l. prima. §. fi. & l. 3. in princ.
& 2. q. 6. § sunt etiam, quorum. uersi. quandoque
plures. extra, eod. cap. penult. Appellans autem
frustratorie punitur: ut infrà §. nunc dicamus.
m Hodie, qui appellat [m] ab electione facta uel fa-
cienda, omnia debet in appellatione exprimere,
quæcunque intendit opponere contra formam
n uel personas: [n] & hoc coram personis authenti-
cis. Alioquin super expressis non audietur, nisi
iuret quòd de nouo emerserint,: uel quòd super
antiquis probadi facultas superuenerit, uel quòd
de nouo ad appellantis notitiam peruenerint: ut
o in constitutione Grego. 10. de elect. ut circa.
o [o] Et nota quòd appellator debet instanter petere
apostolos, & si eos habere non potest, idipsum
coram eo appellans publicè protestetur: quæ pro-
sequere de apostolis & qualiter formentur, ut not.
5 infrà, in tractatu lib. §. sequitur. † In summa no
p ta [p] cautelas, quas appellans ante sententiam de-
bet obseruare: quarum quædam sunt de esse: quæ-
dam de bene esse. De esse sunt, Primò ut propo-
nat in appellatione talem causam grauaminis il-
lati uel comminati: qua probata, debeat legiti-
ma reputari: ut extra, de appell. ut debitus. & c.
seq. & cap. cum causam, quæ. ueruntamen extra
iudicium appellari potest a grauamine sine causæ
expressione, ut quidam tenent. Vnde si episco-
pus meus mihi imponat aliquam pecuniæ sum-
mam, possum dicere, non teneor: quare ab im-
positione appello. Dicendo enim, non teneor:
omnia iura communia comprehendo. Item quòd
appellat intra decem dies: ut suprà §. proximo.
Item quòd causa expressa sit uera: ut extra, eod.
interposita. respon. primo. Item quòd faciant
iudicem super exceptione proposita interloqui,
q utrum uelit eam admittere uel non. [q] Aliàs enim
non posset ostendere coram iudice appellationis
se ex hac causa grauatum esse, nisi ostenderet iu-
dicem, à quo appellauit, ipsam exceptionem per
suam interlocutoriam admittere denegasse: ut
r eodem. tit. dilecto. [r] & c. interposita. uel saltem
ea neglecta in causa procedendo: ut eod. tit. ex
6 parte M. † Hinc est quòd si dicat quis, peto hoc
fieri: quòd si non feceris, appello. talis appella-
tio non tenet: quia non est à grauamine illato in-
terposita. Non enim grauat, donec uerbo uel fa
cto neget, ut dixi: imò necesse erit iterum ap-
pellari cum uerbo uel facto incipiat grauare: nec
potest iuste à futuro grauamine appellari, sed tan
tum à præterito, uel saltem à præsenti: puta com
minatorio, uel alio iusto. argumen. extra, de
appell. consueuit. secundo cap. ex parte prima &
cap. ut debitus. & cap. cum cessante. & cap. di-
7 lecto. §. fin. & cap. ex parte secunda. † Sed si iu-
dex quod petitur negat, uel contra id faciat, &
appellatur hoc modo: peto per uos reuocari gra-
uamen: alioquin nisi feceritis, appello. certè ua-
let appellatio quia fit à præsenti, & non à futuro
grauamine: ut patet in præ. cap. ex parte prima.
& cap. cum cessante. extra, de supplen. negli.
prælato. cap. primo. Nec obstat, quòd uidetur
8 à futuro grauamine appellatum. † Nam hoc uer-
bum nisi feceritis, extensiuum est: ut ff. ad Ter-
tul. filij mater. ad fin. nec est futurum subiuncti-
ui modi: nam reuocatio, quæ petitur, & quæ est
de futuro, non est grauamen, sed præcedentis gra
uaminis releuamen. grauamen autem fuit eius ne
gatio, quod fuit petitum, à quo etiam sine præ-
dicto uerbo extensiuo potuit appellari. Item cau-
tus debet esse quis, ut appellet coram iudice, uel
appellationem ab eo interpositam sibi significet.
s [s] Si enim timens à suo iudice grauari, appellet in
absentia iudicis coram testibus, talis appellatio
eum non protegit, donec ad notitiam iudicis per-
uenerit: ut probatur extra de appell. cap. si duo-
bus. respond. primo in fin. argumen. contra, eo-
dem tit. suggestum. & quod ibi not. in prima
9 glo. † Cautus etiam sit, ut appellationem suam
notificet aduersario: alioquin non procedetur in
curia contra illum: cum non sit contumax, quia
non fuit citatus. Appellatio enim, quæ defert
causam ad curiam ibidem tractandam, est quæ-
dam citatio: ut patet extra, de elect. statuimus.
t [t] Cùm ergo non fuerit illi notificata appellatio,
u non intelligitur fuisse citatus. [u] Si uerò illi fue-
rit insinuata: procedetur contra illum tanquam
10 contra contumacem: † quia terminus seu citatio
iuris, habetur pro peremptorio. extra, de appe.
oblatæ. & cap. sæpe. & in præ. cap. statuimus.
x [x] Et aduerte quia denunciari debet alicui facie ad
faciem, appellatum esse contra eum, uel in domo
eius. aliter uerò credere non tenetur. ff. de excu.
tut. l. scire. §. 1. ff. quod ui aut clam. l. autem. §. 1. ff.
quæ sentent. sine ap. rescin. l. 1. §. item cum ex edi-
cto. ex. de do. & contu. causam, quæ. in domo uide-
licet in qua degit, & larem fouet. ff. de li. ag. l. 1. §.
1. ff. de dam. infect. l. 4. §. prætor. C. de anna. excep.
ut perfectius. Nec tenetur credere uni uel pluri-
bus, contra illum appellatum fuisse asserentibus:
nisi ei uel per pub. instrumentum uel per sigil-
lum authenticum fides fiat: ut not. supra de cita.
§. sequitur. prope princip. Veruntamen non sem
per appellatio extra iudicium facta est citatio,
quin oporteat appellatum de nouo citari. quod
dic secundum Papam, ut extra, de maio. & obe.
11 dilecti. † Quid si procuratori ipsius appellantis,
fuerit denunciata appellatio aduersarij: uel quid
si ipse procurator domino ignorante appellauit:
nunquid in istis casibus scientia procuratoris præ-
iudicat domino ignoranti, ut intelligatur cita-
tus, & sic contra eum ualeat procedi in curia Ro-
mana sine noua citatione? Et uidetur quòd non.
quia factum uel scientia procuratoris non nocet
domino, nisi postquam scit. ff. quan. app. sit. l.
1. §. fi. ubi tempus scientiæ domini spectatur ut
extra, ut lite non conte. c. 1. in fi. & ff. de procur.
ignorantis. Sed sapientibus curiæ uisum est con-
trarium: quia procurator personam domini re-
præsentat: ut ff. de procu. sed & hæ. §. defende-

re.extra,de elect. in causis.& scientia eius,domino
præiudicat.ff.de tribu.procurator. Et cum hæc ap
pellatio fit loco citationis, sufficit quòd ad procu
ratorem perueniat.extra, de do. & contu. causam
quæ.ibi tamen loquitur quando dominus non in-
y ueniebatur. Ego dico y quòd iste procurator aut
habebat generale mandatum : & tunc obtinent
prima iura. Aut speciale ad causam, in qua appel
latur :& tunc uerum est, quod sapientes prædi-
cti dicunt. Hoc probatur ff. lib. cau. imò. ff. de
contrahen. emp. in huiusmodi. extra, de testim.
ad hæc. aliàs incipit, præsentium. §. cæterum.
z z extra,de procu. dilectus. tunc enim eius factum
& scientia, præiudicat domino : quia uidetur etiã
12 ei præcessisse, quòd appellare posset. † Hinc est
quòd procurator tenetur appellare, uel saltem
domino denunciare quòd appellet. extra, de pro
cu. nõn iniuste. & C. eod. tit. inuitus. quod si
non facit, imputet sibi dominus, qui talem con-
stituit. ff. de mino. l. cum mandato. de hoc su-
13 prà §. r. uet. breuiter. † Sed pone quod proces-
sum est in curia contra appellantem absentem:
postmodum ille uenit:numquid admittetur ad pro
sequendam & defendendam causam suam ? Re-
spondeo, admittetur in eo casu, in quo inuene-
rit causam ipsam: ut uidelicet ulterius proceda-
tur, nulla contradictione uel disputatione super
a primis actitatis admissa. a † Quid si uult iudicem
14 appellationis recusare, dilatorias fori propone-
re, petit libellum sibi dari, litis contestationem
fieri, & huiusmodi? Respondeo: non audietur in
eo casu, in quo si præsens fuisset, eis omissis po-
stea non audiretur, secundum B. Compo. uerbi
gratia. Ex quo iudex appellationis incœpit pro-
cedere in causa, examinando negotium principa-
b le, uel etiam appellationis, b uel et iam postquam
fecit partem præsentem iurare de ueritate dicen-
da: quod iuramentum post litem contestatam præ
stari consueuit, recusationis exceptio non admit-
tetur: ut extra, de re iudi. inter monasterium.
Item postquam pars præsens testes produxit,cum
tunc perinde habeatur, ac si litis contestatio fa-
cta fuisset: non poterit pars superueniens petere
libellum uel exceptionem fori proponere, uel
quòd fiat litis contestatio peteret quin pars absens
pro præsente habeatur. extra de dolo & contu. ue
ritatis. Si enim præsens fuisset,non potuisset eam
proponere, si ea ab initio omisisset. supra de com
c pa. in termi. uersi. attendas. c † Item appellans
15 debet esse cautus, ut appellet in scriptis: ut suprà
in princip. Item debet instanter intra 30. dies a-
postolos petere: ut præ. §. sequitur. Item si ap-
d pellans uelit, d debet uenire instructus ad totam
causam, uel mittere: aliter reputabitur non ap-
pellans. extra, eod. cap. cordi. Item debet solli-
cite procurare, ut causa intra annum termine-
tur. infra §. proximo. Et si alterum horum defi-
cit,non ualet appellatio. Item etiam caueat quòd
diligenter obseruet, quod not. supra, uersi. hoc
16 etiam not. † Sunt quoque & aliæ cautelæ, quæ
sunt de bene esse. Primo quòd offerat se paratum
statim probare causam, propter quam appellat:
& si non admittitur, magnum ex hoc consequé-
retur incommodum. Nam hoc coram iudice ap-
pellationis probato, non cogitur probare ueri-
tatem causæ, propter quam appellauit. Satis
enim apparet grauamen, eo quòd eum nolit ad-
mittere ad probandum : ut in prædicto cap. inter-
e posita. e & infrà §. nouissime. uersi. illud. † De-
17 bet autem sic appellans dicere.

FORMA. Cum me grauaueritis, eo quòd
in causa talem exceptionem admittere recusastis:
quam exceptionem & grauamen docere sum pa-
ratus, & me offero probaturum: ideirco appel-
lo, &c. non autem dicat, appello quia me gra-
uatis, & grauamen me offero probaturum. opor
tet enim quòd primò se offerat probaturum, &
postea appellet: & propter exceptionem non ad-
missam: & quia non admittitur ad probandum,
ut prædixi. Alioquin si primò appellat, & pòst se
offerat probaturum, ut iam dixi: tunc oporte-
bit eum coram superiore grauamen seu uerita-
tem causæ probare: cum iam tota causa deuolu-
ta sit ad eum: & quia non appellauit ideo, quia
non fuit admissus ad probandum. Argumen. ta-
men contra præmissa, quòd licet probet coram
iudice appellationis quòd se obtulerit probatu-
rum coram eo, à quo appellauit, nec fuit admis-
sus ad probandum: nihilo minus teneatur proba-
re ueram esse causam appellationis. extra, de
test. ex parte Adæ. Sed illud in peremptoria ex-
ceptione: decre. uerò, interposita, loquitur in
18 dilatoria, ut ibi not. † Tu dic quòd aut propter
exceptionem propositam, propter quam non ad-
missam fuit appellatum, fieret aduersario præiu-
dicium circa negotium principale, si haberetur
pro probata: & tunc habet locum decre. ex par-
te. ibi enim præiudicaretur super principali, si
exceptio contra testes proposita haberetur pro
probata: quia forte non haberentur alij testes: ut
extra, de re iudi. cum I. & A. Idem esset in exce-
ptione excommunicationis, licet non sit perem-
ptoria: quia si haberetur pro probata, semper re-
pelleret agentem, & sic fieret præiudicium pro-
secutioni negotij principalis, licet in ueritate nõ
esset forte excommunicatus. Idem etiam in ex-
ceptione præscriptionis, per quam fieret præiu-
dicium aduersario si haberetur pro probata. ex-
tra, de præscrip. de quarta. Idem etiam in exce-
ptione pacti de non petendo usq; ad longum tem-
pus scilicet decem uel uiginti annorum: quæ si
probata haberetur, præiudicaret: & licet non
omnino, tamen usque ad dictum tempus. Et ita
illud non obtinet solum in peremptorijs, sicut B.
dicit: imò in quibusdam dilatorijs, ut dixi. Aut
non fieret præiudicium: ut quia proponitur ex-
ceptio consanguinitatis, uel alia huiusmodi, con
tra iudicem, uel contra rescriptum, quia non fuit
per procuratorem obtentum, & huiusmodi: &
f tunc locum habet decre. interposita. f † Secundo
19 debet esse cautus appellans, ut attendat an sibi
expediat assignare terminum ad prosequendam
appellationem, uel non: quod potest facere: ut
extra, eodem oblatæ. & cap. personas. Et ta-
lem, scilicet an longum uel breuem: ut si statim
paratus sit appellationem prosequi, tunc breuem:
alioquin longum, iuxta suum arbitrium, dum
tamen non ultra annum. Annus enim, qui à iure
indul-

indulgetur, ut infrà uersiculo proxi. non incipit
currere, donec terminus ille lapsus fuerit: cum
intra eum non possit, etiam si uelit, in causa hu-
iusmodi procedere: ut in prædicto cap. oblatæ.
quia impedito agere non currit præscriptio: ut
g C. de anna. excep. l. 1. in fi. secundum P. g † Ter-
20 tiò debet esse cautus, ut non curet quòd eius ap-
pellatio admittatur à iudice, uel quòd approbe-
tur à parte: quia si hoc non fiet, sufficit ei tunc
mittere procuratorem ad impetrandum & con-
tradicendum tantum, & super appellatione lite-
ras impetrare: ut eod. tit. interposita. §. 1. ap-
pellatus autem nullo modo tenetur prosequi, nisi
uelit. Si uerò admittatur uel approbetur, tunc
necesse habet appellans ire, uel procuratorem
sufficientem mittere ad causam appellationis, in
termino præfixo: alioquin appellanti prosequenti
condemnabitur in expensis. & eod. tit. Nicolao.
& cap. sæpe. & tunc etiam appellatus non cogi-
tur uenire, nisi uelit: quia potest, si uult causæ
renunciare: & quia contra eum absentem potest
procedit in causa appellationis: ut eod. tit. per
tuas. Quòd si appellatus non solum appellatio-
nem approbet, sed etiam dicat quòd uelit causam
h h apud sedem apostolicam tractari: tunc utraque
pars tenetur uenire uel mittere sufficienter, non
solum ad causam appellationis: imò etiam ad prin
cipalem: ut cum actis & monimentis omnibus
ad causam facientibus: ut eod. tit. cordi. §. pri-
mo. & sic addetur illi, Nicolao. licet hæc addi-
tio iniquitatem contineat: inuenta fortè, ut cau
sas ad curiam trahat, sicut & illa de elect. statu-
i tum. i Vel dic k quòd iusta est. Nam cum causa
k appellationis habeat in curia tractari, ubi appro-
21 bata uel admissa est: ut suprà & infrà patet. † Si
pronunciabitur bene appellatum, ibi debet cau-
sa principalis per consequens agitari: ut not. in
c. ut debitus. in glo. hic patet. & 2. q. 6. in fine.
Et sic oporteret nouas concedi inducias ad por-
tandum acta & munimenta causæ, & nouam cita-
tionem fieri: quia aliter non procederetur: ut ex.
l eodem sæpe. & c. cordi. l Et sic lites prorogaren-
tur contra mentem iuris. C. de iudi. properan-
dum. extra, de dolo & contu. finem. licet aliud
sit in electionum & prouisionum negotijs, in qui
bus terminato appellationis articulo, sine noua
citatione procedetur propter celeritatem. extra,
de elect. statuimus. extra, de appell. oblatæ. in
fin. quia tunc appellatio est solum prouocatio
ad causam, seu citatio, ut suprà, uersicu. cautus
22 etiam. † Imò etiam plerunque simul tractantur
causa appellationis, & negotium principale, ui-
delicet quando in causa appellationis uenit ipsum
negotium principale: ut quando appellatur à dif-
finitiua: uel ex tali causa, quæ sufficeret, si pro-
bata foret, ad diffiniendum negotium principa-
le: ut si capitulum appellet ab executore, ne co-
gatur ex aliqua causa ad receptionem T. uel ne si-
23 bi prouideatur in ecclesia sua, & huiusmodi. † Et
nota quòd si appellatus causam in curia uoluerit
agitari, hoc expressè debet dicere, cum appella-
tio interponitur. unde consulo appellanti, quòd
inde fieri faciat publicum instrumentum, per
quod ex hoc constare possit. Si enim postquam
appellatus appellantem uexauerit, faciendo eum
uenire ad curiam, secundum præmissa uelit cau-
sam extra curiam agitari: non audietur, imò pu-
niretur, quia nisi uenerit instructus ad causam
contra eum, tanquàm contra contumacem pro-
cedetur: ut in cap. cordi. §. fin. ubi de hoc. sed
& nisi dum appellatus appellationem approbaue-
rit & expresse dixerit se uelle causam in curia agi-
tari: quamuis postea illuc uenerit, nihilò minus
appellans poterit super appellatione impetrare,
non obstante appellati contradictione. & sic mul
ti sapientes dixerunt: & probatur in præ. cap. in-
terposita. §. primo. & argumen. in his quæ not.
supra de excep. §. uiso. uersiculo sed si iudex. &
hoc in ciuilibus & criminalibus. In electionum
autem & prouisionum negotijs, quæ per simpli-
cem appellationem hodie absque probatione par
tis uel receptione iudicis ad curiam deuoluun-
tur: ut in prædict. cap. statuimus. si utraque pars
præsens sit in curia, potest appellatus dicere, uo-
lo quòd omisso appellationis articulo, in causa
procedatur: licet appellatio non fuerit per ipsum
aliàs approbata, nec dixerit quòd causam uole-
bat in curia tractari: & appellante inuito super
principali agetur: dummodo iudex appellatio-
nis, quæ attentata sunt post appellationem, ex-
tra negotium principale reuocet: puta si fuit ex-
communicatus, uel in expensis condemnatus,
post appellationem: quia his reuocatis non inte-
rest sua prosequi appellationem ut iam dictum
24 est. † Illud autem scias quòd quamuis appella-
tio, etiam sine causa interposita, deferat causas
episcopatus ad Apostolicam sedem, contra men-
tem illius constitutionis, ut debitus. in fin. ut in
constitut. Alexand. quarta de elect. dilecti. Sed
hodie nobis instantibus, interpretationem rece-
pit: quia si in episcopalibus uel alijs dignitatibus
superioribus appelletur, in iudicio, siue extra,
expressa tamen causa manifeste frustratoria: non
defert talis appellatio causam ad curiam. Secus si
ex causa legitima appelletur: quo etiam casu, po
test appellans recedere ab appellatione interposi-
ta: ut in constitutio. Greg. decimi de electio.
m quamuis. m ubi dicemus de hoc. † Porrò quod
supra dixi, ad probationem partis, uel ad rece-
ptionem iudicis operari, ut quis sufficienter cau-
sam in curia prosequi teneatur: uerum est secun-
dum B. in appellationibus ante sententiam & lite
contestata interpositis. nam cum appellatur à
sententia diffinitiua, non refert an appellatio ad-
mittatur, uel approbetur, uel non: sed hoc so-
lum consideretur, utrum terminus sit à iudice uel
ab appellante præfixus: & tunc utraque pars te-
netur ire uel mittere sufficientem procuratorem
ad totam causam: aliàs contra eum procedetur
tanquàm contra contumacem: quia hic terminus
uim habet peremptorij: ut extra, de renun. ue-
niens. ubi hoc ipse not. & ad hoc facit in prædicto
cap. sæpe. uersic. saluis. facta relatione ad præce-
dentia. & eodem titulo per tuas. Vincen. tamen
not. in prædicto cap. ueniens. quod etiam ubi ap-
pellatur à diffinitiua: si appellatio recipitur uel
approbatur, tenentur partes mittere sufficienter
ad causam: alioquin sufficit mittere ad impetran-

dum nel contradicendum . & sic habet locum ex-
ceptio uel approbatio, secundum eum , etiam
quando appellatur à diffinitiua . Et uidetur casu
pro eo expressus : extra, de appell. oblatæ . in
princip. ibi : nec delatum ,&c. ubi hoc idem no-
tat doct. meus, qui etiam super hoc à me requisi-
tus idem mihi cum deliberatione respondit, &
induxit pro se, quod not. secundum eum in cap.
interposita . §. 1. Hoc etiam idem probatur ff. de
appell. recipien. si cuius . & C. de app. si appella-
n tionem . Ego credo n saluo consilio saniori , quòd
cum appellatur à diffinitiua , delatio iudicis nil o-
peratur : quia tunc iudex non potest non defer-
re appellationi : tunc quia functus est officio suo :
ut extra, de offic. deleg. in literis, tum quia tunc
non quæritur ex qua causa appellatur : ut extra,
de appell. cordi. §. his quæ . ideoque sua delatio
nil operatur . Et in hoc bene dicit B. & alij male .
Nec obstat cap. oblatæ . quia factum narrat , sicut
26 contingit. Item non obstant leges prædictæ . † Iu
dex enim dicitur non recipere appellationem :
quia aliquid facit in eius præiudicium , forte sen-
tentiam exequendo , uel apostolos non conceden
do, & huiusmodi . Recipere autem dicitur , cum
contra ipsam nil attentat : ueruntamen talis re-
ceptio nullius est effectus, ut dixi : potest tamen
tunc iudex appellanti præfigere terminum ad pro
sequendum appellationem : ueruntamen hæc præ
fixio sola non arctat appellantem mittere suffi-
cientem : imò sufficit sibi mittere ad impetran-
dum : quia impetrare est prosequi, & initium e-
xerceri appellationis . Et idem dico , si pars appel
lans præfigat terminum , ubi appellatio non ap-
probatur à parte : quia tunc sufficit partibus mit-
tere solum ad impetrandum & ad contradicen-
dum : ut in prædi. cap. oblatæ . uersi. & quidem .
& in hoc minus bene dixit B. Termini ergo præfi-
xio sola , quo ad effectum deferendi causæ exami-
nationem ad curiam , non sufficit , ubi non præ-
cedit delatio iudicis , uel appellatio partis . Vbi
autem parte approbante appellationem à senten-
tia interposita terminus præfigitur à iudice uel ab
appellante · tunc dico idem quod in appellationi-
bus ante sententiam , ut partes teneantur ire uel
mittere sufficienter : & hoc ex ui approbationis ,
non termini præfixionis . & sic potest intelligi
quod not. eod. tit. Nicolao . & in prædi. decre.
27 cordi. Et in hoc male dixit B. & alij . † Operatur
autem sola præfixio termini , facta à iudice uel à
parte absque delatione uel approbatione , ut ter-
minus ille præueniri non possit, ab aliqua par-
tium in impetrando : nisi de hoc faciat mentio-
nem : ut in cap. oblatæ . hic autem termini præ-
fixio , per quem tempus iuris coarctatur, fieri po-
test per partem appellantem : ut extra, eod. obla-
tæ . uersiculo licet igitur . & suprà uersiculo se-
cundo . & non per appellatam , nisi præfigat ter-
minum iuris . Grauare enim esset appellantem ,
qui in causa appellationis actoris uicem sustinet :
& qui probare habet meriti terminum , ex uolun-
tate rei seu appellati . ff. qui satisda. cog. de die .
in princip. quarta quæstione tertia . §. spatium .
uersiculo ei autem . & C. de in integ. restit. pe-
28 tenda . † Non ergo potest appellatus abbreuiare
terminum seu beneficium à iure appellanti con-
cessum ad prosequendum appellationem : ut ui-
gesimaseptima distinctione de his . Nec de his con
o tra dicit decreta. de appel. cordi. o Et iunge hoc
quod est infrà . §. proximo . uersi. item pone . &
seq. Quod autem dixi , delationem iudicis opera-
ri , ut partes teneantur ire uel mittere sufficien-
ter ad curiam Romanam pro tota causa : uerum
est, ubi constat de iurisdictione iudicis deferen-
29 tis . † Quid enim si excipitur contra iudicem de-
legatum , quòd non potest esse iudex in aliqua
causa : ipse uerò hoc non obstante , procedit : qua
re appellatur ab eo : & ipse defert appellationi :
certe talis delatio licet causam appellationis de-
ferat ad curiam illic tractandam : quia nondum
constat illum non esse iudicem , non tamen cau-
sam defert principalem : imò Auditor appellatio-
ne probata coram eo huiusmodi exceptione , ul-
terius in principali non procedet ex uirtute talis
30 delationis . † Quid si quis ita dicit, proclamo uel
prouoco ad sedem apostolicam ? Dicit quòd habe-
tur pro appellante : potius enim attenditur in ta-
libus mens , quàm uerba : ut patet extra, de ap-
pellat. ad audientiam . & de uerborum significa-
tione si intelligentiam . & cap. præterea . & de
conse. distinct. quarta nullus .

ADDITIO.

a *Dixit T. Vbi suprà , dum tractat quod idem di-
xerat Pil. ubi suprà in princ. sed se correxit , te-
nendo quod sequitur .*

b *Diuerterit . Dixit Bonagui. se sic doctum à præce-
ptoribus suis quia talis actus dicitur continuus .
ff. de uerb. oblig. l. continuus . Idem Aegid. ubi
supra in princip. Quod autem dicitur de diuer-
tente , intelligo de iudice , & plus etiam de appel
lante, cum tex. legis plus ponderet partem, quam
iudicem .*

c *Dicunt T. Vbi supra . sed Accur. in l. 2. ff. eodem
non dicit aperte quod hic loquitur : uidetur tamen
sic intellexisse , dum quærit de appellante ab in-
terlocutoria sequenti die , an teneatur appellare
in scriptis : quasi de primo non dubitetur , sic in-
continenti .*

d *Falsum est . secundum Aegid. cuius hæc fuerunt
uerba ubi supra consi. 72.*

e *In princ. lib. 6. idem ibi not. in glo. not. ius nouum .*
ADDE *quòd necessaria in appellatione ab
interlocutoria , ponit Rom. consi.* 301. *Et an in
qualibet appellatione ab interlocutoria , sit ne-
cessaria scriptura , uel solum de ea , quæ fit coram
Papa , Gui. & Hostien. tenent in cap.* 1. *eodem
tit. lib.* 6. *quòd solum in illa , quæ fit ad Papam:
sed glo. in c. ut debitus. & Do. de Rota conclusione*
385. *tenent in qualibet interlocutoria necessa-
riam scripturam. An autem per statutũ possit tol'i*
scriptura,

scriptura. vide per Bald. in l. prima. C. qui admitti. & in prima constitu. Codi. & in l. fina. §. fina. C. de tem. ap. & in l. praescriptio. si contra ius uel uti. pup. Ang. in l. secunda. ff. de re iud. Barto. & Ro. in l. fina. ff. de aqua plu. arcen. Ang. Are. in l. prima. §. interdum. ff. quando appell. sit. & consuluit Barto. quòd per statutum possit tolli appellatio ab interlocutoria. quod incipit, In nomine domini, uiso puncto. Tamen contrarium tenet Auge. in l. si sic. ff. de lega. 1. & Bald. in l. programma. C. commi. vel epistolas. Opinio tamen Bart. tanquàm notabilem tenet dom. Franc. Bald. inter eiusdem consilia numero. 277. 4. lib.

f Cordi lib. 6.

g C. pe. sed hoc reprobatur in cle. eo. ti. appellanti. & uide quod ibi no. in glo. 2.

h Per tuas. Et scripsi in decreto, uenerabilibus. super glo. penul. de senten. excom. lib. 6.

i Obtinuit. Et sic est terminatum eod. titu. de appel. lib. 6.

K No. secundum Tan. ubi supra. uer. forma de empto. uer. si tamen.

l In princ. Hoc no. Accur. in prae. l. prima. in fi. & vide quod dicam infra, de appel. §. 1. ad fin. 2. colum. uer. si uerò appelletur. De nomine iudicis, à quo si non exprimatur in commissione, uide infra §. de officio. uersi. antepe.

m Appellat. Extra iudicium. de elect. constitutio. lib. 6.

n Personas. Cessat autem constitutio ubi talia non opponit, sed prosequitur suum uel suae ecclesiae interesse: ut in cle. de ele. constitutionem.

o Vt circa. lib. 6. Et si appellatio interponitur per procuratorem dic ut eo. titu. procurator.

ADDE quòd apostoli respectu informationis iudicis possunt dari clausi. c. cum olim. el 2. extra. de offic. deleg. & Pan. de Cast. in cle 2. extra, eo. tit. Item ualet petitio extraiudicialis & datio apostolorum, dummodo loco congruo fiant, quando dantur ad informationem iudicis, secundum opi. Alexan. in c. ut debitus. qui allegat Rotam deci. 353. inci. item si appelletur. Item possunt peti à negotio rum gestore, licet à principio non habeat mandatum: dummodo ratificet intra tempus 30. dierum, secundum Bal. in l. eos. §. apostolos. C. de ap. & dantur expensis appellantis, secundum glo. in d. cle. 2. & apostoli non sunt petendi die feriata, secũdum. Fede. consi. 175. nec iudex, qui non dat apostolos, non potest de causa cognoscere: ut per eundem Fede. consi. 187. nisi appellatio esset frustratoria. & si iudex petenti apostolos, non respondet uel so datarum nullo certo termino assignato, uidetur denegasse & appellationem detulisse: secundum Lap. allega. 224. per no. in clemen. quamuis. eod. titu. & Pet. de Anc. consi. 218. inci. iste dominus executor. Idem tenet Bald. consi. 242. 1. lib. Et quando apostoli dicantur rectè petiti, uide eundem consi. 465. 1. lib.

p No. secundum Aegid. ubi supra. cap. 74. sed hic plenius.

q Vel non. De hoc in cle. eo. ti. c. ulti. glo. 2.

r Dilectio. Vide quod ibi scripsi in gloss. ineptè. & facit quod no. in clemen. eo. titu. quamuis. in glo. 2.

ADDE Imo. in cle. causam. de elect.

s Significet. Vide infrà §. 1. de officio. uersic. porro. & infra, de ap. §. primo. uer. caeterum. & uersic. illud quoque.

t Statuimus li. 6.

u Citatus. De hoc & de uersic. seq. dic ut in cle. de elect. causam.

x Statuimus. li. 6.

y Ego dico. Hoc approbatum est per clemen. de elec. causam.

z Caeterum. lib. 6.

a Admissa. Est simile ut lite pendente. cap. secundò lib. 6.

b Appellationis. Quod facit ex quo cognouerit illa interuenisse, per quae patet causam esse in curia, & utile est hoc pronunciare: ut scripsi de elec. c. 1. li. 9. super glo. de iur.

c Attendas. De his not. de elec. c. 1. lib. 6. in gloss. ubi enim.

d Velit. Super hoc petit.

e Interposita. Vt ibi satis notatur super uerbo, offerens. non puto hoc casu sufficere uerbalem oblationem, sed requiritur realis, & quòd propter illam non admissam, appellauerit: ibi uide & infra. §. pe. super uer. illud quoque.

ADDE ut latius per episcopum Alex. in d. c. interposita. ubi ponit 18. fallen. quòd appellanti, qui offert incontinenti se probaturum exceptionem admissam non esse, non habet necesse probare ueritatem exceptionis, inter quas in 16. est ista Ioann. And. contra quàm dicit communem opi. esse in contrarium. latius ibi uide.

f Interposita. Verius tene quod dixi in prae. decre. ex parte. super gloss. ad hanc. scilicet quòd probare probationes exceptionis non admissas licet sufficiat ad iustificandum appellationem, si propter id fuit appellatum, ad effectum tamen exceptionis consequendum in principali oportebit ueritatem exceptionis probari. si

fit dila-

sit dilatoria uel peremptoria, ut ibi dixi.

g *Secundum P. Hoc not. in decret. ut debitus. Tu dic contra: vt dixi in capitu. sæpe. super glo pen.*

h *Causam. Supple principalem.*

i *Statutum. lib. 6.*

k *Vel dic. Turbor quòd non dixit, imò dic. Ponderare debuerat quòd Innocen. 4. fuit autor decret. cordi. ad cuius defensionem contra præmissa, ultra id, quod subdit, est aduertendum quòd decret. cordi. non arctat appellatum inuitum: quod si esset, potuisset autor reprehendere, nisi causa subesset, ut in negotijs prouisionum. Constat autem quòd appellans à grauamine, hoc concludit quòd vult reuocato grauamine causam principalem esse coram iudice appellationis. Si ergo appellatus consensit, & Papa statuit quòd eo casu ambæ partes ueniant instructæ etiam super principali, exprimat actor, contra quem est iniquitas, quam allegat: hoc quo ad primum. Secundum est, quòd finito articulo appellationis pro uel contra appellantem: si Papa uiderit expedire, procedetur in curia super principali, ponderato quod dixit de primo. & quòd arbitratus Papa reseruatur super expedienti: multùm errat, qui asserit hoc iniquum. Tertium est, quòd de voluntate partium poterit omitti articulus appellationis, & super principali procedi. ex quo istud tertium partium uoluntati relinquitur, quis potest dicere hoc iniquum. dicet autor, potuisset causa delegari ad partes: quod fortè intendebat appellans: hoc fateor quod potuisset. Sed nunquid Papa vel alius index iniustitiam facit non delegando, vltra id quis modus est verisimilior ad finiendam litem, iste vel ille: cum forsan citius erit expeditum negotium principale quàm exceptiones contra delegatos vel contra rescriptum proposita: quæ de causa beneficialia sunt in curia. inde patiẽs fui illum reprehendi, qui per tex. & glo. dedis nobis argumentum scientiæ notabile. mansissemus autem amici, si recedendo à reprehensione dixisset, imò dic, &c.*

l *C. cordi. lib. 6.*

m *Quamuis. lib. 6.*

n *Ego credo. Hoc est de quo honoraui autorem in præ. decr. Nicolao. super prima glo.*

o *Cordi. Vbi hoc Innocen. ut ibi scripsi super uersi. petierit.*

ADDE *ad ver. fin. quod nil refert an quis dicat, uolo causam meam audiri à Papa, vel expressè ad ipsum appellet. ita glo. not. in c. quoties. 2. q. 6. per tex. in c. dilecti. in deci. extra, de appel.*

SVMMARIVM.

Appellationis prosecutio intra quæ tempora fieri debeat.

1 *Appellans à sententia excommunicationis, si non prosequatur, an maneat sententia rata.*

2 *Appellans à sententia excommunicationis, si iusto impedimento detentus appellationem nõ prosequatur, an maneat sententia rata.*

3 *Iustum impedimentum qualiter intelligatur, in non prosequendo causam appellationis. & num. 8.*

4 *Causa intacta, quando dicatur absque damno mora.*

5 *Celeritas iudicij, sæpe iustitiam exorbitare facit.*

6 *Appellator non prosequens causam appellationis causa infirmitatis, nec super hoc habeat testes, an suo stabitur iuramento.*

7 *Appellator copiam iudicis, ad quem appellauit, non habens, an excusandus ueniat à prosecutione suæ causæ.*

9 *Causam appellationis non prosequenti, sola negligentia imputatur.*

10 *Terminus ad appellationem prosequendam datus, an possit restringi.*

11 *Is, contra quem opponitur quòd non fuerit prosecutus appellationem, qualiter probare debeat se impeditum fuisse.*

12 *Terminus iuris in causa prosequendæ appellationis, an possit praeueniri.*

13 *Impetrans auditorem intra tempora ad prosequendum appellationem assignata: an ipsa tempora uideatur obseruasse.*

14 *Constitutio de termino ad prosequendam appellationem, requirit principalem, uel procuratorem.*

15 *Non ueniens intra dies statutos ad prosequendam appellationem, non comparens, an poterit se ex facto aduersarij iuuare.*

16 *Tempus ad appellationem prosequendam à iure indultum, nemini est auferendum.*

Iudex appellationis an habeat iurisdictionem, uel possit cogere prosequi ante terminum à iure præfixum.

17 *Iudex appellationis, an possit ex officio suo partibus præsentibus terminum ad appellationem prosequendum praeuenire.*

18 *Iudex à quo appellatur, potest ex causa abbreuiare uel prolongare terminum appellationis.*

Terminus

19 *Terminus prosequendi appellationem, quandoque præfigitur appellanti ad iter arripiendum.*

20 *Appellatus negans aduersarium appellasse, an si diu super hac negatione disceptauerit, poterit prædictam appellationem postea prosequi.*

21 *Appellationem prosequi prohibetur, qui terminum petijt ad satisfaciendum, uel pactum fecit de satisdando.*

NVNC breuiter transcurrendum est, in-
tra quæ tempora debeat appellatio exer
ceri. Dic quòd regulariter intra annum
uel ex iusta causa intra biennium, intra
quod tempus appellatur, per se in contumacia ap
pellati, ut communiter cum aduersario litem exe-
quatur: quo transacto lite non completa, rata ma-
net sententia: quia tunc appellatio annullatur. C.
de temp. app. auth. ei qui appellat. aliàs incipit, si
quisque est. 2. q. 6. ex. de app. constitutus. nisi iu-
dex, à quo appellatur, tempus breuius moderetur:
quo elapso lite non completa, manet rata senten-
tia. extra eo. cum sit Romana. & c. sæpe. Quando au
tem incipiat annus ille currere: dixi supra. §. pro-
1 xi. uer. 2. † Vtrum idem sit in sententia excommu
nicationis, ut si appellans non prosequitur appel-
lationem, sententia rata manet: no. secundum Pa
a pam in præd. cap. sæpe. [a] Datur etiam prædictum
tempus, non solum cum appellatur à diffinitiua,
sed etiam cum appellatur ab interlocutoria: ut in
prædi. c. cum sit Romana. in prin. ibi: quòd si ante
sententiam uel postea, &c. Et etiam cum extra
ius appellatur: ut eo. tit. constitutus. ubi de hoc.
hodie tamen dic ut infra. uer. hoc autem certum.
Terminus autem statutus à iudice uel à parte nim
2 obtinet peremptorij. ex. eo. sæpe. † Præmissa ue-
rò fallunt, cùm appellator iustè impeditus non
potest prosequi appellationem. nam tunc non ma
net rata sententia: imò appellationem post bien-
nium prosequitur. eo. ti. ex ratione. Iustè autem im
peditur, si ipse uel eius procurator in itinere ca-
piatur, & huiusmodi. C. qui pe. tut. uel cura. cum
à matribus. ex. de pignori. c. pe. uel propter infir-
mitatem, uel tempestatem, uel inopiam. 5. q. 3. si
non ægrotans. ex. de do. & contu. cum dilecti. ex.
3 de sol. c. pe. uel aliam iustam causam. † Item secun
dum quosdam, iusta causa potest esse, si fortè u-
nus mensis, uel duo fuerunt de primo anno feria-
ti, ita quòd iudex non cogebatur pronunciare. ff.
de arb. si feriatis. uel alias fuit iste impeditus: nam
tunc tantundem habebit de anno seq. ff. de mino.
l. fi. ff. de his, quæ in fran. credi. ait prætor. uersicu. si
conditionalis. C. de testa. mili. quo tempore. dum-
modo agat ante finem anni: quia sic uidetur mo-
ram purgare. 2. q. 6. appellatore. secus si expectet
usque in fi. quia tunc non potest purgare moram,
ut dicunt. ff. de uer. obl. si Stichus. §. 1. ff. de peri. &
4 commo. rei uend. l. illud. † Item iusta causa est,
cum lis est in consistorium principis inferenda,
nec Imperator proceres conuocare potest ad cau
sam audiendam: tunc enim causa intacta manet
absque damno moræ: ut 2. q. 6. anteriorum. uer-
sicu. ad hoc. & l. sed lis quæ speratur. ut extra de
app. ex insinuatione. Idemque est in curia domi
ni Papæ. qua ratione, & propter alias, de quibus
habes aliquas extra de appel. sæpe. quandoque ibi
quæstiones plus debito prorogantur, sicut patet
in causa decimarum Anglicana nunc coram no-
stro pendente examine, quæ ante nostræ natiuita-
tis tempus quod est 34. ann. fuit ad apostolicæ se-
dis examen per appellationem perlata, nec adhuc
est causa appellationis sopita: quinimò nec lis est
in ea contestata: tamen unum est remedium, quia
finaliter ibi ueritas tandiu exagitata splendescit
5 in lucem: ut 35. q. 9. graue. † Alibi uerò celeritas,
sæpe iustitiam exorbitare facit. arg. extra de in in-
teg. resti. ex literis. §. prospeximus. sicut plerun-
que in curia Franciæ, ubi iudiciarius ordo non ser
uatur experti sumus. Iniquitas enim omnia præ-
cipitat. de pœ. dist. 3. inter hæc hircum. nec est sen-
tentia præcipitanda: ut 11. q. 1. c. quæro. imò pon-
deranda. nam tempore indigemus ut aliquid ma-
turius agamus. 50. dist. ponderet. & æquo librami-
ne libranda. 40. dis. omnis qui. extra, de re iud. cum
b æterni. [b] Hoc etiam scias quòd etiam in curia Ro
mana in causis ciuilibus & criminalibus patrimo-
nij beati Petri, & in causis curialium bene quan-
tum ad hoc ius commune seruatur: quia si quis
eorum non prosequatur intra annum, uel bien-
nium: & appareat de eius negligentia, amplius
non auditur: ut in præ. concor. ubi autem appa-
ret per acta causæ, uel aliàs euidenter de eius dili-
gentia: puta quia libellum obtulit, &c. compe-
tenti tempore egit: sed per iudicem uel propter
subterfugia partis aduersæ, uel propter aliam in-
excusabilem necessitatem stetit, quò minus causa
fuerit expedita: non est quod ei ualeat imputari.
C. de temp. appel. l. fin. §. illud. & uersicu. nisi ipse
6 appellator. † Quid ergo si appellator fuit infir-
mus, nec habet testes super hoc: nunquid suo sta
bitur iuramento? fortè sic, inspecta causæ & per-
sonæ qualitate. ff. de excusa. tuto. l. scire oportet.
c in medio l. [c] extra, quod metus causa. capitu. fina.
Et secundum præmissa, etiam possunt prædicta iu
ra intelligi. & sic sanctissimus Pater do. Clemens
Papa 4. fons iuris, nobis auditoribus seruari præ-
cepit: & sic seruamus. Sed in causis totius orbis il
luc per appellationem delatis non potest rigor iu-
ris per omnia seruari: cùm quandoque oporteat
remissiones ad prouincias remotas super uarijs ar
ticulis fieri: quę non possunt intra breuis tempo
ris spatium expediri: nihilominus tamen sæpe de
d hoc excipi uidemus, sed raro pronunciari. [d] † Itē
7 fallunt præmissa, cùm appellans non possit habere
e iudicis copiam, ad quē appellauit: uel non uult, [e]
uel non potest procedere in causa: in authen. ut
spon. lar. §. hęc quoque. Consulo tamen quòd
hoc publicè protestetur: ut extra, de appella.
8 cap. fina. † Item iustum impedimentum est, si ad-
uersarius petit dilationem, uel propter suam in-
firmitatem, uel sine causa. Generaliter enim di-
cimus: quòd non currit huiusmodi præscriptio,
si ius non redditur, uel propter defectum iudi-
cis, uel rei, ut extra de iudic. cap. penultim. ff. ex
quib. cau. ma. sed & si per prætorem. usque ad
§. quod uero. necesse est tamen doceri uoluisse
agere.

agere : ſed ex cauſa aliqua nequiſſe. ut in l. ea. §. ſi
feriæ. C. de an. except. ut perfectius. extra de of-
fic. iud. ordi. paſtoralis. Eſt etiam iuſta cauſa, ſi
teſtes fuerint impediti : uel ſi ſine culpa ſua, inſtru
menta nequeunt habere : uel ſi alicuius dolo im-
pediatur proſequi appellationem : ſed tunc ei
ſuccurritur per beneficium reſtitutionis in inte-
grum. extra de in integ. reſtitu. ex literis. extra
9 de offi. ord. cap. paſtoralis. §. fina. † Item fallunt
ſi tempore proſequendæ appellationis partes ad
arbitros iuerint. Nam tunc etiam poſt biennium,
cauſa reduci poteſt ad iudices appellationis : ut C.
de temp. ap. l. prima. auth. ſi tamen. & in authen. de
f app. colum. 8. & extra de app. ſignificantibus. [f] Et
generaliter ſola negligentia imputatur : ut ibi, &
argumen. ff. de execu. tu. ſcire oportet. Præmiſſa
ferè omnia probantur in anth. de his, qui ingre.
ad ap. in princ. & §. 1. 2. 3. & 4. Iſtud autem ſcias,
quòd imputabitur appellatori, ſi modicum tem
pus ſibi reſtat de anno, & cauſam non incipiat in-
tra annum : licet in anno nullo modo ualeat ter-
minari : ut in præ. ſi. authen. ei, qui. Quæ & alia
circa hanc materiam dic plenè prout not. ſecun-
g dum Papam in præ. cap. ex ratione. de appella. [g]
10 † Licet autem detur annus uel ex iuſta cauſa bien
nium ad appellationem proſequendam, uel fi-
niendam : tamen huiuſmodi terminus reſtrin-
gitur quandoque ab appellante : ut eodem titu.
perſonas. & quandoque à iudice, à quo appel-
latur. Prorogari autem non poteſt niſi ex cau-
h ſa : ut eodem titulo, ex ratione. [h] Hæc proban-
tur eodem titu. oblatæ. Ab appellato autem,
non poteſt reſtringi : ut ſupra. §. proxim. uerſicu.
pen. & ubi certus terminus à iudice uel ab appel-
lante præfigitur ad appellationem proſequẽdam :
literæ ſuper appellatione ſiue ab appellato ſiue
ab appellante impetratæ, tacito eo non ualent :
ut in prædi. cap. oblatæ. & cap. ſignificantibus. &
cap. ſæpe. ubi de hoc. Vbi autem nullus termi-
nus præfixus eſt, poteſt, ſiue appellans ſiue ap-
pellatus intra terminum iuris impetrare : ita ta-
men quòd nimium procurat : puta plus quàm per
menſem : ut 2. quæſtione ſexta appellatore. uel
etiam per minus tempus, dummodo malitio-
ſè non agat. uerùm licet appellatus impetret
quandocunque uoluerit, ubi terminus non eſt
ab homine, ſed à iure tantùm præfixus : non
tamen poterit petere confirmationem ſenten-
tiæ, niſi cùm unus menſis de anno ſupereſt : ut
præ. capitu. appellatore. appellatus tamen bene
poteſt coram iudice ſic obtento, cauſam appel-
lationis, quandocunque uoluerit, proſequi.
Nam cauſæ continentia diuidi non poteſt. C. de
iudic. nulli. extra de ſeque. poſ. capitu. primo.
Vel dic quòd coram iudice appellationis, & co-
ram ſubdelegato ab eo, tam appellans quàm
appellatus poteſt proſequi cauſam appellatio-
nis etiam non expectato menſe iuxta finem an-
ni. argumen. in præ. cap. oblata. uerſicu. ſi ue-
rò. ubi dicitur quòd coram iudicibus intempe-
ſtiuè impetratis, poteſt appellatus proſequi cau-
ſam ſuam. Tertij dicunt quòd qui poteſt ſem-
per impetrando literas cauſam proſequi etiam
antequam unus menſis reſtet de anno ; cauſam
autem ante illud tempus proſequi non poteſt,
11 ſecundum Papam. † Hoc etiam nota quòd ſi
is, contra quem opponitur quòd non fuerit
proſecutus appellationem intra tempus iuris,
probare uelit ſe intra illud fuiſſe impeditum, ut
nequiuerit proſequi, poteſt hoc facere prius
quàm lis ſit conteſtata in cauſa appellationis,
nec prius fiet litis conteſtatio : & ſic obtinuit.
12 † Hoc autem certum eſt, quòd terminus iu-
ris præueniri poteſt, non hominis : ut extra,
de appella. ut debitus. Eſt autem terminus iu-
ris, annus : uel ex iuſta cauſa biennium, ut ſu-
prà. Eſt etiam & alius terminus, qui datur ho-
die cùm appellatur ſuper electione, poſtulatio-
ne, ſeu prouiſione, uel occaſione ipſarum. Nam
appellans, & omnes quorum intereſt, per ſe,
uel per procuratores ad cauſam inſtructos intra
menſem debet iter arripere ad ſedem apoſtoli-
cam ueniendi : & ſi aliqua partium non uenerit,
per uiginti dies poſt aduentum alterius e pecta-
ta, in electionis, poſtulationis, ſeu prouiſio-
nis negotio procedetur. Hæc leguntur extra de
i electione. capitu. ſtatuimus. [i] Et ſcias quòd præ-
ſens non poteſt petere, ut procedatur tunc con-
tra abſentem : niſi docuerit ſe præmiſſa tempora
obſeruaſſe, deducto tempore competenti. Com-
putatur enim menſis, & uiginti dies, & tempus
competens quo in itinere fuerit. Sed nec is,
qui tempora non abſoluit, poteſt hoc contra
aduerſarium opponere. ff. de regu. iur. cum par.
25. diſtin. cap. primo. in fin. extra, de uſur. quia
fruſtra. & argumen. extra, de cenſi. cùm olim.
13 extra de exceptio cùm eccleſiaſticæ. Sed nun-
quid uidetur tempora obſeruaſſe, qui interea
auditorem impetrauit ? Dicunt quidam quòd
non, niſi ſaltem aduerſarium in audientia ci-
tari fecerit : quia non uidetur expectaſſe ad-
uerſarium, niſi præſentiam ſuam & uolunta-
tem proſequendi negotium per citationem ma-
nifeſtari fecerit. Alij dicunt, & hoc obtinuit,
quòd ſufficit auditorem impetraſſe : uel adire in-
tra tempora prædicta, ad hoc ut tempora ſeruaſ-
ſe uideatur : quia prædicta conſtitutio ad obſer-
uationem temporum non requirit, niſi quòd in-
tra menſem iter arripiatur, & quòd pars ueniens
ad curiam per uiginti dies expectet alterum.
14 † Quid ſi apparet auditorem obtentum, non ta-
men conſtat quòd per principalem perſonam uel
per procuratorem ? Non uidetur ſufficere : quia
prædicta conſtitutio requirit principalem uel
procuratorem, ut ibi dicitur. Contrarium ta-
men ſeruamus. ſufficit enim, ſi is, pro quo im-
petratus eſt, id ratum habeat. ff. de regu. iur.
l. hoc iure. Nec in commiſſionibus, quas do. Pa-
pa in curia facit per ſchedulas uel per curſores,
exprimitur ad cuius inſtantiam ſit datus audi-
tor : ſed ſimpliciter dicitur, mandat dominus
Papa magiſtro Gulielmo Durandi quòd cau-
ſam, quæ inter tales ſuper hoc uertitur, au-
15 diat, & diffiniat. † Sed pone, auditor, à quo
appellatur, præfixit decem dies ad proſequen-
dam appellationem : ut extra de appellatio. ad
hoc. & intra hoc tempus appellatus impe-
trat auditorem in cauſa appellationis, & cita-
ri facit

ti fecit appellantem, sicut fit quotidie: qui tamen non comparet intra illos decem dies: postea uerò comparet, uolens appellationem suam prosequi coram eo, quem suus aduersarius impetrauit: opponitur ei quòd non debet audiri, cum intra decem dies non fuerit suam appellationem prosecutus: quæritur an sit audiendus? Respon. obtinuit quòd non. Cum enim intra dies statutos non uenerit, non poterit se ex facto sui aduersarij iuuare: ut s. depos. §. 8. uer. sed secundum. quia uerum est, quòd ipse non fuit appellationem prosecutus in termino sibi præfixo: ut in præ. c. ad hoc. ar. C. de in inte.
16 rest. petenda. & s. §. 1. uer. sed quid si ille. † Item pone, præfixus fuit à iudice, à quo appellatum est, terminus partibus, in quo se coram iudice appellationis præsentent, ut extra de app. personas. & c. seq. Partib. ergo in termino ipso coram iudice appellationis constitutis, appellans dicit, nolo adhuc prosequi appellationem, cum habeam adhuc annum uel bieunium, ut s. nec enim quis inuitus cogitur agere: ut C. ut nemo inuitus, per totum. Respon. obtinuit quòd non cogitur. licet enim iudex prædictum terminum sibi potuerit præfigere, non tamen potuit sibi tempus à iure indultum auferre: quia iuris beneficium, nemini est denegandum: ut 18. dist. de his. & extra de secundis nup. cap. pe. & fi. & hoc satis determinauit de his quæ no. extra de appella. cum sie Romana. in glo. argu. quòd iudex. appellatus tamen poterit libellum offerre, & confirmationem suæ sententiæ petere, uel cassari illius appellationem, eo. tit. oblatæ. uersicu. si uerò non fit. & arg. C. quomodo & quando iudex. auth. qui semel. & sic indirectè ille cogetur suam appellationem prosequi: & sic seruamus. De hoc secundum dominum meum, extra de app. cordi. §. post hoc. & iunge hoc quod est s. §. prox. uer. porro. & seq. Quid si statutus est à iudice terminus appellato, ad prosequendam appellationem, ipse uerò ue-
k nit diu ante terminum: k nunquid ante ipsum terminum cogetur appellatus respondere coram iudice appellationis? Videtur secundum præmissa, quòd non: quia nec iudex appellationis habet iurisdictionem ante terminum. C. de dila. l. 3. imò appellans tacitè uel expressè, potest renunciare appellationi, extra de ap. ad aures. c. personas. & c. directè. & c. reprehensibilis. & c. sæpe. extra de offi. dele. gratum. C. de iure emphy. l. fi. §. 2. 2. q. 6. si quis libellos. arg. contra 2. q. 6. appellatione. C. de temp. appel. l. fi. §. in his. extra de app. oblatæ. de
l pœ. dist. 1. prædixerat. Super hoc dixit Vincen. l
17 † quòd iudex appellationis ex officio suo, potest partibus præsentibus terminum præuenire: sicut & iudex, à quo appellatur, potest ex causa abbreuiare uel prolongare terminum. Tu dic ut supra.
18 † Item quid si pars, quæ præfixie terminum ad prosequendam appellationem, mittit procuratorem ad prosequendum, non tamen prosequitur? Respon. non excusatur. debuit enim prosequi. ff. man. si procurator. §. si tutores. argu. tamen contra quòd sufficiat mittere. extra de app. c. Nicolao.
m m & ff. commo. l. argentum. † Et not. quòd quan-
19 doque præfigitur terminus appellanti ad iter arripiendum: ut extra eo. peruenit. & de elec. statui-
n mus. n de re iud. cum causam. Quandoque ad re- præsentandum se domino Papæ: ut eo. titu. personas. & c. significauit. Quandoque ad terminandam causam appellationis: ut e. tit. cum sit Romana. & 2. q. 6. ei qui. Sed hoc tantum à lege, & non ab homine: ut eo. titu. insinuatione. Non autem potest præfigi terminus, intra quem redeat à prosecutione appellationis: nec etiam à lege præfigitur: ut eod. tit. ex insinuatione. & 2. q. 6. anteriorum. Et no. quòd ubi datur terminus ad prosequendam appellationem, sufficit intra illud iter arripere: ut ex
o tra de re iudi. cum causa de elec. statuimus. o † Sed
20 pone appellatus ueniens ad iudicem appellationis, negat te appellasse, & super hac negatione diu disceptatum est: processu uerò temporis, uult illam appellationem prosequi, quam negauit, quæritur quid iuris? Respond. obtinuit quòd non audiatur. arg. extra de proba. per tuas. & patet in his, quæ no in præ. uer si. sed secundum. De prosecutione appellationis dixi s. §. proxi. Item quid si procurator rei condemnati appellans in curia, non uult appellationem prosequi, sed dicit se hoc uelle domino fortè in Hispania uel ultra mare absenti nunciate dic ut supra. de procu. §. 1. uer. sed po
p ne, procu. p † In summa nota quòd prohibetur ap
21 pellationem exercere, qui lata sententia diem petijt ad soluendum, uel si pendente appellatione pactum fecit uel transegit: uel si annus uel ex causa biennium, à tempore appellationis emissæ præterijt, uel mortuo appellatore. C. de re iudic. ab solutionem. ff. de pac. tale pactum. §. qui pactus est. in auth. de his, qui ingre. ad ap. §. 1. & 2. col. 5. C. si pendente app. mors interuen. l. 3. Et not. quòd quandoque unus appellat, & alius appellationem prosequitur. quod dic secundum B. Compo. ut ex-
q tra de elec. auditis. & c. statuimus. q & supra. §. primo. uersi. sed quid si ille.

ADDITIO.

a *C. sæpe Terminatum est per decre. licet. de sententia excom. lib 6. quòd non conualescit: tamen illi denunciabitur, & uitabitur donec nullitatem sententiæ doceat.*

b *Cum æterni. lib. 6.*

ADDITIO. *Adde ad uersicu. seq. ibi: quid ergo. Guid. Papa in quæstionibus suis in q. 205. inci. in causa appella. ubi latè an appellantis iuramento statur, super impedimentis. Et adde quòd appellatio non prosecuta propter paupertatem excusat: ut per Mathes. nota. suis not. ult. & per Bald. in l. 2. §. si quis. in ulti. q. ff. si quis cau. ubi dicit se liberasse quendam pauperem à pœna furcarum qui cum appellauit, propter paupertatem appellationem prosequi non potuit, & illud prosing. refert & sequitur Francisc. Cre. not. 121. incipien. statuto cauetur. ubi dicit quòd statutum disponens quòd appellans debeat soluere certam gabellam, & aliquis non potuit soluere ex paupertate, non dicetur appellatio deserta. Hen. Ferran.*

Medio

c Medio legis. §. sufficit. Et facit quod scripsi de dolo & contuma. cum, qui. lib. 6. in glo. dubitatur. in fin.

d Pronunciari. Aduerte quia mandatum Clementis, commendabile fuit in curia, ubi difficile & quibusdam impossibile esset ducere testes ad curiam conscios infirmitatis: & remissio plus esset impeditiua uel occupatiua tẽporis, quàm negotiũ principale. In inferioribus ergo ubi facilis esset probatio, puta cum de archidiacono ad episcopum, uel de episcopo ad archiepiscopum appellatum esset: non esset sufficiens probatio. per quod idem puto de uicinis curiæ. Facit quod dictum de his est supra. uers. prox. Non sufficeret etiam talis probatio in casu decr. cupientes. ad euitandam eius pœnam, ut ibi patet in §. quod si. ibi: apud sedem ipsam facere plenam fidem. & hoc quo ad illos de quibus loquitur ibi tex.

e Vult. supple, iudex.

f Significantibus. Idem quomodocunque de partiũ expresso consensu, causa prorogetur: & habet hoc locum in termino iuris & hominis: ut in cle. eo. tit. quandiu. fallit autem in casu ibi posito.

g De app. Ut ibi plenè scripsi post eum & Host. super 1. glo. ad quæ etiam addidi duas ultimas colum. Et uide quæst. facti, quam posui super rubr. de appel.

h Ex ratione. Ibi non fuit propriè prorogatio, quæ est idem quod protensio uel extensio. In his enim oportet existere rem, quæ debet extendi uel protendi, sicut tempus uel quæuis materia. Ibi autem cum biennium esset elapsum, non extabat tempus protensibile: fit ergo ibi noua temporis concessio ex causa, beneficio restitutionis, uel iure communi: ut ibi nota. De primo uide supra, de deleg. §. si. uersic. item quòd iurisdi Scire debes quòd do. meus in legibus hic, & Richard. Ma. Padua disputauerunt, an tempus datum per statutum ad finiendam causam appellationis: posset per partes prorogari appellationis iudice consentiente. Hanc primam breuiter, secundam prolixè tractarunt. Prima incipit, Dubitatum fuit Bonon. Secunda, Statuto cauetur quòd iudex, Dominus meus ad literam dixit, si episcopus appellationis causam exercendam, non potest arctari uel prorogari per iudicem: ut not. in authen. offeratur. sed partium consensu uidetur quòd possit prorogari, cum possit arctari: ut uidetur innui. C. de tem. appel. l. ult. in fin. ibi: uel ullum fatale, &c. ergo et prorogari. Item ualet pactum de non appellando: ut præ. l. in fi. & ff. à quib. app. non licet. l. 1. §. si quis fortius. ergo paciscі possunt de tempore appellationis prorogando. Item per tacitum consensum partium, scilicet per recursum ad arbitros prorogatur: ut in auth. si tamen. ergo fortius per consensum. Sed, ut infra dicam, illa non est propriè prorogatio. Item in causa principali si perit instantia, non est periculum, cum actio salua maneat: & ideo non potest fieri prorogatio: ut no. in l. properandum. licet si pereat instantia in causa appellationis, est periculum appellantis, quia rata manet sententia: facilior ergo debet esse prorogatio. Item pro hoc facit l. 2. ff. de iudi. §. final. & §. iudex. & quod scriptum est per Azo. in Summa de iur. om. iudic. in 2. colum. Et quia rigor iuris mitigari potest pactis contrahentium: ut in præd. l. final. in fin. C. de tempo. appel. & in glo. ibi posita. Facit etiam C. de aboli. l. ult. §. post hoc. Contrarium uidetur tutius, ut ad instar triennij causæ principalis. & quia hoc tempus legale est limitatum ob communem & publicam utilitatem, non in singularem fauorem paciscentis: propter quod uidetur prorogatio non ualere. ff. de pactis. ius publicum. & de iur. cal. l. 2. §. sed quia. Et quia §. final. & §. iudex. loquuntur de tempore mutato per delegantem aliqua speciali de causa, quæ processit ex his, quæ inter partes acta sunt. & ideo ibi ualet consensus partium in prorogando: sed hic est tempus legale & limitatum a lege, ponderata generali occasione, scilicet odio litium: nec possunt partes pacisci, quòd lex municipalis in sua cum locum non habeat. ff. de legat. 1. l. nemo potest. Nec teneret prorogatio, si iudex interloqueretur tempora talia appellationum posse prorogari: quia expressus est error. Facit etiã C. de temp. appel. nemo. ibi præmissis duobus, quibus prorogari non potest, hoc tempus subdit. Nec sub prætextu quodam altero: & sic prorogationem excludit uel partium pactionem. Item, ut dixi, instantia causæ appellationis plus sunt odiosæ, quàm causæ principales. arg. C. eo. tunc eos. in fin. & sic non de facili proroganda. Richardus copiosè tractans tenuit idem principaliter, ex dictis supra. ad hanc partem in princip. Et quòd tempora terminandarum litium ob publicam utilitatem sunt inducta, allegat C. de iudic. properandum. in princi. & ibi not. & C. de tempo. appella. l. 2. in princi. Secundò assumit præ. l. nemo. per modum supra expressum, cui contingit in auth. eod. titu. de appella. colum. 8. ubi in fine. sic dicit textus, alijs omnibus, quæ de appellationis certaminibus priscis dicta sunt legibus & à nobis in legum scripta codicibus in proprijs uirtute manentibus. Cui conuenit de his qui ingre. ad app. §. si uerò uenter. ead. colla. Sed quod de prorogatione dicitur, statutum de

de iure non apparet: stabitur ergo legi Codicis, & eius tempori. Inducit etiam specialiter duas leges. ff. de loca. & commo. l. si in lege. in prin. & de uerbo. oblig. qui Romæ. §. Callimachus. ad fi. Subdit autem nunc secundam quæstionem, scilicet quid erit, si intra tempus statuti non fuerit causa diffinitiua. Refert quosdam dicere quòd etiam ex eadem instantia adhuc poterit diffiniri usque ad annum, uel ex iusta causa biennium: quasi statutum illud magis sit inductum ad pœnam iudicis, saltem extraordinariam, si non finiat. ff. de pœn. sanctio legum. quàm ad modificationem causæ uel instantiæ contra ius commune. Pro quo facit. C. ut omnes tam ciui. quàm mili. l. una. in fi. Ipse autem putat tempus statuti, per omnia subrogatum in locum temporis de iure communi dati ad prosequendam appellationem, ideo quibus casibus tempus iuris communis non currit, puta cum stat per iudicem, uel cum partes compromiserunt, ut in auth. si tamen. & authen. item si appellatione. C. de tẽpo. appella. non currit etiam tempus statuti. Item quibus casibus currit tempus iuris communis, sed datur restitutio, ut not. in authen. ei qui appellat. eisdem hoc curret, & restitutio dabitur. Item quibus casibus currit tempus, & mortificatur causa & instantia appellationis, ut in authen. præ. ei qui appellat. eisdem currit tempus statuti, & mortificabitur causa & instantia: ut sic per omnia fungatur uice temporis, ad quod subrogatur. ut ff. si si quis test. li. esse ius. fuer. l. 1. §. hac actio. de responsione ad l. C. ut omnes, &c. Et de tertia, scilicet. q temporis statuti ad aliam causam criminalem uel ciuilem, non appellationis: uide quod dixi supra. de delega. §. restat. super uersi. quid si in statuto fateatur non posse prorogari. quod esset dicere si prorogationem duplicari, uel amplius quàm duplum concedi iudici ad procedendum continuè possunt: tamen partes, quæ prorogare uellent, compromittere. uel expreßè consentire prosecutioni causæ, supersederi ad certum tempus: & tunc non current tempora iuris uel hominis. Et fateri oportet in horum alterum, numerari tempus statuti: et sic erit locus prædictæ auth. si tamen. & cle. quandiu. de appel.

ADDE quo ad primam partem, ut per episcopum Alex. in d. c. ex ratione. & per Nouiss. in l. 2. ff. de re iud. per Alex. in l. properandum. C. de iud. per Pau. de Ca. in l. 2. supra. allegata. ubi dicit uideri tex. in cle. si appellatio. de appel. quòd tempus datum ad prosequendam appellationẽ, potest consensu partium prorogari. Dicit etiam se uidisse in ciuitate Lucana quòd partes prorogauerunt tempus datum ad appellandum: & illud fuit obseruatum.

ADDE etiam ut per Alex. consi. 24. 4. lib. Quo uerò ad secundam, adde per Pau. de Cast. consi. 238. inci. uidetur dicendum. Panor. consil. 16. inci. in causa fratrum. lib. 2. Ange. in d. l. properandum. ubi dicit quòd licet iudex non poßit diffinitiuè pronunciare, poteſt tamen absoluere ab obseruatione iudicij.

i Statuimus. lib. 6. In cathedralibus uel regularibus ecclesijs, quorum confirmatio spectat ad Papam ex appellatione uel immediata subiectione, seruanda sunt tempora decr. cupientes. eod. titul. lib. 6.

k Terminum. Vincen. sic formauit: quid si ante terminum ambæ partes sunt in curia: nunquid, &c.

l Vince. eo. tit. ad aures.

m Nicolao. Vbi de hoc no. Vin. soluit ut ibi in prima glos. Item ibi non fuit negligentia procuratoris, sed in potentia ex defectu mandati. Ad legem seq. responde per id quod dixi de pign. significante. super glo. ergo non. Statuimus. lib. 6.

n Statuimus. lib. 6. Ista iura non probant ad quod inducebantur. In ista enim decre. ea parte statuitur terminus mensis ad iter arripiendum. Idem de eodem termino intelligo decr. cum causa. ut ibi scripsi super uerbo, inducias. uel aggrauando contemptum dicit illum non solùm non prosecutum: sed nec iter arripuisse. Simile extra de renun. ueniens.] Ad prædicta facit quod ipse autor præmisit in proxi. uersic. ubi tractans de termino ad iter arripiendum, allegat hæc duo iura. Sic etiam allegat glo. de decre. cum causam. in decre. personas. eod. tit. ubi tractat de his terminis. Poteſt tamen hoc dictum sic defendi. Prosecutio appellationis habet partes scilicet principium, medium, & finẽ. Principiat autem prosequi. dum iter arripit: ut in d. c. statuimus. & c. cupientes. eod. titu. sicut & de alia lite dicitur de off. ord. quamuis. lib. 6. Tamen Inno. in decr. peruenit. 2. eodem titul. dicit quòd itineris arreptio non sufficit: imò requiritur quod se repræsent. Vide quod ibi post eum dixi. Aliquibus uidetur distinguendum inter terminum ad se præsentandum, & terminum ad prosequendum. In termino ad præsentandum sufficit præsentari. In secundo tenetur prosequi, licet non teneatur ad diffinitiuam: ut no. in c. cùm sit Romana. de his supra. uersic. 2.

ADDE, quia in appellatione interposita in beneficialibus, ius aßignat certum tempus, puta mensem ad iter arripiendum. c. 1. de elec. nunquid per lapsum huius temporis, appellatio habetur pro deserta?

serta? Lapus tenet quòd sic in cle. 1. eo. titu. motus quòd duplici pœna non est afficiendus. c. at si clerici. extra de iudi. Et ponderat tex. in d. clem. quia illo non ueniente proceditur ut contra contumacẽ. Quid aũt si tale tempus iuris aßignatur ab homine: an idem erit? Old. consi. 2. tenet quòd sic. & Lapus in d. cle. 1. Latius uide de hoc: quia aliqui contra per episcopum Alexan. in c. cum sit Romana. extra eo.

ADDE *tu pro opinione Spe. hic, ut sufficiat intra terminum ad prosequendum dictum iter arripere. hoc tenet Rota in nouis deci. deci. 94. & decisi. 155. ubi facit mentionem de doctrina Speculatoris hic.*

p Procurator. *De hoc supra. §. 1. post prin. uersic. illud autem.*

q *Statuimus. lib. 6.*

SVMMARIVM.

Quoties appellandum sit.

1 *Appellatio, quoties iterari poßit.*
Bis posse appellari, qualiter intelligatur, et quòd nemini tertiò appellare licet.
2 *Parte una duas sententias confirmatorias habente, & altera duas alias, quæ potior dici debeat.*
3 *Duobus ex eiusdem serui noxa conuentis, cui dandus erit seruus.*
Duobus literas imperatorias pro eodem beneficio habentibus, primò offerenti uenit obtinendum.
4 *Appellatio tertia, licet sit prohibita, restitutio tamen in integrum peti potest: & supplicari contra res bis iudicatas permissum est.*
5 *Appellans & restitutionem petens, diuersis iuribus uti dicuntur.*
6 *Appellatio quandoque semel tantùm fieri potest.*

QVOTIES appellandum sit, clarum est: quoniam regulariter super quolibet articulo uel grauamine, & qualibet interlocutoria ante sententiam, & etiam à sententia diffinitiua, bis tantum appellatur, & non tertiò: ut extra de appel. dilectæ. C. ne in una & eadem causa lic. ter. prouo. l. unica. extra de appel. sua. & 2. q. 6. §. post secundum. & l. si quis in quacunque. Vnde cum multa sint capitula in causa ante litis contestationem, multoties potest appellari. Nam super quolibet potest bis appellari, ut dixi. post sententiam etiam tantùm bis. Et secundum hoc intelligi 2. q. 6. omnis oppressus. & c. ad
1 Romanam. & c. quoties. & c. ideo. † Quod autem dixi bis posse appellari tantùm à sententia, uel à quolibet grauamine: intellige uerum ab eadem parte. Nam altera pars poterit etiam super eod. cap. uel sententia appellare. Si enim appellauero à sententia pro te contra me lata, & iudex appellationis sententiam confirmat, possum secundò appellare à confirmatione sententiæ. Sed si hæc confirmatio confirmetur, non possum amplius appellare: quia non licet tertio prouocare. Si autem confirmatio infirmetur, tu poteris ab illa sententia appellare: quia hoc non est tertia appellatio, sed prima quo ad te. Et si iudex appellationis infirmationem sententiæ infirmet, poteris secundò appellare: ultra tibi non licet. & sic sunt prædicta iura intelligenda. Et secundum hoc super quolibet articulo, potest quartò appellari. Et sic obtinuit: licet audiuerim quendam contrarium sustinentem, ut tantum bis appelletur, sicut iuris uerba tenent. Idem etiam credo, si interpellatim fiant appellationes: ut si à sententia lata pro te contra me ego appello, & in causa appellationis obtineo: demum tu secundò appellas, & obtines: tertiò ego appello & obtineo. Et quartò tu appellas & obtines. Certè nulli nostrum licet ulterius appellare: quia nulli nostrùm licet tertiò appellare: & sufficit sic scriptum esse. ff. qui & à qui. ma. lib. uno si. prospexit. 6. q. 3. scriptum est. Vber. dicit quòd non licet tertiò appellare: uerum est continuè, ut in superiori exemplo: sed interpellatim bene licet, ut in proximo exemplo. Item non licet tertiò appellare, uerum est in eod. c. sed in diuersis sic, etiam centies. Et docet talem cautelam ut appellans appellando & prosequendo dicat primam sententiam nullam. & si iudex appellationis dixerit eam aliquam uel iustam uel non iustam, statim poterit appellare, & centies per hanc uiam quod dic, secundum eum, ut supra. de exce. §. uiso. uersicu.
2 item nota secundum. † Sed secundum præmissa, tu habuisti pro te duas sententias confirmatorias, & ego pro me alias duas: quæritur quis erit potior, cum nulli nostrum licet ulterius appellare. Et uidetur quòd originalis reus: quia promptiores sumus ad absoluendum quàm ad condemnandum. ff. de act. & ob. Arrianus. extra de proba. ex literis. in fi. extra de fid. instr. inter dilectos. in fin. 26. q. ulti. alligant. imò uidetur quòd is, qui prius sententiam obtinuit, siue sit reus, siue actor. quia pro sententia præsumitur: ut extra de renun. in
3 præsentia. † Et iudices appellationum plerunque in peius reformant sententias. ff. de appel. l. 1. sicut & alias, cum quis à pluribus ex noxa eiusdem serui conuenitur, dabitur ei, qui prius ad sententiam peruenerit. ff. de noxa. si quis à multis. sic & in actione peculi: ut ff. de pecu. si uerò adhuc sicut & aliàs inter duos impetrantes, qui primò præsentat literas, primò præbendam obtinet: ut extra de rescri. c. capitulum. hoc disputationi duximus
a relinquendum. [a] † Licet autem tertiò non
4 appellatur, tamen in integrum restitutio petitur, & supplicatur contra res bis iudicatas. ff. de mino.
b minor. [b] & l. seq. extra. de in integ. rest. tum ex literis. §. pe. extra de re iud. cùm causa. arg. tamen contra: quia quod appellatio in maioribus, hoc re-
5 stitutio in minoribus operatur: ut ff. de mino. præ-
c ses. † Sed dic [c] quod petens restitutionem, utitur iure

iure speciali & singulari: appellans uerò iure communi: ut secunda quæstione sexta, omnis oppressus. Et ideo, aliud iuris est in uno, quàm in alio. ff. de uulg. & pup. sub. l. centurip. extra de priuile. fane. 25. q. 2. non exemplo. Sed licet restitutio detur contra res bis iudicatas, non tamen ipsa, uel etiam supplicatio bis, sed solùm semel dantur: ut infra tit. proxi. §. quis autem. uersicu: item super
6 eo. & infrà, de supplica. §. 1. † Item licet regulariter bis possit appellari, quandoque tamen tantùm semel appellatur: ut C. de episc. aud. authent. si quis litigantium. & C. de app. iubemus. & l. in offerendis. in authen. de app. §. illud. col. quarta, & secunda quæstione sexta anteriorum. & §. illud. & C. de asser. tol. l. 1. §. r. & C. de preci. impe. offe. si quis uerò. Quandoque etiam non semel: ut i. §. uidendum.

ADDITIO.

a *Relinquendum. Hodie per Cle. de re iudi. c. 2. patet quòd melior est conditio actoris, quando prima sententia fuit pro actore. Vult enim illa decre. quod si actor habet tres sententias pro se: omnino fiat executio non obstante quòd aduersarius agere, uel excipere uelit, uel uellet de nullitate altarum, uel alicuius earum. Consequitur ergo intentum. nam, prout ibi dixi, legendo per glo. 3. satis est actori quòd tres sententias habuerit, dato quòd fuerint interpellata. actor enim, qui obtinuit primam in principali, si habuit primam & secundas confirmatorias, statim debet hodie executionem petere. Idem si primam & tertiam. Si autem pro ipso est quarta, & una de primis, nunc, & non prius, habet beneficium illius iuris. licet fatear. quòd maior est aequitas illius decre. quando reus nullam, uel unam solam pro se sententiam habuisset: sed sufficit ita scriptum esse. extra de fer. c. 2. cum concor. 1. glo.*

ADDE *an contra tres sententias conformes possit opponi exceptio nullitatis ad impediendum executionem. Old. omnino consi. 106. Bal. consi. 449. 4. li. Abba. consi. 97. 2. li. Pau. de Cast. consi. 320. Alex. consi. 77. 2. lib.*

b *Minor. autem magistratus.*

c *Sed dic. Secundum Vber. de Bobi. super l. 1. C. si sepi. in integ. rest. pe. ad literam.*

SVMMARIVM.

Officium eius, à quo appellatur, quale sit.

1 *Index, à quo appellatur, non faciens officiū suū, qua pœna tenebitur.*

2 *Iudicare an causa in appellatione expressa, sit probabilis & iusta in ipso actu appellandi, quis debeat.*

3 *Appellans consulere debet iudici, ut deliberet cum peritis de admittenda appellatione.*

4 *Appellatio, multipliciter consideratur.*

5 *Appellatio latens & frustratoria quæ sit, & an sit admittenda.*

Appellatio media siue dubia, quæ sit.

6 *Iudice dubitante an sit deferendum appellationi uel non. in dubio potius defertur appellationi quàm sententiæ.*

7 *Appellatione per iudicem recepta, qualiter habeat cum appellante procedere.*

8 *Appellatione pendente, siue sit recepta, siue non, iudex non debet in præiudicium appellantis aliquid innouare.*

9 *Appellationem non esse recipiendam, qualiter cognosci possit.*

10 *Appellatio debet porrigi iudici à quo appellatur, si fieri potest: aliàs ad quem appellatur.*

11 *Instrumento appellationis continente quòd iudex appellationis eam benignè recepit, an per hoc probetur ipsum iudicem appellationi detulisse.*

12 *Appellationem admittere censetur, qui contra eam nil attentat.*

NVNC dicamus quid sit officium eius, à quo appellatur. Et quidem ut recipiat appellationem, & reuerenter ei deferat, si ex causa sit legitimè interie-
1 cta. † Quod si non fecerit: secundum legem punitur in triginta ponderibus auri: & officiales eius simili modo: ut C. de app. quoniam iudices. & l. iudicibus. Secundum cano. uerò debet depoui: ut secunda quæstione sexta decreto. secundum decre. mittitur ad sedem apostolicam pro meritis recepturus: ut extra, de app. capitu. de priore. & capitu. sequen. nec nocebit appellanti, si eius appellatio legitima non admittatur: ut secunda quæstione sexta, appellatione interposita. & extra de app. sæpe. Quod si appellatio talis est, quòd iudex eam non debet recipere: non nocebit ei, si eam non recipit: imò temere appellans, puniri debet secundum legem in quinquaginta libris argenti, uel efficitur infamis: ut C. quorum appel. non re. ab executione. §. fina. C. de appel. à proconsulibus. in fio. Secundum cano. remittendus est ad eum, à quo appellauit, condemnatus in expensis. ut in cap. ut debitus. in fio. ita ut sumptus in quadruplum restituat. secunda quæstione sexta, omni modo. hodie in simplum: ut C. de fruct. & lit. ex-

pen. non ignoret. & l. terminato. uel fortè in tri-
plum. 3. q. 3. libellum. De his expensis dicam in-
fra, de expen. Iudex quoque, qui frustratoriam ap
pellationem admittit, & appellans similiter est pu
niendus in 20. libris argenti: ut secunda quæstio-
ne sexta §. sunt etiam, quorum. uer. si quis etiam.
2 † Sed quis iudicabit in ipso actu appellandi, an
causa in appellatione expressa sit probabilis seu
iusta, ut dicit cap. ut debitus? Et certè appellans
non: quia qualemcunque diceret probabilem.
Item appellatus non: quia etiam expressam in iu
re non diceret probabilem. Item nec iudex. ar-
gumen. 50. distinctione, si quis præpostera. extra
de offic. dele. suspicionis. extra de consti. cum o-
mnes. & de uerb. sign. cum olim. 3. quæstio. 7. iudi-
cet. 15. q. 5. presbyter. sicut nec arbitrari potest, an
offensa sit notoria uel dubia: ut extra de uer. sig.
cùm olim. Quid ergo erit? Dic quòd appellans
hoc iudicabit, quantum ad appellandum: appel-
latus quantum ad recipiendum: iudex quantum
ad deferendum. In dubio tamen deferat, ut in-
frà sequitur. & sic ab initio spectatur utriusque
3 iudicium. † Consulo tamen appellanti quòd sup
plicet iudici, ut deliberet cum peritis, an sit ad-
mittenda uel non: quòd si denegauerit hoc ipso
grauat, secundum do. meum, nisi frustratoria ap
pareat euidenter. Ex pòst facto iudicare an bene
uel malè sit appellatum, spectat ad iudicem ap-
a pellationis: ut infrà uersic. penult. Vincen. [a] di-
cit simpliciter, ad opinionem iudicis referre hu-
iusmodi probabilitatem. ff. de arbi. qualem. secun
da quæstione sexta, plerique. 3. quæst. 3. §. item
in criminali. uersic. 1. ibi: iudicis motus. extra de
4 consuet. ad nostram. † Circa hoc autem hic not.
quòd quædam est appellatio manifestè rationa-
bilis & legitima, ut ea, quæ fit ex causa in iure
expressa: ut patet in exemplis positis supra eo. §.
in quibus. uersicu. sed quam dices. extra de offic.
dele. super quæstionum. in fin. & c. cùm olim. de
testi. significauerunt. de appel. solicitudinem. &
cap. nouit. de dilat. dilecti. de rescri. super lite-
ris. C. ut lite pend. l. 2. C. de episc. audi. l. secunda
in casibus, qui sunt 2. q. 6. cap. non solent. & huic
debet iudex deferre, nam & ius eam admittit:
ut extra eo. postremo. & cap. significantibus. cum
multis similibus. Quædam uerò est manifestè
frustratoria: ut eo. tit. proposuit. & cap. ad no-
stram: huic non debet deferre: ut extra eod. tit.
pastoralis. quia nec ius eam admittit: ut eodem
titulo, cùm sit Romana. in fi. & c. peruenit. Et
hoc allegabatur in q. quæ coram nobis uerteba-
tur inter archiepiscopum & capitulum Pisanum
pro parte una, & commune Pisarum ciuitatis ex
altera parte. Nam cum ipse archiepiscopus ex-
communicasset Potestatem, & consilium Pisa-
num, pro eo quia moniti per eum non abrase-
rant de capitularijs suis capitula illa, quæ Hono-
rius Papa mandat per eum abradi in decret. ex-
tra de senten. excom. grauamen. & propter alios
eorum manifestos excessus, contra ecclesiasticam
libertatem commissos: & ipsi sententiam huius-
modi sustinuerunt animo indurato: petebant ar-
chiepiscopus & capitulum coram domino Ho-
stiensi apostolicæ sedis legato dictam sententiam
aggrauari: Pisani uerò respondebant, quòd ipsi
à processu archiepiscopi ad sedem apostolicam ap
pellauerant. Vnde non tenebantur coram dicto
legato, siue coram me respondere. Replicaba-
tur pro parte altera, & bene. quia appellatio illa
euidenter frustratoria erat, & ex causis friuolis
interiecta: cui etiam archiepiscopus non detule-
rat: quare nec dominus legatus ei deferre debe-
bat: ut in præ. concor. Super quo dic ut suprà,
de legato. §. nunc ostendendum. uersiculo 33.
5 † Quædam uerò est latens frustratoria: puta cùm
causa proposita est probabilis, sed est falsa. Et
hæc admittitur à iudice, usquequo ueritas pate-
fiat. Sed à iure reprobatur octaua distinctione
ueritate. & capitu. sequenti. Quædam uerò est
media, siue dubia, quam Vincent. uocat neutra-
b lem: [b] ut quando appellatur ex causa, quæ non
est in iure scripta: uidetur tamen rationabilis:
ut si dico iudicem fore compatrem aduersarij uel
patruum: uel quando appellatur in casu, ubi sunt
diuersæ opiniones: puta quia me compellit re-
spondere per literas posterius impetratas, quæ
tamen primò fuerant præsentatæ: hæc causa pro-
babilis est, cùm sit dubia: quia circa hoc sunt
opi. ut no. extra de rescrip. capitulum, Item po-
ne exemplum in appellante, qui se dicit nuncium
præmisisse, ut nota. infrà, de expensis. §. nunc ui-
dendum. in princ. Et his casibus, si ab ordina-
rio appelletur, tenetur deferre, quia ius eam ad-
mittit. Sed si sit delegatus, cui causa est appel-
latione remota commissa: non tenetur iudex de-
ferre, grauatus tamen poterit nihilominus ap-
pellare: & si superior reputauerit appellantem
grauatum, poterit remouere grauamen: ut in
præ. c. pastoralis. uersic. sed si appellans. & sic e-
rit in arbitrio superioris: quam opi. in hoc du-
bio eligat & sequatur, & an reputet huiusmodi
appellationem frustratoriam uel legitimam. &
hoc prosequere ut suprà, in §. quibus. uersicu. &
6 ad huius. & seq. † Dicunt autem quidam, quòd
opposita tali dubia recusatione, de qua præmis-
sum est, iudex debet partibus dicere quòd eant
ad arbitratores, qui si eam iustam pronunciant,
non stabit eorum dicto nisi uelit: sed pars ex hoc
appellet: tunc deferre tenetur, cùm possit me-
ritò dubitare. Sed melius mihi uidetur quòd ip-
se, à quo appellatur, secum diligenter delibe-
ret, an sit causa sufficiens uel non: quod dic ut
not. secunda quæstione sexta, cap. ad Romanam.
c Vincen. dixit [c] quòd si iudex dubitat, an sit de-
ferendum appellationi, uel non, in dubbio po-
tius deferetur appellationi, quàm sententiæ. ex-
tra de appellat. dilectis. in fin. & est expressum in
prædicto capitu. ut debitus. §. cum autem. & cap.
cùm speciali. §. excessu. de rescript. cùm contin-
gat. in fin. & de senten. excom. c. sacro. §. final. &
quære hoc ut suprà, de cita. §. 1. uersic. item pone.
7 † Recepta autem appellatione, debet dare ap-
pellanti apostolos requisitos, & offerre etiam
non petenti. De quibus, & de eorum forma, dic
ut infra, in tractatu libello. in titu. de appellatio.
§. sequitur. Quo facto secundum locorum distan-
tiam, & personarum qualitatem & negotij, indul
geat tempus appellanti ad prosequendam appel-
lationem:

lationem: ut extra de appel.cordi.§.1.uel ad alias ut supra.§.proxi.uersicul. & nota. Et scias quòd hæc cognitio, an sit recipienda appellatio necne, præcedit cognitionem illam, utrùm sit iusta uel iniusta causa appellationis. Et potest fieri hæc administratio, altera parte præsente. ff. de admi. tut. chirographis. §. fin. ff. de app. reci. si cuius.
8 † Item appellatione pendente siue sit recepta siue non, iudex non debet aliquid in præiudicium appellantis innouare, nec executionem facere, nisi in casibus, qui not. infrà §. nouissimè. uersiculo primo. & hoc si certum est appellationem tenere: uel etiam si dubium sit de iure uel de facto, sit iusta uel non. sic intelligitur ff. de appellat. reci. uel non. l. sciendum. & alia iura dicentia, nil innouari appellatione pendente, ut C. de appellat. à proconsulibus. & l. quoniam iudices. Si autem non sit dubium, sed certum, appellationem esse iniustam: tunc sententiam exequatur: puta si sit confessus & conuictus de crimine, uel est insignis latro, seditiosus, & in alijs casibus, in quibus prohibitum est appellare: ut suprà §. in quibus. uel etiam ante sententiam, nulla causa expressa. ff. de iniust. rup. & irri. test. si quis. §. hi, qui. & §. quid tamen. ff. de appel. constitutiones. C. quorum appellat. non recip. per totum. in authē.
9 ut nulli iudi. §. illas. & §. super hoc. † Sed cùm cognoscere utrùm appellatio sit recipienda uel non, spectet ad iudicem appellationis, quomodo potest certum esse eam non esse recipiendam: ut ff. de admi. tuto chirographis. in fin. C. de appell. apertissimè. ff. nil no. appel. pende. l. prima. Respon. fit notum non per causæ cognitionem, sed per euidentiam facti, super quo iudicatum est: uel quia ibi prohibetur appellari à iure, ut dixi: uel quia causam in appellatione, non ante sententiam assignauit. Et sic in omnibus alijs potest dici notorium iuris. Hoc no. Papa extra de offic. delegati. c. pastoralis. §. præterea. & uide suprà uersic. sed quis. Vtrùm autem locum habeat delatio iudicis, uel approbatio partis, quando appellatur à diffinitiua, uo. suprà. §. qualiter. uers. porro.
10 † Et scias quòd appellatio debet iudici porrigi, à quo appellatur. ff. de app. l. 1. in fi. 2. q. 6. si quis libellos. & hoc si fieri potest. aliàs enim ad quem appellatur: ut ff. quādo ap. sit. l. 1. §. dies. & §. si quis. uel saltem fiat coram notario, & publicis personis: ut infra in tractatu libello. de appellat. §. pri-
11 mo. uersiculo, cæterum. & seq. † Quid si in instrumento appellationis tabellio ita dicit: Quam appellationem iudex benignè recepit, nunquid probatur per hoc ipsum iudicem appellationi detulisse? Non uidetur: quia sæpe iudex appellationem manu propria recipit, & tamen ei non de-
12 fert. † Item & quandoque recipere dicitur appellationem, qui contra eam nil attentat: ut suprà. §. qualiter. uer. porro. dominus Cle. Papa 4. dixit contra arg. pro eo extra de appel. c. interposita. §. 1. & 2. q. 6. appellatione interposita. Sæpe enim in hoc casu, recipere, & deferre, pro eodem accipiuntur.

ADDITIO.

a *Vin. dixit in decre. ut debitus. eo. tit*

b *Neutralem. In decre. pastoralis. eo. tit. in sua secunda gloss. ex qua glo. simul cum prima sumptus fuit iste uersic. circa hoc.*

c *Vincen. dixit in prædicta decre. ut debitus.*

SVMMARIVM.

Officium eius, ad quem appellatur, quod sit.

1 *Iudex, ad quem appellatur, de sufficientia causa appellationis, qualiter procedere debeat in causa.*

2 *Appellari potest à sententia diffinitiua, etiam sine causæ expressione.*

Appellanti à diffinitiua sententia, sufficit dicere, appello ab iniqua sententia.

3 *Iudex appellationis, an procedere & pronunciare possit, altera parte contumaciter absente.*

4 *Iudex appellatus malè appellatum cognoscens: an pronunciare debeat super causa.*

5 *Fructus alicuius fundi post litem contestatam percepti, cui uenire debeant.*

6 *Iudex appellationis ex officio potest non solum sententiam iustam uel iniustam pronunciare, sed & illi addere.*

7 *Iudex appellationis, debet litigantium consuetudinem sequi.*

8 *Iudex appellationis an & quando possit priori iudici inhibere, ne procedat in causa, uel ne sententiam exequatur.*

9 *Iudice appell. priori iudici, ne prosequatur, inhibente, an debeant partes uocari.*

10 *Priuari sua possessione nemo debet, propter alicuius appellationem.*

Appellatione extra iudicium facta, an iudex, qui de ueritate appellationis cognoscere cœpit, possit aliquid inhibere, ei à quo uel contra quē est appellatum.

11 *Appellatione iudici appel. præsentata, debet notarius sub speciali forma, eam in suo quaterno scribere.*

12 *Impeditus ne possit coram suo iudice appellare, si coram alio appellet, debet instrumentum speciale conficere.*

13 *Lite pendente, non debet prodesse, aut nocere legis aut alterius statuti innouatio.*

14 Stylus Romanæ curiæ iuri communi innititur, & ideo tanquam magister omnium, ab inferioribus est sequendus.
15 Appellatio à diuersis sententijs, diuersimodè considerartur.
16 Conclusio diuersorum iudicum adinuicem discordantium, qualiter fieri debeat.
17 Iudex spernens appellationem à diffinitiua sententia, si excommunicet appellantem, qualiter sit concludendum.
18 Appellatione sententiam diffinitiuam præcedente, si sequatur sententia excommunicationis, quid iuris.
19 Appellans ante diffinitiuam, debet grauamen sufficiens exprimere: alioquin non tenet appellatio.
20 Appellatione facta à sententia in causa matrimoniali, qualiter sit concludendum.
21 Appellatione facta à sententia diuortij lata per iudices delegatos, si iudex appellationis in contumaciam partis latam sententiam confirmauerit, demum pars se excusauerit, quomodo concludetur.
22 Appellante à sententia delegati, non prosequente intra tempus, quomodo sit concludendum.
23 Ordinario proferente diffinitiuam, & dato ad causam appellationis eam infirmante: qualiter sit concludendum.
24 Appellatio ante sententiam diffinitiuam ab interlocutoria uel grauamine illato seu processu facta, multipliciter consideratur.
25 Grauamine illato super exceptionibus in causa appellationis non admissis, datur distinctio.
26 Exceptione peremptoria, in uim dilatoria proposita, & non admissa, si appelletur, an super tali appellatione dandæ sint literæ.
27 Appellatione facta propter dilatoriam non admissam, uel propter grauamen iniustè illatum, & propter processum iniquum, &c. qualis fieri debeat conclusio.
28 Appellatione facta à delegato sedis apostolicæ, uel subdelegato ipsius, &c. ubi semel fuerint literæ impetratæ, super quibus sit appellatũ, qualis debeat esse conclusio.
29 Appellatio à subdelegatis delegatorum apostolicæ sedis, cuius conclusionis esse debeat.
30 Appellante intra tempus legitimum appellationem non prosequente, qualiter debeat appellatus suam narrationem facere.
31 Exceptio in causa appellationis, multipliciter proponi potest.
32 Modus proponendi exceptionem in materia appellationis, quas considerationes requirat.
33 Literis super aliqua quæstione obtentis, si coram delegato processum est, & super eodem ad ordinarium trahatur, qualiter sit excipiendum.
34 Forma conclusionis in multis casibus, quibus excipitur contra literas quibus contradicitur.
35 Exceptio excommunicationis si opponatur contra rescriptum, dicendo quòd tempore impetrationis impetrans erat excommunicatus, an sit per hoc rescriptum uitiosum.
36 Sententia excommunicati publicè, non tenet.
37 Liti se offerens, ut processus contra se habitus reuocetur, si à iudice hoc denegante appellauerit, qualiter concludetur.
38 Clericus conuentus pro quadam summa pecuniæ, quam quia soluere nequit, offert cessionem bonorum, nihilominus à iudice excommunicatur, quid sit de hoc concludendum.
39 Conclusio facienda ubi appellatur, quia index admittit aliquem ad causam sine mandato: nec index uult apostolos concedere, sed appellantem excommunicat.
40 Impetrare uolens literas super appellatione, quæ debeat considerare.
41 In literis, quæ super appellationibus impetrantur, non debent uerba consueta in narrationibus omitti.
42 Conquerens de procuratore non admisso, quæ debeat in narratione proponere.
43 Officiales curiæ cauere debent ab exceptionibus fictis appellantium.
44 Vtraque parte à diuersis iudicibus appellante, quibus uerbis sit pronunciandum.
45 Duobus grauaminibus sese compatientibus uel non compatientibus, in appellatione prolatis, quibus rescriptis utendum sit.
46 Decano & priore datis executoribus, si unò absente, nec se excusante alter procedat, propter quod appellatur, qualiter concludendum erit.
47 Executore excedente fines mandati, & assignante stallum in choro, &c. propter quod appellatur, quomodo concludetur.
48 Forma concludendi ubi appellatur, quia procurator per errorem impetrat non super grauamine, sed super alio.

DE officio quoque eius, ad quem appellatur, aliqua perstringamus. Et certè ad eius officium spectat appellationem sibi oblatam recipere, & diligenter eius formam inspicere, & uidere an fuerit intra decem dies appellatum, uel fuerit appellationi renunciatum tacitè uel expressè: ut extra, de app. Roma-
a na. §. si uerò. [a] Postea debet uidere ubi ante sententiam appellatum est: ex qua causa fuerit appellatum, an uidelicet fuerit talis, quæ probata, legitima esset: & an causa sufficiens sit proposita: ut dixi suprà §. proxi. & §. in quibus. uer. sed quam dices. & ad hoc debet partes citare. et tra de appellatione, per tuas. de constic. ecclesia. nisi quando appellatio recipitur à iudice, & terminus præfigitur ad prosequendam appellationem. Nam terminus ille habetur loco peremptoriæ citationis. extra eo. sæpe. de citatione partis appellatæ
2 not. suprà de cita. §. uiso. † Cognito igitur an causa sit sufficiens, recipiat libellum: ut infrà de libell. concept. §. nunc dicendum. uersi. fi. & fiat litis contestatio, prout not. suprà de lit. conte. §. 2. uersi. sed cum in causa. & iuretur, & inquirat de ueritate causæ: ut in præ. c. Romana. §. quòd
b si obijciatur. [b] & si eam ueram inuenerit, debet pronunciare illum iuste appellasse: & postea debet de tota causa cognoscere, & eam mediante iustitia terminare. Et idem faciat subdelegatus uel delegatus ab ipso, scilicet quòd cognoscet de principali, arg. extra de rescrip. super literis. in fin. extra de restam. c. Ray. Si autem non probatur causa: tunc pronunciabitur appellatio iniusta: & debet appellantem in expensis condemnare, & ad eum, a quo appellauit, remittere: ut ille in causa procedat. Hoc probatur extra de app. ut debitus. in fi. & c. cum in ecclesia. extra de offi. deleg. insinuante. extra de eo qui mit. in pos. cau. rei ser.
2 cum uenisset. in fi. & a. q. 6. in fi. † Si autem à sententia diffinitiua fuerit appellatum: non habet laborare inquirendo, an ex causa fuerit appellatum. Nam à diffinitiua etiam sine causæ expressione appellari potest: & sic sufficit dicere tunc, appello ab iniqua sententia, ut sæpè dictum est. Debet ergo tunc libellum recipere: ut infrà de lib. concep. §. nunc dicendum. uersi. sed nunquid. & negotium ipsum diligenter examinare, modis quibuscunque poterit: ut 30. q. ult. iudicantem. Et debet sententiam prioris iudicis confirmare uel infirmare, corrigere seu emendare: & hoc in totum, seu in partem, ubi sententia plures continet articulos. quæ dic ut suprà de sententia. §. ut autem uersi. in iudice. Debet autem præmissa facere secundum allegata: quinimo debet etiam rationes & testes audire, & recipere, quos partes uolunt super nouis articulis inducere: quia in causa appellationis potest non oppositum opponi, & non probatum probari: sicque secundum causæ merita debet sententiam proferre. Hæc probantur C. de app. eos. §. si quis autem. ex. de testi. fraternitatis. & de fide instrum. cum Ioannes. Et dic ut s. de teste. §. satis utiliter. uersi. illud autem. debet et reuocare attenta post appellationem: ut j.
3 §. proxi. † Sed qualiter se habebit iudex appellationi, si altera pars se contumaciter absentat? Dic quòd nihilominus in causa procedat & pronunciet. C. de temp. ap. l. fi. Sed hoc prosequere, ut ex. de app. per tuas. & c. interposita. §. fi. Verum autè succumbens in causa appellationis, siue sit appellans, siue appellatus, condemnabitur in expensis:
4 notatur infra de expensis. §. nunc uidendum. † Itē nota quòd si iudex appellatus uidet fuisse male appellatum, & bene pronunciatum, uidet etiam appellantem paratum plures excepeiones & cauillationes opponere & appellare: consulunt quidam quòd non pronuncient super causa appellationis, sed consulat quòd sententia executioni mandetur: ut sic non ualeat appellari ab eo: sed contra hoc, est remediū infra. §. proxi. uer. & nota quòd.
5 † Sed pone, petij fundum à P. appellauit: pendente appellatione percepit fructus. nunquid iudex appellationis condemnabit P. etiam ad fructus medij temporis? Dic quòd sic: ut ff. de usu. tueor. in prin. ff. de re iudi. l. fi. ff. de neg. gest. Nam fructus post litem contestatam percepti ueniunt iudicis officio: ut ff. de dispu. & allega. aduo. in fi. §. quid
6 de fructibus. † Potest autem non solum pronunciare sententiam iustam uel iniustam, ut supra de sen. §. ut autem. uer. in iudice. imò etiam potest illi addere: ut ex. de test. Raynu. prope finem. ibi:
c censuit, &c. arg. tamen contra. C. de ap. eos. [c] † De-
7 betque iudex appellationis, litigatorum consuetudinem sequi: ut prædi. c. Raynu. ex. de eo, qui mit. in possess. causa rei seruan. cum uenissent. quod prosequere secundum Papā prout not. ex. de consue. c. 1. Item de officio eius, ad quem sine appellatio-
8 ne causa remittitur, dixi supra de remis. §. fi. † Sed quæritur quando iudex appellationis possit priori iudici inhibere, ne procedat in causa, uel ne sententiam exequatur? Respon. aut appellatur post sententiam diffinitiuam, aut ante. Si post: aut proponitur coram iudice appellationis non esse appellatum, aut appellationem esse nullam, uel aliàs ad ipsum iurisdictionem non pertinere, & tunc non debet priori iudici aliquid inhibere, nisi prius constet appellatum esse. ex. de appellation. Romana.
d §. si uerò uocatis. [d] Et nisi prius cognoscat, an sua sit iurisdictio. ex. de rescrip. super literis. etiam si appellans à iudice capiatur: ut in decre. Alex. eo.
e tit. ut probatio. [e] Post quàm autem uocatis partibus, cognouerit appellatum esse, uel suam iurisdictionem esse, statim poterit inhibere: ut in prædi. §. si uerò. Et sic intelligitur extra de offic. delega. pastoralis. §. præterea. Ibi enim loquitur de appellatione à sententia. Et hoc uerum est, quòd ubi constat appellatum esse, potest inhibere, nisi in quibus appellatio inhibetur: puta à sententia super notorio crimine: uel de quo quis in iure conuictus & confessus est, & similibus: tunc enim iudex appellationis non potest inhibere priori, ne sententiam exequatur, nisi postquam cognoscere cœperit an appellatio sit recipienda uel non: & an sit casus in quo potuerit appellari: ut in præ. c. Romana. §. si autem post sententiam. Si autem ante sententiam à grauamine appellatur: tunc non prohibebit priorem iudicem procedere, nisi sibi constet appellatum esse, & ex causa legitima, & incipiat cognoscere de ueritate causæ appella-

pellationis: & tunc statim inhibeat: ut eod. cap. §. quod si obijciatur. & sic intelligitur extra de rescript. dilectus filius Io. quando scilicet non negabatur appellatum, non ex causa legitima, sed
f appell. causa, quia scilicet trahebatur ultra duas diætas, dicebatur esse falsa. f Alij dicunt quòd hæc locum habent, quando ad Metropolitanum appellatur, qui in subditis suffraganeorum iurisdictionem non habet, nisi in certis casibus. extra de offic. ordi. pastoralis. 9. q. 3. §. 1. secus in de-
g legato, g qui (ut dicunt) statim cum literas super appellatione à grauamine interposita recipit, inhibere potest priori iudici ne procedat. & sic intelligunt præ. cap. dilectus. & facit extra de restit. spo. audita. Sed prius dictum uerius est, & illud Papa approbat: & cap. audita. non loquitur in literis super appellatione obtentis: unde aliud ius est in eis, quàm si forent super appellatione
9 obtentæ. † Quid si iudex appell. non sit Metropolitanus, nec delegatus, sed est alius superior, puta episcopus: ad quem à sententia sui archidiaconi appellatur? Respond. nisi contraria sit consuetudo, potest quandocunque uoluerit priori iudici inhibere, etiam antequam incipiat cognoscere: & forsitan etiam hoc posset, etiam si non fuisset appellatum. ff. de iudi. iudicium. ibi: uel etiam eo, qui maius imperium, &c. Cum talibus talia competant ex delegatione episcopi. Alij
h tamen contra. h Sed nunquid in eo casu, in quo dixi iudicem appellationis inhibere posse, debent partes uocari? Respond. sic: ut in præ. §. si uerò uocatus. & C. si ut se ab hær. abstit. authen. si
i omnes. i † Quid si extra iudicium appelletur, nun
10 quid iudex, ex quo de ueritate appellationis cœpit cognoscere, potest inhibere aliquid ei, à quo, uel contra quem est appellatum? Respond. non: quia propter app. alicuius non debet quis sua possessione priuari: & quia per app. iurisdictio tantum ad superiores transfertur, ut dicam infrà §. proximo. An autem iudex, à quo appellatum, cui inhibitum est, ne procedat, debeat supersedere, & quando: dicam infrà §. proximo, & illa iunge cum istis. Formam uerò inhibitionis uide suprà
11 de cit. §. dicto. uersi. porrò. & sequen. † In summa nota quòd præsentata appellatione iudici appellationis, notarius eam in suo quaterno debet scribere in hac forma.

FORMA. P. in præsentia talis iudicis constitutus, asserens se à sententia talis iudicis appellasse: libellum appellationis eidem præsentauit continentiæ talis. Demum ponat totum tenorē: & postea subiungat sic: qui quidem libellus oblatus fuit ad comm. P. dicto iudici, & ab eo receptus, anno, mense, die, hora, & loco talibus. Quòd si superior recepta appellatione uelit cognoscere per se, procedat, ut suprà scriptum est. Si autem uelit alteri committere audiendam, notarius sic scribat.

FORMA. Dominus talis causam app. interpositam per talem, à sententia uel processu talis commisit die tali nua uoce uel per talem cursorem audiendam, & fine debito terminandam. Vel sic: Talis cursor dixit tali, ex parte talis, &c. Qualiter autem fiat ipsa causæ commissio, dic ut suprà de iudice deleg. §. sequitur. uersi. cæterum.
12 † Porrò, si quis non potest coram suo iudice appellare, quia non potest habere eius copiam: ut 3. q. 6. c. biduum. uel quia absens est, forte in curia Romana: & ideo appellat coram alio iudice puta coram auditore palatij, instrumentum poterit confici in hac forma.

FORMA. Vniuersis & singulis hoc publicū instrumentum inspecturis, talis iudex uel auditor salutem in domino. Nouerit uniuersitas uestra, quòd talis in præsentia nostra constitutus, præsente notario & testibus infra scriptis appellationem quandam interposuit in hoc uerbo: Coram, &c. Ponatur totus tenor. deinde sic subijciatur: In cuius rei testimonium, in memoriam futurorum hoc præsens & publicum instrumentum, manu talis notarij nostri confectum fecimus sigilli nostri munimine roborari. Et ego talis notarius, &c. Acta sunt hæc anno, mense, die tali, hora, loco, indictione talibus, præsentibus testibus rogatis adhibitis. Vel ipse notarius in ipso instrumento loquatur. uel forma instrumentum ut ∫. in tractatu libello. in tit. de appel. §. 1. uersi. illud
13 quoque. † Sed quid si dum causa appellationis uel etiam negotium principale discutitur, fertur noua lex: nunquid iudex appellationis uel etiam causæ principalis iudicabit secundum illam? Dic
k k quòd si facta est ad alterius partis petitionem, non ualet in hac causa: imò iudicabitur secundum antiquam: ut in authen. colla. 8. in medi. li. non fieri sacras iussi. §. si uerò dum causa. & §. eam autem. Idem etiam est, ubi proprio motu, nullo petente facta est, si sit post latam sententiam, siue postquam partes allegationibus renunciauerint, & relatio facta est. non enim ualet tunc, etiam si in ea dicatur quòd ad præterita trahatur: ut in authen. col. ea. ut cum de app. cog. §. 1. Et sic intellige extra, de constit. cognoscentes. & c. fi. & C. de legi. & consti. leges. quia lite pendente nihil
l est innouandum. extra, ut lite pendente. c. fi. l ff.
14 uil noua. app. penult. per totum. † Vt autem hoc
m membrum m plenius prosequamur, nota quòd cum pars, quæ se grauari sentit, ad superiorem appellat: superior quandoque super ipsam appellationem literas concedet, in quibus decens, clara, & aperta narratio fieri debet, & competens, & iuri consona querelæ conclusio, sequi debet: ut infrà uersi. inferuntur. & sequen. Super quo cum plura sint negotia quàm uocabula, ut ff. de præscrip. uerb. natura. & extra, in procemio Decre. in principio. ibi: tot noua litigia, &c. certa regula tradi non potest: tamen aliqua super aliquibus, quæ frequentantur, etiam si non plenam de omnibus tradamus doctrinam. extra, ut lite non contes. quoniam frequenter. in princip. ff. de legi. nam ad ea. stylum Romanæ curiæ, qui iuri com
n muni innitit, prosequens. n extra, de fide instru. pastoralis. extra, de confir. uti. uel inuti. bonæ. §. fi. quæ tanquàm magistra omnium, ab inferioribus est sequenda uigesimasecunda distinct. omnes. in fin. extra de summa tri. damnamus. prope fi. Quid iuris autem sit de alijs formis: diximus supra de
15 rescrip. præsentatio. §. ratione formæ. † Sciendum est itaque quòd quandoque appellatur à diffinitiua:

finitiua: quandoque ab interlocutoria uel grauamine uel processu. Si à diffinitiua à quocunque prolata appellatur, super appellatione literæ impetrentur, & sic in narratione dicatur.

FORMA. Clericus nobis conquerendo monstrauit quòd cum inter ipsum & B. super hoc coram C. iudice quæstio uerteretur, idem iudex perperam in causa procedens, iniquam tulit diffinitiuam sententiam contra eum, à qua ad nostram audientiam appellauit. & conclusio talis erit: Mandamus quatenus in appellationis causa legitime procedentes, sententiam ipsam confirmare uel infirmare, appellatione remota, curetis, si
o cut de iure fuerit faciendum. o Veruntamen si episcopus de causa cognouit, tunc non ponitur perperam. Item hæc conclusio datur, siue semel tantum ab eadem parte, siue bis extiterit appellatum. puta, episcopus tulit diffinitiuam contra A. clericum, qui appellauit ad Metropolitanum, & Metropolitanus in totum eandem sententiam confirmauit: à quasi denuò appelletur, præcedens conclusio non mutatur. Si uerò appellatur ante sententiam, & etiam post, eadem erit conclusio, sicut suprà. & idem est si appellatio non sequatur:
16 ut infrà uersi. porrò. † Si uerò diuersis diffinitiuis à diuersis iudicibus prolatis, utraque pars appellat: puta unus iudex condemnat, alter absoluit, uel unus confirmat, alter infirmat, uel aliàs fuerunt diuersi processus, ut extra de re iudi. cap. fin. tunc conclusio talis erit.

FORMA. Mandamus quatenus, si ita est, de utroque processu legitimè cognoscentes, illum, quem legitimum inueneritis, approbetis, reliquo sicut iustum est, reprobato. Vel sic, de utroque iudicum processu legitimè cognoscentes, quod in
17 itum est uel fuerit app. remota curetis &c. † Si autem alterius processum fuerit: quia uidelicet post appellationem à diffinitiua interposita, iudex spreta appellatione excommunicauit appellantem: tunc conclusio talis erit.

FORMA. Mandamus quatenus si dictam excommunicationis sententiam post appellationem ad nos legitime interpositam inueneris esse latã, eam denuncians penitus non tenere, nec diffinitiuam confirmare uel infirmare &c. ut extra, de reli. domi. cum dilectus. Et prædicta determinatio scilicet legitime, refertur ad hoc scilicet si appellatio interposita à diffinitiua excommunicatio
p uis sententia subsequatur. p Si uerò post latam diffinitiuam intra decendium pure & simpliciter excommunicat: postmodum condemnatus appellat intra idem decendium ab huiusmodi sententia, conclusio talis erit.

FORMA. Mandamus quatenus excommunicationis sententia, sicut iustum fuerit, iuxta formam ecclesiæ relaxata, in causa appellationis procedens legitimè diffinitiuam ipsam cõfirmare uel infirmare &c. ut suprà. Debet enim relaxari excommunicatio, cum liget, ex quo pure latam appellationem præcesit: ut extra, de app. ad præ-
q sentiam. 9. q. 3. c. 1. q Vel sic: Mandamus quatenus eo prius sufficientem cautionem præstante, quòd ipsi diffinitiuæ sententiæ parebit, si eam constiterit iuste latam. extra, de offic. deleg. cum contingat. de offic. ord. ad reprimendam. uel eo sufficientem accusationem præstante, quòd ecclesiæ mandatis parebit, iuxta formam ecclesiæ sententiam excommunicationis relaxans diffinitiuam confirmare uel infirmare. extra, de offic. delega. prudentiam. §. sextam. Sed si post latam diffinitiuam, excommunicatio sub conditione infligatur, scilicet nisi diffinitiuæ intra certum tempus litigator pareat, & intra idem tempus, & intra decendium fuerit appellatum: tunc conclusio talis erit.

FORMA. Mandamus quatenus, si est ita, prædictam excommunicationis sententiam denunciãs non tenere, diffinitiuam confirmare uel infirmare, &c. ut suprà. Nam tunc appell. excommunicationem suspendit: ut extra, de appel. præterea. & etiam pronunciatum. ff. ad Turp. l. 1. §.
18 fin. † Porrò si appel. præcedit diffinitiuam, tunc non dabitur litera, sed de iniuste excommunicatione secuta conqueretur, nisi exprimat grauamen: & tunc formabitur litera super appellatione interposita à grauamine. Et conclusio erit talis, qualis in appellationibus interpositis ab aliis grauaminibus consueuit apponi: ut sic dicatur.

FORMA. Mandamus quatenus, si est ita, reuocato &c. audias causam: uel in ipsa causa procedas, &c. quòd dic ut infrà uer. nunc dicamus. & seq. Nec debet tunc poni in conclusione, quòd diffinitiuam confirmare uel infirmare procuret. Nã
r si à iusto r grauamine, quod exprimendum est, fuerit appellatum, totum reuocari debet. quod si secutum est, & si diffinitiua etiam secuta dicatur, ueruntamen si non fuerit ita ut appellans narrat in clausula illa: Alioquin non debet subijci quòd fiat remissio ad iudicem, qui functus est officio suo: ut suprà de remiss. §. sequitur. in princip. Sed poterit subijci: alioquin sententiam ipsam, sicut est iusta, facias per censuram ecclesiasticam firmiter obseruari: sicut aliàs dicemus. Tamen cum appellatio ante diffinitiuam interponitur, & diffinitiua subsequenter: dicunt quidam etiam non expresso grauamine, literas concedendas, si hoc modo narretur.

FORMA. conqueritur quòd cum inter ipsum & P. coram tali iudice quæstio uerteretur: idem iudex perperam in causa procedens, post appel. ad nos legitime interpositam, iniquam tulit diffinitiuam sententiam contra eum. & conclu ditur. Mandamus quatenus, si est ita, de appellationis causa legitimè cognoscentes, sententiam
19 ipsam confir. uel infir. &c. ut suprà. † Sed certe cum appellatur ante diffinitiuam, semper est grauamen sufficiens exprimendum: alioquin appellatio non tenet. extra de appell. cap. ut debitus. & cap. cum causam. quare hæc forma multum
s non est approbanda. s Vel potest dici sic: Mandamus quatenus sententiam post huiusmodi appellationem latam in eum denuncietis penitus nõ tenere: ut extra de appellat. dilecti filij prior.
20 † Quòd si in causa matrimoniali appellatur à sententia, siue petatur sententia confirmari, siue appelletur ab ea, conclusio erit talis.

FORMA. Mandamus quatenus, si ita est, de sententia ipsa legitimè cognoscentes, quod

canonicum fuerit appellatione postposita, statuatis. & si excommunicatio subsequatur, adiectiones, de quibus suprà diximus in conclusione procedant: uel tunc sic narretur, & concludatur.

FORMA. A. sua nobis petitione monstrauit, quòd cum inter ipsam & B. laicum diœcesis talis coram episcopo tali autoritate ordinaria, matrimonialis quæstio uerteretur: idem episcopus iniquam sententiam tulit contra eam: à qua ipsa ad nostram audientiam appellauit: sed dictus episcopus, eius appellatione contempta, promulgauit excommunicationis sententiam in eam. Mandamus quatenus si dictam excommunicationis sententiam post appellationem ad nos legitime interiectam inueneris esse latam, denuncies penitus esse nullam, ac de diffinitiua cognoscens legitimè quòd canonicum fuerit, &c. Et nota quòd modus iste seruatur in causa matrimoniali. Si uerò in alia causa talis processus habeatur, omnia debent narrari usque, denuncians nullam esse. iun-
21 ge, diffinitiuam confir. uel infir. &c. † Item si appellatum est à sententia diuortij lata per iudices delegatos, & iudices appellationis in contumaciam partis latam sententiam confirmauerint: demum pars absens ad iudicem præsentiam ueniens, & absentiam suam excusans intra decendium appellauit, sic concludas: Mandamus quatenus de causa prioris appellationis, ordine iudiciario cognoscentes confirmetis uel infirmetis, sicut iustum fuerit sententiam à primis iudicibus promulgatam. extra de in inte. res. ex literis. Sed & si diuersæ diffinitiuæ in causa matrimoliali latæ fuerint: tunc sic concludetur.

FORMA. Mandamus quatenus de utroque processu legitime cognoscentes, quod canonicũ
22 fuerit, &c. † Quòd si appellans à sententia delegati non prosequatur appellationem intra tempus: tunc sic diceretur.

FORMA. Decanus & capitulum ecclesiæ Beluacensis sua nobis petitione mõstrauerunt, quòd cum inter ipsos e parte una, & B. ex altera super hoc coram tali autoritate apostolica quæstio uerteretur: idem iudex cognitis causæ meritis, tulit diffinitiuam sententiam pro eisdem: à qua licet pars altera ad nostram audientiam appellasset, appellationem talem interpositam non est intra tempus legitimum prosecuta. Mandamus quatenus, si ita est, appellatione huiusmodi non obstante, sententiam ipsam, sicut est iusta, &c. usque, obseruari. Potius uerò dicitur, à qua pars altera frustratorie ad sedem apostolicam appellauit. & licet ipsi appellationi dicti iudices detulerint reuerenter, cum tamen non est intra tempus legitimum prosecuta. Mandamus quatenus, si ita est, in causa ipsa, &c. Alioquin partes, &c. impetrantem, &c. extra de appel. cum sit Romana. & cap. pastoralis. & secunda quæstione sexta ei qui. & uide suprà. §. nunc breuiter. & infrà uersiculo quòd si appellans. Verum autem delatio locum habeat, quando à diffinitiua appellatur: uide suprà. §. qualiter autem. uersiculo porrò. Si uerò appellatum fit ab ordinario, concluditur sic.

FORMA. Mandamus quatenus reuocatis,
23 &c. aliquin partes, &c. † Quòd si unus iudex, puta ordinarius, profert diffinitiuam, & alius datus in causa appellationis eam infirmat, sic dicetur.

FORMA. A. sua nobis petitione monstrauit quòd cum inter ipsum & B. super hoc coram tali autoritate apostolica quæstio uerteretur, idem iudex cognitis causæ meritis, pro eo diffinitiuam sententiam promulgauit: à qua pars altera ad nos uocem appellationis emittens, cognitionem ipsius causæ à nobis obtinuit delegari: qui delegatus sententiam ipsam perperam infirmauit: propter quod ipse duxit ad nostram audientiam appellandum. Mandamus igitur quatenus de utroque processu legitimè cognoscentes, illo, quem illegitimum inueneris, infirmato, reliquum sublato appellationis obstaculo, firmare procuretis. Iudex enim appellationis nonnunquàm in peius sententiam reformat. ff. de appell. l. 1. nec tunc ponitur clausula illa, testes autem, &c. Sed si in causa appellationis processus similis habeatur, concluditur sic.

FORMA. Mandamus quatenus de utroque processu legitime cognoscens, quod canonicum, &c. ut supra uersi. Quòd si diffinitiua lata fuerit contra non citatum, & etiam excommunicatio, sic dicetur.

FORMA. A. sua nobis petitione monstrauit, quòd cum B. contra eum super hoc ad talem nostras literas impetrasset: idem iudex contra ipsum absentem, non per contumaciam, nec citatum, iniquam tulit diffinitiuam: & si distributiuæ non pareret, eidem excommunicationis sententiam promulgauit: quòd cum ad ipsius peruenit notitiam, statim duxit ad sedem apostolicam appellandum. Mandamus quatenus in appellationis causa procedens, legitimè diffinitiuam ipsam confir. uel infir. &c. Vel sic: Mandamus quatenus si ita est, eidem iuxta formam ecclesiæ beneficiũ absolutionis impendas, & in appel. causa procedens &c. ut suprà proximo. Item si iudex in causa conuentionis & reconuentionis uicissim tractatis, fecit sententiam partim pro aliquo, & partim contra eum; & ille in eo quod lata est contra eum appellat, sic concluditur.

FORMA. Mandamus quatenus reuocato, &c. usque ad attentatum. Iunge in causa, &c. alioquin partes, &c. appellantem, &c. Si uerò post appellationem interpositam à diffinitiua, is, à quo appellatum est, sententiam exequatur, sic dicetur.

FORMA. Cum igitur postquam B. lator præsentium ad sedẽ apostolicã à sententia iudicis talis appellauerit, sententiã ipsam duxerit executioni mandandã, in possessionẽ rerũ, & quibus quæstio uertebatur, appellãtis aduersariũ inducẽdo, uolumus & mandamus ut possessionẽ ipsam restituatis eidem. Alioquin noueritis nos tali mandasse, ut uos ad id ecclesiastica censura compellat: ut ex. de iureiu. uenientes. in fi. & uide ĩ. §. proxi. Conclusiones aũt super reuocatorijs, q̃n appellatur à diffinitiui secundũ diuersitatẽ negotiorũ diuersimode uariantur. unde has exẽpli gratia sufficiat
24 posuisse. † Nunc dicamus, q̃n ante sententiã diffinitiuam ab interlocutoria uel grauamine illato, seu

seu processu appellatur: quo casu aut est appellatum à delegato sedis apostolicæ, seu à subdelegato eius, aut ab ordinario, seu ab eo qui ex sua iurisdictione uel non ex apostolica delegatione cognoscit. Item aut est appellationi delatum, aut non. Siquidem dicitur delatum appellationi, siue ab ordinario, siue à quocunque appellatum fuerit non est necesse grauamen exprimi: sed sufficit sic simpliciter in narratione poni:

FORMA. Cui appellationi iudex idem detulit reuerenter. & conclusio talis erit: Mandamus quatenus si est ita: partibus conuocatis audias causam, &c. Alioquin partes ad ipsius iudicis, &c. extra de app. c. insinuatione. in fin. Et hæc conclusio locum habet, cum ordinario iure procedetur. Sed si iure delegato, talis erit: Mandamus quatenus si ita est, in causa ipsa procedatis iuxta priorum continentiam literarum. Si autem non sit appellationi delatum, exigitur quòd sufficiens grauamen, & unum solummodo, & non plura exprimatur. t † Et quoniam consueuit super exce-
25 ptionibus non admissis, grauamen inferri, distinguē: quia aut impetrans super appellatione, consequitur de peremptoria, aut de dilatoria non
u admissa, super quo primò aliqua disputemus. u Si ergo dicatur peremptoriam coram iudice, à quo appellatum est, fuisse propositam, talis uidelicet quòd ea probata liqueret per consequens de toto negotio principali. Si est de re transacta, uel iudicata, uel amicabili compositione sopita, cum ipsa litera obiecta non fuerit necesse litis contestatio fieri, non est necesse quòd impetrans de lite contestata faciat aliquam mentionem. imò sufficit sic narrari.

FORMA. Cùm inter A. & B. coram C. iudice quæstio uerteretur, A. excipiendo proposuit coram eo, quòd cùm lis fuerit per amicabilem compositionem sopita: eius aduersarius non erat super eodem amplius audiendus. Et quia idem iudex exceptionem huiusmodi non admisit nostram audientiam appellauit. uide supra, de rescript. præsentati. §. ratione formæ. uersicu. porrò licet. Idem etiam est, cum impetratum fuerat rescriptum super beneficio uel præbenda, & contra ipsum obiecta est exceptio statuti de certo canonicorum numero iuramento firmato, seu de indulgentia concessa, quòd non teneatur ad receptionem de quibus non est facta mentio in rescripto: uel si impetrans beneficium dicitur indignus, expresso eius crimine uel defectu: quæ omnes exceptiones sunt peremptoriæ: cum per eas quicquid in rescripto petitur, perimatur, dic ut supra, de excep. §. dicto. in princ. & uersicu. sed quæro. de excep. & re. in præ. uersicu. porrò. Si uerò alia quæcunque exceptio peremptoria proposita fuerit: in eo casu etiam potest impetrans simpliciter conqueri, quòd post ipsius obiectum exceptionis, iudex procedebat in causa: cum ea obiecta etiam necessarium sit ad litis contestationem & causæ ipsius examinationem procedi. Et propter hoc, est litis contestationis mentio facienda: ut si eam proposuit post litem contestatam, dicatur sic.

FORMA. Lite contestata excipiendo proposuit coram eo, quòd cum, &c. Et si ante litis contestationem obiecit eandem, nihilominus oportet ut de litis contestatione mentio fiat, ne uideatur in ulm dilatoriæ & ad impediendum processum uel litis contestationem proponi. Vnde cùm dicit, talis excipiendo proposuit coram eo: adijciat prout erat litis contestationem probare paratus. extra de appella. capitu. interposita. & quia iudex, &c. ut supra, usque appellauit. Et in his omnibus casibus, secundum usum curiæ Romanæ, mandatur quòd post talem appellationem attentatum est, solummodo reuocari. & conclusio talis erit.

FORMA. Mandamus quatenus si est ita, reuocetis in statum debitum quicquid post appellationem huius inueneritis temerè attentatum: alioquin partes ad priorum, &c. ut infra uersicul. porro. si quæ determinatio huiusmodi apponitur, semper cùm ab interlocutorijs uel gra-
26 uaminibus appellatur. † Si autem peremptoria exceptio proponitur in uim dilatoriæ: & quia non admittitur, appellatur: super tali appellatione non dantur literæ, nisi fortè de sententia uel transactione, uel compositione excipiatur. Super quo uide supra, de exceptio. §. nunc uidendum. uersicu. hoc quoque nota. In casu u uerò, ubi aduersarius appellantis coram iudice, à quo appellatum est, super re ad se pertinente, uel in re sibi competente agebat, nec dependebat ex rescripto ius ipsum licet ad prosecutionem illius literas impetrasset. Et generaliter, ubi post obiectum peremptoriæ esset litis contestatio facienda, uel etiam post litem contestatam, non uidetur satisfactum iuri, uel partibus consultum, si solum mandatur reuocari quod post appellationem attentatum fuerit contra eum. Nam potest esse quòd post appella. etiam non admissam, non fuerit ultra processum, nec aliquid temere attentatum: unde nec partibus nec iuri satisfactum est: si solummodo concluditur, reuoces, &c. imò quicquid primus iudex, à quo appellatum est, debuisset facere, si exceptionem propositam admisisset: hoc debet facere iudex, qui de appella. cognoscit. Vnde si coram primo proposita exceptione peremptoriæ, ante litis contestationem, uel post litem contestatam obiecta ad causæ examinationem & sententiæ prolationem debuisset procedi: Cum de qua re cognoscit, siue cognouit iudex, de ea sit pronunciare cogendus: ut. ff. de iudic. l. de qua re. de causa pos. & proprie. cum super. ff. de arbi. l. item si unus. §. principaliter. Eodem modo iudex appella. procedere debet ad omnia supra dicta: extra de appella. ut debitus. in fin. 2. q. 6. in fi. q. uidetur ergo secundum hoc in conclusione sic addendum.

FORMA. Mandamus quatenus si est ita, reuocato, &c. ut s. prox. usq; attentatū. Iūge, in causa ipsa, præuia ratione procedens, quod iustum fuerit, appellatione remota, decernens, faciens quod, &c. extra de excep. dilectæ. seruata tamen distinctione, de qua tangitur infra. uerfic. proxi. utrum uidelicet à delegato Papæ sit appellatum: & tunc dicatur,

dicatur, in causa ipsa procedas, ut in priorum con tinentia literarum. An uerò ab eo, qui non ex apostolica delegatione cognoscit: & tunc si ante litis contestationem fuit appellatum, concluditur, reuocato, &c. Si uerò post litem contestatam, concluditur, ut supradixi, in causa ipsa præuia ratione procedens, quod iustum fuerit, &c. quamuis secus sit, ubi super beneficio obtinendo literæ fuerint impetratæ: quo casu sufficit si concludatur solùm, reuoces, &c. ut superius expressum est: cum hoc totum ius impetrantis pendeat ex rescripto. Vnde sufficit appellanti, si solum reuocetur, quod occasione literarum, & ex ipsis literis fuerit attentatum: nec oportet quòd tunc dicat, quòd erat litis contestationem legitimè probare paratus: quia ex rescripto pen
27 det totum ius eius. † Porrò si appellatur propter dilatoriam non admissam, quæ debuit admitti, uel propter aliud grauamen iniustè illatum, uel propter iniquum processum, & appellatur ab eo, qui ex sua iurisdictione uel non ex apostolica delegatione cognoscebat, expresso in narratione grauamine tali, quo expresso uel probato appellatio legitima censeretur. extra eo. ut debitus. & capitu. cum causam. conclusio talis erit.

FORMA. Mandamus quatenus si est ita, reuocato in statum debitum quicquid post huiusmodi appellationem inueneris temerè attentatum: audias causam, & eam appel. remota, debito fine decidas: faciens quod decreueris per censuram ecclesiasticam firmiter obseruari. Alioquin causam ad illius iudicis, à quo appellatum est remittas examen: appellantem in expensis legitimis condemnando. testes autem, &c. extra de
28 constitu. cum M. in fi. de rescrip. ex parte. † Si uerò appellatur à delegato sedis apostolicæ, uel à subdelegato ipsius, uel à delegatis legatorum missorum de latere: si semel super eodem negotio literæ impetratæ fuerunt ad iudices, à quibus postmodum extitit appella. talis erit conclusio.

FORMA. Mandamus quatenus si ita est, reuocato, &c. ut supra proxim. usque, attentatum. Iunge, in causa ipsa, ratione præuia procedas iuxta priorum continentiam literarum. extra de libel. obla. capitu. secundò, & de except. cap. dilectæ de rescri. ex parte decani. in fi. & tribus cap. seq. de offic. delega. insinuante. in fi. & ca. significantibus. in fi. de procu. dilectus. de appella. significauit. de ope. no. nunc. c. pen. Alioquin partes ad priores iu dices remittas: appellante, &c. testes autem, &c. Et si post talem appel. ad excommunicationem processum fuerit, sic dicetur.

FORMA. Mandamus quatenus si dictam excommunicationis sententiam, &c. usque, attentatum. Iunge, in causa ipsa appellatione remota præuia ratione procedatis iuxta priorum continentiam literarum: alioquin partes, & appellante, &c. testes, &c. ut infra. uersicu. cæterum.
29 † Quòd si à subdelegatis delegatorum apostolicæ sedis appelletur: tunc fit mentio in conclusione de literis, iuxta quarum tenorem procedendum est: quæ fuerunt ad delegatos directæ: hoc obseruato, ut si delegatus commisisset totaliter uices suas, & subdelegatus grauasset, & ab eo ad sedem apostolic. appelletur: sic concludatur.

FORMA. Mandamus quatenus si est ita, reuocato, &c. procedas in causa, iuxta directarum ad delegatum continentiam literarum. Alioquin causam ad ipsius subdelegati remittas examen. extra de iudic. quia V. Si autem totaliter non commisit, & subdelegatus grauauit, appellari debet ad delegatum, qui pro parte causam subdelegauit eandem: & si iterum delegatus appellantem grauauerit, & ideo appellatur ad sedem apostolicam, tunc proximè præcedens conclusio, usque ad, alioquin. non mutatur. Super quo uide §. nunc tractemus. uersicu. cæterum. Si autem appel. causa siue exceptio non sit sufficiens, sic concluditur.

FORMA. Nos igitur appellationem huiusmodi friuolam reputantes, mandamus quatenus ea nequaquam obstante, in negotio ipso præuia ratione procedas iuxta priorum continentiam literarum. extra de dila. literæ. & de excep. significauerunt. in fin. Item si post inhibitionem iudicis, & post appella. aliquid fit, sic concludetur.

FORMA. Mandamus quatenus si de inhibitione huiusmodi, & de præmissis causis appellationum uel earum altera constiterit, reuocato in irritum, &c. usque, attentatum. Iunge, in iam dicto negotio, iuxta priorum continentiam literarum: ut extra de appella. significante. in fi. Cæterùm si remissio fieri debeat, remittendum est negotium ad delegatum, à quo fuit ultimò appellatum, quod prosequere, ut supra, de remi. §. sequitur. & illa iunge hic. x † Quòd si appellans nō
30 prosequitur appellationem intra tempus legitimum, appellatus sic narrabit.

FORMA. Et licet dicti iudices eius appellationi duxerint humiliter deferendum: ipse tamen eam intra tempus legitimum prosequi non curauit. Mandamus quatenus, si ita est, &c. ut supra. Sed ubi ponitur ibi: appellantem. dicas hic, impetrantem. & nide supra. uersicu. quòd si appellans.
31 † Verùm licet dixerimus qualiter sit prout in pluribus concludendum, quando ante sententiam propter illatum grauamen appellatur: sunt tamen quidam speciales casus, qui speciales etiam conclusiones requirunt. Quandoque enim propo nitur exceptio fori, quandoque excipitur contra literas, quandoque contra personam litigatoris uel iudicis excommunicationis exceptio opponitur. & hæc proponuntur ut conuentus se à iurisdictione iudicis subtrahat, uel ut litigatorem repellat. Si igitur exceptio fori proposita fuerit: puta conuentus coram delegato allegauit rem feudalem esse, & propter hoc uult & debet coram domino feudi respondere: ut extra de foro compe. uerum. & cap transmissa. de iud. cæterum. uel rem esse fori secularis: & ipse coram ecclesiastico iudice conuenitur: ut extra de iudic. nouit. & de foro compe. si clericus. uel subditus suffraganei trahitur per simplicem querelam coram Metropolitano: cùm non sit ab episcopo appellatum

tum, uel alio modo ab eo recessum: ut extra de
y fo.compe. Romana. y extra de offi. ord. pastoralis. in princ.9.q.2. Lugdun. & eiusmodi: & tunc conclusio erit talis.

FORMA. Mandamus quatenus si est ita, reuocato, &c. usque, attentatum, iunge negotium ad feudi dominum, uel ad illius iudicis remittas examen, cuius forum fuit allegatum. Alioquin ad illos, à quibus extitit appellatum. Et si sit causa feudalis, iunge, iniuncto ei quòd dicto tali exhiberi faciat iustitiæ complementum. alio-
32 quin, &c. Hæc probantur in præ. concor. † Si autem obiectum fuerit coram iudice, a quo appellatum est, quòd negotium erat cœptum coram ordinario uel delegato: de quo in illis literis mentio non fiebat: tunc causam eodem modo ad eum remitte, coram quo negotium erat cœptum. Alioquin, ut dictum est, ad eum, à quo fuerat appellatum. extra eodem, ut debitus. & capitu. ad hæc sicut. sed in modo proponendi exceptionem est diligenter considerandum, ut si trahatur coram delegato per literas apostolicas, & excipit de quæstione accepta coram eo, qui ex sua iurisdictione uel non ex delegatione apostolica cognoscebat, exceptio sic formetur.

FORMA. Quod cum coram iudice suo, scilicet tali, lis fuerit inchoata, cum non esset ab eo per appellationem uel alio modo legitimo recessum per literas apostolicas non facientes de hoc aliquam mentionem: conueniri non poterat, nec
33 debebat: & quia, &c. † Si uerò super quæstione aliqua, obtentæ sunt literæ, & coram delegato processum: & tunc super eodem ad ordinarium trahitur: sic excipiet.

FORMA. Quod cum super ipso negotio, ad talem literæ fuerint impetratæ, & coram ipso processum, lite coram eo pendente super eodem coram isto ordinario respondere minimè tenebatur: nec est tunc necessarium quòd adijciat, nec fuerit tunc ab eo per appellationem uel alio modo legitimè recessum & concluditur ut supra scriptū est: & uide supra de rescri.præsenta.§.ratione formæ.uersicu.porrò licet. Si autem appellatum est, quia iudex non faciebat copiam de sua iurisdictione, & post appellationem suspendit uel excommunicauit: sic concluditur.

FORMA. Mandamus quatenus si est ita, præ nominati talis processum, & quicquid ex eo secutum est, uel ob ipsum sicut iustum fuerit, reuocantes in negotio ipso appellatione remota ratione præuia procedatis iuxta priorum, &c. Alio-
34 quin ad priores iudices remittatis eosdem. † Si uerò excipitur contra literas, quia conuentus dicit delegatum nullam in eo habere per eas iurisdictionem, uel dicit se alterius esse diœcesis ab his quæ in literis continentur: ut extra de rescript. significante. & capitu. dilectus filius.1.uel quia impetratæ sunt contra A. cum clausula, quidam alij super debitis & rebus alijs. & B. maior & dignior illo A. in literis expressis in iudicium per eos trahitur, uel super re maiori quàm sit quæstio, quæ in literis est expressa, & excipitur ad se uel ad rem, pro qua conuenitur, literas non extendi: ut eodem tit.cap.sedes. uel si coram conseruatore trahitur in causa, quæ iudicialem requirit indaginem: ut eodem titu. sedes. extra de offi.
z deleg.c. statuimus. z & in his casibus & similibus conclusio erit talis.

FORMA. Mandamus quatenus si est ita, renoces, &c. usque, attentatum. Iunge, causæ supersedeas eidem. Alioquin partes, &c. Non enim debent concludi, reuocato, &c. in causa ipsa procedas iuxta priorum continentiam literarum: cum & si ita probatum fuerit, ut asseritur, secundum tenorem literarum, contra quas prædictis modis exceptum est, procedi non posset: cum illarum continentiam ad istam personam uel rem in causam nullatenus extendatur: ut in prædi. Si autem objiciatur contra literas quòd sunt ueritate tacita uel falsitate suggesta impetratæ, siue super re iudicata, siue super transactione, siue quia præuentus est ab aduersario impetratore, & huiusmodi, & propter hoc appelletur, hoc prosequere ut supra de rescrip. præsenta. §.
35 ratione formæ.uersicu. porrò licet. & seq. † Cæterùm si in personam actoris, excommunicationis exceptio opponitur: quia fortè dicitur tempore impetratæ rescripti, fuisse excommunicatum: tunc quia hæc exceptio, licet sit in personam actoris, literas tamen afficit, ita quòd si hoc uerum sit nullæ sunt ipso iure: ut extra de rescripti. dilectus.1.extra de procur. cap. fina. sic concluditur.

FORMA. Mandamus quatenus reuoces, &c. usque, attentatum. Iunge, auditis hincinde propositis quod iustum, &c. Si uerò objiciatur simpliciter, excommunicatio in personam actoris. & absque determinatione temporis dicatur, ex alia causa excommunicatus, & quia non admittitur, appellatur: sic concluditur.

FORMA. Mandamus quatenus si est ita. reuocato, &c. usque, attentatum. Iunge, audias quæ partes duxerint proponenda: & auditis hincinde propositis, quod iustum fuerit, &c. & facies, &c. Alioquin, &c. extra de exceptio. dilecti. Plerique tamen dicunt fore aliter concludendum. quando excommunicatio in personam actoris objicitur. Dicunt enim quòd aut objicitur litigatori, quòd excommunicatus erat tempore impetrati rescripti: & tunc licet rescriptum non teneat: ex quadam tamen æquitate uel legalitate Romanæ curię, quæ non solum debet impetranti, uerum etiam aduersario super negotio prouidere, est potius quòd prouideat negotijs quàm personis: ut extra de offic. delega.capitu.fina.sic concluditur.

FORMA. Mandamus quatenus si est ita, reuocato, &c. usque, attentatum. Iunge, audias quæ partes duxerint proponenda, auditis hincin de propositis, &c. extra de appella. ex parte M. Nam & si probetur excommunicatus fuisse tempore impetrati rescripti, absolutione petita modo debito, & obtenta, super iure suo poterit litigare, prout not. extra de except. pia. in gloss. sed
a mirum. a Si uerò dicatur simpliciter excommunicatus fuisse, ita quòd exceptio ipsa tangat personam, non rescriptum: cum non adijciatur

quò

quòd excommunicatus fuerit tempore impetrati rescripti: sic concluditur.

FORMA. Mandamus quatenus si est ita, reuocato, &c. usque, attentatum. Iunge, in causa ipsa iuxta priorum continentiam literarum præuia ratione procedas. extra de exceptio. cap. dilectæ. & ideo adijciunt, præuia ratione. cum non debeat incontinenti procedi: quamuis literæ ualeant, quarum impetrationis tempore excommunicatus non fuit capax, nisi primò fuerit absolutus. Si autem excommunicatio procuratori agenti opponitur: conclusio erit talis, qualis est in alijs grauaminibus consueta. Licet enim ille postmodum absoluatur, non tamen agere postea poterit: ut extra de proba. capit. post cessionem. Si autem quis non fuit admissus ad probandum, quòd actor esset excommunicatus, & ideo appellauit: iudex uerò nihilominus eum excommunicat, sic concluditur.

FORMA. Mandamus quatenus si dictam excommunicationis sententiam post appellationem huiusmodi inueneris in talem temerè esse latam, denuncians eam penitus non tenere, ac reuocans in statum debitum, quicquid post appellationem huiusmodi inueneris temerè attentatum, audias quæ partes coram te duxerint proponenda, & auditis hincinde propositis, quod iustum fuerit, appellatione remota, decernas: faciens quod decreueris per censuras ecclesiasticas firmiter obseruari. Alioquin partes ad dicti talis remittas examen, appellantem in expensis legitimis condemnãdo, testes autem, &c. extra de excep. dilectæ. Et nota quòd si quis appellat, pro eo quòd uolens probare aduersarium suum excommunicatum literas impetrasset, non fuit auditus, debet in literis dici, reuoces. sine clausula illa, processurus iuxta priorum continentiam literarum. Item si appellat, quia iudex non uult audire reum uolẽtem reconuenire actorem, sic dicetur.

FORMA. Mandamus quatenus reuocato, &c. usque, attentatum. iunge in causa ipsa. Alioquin partes. &c. appellantem, &c. Quod si in personam iudicis excipitur, quia fortè dicatur excommunicatus, quidam sic indistinctè concludunt.

FORMA. Mandamus quatenus si est ita, reuocato, &c. usque, attentatum. iunge, in causa, &c. Potest tamen distingui, utrum obijciatur ꝙ tempore impetrati rescripti fuerit excommunicatus: ex tunc quia hæc exceptio literas afficit, sic concludendum est.

FORMA. Mandamus quatenus si est ita, reuoces, &c. usque, attentatum. Aut obijcitur simpliciter, quòd est excommunicatus, uel quòd post tẽpus impetrati rescripti: tunc sic concluditur.

FORMA. Mandamus quatenus si est ita, reuocato, &c. in causa ipsa procedas, &c. Alioquin,
36 &c. † Sententia enim excommunicati publicè, non tenet: ut extra de re iudic. ad probandum. quia in eum non cadit iurisdictio: ut not. in præ. glo. sed mirum. Si autem solum subdelegato delegati excommunicationis exceptio opponitur, & appellatum fuerit: conclusio talis erit.

FORMA. Mandamus quatenus si est ita, reuocato, &c. usque, attentatum. Iunge, in causa ipsa procedas iuxta directarum ad delegatum continentiam literarum: alioquin, &c. cum literæ il-
37 læ ualeant ad delegatum directæ. † Et quoniam de excommunicatione mentionem fecimus, nota super hoc amplius, quòd si quis se liti offert, ut processus contra se habitus reuocetur: puta quia dicit contra se, tanquam contra contumacem ad missionem in possessionem, uel ad excommunicationem fuisse processum, & offerens intra annum de stando iuri coram iudice idoneam cautionem: ac parti alteri satisfactionem congruam expensarum pro contumacia, si qua fuit: petit humiliter excommunicationis sententiam iuxta formã ecclesiæ relaxari, uel in rei petitæ possessionem reponi. & si iudex id facere denegat, propter quod appellatur, conclusio talis erit.

FORMA. Mandamus quatenus si est ita, reuocato, &c. usque, attentatum. iunge, eo faciente quod offert. Vel melius, eo huiusmodi cautionem & satisfactionem præstante, sententiam ipsam iuxta formam ecclesiæ relaxantes, in causa ipsa, &c. uel eo huiusmodi cautionem & satisfactionem præstante in poss. reducto in causa ipsa, &c. uel in negotio ipso ratione præuia procedatis iuxta directarum ad eosdem continentiam literarum. Alioqnin idem negotium remittatis ad ipsos appellan. &c. testes autem, &c. uel audiatis causam, &c. Alioquin, &c. Hæc probantur extra de eo, qui mit. in pos. causa rei ser. capitulo primo, secundo, & tertio. extra de offic. ordina. pastoralis. ad finem. extra ut lite non contesta. quoniam. §. in alijs. Sed si econuerso conqueritur aliquis, quòd excommunicatio in aduersarium eius iustè lata, sit in eius præiudicium contra iustitiam relaxata, nulla cautione uel satisfactione recepta: tunc conclusio talis erit.

FORMA. Mandamus quatenus si est ita, dictos tales in pristinam excommunicationis sententiam reducentes ac reuocantes, &c. usque, attentatum. Iunge, in causa ipsa iuxta continentiam literarum ad dictum talem directarum appellantem procedas: alioqnin partes ad ipsius, &c. appellantem, &c. Potest etiam dici quòd cùm non debeat postulanti absolutio denegari, dummodo eam postulet, prout debet: ut 11. quæst. 3. de illis. quòd non sit reducendus in excommunicationẽ, qui offert ea, quæ petens absolutionem consueuit offerre. & ideo secundum hoc, esset talis conclusio facienda.

FORMA. Mandamus quatenus si est ita, dictos tales, nisi ab eis competẽs pro manifestis præstetur satisfactio, & idonea cautio pro dubijs de parendo in pristinam excommunicationis sententiam, &c. ut s. Et hæc additio fit cùm pro damnis uel iniurijs irrogatis, dicitur suum aduersarium excommunicatum fuisse. Si uerò pro contumacia: tunc dicatur in conclusione sic.

FORMA. Mandamus quatenus si ita est, dictum talem, nisi ab eo idonea cautio de stando iuri præstetur, & congrua satisfactio pro expensis, in pristinam excommunicationis sententiam, &c. Alioquin, &c. appellatum, &c. ut suprà. Si uerò excommunicatio in aliquem lata fuerit diffini-

diffinitiuæ parere nolentē, quamuis conqueratur contra iustitiam in suum præiudicium relaxatā, sic concludatur:

FORMA. Mandamus quatenus si est ita, dictum talem, nisi ab eo sufficiens præstetur cautio de parendo diffinitiuæ, si eam iustè constiterit esse latam: uel nisi ab eo sufficiens præstetur cautio, quòd ecclesiæ mandatis parebit. in pristinam excommunicationem reducens, in causa ipsa, &c. ut suprà. & uide uersicul. si uerò post latam. & §. de contuma. uersicul. sed pone. & uersicu. sed nun-
38 quid. † Quòd si clericus petit sibi subueniri super eo, quia eum conuentus fuisset à quibusdam super quadam summa pecuniæ: & quia soluere non poterat, obtulit cessionem omnium bonorum, tamen iudex ipsum excommunicauit, sic concludatur:

FORMA. Mandamus quatenus si uobis constiterit, quòd præfatus clericus pecuniam in totum uel in partem non possit ob paupertatem soluere, scilicet dictam, recepta prius ab eo sufficienti & idonea cautione, quòd quàm citò ad pinguiorem fortunam peruenerit, pecuniam ipsam soluet creditoribus memoratis: sententiam ipsam iuxta formam ecclesiæ relaxetis. extra de solut. Odoardus de restitutione spoliatorum, olim. 2. Sed sicitatus super aliquo crimine coram ordinario, excipit quòd non ad eum, sed ad propositum & capitulum hoc spectet cognoscere: & quia non auditur, appellat: ordinarius tamen nihilominus eum excommunicat: sic concludetur:

FORMA. Mandamus quatenus si dictam excommunicationis sententiam inueneris post appellationem huiusmodi esse latam, denuncies eam penitus non tenere: ac reuocans in statum, &c. usque, attentatum, lunge, Alioquin sententiam ipsam, sicut rationabile est prolata, facias autoritate nostra usque ad satisfactionem condignam, appellatione remota, inuiolabiliter obseruari. Si autem appellatur, qui iudex sine libello uult de causa cognoscere, quæ libellum requirit: & apostolos negat concedere & appellantem excommunicat, sic concluditur:

FORMA. Mandamus quatenus si dictam excommunicationis sententiam inueneris post appellationem ad nos legitimè. interposiam esse latam, denuncies, &c. ut supra. proxi. Quando quis iniustè se excommunicatum, & propter hoc damna grauia pertulisse asserens, eo absoluto de excommunicatione conqueritur: Ille uerò excipit conquerentem excommunicatum fore: sed cùm huiusmodi exceptio non admittitur, app. sic concluditur:

FORMA. Mandamus quatenus si est ita, reuocato, &c. usque, audias, iunge, quæ partes hincinde duxerint proponenda. & auditis hincinde propositis, quod iustū fuerit, &c. facientes, &c. appellantem, &c. Si uerò delegatus sine causa excommunicat aliquem non confessum in iudicio, non conuictum, non se contumaciter absentantem: propter quod appellatur: sic concluditur:

FORMA. Mandamus quatenus si ita est, dictam sententiam nullam penitus nunciantes, reuocantes in statum debitum quicquid post appellationem eandem nobis constiterit temerè attentatum in causa, &c. Alioquin partes, &c. 2. q. 1. nos in quenquam. extra de consti. ecclesia. de maio. &
39 obe. inter quatuor. † Si autem appelletur, quia iudex admittit aliquem ad causam sine mandato: iudex uerò non uult apostolos concedere, imò appellantem excommunicat, & suspendit: sic concludе:

FORMA. Mandamus quatenus si dictas excommunicationis & suspensionis sententias post huiusmodi appellationem inueneris esse latas, denuncies eas penitus non tenere, ac reuocans in statum debitum quicquid post appellationem eandem tibi constiterit temerè attentatum: in eadem causa iuxta priorum continentiam literarum, appellatione remota, præuia ratione procedas. Alioquin partes ad prioris iudicis remittas examen ap-
40 pellantem, &c. extra de procu. c. 1. † Inferuntur etiam & alia grauamina, propter quæ appellari consueuit. Vnde nota quòd si aliquis uult super appellatione literas impetrare, consideradæ sunt personæ litigantium, & res uel causæ super quibus agebatur, & exceptionis, quæ proponebatur, qualitas: & quale sit, quod dicitur illatum grauamen: ut his consideratis sciri possit, utrum iustè uel in-
41 iustè appellans uel impetrans conqueratur. † Itē in literis, quæ super appellationibus impetrantur, in narrationibus uerba consueta nullatenus omittantur: puta si allegatum est à conuento tempus feriatum, adijci consueuit, cum esset circa rusticam rem occupatus: ut C. de fer. l. omnes iudices. §. ruri. Item ad considerationem causæ additur, cùm non urgeret necessitas, nec pietas suaderet: ut extra de fer. c. fi. Aduertenda est etiam quæstio. nam hæc exceptio feriarum, non potest in omni quæstione proponi ut patet supra. de fer. §. quid in eis. Item si in quæstione criminali uel alia, quæ exigit principalis personæ præsentiam: ut extra de
b iudi. iuris. [b] conqueratur aliquis, quòd eius procurator minimè sit admissus, literæ denegantur.
42 † Et generaliter cum quis de procuratore non admisso conqueritur: debet sic in natatione proponi.

FORMA. Talis iudex eius procuratorem legitimum non admisit, mandatum sufficiens exhibentem, cum causa rationabilis non subesset, propter quam deberet personaliter in iudicio comparere. quod ideo ponitur, quia in illis quæstionibus, in quibus consueuit recipi procurator, potest aliqua causa mouere iudicem, ut procuratore non admisso, præsentiam exigat principalis. Et sic in his & similibus, sint ea, quæ dictat iuris ratio, & usus Romanæ curiæ exigit aduertēda. Est enim satis difficile conclusiones in reuocatorijs forma-
43 re. arg. extra de testi. constitutis. † Caueant autem officiales curiæ, quia frequenter appellantes fingunt sibi exceptiones, ut iurisdictiones iudicum, & domini Papæ prouisiones eludant. Verbi gratia exceptio de loco non tuto, quæ plerunque ad fugam ab impetrante confingitur, non debet contra literas super prouisione obtentas indistinctè, ac sine determinatione concedi. Beneficijs enim suis & prouisionibus, impetrans plerunque propter huiusmodi subterfugia fraudaretur. quod esse

esse non debet. extra de commo. cap. t. & propter hoc petatur exprimi in literis, quid contra illum, qui in literas super prouisione obtinuit, uolebat proponere, ad quod proponendum locum sibi petebat assignari securum: puta quòd dicat se priuilegium immunitatis habere, uel in rescripto fore adiectum, si pro alio non direximus scripta nostra: & ipsam ecclesiam, à qua prouisio petitur, esse super aliorum prouisione grauatam, uel similia, quæ in talibus consueuerunt repellere impetrantes: licet in alijs, quæ ex natura sui ab initio habent quæstionem, cum super his impetratur rescriptum, & propter hoc impetratur ut quæstio, cum causæ cognitione & ordine iudiciario terminetur simpliciter, impetrans consueuit admitti. Si conqueratur quòd ad locum trahebatur non tutum, & alium iudex denegabar assignare securum, humiliter requisitus: extra ut lite non contest. accedens. 2. ff. de iudi si longius. extra de appel. ex parte. Et in his & alijs pluribus, rigidus sit aliquis, ad impediendas, aut facilis ad expediendas literas, prout ex personarum qualitate & causarum cognitione poterit pro sua industria cognoscere fraudem uel iustitiam impetrantis. Si quis autem dicit aduersarium suum aliam causam in literis confinxisse, quàm ex qua appellauit coram iudicibus: non est statim eis iurisdictione offerenda quia fieret eis iniuria. † Illud quoque notandū

44 est, quòd quando dicitur appellatum à diuersis iudicibus ab utraque parte tunc melius dicitur, impetrantem, quàm appellātem in expensis cōdemnandum. Item cùm dicitur appellatum ante sententiam. in fine debet sequi post appellationem huiusmodi. Si uerò à sententia, tunc dicitur post appellationem. supra. uer. in his. Item cum appel-

c lans [c] dicit suos iudices appellationis de appellatione non cognito partes remisisse ad suos iudices, à quibus est appellatum, & ideo si dicit sic ap-

d pellasse, non ualet: [d] quia si probare noluit de appellatione, quam dixit se interposuisse, iudices be

45 ne fecerunt. † Item cùm duo grauamina sese cōpatientia proponuntur, & propter ea non admissa dicitur appellatio, dantur literæ unicæ super eis.

e [e] Si uerò se non compatiuntur, super altero tantùm dantur, nec aliæ super reliquo dantur: quia si fortè uno non probato pronunciaret causam ad priorem iudicem remittēdam, propter aliud uel ler causam inchoare: & sic iudicium frustraretur. Item cum in litera illatum grauamen exprimitur, non debet dici, idem sentiens indebitè se grauari. Item si appellans à diffinitiua, dicens quòd iudex appellationis sæpe requisitus per annum, & amplius, causam tenuit in suspenso: petat quòd si iudex ipse monitus non procedat intra tempus præfigendum, ex tunc alius in causa procedat iuxta traditam illi formam, literæ non dantur: quia cùm appellation. causa intra annum terminata nō fuerit, rata manet sententia. unde subuenitur ei per exceptionem. extra, de appellationi. cum sit Romana. 2. q. 6. ei qui. Item cùm missus in possessionem non potuit anno iam elapso nancisci possessionem rerum, in quibus missio facta est, ne contumax melioris, quàm obediens conditionis existat, sic concluditur:

FORMA. Mandamus quatenus si est ita, dictum clericum in possessionem ipsam, sicut iustum fuerit, inducatis, & defendatis inductum, contradictores, &c. extra. de do. & contu. contingit.

46 † Quòd si Decano & priore datis executoribus, priore absente. nec se excusante, decanus procedat. propter quòd prior absens appellet, sic concluditur:

FORMA. Mandamus quatenus si est, ita reuocato, &c. usque: attentatum. iunge, in negotio ipso iuxta directarum ad Priorem & eundem decanum continentiam literarum appellatione remota ratione præuia procedas. Alioquin tu fili Prior, cum prædicto decano in negotio procedatis eodem iuxta traditam uobis formam. Si uerò duo, puta archiepiscopus & archidiaconus tertio iudice, puta decano absente irrequisito, & se non excusante, in causa procedant, propter quod impetrator appellat, & impetrat super hoc ad alium episcopum, & ipsum decanum, sic concluditur:

FORMA. Mandamus quatenus si est ita, reuocato, &c. usque attentatum. Iunge, negotio ipso, iuxta tenorem literarum ad archiepiscopum, & ad te decanum & archidiaconum directarum, eadem ratione præuia procedatis. Alioquin tu decane cum archiepiscopo & archidiacono supradictis in negotio procedatis eodem, iuxta literarum continentiam earundem, appellantem, & c.

47 † Si autem executor excedens formam mandati assignat stallum in choro, & locum in capitulo, propter quod appellatur, sic concluditur:

FORMA. Mandamus quatenus si est ita, ipsius executores, sicut iustum fuerit, reuocato processu, in negotio ipso ratione præuia procedatis iuxta directarum ad præfatum Abbatem continentiam literarum. Alioquin processum ipsum, prout est canonicus, faciatis autoritate nostra, ap

48 pellatione remota firmiter obseruari. † Item si procurator per errorē impetrat, non super grauamine, propter quod appellatum fuerit, sed super alio sic, quando oportuit appellatum ad curiam mittere. unde lapsus est annus, qui datur ad prosequendā appellationem, & etiam duo menses ultrà fluxerunt, quare supplicat sibi super hoc misericorditer prouideri. sic concluditur:

FORMA. Mandamus quatenus si de huiusmodi errore, & prædicta causa appellationis, tibi constiterit, dictas sententias nullas esse: penitus nuncies, ac reuoces, si quid aliud post appellationem huiusmodi inueneris temerè attentatum in causa, iuxta prioris mandati nostri ad dictum talem directi tenorem, ratione præuia procedas. Alioquin partes ad eiusdem iudicis remittens examen, appellantem, &c. testes autem, &c. Item si uir autoritate propria uxore dimissa, impetrat contra eā ad iudices super impedimento consanguinitatis, ea uerò petente coram eis, ante omnia uiri restitutionem, ipsi solum super principali cognoscere nolunt, propter quod ipsa appellat, sic concluditur:

FORMA. Mandamus quatenus si est ita mulieri uirum restitui faciatis, quæ post eius appellationem acta sunt, in irritum reuocantes: postmodum causam super matrimonio audiatis, & fine cano-

ne canonico terminetis. extra, de resti. spol. ex conquæstione. Quòd si iudex delegatus, propter contumaciam rei, res de quibus agitur, sequestrat: in quibus tamen actor mittendus fuisset in possessionem causa rei seruandæ, & reo petente res huiusmodi sibi restitui, actor excipit iudicem non habere iurisdictionem: quia causa alij est cõmissa: licet in huiusmodi commissione nulla de primis literis mentio fiat, sic concluditur:

FORMA. Mandamus quatenus præscriptam causam, secundum formam priorum literarum nõ obstantibus posterioribus, terminetis expensas, quas propter hoc reus fecisse dignoscitur, & ab actore restitui facientes. Si autem appellatum fuit: quia iudex in causa matrimoniali, non faciebat processum redigi in scriptis, sic concluditur:

FORMA. Mandamus quatenus si est ita, reuocato, in statum &c. usque, audias. iunge, & causam appellatione remota decidas, faciens, &c. Alioquin partes ad prioris &c. appellantem in expensis, &c. extra de testi. Albericus, de proba. quoniã contra. Sed & si appellans ab ordinario, confícto aliquo grauamine, cui appellationi iudex detulit iusto impedimento cessante: non prosequitur appellationem intra tempus legitimum, sic concluditur.

FORMA. Mandamus quatenus si est ita, partibus conuocatis &c. usque obseruari, &c. Alioquin, &c. appellatum, &c. Quòd si iudex contra quem causa suspicionis proponitur, requisitus non uult dare arbitros, qui de suspicione cognoscãt: sic concluditur:

FORMA. Mandamus quatenus si est ita, reuocato, &c. usque, attentatum. Iunge, in causa ipsa, &c. alioquin partes, &c. extra de offi. deleg. suspicionis. & de appel. cum speciali. & c. legitimã. Quòd si causa committatur alicui prælato, uel alicui monacho simplici: qui tamen in litera apostolica prior uocatur: & idem monachus causam alteri committit: coram quo subdelegato excipitur, quòd non potest per huiusmodi literas falsitate suggesta obtentas, procedere: & quia exceptio non admittitur, appellatur: sic concluditur:

FORMA. Mandamus quatenus si est ita, reuocetis, &c. usque. attentatum, &c. iunge, alioquin partes ad subdelegatum remittatis, eundem, &c. Sed & si subdelegatus committit alteri totalitèr iudices suas, propter quod is, contra quem literæ obtentæ fuerunt, appellat: sic concluditur:

FORMA. Mandamus quatenus si est ita, reuocato, &c. usque, attentatum. Iunge, in eodem procedatis negotio iuxta priorum continentiam literarum. Alioquin partes remittatis ad illos, ad quos de iure uideritis remittendos, appellantem, &c. C. de iudi. à iudice. extra. de offic. delega. super quæstionum. §. 1. Si autem cum quæstio inter aliquos uerteretur, aliquis coram iudice se obtulit, petit se admitti ad docendum de interesse & iure suo, & non fuit admissus, licet admitti debuerit, propter quod appellauit. extra de testi. ueniens. tunc sic concluditur:

FORMA. Mandamus quatenus si est ita, reuocato in statum debitum quicquid post appellationem huiusmodi inueneris in eius præiudicium & temerè attentatum: audias quæ idem pro iure suo duxerit proponenda, & auditis hincinde propositis, quod iustum fuerit, appellatione remota decernas: faciens, &c. alioquin negotio supersedeas memorato, appellantem, &c. Et nota, quòd cùm quis rem suam agi conspiciens, postulat à iudice delegato, ut paratus de iure suo docere audiatur, & quia non auditur, appellat: non debet poni clausula, alioquin partes ad priorum iudicum, &c. Sufficiant præmissa exempli gratia posuisse. quæ autem hic desunt, uide suprà de rescript. præsentati. §. ratione formæ. Sed pone quòd in commissione quæ fit super causa appellationis, non exprimitur nomen iudicis à quo dicitur appellatum: f nunquid ualet talis commissio? & uidetur quòd non: quia in appellatione debet contineri nomen eius: ut ff. de appella. l. 1. §. finali. & etiam in apostillis. ff. de libellis dimissorijs. Ad idẽ 2. q. 8. libellorũ. Nã sunt quidã, à quorum sententijs appellari non põt: ut suprà §. uidendum. Idẽ etiam dicit ur in rescriptis. 25. q. 2. si qua. & in instrumentis. C. de mand. prin. l. unica. & in nominatione: ut 2. q. 6. nominationes. ff. de transact. cùm hi. Arg. cõtra, quia ex quo de causa & de personis, inter quas sententia lata est, mentio fit in rescripto: satis uidetur de iudice mentio esse facta. ff. de rei uend. in rem. ff. de condi. institu. nominatim. ff. de hæred. institu. quoties. §. si quid nomen. Nam & si nomen fundi non dicatur, sufficit ponere fines. ff. de censi. forma. licet enim aliquid omissum sit, tamen omnia præsumuntur solenniter acta. ff. de uent. inspic. l. 1. Et ad hoc facit ff. de uerbo. oblig. cùm seruus. ff. de appella. 3. §. fina. & l. appellari. ff. de suspec. tut. sciro. ff. de cond. & demonst. cùm tale. §. penult. Et hoc tenet Vber. dicens quòd delegatus poterit procedere. Item quæritur si constat per testes uel confessionem aduersarij, me appellasse à sententia contra me lata: nunquid sufficit hoc, ut uidear etiam probasse quod intra decendium appellauerim? Et uidetur quòd sic: quia intelligor legitimè appellasse, ex quo appellatio probatur. argu. C. de contrahen. & commit. stipulat. l. 1. Verba enim cum effectu intelligenda sunt. extra de cleri. non resi. relatum. Sed dic contra. oportet enim probare quòd intra tempus legitimum appellauerim. extra, de appel. Romana. §. si uerò. extra, de testibus. significauerunt. Qui enim solennitatem substantialem allegat, eam probare debet. ff. de Publicia. quæcunque. §. quæ à pupillo. Verùm iudex appellationis pronunciabit secundum ius commune, uel secundum consuetudinem, & secundum quam, notatur secundum Papam, extra de cõsuet. super rubri. & uide suprà de ferijs. §. 1. uersi. sed pone.

ADDITIO.

a *De officio. §. si uerò. lib. 6.*

b *Obijciatur. li. 6.*

c *App. eos. Vide quod plenè dixi super præ. uersicu. in iudice. proxi. allegato.*

d *Vocatis. lib. 6.*

e Proba-

e Probatio. quam hodie non habemus.
f Falsa. Et sic quod ibi dicitur quòd ad iudicem appellationis pertinet cognoscere ad quos iurisdictio debeat pertinere, exponitur, id est, de veritate causæ appellationis: per quod patet ad quos spectet iurisdictio. unde quod ibi scripsi in ult. glo.
g Delegato. Sup. Papæ.
h Contra. Quod videtur verius. argumen. de excess. præla. c. sp. 2. & in authen. de defen. ciui. §. nulla. facit quod scripsi de offi. ord. pastoralis. super 1. gl.
i Si omnes. Facit infrà §. penul. ante fin. versicu. sed quæro.
k Dic. Sed Compost. cuius fuit iste versi. in decre. 2. de consti. ut ibi dixi. Materiam autem huius versic. vide de ele. licet canon. lib. 6. in glo. ad futura, cum his quæ super ea scripsi & remissiones alias ibi dedi.
ADDE ut per Bar. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure.
l C. si. Vide quod ibi scripsi super 1. gle.
m Membrum. Non loquitur de proxi. versic. qui fuit additio.
n Prosequentes. Sic ad literam quòd hic versi. præcedit, & quòd sequitur præter allegationes iurium, habeo in stylo prædicto, parte secunda reuocatoriarum: & sub eodem ordine usque ad versicu. quòd si in causa. & eius prima forma in stylo continuatur. versicu. nunc dicamus. media de diuersis locis partis primæ recipit.
o Faciendum. Si duos libellos dederat actor, & index uno contextu tamen diuisim condemnauit super utroque: an hac forma sufficiat contra utrunque, cùm singulariter de sententia dictum sit: vide in regula, pluralis. de reg. iur. lib. 6.
p Subsequatur. Quando dubitatur quæ præcesserit, excommunicatio, vel appellatio, vide in regula, cùm sunt. de reg. iur. lib. 6.
q C. 1. Concord. quod not. de sent. excommu. venerabilibus. §. porro. in gl. post diffinitiuam. li. 6. & vide quod super ea dixi.
r A iuste. Sic est in stylo. & intellectus est, id est, à grauamine, quod iustificet appellationem.
s Approbanda. Dicitur in stylo, licet ab aliquibus toleretur. quod stat im sequitur, addidit autor.
t Exprimantur. Vide infra, pe. col. in princ. versicu. item cùm duo.
u Disputamus. Dicitur in stylo, in quo doctrina breuior.
x Iunge hic. Meritò: quia sic sunt in stylo posita.
y Romana. lib. 6.
z Statuimus. lib. 6.
a Sed mirum. Hoc est falsum: ut de rescrip. c. 1. li. 6. & dic ut ibi not. in gl. nunquid.
b Iuris. lib. 6.
c Appellans. Hic autor diuertit à stylo, in quo clarior est sermo quàm hic, ubi enim sic dicitur: Si appellauerit quis à iudice, qui de appellatione cognoscere debebat, quia de appellatione non cognito in principali, contra iustitiam procedebat: aut ille erat iudex super appellatione interposita à diffinitiua: frustratoria est appellatio, & literæ denegantur. Habet enim talis iudex super principali cognoscere. Aut erat datus super appellatione interposita à grauamine: quo casu si datus erat ad petitionem aduersarij eius, qui modo fortè nititur impetrare, ut ipse dicat quod aduersarius se appellasse confingens super appellatione sua ad tales literas impetrauit, & iudex de appellatione non cognito super principali contra iustitiam cognoscebat, & propter hoc se appellasse proponat, literæ conceduntur. Si verò quis dicat ad iudicem à se super appellatione, quam ipse interposuit à grauamine impetratum in hoc ipsum grauasse, quòd de appellatione non cognita, de principali cognoscebat, iste se grauatum innuit ex eo quod perductum est ad effectum quod principaliter intendebat. Nam appellans à grauamine, qui impetrat iudicem super appellatione hoc principaliter intendit ut non remittatur ad eum, à quo appellauit: sed iudex super appellatione sua datus de principali cognoscat, secundum decret. ut debitus. & ideo litera non dabuntur.
d Non valet. Hoc asset malè dictum, nisi iustificarent sequentia, quæ huic verbo præmitti debuissent.
e Super eis. Contrarium dicit supra, eod. §. 6. colu. versic. si autem non sit. æquum esset quod hic dicitur: licet & contrarium habeat æquitatem, ut dixi eo. tit. cùm causam. super ulti. gl. & not. in cle. eo. titu. appellanti. in 6. gl.
f Appellatum. De nomine appellati, si non exprimitur in appellatione. supra. §. qualiter. versi. hoc etiam not.

SVMMARIVM.

Appellationis effectus quis sit.

1 Appellatione pendente, quibus casibus licet aliquid innouare.
2 Appellatione pendente nil innouandum, qualiter intelligatur.
3 Ordinarius potest post appellationem, possessionem turbatam reformare.

4 Index,

4 *Iudex, à quo appellatum est, qualiter debeat appellatione pendente supersedere.*
5 *Facta per priorem iudicem appellatione pendente tenent, si non fiat inhibitio.*
6 *Causa appellationis quare maior dicatur, quàm principalis.*
7 *Primo iudice qualitercunque appellatione pendente procedente, si ueritas causæ approbetur, reuocantur quæcunque fecerit. & nu. 10.*
Lis seu appellatio non debet aliquem sua possessione priuare.
8 *Officium, uel possessio, uel aliud ius, an per appellationem transferantur ad iudicem appellationis.*
9 *Iudice appellationis iniustam esse appellationem proferente, ratum manet quicquid primus fecerit post appellationem.*
11 *Appellatione extraiudiciali facta, quo pacto post talem appellationem per iudicem acta reuocari debeant.*
12 *Facta medio tempore inter sententiam & appellationem, an per appellationem extinguantur.*
13 *Appellatio in electionibus quid operetur.*
14 *Reuocatio attentatorum, an causa appellationis cognita fieri possit: & sub qua forma.*
15 *Cognoscere et diffinire de appellatione iusta uel iniusta, ad quem spectet.*
16 *Collatio beneficij per aliquod capitulum, quibus casib. ueniat reuocanda.*
17 *Vitium contractus litigiosi, in quo casu locum habere dicatur.*
18 *Motio litis personalis, an faciat rem litigiosam.*
19 *Prohibitio de re litigiosa non alienanda, quibus tantùm fieri debeat.*
20 *Commodo suæ possesionis, nemo sine causa cognitione priuari debet.*
21 *Ad extraordinarium auxilium recurrendum nõ est, quandiu superest ordinarium.*
22 *Reuocato in causa appellationis uno articulo libelli prætextu appellationis, an cæteri omnes reuocari censeantur.*

NOVISSIME De effectu appellationis est uidendum. Et quidem effectus is est, ut ea pendente, nil innouetur: sed omnia in eo statu permaneant, in quo erant tempore appellationis admissæ. 2. quæstio. sexta, appellatione interposita. ff. nil innou. appella. penden. l. unica. extra, de appell. bonæ. & c. se-
1 cundò requiris. C. eod. l. 3. † Excipiuntur tamen quidam casus, in quibus aliquid innouatur. Primus, cùm reus suspectus est de dilapidatione fructuum rei actori adiudicatæ. Nam tunc fructus sequestrantur. 2. quæst. 6. c. quoties. primo. C. quorum appella. non reci. ab executione. extra, de seque. possessio. capi. fin. ff. de appella. Imperatores. Secundus est, cùm hæres conuictus super legato appellat. non enim defertur appellationi: imò cauere debet de eo restituendo. ff. ut lega. uel fideicomm. no. caue. l. postquam. §. Imperator. Tertius, si condemnatus de crimine appellat, nec potest dare fideiussores, quoniam erit in custodia usque dum ueniat ad eum, ad quem appellauit. argumen. 2. quæst. 1. cap. arguta. & C. de appella. eos qui. §. super his. Quartus, in illis casibus, in quibus appellatio non admittitur: ut supra. §. in quibus. De hoc 2. quæst. 1. appellatione. Quintus est: nam si excommunicatus appellat à sententia excommunicationis: post appellationem potest denunciari excommunicatus. extra, de appella. pastoralis. De hoc ut supra. §. in quibus. uersicu. 27. Sextus, secundum Inno. quia si agatur personali actione, ut exempto, uel simili, & res petita alienetur, tenet alienatio. Sed contra ff. nil noua. appella. penden. l. 1. C. de appella. appellatione. 2. q. 6. c. appellatione. ubi dicitur quòd status causæ mutari non debet appellatione pendente. Sed dic quòd non mutatur, nec præiudicat appellationi: quia ita condemnabitur persona, si res petita alienetur, ac si non alienasset. quod dic ut suprà, de interroga. §. si. uer. uerum quia. Item contra in authenti. ut nulli iudi. §. super hoc. ubi prohibetur iudex transferre possessionem rei petitæ ab uno litigantium in alterum. Sed dic quòd ibi non prohibetur pars transferre in extraneum.
2 † Quòd ergo dicitur appellatione pendente nil esse innouandum, supple per iudicem. Nam pars non obstante appellatione alterius, potest de iure suo. quod dic ut infrà, uersiculo uerum. Si uerò agitur reali actione de dominio: tunc fateor quòd non tenet alienatio: non ea ratione, quia facta est appella. pendente: sed quia res est litigiosa. infrà, uersiculo uerum. & suprà, de accu. §. primo uersiculo, ut autem. Septimus, quia tenet sententia lata post appellationem, nec reuocabitur in casu, quem habes infrà de no. cri. §. primo uersic. quid si auditis. Octauus in casu, qui est suprà. §. in quibus. uersicu. 17. ibi: dicitur etiam. Nonus, quia iudex, à quo appellatum est, quandoque interponit suam iurisdictionem propter periculum animarum, & in fauorem matrimonij: ut extra de matri. contra interdic. ecclesiæ contracto. cap. 2. Quidam tamen illud intelligunt solum in ordinario. Decimus, quia licet iudex detulerit appellationi: tamen intromittit se de iurisdictione, absoluendo ab excommunicatione, & cautionem nomine ecclesiæ recipiendo: ut extra, eo. qua fronte. ubi de hoc secun-
a dum Papam. a † Vndecimus, quia ordinarius
3 potest post appellationem, possessionem turbatam reformare: ut extra, eo. cum teneamur. Duodecimus, quia ubi ordinarius ignorat appellatum fuisse ad superiorem, tenet sententia contra appellantem per eum lata. extra, eo. si duobus. Decimustertius, quia potest appellantem no-

notoriè delinquentem punire: ut eo. titu. propo-
suit. in fin. Decimusquartus, quia potest tempus
legis moderari: ut eo. titu. cum sit. respon. pri-
mo. Decimusquintus, quia potest appellan-
tem cogere propriam appellationem prosequi:
ut eo. titu. consuluit. primo. in fi. & capitu. re-
prehensibilis. §. primo. Decimussextus, quia si
præfixus sit à iudice terminus ad prosequendam
appellationem, & appellans intra illud non pro-
sequitur: iudex poterit sententiam exequi uel in
causa procedere: ut eo. tit. cum sit Romana. ner-
sicu. quòd si is. & cap. ad hoc. & infrà, c. ad aures.
Quidam tamen dicunt, quòd non manet sententia
diffinitiua rata, licet huiusmodi terminus sit ela-
psus: nisi lapsum fuerit tempus iuris: quod non
placet. quod dic secundum Papam, ut no. eod. ti-
b tu. personas. b † Sed cum suprà proxi. §. de
4 inhibitione iudicis appellationis dixerimus: uti-
le est hic ut inseramus qualiter iudex, à quo
appellatum est, debeat appella. penden. supersede-
re: & de reuocatione eorum, quæ fiunt post ap-
pellationem. Quæritur ergo an primus iudex
debet supersedere, an in causa procedere, quam
citò scit iudicem appellationis de ueritate causæ
appellationis cognoscere, licet hoc ei à iudice ap-
pellationis non mandetur: & an tenet quod a-
c git, si postea procedit. c Respon. dicunt qui-
dam quòd tenet quod facit ante inhibitionem su-
per negotio in principali: quia illud non tangit
processum iudicis appellationis. argum. extra, de
d app. Romana. §. quòd si obijciatur. d ubi di-
citur quòd iudex appellationis postquàm incipit
cognoscere de ueritate causæ appellationis, po-
5 test inhibere priori iudici ne procedat. † Cum
igitur illud sit nouum beneficium, datum iudi-
ci appellationis: uidetur quòd tenet, quod fit
per priorem iudicem, si non fiat inhibitio, uel
priusquàm ad illum inhibitio perueniat. argum.
extra, de rest. spo. audita. Aliàs enim sequi po-
tuisset magnum inconueniens: ut si quis in curia
Romana prosequatur causam appellationis per
procuratorem: & in prouincia causam principa-
lem per se coram primo, qui non detulit appel-
lationi, & qui nihil scit de prosecutione appella-
tionis. Iniustum enim esset, si hoc propter hoc
solum quòd superior cognoscit de ueritate ap-
pellationis, licet postea constet quòd non sit ue-
ra, cassaretur processus primi, qui in nullo pec-
cauit, cum nihil sciret. Alij tamen dicunt con-
tra, quòd non ualet postquàm secundus incipit
cognoscere de ueritate causæ appellationis, licet
sibi non fuerit inhibitum: quia satis intelligitur
parti inhibitum, quæ præsens est in prosecutione
appellationis. Sed & si non esset præsens, sed
contumax, non debet sibi contumacia sua pro-
desse: ut extra. de postu. præla. cap. primo. prope
fi. imò contumacia repræsentat eum præsentem.
ff. de re. iudi. contumacia. extra, de dolo & contu-
ma. ueritatis. & ex quo ius concedit iudici appel-
lationis, quòd cognoscat de ueritate causæ appel
lationis: ut extra, de rescr. dilectus filius Ioan in
fin. uidetur abstulisse priori per consequens po-
testatem cognoscendi de principali, argu. extra,
de offic. deleg. pastoralis. §. præterea. ff. de iudi.
cum prætor. in principio. Item dicit lex, quòd
per minorem causam non debet præiudicari ma-
6 ioris causæ cognitioni. ff. eod. qui minorem. † Be
certū est quòd maior est causa appel. quàm prin-
cipalis: tum propter autoritatem maioris iudicis:
ut extra, de offi. deleg. sane. & c. pastoralis. §. quia
uero. rum quia de pluribus cognoscit, f. de appel-
latione: & etiam quandoque de principali: ut su-
prà, §. de officio. Et ad hoc etiam facit decre. ut
debitus. ubi dicit, ad priorem iudicem remittat.
Sed primi his omnibus respōdent, & dicunt predi
ctum §. quod si. loqui postquàm priori denuncia-
tum est: uel ipse alias nouit quòd secundus cœpit
7 cognoscere de ueritate causæ appella. † Illud au-
tem certum est, quòd siue ante inhibitionem, siue
post, siue ante sententiam iudicis appel. siue post,
primus processerit probata ueritate causæ appel.
reuocabitur quicquid fecerit. extra, de appella. ex
parte. Et hæc uera sunt, cum in iudicio appella-
tur. Si uerò extra, quamuis superior incipiat co-
gnoscere de appel. seu de principali, siue alio mo
do: nō ideo debet impediri ius primi uel alterius
hominis quin illud exequatur ut prius. Nā lis seu
appel. non debet aliquem sua possessione priuare.
extra, ut lit. pen. per totum. extra, de re iudi. cum
super. Et de hoc secundum Papam, extra de maio.
e & obed. dilecti. e quamuis. & hoc ipsum fit in iu-
8 dicio. Et est ratio: † quia officium uel posses-
sio uel aliud ius, non transfertur ad iudicem ap-
pella. sed solum iurisdictio: qua ratione etiam
dici potest, quòd si appello, ne quis instituatur
in aliqua ecclesia: sed prælatus nihilò minus in-
stituit: si pendente causa huiusmodi appellatio.
iterum imminet institutio facienda, iudex appel.
non prohibebit prælatum instituere: sed si præla-
tus me excommunicet, quia illum non habeo pro
instituto, non tenet sententia: quia iurisdictio, cu-
ius pars est excommunicata, ad superiorem est
deuoluta, ut dixi. Et hoc uerum est postquàm su-
perior cœperit de principali cognoscere, scilicet
an ad prælatum pertineat institutio. Nam in ap-
pellationibus, quæ fiunt extra iudicium, non
quæritur aliter de ueritate uel iustitia causæ ap-
pel. sed de ipso principali solum: cum sint pro-
curationes ad causam: ut. extra, de appell. cum
sit Romana. argumen. tamen contra, eodem ti-
f tulo. ut nostrum. f Et iunge hic quod habetur
9 infrà, uersiculo uerum. † Porrò si cognoscens
de principali, à quo appellatur, non defert ap-
pellationi, quia eam dicit interpositam post de-
cem dies, uel nulla causa expressa, uel iniusta,
uel falsa, sed procedit ad sententiam: iudex quo-
que appell. procedit. & pronunciat bene, uel ex
iusta causa appellatum esse, cassando processum
prioris iudicis, & consequenter pronunciando
super principali, siue bene, siue malè, tenet sen-
tentia iudicis app. lata contra ius litigatoris: nec
reuocabitur, nisi fuerit appellatum: cum constet
eum habere iudicem ue secunda quæstione sexta,
§. diffinitiua. extra, de reg. iur. cum inter uos. Nec
ob. quòd lata est contra res prius iudicatas: quia
prima non tenuit, utpote post appell. latam. ff. quę
sen. sine appel. rescin. l. 1. Si uero iudex appel. pro-
nunciet appel. iniustam ex præmissis causis: tunc
ratum.

ratum manet quicquid primus facit post appella. cui non detulit: nisi appellans obtulisset se proba turum coram eo ueritatem causæ, nec fuisset admissus: quo casu tenet appella. etiam si falsa sit causa: nec est necesse cognosci de ueritate ipsius: ut infrà, uer. proxi. & ideo cassabit iudex appellationis, quicquid inuenerit factum post appel. nisi notorium esset causam appell. esse falsam, extra. eo. cùm sit Romana. Et idem dicunt quidam de eo, quod factum est post inhibitionem legitimam: ut supra. argum. ff. nil no. appel. penden. l. prima. Alij contra, & dicunt quòd prædic. lex loquitur in appellationibus post sententiam interpositis, uel post decretum cum causæ cognitione interpositum: quia tunc reuocabitur quicquid factum est post appel. priusquàm de ipsa cognoscatur: ut ibi. & no. extra, de ex-
g cep. dilectæ. secundum Papam. [g] nisi patens sit, sententiam fore iniustam. Quod dic ut no. extra, de offic. deleg. cap. pastoralis. §. quia uerò.
h ubi not. secundum Inno. [h] quid iuris sit de his, quæ fiunt post appell. à sententia interpositam. Præmissa autem obtinent in appellationibus, ante sententiam. Regulariter autem tenendum est, quòd ea quæ appel. interposita attentantur reuocantur. secunda quæstione sexta, cap. appellatione interposita. Quod dic ut supra, tit. proxi. §.
i est autem. & supra, eo. §. in princ. [i] uel post nuncij missionem. extra, de offi. deleg. cum causa. uel post iter arreptum. extra, de appel. dilecti filij. uel
10 lite pen. extra, ut lite pen. per totum. † Illud quoque certum est, quòd cum in iudicio appellatur, probata ueritate probabilis causæ, uel saltem probato quòd se obtulit probaturum, nec fuit admissus: reuocabitur quicquid factum est post appel. ut extra, de app. ex parte. & c. interposita. in prin. & suprà §. qualiter. uers. sunt quoque. & supra, uersic. proxi. sicut & in nunciatione noui operis, sufficit probare quòd obtulit quis cautionem de demoliendo opus: ut extra, de no. ope. nunc. c. fi.
nihil innouari potest. Interdum lex, & non index: & tunc aut ratio impediens est manifesta, & potest exequi, ut hic not. in l. 1. ff. nil no. appel. pen. Aut ratio est occulta, puta erat uerus contumax, tamen hoc non apparebat iudici: & tunc dicit Ioannes And. licet nouum uideatur quòd iudex à quo non in figura iudicij informet se de ueritate, & sic postea exequatur, ut ipse notat in cle. 1. de dolo & contu. quod uerum credo: quia in hoc procedit ut executor: ideo non est actus de processu causæ, nec citatio requiritur. argu. not. ff. de bonorum possess. l. 3. §. pe. et per Innoc. de appel. c. ex ratione. Interdum non defert lex, sed iudex à quo: & tunc aut est certum quòd non debet deferri, aut est dubium. Primo casu aut appellatio est prohibita fauore publico: & tunc debet fieri executio. C. quorum app. non recip. l. nulli. Item fortè si appellantis odio, ut in uero contumace. nam & hoc casu contempta maiestas prætoris iudicatur. ff. de iurisd. om. iud. l. si familia. Idem si propter litis naturam, ut in possessorio: quia factum prætoris iuri derogare non potest. ff. de ferijs. lege 1. Si uerò est dubium: tunc qui detulit appellationi, omnem iurisdictionem à se abdicare uidetur. Facit C. de relat. l. 1. ff. de app. l. ad principem. & l. ad Imperatorem. imò leges istæ nil faciunt: quia loquuntur in remissione, quæ fit ante sententiam, non in dimissione & absolutione. Nam iudex, qui dat apostolos dimissorios, super appellatione à diffinitiua, uidetur absoluere interim ab obseruatione suæ iurisdictionis. argumen ff. de minoribus. l. intra utile. ideoque dimissorij uocantur apostoli. Item quid aliud est dicere defero appellationi, nisi superiori iudici cedo locum? Vnde qui cedit, hoc actu legitimo & solenni abdicat à se iurisdictionem & interdictionem: & transfertur in superiorem, tanquàm in suum succedaneum l. penul ff. indi. solu. & facit in ratione sententiæ cap. cum appellationibus. §. si uero iudex de appell. lib. 6. Bal. Et ex hoc collige unum nota. dignum, quod aliquando non ualet appellatio iure appellationis, tamen ualet iure dilationis: ut ibi per Archi Bald. Qui appellat quadam tali præsumptione, præsumitur habere malam causam. ff. de euic. l. Herennius. §. Cata. in gl. An testes examinati in prima causa, non tamen publicati, possunt aperiri in causa appellationis: an uerò pe eūt. nam quia idem uidetur iudicium, uidentur ualere. Sed quia diuersa est instantia, uidetur contrarium: ut l. gest. C. de re iud. & ff. quæ in fraud. credi. l. 3. Sed non uidetur quòd hæc quæstio procedat: quia sententia uidetur ipso iure nulla, si iudex non publicauit processum: ut not. in l. prolatam. C. de sententijs. nisi loquaris non de testibus productis in principali, sed super incidenti. arg. ff. de compensa. l. quod in diem. §. si rationi. Credo quòd iudex appel. possit publicare & emendare uitium in hoc actu, sicut & in alijs. argum. legis, per hanc. C. de tem. appel. Bal. Quidam promisit repræsentare Titium domino Potestati: Potestas condemnauit Titium: ille Titius appellat: iudex appellationis uult cogere promissorem ut sistat eum: quæritur an possit? Dic quod not. l. pe. ff. iudi. sol. Sed si non est appellatum: an Potestas possit cogere ad sistendum? Dico etiam quod not. ff. de fideiuss. l. Gracè. §. post litem. quod est no. Bald. An in causa appellationis ueniant expensæ reficiendæ: dic quòd sic: ut l. à proconsulibus. in fi. C. de appel. Si autem succumbat appellatus: tunc dicit Accur. C. de re. cre. l. generaliter. §. si iudex. quòd nō condemnatur in expensis. quod uerum est in contrarijs sententijs: quia sententia dabat ei titulum litigandi, nisi esset euidenter iniqua: ut no. Archidia. in c. cordi. ad finem. de appel. libr. 6. & ibi uide per eum. ergo ex primis actis & personis perpendam. ex quibus patet qualis sit iniquitas. Per appellationem ab interlocutoria transfertur cognitio ad iudicem ad quem: & iudici à quo est impositum silentium ad procedendum ipso iure, quando talis est interlocutoria, quæ præiudicat in principali negotio. ff. de mino. intra utile. Si autem esset interlocutoria alterius naturæ: tunc potest procedere iudex à quo super alijs capitulis. C. de re cre. l. generaliter. §. si iudex. donec ei inhibeatur per iudicem ad quem: quam inhibitionem non potest facere antequam appellatio coram eo introducatur & citetur appellatus: quo facto etiam si dubitatur, an sit appellatio recipienda uel non, debet fieri inhibitio. de offi. deleg. c. pastoralis. per Inno. & no. in c. Romana. de app. lib. 6. per Archid. & probatur C. de app. l. 3. Bal. Non admissus ad opponendum, eo ipso est grauatus. arg ff. de re militari. l. 3. §. si ad diem. Item si admissus ad opponendum, & non admissus ad probandum: cùm se obtulisset probaturum, eo ipso est grauatus: quia mos ei geri debuerit. ff. de probat. l. circa. Vnde quia in eo iuris ciuilis obseruantia defuit, meritò appellat: & iudex appellationis hoc grauamine debet pronunciare eum iustè appellasse: & tollere grauamen de medio, faciendo id, quod si iudex primus fecisset, non grauasset, scilicet admittere exceptiones & recipere probationes: sed si postea ex receptis apparet quòd appellans in causa principali careret iustitia, pronunciabit contra eum in facto prin-

principali. & sic idem uincet, & uincetur, de appel. Romana per Archi. Hostien. Bal. appellans à diffinitiua uigore confeßionis, condemnatus non tenetur exprimere causam quo ad substantiam appellationis: sed quo ad hoc, ut iudex à quo teneatur ei deferre. sic: ut in cap. Romana. per Archi. Et quòd poßit appellare. probatur tripliciter: Primò, quia lex dicit quòd error confeßionis potest reuocari in causa appellationis: ergo supponit quòd poßit appellari. C. de erro. aduo. l. si. Secundò, quia lex dicit quòd confeßus & conuictus non appellat, ergo secus in confesso tantum. C. quorum appella. non recip. l. si. & l. obseruare. Tertiò hoc expreßè legitur & not. ff. de app. l. creditor. §. iussus. Sed hoc uidetur falsum. nam à confeßione non appellatur. Item certum est quòd à confeßione oritur actio. ergo non tollitur per appellationem, licet ex alio genere probationis non oriatur actio. ff. de iniurius. l. sed & si poßessorio. §. pen. Solutio. Dico actionem natam, sed reuocabiliter: uel fortè fingitur non nata ex confeßione, postea secuta sententia. arg. ff. iudic. sol. l. cùm quærebatur. uide infra. eo. §. quæstio talis est. & §. pen. & supra. de confeßis. §. confeßis. §. confeßus potest & supra. ti. proximo. §. 3. uer. sententia uerò præcepti. uide infra. eo. dicunt quidam. & infra. de reg. iuris. §. item nota quòd in confeßis.

Appellatio debet interponi coram iudice à quo, si eius copia haberi non potest, debet appellari coram iudice ad quem, uel coram uiris honestis: ut in cap. appellatio. per Archid. Si uerò tantus est horror quòd loqui non audeat, habetur pro appellante. C. de rela. l. 1. secundum unam lecturam. In dubio potius statur appellationi quàm sententiæ. in capi. si à iudice. de appel. lib. 6. per Archid. & facit ff. de excusati. tuto. l. dicimus. in ratione sui. Et nota quòd appellatio est fauorabilior quàm sententia in principio litis: in medio est par: in fine autem est fauendum sententiæ, si acta patiuntur. ff. de euict. l. Herennius. §. Caia. Capitulum expensarum uenientium ex interlocutoria non refricatur per appellationem à diffinitiua: quia prosecutio expensarum nil facit ad negotium principale: ut cap. final. de appella. libr. 6. per Archid. Postquam iudex à quo dedit appellanti apostolos dimißorios, non potest reuocare interlocutoriam. Idem per Archid. Bal. An quando appellatur ab interlocutoria, quæ habet uim diffinitiuæ, uel eius uigorem, poßit appellari illico uiua uoce, et sine expreßione causæ grauaminis: uidetur quòd sic: ut notatur in cap. peruenit. extra, de appella. in Nouella. Et sic debet intelligi quod notatur ff. de appella. l. scio. uide infra. eo. §. si iudex pronunciat. Dubium fuit an sufficiat petere apostolos sæpius in eodem instanti. Et uidetur quòd non: ut notatur in simili ff. de pigno. actio. l. si conuenerit. Nam & qui semel petit, semper insistere uidetur. ff. de usuris. l. mora. ergo non sufficit semel: sed ter diuersis uicibus petere debet. arg. ff. de uerb. obl. l. qui Roma. §. cohærede. Sed contrarium est uerum. Bald. Dubium fuit an sufficiat porrigere scriptam & non lectam sententiam appellationis coram iudice. argum. quòd non. ff. de legatis 3. l. fideiusso. §. primo. C. de senten. ex breuic. recitan. lege prima. contra. ff. de excu. tuto. l. scire oportet. §. penult. hæc uera: tamen de productione huius scripturæ debet constare per publicum instrumentum, uel testes secundum Archidiaco.

Dubitatũ fuit an ualeat ista appellatio, appello ex nunc prout ex tunc, si non admiserit exceptiones meas. Et dic quòd non: quia tempore incongruo factum, non trahitur ad tempus congruum. l. fina. C. qui admittuntur ad bonorum poßeßio. Item hic non fuit ordo seruatus: quia grauamen præcedere debet, secundum Archidiaco. Dubitatur fuit an si dico, appello: & tu notarie scribas: an sit appellatio ĩ scriptis? Dic quòd nõ: quia appellatio est prius consignata quàm scripta. nam ista scriptura est de re facta, non de re fienda. Simile dicimus in sententia: ut not. in lege, prolatam. C. de sententijs. l. secunda. C. de senten. ex breuic. recitan.

Iudex appellationis, si iudex sententiam nullam pronunciat eam nullam: ut lege, quædam mulier. ff. familiæ erciscundæ: sed non pronunciat super principali libello, quando appellatur ab ordinario, sed remittit causam ad primum iudicem ordinarium. Ita dicit gloss. C. de appella. lege, eos. Huic consensit Iacob. de Aret. nisi sit nulla propter intolerabilem iniquitatem primi iudicis: quia tunc ad eum non debet fieri remißio. argumen. lege, eos. & hoc per legem, absentem. C. de accusa. Barto. dicit quòd non habet necesse remittere: sed potest pronunciare per legem, quædam mulier. familiæ erciscundæ. & per l. Carmelia Pia. de iure pa. & ff. de mino. l. uerum. §. ex facto. Bal. Ille qui comparuit, non debet recedere inexpeditus uel illicentiatus. hoc uerum, nisi superueniat impedimentum. tunc enim si est præcisum, ut febris, non erit contumax: ut l. quæsitum. ff. de re iudi. Si autem sit causatum, ut periculũ rei familiaris: tunc erit contumax: ut no. Archidia. in c. si postquam. de elec. lib. 6. & ibi per Ioannem Andr. in Nouella. Contra quos est quod no. Accurs. ff. de appella. l. ex consensu. §. fina. ubi colligitur quòd ille non est uerus con-

rus contumax, sed quasi contumax. & idem not. ff. si quis ius dicen. non obtempe. l. in fi. & ad hoc l. Fulcinius §. quid sit latitare. ff. ex quibus causis in posses. ea. et hoc est uerius. Bald. uide infrà de expen. §. penulti. suprà. de duobus. §. pe. & infrà eo. §. ueniens. et suprà de dila. §. 2. & de posi. §. an quis.

Qui casu impeditur appellationem prosequi, deserere non uidetur. C. de appel. l. præses. C. qui pe. tu. l. cùm à matribus. de pignoribus. c. significante. Et dicitur appellationem deserere qui non petit apostolos. Item qui petit, sed in termino statuto non comparet ad eos recipiendos. Item qui comparuit, & recepit apostolos, tamen intra terminū sibi præfixum non comparuit coram iudice ad quem. Nam potuit ei statui terminus ad appellationem introducendam coram superiore: ut no. in d. l. præses. sed non ad eam finiendam: ut no. eodem titu. l. 3.

Hunc autem in terminum appellationis introducente tres personæ præfigere possunt, scilicet appellans sibiipsi. Item appellans appellanti, scilicet cum eo iudice mutus concurrat. arg. l. qui de die. ff. qui satisda. cogantur. idem ipse iudex. & adde quod no. in c. cordi in uerbo, principis. per Archidia. & c. secundo de appella. in cle. Bald. De termino ad prosequendum, uide infra. eo. §. an appellans posit.

Lata est sententia de consilio sapientis electi de partium uoluntate, quæritur an posit appellari? Et dic quòd sic. C. de appel. l. 2. secundum lecturam secundam. Nam in causa appellationis potuerunt noua probari. C. de appel. eos. §. 1. & l. per hanc. C. de temp. app. A consilio autem non appellatur, sed bene contradicitur. C. de relat. l. 2. Si autem contradicitur, debet dari terminus ad iustificandum suam contradictionem: & si non potest eam iustificare, proceditur ad transmissionem puncti ad consilium sapientis. C. de relatio. l. 2. in fi. Et eodem modo proceditur, quando quis uult exēplificare acta, uel instrumentū cum autoritate iudicis, & extat contradictor. nam debet sibi terminus dari ad suam contradictionem iustificandam per d. l. 2. quæ hoc expressè dicit coniuncta. l. fi. eo. ti. Bal. uide supra. de legi. §. præceptum. & supra. de arbi. §. arbiter facit. Nota quòd dicit Inn. in c. cùm in iure peritus. de offi. dele. quòd si sententia est lata præsentibus & non contradicentibus partibus, & in ea continetur quòd lis sit contestata, &c. quòd creditur iudici, ex quo pars non contradixit nec appellauit. Et uidetur casus in l. fi. quando ap. sit. & glo. ordi. in l. 1. C. de relation. Sed contra tenet Ber. in c. quoniam contra. de proba,

& uidetur casus C. de relatio. l. fin. ubi dicit quòd per originalia debet fieri fides, id est per sumptum ex actis authēticis iudicis. C. de app. l. eos. §. super his in uerbo, exēpla. ut ibi per Bar. & non per nudam assertionem iudicis. et hoc uerum in his quæ desiderant figuram iudicij ut sunt decreta iudicum & arbitramenta arbitratorum: in quibus omnia præsumuntur solemniter acta quasi sint extraiudicialia, ut no. C. de fi. instrumen. & iure hasta fisca. l. 1. lib. 10. & per Innoc. extra de eo qui fur. or. susce. c. innotuit. & per Dyn. in consilio quod incipit, Ptolemaus Manentis. & in laudo arbitratorum fuit iudicatum quòd præsumeretur pro eo: & quòd probatio contrarij incumbat petenti reductionem. Sed in uera appellatione dic ut no. C. de ap. l. hi qui ad ciuilia. Bal. Vide suprà de sen. §. ubi apparet lata. & infra. de regu. iur. §. item no. quod decre. & Bar. in l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. in quæstione quæ incipit, quæro utrum arbitramentum. Bal. supra. de arbi. §. de emologatione. uers. ego uerò. Quæritur quis restituat minorem læsum in appellatione? Dic quòd in appellatione interponenda iudex à quo restituet. ff. de in integ. resti. l. pe. & fi. ff. de mino. l. si sine. §. fi. Sed in ap. interposita iudex ad quem: quia in eum fuit transfusa iurisdictio. C. quomodo & quan. iud. l. si præses quasi deserta. Sed contra hoc est: quia deserta app. statim sine aliqua pronunciatione redit iurisdictio ad primum iudicem. & no. C. de ap. l. eos. in princ. Sed respondeo quòd restitutio in integrum hoc facit: quia est de appendicijs appellationis. arg. ff. de procu. l. qui proprio. §. item quæritur. Item adhuc durat iudex in pronunciando super desertione. ut in c. fi. de ap. in cle. & hoc tenet Iac. Bu. in l. fi. C. ut intra certem. ubi est casus secundum Iaco. per gloss. Facit C. de ap. l. quoniam. in uerbo, mos. & l. si contra. in uerbo, rector. Primus tamen iudex animaduertit, unde uidetur quòd primo iudici sufficiat hoc perpendere ex gestis. uide infra. eo. §. appellatio potest corrigi. & §. quando quis pronunciat. Bald. An libellus primæ causæ posit emendari in causa appellationis? Dic quòd non: quia sumitur post litem contestatam in ueteri, ut no. C. de app. l. 3. Nam appellatio non rescindit litem contestatam: imò auget. C. de procura. l. ita demum. nec tollit effectus quos secum trahit litis contestatio: imò auget. ff. de admini. tuto. l. chirographis. §. ultimo. Bald. Pendente appellatione nihil potest innouari contra appellationem, sed uigore appellationis fit. Unde in causa appellationis fit sequestrum, ubi in prima sufficisset sola præstatio fructuum, ut no-

tatur C. de appellatio. l. 3. Item quod poterat fieri personaliter appellatione pendente nec fit per iudicem, ut ff. ut lega. no. l. postquam. §. Imperator. secundum Dyn. Item extra seu citra appellationẽ, bene poteſt aliquid fieri, ut notatur ff. mandati. l. creditor. in principio. B. Item an datio poſſeſſionis poſſit fieri pendente appellatione? Determinatum fuit Padua quòd non: quia ipſa datio poſſeſſionis eſt de ſubſtantia proceſſus, ut notatur in c. cùm M. Ferrarienſis. de conſtitutioni. per Ioannem An dream in Nouella. uide infra. eod. tit. proximo. §. an appellatione pendente. Caſus talis eſt: Habebam licentiam capi faciendi Titium debitorem meum: ab hac licentia Titius appellauit, & non fuit proſecutus intra tempus præfixum à ſtatuto: elapſo termino primus index uigore illius licentia facit eum capi ad inſtantiam meam antequam iudex appellationis pronunciaret appellationem eſſe deſertam: quæritur an ualeat captura? Nam licet captura non ſit executio, eſt tamen ei ſimilis: ideo uidetur quòd non poſſit pendente appellatione fieri, ut no. C. de ap. l. 3. in gl. parua. Sed uidetur dicendum quòd ualeat captura, ut no. C. de ap. l. eos. in prin. ſcilicet ſi tempus erat præfixum iudici & cauſa appellationis, ut C. ut omnes tam ci. quàm cri. l. 1. §. fi. facit de ap. l. ſi contra. uide ſupra. eo. §. condemnatus ad mortem. & infra. de ſolutio. §. 2. quòd non ſit incipiendum à captura debitoris, ſed primò debeat moneri, ut ſuprà. de citatione. §. citatio rei per capturam. & alia multa ad carcerationem permiſſa & prohibita, uide in remiſſionibus infrà ſcriptis, uidelicet ſupra. de contumacia. §. an excommunicationis. & de renun. et conclu. §. penulti. & de ſententijs. §. ſed an captura. & §. an poſſit quis capi. et §. Titius fideiuſſit. & ſupra. ti. proxi. §. creditor.

Nota quòd ſententia non debet formari niſi inter appellantem & appellatum: quia ſolus appellans & appellatus ſunt partes: licet alij præiudicetur, ſecundum Compoſtel. de electione. ſtatuimus. in uerbo, appellari. Bal. Dicit ſtatutum quòd homicida condemnatur in mille, & expellatur perpetuò de ciuitate: modò Titius fuit detentus: & tandem condemnatus de homicidio: à qua condemnatione appellat, & uult dare fideiuſſores ut relaxetur: nunquid poſſit? Et uidetur quòd non: tum quia in prima lite non dedit fideiuſſorem, et appellatione pendente nihil eſt innouandum: tum quia eſt pœna corporalis, ubi non interuenit fideiuſſor. Sed tu dic fideiuſſorem admitti. C. de ap. l. eos. §. ſuper his. & quod ibi no. per Cy. Secus ſi ueniret pœna imponenda in corpus, ut fuſtigatio, mutilatio uel mors; quia tunc non recipitur fideiuſſor: quia non poteſt fieri executio niſi in præſentem. Bal.

Quæritur quis debeat probare in cauſa appellationis? Reſpond. aut de iure communi eſt fundata intentio appellati: & tunc appellans debet probare. C. de ap. l. his qui ad ciuilia. & l. ciues. Aut eſt fundata de iure communi intentio appellantis: & tunc appellatus debet probare: quia iuris præſumptio transfert onus probandi in aduerſarium. ſecus in præſumptione iudicis: quia non transfert onus probandi niſi in ætate, ut no. ff. de mino. l. de ætate. Aut de iure communi neuter habet intentionem fundatam: & tunc aut uterque proſequitur appellationem, aut altera pars tantùm, aut neutra pars. Si utraque pars, ille probabit in cauſe appellationis qui & in prima cauſa: quia nullo iure cauetur quod interpoſitio appellationis transferat onus probandi ſeu probationis: & probabitur per acta primæ cauſæ. ff. de probatio. l. quoties. in fin. C. de appel. l. ampliorum. Item & per actitanda de nouo, ut l. eos. §. 1. & l. per hanc. C. de temp. appel. Si uerò una pars proſequitur, altera non: tunc proſequens debet in ſe aſſumere onus probandi: aliàs non poſſet ferri diffinitiua, ut notatur C. quomodo & quando iudex. authen. qui ſemel. ſed currerent fatalia, ſicut in caſu ſequenti. Aut nemo proſequitur: & tunc uidetur deſeri appellatio. Deſeri dico, ſcilicet ab appellante, non ab appellato, ut lata fuit ſententia temporibus diuerſis. C. eo. l. ſi contra. & l. quandoque. ſecundum Bar. in l. 1. ff. ſi tut. uel cura. ap. Dicit ſtatutum quòd iudex appellationis debeat diffinire caſum intra duos menſes: modò appellatio eſt deſerta. quæritur utrum teneatur pronunciare? Reſpond. non, ut no. C. de ap. l. eos in glo. not. ab. ſorma. Bal. Si procurator eſt uerus contumax in non ueniendo, dominus non priuatur iure appellationis: extra ut lite non conteſta. c. 1. per Innoc. Si autem procurator eſt contumax in non appellando, diſtinguitur aut procurator eſt ſoluendo: & tunc ſcientia & mora procuratoris noceret domino: niſi eſſet abſens ex iuſta cauſa: quia tunc poteſt petere reſtitutionem in integrum. Aut procurator non eſt ſoluendo: & tũc non nocet domino ſaltem ope reſtitutionis, ut l. 1. in fi ff. quando app. ſit. Et no. C. de ap. auth. hodie. & ibi Bal. Negligentiam procuratoris dominus recuperare poteſt. C. de app. l. dominus litis. Contra ſi procurator per malitiam appellauit, ipſe procurator de malitia punitur extra ordinem: ut d. l. eos. §. penul.

Condemnatus ad mortem appellat, cum detineatur in

tur in carcere, quomodo poterit prosequi appellationem? Respond. per procuratorem. Nam hac ipsa necessitas facit esse probabile. C. eod. l. eos. §. super his. & ibi per Guliel. Non obstat §. ad crimen. quia ibi loquitur in prima causa, non in causa appellationis, secundum Spe. in hoc titulo. vel est specialis in causa carceratoris, secundum Bart. C. de app. l. minime. Ipsi enim non sunt pro quolibet actu de carcere trahendi, & apud acta ducendi: argum. ff. ad Turp. l. dominus. sed tantùm ut respondeant libello, & vt torqueantur, & ut audiant sententiam. C. de custodia reorum. l. secunda. Bal. Sed ad cuius petitionem debeant recommendari in carcere? Dic quòd ad petitionem iudicis à quo, & iudicis ad quem: & sic utriusque interim, sed lata sententia tunc si absoluatur, debet dimitti de carceribus. Si autem condemnatur: tunc exequitur iudex ad quem, nisi fortè uelit remittere executionem ad primum iudicem, uel ex forma statuti ipse non habeat facti executionem: argumen. in authen. de sanct. episco. §. si uerò crimen. Si uerò appellatio non pronuncietur deserta: tunc primus iudex exequetur statim lapso tempore prosecutionis. C. de ap. l. si contra legem quoniam. & ita fit in terris ecclesiæ, secundum Bar. Vide suprà de procu. §. in criminalibus. Quære quando dicatur appellari incontinenti, ut sic sufficiat uiua uox dicentis, appello? Quidam dicunt quòd tota eadem die: quia dicitur incontinenti fieri quod fit ea die. ff. de re iudic. l. Paulus. sed illud quo ad supplendum, non quo ad contradicendum, ut C. de relatio. l. prima. in fi. Dico ergo quòd antequam recedat: argumen ff. de in integ. restitu. l. diuus. & contra prædictos habes tex. & gloss. ordi. in l. eos. §. penulti. C. eo. tit. Nota quòd illa regula, quòd ab interlocutoria non appellatur, habet locum in causis criminalibus, & in causis detentorum in carcere. C. de appel. l. eos. §. super his. & habes ibi casum ad literam. Bal. Nota quòd secundum ius ciuile apertura testium in principali causa, nihil impedimenti operatur in causa appellationis. C. de ap. l. eos §. 1. & l. per hanc. C. de temp. ap. Nō idem præstat maioribus appellatio quod minoribus restitutio: ergo, &c. ff. de mino. l. præses. coniuncta l. minor xxv. annis omissa. ita teneas de iure ciuili quod est seruandum in foro terrarum Cæsaris, sed de iure canonico dic ut in cap. fraternitatis. de testi. eodem titu Bald. Nota quòd procedit libellus per circumstantias non declaratas, ut l. si præfec. ff. de pœ. & l. quid ergo. §. pœna grauior. de insa. per Gul. & Cy. Quæstio talis est: Titius dicebat coram iudice quod ego debebam sibi dare centum: nec causam adiecit: ego confessus fui. unde iudex præcepit mihi ut soluerem: ab hoc præcepto ego appellaui, non possum uincere, nisi probem me errasse in facto, quomodo ergo uincam cum me non debere sit absoluta negatiua, nullis limitibus uel circunstantys uel circumlocutionibus coarctata: imò & si causa fuisset incerta, vt mutui, idem esset. nam nullo teste potest probari negatiua simpliciter. Respondeo, confessio naluit & præceptum. C. de annа. except. l. fin. Item & appellatio tenet. ff. de app. l. creditor. §. iussus. Quomodo autem fiat probatio, uide C. de erro. aduoca. l. secunda, in gloss. & ibi per Cyn. Sed pone cum indiscretè petitum & confessatum fuerit solui: postea iteratò conuenior causa adiecta: ego solutionem allego: Aduersarius dicit, non fuit hæc causa, sed alia: an iteratò ego cogar? Bar. dicit quòd non. & est casus pro eo extra de fide instrum. ca. cùm Ioannes. Iuxta hoc notatur quòd interdum petitur incertum causa & quantitate: interdum causa, & non quantitate: interdum quantitate, & non causa. Sic quod etiam tribus modis quis citatur super incerto, peto quod debes. Incertum peto causa & quantitate, sic si facio te citari quòd uenias responsurus de iure super eo quod mihi debes, incertam quæstionem continet citatio: tamen habet effectum: quia interrumpit præscriptionem in omni eo quod me sensisse declarabo: & si me non adstringo declarando, est interruptio generalis. Et sic indefinita petitio æquipollet uniuersali. Item peto decem quæ mihi debes: est incertum in quantitate, non in causa. Tamen est notandum quòd indefinita decem est apta comprehendere illa locutio, & citatur quòd ueniat responsurus de iure super decem ammodo non præscribetur in aliqua summa quæ constet ex decem. Item peto quod mihi debes ex causa mutui. certum peto causa, non quantitate: tamen hic nota quòd non in omni mutuo est facta interruptio si citatio eadem forma subsequitur: & sic comprehendit plures causas numero qui sunt eiusdem speciei seu tituli: non autem genere & forma: quia non sunt passibiles sub uerbis includi, ut not. C. de anna. exce. l. fina. & facit. ff de actio. emp. l. non est nouum. Sed quid si dico sic: peto quòd cogatis talem ad respondendum de iure mihi: & citetur reus quòd ueniat ad respondendum de iure: nunquid fit interruptio? Et uidetur quòd non: quia hic non fit

sit mentio debiti nec alicuius causæ generalis, id est obligationis in genere. unde iste non est libellus nec citatio generalis, licet magis sine causa. Facit quod no. ff. de exce. de. l. secunda §. circa. secundum Barto. *Vbi autem libellus & citatio cadunt super certo: circa illud operatur: & etiam circa eius accessorium: quando idem est finalis exitus controuersiæ, ut in personali & hypothecaria, ut dicta l. fina. & no. ff. de iudicijs. l. solemus. Sed quod prædictus libellus non procedat, & causa generalis sic probatur: sententia debet esse conformis libello, ut l. fin. C. de fideicom. lib. sed sententia non conformis erit nulla, vt hic erit: ut l. hac sententia. C. de senten. quæ sine certa quanti. ergo, &c. Sed respondeo: imò non erit nulla si ex alijs possit reddi certa. Item non est uerum quòd sententia debeat esse conformis libello in certitudine, ut dicimus quando petitur interesse. de inutil. stipu. le. 3. in fi. & no. in l. prima. C. de senten. quæ sine certa quanti. Item quandoque libellus excedit sententiam, ut l. prima C. si plures una sententia fuerint condemnati. & de fructibus & litium expen. l. terminato. quandoque sententia adijcit petitionem, uel modum, uel conditionem. C. de sententijs. l. cùm index. & l. cùm eorum. uel reseruationem, ut adiudico rem, saluo quod infrà, dicam. & postea adijcio quòd seruitutem reseruo. ff famil. ercisciun. l. item Labeo. §. 2. Quandoque deseruit libello: quia debet esse de re petita. ff. de arbit. l. nō distinguemus. §. de officio. Illud nota quòd licet sit petita condemnatio: sufficit si index pronunciat per uerba æquipollentia. de ap. l. eos. in princi. C. de sententijs. l. 3. ff. de uerb. obligatio. l. qui Romæ. §. Seia. & de arbitris. l. quid tamen. §. primo, uide supra tit. proximo. §. an ualeat præceptum. uer. his apparet. & infrà, eo. §. Titius appellauit à banno. Sed quæro quid si generaliter feci citari Titium, cum duo forent Titij? Dic quòd ille arctatur cui est præsentata citatio. Si autem non est præsentata alicui: quia fortè est facta per præconem: tunc dic quòd non arctat. ff. de iudicijs. l. eum quem temerè. scilicet si possit tangere utrunque. Sed si unum tantum, ut quia unus tantum contraxit uel aliquid fecit: tunc ille intelligitur citari qui de se cogitare debuit cum sciret se deliquisse, vel se defendere. nam & de hoc etiam iudex sensit. ff. de exce. rei iud. l. si ex testamento. & sic inuestigato crimine, ille intelligitur positus in banno qui meruit in banno poni. ff. de le. 2. l. si quis seruum. §. inter duos. & ita Florentiæ fuit iudicatum. Sed quæro cum libellus generalis non natura actionis, sed temeritate petitoris non concludat: quomodo super eo potest procedi? Respondet* Iaco. Butri. *in l. edita. quòd libellus generalis concludit iudici, sed non parti. falsum uidetur. Nam aut petitur specificari: & tunc non concludit iudici. C. de impu. & ali. substi. l. precibus. C. de transact. l. ut responsum. C. de uete. l. prima, libro duodecimo. Nec etiam parti cui non debuit ius deliberationis auferri, ut not. ff. de rei uendi. l. si in rem. §. fin. Aut non opponitur: & tunc utrique concludit quando proceditur per uiam contentiosæ iurisdictionis, sed si de plano, ut quando petitur decretum interponi, non ualet petitio informis, ut l. 1. C. de præd. cu. lib. 10. ibi dum dicit causas quibus strangulatur nominatim exponet. Idem fortè ubicunque iudicium imploratur contra ius commune ff. de mino. l. minor autem magistratus. Sed hic quæro quomodo est ita fatuus reus qui non opponit de incertitudine? Respond. quia scit se nil debere: unde de iustitia sua confisus non uult opponere dilationem, sed uenire ad conflictum in causa principali. Item fortè reus habet testes qui sunt affuturi. Nam si opponeret hanc exceptionem quæ impedit litem contestari, se impediret in productione testium. Nec obstat. ff. de testi. l. current. quia hic reus est in culpa opponendo dilatoriam iudicij. Si uerò uult eos posse producere, statim litem contestetur. Ita dicit gloss. in dicta l. fina. C. de anna. exce. quod nota. Sed quæro nunquid illa lex ultima C. de anna. exce. habeat locum in præscriptione statutaria? Dic quòd sic: quia habet locum in omni præscriptione longi temporis, & longissimi, ut ibi patet. Nec obstat finis illius legis, quæ uidetur loqui solum in præscriptionibus odiosis: cum non omnis præscriptio sit odiosa, sed imò quædam est fauorabilis, ut usucapio, in quo fauor possessoris ponderatur, & non interrumpitur ciuiliter per aliquem actum in effectu. ut l. si post. ff. de rei uendica. Quædam est media seu mista in qua ex parte præscribentis fauor inducitur: quia integratur ex tribus, scilicet titulo & bona fide, & continua possessione. C. de usuc. transfor. l. 1. §. tantummodo. meritò est fauorabilis. Sed ex parte negligentis est odium. nam negligentes sunt legibus odiosi. ff. ex quibus cau. ma. l. non enim quamdiu negligant. & de usufr. §. fundi. Quædam tantum odiosa, scilicet 30. uel 40. annorum. quæ non fauore præscribentis, sed mero odio non petentis in causa proceditur. non enim fauet lex furi: & tamen præscribit, licet assiduè*

assiduè furetur continuando. C. de anna. except. l. 1. §. ad hac. Quadam est sua natura currens, ut redhibitoria, & quanto minoris que interrumpitur litis contestatione, uel quasi. ff de eo per quem factum est. l. fina. & ibi per Guliel. & Cynum in additionibus. Praescriptio uerò statutaria est anomala. Nam si succedit loco praescriptionis 30. annorum, est odiosa tantùm: & interrumpitur missione executoris: non autem perpetuatur in quadraginta annis, nisi lite contestata, ut no. C. de prescri. 30. anno. l. sicut. secundum Richardum. Vnde si statutum dicit quòd debitum non possit peti ultra decem annos, ista praescriptio qua non tuetur possessorem, sed impugnat petitorem in actione personali, uel officio iudicis est merè odiosa? quia non mutatur natura, sed tempus: sic notatur in simili. ff. de condi. inde. l. qui exceptionem. Item si statutum dicit quòd immobilia praescribantur biennio, rationabile est statutum, ut l. 1. post princi. C. de usuca. transfor. tamen talis praescriptio est mista: quia succedit loco mista quae erat de iure communi decem annorum uel uiginti: & non interrumpitur nisi per litis contestationem uel quasi: uel moram litis contestanda. l. 2. C. ubi in rem actio. ff si quis cau. l. si cum. §. qui iniuriarum. Item si statutum dicit quòd mobilia praescribantur anno, est praescriptio merè fauorabilis. Item si statutum dicit quòd in redhibitoria datur per mensem tantum est prescriptio sui natura currens: quia temporalis est actio. Item si statutum dicit quòd executio instrumenti non possit peti post decem annos, odiosa est praescriptio ex mera negligentia non petentis: tum officium iudicis duraret 30. annis. ut not. C. de prascri. 30. annorum. l. fin. C. de anna. exce. l. prima §. ad hoc. Dico igitur legem ultimam. C. de anna. excep. generalem esse in praescriptione cuiuslibet temporis. & nota. & hoc est contra Iaco. Butr. qui dicit quòd lex illa non loquitur de processu causa, sed de processu ipsius citationis tantum. quod falsum est: quia praescriptio longi temporis desiderat processum ad litem contestatam: & de ea ibi apertè dicit. Item ibi addit de perpetuatione qua requirit litem contestatam. Item expressè ibi loquitur de libello conuentionali, non solùm de citatorio. Sed quaero anquid illa lex ultima habeat locum in illis casibus, in quibus per solam libelli oblationem factam iudici, uel per protestationem ad domum interrumpitur praescriptio: qui casus in l. ut perfectius. eo. ti. si in absente, in infante, mente carente, & magistratu indefensis qui citari non possunt? Respondeo sic per rationem dicta l. fin. qua dicit quòd actor omne ius suum uidetur in iudicium deduxisse. Qua ratio habet etiam locum, ubi per solum libellum fit interruptio in omni actione reali, personali, & mista: nam lex ut perfectius est generalis quo ad actiones & praescriptiones: ut patet in fine legis, licet sit specialis quo ad eas personas, qua in ius uocari non possunt. ff. de in ius uoc. l. neque. Bald. Et sic procedit libellus: dic, libellus informis, sic & iuramentum. ff. de iureiu. l. si duo patroni. §. pen. Item & confessio facta in iudicio. Sed extra iudicium confessio informis, ualet ad liberandum. ff. de pactis. l. tale pactum non ad obligandum. sed est ipso iure talis confessio nulla, licet promissio informis, id est sine causa esset aliqua, sed obstaret exceptio: ut not. Azo in corpore authen. de fide instrumen. in summa. Et est ratio differentia: quia natura confessionis est probare. ff. deposi. l. publica. in fine. & probatio debet esse clara: ut not. ff. deposi. l. prima. §. si quis argentum non sic in permissione. Bald. Et not. quod in dubijs condemnatio ad minimum redigenda est: ut no. in l. fin. ff. de prato. stipula. facit l. interpretare. & l. si prases. ff. de pœnis. Item not. quòd in causa appellationis potest declarari quantitas non declarata in prima. C. de senten. qua sine certa quantitate. l. fin. secundum unam lecturam. Item no. quòd processus super libello incerto, non est ipso iure nullus: sed est appellandum à contradicente. extra, de libelli oblatione. c. significantibus. Bal. Sed quid dices, ego appellaui contra minorem uel uniuersitatem indefensam: minor non curat habere curatorem, nec vniuersitas syndicum: unde ego non possum procedere. C. quomodo & quando iudex. l. si prases quasi desertam. & sic elapso termino, opponunt mihi appellationem esse desertam: quaritur, qua erunt partes iudicis: & quid si appellatus est furiosus? Respon. iudex coget minorem petere curatorem. C. qui pe. tu. l. prima, & uniuersitatem coget facere syndicum: de fideicommis. l. libertati. ergo furiosum non coget: sed monebit iudicem furiosi, & mandabit eidem quòd ordinet curatorem, quod est notandum. C. de admini. tut. l. fin. §. 1. & ibi est casus. Bald. Si iudex pronunciat aliquid esse probatum, uel non esse, ab ista interlocutoria potest appellari. Item si iudex pronunciat terminum iuris esse elapsum. Ista enim est interlocutoria. tamen potest appellari. ff. de accu. l. Titia. Item post terminum iuris, non appellatur: post terminum iudicis,

iudicis, sic: quia terminus iuris est quaedam sententia legis & à lege non appellatur. Item terminus iuris statutus in prima causa, afficit in causa appellationis. secus in termino iudicis. Item licet interlocutoria habeat uim diffinitiua, tamen causa est alleganda in appellatione. de app. dilecto. omnia ista dicit Speculator in c. cupientes. de electione. libro sexto, in suo apparatu. Bald. Vide suprà eod. §. quando appellatur. Item lex, per hanc. C. de tempo. app. non habet locum in appellatione ab interlocutoria. Idem Gulielmus. Etiam uult Speculator quòd sententia lata super appellatione, ab interlocutoria sit interlocutoria. Vide in l. cum & nos minores. C. si aduersus rem iudicatam. & ibi Bald. Nota quòd habens priuilegium reuocationis uel immunitatis, uel libertatis, uel alterius exemptionis, debet ipsum allegare & allegatum probare: & si reijcitur, debet appellare. & hoc est uerum in priuilegio extrauaganti, quod non est clausum in corpore iuris. C. de appel. l. hi, qui ad ciuilia. Item est verum, etiam si priuilegium sit manifestum: secus si notorium. Nam notorium probatione non indiget dicet clara, prompta, & facilis sit: ut l. ciues & incola. C. de app. in tex. Vnde si quis allegaret aliquem usurarium manifestum, debet probare: argu. dicta legis. An autem sit manifestus, habet iudex arbitrari ex additis coherentijs: puta quia publicè fænerabatur & putabatur: uel quod aliàs fuerit declaratus usurarius, & similia. Esse enim manifestum est quaedam qualitas. Facit cap. quanquam. de usuris. libro sexto. Notoria autem non indigent probatione: quia sunt luce clariora. Indigent tamen propositione: quia oportet dicere quod quis uelit uti notorio: ut notatur in c. appellanti. de appel. in Cle. & adde ad praedicta quod not. Iuno in c. 1. de sepul. in Clementi. & facit. C. de senten. & interlocu. omni. iud. l. cùm sententiam. C. de appel. l. nominationes. ff. quando appellandum sit l. 1. §. adeundi. super uerbo, in publico. cum similibus. Vide infrà, de notorijs criminibus, §. citatis. & de citatione. §. citatio est nulla. & uide ad materiam ut lite non contesta. accedens. Bal.

Incipiunt notabilia Codicis super Rub. de Appellationibus.

PROCVRATOR Ad unam speciem constitutus potest appellare, sed non prosequi appellationem. C. de procura. lege, tutor malè. Bal. Appellatio non debet esse causa carcerationis. C. de appellatio. l. minime.. Priuilegium impetratum circa conclusionem causa, uel in causa appellationis, non ualet. l. ex illo tempore. de appellatio. Bald. Causa quae est in curia per appellationem, uel alia deuolutione, debet remitti plenè instructa cum omnibus actis & monumentis causa. l. nec causas. C. de ap. Baldus. Dicit Imperator quod debet à sententia appellari: sufficit appellare à capitulo principali sententia. C. si pendente ap. mors interuenerit. l. 3. Bald. Si aliquis est impeditus ut non possit appellare, non currit sibi tempus: quia est utile à principio: imò habetur pro appellante, ut notat Cy. in l. 2. de his qui per met. indic. non appel.

Interpositio appellationis elidit uim executionis, ut l. quoniam. C. de appella. tamen ut non detur. appellantibus materia differendi, si non petunt apostolos, uidentur appellationem deseruisse: ut dicta l. quoniam. Hac est ratio: quia lex habet appellationem pro deserta, ne dilatandi materia praebeatur. Facit lex secunda. C. de tem. ap. in princi. Bald. Appellatur à uicario praefecti pratorio ad ipsum praefectum. C. de ap. l. à proconsulibus. Regulariter contra. C. de ap. l. praecipimus. in princi. & c. primo. de consuetudine. libro sexto. Bald. Apostoli sunt dandi intra triginta dies à die sententia, non à die appellationis numerandos. C. de appel. l. iudicibus. Bald. Causa remittitur ad partes ne litigantes nimis grauentur. C. de appel. l. cùm post sententiam. Baldus. In consilio publico debent creari & publicari officiales: aliàs non ualet. C. de appel. l. nominationum. Bald. Appellatio potest corrigi & emendari, si tempora suffragantur. C. de appel. l. si quis libellos. Vide Gulsel. ff. qui satisdare cogan. l. arbitrio. Baldus. Vide infrà eod. §. quandoque quis re. & suprà. § quando causa est in curia. & infrà §. petij à te bouem. & §. qualis est libellus. in fi. Tortus uel uerberatus illicitè appellando propter istud grauamen eximitur in totum à potestate torquentis & tota causa ad superiorem deuoluitur. C. de app. l. si quis prouocatione. Non est iniustum quando appellatur à grauamine. Nam idem si ab interlocutoria cùm appellatio est iusta. C. de rebus credi. l. generaliter. §. si iudex. Item nota quòd licet praeposterum sit prius appellare quàm grauetur: illud est uerum, nisi grauamen esset irreparabile: quia tunc posset dicere, appello ne grauer, ut dicta l. si quis prouocatione. & de appel. recipi.

recipi.l.antepenulti. & C. eod .l.antepe. Bald. Ab executione non appellatur, sed ab excessu executionis sic. Et exceditur re & tempore. l. si quis prouocatione. & l. quoniam iudicis. de appella. Nam executio nil decidit: & ab eo quod nil decidit, non appellatur. Ratio colligitur ibi. Baldus. Quandoque quis renunciat appellationi factæ, non tamen simpliciter, sed emendando, uel mutando, uel nouam appellationem geminando, & ipsam solam prosequendo, quandoque simpliciter renunciando. Primo casu renunciat appellationi, sed non iuri appellandi. Secundo casu in totum renunciare uidetur. Vtrunque probatur C. de appella.l. si quis libellos. secundum diuersas lecturas. Ergo apparet quòd non semper est idem renunciare appellationi quod renunciare iuri appellandi. quod est notandum. Vide supra §. appellatio potest corrigi. Bald. Appellationem potest prosequi non solum appellans, sed etiam appellatus. C. de appella.l. ampliorem. in princ. Bald. Et sic ex appellatione quæritur ius tam appellanti quàm appellato. quod est notandum. Et uterque potest eam introducere.C.eo. titu. l. in offerendi.ff.de bo. pos.contra tabu.l. si post mortem. in fi. Bal.

Dicit statutum quòd appellans debeat soluere à principio duos denarios pro libra eius, quod æstimatur lis. Modò pone, æstimatores æstimauerunt litem centum: postea in calculo sententiæ apparet quòd lis est ducentorum: unde dicit appellatus se non posse succumbere: nisi in centum: quia pro alijs non est solutum decimum duorum denariorum pro libra (quod Perusij corrupto uocabulo decimum appellatur): quæritur quid iuris? Respondeo, ista æstimatio rectè facta à principio, non restringit ius partis, nec auget: nec ergo impedit quin iudex sequendo ueritatem de toto pronunciet. C. de appella.l.fina.in fin. Bal. Vide infra. de regu.iur.§. ubi non proceditur. post medium. Dicit statutum quòd reportans sententiam condemnatoriam contra reum soluat intra decem dies à die sententiæ duos denarios pro libra: aliàs sententia non ualeat. Modò ponamus quòd sententia est lata sine certa quantitate in expensis uel in generali uel in uniuersali iudicio: quæro quando incipiat tempus decem dierum? Respondeo, à die taxationis expensarum, & à die declarationis in iudicio uniuersali. Nam ante non est certa quantitas: tunc enim sententia inspicitur: quando ex eius tenore quantitas est liquida. aliàs si non est liquida oportet quòd primò liquidetur. C. de appella.l. in offerendis.ibi dum dicit: si sententia iudicis discernendum. qui textus est ad hoc multum notabilis. & l.fina.eodem titu.Bald. Magis dignum trahit ad se minus dignum .C. de appella.l.præcipimus.§.penult. & sic est argum. quòd si in eodem collegio sunt clerici & laici: episcopus sit iudex totius collegij, & non iudex secularis & de hoc no.extra de locat. capitu primo.Bal.

Quidam est episcopus & dux: fert sententiam in temporalibus ut dux: an appelletur ad Archiepiscopum, an uerò ad Regem? Videtur quòd ad Regem: quia non iudicat ut episcopus, sed ut dux. Nam inspicitur qualitas iurisdictionis, non qualitas dignitatis.argumen.ff.de offi. eius.l.& si prætor. & uidetur ibi casus, & ibi per Guliel. C.de appell.l.e.pe. In contrarium facit: quia ista iurisdictio facta est ecclesiastica & episcopalis, ut in c. Romana.de appel.lib.6.Non obstat lex, si quando. quia ibi erat dignitas sine iurisdictione, quæ non consideratur.hic uerò sedi & dignitati erat annexa iurisdictio.Baldus.

Dicit statutum quòd à laudo mercatoris non possit haberi recursus. Modò compromisimus in Titium qui non erat mercator tempore compromissi, sed postea est mercator tempore laudi: quæritur an poterit haberi recursus? Videtur quòd non: quia ad autoritatem sententiæ firmandam inspicitur tempus sententiæ.C.de appel.præcipimus.§. sanè. uide ibi per Barto. Tempus currit absenti à die notitiæ, præsenti statim à principio.C.de tempo.appel.l.prima.

Quæ differentia est inter hos sermones: appellatio suspendit pronunciatum: C.de app.l. præcipimus.§.in offerendis. & appellatio rescindit pronunciatum ff de infa.l.fur.§. fina. ff.ad Turpil.l. 1.in fine? Respon. aliud est suspendere: aliud est perimere, ut no.ff.de pact.l.si unus.§.1.de consuetudine.c.cùm inter.per Innocen. Nam si suspenditur, tunc finita appellatione resumit uires prima sententia inspecta ueritate: & meretur executionem. Si perimitur, non potest reassumere uires, nisi per fictionem: & lex non fingit, nisi in casu quo appellatio deseritur: quod est in quatuor fatalibus. Primum fatale est si non petuntur apostoli intra 30.dies.C.de appel.l.quoniam. Secundum fatale est si appellatio non introducitur intra terminum præfixum. C.de appe.l.præses. Tertium fatale est si non sit prosecutio intra annum. C. de temp.appel.authen. ei qui. de quo anno eximitur tempus compromissi.C.de temp.appel. auth. si ta-

men. quod est notabile. Quartum fatale est conuentionale. ff. de pactis. l. tale pactum. §. qui prouocauit. & ibi plene per me in repetione. ergo per confirmationem expressam non reassumit uires prima sententia: quòd mirum uidetur ut confirmatio non tribuat confirmato robur. contra l. Aurelius §. testamento. ff. de libe. lega.

Si enim affert robur: ergo & executionem meretur. Sed respondeo per legem, si quis priore. ff. ad Trebel. secundum Iacob. Butrig. uide infra eo. §. qui compromittit Bald. Quando causa est in curia Romana per appellationem, omnia demò possunt actitari, suppleri & emendari. C. de appel. l. in referendis. §. fina. & l. ampliorem. §. primo. secus si sit in curia per relationem. C. de dilationi. l. cum à nobis. C. de appella l. ne causas. Bal.

An appellans possit sibi decernere & statuere tempus & terminum appellationis prosequendæ, not. C. ne li. in una eademque cau. l. prima uide infra eod. §. qui casu.

Officium iudicis appellationis est magis latum, quàm officium iudicis causæ principalis: quia iudex appellationis potest pronunciare ex causa non intentata in libello appellatorio. ff. de ap. l. scio. secus in iudice primæ causæ. Secundo quia iudex appellationis supplet ultra id quod petitum est. quod non potest iudex primæ causæ. Instit. de actio. §. si minus. uerbi gratia: Petij à Titio centum: iudex condemnauit eum in quinquaginta, in alijs absoluit. Titius dixit, appello quatenus sententia est contra me: & prosecutus est Titius me absente: iudex appellationis potest emendare sententiam, & condemnare eum in centum: & sic condemnat me non petente. C. de ap. l. fin. in principio. Hoc etiam nota quòd appellatus potest in causa appellationis prosequi omne ius suum: etiam absque libello. Et quia licet appellans dicat, appello quatenus sum læsus: tamen tota causa deuoluitur ad iudicem appellationis: quia appellatio est communis: ergo non potest ei renunciare appellans inuito appellato. arg. ff. de bo. pos. contra ta. l. si post mortem. §. fin. Et hoc est uerum, postquam est introducta coram iudice ad quem: sed ante sic. C. de appel. si quis libellos. Et facit quòd licet quis dicat, produco instrumentum quatenus facit pro me: tamen inde possit se iuuare aduersarius suus. de hoc not. ff. de edend. l. 1. §. 1. C. de fide instrum. authen. ad hoc. & de censibus, cum olim. per Innoc. Item in causa appellationis ualet confessio facta iudici absente parte: quia iudex supplet, ut d. l. ampliorem. §. 1. & potest supplere stando & sedendo. C. de temp. ap. l. 2. in fi. secundum naturam actionis quam explicat. Vide Ber. extra de postul prælat. c. bona. & ff. de interrog. actio. l. noluit. §. 1. uide suprà de senten. pas. per totum. & infrà tit. proximo. §. egi ad centum. & infra eo. §. iudicium dicitur inchoari. uersicu. & ratione. §. petij à te decem. & §. an inuito appellato.

Quando tempus præfigitur instantiæ, computantur etiam dies feriati: nec differtur terminus si ultima dies est feriata. C. de tem. ap. l. secunda. §. fi. Et si Potestas debet expedire processum intra mensem ex forma statuti. si ultima dies est feriata expediat die præcedenti non feriata: aliàs incidit in pœnam statuti: nec enim fit prorogatio termini dati à iure seu constitutione, licet feriæ incidant. not. Bald. Et hæc facit pro intellectu cap. de causis. de officio delegati uide infra eo. §. quando terminus. An inuito appellato possit appellans appellationi renunciare? Dicit Cynus quòd non C. quando prouoc. non est necess. l. omnem honorem. §. fi. sed ibi loquitur in differente, non in renunciante. sed ad idem facit: quia ius est quæsitum appellato. C. de tem. ap. l. ampliorem. & de contracta. l. si post mortem. §. fin. In hoc dicit Specu. quòd re integra potest: secus re non integra. C. de ap. l. si quis libellos. Idem notat ipse in c. quamuis. de elect. lib. 6. in suo apparatu. dic ut ibi. Bald. Vide suprà §. officium iudicis. & infra tit. seq. §. ille qui acquisiuit. & infrà de libel. conce. §. actor non potest. Interrogatio & positio semel facta non debet iterato fieri, nec parti nec testi. C. de ap. l. ampliorem. § fi. Bal.

In dubio præsumitur & statur pro iurisdictione. C. de ap. l. ampliorem. §. fi. Bald. Quando ius commune imploratur ut reparatio, non est necesse partem citare. C. de tem. ap. l. secunda ibi: admoneri. Bald.

Terminus legalis non est alicui necessario notificandus: quia notum est uel esse debet. dict. l. 2. ut ibi not. Bald.

Dilationes non sunt inculcandæ: & ideo una post aliam cedit, nec conceduntur eadem l. in glo. si reparationis. uide suprà de dilatio. §. una dilatio. Bal. Prorogatio dilationis non est necesse quòd allegetur in termino prorogato, sed sufficit in termino progante: ibidem.

Si appellatio deseritur post tempus quadrimestre, nulla dantur reo inducia. dicta l. 2. §. quod si ab. in glo. sed nomne. Bald.

Si nemo prosequitur appellationem, ea deserta potest primus iudicium exequi, licet non sit declarata appellatio deserta: in eadem gloss. quæ dicit quòd

non est opus pronunciatione. & subdit rationem: quia non venerat pars ad iudicem quod est not. dignum. Bald. Vide suprà eod. §. casus talis est & infrà eod. statim. §. iudex. & in §. si iudex appellationis. & suprà §. quando tempus. Quando terminus est statutus ad finiendum processum, iste terminus non prorogatur propter dies feriatos. ut dicta l. feriatos. & dicta l. 2. versi. penult. Bal. Iudex ex officio suo potest opponere & renunciare instantiam & appellationem desertam, ut d. l. 2. §. fi. quod not. bene, uide supra proxi. §. si nemo. Bald. In culpa est qui patitur sibi labi dimidiam partem termini, & nil fecit: uidetur enim se arctasse. C. de tem. app. l. nemo. Bald. Possunt repelli instrumenta quæ producuntur nimis in fine temporis, ut dicta l. nemo. in fine. quod notat Baldus. In causa appellationis contumax etiam victor condemnatur in expensis. C. de tem. ap. authen. ei qui. Quatuor sunt casus: quandoque prosequitur appellationem uterque: quandoque appellans tantum: quandoque appellatus tantum: quandoque neuter. idem Bald.

Ille qui compromittit non uidetur renunciare liti uel instantia: & pendente compromisso non currit tempus iudicio nec partibus ad procedendum, nec iudici ad expediendum processum. C. de tem. appel. authen. si tamen & extra de appel. & c. quamdiu. in clemen. uide suprà quæ differentia est. & suprà de legibus. §. tempus. Bald.

Coram principe non perit tempus instantiæ. C. de tem. ap. authen. sed lis. quod nota. Mora iudicis non nocet parti, nec inducit desertionem appellationis. C. de temp. appel. authenti. si tamen. Idem in tempore statutorum. Bald. quia procedenti & diligenti non imputatur lapsus temporis: & ut de diligentia appareat protestatur. not. Bal. Id in quo prima sententia non efficit secuta appellatio non deuoluit. C. de tem. app. l. per hanc. secundum Iaco. But. & Cyn. & in hoc stat uirtus illius legis: quia illud dicitur nouum ad quod sententia non extendit suum uigorem: & illud dicitur annexum quod excluditur per rem iudicatam, ut sunt exceptiones, replicationes, & similia, secundum Iaco. But. & Iaco. de Rauen. uide suprà de excep. §. Vincentius.

Positiones facta post litis contestationem in causa principali, possunt mutari in causa appellationis, & admittitur uariatio: ut si egi rei uendicatione, & in prima causa uolui probare dominium per sententiam uel per traditionem: nunc per præscriptionem, ut not. in d. l. per hanc. sufficit enim sub libello includi, ut not. in l. per hanc. in glo. & Iaco. Et de ista materia habemus quinque. ff. quod cum eo. l. fina. C. de ap. l. eos. §. 1. & in l. in offerendis. §. fina. & l. ampliorem. §. 1. l. per hanc. Iaco.

Etiam si ab interlocutoria appellatur, potest appellans de iure ciuili uti nouis probationibus. l. per hanc. per Cynum in 3. q. De iure Canonico dic ut in cap. appellanti. de ap. in cle. uide supra eo. §. nota quod secundum ius ciuile. Ille qui appellat habet necesse producere sententiam. l. per hanc. C. de tempo. ap. & ibi per Cyn. q. 4. de fide instru. cap. G. perpetuus. per Innoc.

Vtrum in causa appellationis procedat renunciatio, dicta l. per hanc. per Cynum. Vtrum appellatio in causa conuentionis, retardet processum reconuentionis, in l. per hanc. per Cynum.

Quid est dicere quòd ille qui generaliter sine ulla coarctatione coegit, uideatur deducere omne ius suum. C. de annæ. except. l. fina. respond. primo præsens & futurum. de re iudi. cap. Abbate sane. libro 6. & nota. per Azo. C. de tempo. appell. l. per hanc. Sed tu dic quòd non uidetur intentare nisi ius quod habet de præsenti. ff. de act. empt. l. non est nouum. non autem futurum, nisi sit præsenti coniunctum, uel à præsenti originem trahat. ff. de pigno. act. l. si rem. §. fi. & per Dyn. Institut. de actio. §. 1. & hoc uerum in actore. Sed reus uidetur intentasse etiam futurum: quia reo prodest etiam exceptio quandocunque oriens. ff. de condictio. sine causa. l. si fullo. Sed ego dico quòd sicut non prodest actori talē causam allegare, licet postea superueniat uera: sic nec reo, sed debet de nouo allegari. Vnde si reus allegauit exceptionem pacti nondum facti, & postea fiat pactum: denuò excipi oportet, sicut & agi. Nam exceptio obiecta fuit falsa, & super causa falsa non potest fundari uictoria rationalis. ff. de peculio. l. eo tempore. Bal. Vide infra. eo. §. incidentia omnia. & §. petij à te decem. Bal.

Casus talis est: Egi contra Titium ad mille certi condictione ex mutuo: produxi contra eum decem testes ad probandum: publicato processu apparet quòd unus tantum probauit: iudex propter inopiam probationis absoluit reum: ego appellaui, & in causa appellationis uolo producere unum alium testem ad habendum plenam probationem: quæritur an possim.

Item quæritur: agebam ex testamento per sex testes: iudex absoluit reum propter inopiam probationum. C. de testamen. l. si unus. Appellaui, & in causa appellationis uolo probare per septem testes: quæritur an possim? Et uidetur quòd non,

 tribu

tribus rationibus: Primò: *quia post didicita testificata timetur subornatio. in authent. de testibus. §. quia uerò. & ista suspicio non remouetur per appellationem: ergo durat prohibitio. Secundò quia causa appellationis & causa principalis sunt circa idem: & appellatio tollit pronunciationem de medio. ergo quod non licebat ante sententiam, nec nunc licet. ff ad Turpil. l. prima in fine. Tertio quia ridiculum esset prohibere in prima causa, si permitteres in causa appellationis. Nam ob istud commodum semper uictus appellaret. Iustius esset ergo permittere in prima quàm dare occasionem noua liti. argumen. C. de fruct. & lit. expen. l. terminato. in fine. Quartò hoc dicit in textu in cap. fraternitatis. extra de testibus. & in clemen. de testibus. eodem titu. In contrarium probatur sic: ille qui nullos produxit testes, & sit in latiori negligentia, potest in causa appellationis eos reproducere, & nil probans totum probare: ergo multo magis aliquid probans poterit supplere quod deficit: uel saltem ista debent ut paria iudicari nil probasse, uel insufficienter. C. de appel. l. ampliorem. §. 1. Nam si maior negligentia non officit: ergo nec minor. Hoc probatur in l. per hanc.*

Secundo sic: causa appellationis est diuersa à prima, accipiendo causam pro processu, prout diffinitur. C. de transact. l. causas. & l. penulti. ff iudic. sol. Sed probationes sunt de processu causæ: & nouus processus desiderat nouas probationes: ergo sic qui probauit in ciuili per testes, iterato probat in criminali, & qui probauit in personali, iterato probat in hypothecaria, ut not. C. ad l. Aquil. l. ex morte. & de probat. l. ante omnia. Tertiò sic, sicut se habet processus arbitrij ad processum iudicis, sic se habet processus primi iudicis ad processum alterius iudicis, id est iudicis appellationis: ergo, &c. ut l. penult. de arbitris. & C. de tempo. appel. l. fi.

Quartò uidetur casus C. de appel. l. eos. §. 1. & l. in offerendis. §. fi. l. ampliorem. §. 1. C. de tempo. appel. l. per hanc. Solutio. In foro Iustiniani est uera ista secunda opinio, sed nō in foro ecclesiastico. Prima tamen opinio Legistarum ratione praualet: quia testes in causa appellationis producuntur ad nouum effectum, scilicet ad confirmandum sententiam uel infirmandum. Nam magnus est iste effectus ultra terminos prima obligationis ascendens. Patet exemplum ff. de excep. rei iudi. l. duobus. C. si plures una sententia. l. prima. Nam alterato effectu recipitur noua probatio. ff. de excep. l. sed si exceptio. Nam & decre. dicit hic quòd testes ante litem recepti, ut aliquis admittatur ad contradicendum: postea repetuntur, ut admissus uincat: quia uariatur effectus. extra de testibus cap. uenienti. lib. sexto. Sic & testis receptus super inquisitione informanda, iterato est producendus super formata. Sed potest responderi quòd ante litis contestationem non recipitur in figura iudicij. ff. de bono. possess. l. 3. § penult. & ideo non dicitur rite receptus quo ad negotium principale. Facit quod notatur in l. 1. C. quorum bono. Bald.

Sed pone, Titius accusatus de homicidio, confessus est homicidium, sed excusando se nisus est probare quòd fecit ad suam defensionem: & quia hoc non probauit nisi per unum testem, condemnatus fuit: in causa appellationis uult per unum alium testem defensionem probare: & sic ex coniunctione duorum testium habeat probationem: nunquid potest secundum ius ciuile quod est æquissimum, ut pleniori lumine subueniatur ueritati? sed dico quòd licet non possit pars: tamen iudex ex officio potest & debet, ut not. Innoc. de testi. cap. cum clamor. quod est notabile. Et hæc est notabilis limitatio ad cap. fraternitatis. de testibus. Bald. Sed nunquid iudex qui condemnauit ex inquisitione potest defendere suam sententiam in causa appellationis? Respondeo, sic: quia lex eum uocat aduersarium. C. de appell. l. si appellatus. Hoc est uerum: tamen ex gestis coram se in prima causa: non ex alijs: quia ex illis tantum debuit se fundare, ut nota. in l. illicitas. §. ueritas. ff. de offic. præsid. Nam iudex qui male condemnauit, prætendit interesse, cum teneatur ad interesse, ut l. seueriter. C. de excusat. tuto. Bald.

Non propositum & non oppositum proponam & opponam. proponam ego actor: opponam ego reus si ex eadem lite sit. Secus si sit nouum capitulum, ut l. per hanc. Quid est dictum nouum capitulum, dicit Ioannes, id est nouum ius. Dicit Azo, id est noua res. Tertij dixerunt, id est noua causa non orta, sed intentione. Bald.

Sed an sufficit aliquid probare, licet non opposuerit. Dic ut not. ff. de pactis. l. si unus. §. pactus. Bald. Vide infra statim §. petij à te bouem.

Petij à te decem actione ex mutuo: lite contestata mutuaui. debet iudex condemnare te ff. de pigno. act. l. si rem. §. fin sed si appellaui, & procedente appellatione mutuo non prodest secundum Ioannem: quia est nouum ius, non idem inclusum sub primo processu. Glo. dicit quòd etiam in primo iudicio non prodest. ff. de indi. l. non potest.

Distin-

Distinctio ergo de primo & secundo iudicio est falsa: tamen uerum est quòd ad iudicem appellationis, hoc non pertinet capitulum: & hoc ex parte actoris. Sed ex parte rei sufficit ius superueniens. ff. de condi. indeb. l. eleganter. §. si quis tamen. Interdũ nec reo sufficit. ff. de rei uendi. l. si post. & de condi. furti. l. & ideo. & tunc nec reus potest introducere hoc in causa appellationis: quia ex hoc non consequitur defensionem. & adde quod not. Cyn. in l. 1. C. de ali. iu. mu. causa fact. uide supra eodẽ. §. quid est dicere. Petij à te bouem, es absolutus. Appellaui, & in causa appellationis uolo probare quòd debes aestimationem, uel asinum: non possum: quia est nouum capitulum impertinens: nec potest mutari libellus in causa appellationis, secundum Azo. sic: & defensio rei debet esse de re quae petitur, non de alia re. Facit ff. de arbitris. l. non distinguemus. §. de officio. & hoc uerum dicit Azo. Bal. Sed si mutatur causa circa eandem rem: hoc potest fieri in causa appellationis. Verbi gratia: Egi rei uendicatione, & sum prosecutus titulum emptionis in prima causa. In causa appellationis possum prosequi alium titulum: quia generaliter egeram: & sic includebatur sub libello. Et licet fecerim malam positionem in prima causa, possum eam emendare in causa appellationis: quod not. Secus si non includebatur in libello, ut dixi. Sufficit ergo eam includi sub primis actis petitorijs, licet non includatur in probatorijs in prima causa factis, secundum Azo. Nouum enim capitulum dicitur cum rei uel causa mutat quod non corroborat ius actoris uel rei circa idem quod in iudicio est deductum. nouum capitulum non dicitur quod oritur ex eadem causa, uel circa eandem causam incidit. Bald. Vide infra statim. §. egi contra colonum. & supra appellatio potest porrigi. aliàs corrigi & omnino infra eod. §. qualis est libellus opposuit. Illud quod excluditur per aperturam processus. & dedicita testificata, non potest postea probari, sed si excluditur per sententiam, sed non excluditur pro processum testium, sic. & hoc de probatione testium sed per instrumenta omnis probatio pertinens ad causam admittitur: impertinens uero non admittitur. Et not. quòd sufficit dominium simpliciter probari per praescriptionem, ut not. in d. l. per hanc. ff. de exceptio. rei iudi. l. si mater. §. eandem. per glo. & Dynum. & Iacob. Butrig. Institut. de actio. §. primo. Bald. Egi contra colonum actione arborum furtim caesarum: in causa appellationis uolo prosequi actionem ex locato, non possum: quia est nouum capitulum. Item ubi actiones electione tollerentur, non possum ratione electionis, secundum Iac. Reus opponit exceptionem pacti in causa principali: in causa appellationis uult probare exceptionem non numeratae pecuniae: non potest: quia est nouum capitulum. Hoc uerum si iudex pronunciauit super exceptione eam non obstare. secus si condemnauit in principali per hanc regulam: quia illud dicit nouum capitulum quod non excluditur per sententiam. Vnde cum in hoc sententia non officiat nec grauet appellatio, non proficit. ff. de institut. l. habebat. ff. de pact. dotal. l. Beblius. Illud non dicitur nouum quod excluditur per rem iudicatam, secundum Iacob. de Ra. Ia. But. Pe. & Cyn. Incidentia omnia in causa appellationis probari possunt. Iac. Si conditio debiti extitit in causa appellationis, potest eam actor allegare: quia oritur ex ueteri causa. ff. de condi. furti. l. seruus. in princip. ff. de pig. act. l. si rem. §. fin. Idem si pendente appellatione extitit conditio liberationis: potest hoc reus allegare: quia oritur ex ueteri causa. ff. de condi. furtiua. l. si seruus. in principio. Item si pendente appellatione factum est pactum actori de petendo, potest illud allegare & probare: quia est accessorium causa. ff. de pact. l. tale pactum. §. 1. Econtra si reo est factum pactum de non petendo, potest id allegare. ff. de condi. indebi. l. eleganter. §. si quis. Reus ergo ad originem exceptionis, sed actor in replicatione fundanda non ad originem petitionis, nisi retro fingatur ex ueteri causa, poterit allegare talia. Vide suprà §. id quod excluditur. & suprà eod. §. quid est dicere. Bald. An pendente appellatione possit mora uel contumacia purgari, nota. in l. 1. in princip. ff. de actio. empt. l. si cum exceptio. §. hoc autem actio. ff. quod me. causa. & uide Cy[illegible] C. de transact. l. si maior. Bald. Super u[illegible]o libello non ualent duae sententiae diffinitiu[illegible], nec contrariae, nec similes, sed tantum u[illegible]et prima, si fuit rite lata. C. quae sen. sine [illegible]appel. rescin. non poss. l. 1. C. de senten. & in[illegible]erlocut. omnium iudic. l. post sententiam. ff. d[illegible]e re iudica. l. quod iussit. secundo responso. E[illegible] est ratio: quia secunda sententia non habe[illegible] instantiam, si inuenitur lata sine instantia. Nam prima instantia prius finem acceperat per priorem sententiam. C. de fruct. & litium expen. l. terminato. Nam lata diffinitiua non durat ad modum instantia litis: quia non durat lis. Adeò hoc est uerum, ut etiã de consensu partium lata sententia non ualeret sine consenserint partes ut iterum pronunciaretur: siue etiam ut sic pronunciaretur, ut not. C. de transact. l. si diuersa. Et in

hoc concordant omnes sapientes, sed super diversis libellis de eodem formatis, & super diversis instantijs, an valeant duæ diversæ sententiæ vel contrariæ: an prima tantum, an ultima tantum, apud peritos dissensio fuit, & adhuc sub iudice lis est. & ut clarius intelligatur, forma sic thema: Titius & Seius *debebant mihi decem, quilibet in solidum. Item ad fundum egi contra eos, & quemlibet eorum in solidum iudex condemnavit in decem, & absolvit in fundo: ego vidi quòd quilibet vestrum condemnatus in quinque: ago denuò contra quemlibet in solidum, ut primus iudex primæ causæ utrunque condemnet in solidum: tam in decem quàm in fundo: quæritur quid iuris? Et videtur quòd in decem debeat ferri secunda sententia: non enim est prima contraria, sed plus continet. nam in eo quod deerat, agere potui, ut notatur in l. prima. C. si plu. una senten. de exceptio. rei iudicatæ. l. eiusdem ff. de actio. & oblig. l. qui servum. §. fina. cum si. Nam quid prodest mihi quòd prima actio remaneret mihi si eam non possem intensare: C. de usu. rei iud. l. fin. versicu. si enim? Si ergo volo agere ex prima causa possum. Item ex secunda: quia non sunt contraria, sed habent se ut excedentia & excessa. Et hoc quo ad primum caput sententiæ. Si autem primus iudex condemnavit in decem, & secundus absolvis: tûc istæ sententiæ sunt contrariæ. Nam prima condemnatoria: secunda fuit absolutoria: quæritur ergo quæ prævalet? Et glossa dicunt quòd semper prima sententia valet, nisi ratione dubij: quia si est dubium an sit iudicatum: tunc valet secunda. Sed si est certum: tunc secunda non valet: & est ratio: quia sententiæ contrariæ habent se per modum coæqualium: & ideo posterior in priorem nil potest. arg. ff. de fideiuss. l. generaliter. Secus in iuramento & sententia: quia non habent se ut coæqualia, sed ut superius & inferius respectu iudicis & potestatis officij. Nam iuramentum est inferius, sententia est superius: & ideo enervat iuramentum, secundum Cy. Sed Guliel. de Cu. dicit contra quòd si prima sententia fuit cõdemnatoria, secûda absolutoria, valet secunda, & non prima, per l. duobus. ff. de exceptio. rei indica. Sed econtra si prima fuit absolutoria, secunda condemnatoria, valet prima, & non secunda. Nam secunda executionem non meretur: quia absolutio transiverat in rem iudicatam, ut dicta l. 1. C. quando provoc. non est necess. & hoc tenet Cyn. in addi. per dictam l. duobus. coniuncta dicta l. 1. quæ invicem videntur contrariari. Et ratio differentiæ est in promptu. Nam in primo casu imputet sibi actor. argumen. ff. de minoribus. l. minor viginti quinque annis omissam. Sed certè in l. duobus. Secunda sententia fuit lata ex nova causa, & habet novũ fundamentum. sed quæstio quando, non habet aliud fundamentum à prima. Præterea ius quæsitum ex sententia examinatur seorsum à principali. Et cum de eo non sit disputatum in secunda causa, mirum est quomodo absorbetur per absolutoriam super alio latam. Nam secunda absolutoria est super actione prima, non super actione iudicati: nisi dicamus quòd sublata actione principali & accessoria, scilicet secundaria sublata videatur. ff. de transactio. l. & post rem. §. primo. Vel fortè actio iudicati tollitur electione si reditur ad actionem primam. argumen. ff. de tribut. l. quod in hæredem. §. eligere. Et nota quòd exceptio rei iudicatæ potest opponi post sententiam: quia reddit eam nullam: argum. ff. de arbit. l. de rebus. extra de re iudica. cap. inter monasterium. Nam tunc esto quòd sententia secunda sit nulla: tamen non potest eam dicere nullam propter suam moram & malitiam. sic extra de exceptione, cùm ecclesiastica. & ff. de manumiss. testam. l. qui habebat. Concludit ex prædictis quid iuris si prima fuit absolutoria, & quid econtra. & hoc in sententijs contrarijs latis successivè. Sed quid si simul vel non apparet ordo temporis? Verbi gratia: Ego eodem die super eadem causa fui* Perusij *absolutus &* Florentiæ *condemnatus: puta super eodem debito fortè litigabam hic per meipsum,* Florentiæ *per procuratorem cum utrobique haberem domicilium. Respondeo, si potest probari prius & posterius, prævalet prima sententia: si non, tunc neutra valet. C. de fide instrumento. l. scriptura. vel quæ minus condemnat, valet absolutoria. argumen. ff. de leg. secundo. l.* Sempronius Proculo. *Et fortè idem est in criminali quod in civili: puta si in duobus locis contra aliquem inquiritur, & ab uno iudice condemnatur, ab alio absolvitur: nisi condemnatio fundaretur ex contumacia, secundum formam statuti: quia pœna contumaciæ non tollitur, licet per aliam sententiam crimen purgetur. & argumen. ff. de custod. reo. quod est not. Bal. Quando procedit iste libellus cumulans contraria, scilicet dico sententiam nullam: & si qua est appello. secundum Innocentium in c. dilecto. procedit in diffinitiva, secus in interlocutoria. Dy. dicit: aut appellat reus: & tunc procedit: quia reus põt uti remedijs contrarijs conditionaliter propositis. Secus in actore. Unde si actor appellat, libellus talis de iure non procedit, secundum Dy. Sed gloss. ordinaria dicit contrarium*

rium, scilicet quòd libellus procedit. C. quando prouoc. non est necess. l. prima. Non obstat quòd actor non potest cumulare contrarias actiones: quia uerum est quando actiones sunt coaquales. secus si una incidit alteri, ut causa nullitatis, si incidit appellationi. & Old. dicit quòd ista cumulatio expressè admittitur: quia tacitè inest: nam qui solum appellat: etiam de nullitate tacitè uidetur agere. ff. de appellatio. l. si non extat. ff. famil. ercifcun. l. quedam mulier. ff. de iure patrona. l. Carmelia Pia. Secus si tacitè non inesset secundum Oldr. Et confirmatur per casum in simili extra de in integrum restitu. cap. constitutus. Quod ego uerum credo: quia nullitas & appellatio non tam actiones quàm remedia sunt: & potest quis pluribus remedijs uti, ut extra ut lite non contesta. cap. quoniam frequenter. §. fina. B. & per Bartol. plenè in l. si expressim. ff. de appellatio. uide suprà in hoc titulo. §. 1. uersicu. quidam autem. & infra §. potest. An qui dicit actum nullum ex una causa possit aliam causam nullitatis prosequi, infra de libel. concep. §. ille qui dicit.

Et quid si disiunctiuè intentatur causa nullitatis, & restitutio: eodem titulo §. procedit libellus. Et quando in eodem libello petitur restitutio & nullitas, an possit fieri, infra de restitu. in inte. §. primo. Et de materia nullitatis, coram quo peti possit, supra de sententia. §. causa nullitatis. Statutum dicit quòd in causa appellationis debet mitti decimum. nil dicit de causa nullitatis. appellans non misit decimum: & sic non potest prosequi appellationem: quaeritur an possit prosequi nullitatem? Et uidetur quòd non: quia quaestio nullitatis non est quaestio principalis, sed incidens. unde principali causa sopita & praeclusa durare non potest accessoria. C. de usur. l. eos. & ff. de eo quod cer. loc. l. centum capua. Nec obstat quòd in libello dico sic propono sententiam nullam, & si qua est appello. Nam licet iste sit ordo uerborum: tamen ordo orationis & intellectus uidetur alius, ut dictum est. Ex hoc etiam sequitur quòd deserta appellatione, deseri uideatur causa nullitatis. Sed contrarium uidetur: argumen. ff. de serui. urba. praedio. l. si domus. C. de iure deliberan. l. puberem, & ibi per Guliel. de appellatio. cap. saepe. per Innocen. Nam aliud est in expressa quàm in tacita. l. tertia. ff. si penden. appel. mors interue. Bald. Titius appellauit à banno sibi dato ex ficta contumacia: quod potest, ut no. l. prima. ff. de requiren. re. & prosecutus in hoc modo: quia petijt bannum rescindi tanquàm latum contra ius partis, & non fecit mentionem de nullitate: iudex pronunciauit bannum esse nullum tanquam latum contra ius constitutionis, de appellatione nil dixit: quaeritur an ualeat pronunciatio? Videtur quòd non: quia lata extra libellum. C. de fideicommiss. lib. l. fina. Sed bene ualeret si dixisset pronuncio superuacuè appellatum esse, cùm sententia sit nulla, ut l. si constat. ff. de appella. Solu. Obtinui ualere sententiam per gloss. dicta l. de appella. l. si expressim. & facit C. quando prouoc. non est neces. l. cùm eo die. Vide infra eodem. §. appellationem non procedere. & supra. §. sed quid si dico sic, &c. Bald. Ex forma statuti pro quolibet praecepto spreto, debet quis in decem mulctari: iudex mulctauit in 15. an ualeat in decem? Videtur quòd non: quia iudex legitimos fines excessit. C. quando prouoc. non est neces. l. si certa ratione. ergo ipso iure non ualet bannum, quod excedit formam statuti: quia bannum est mulcta: & ideo assessores faciunt dare bannum in certa quantitate: & addunt, & in pluri, & in minori, secundum formam statuti. Facit quod notatur in l. extra territorium. ff. de iurisdictio. omnium iudic. Et praedicta sunt uera si forma data sit iurisdictioni: & ratione partis sententia est nulla quo ad unum & idem capitulum. Per diffinitiuam potest confirmari testamentum, quod erat ipso iure nullum. C. quan. prouo. non est necesse l. secunda. §. fina. Item sententia nulla confirmatur per aliquem. no. eo. titu. l. prima. ff. de appella. l. si expressim. Hac ratione dicimus quòd confirmatio praelatorum facta in contradictorio iudicio est diffinitiua, & confirmat electionem qualibet liberatione nullam. secus si fiat de plano. Nam tunc distinguitur, ut no. Innocen. in cap. nihil. de electione. & no. Ioan. Andr. in cap. fina. de electione. lib. 6. in Nouella. Facit quod no. ff. de bono. possess. l. 3. §. penul. Bal. Vide infra proximo §. cuius atas. & infra. §. impossibile decretum. Iudex pronunciat instrumentum exequendum, & commisit nuncio quòd daret tenutam: quaeritur an possit appellari? Et uidetur quòd non: quia est executio. In contrarium facit: quia est pronunciatio. Glo. dicit quòd à pronunciatione appellari posset. ergo non fiet executio, nisi post decem dies. l. prima. ff. nil no. appel penden. in gloss. Item pronunciatio est executio. not. ff. quod metus causa. l. si cum exceptione. §. in hac. Item executor non grauat. extra, de appella. cap. nouit. Item executor nil noui facere uidetur, nisi modum excedat: & tunc bene appellatur ab executione. C. quo. appella. non reci. l. ab executore. Vide infra. tit. proxi. §. illud est &c.

& uper

& supra. eodem titu. in multis §. Cuius ætas non est capax beneficij uel dignitatis si eligatur, electio non est annullanda, seu nulla ipso iure: ut C. quando prouo. non est necesse. l. si pater tuus. Bald. Quotidie fiunt electiones ecclesiasticæ & seculares ad officia & beneficia, & non ualent ipso iure ætate refragante. Bald. Si tamen confirmetur causa cognita errore non expresso, ualet. eodem titulo. l. 2. Bal. Et uide quod not. in simili extra, de rescrip. cap. sciscitatus. per Innocen. Et pro isto dicto uidetur casus in cap. cùm dilecti. de elec. Obstat tamen, quia istæ sententiæ in beneficialibus non transeunt in rem iudicatam: ut not. docto. in capi. si quando. de offici. delega. cogita. Vide supra. §. per diffinitiuam. Bald. Appellatio, quæ suspendit in antecedenti, ipso iure impedit in consequenti. C. quando prouoc. non est necesse. l. si ut proponis. ff. de mune. & hono. l. reus. & de libe. cau. l. qui de libertate. ff. de excus. tut. l. diximus. extra, de restitu. in integ. cap. 2. in fine. Appellatio superuacua non debet admitti, & propter omissam condemnationem expensarum, non potest appellari, nisi in casu, quem habes infra titu. proxi. §. omissam condemnationem. C. quando prouo. non est necesse. l. fin. & iudex appellationis facta in principali condemnat in expensis utriusque litis. Bal. Idem uide infra titu. proximo. §. ab omissione expen.

Sed pone, petij à te decem: Iudex in quinque condemnauit, & in quinque absoluit: tu appellasti ratione condemnationis: & ego appellaui ratione absolutionis: tandem ego non petij apostolos in causa appellationis, & sic est deserta appellatio mea: uolo inhærere appellationi tuæ, & petere suppleri primam sententiam: uidetur quòd possum: ut d. l. omnem. §. fi. & C. de appella. l. ampliorem. in princ. quod est not. Nam mea appellatio fuit superuacua: & ideo superuacua neglecta, non uitiat. Bal. Et uide supra. §. officium iudicis appel. uersi. & quia appellatio. Appellationem non procedere, potest esse ex duabus causis: uel quia sententia est nulla, uel quia iniusta. Pone ergo quòd iudex appellationis pronunciat appellationem non procedere: quæritur an uideatur pronunciari ex causa nullitatis, an ex causa æquitatis & iustitiæ? Solu. An in dubio uidetur prima sententia confirmari, non infirmari: ut not. C. quando prouo. non est necesse. l. prima. in gloss. 5. uide supra. eo. §. Titius appellauit à banno. Impossibile decretum est nullum ipso iure Digestis, de tuto. & cura. l. Seiæ egressa. An ergo ualet in homine sanæ mentis, ut amenti uel prodigo detur curator? Dic quòd aut datur in contradictorio iudicio, aut de plano. Primo casu ualet ratione dubij. Secundo casu, aut decretum consonat ueritati: & non est dubium quòd ualet. Aut dissonat: & tunc aut est dubium: & ualet ratione dubij, Digestis, de petitio. hæredi. lege. si putas. Aut est certum: & non ualet: ut l. Seiæ. superius alleg. & not. in l. 2. C. quando prouo. non est necesse. Et sic intelligitur quod no. in l. prima. de curat. furio. Et in arbitrio iudicis magis est causas de mente æstimare, quàm ætatem. argumen ff. de suspec. tut. l. tertia. §. si tutor. in ætate habet arbitrari, an sit probatum. ff. de probatio. l. cùm de ætate. non autem potest arbitrari, ut paruim industrioso puberi det tutorem: quia lex fidem dationi fecit. ff. de condi. & demon. l. pater. §. conditionum. Et facit ad prædicta quod not. in simili, ff. de bono. posses. l. tertia. §. si bonorum. & §. penult. & de legu. præstan. l. filium. §. si quis. C. quo. bono. l. 1. Bald. Sententia legis, uel statuti, uel iudicis, quæ bona respiciat, non porrigitur extra territorium. ff. de bo. auto. iudi. possid. l. cùm unus. §. is, qui. Nam nec mens, nec potestas uidetur esse tanta: ut no. C. de anna. exceptio. l. fina. in fi magna gloss. Item licitum est arguere de rebus ad personas. ff. de vulga. substi. l. qui plures. ergo, &c. ut l. extra territorium. ff de iurisd. om. iudic. Sed quid dicemus de nominibus debitorum? Respondeo, eius loci uidentur, ubi agi debet. ff. de solu. quæro. Bald. Constitutio episcopi, uel statutum ciuitatis, statuit terminum ad appellationem introducendam, id est ad exordium appellationis, scilicet ad citationem partis, & ad comparendũ cum actis & munimentis primæ causæ uiginti dierum, & ad finiendam appellationem trium mensium: quæritur utrùm hæc tempora consensu partium ualeant prorogari uel arctari? Et videtur quòd possint arctari. l. fi. in fi ff. qui satis. cog. l. de die. & quod no. Inn. de off. deleg. de causis. Item videtur quòd possit prorogari: ut l. fi. in fi. C. de tẽpo. appel. & authen. si tamen. Nam iurisdictio prorogatur de tempore ad tempus. ergo & sic instantia uidetur prorogari posse. Solutio. Dico quòd to- arctari possit tempus tam finiendæ quàm introducendæ appellationis. Sed an augeri possit? dicunt quidam quòd possit augeri tempus introducendæ, non autem tempus finiendæ causæ. ff. de dolo. l. arbitrio. §. penult. Nam instantia causæ appellationis non debet esse maior, sed minor, quàm instantia primæ causæ: sed illa non potest prorogari. ergo nec ista. Item pari ratione interducta

ducta sunt, propter publicam utilitatem: ut no. C. de iudi. l. properandum. in princ. Nam respublica ex ciuilibus contentionibus plerunque leditur: maximè si contendant simul personæ potentes. ff. de cap. l. si quis ingenij. §. in ciuilibus. Nam propter immensas dissensiones quandoque tota ciuitas ad diuisionem & emersionem peruenit. Et ita fuit consultum Senis super quadam constitutione episcopali secundum Francis. Non obstat authen. si tamen. quia ibi est prorogatio legis propter impedimentum compromissi. Secus si non currit impedimentum, sed simplex prorogatio. Similiter respondetur ad l. petendæ. C. de tempo. in integ. restit. pe. Sed quòd ualeat prorogatio, facit ff. de ædili. edic. l. quòd si nolit. §. si quis ita. Sed ibi dispositio legalis taxatiua temporis erat subsidiaria in casu, in quo homo non prouideret: at hic præcisè lex loquitur taxatiuè. Bald. Nec potest partium consensu derogari legis autoritati uel formæ: quia istæ dependent à prouidentia legis, non hominis. arg. no. C. de testa. l. non dubium. & ff. de adop. l. si arrogatur. §. 1. ff. ad Turpil. l. 1. §. calumniator. & ad municip. l. ordine. uide infra. §. proximo. uersic. an tempus appellationis. Iudicium dicitur inchoari quandoque per citationẽ: quandoq; per litis contestationẽ. Per citationẽ dicitur inchoari, quantũ ad præscriptionẽ odiosã interrũpendã. C. de anna. exceptio. l. fina. C. de præscrip. 30. anno. l. sicut. & quantum ad appellationem introducendam. C. de tempo. app. l. fi. §. illud. Idem in causa appellationis esset, ut possit procedi ad diffinitiuam parte contumace: quia hæc est natura appellationis quòd potest à qualibet parte introduci & uentilari. C. de fruct. & litis expensis. l. omnem. §. fi. Item quia appellare est officium iudicis implorare, in quo officio iudex plurimum potest: & in eo suppletur pro absente. C. de appella. l. ampliorem. in princ. Nam in his, quæ officio iudicis ueniunt, & incumbunt, ipse iudex, cui conclusio dirigitur, habet arbitrari qualiter officio suo fungatur. ff. de peti. hære. l. fi. & l. planè. Nam appellatio est potius remedium, quod misericorditer imploratur, quòd lex uocat triste auxilium, quàm actio: & ideo nec desiderat libellum appellatorium, sed sufficit quòd una uoce ille, qui appellauit, solenniter petat super appellatione procedi. arg. no. per Innocen. de offi. deleg. c. cùm contingat. Quod uerum credo, si appelletur ab interlocutoria. arg. no. ff. de interrog. actio. in rubrica. Sed si appelletur à diffinitiua: tunc si requiritur libellus in prima causa, requiritur etiam in secunda: aliàs non. quia appellatio naturam litis non mutat. Facit Cle. sæpe. de uerb. signi. & de iudi. c. dispendiosam. eo. lib. Per contestationem dicitur inchoari iudicium, quantum ad formalem iudicij inchoationem. Nam litis contestatio, est primus actus contradictorius, in principali negotio. tunc enim incipiunt partes uenire ad conflictum: & tunc audiuntur primo. C. de iudic. auth. ad hæc. & in auth. de liti. §. omnem. Et istud est uerum tam in ciuilibus, quàm in criminalibus. ff. de pœnis l. absentem. Nam in criminalibus, ad instar ciuilium proceditur, ut ibi patet. Adde quod no. ff. de iurisdic. om. iudi. l. et quia. uide supra. eo. §. officium iudicis. uersic. & hoc etiam no. omnino infra. de libell. concep. §. in causa appellationis. & in secunda parte de appel. §. appellatio. & supra. eod. §. 1. & §. sed an necesse. Qualis est libellus in causa principali, talis est in causa appellationis. Nam qualitatem litis, causa appellationis non immutat: ut si causa prima erat de boue, causa appellationis non potest esse de asino. Si causa prima erat depositi, causa appellationis non potest esse de causa mutui: quia hoc est nouum capitulum: ut l. per hanc. Et si libellus primus fuit specialis, quòd est quando fuit expressa specialis causa in libello, uel postea in declaratione libelli uel tacitè subintelligebatur, uel iurisdictio iudicis erat specialis: C. de anna. excep. l. fi. causa appellationis erat specialis: quia succedit appellatio loco primæ causæ, & eandem habet naturam. ff. iudic. sol. l. cùm apud. Et si in causa principali fuit admissus libellus sine causa: ut d. l. fi. licet admitti non debuerit, reo contradicente in causa appellationis nõ poterit respui. arg. C. de procu. l. ita demum. & facit ff. de doli excep. l. 2. §. circa. Bald. Si iudex appellatione deserta ponunciat bene iudicatum, ipso iure non ualet. ff. de excu. tut. l. scire oportet. §. consequens. Bal. Et facit ff. de dolo. l. arbitrio. §. pe. & quod no. Insti. de act. §. rursus. uide suprà. eo. §. fi. nemo pro se. Tempora appellationum, sunt continua, & computantur dies feriati. de tempo. appel. l. 2. in fine. Baldus. Non dicitur excedere modum ille, qui facit quod est de mera natura condemnationis: ut extra, de appel. c. nouit. Baldus. In causa appellationis tempus statutum iudici uidetur statutum parti: ut dicimus in tempore triginta dierum. Nam quia lex statuit iudici terminum triginta dierum ad dandum apostolos, idem tempus uidetur statuere parti ad petendum. C. de app. l. à proconsulibus. in glo. Et est ratio: quia officio iudicis proceditur, & terminus, qui statuitur iudici, statuitur eius officio. ergo & causæ. Nam eius officium est causa principalis. Secus in actionibus: ut C. ut omnes tam ciuiles. l. 1. in fi. per Cy. & de iudi. pro-

di properandum. & facit ff. de excus. tuto. l. scire oportet. §. consequens. Alij dicunt etiam in causa appellationis referre, an terminus statuatur iudici an liti. Primo casu non fit fatale tempus statutum parti: secundo sic. & tunc indicat desertionem instantiae. Bal. *Superuacuis appellationibus non est utendum. C. quando proue. non est necesse. l. omnem honorem.* Bal. *& ideo ab interlocutoria non appellatur. Ante sententiae interlocutoria tempus non appellatur. C. quo. appel. non reci. l. pe. in glo. & ideo qui opponit exceptiones, non potest appellare an aequam iudex super eis pronunciet. ibi est gloss. ord. Sed lata interlocutoria super exceptionibus bene potest appellari: sed interlocutoria non continet dari uel fieri: & propter hoc ex ea non oritur actio. eo. tit. l. ab executore. in glo. ord. quae incipit, diffinitiua.* Bal. *Vnde ista sunt proportionabilia, actionem oriri, & appellari: contra nota. in l. 1. C. de arbit.* Bal. *Nota quòd diuersa species probationis imperfecta faciunt unam perfectam: ut testes, argumenta & instrumenta: & duae species perfectae faciunt unam perfectionem, si cumulentur debito tempore: ut testes & confessio unde utroque simul iuncto non procedit appellatio: altero solo sic. C. quorum appel. l. 2. & l. si Sed quidam dicunt contra, quòd duae species separatae iungi non possunt: ut no. doc. in l. 2. § atas. ff. de excu. tut. arg. l. 1. C. qui nu. tutel. Sed ibi loquitur de causis: hic de probationibus. Nam quae non prosunt singula, multa iuuant: ut l. instrumenta. & ibi no. C. de proba. & sic non sufficit unum indicium, & tamen multa sufficiunt. ff de edil. edi. l. quaero. in fi. Ideo autem exigo, quòd tempore competenti: quia quae non concurrunt eodem tempore, non fouent se mutuò: ut no. in d. l. 2. secundum intellectũ Ioannis. Sed contrarium uidetur no. eo. ti. l. abstinere. in gl. fi. et facit pro Ioan. quod no. ff. de quaestio. l. maritus. secundum unum intellectum.* Bal. *An fictè confessus appellet, dicit glos. quòd sic, in l. 1. C. quorum appel. non reci. quia etiam uerè confessus appellat: ut no. ff. de appe. creditor. §. iussus. in gloss. & facit C. de rebus cre. l. generaliter. §. si iudex. In contrarium uidetur quòd ista ficta confessio, est confessio iuris & de iure: & ideo probatio in contrarium non recipitur. secundum* Pet. *in dist. l. 1.* Bal. *uide supra. §. appel. à diffinitiua, &c.*

Iterum Baldus addit.

VERA *Contumacia procuratoris excludit dominum à beneficio appellandi. §. 1. uersi. sed si ubi* Gul. *Procurator constitutus ad defendendum, non potest agere. Item constitutus ad agendum, non habet mandatum ad defendendum. Fallit in duplicibus iudicijs. ff. de procu. l. si defunctus. §. qui communem.* Bal. *Ratihabitio excluditur per lapsum termini: quia non inuenitur quid, & in quo operetur. uersi. porro.* Gul. *& supra. eo. § 3. Emptor tenetur suam appellationem prosequi. Sed simplex procurator, ad quem non spectat commodum, non. uersi sed nunquid emptor.* Gul. *condemnatus secus, si pro parte. Vel dic idem, uersi. sed an.* Guli. *Ille, qui acquisiuit ius ex appellatione tertij non perdit ius, licet ille renunciet expressè, uel transigat. uersi. sed quid si ille.* Gul. *supra. eo. § uersum. quid si uictus.* Gul. *Ad hoc ff. de pact. l. si. ff. de contra tabu. l. si post mortem. §. fi. ff. de bon. auto. iudi. pos. l. cùm unus ff. de in integ. restit. l. petenda. C. quando prouo. non est neces. l. omnes. §. fina. Non obstat. ff. de minori. l. si iudex quia hic loquitur in iure pari: ibi in non pari. C. si unus ex pluribus l fina. argu. contra ff. de separa. l. ab haerede. Soln. Appellatio tertij est causa fiendi, sed non est causa essendi. Ideo non cessat effectus productus de acquisitione iuris facta alteri parti. Vide supra. §. an inuito appellato.* Bal. *Egi ad centum: iudex condemnauit in quinquaginta, in reliquo absoluit: unus nostrũ appellat: an iudex appellationis potest de ea parte, in qua non est appellatum, iudicare? Dic quòd sic. C. de appel. l. ampliorem uersi. sed pone, peto.* Gul. *uide supra. tit. proxi. §. officio iudicis. Episcopus & quilibet dominus potest appellare pro subditis suis. de appel. dilectus. per* Inno. *uersi. item episcopus.* Guli. *Dicunt quidam, quòd à praecepto facto in confessione, qui nullam exceptionem opponebat, neque declinatoriam neque peremptoriam, non potest appellari. Nam lex dicit quòd à praecepto appellatur per iniuriam. ff. de minori. l. ait praetor. §. permittitur. sed non est passus iniuriam, qui consentit. Item ista appellatio est ab interlocutoria. Vnde nisi grauamen ex primis actis constet, appellatio non procedit: ut in cle. appellanti. de appel. Sed hic non potest constare de hoc. Item istud praeceptum uidetur emologatum ipsa confessione. arg ff de pact. l. tale pactum. §. 1. Item per confessionem debitum efficitur notorium: ergo non appellatur. C. quorum appel. non recip. l. abstinendum. & l. si.* Tu. *dic quòd sicut possunt dicere diffinitiuam nullam, & appellare: ita & in isto praecepto, & in causa appellationis, potero corrigere errorem confessionis. C. erro. aduoca. l. fi. ff. de appel. l. creditor. §. iussus. non dicitur consensisse: qui errauit. l. si per errorem. ff.*

rem. ff. de iuris. om. iud. in §. quibus. uer. sed nunquid. Gul. uide supra. eo. in prin. uer. à precepto potest. & supra titu. proxi. §. appellans à diffinitiua. Aliud est pronunciare exequendum, aliud præcipere. A primo appellatur: tamen causa est exprimenda appellatione: sed à facto executionis non appellatur. uersi. & scias. Gu. Idem tenet Accur. C. quo. appella. non reci. l. ab executore. Bal. Vide supra. tit. proxi. §. iudex pronunciauit instrumentum. Item appellatur, si iudex non admittit exceptionem, uel denegat iuris beneficium. C. si sæpe. in integ. restit. postu. l. 1. & 2. uersicu. sed pone. Gul. et ff. de admi. tut. l. tutores qui post. §. tutor. datus. infra. eo. uersic. sed nunquid potest. Gul. Regulariter non appellatur à correptione seculari. uer. undecimo. Gul.

Non appellat is, cui non datur audientia. uersicul. 32. fortè. Guliel. ut l. sed & si per prætorem. §. sed & si dum decreto. ff. ex quibus causis maio. in glo. ordi. Bal. Ab omissa condemnatione expensarum uictor appellat, si uictus non appellat. uersi. sed quid si uictus. Gul. uide supra. §. appellatio superuacua. Bald. Causa rationabilis appellandi dicitur, ubicunque iudex grauat contra ius, uel non admittit exceptionem legitimam. uersicu. ad huius materia. G. Simile habes C. de inoffi. testa. l. quoniam in priorib. Iac. Quid operatur clausula, appellatione remota: in principio, medio, fine, & executione causæ. in ulti. colum. huius § plenè per Gul. Instruit enim ista clausula iudicem, quòd nō deferat appellationi: non autem tollit ius appellandi quo ad uim appellationis. Gul. etiam quo ad litis ordinationem, & quo ad litis decisionem, & quo ad litis executionem: ubi grauamen est intolerabile. ista clausula non tollit ius appellādi. quod dic ut no. C. de senten. & interlo. om. iudic. l. fi. per glo. & doct. uide supra. eod. clausula, appellatione remota. & sequen. Papa est ordinarius singulorū, & ad eum appellatur omissis medijs. §. nunc tractemus. Sed quid si appellat non dicendo ad quem: uel dicit, appello ad superiorem: intelligitur appellasse ad proximum superiorem, non per saltum. Idemq́; est dicere, appello, & ad superiorem appello. quia tacitè intelligitur ad superiorem. uersi. sed quid si quis. & uer. seq. Gul. No. C. de bo. auto. iudi. possi. l. cùm proponas. in glo. ordi. Gul. Si autem quis alternatiuè appellat, ad supremum spectatur. G. Vide disputationem Ioan. And. in c. in alternatiuis. in mercurialibus. Quando quis habet duas iurisdictiones, & appellatur ab eo, intelligitur iurisdictio superior. extra, de præscrip. c. cum ex officij per Inno. uer. quid si appella. Gul. Tempus appellationis currit à die sententiæ, & si quis non habet copiam sententiæ, quid fiat. in §. restat. uersi. cùm igitur. G. de fide instru. c. G. perpetuus. per Inno. A grauamine, quod est semper in fieri, semper nascitur appellatio. uersicu. sed quid dices. & uersicu. & no. secundum Vincen. G. Hoc est notatu dignum. & facit ff. de usufruc. accre. l. 1. in fi. In contrarium facit ff. de iureiuran. l. eum qui in popularibus. in glos. ordi. Bal. Tempus appellandi ab interlocutoria, non est uacuum tempus, ita quòd nil possit innouari. uersic. fi. G. Accur. sentit contrarium, & habetur pro expressione causæ, si appellans dicit, appello quia me grauastis, non dicendo in quo. dicendo tamen quare. ff. de appel. l. appellanti. §. non soluere. Inno. extra, de no. oper. nun. c. 2. iuncto c. fi. C. de dila. l. à procedente. Item in sententia excommunicationis idem seruatur quod in diffinitiua. c. per tuas. §. qualiter. Gul. Notificatio facta procuratori, in beneficialibus de appellatione habet uim citationis domini. uersi. quid si procuratori. Gul. Appello si grauabis: non ualet appellatio. Sed si appello, nisi reuoces grauamē: ualet appellatio: ut in §. qualiter. uer. item quòd. & seq. Gul. Cùm appellatur à diffinitiua, dilatio iudicis nil operatur: & uidetur differre, qui nil innouat. uersi. porrò. & seq. Gul. Proclamo uel reclamo ad superiorem idem est dicere quod appello. uersi. fi. Gul. C. de anna. excep. l. fi. Bald. Si appellans ab excommunicatione non prosequitur appellationem, rata manet sententia. de appel. sæpe. per Inno. Sed ad quem finem, cùm appellatio non rescidit excommunicationem: quia etiam iniusta seruanda est. §. nunc breuiter. circa prin. Speculator quando opus suum composuit, erat ætatis. 34. annorum. uer. item iusta. Quæ tempora de tempore fatali eximantur, & an infirmitas uel impedimentum probetur per iuramentum. uer. item. & uersi. quid ergo. Gul. Ad obtinendam dilationem iudicis probatur impedimentum per iuramentum. Item ad obtinendam dilationem legalem, ut secundi anni in causa appellationis. Sed si iudex arbitretur, sacramentum est deferendum. Nam cùm iudicis animus debeat instrui, nisi uideatur ut deferat iuramentum, nil prodest iurare. Sic intelligitur l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re milit. & C. unde ui. l. si quando ff. ad exhib. l. thesaurus. & de excu. tut. l. scire oportet. §. sufficit. & l. 2. ff. si quis caut. per Guli. uide infra. tit. proxi. si petitur restitutio. Bald. An tempus appellationis prosequendæ, possit arctari: uersicu. illud autem scias. uide supra. §. constitutio episco. An ueniens ante terminum, cogitur ante terminū

respon-

respondere, si altera pars sit presens? Et uidetur quod non: quia nec index habet iurisdictionem an te terminum. C. de dila. l. sine pars. uidelicet dixit quid index ex officio potest partes compellere, ex quo sunt presentes, & decurtare dilationem uersi. quid si statutum. Guliel. No. omnino in c. cupientes. de elec. lib. 6 uide infra. de reg. iur. §. processus. & supra. de dila. §. 2. Non excusatur, qui mittit procuratorem negligentem ff mand. l. idemq;. §. si tutores. uersic. item quid si pars. G. nota quod ubi datur terminus ad prosequendum appellationem, sufficit intra illum terminum iter arripere. uersic. & no. Gul.

ADDE, *hoc tenet Rota in antiq. decisio. deci. 538. ubi notabiliter. & hoc intellige utrum extra curiam: sed in curia secus est: quia tunc debet diligentia fieri. Vide rotam in antiq. decisio. deci. 539. Qui negat se appellasse, uidetur renunciare appellationi. uersum. sed pone appellans. Gul. de fide instrumentorum. c. G. perpetuus. Innoc. Qualiter pars potest bis appellare, licet uno appellante prosit alteri, in. §. quoties. G. argum. l. petendæ. §. quod si de. Bal. Omnis appellatio præsumitur rationabilis in dubio, nisi appareat contrarium: & ideo in dubio potius defertur appellationi, quàm sententia. uersicu. circa hoc autem defertur. Dico quo ad litis ordinationem: sed quo ad decisionem in dubio defertur sententia ff. de euict. l. Herennius. §. Caia. quod dic ut. C. de appel. l. hi, qui ad ciuilia. C. de tempo. appella. l. per hanc. per Iac. & Cyn. Si instrumentum dicat, quòd index à quo recepit appellationem, præsumitur detulisse. uer. fin. G. ff. ad Maced. l. si filius. Bald. Quando appellatio non tenet, potest fieri executio: secus si appellatio sit iniusta. Et an teneat, si cognoscit primus index, non ut index, sed ut executor informando se. uer. sed cum. G. Sic C. quo. bo. l. 1. gl. ff. de bo. poss. l. 3. §. pe. in glo. Bald. Vide c. si à iudice. de appel. lib. 6. Quando index appellationis, possit mittere inhibitoriam, in §. de efficio. uersi. queritur. G. Noua constitutio non porrigitur ad causam appellationis, etiam si retrotrahatur. uersiculo sed quid si dum. G. quia index appellationis, non potest plus, quàm primus: sed primus non potest iudicare ex lege futura. Item quia appellatio suspendit, non in toto rescindit pronunciatum: & sic ad rem iudicatam non potest porrigi constitutio C. de usu. l. fina. Bal. Quicquid debuisset facere index à quo, debet facere index ad quem, cùm appellatur ab interlocutoria. uersiculo, si autem peremptoria. Gul. Valet commissio, licet in ea non exprimatur nomen iudicis, à quo appellatur. uersi. pe. Gul. Appellatio non impedit alienationem, in personali causa sine actione. in § . nouissime. uersicu. ulti. secundum Iumo. G. & l. chirographis. per Dyn. ff. de administ. tutorum. Quando appellatio facit supersedere iudicem à quo. uersicu. sed cum supra. G. Appellatione pendente, nil debet innouari in his, quæ pertinent ad processum iudicij inchoati: an alijs sic. Item auferre possessionem de processu. in authen ut nulli iudi. §. illos. uer. uerumtamen. G. C. unde ui. l. meminerint. Bald. Vide supra, eo. §. pendẽte app. & de consti. cùm M. Clausula. reuocata in irritum. intelligitur parte citata. uer. sed quaro utrum. C. unde ui. l. meminerint. Exceptio compensationis potest opponi coram iudice appellationis sicut coram primo. uer. sed nunquid in causa. Gul. Potest quis renunciare appellationi, etiam antequàm grauetur. in §. fi. Gul. scilicet expressè, non autem tacitè. ff. de mino. l. si filius ff. quo. leg. l. 2. §. quod ait. Bal.*

De restitutione in integrum. [a] Rub.



IN PREACEDENTI Tit. de uno. modo, quo sententia ualida subleuatur, scilicet de appellatione prælibauimus: & quoniam per in integrum restitutionem similiter subleuatur, ut diximus s. de sententia. §. quoniam. supra. [b] ideo de hac materia, utile uisum est aliqua pertractare. Et licet de hac materia satis s. in tract. libell. super hoc eodem titulo dixerimus, hic tamen aliqua in supplementum adijcamus dicentes, Quid sit in integrum restitutio. Quis, & quando, potest eam petere. Et qualiter. Et intra quod tempus. Et quis possit eã concedere. Et quis sit eius effectus. [c]

ADDITIO.

a *Practici autores neglexerunt hanc rubricam. Ex antiquioribus solus Tan. illam posuit: & est ultima in opere Roffr. de offi. iud. quo restitutio datur mino. Io. de Deo. cauil. rub. per totum, & aliquid lib. 4. Rub. 1. in lib. iudicium, parte 1. Rubrica antepenul. & parte 2. Rubri. ultima. & parte 3. in sex ultimis rubricis. Aegid. solum unam formam libelli posuit c. 22. Ioan. And.*

b *In pra. supra ultimus §. est. Ioan. And.*

c *effectus. Omnia ista membra fuerunt Tan. ubi supra Hosti. ponit 12. membra in Summa eo. tit. Est sciendum quòd M. de Fa. de hoc fecit unum tractatum in modum summa, qui incipit, quari & dubitari consueuit. de quo infra fiet mentio. Io. And.*

Quid

Quid sit in integrum restitutio.

EST Autem in integrum restitutio, prioris status uel iuris, uel audientiæ redintegratio: ut 2.q.3.§. notandum. in fi. extra de in integ. restit. ex literis. C. de senten. pas. l. 1.

SVMMARIVM.

Quis possit in integrum restitutionem petere.

1 *Minor 25. an. si lædatur, qualiter sit restituendus.*

2 *Ecclesia læsa uel grauata, debet prælato interueniente in integrum restitui.*

3 *Minoribus subueniendum est, si ex causa iudicati eorum bona capta sunt, uel distracta.*

4 *Is, qui ueniam ætatis impetrauit, non est super his, quæ postea facit, restituendus.*

5 *Restitutio non datur bis super eodem, nisi noua defensio prætendatur.*

Restitutio in integrum dicitur beneficium personale.

6 *Defensio noua in causa restitutionis, quæ dicatur.*

7 *Restitutio an detur contra res bis iudicatas.*

8 *Restitutionis auxilium in executionibus pœnarum non debet esse paratum.*

9 *Restitutio denegari potest, propter mendacium.*

10 *Iuramentum semper est seruandum, nisi seruatum uergat in animæ detrimentum.*

11 *Probare uolens se minorem, quæ debeat instrumenta proferre.*

12 *Sententia & sacramentum, paribus passibus ambulare dicuntur.*

13 *Arare in boue & asino, qualiter intelligatur.*

14 *Beneficium restitutionis in integrum dicitur ius singulare, & ideo facilius repellitur quis ab eo, quàm à iure communi.*

15 *Matre minore 25. an. petente filio tutorem, qualiter sit succurrendum.*

16 *Cessante causa, cessat effectus.*

17 *Priuilegiatus, an & qualiter contra priuilegiatum restituatur.*

18 *Minor in seruum suum perperam manumissum non est fauore libertatis restituendus.*

19 *Respublica, quo iure seruetur illæsa.*

20 *Commune alicuius castri, quod læsum est, an, & quomodo debeat restitui.*

Restitutio dicitur contra ius commune: quia rescindit præscriptiones.

Castrum & ciuitas, in multis differunt.

21 *Prælati & Potestates, debent ecclesiam & uniuersitatem defendere.*

22 *Prælatus non potest alienare, sine consensu capituli.*

Prælati fungi dicuntur, uice tutorum uel curatorum.

23 *Restitutione à principe aduersus delictum petita, an constitui debeat procurator.*

24 *Præscriptiones longi temporis non currunt minori, sed ipso iure seruatur illæsus.*

25 *Ecclesia an restituatur contra præscriptionem.*

26 *Tempus datum ad proponendam exceptionem non numeratæ pecuniæ, non debere currere minori, qualiter intelligatur.*

27 *Minor quare in contractibus non seruetur illæsus, sicut & in præscriptionibus.*

28 *Præscriptio unius anni, quæ currit ei, qui non accipit inuestituram feudi, ut repellatur post annum, an currat pupillo.*

29 *Ecclesia quibus temporibus, & à quibus seruari debeat illæsa.*

30 *Temporales præscriptiones in tribus casibus contra minores currunt: & an ad appellationem omissam restituantur.*

31 *Maior 25. anno. læsus in iudicio, uel extra dolo, uel metu, & c. qualiter sit restituendus.*

32 *Sententia contra maiorem absentem lata, multipliciter est consideranda.*

33 *Conuentus in iudicio, lite contestata si eligatur in Potestatem, & detur ei licentia eundi ad potestariam, demùm in media uia citatur, nec uenit, propter quod condemnatur, an ueniat restituendus.*

34 *Restitutio diuersis modis, alicui deberi potest.*

35 *Læsione probata, danda est restitutio.*

36 *Ecclesia uel minor, an possit errore non probato contra confessionem suam restitui.*

37 *Beneficium restitutionis, non est pro modica læsione largiendum.*

38 *Minor, contra quem resti.tui dicatur, uel non restitui.*

39 *Restitutio in integrum, diuersimodè petitur.*

40 *Diffinitiua sententia super restitutione danda,* *uel*

vel deneganda, non est ante litis contestationem danda.

41 *Restitutionem in integrum petere quis possit, & quando.*

QVIS Autem, & quando possit in integrum restitutionem petere, uideamus: & quid de minore 25. annis. a
a Super omnibus, quæ in minori gessit ætate, si enormiter læsus sit ob sui facilitatem,
uel aduersarij calliditatem, & hoc siue in faciendo, siue in omittendo, & siue in lucro captando,
siue in damno uitando: ut ff. de mino. quòd si minor. §. non semper. & l. non omnia. & l. ait præ-
1 tor. §. fin. extra, eod. constitutus † Nam & si
præsente curatore, confessus est in iure, restituitur contra confessionem, ut possit negare. Si
uerò sine tutore agat uel confiteatur, ipso iure seruatur illæsus: ut ff. de mino. si ex causa iudicati. §. nunc uidendum. ff. de confes. certum. §.
pen. extra. de reb. ecc. non alie. ad nostram. De hoc infrà, uersiculo. illud quoque. Item si omisit instrumentum uel allegationem, uel exceptionem, uel probationem sibi necessariam, restituitur ad allegandum, uel ad proponendum, uel ad probandum: & eo ipso quòd omisit, probatur læsus. extra, eo. cap. auditis, in fi. & cap. suscitata.
& c. coram. & ff. de mino. l. minor autem. §. 1. & l. minor ann. 25. omissa. Vel si compromisit, nec hoc sibi expediebat: ut eo. tit. si minor. §. mino-
b res. b & l. si iudex. Vel si omisit aliquam exceptionem, quam non proposuit intra terminum sibi statutum. extra, de excep. pastoralis. Item si detulit uel remisit iuramentum. ff. de iureiur. nam & postea. §. si minor. Item restituitur in positionibus. C. si aduersus transact. l. prima & secunda. Item restituitur contra sententiam in eum latam, tutore seu curatore interueniente: ut C. si tutor uel cura. interue. l. 2. C. si aduer. rem iudi.
2 l. prima. † Idem in ecclesia prælato interueniente. 16. quæstione sexta, si episcopum. Item contra acceptilationem à se factam: & contra electionem, quia potuit melius eligere, &c. per licitationem potuit rem suam meliùs uendere. ff. de mino. prætor. §. pe. & l. ait prætor. §. sed hodie. & l. si fine. §. quæsitum. & l. si in emptione. Item subuenitur ei, si se in negotijs immiscuit alicuius, uel saltem necesse habeat domino negotiorum cedere beneficium restitutionis. ff. eod. quòd si minor. Item subuenitur ei, si quasi contumax ad iudicium non uenit, culpa interueniente. ff. eod. minor. ex l. si ex causa. Secus si ex dolo: quod dic ut in Summa domini mei,
3 eod. tit. §. penult. uersicul. sed nunquid. † Item subuenitur ei, & fideiussoribus suis, si defensor alterius extitit. ff. de curat. minor 25. annn. Item subuenitur ei, si ex causa iudicati bona eius capta & distracta sint: si grande eius damnum sit. ff. de mino. l. si ex causa iudicati. Item subuenitur ei propter præuaricationem aduocati: ut C. de aduo. diuer. iudi. l. prima ff. de mino. l. minor autem. §. minor autem. ff. de confes. certum. §. penult. Item subuenitur ei, si passus est

se à malo uel paupere homine arrogari: secus si
c si maior c se uendi permisit ad pretium partici-
d pandum. d ff. de mino. denique. §. si quis. & l. si ex causa. §. Papinianus. Item subuenitur ei in obligatione amissa. ff. eo. minor autem. §. primo, & l. minor annis 25. Et generaliter siue per pactum suum, siue per tutorem uel curatorem capiatur uel lædatur, semper restituitur. Cæterùm si usus est iure communi, nequaquam restituitur, licet ex post facto res incipiat esse damnosa: ut C. de restitut. in integ. l fin. Sed & si iurauit non petere in integrum restitutionem, & est pubes, non restituitur, quamuis sit deceptus: ut C. si aduer. uend. authen. sacramenta. 22. quæst. 5. pueri.
e e Item propter suum delictum non restituitur: ut C. si aduer. delic. l. prima ff. de mino. auxilium. §. in delictis. Item seruus non restituitur, nisi ei fideicommissaria libertas debeatur. ff. de mino. l. 3. §. fin. & l. 4. & 5. Item non subuenitur minori ex contractu paterno, etiam si mortuo patre tempus solutionis incidat in tempus minoris, ff. eo. Aemilius. ff. de his qui. ut indig. l. post legatum ff. ex quib. cau. in pos. ea. §. apud. de iure fis.
4 fiscus. † Item is, qui ueniam ætatis impetrauit, non restituitur super his, quæ postea facit. C. de
f his qui ue. æta. impe. l. prima. f Item propter priuilegium & reuerentiam, non datur restitutio filijs uel libertis contra parentes uel patronos utriusque sexus. C. qui, & aduer. quos in integ. restit. non postula. l. 2. in fine. Quid si filius succedit minori, qui poterit restitui contra patrem ipsius filij? Respondeo, dicit Albe. Papi. quòd iure hæreditario poterit petere restitutionem contra patrem. argum. ff. de inoffic. testa. filius. §. fi. & de a-
5 dopt. l. si pater. §. 2. † Item super eodem non dabitur bis restitutio, nisi noua defensio prætendatur. C. si sæpius in integ. restit. postu. l. fi. ff. de mino. minor autem. §. primo. extra, eo. c. fi. tunc nerò sic. Et est ratio: quia in integrum restitutio personale beneficium est: & in personali actione si egi una causa expressa, possum postea petere a- ut C. de peti. hære. l. hæreditas materteræ. ff. de excep. rei iudic. cum quæritur. extra, de re iu-
g di. abbate sane. §. sed ad hoc. g Item si semel est denegatum, nec sit appellatum: non datur, nisi ad appellandum, nisi nouæ defensiones adsint: ut C. si sæpius in integr. restitu. postu. l. prima extra, eo. c. fi. Vbi autem datur restitutio ad appellationem, non cassantur acta prius habita. Secus si detur contra sententiam: argumen. extra, eo. c. fi. secundum Vin. Sed non uidetur quòd in prædi. cap. sit necessaria ecclesiæ restitutio ad appellandum: nam censetur iure minoris: eo. tit. c. 1. minor autem seruatur ipso iure illæsus in omnibus præscriptionibus, nisi in præscriptione 30. anno. uel 40. anno. ut C. quib. cau. in integ. restit. non est neces. l fin. ergo ipso iure seruatur illæsa in tempore, quod datur ad appellandum, quod est tantum decem dierum. Dic ergo ut infrà, eo. §. uers.
h hoc autem. h † Sed quam uocas nouam defensio-
6 nem? i Respon. pone, ecclesia emit fundum à
i non domino bona fide: quem fundum dominus uendicabat à procuratore per ecclesiam constituto: lata sententia contra ecclesiam, quia omisit

fit exceptionem præscriptionis, ecclesia petijt restitui contra ecclesiam: denegata fuit restitutio: quia dixit iudex quòd ecclesia ageret contra procuratorem ad interesse, per l. C. de iudi. properandum. in fin. ff. de tribu. procuratoris. nunc iteratò ecclesia petit restitutionem: certè neganda est, præterquàm ad appellandum, nisi nouis defensionibus sit munita, ut suprà. Noua autem defensio potest esse, si cum prima fuit petita restitutio, procurator erat soluendo: pendente uerò iudicio, factus est non soluendo, & in hac noua, ecclesia auditur. ff. de mino. cùm mandato. §. sin autem. & l. cùm minor. §. primo. Vel si minor agit tutore uel curatore autore, perijt instantia iudicij lapsu triennij, petijt minor restitui: sed quia tutor uel curator est soluendo, denegatur ei: postea tutor uel curator desijt esse soluendo: certè ex hac noua causa dabitur restitutio: ut in prædicta l. properandum. in fin. uel sic minor à suo debitore accepit mulierem intercedentem animo nouandi, quæ postmodum utitur beneficio: nel minor petit restitui contra illud beneficium, & denegatur ei restitutio: quia debitor erat soluendo, sed post desijt esse soluendo: certè ex hac noua causa, dabitur ei restitutio contra beneficium Vel. ff. de minorib. si apud. Sed nunquid contra res bis iudicatas, datur restitutio? Dic ut suprà, tit. proxi. §. quoties.

7 k † Sed pone, [k] ecclesia litigat cum aliquo super beneficio agente, quæ poterat illi crimina uel defectus opponere: sed exclusa est per terminum peremptorium datum ad omnes exceptiones proponendas: quæritur an sit ad hoc restituenda? Et uidetur quòd sic. extra, de in integ. rest. coram. Nam & restituitur ad exceptiones omissas: ut suprà. Item interest ecclesiæ, non habere socium criminosum: exemplo minoris, qui restituitur, si damnosam societatem coierit. ff. de minori. in causæ. secundo §. 1. quia ecclesia iure minoris fungitur. extra, eo. c. 1. Nam & absenti causa Reipublicæ lapsis temporis ab accusatione excluso, subuenitur, ut accusare possit. ff. ex quib. cau. maio. si qua militi. & ei, qui ultra tempus debitum non potuit furore uel ætate obstante accusare: ut extra, qui ma. accu. pos. cum in tua. Dic contra, quòd minor, uel ecclesia, non restituitur ad crimina in modum exceptionis proponenda. & sic obtinuit.

8 † Nam in executionibus pœnarum, non est paratum auxilium restitutionis: ut in prædicta l. auxilium. Esset enim magna executio pœnæ contra eum, qui propter crimen, etiam in modum exceptionis probarum, à beneficio repelleretur: quia fieret infamis, saltem infamia facti, & ineligibilis. C. de dig. l. 2. lib. 12. extra, de exces. præla. inter dilectos. extra, de elec. super eo. Nec obst. præd. c. coram. quia ibi fit restitutio ad priuilegia exhibenda, & non ad crimina probanda. & hoc ideo: nam ibi ecclesiæ nihil de suo iure non proponendo deperiret: nec illi aliquid accresceret proponendo: quibus casibus tantùm minori datur restitutio. ff. eo. non omnia. & etiam maior. ff. ex quib. cau. ma. l. & si uerò. & l. fin. Item per hoc patet, quod per l. in causæ, non obstant: quia recipiendo hunc socium beneficiandum, nil incommodi pecuniarij sentit: de quo interesse iura curauerunt, non autem de publico interesse, de quo dicitur quòd publicæ utilitatis est, ne crimina remaneant impunita: extra, de senten. excommunic. ut famæ. ff. ad l. Aqui. ita uulneratus. ut patet in prædicta l. auxilium. & l. non omnia. Item non obstat l. si qua. & decre. cùm in tua. quia ibi non datur restitutio: imò tempus ad accusandum, cum sic utile, ipso iure non currit. ff. de adul. l. si maritus. in

9 princip. † Item denegatur restitutio, propter mendacium, si cùm contraxit mentitus est se esse maiorem. C. si minor se maio. distinctio. l. prima secunda & tertia. Sed nunquid & contra hoc

l dabitur ei restitutio? Respondeo, [l] non uidetur: quia uolenti dolus non infertur. C. de transac. cùm donationis. Sed nec aduersarius hoc potest dicere, cum ipse sciuit, & decepit. C. si mi. se maio. di. l. 3. in fin. Vnde dolus cum dolo, &c. de libe. cau. si filium tuum liberum. ff. de mino. uerum. §. fin. ff. de dolo. si duo. secundum Albe.

m Papi. Tu dic breuiter, [m] quòd si minor dicit se maiorem, sciens se esse minorem, non subuenitur ei: ut C. si minor se maio. di. si is, qui. & l. seq. in princip. Si uerò hoc dixit suasione aduersarij: tunc ei subuenitur: ut eod. titul. l. prima, & l. si alterius. ibi: quia si per iniuriam, &c. Si uerò falsitate, scilicet putans se maiorem, cùm minor esset, bona fide dixit se maiorem, subuenitur, etiam nisi iurauerit. Quo casu subdistingue: quia aut iurauit nerbotenus in instrumento: & tunc non restituitur nisi per scripturam, seu per instrumentum se probet minorem: ut in prædicta l. si alterius. prope finem. Aut iurauit corporaliter: & tunc in nullo casu restituitur:

10 ut in ea. l. in fin. † Quodlibet enim iuramentum seruandum est: nisi seruatum uergat in animæ detrimentum. extra, de iureiur. si uerò. & cap. cum contingat. C. si aduer. rem indi. authen. sacramenta. Sed si ignoratur, an minor dolo se maiorem dixerit, uolens decipere uel non: quæritur quid in dubijs præsumetur? De hoc no. in præ. l. si alterius. prope fin. & secundum quos-

n dam [n] extra, de in integ. resti. constitutus.

11 † Sed huiusmodi erit scriptura seu instrumentum, per quæ debet probare se minorem, ut præmisi. Respon. si habet instrumenta suæ natiuitatis, planum est: ut C. de proba. neque natales. Si autem habet instrumenta dotalia, in quibus dicitur quòd T. sponsus à Berta sponsa recepit centum nomine dotis: tunc est præsumptio pro ipso minore contra aduersarium.

o [o] Si autem ibi dicatur: T. coniunx à Berta coniuge. ut extra, de præsumptio. illud. tunc non sic pro minore præsumitur: quia dudum postquàm fuit natus, possent esse confecta, nisi uellet probare per testes, qui nuptijs interfuerunt, & quando instrumentum fuit factum, scilicet, tempore nuptiarum, licet non recordentur, quo anno fuerint celebra-

12 tæ. † Sed nunquid hoc sacramentum, [p]

p præiudicat minori cum alio contrahenti? Videtur quòd sic. ff. de mino. l. de ætate. Nam

 scn-

ſententia & ſacramentum paribus paſsibus ambulant: ut C. de reb. credi. actori. Sed dic contra, quia res inter alios acta alijs non præiudicat: ut extra, de re iudic. quamuis. & ita nec iſti minori, niſi quantum eſt infamia. Nec obſtat. l. præ. quia aliquando eſt ſententia maioris autoritatis, quàm iuſiurandum: ut argum. ff. de iureiur. l. ſecunda. Sed qualiter aget contra minorem is, qui cum eo contraxit, cum minor iuraſſet ei ſe maiorem eſſe? quia non poteſt eſſe in iudicio ſine curatore: ut C. ſi aduer. rem iudi. l. pe. & ſi petat curatorem ei dari, uidetur dicere eum minorem. Reſpon. huiuſmodi ſubtilitates iudex reijciet, & id quod in principali, & in aſſeſſorio ob-
13 ſeruetur. † Quid ſi feci ſecum contractum unum, & iurauit ſe maiorem: poſtea uerò feci alium, & non iurauit. Si agam primò ex eo contractu, in quo iurauit, poſtea ex alio, uideor arare
q in boue & aſino. q Vnde primò debet agi ex eo contractu, in quo non iurauit: licet dicam tunc eum minorem & petam ſibi dari curatorem, tamen in alia cauſa potero eum dicere maiorem: quia poteſt eſſe quòd factus ſit maior, ſecundum Vber. Sed cum ei, qui fraudulenter ſe maiorem dixit, negetur reſtitutio, ut prædixi: quid erit ſi negotium ipſo iure non tenuit: puta, fuit in iudicio ſine curatore: uel uendidit fundum ſine decreto: nunquid poterit uenire contra? Et ui-
14 detur quòd ſic, non obſtante mendacio: † quia facilius repellitur quis à beneficio reſtitutionis in integrum, quod eſt ius ſingulare, quàm à iure communi, ſicut aliàs dicitur, Non tibi tuum, ſed ſuum prætor denegat auxilium: ut not. C. ſi aduer. uend. l. 1. Vel poteſt dici contra, ut nullum ſibi ſuperſit auxilium, ſi iurauit. argum. in præ. l.
r ſi alterius. in fin. ſecundum Vber. r † Sed & ſi
15 mater minor 25. an. petat filio tutorem, ſuccurritur ei per beneficium reſtitutionis in inte. ut hoc non obſtante ſibi ſuccedat: ut C. ſi aduer. delic. l. ſecunda. Sed cum etiam alij agnati teneantur petere: ut C. de leg. hær. ſciant. nunquid eis minoribus ſubuenitur, ſi non petierint? Reſpon. ſic, eadem æquitate, licet magis uideatur ſubue-
ſ niendum matri, magis de filij ſ morte lugenti.
16 † Sed quid ſi ipſa mulier eſt maior facta filio in pupillari ætate conſtituto, & nondum tutorem habente, nunquid tenetur petere: & ſi non petat, nunquid punietur? Videtur quòd tenetur petere: quia ceſſante cauſa, ceſſat effectus: ut ff. de pac. quod dictum. & ff. de iure patro l. adigere. §. quamuis. extra, de app. cùm ceſſante. extra, de vo. magnæ. & argum. ff. de tutel. & ra. diſt. ſi tutor Reipub. §. 1. ff. de lega. 2. Titia. §. uſuras. argum. contra, quòd initium ſit ſpectandum. ff. de bo. liber. qui cum maior. in prin. extra, de elect. dudum. 1. ff. de his, quib. ut indig. in fraudem. §.
17 pen. quod uerius eſt, ſecundum Vber. † Item nota quòd priuilegiatus contra priuilegiatum reſtituitur. Vnde ſi procurator fiſci rem minoris diſtraxerit minori pretio quàm ualet, minor reſtituitur contra fiſcum: ut C. ſi aduer. fiſ. l. 1. & ſic priuilegiato ſeruatur priuilegium contra aliud pri-
t uilegium: ut ff. eo. uerum. §. fin. t Sed qualiter hoc erit, cum in pari cauſa potior ſit conditio

poſsidentis: ut ff. de regu. iur. in pari? Reſpond. hic non eſt par cauſa: quia non ſunt circa idem priuilegiati fiſcus & minor. Nam minor certat de damno uitando: fiſcus uerò de lucro captando: ideoque agentis potior eſt conditio. ff. de mino. ſi minor. Sicut etiam contingit in omni caſu, ut fiſcus ſemper utatur iure communi, niſi aliud ſpeciale foriè appareret in eo: ut ff. de peti. hæred. l. item ueniunt. §. ait. Senatus. Sic etiam dici poteſt in eccleſia & minore, & in omnibus ciuitatibus multò fortius. argumen. C. de præſcrip.
18 30. an. omnes. in fi. ſecundum Vber. † Item fauore libertatis non reſtituitur minor in ſeruum ſuum perperam manumiſſum, licet indemnitati quo ad pretium conſulatur. C. ſi aduer. lib. l. 2. ff. de mino. ſi minor. 1. & 2. Porrò eccleſia iure minoris, ſemper debet illæſa ſeruari: ut extrà, eo. c. 1. ideoque ipſa, ſicut & minor, reſtituitur in omnibus contractibus & negotijs, & iudicijs, & ſententijs, in quibus enormi er læditur. extra, eo. c. 1. & c. auditis. & c. cum ex literis. & c. coram. ut ſu-
19 prà diximus in minore. † Idem quoque iuris eſt in Republica, quæ vtitur iure minoris uel pupilli, ut ipſo iure ſeruetur illæſa, uel ad inſtar eorum debet reſtitui: ut C. lib. 11. de cur. Reipu. l. Rempublicam. Quod intellige in Republica Roma. Illa enim dicitur propriè Reſpublica: tamen quoad hoc dici poteſt Reſpublica cuiuslibet ciuitatis: ut ff. ex quib. cau. maio. ſed & ſi per præto-
u rem. §. inquit tibi. De hoc u ff. ad Mace. l. nil intereſt. C. de offic. eius, qui uicem alterius iudi. obti. l. 1. dic ut ibi. & arg. ad hoc C. de ſacroſan. eccl.
x & l. fi. x arg. tamen contra: quia quælibet alia ciuitas ad Romanam, loco priuati eſt: ut ff. de uerb. ſigni. eum, qui uectigal. & l. præ. & ciuitas & priuatus æquiparantur: & ideo non dabitur ei reſti-
y tutio, ſecundum Papinianum in prædic. l. nihil. y
20 † Ad doctrinam autem huius articuli clariorem, quæritur, an commune alicuius caſtri, quod læſum eſt, puta in uenditione alicuius rei, debeat reſtitui? Et uidetur quòd ſic. Nam eius legatus reſti-
z tuitur. ff. ex quib. cau. ma. legatis. z Dicitur enim legatus municipij, caſtri, uel uillæ. ff. ad municip. l. 1. Item qua ratione minor læſus reſtituitur, ſcilicet quia facilè lædi præſumitur: ut ff. de mino. l. 1. eadem & uniuerſitas, in qua naturale uitium eſt negligi, &c. ut C. quando, & quibus quarta pars de. ex bo. decu. l. 2. lib. 10. Sed hoc uerum eſt in alijs conſortibus. Item ciuitas reſtituitur ſecundum Accur. ut iam dixi, & ipſe idem æquiparat caſtra, uillas, & burgos ciuitati: ut notatur in Summa de magiſtra. muni. Sed hoc uerum eſt,
a quo ad iuriſdictionem. a arg. contra: nam reſtitutio eſt contra ius commune. Reſcindit enim præſcriptiones. ff. de mino. l. quod ſi minor. §. reſtitutio. & infra, uerſi. hoc autem. & ſeq. Si ergo in ciuitate Romana, uel alia, locum habet, non debet ad conſequentiam trahi. ff. de legi. & ſenatuſcon. quod no. 26. q. 2. non exemplo. 16. quæſt. 3. §. poteſt. 2. reſpon. 1. Item pari ratione, quælibet uniuerſitas piſtorum, cerdonum, & huiuſmodi, re-
b ſtituetur. b omnis enim uniuerſitas indicens facit. C. de iuriſ. om. iudi. l. fin. & ſic res in infinitum abibit: quod uitandum eſt: ut extra, de re-

c rescrip. cum in multis. c Item & in multis differt castrum à ciuitate: ut C. de sacro. sanct.eccle.l.fi. ff.de usuc. l. usucapionem. Item ad hoc ff. de uia
d pub. ædiles. d Hanc partem multi sapientes fouent: sed Albe. Papi. primam sententiam tenet.
e e De hoc C.ex qui.cau. ma. l. Respublica. f † Sed
f nunquid prælatus uel Potestas potest de hoc co-
21 gnoscere? Respond. non: quia illi debent ecclesiam seu uniuersitatem defendere: ut extra, de iura.calum.c.penult. C.de defen.ciui.defensores.&
22 de procu.eum,qui res. † Prælatus autem nomine ecclesiæ, sicut & defensor ciuitatis, nomine uniuersitatis potest sine speciali mandato eam petere: ut uidetur argum. C. de offic. eius qui ui. ali. iudi. obtin.l.1. Isti enim funguntur uice tutorum uel curatorum argum. C.de episc. & cle. orphanotrophos.in authen.de ecc.tit. §. fi. colla. 9.5.q.3. quia episcopus.& est argum.ad præmissa.ff.de mino.illud.ff.quod cuiusque uniuersita. l. fi. & C. de decu.procuratores.lib.10.argum.contra, quòd prælatus & defensor uniuersitatis, debent habere speciale mandatum à suo capitulo & uniuersitate. Nam prælatus non potest alienare sine consensu capituli: ut extra, de his, quæ fi.à præla. sine consen. cap. per totum. Facit ff. de iure deli. ait prætor.circa medium. & ibi non loquitur in tutore, uel curatore, uel prælato, uel syndico, seu alio admi. sed solum in hærede deliberante: qui dum deliberat, non potest alienare. Non est ergo mirum, si non possit actionem mouere. Item uidetur contra de syndico: quia ipse fungitur uice procuratoris.ff.quod cuiu.uni.no.item eorum. §. actor. Sicut ergo procurator non posset petere, sic nec ipse poterit. Sed dic quòd fungitur uice procuratoris quo ad id, quod ibi dicitur, & quo ad hoc ut possit ex eisdem causis mutari, quibus & procurator: ut ibi,& §.seq.secundum Albe. Pap. Poterit ergo prælatus petere in integrum restit. sine mandato,
g saltem in subsidium, secundum Alb. Papi. g Alij contra.& exponitur in præ.l.C.de offi.eius qui ui. al.iu. ob. l. 1. defensores & syndicos. Idem etiam est secundum Papi in actore uniuersitatis, & quolibet alio ultimam administrationem habente: ut petere possit sine speciali mandato. Secus autem in procuratore generali, qui petere non potest. ff.de mino.illud. §. fi. Nec etiam consanguineus: ut ff.eo.procurator. Idem dixit Alb.Papi. in syndico. Accur.contra, ut not.C.ex qui.cau.maio.republica.uerum causa restitutionis potest per procuratorem ad hoc legitime constitutum tractari: ut C.etiam per procura.causam in integ.rest. peti posse.l.1. dumtamen ad hoc habeat speciale mandatum: non aliàs: ut suprà de procu.§.1.uersi.itẽ opponitur quod licet. Procurator autem eius, cõtra quem petitur restitutio, sine mandato ad defen
23 sionem admittitur.ff.de mino. quod si de. † Quid de ea restitutione, quæ à principe aduersus delictum petitur? Dic quòd & ibi potest constitui procurator: quia non est criminalis causa. Secus in causa criminali: ut in eodem §. uersiculo item quòd causa est. Sed nunquid procurator constitutus ad litem, in qua incidit commodum restitutionis, potest illam petere sine speciali mandato? Respondeo sic: ut not. extra, eodem. de in
h integ. restitut. suscitata. h † Hoc autem notan-
24 dum est, quòd præscriptiones longæ non currunt minori, imò ipso iure seruatur illæsus. C. in qui. cau. in integrum restitutio non est ne. sancimus. Quod uerum est, si sint in corpore iuris clausæ: secus si sit municipalis præscriptio. extra,
i eodem titulo capitulo constitutus. i † Ecclesia
25 etiam restituitur contra præscriptionem, secundum doct. meum. Sic potest intelligi extra, ut lite non contestat. accedens. 1. & de re eccle. non alie.ad nostram. Gof. tamen contra de hoc extra, eodem cap. primo. Item & præscriptiones iudiciorum currunt: sed restituitur. C. de iudi. pro-
k perandum. §. fin. Vincen. dixit k quòd ecclesia semper habet auxilium restitutionis, nisi ubi cautum in contrarium inuenitur: ut in præscriptione temporali, quæ hodie non currit contra minorem: olim uero currebat, sed restituebatur: quæ patet in exceptione non numeratæ pecuniæ. C. in qui. cau. in integ. restitut. non est ne.l. fi. Sed tamen præscriptio temporalis, contra ecclesiam currit: ut patet in usucapione, quæ currit contra eam: nec restituitur: ut decimasexta quæstione tertia, placuit. & l. quas actiones. C. de hæreti. authen.idem.extra, de præscrip.cap.1. Domi.Clemens Papa 4. pronunciauit contra Treuerensem electum, quòd post biennium non posset contra mercatores opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, uel doli, quæ ad idem tendunt: & eos non debere cogi respondere positionibus ele-
l ctis causam tangentibus. l † Sed cum dixerim,
26 tempus, quod datur ad proponendam exceptionem non numeratæ pecuniæ non currere minori: uidetur quòd hoc priuilegium nullum sit. Nam post minorem ætatem exactam non currit biennium, & si postea non restituitur, sed si aliàs esset deceptus, haberet quadriennium quod currit post uigintiquinque annos, ut C. de tempo. in integ.restit.l.prima. & fi. Ad hoc dicunt quidam quòd post uigintiquinque annos habet bienniũ, & post biennium habet quadriennium: & esset maius tempus. Vber. uero dixit, & melius, quòd hoc biennium utilius est quadriennio. Nam in isto biennio, non habet necesse probare, sibi fore pecuniam numeratam: ut C. de non nume. pecu. si ex cautione. Sed quando habet quadriennium: tunc se habet probare & læsum, & minorem tempore contractus fuisse, ut C. de in integ. restitu.l.quar
27 ta. † Sed quare in contractibus non seruatur ipso iure illæsus, sicut & in præscriptionibus? Respond. in contractibus est incertum an sit deceptus uel non. unde non debet restitui, nisi deceptione probata: ut C. eodem titulo si minorem.& infra uersi. illud quoque. In præscriptionibus autem temporalibus certum est quòd deceptus est. unde in certis, locus non est coniecturis, ut ff. de uerb.oblig.continuus. §. cum ita. Quid si minor steterit per biennium uel triennium, quòd non soluit pensionem: nunquid currit ei illud tempus, an seruabitur ipso iure illæsus? De hoc infra, de
28 loca. §. nunc aliqua. uersi. 14. † Quid de præscriptione unius anni, quæ currit ei, qui non accepit inuestituram feudi, ut repellatur post annũ? Dic quòd non currit pupillo: ut supra de præscri.

30. anno. ficut. §. fin. fed adulto fic, fed reftituitur: quia geftum eft cum minore: ut ff. de minori. ait prætor. in princip. Quid in præfcriptione, quæ opponitur redhibitoriæ, uel confimili: ut ff. de redhi. act. fciendum. §. fin. Refpond. forte ipfo iure feruatur illæfus, fecundum Vber. Si autem teftes pro minore inducti nil dicant: dic ut in
29 §. fin. † Vt autem hæc materia fub compendio
m commemoretur, nota m quòd quædam funt tempora, quibus ecclefia ipfo iure feruatur illæfa, nec fibi currunt: ut præfcriptio decem uel 20. annorum: ut 16.q.3.§.poteft.circa princip.cum fuis concor. extra, de præfcrip. ad aures. Quædam in quibus dormit, feu fufpenditur præfcriptio: & feruatur ecclefia ipfo iure illæfa, ut cum uacat. extra, de in inte. reftit. auditis. uel cum habet prælatum hæreticum. extra, de præfcrip. cap. 1. uel fufpenfum. extra, de concef. præben. quia diuerfitatem. & tempore hoftilitatis. extra, de præfcrip. ex transmiffa. & cap. cum nobis. & c. auditis. Quædam, de quibus dubitatur an currant: ut eft biennium & triennium, quæ currunt contra canonem non foluentes, cum quædam iura dicant non currere contra ecclefiam 16. q. 1. §. nouarum.& C. de facrofan. eccle. placet. quod concedit Gof.& quidam dicunt contra: ut C. lib.
n 10. de act. tribu. l. fi. quæ incipit, fi diuina. n Sic etiam dubitatur de ufucapione, an currat contra ecclefiam. Et uidetur quòd fic: ut in prædi. §. poteft. & l. quas actiones. Sed eft contra C. in qui-
o bus cau. in integ. reftit. non eft necef. l. fi. o & in his ecclefia reftituitur, fi læ datur. C. fi aduer. ufuc. l. fi. in fi. Quædam funt, quæ currunt pro certo, nec reftituitur: ut patet extra, de elect. ne pro defectu. & de concef. præben. nulla. & hoc propter negligentiam, quæ dolo comparatur. ff. depofi. quod Nerua. fed tunc non currit ecclefiæ, fed perfonis. ex. de præfcrip. c. 1. Quædam uerò currunt pro certo, & pro certo reftituuntur: ut in decendio, quod datur ad appellãdum, quod currit ecclefiæ, fed reftituitur ad illud: ut extra, de in integ. reftit. cap. fi. & C. fi fæpius in integ. reftit. poftu. l. prima. Quædam pro certo currunt, fed eft dubium an reftituantur: ut in præfcriptione 40. an. ut extra, cap. auditis. Sed & in minore, dic quòd olim fibi quædam tempora currebant, nec reftituebatur: nec hoc hodie immutatur: ut præfcriptio 60. dierum, qui dantur ad accufandum iure mariti: ut ff. de mino. l. auxilium. Item præfcriptio quinquennij, quæ currit minori uolenti mouere quæftionem ftatus alicui, cuius mater tempore mortis pro ingenua habebatur. Si enim tacuerit per quinquennium à tempore mortis, non reftituitur etiam hodie: ut C. ne de ftatu defun. fi mater. & extra, de coniu. fer. licet. Item in tempore ftatuto ad confectionem inuentarij: ut in authen. de hære. & Fal. colla. 1. §. fi. Item in tempore, quo durat inftantia iudicij: fed tunc diftinguitur, an tutor fit foluendo: ut C. de iudi. properandum. §. fin. Et fic intellige ff. de mino. l. & fi fine. §. item fi non prouocauit. & §. item in eremodicijs. Idem forte in tempore ftatuto ad appellandum: ut in præd. §. item fi non prouocauit. Et hoc fi tutor non fit foluendo: alias non. Item quædam tempora ipfo iure olim fibi non currebant, nec hodie currunt: ut quinquennium, quod datur pro querela inofficiofi teftamenti: ut C. in qui. cau. in integ. reftit. non eft ne. adolefcentiæ. ff. de mino. l. interdum. C. fi maior. fac. l. fin. In his enim nil immutatur. Vnde contingit quòd etiam poft 30. annos minori fubuenitur. Item quædam erant olim tempora, quæ currebant minori, fed reftituebatur: in quibus hodie immutatur: ut in præfcrip. 40. anno. C. in qui. cau. in inte. reft. non eft ne. fancimus. in fi. ubi de hoc. Item quædam olim tempora currebant minori, fed reftituebatur. quod eft hodie immutatum: quia ipfo iure feruabitur illæfus, in omnibus temporalibus præfcriptionibus, fcilicet decem uel 20. uel 5. ann. & in alijs omnibus temporalibus: ut in præd. l. fan-
30 cimus. ubi ius uetus corrigitur. † Sed quare tempora, quæ dantur ad appellandum, currunt minori & ecclefiæ, ut dixi, cum fint temporales præfcriptiones. De hoc C. qui. non ob. lon. temp. præfcrip. non eft. Et dici poteft quòd funt tres fpeciales cafus, in quibus temporales præfcriptiones contra minores currunt, fed reftituuntur, fcilicet ad appellationem omiffam, ut dixi: & contra inftantiam iudicij, quæ perit lapfu triennij, ut fuprà. Item cum adijt hæreditatem, quo ad ea, quæ ante hæreditatem petere potuit: ut in authen. de hæ
31 re. & Fal. §. pupillus. fecundum Odofr. † Diximus de reftitutione minorum: nunc aliqua de reftitutione maiorum fubijciamus. Scias ergo quòd fi maior 25. an. læfus eft in iudicio, uel extra, dolo uel metu aduerfarij fui: reftituitur per actionem de dolo, uel quod metus caufa, iudicis officio. C. de dolo malo. & C. quod met. cau. & extra, eod. per totum. Item fi læditur dum abfens eft caufa neceffaria, uel probabili, puta caufa Reipublicæ, uel ftudij, uel peregrinationis, uel legationis fuæ ciuitatis, uel profequendæ appellationis, uel teftimonij ferendi, uel quia in uinculis, uel cuftodia publica, feu priuata, detinetur, & uenire non poteft: & reftituitur in eo quod in abfentia fua læfus eft. ff. ex qui. cau. ma. l. fuccurritur. & iu ea-
32 dem caufa & ff. de iudi. l. 2. † Verum circa fententiam contra maiorem abfentem latam, diftingue: an abfens fuerit probabili & neceffaria caufa, uel probabili tantum, uel neceffaria tantum, uel uoluntaria tantum, uel ex contumacia. In primo cafu, fi fuit legitime defenfus, reftituitur ad appellandum tantum. Si uerò non fuit legitime defenfus, uel nullo modo, reftituitur ad totam caufam
p ex integro agendam. ff. de in integ. refti. l. fi. p ff. de iudi. l. fi prætor. ff. ex qui. cau. ma. l. 1. & l. ab hoftibus. refpond. primo. In fecundo cafu, fi fuit legitime defenfus, in nullo reftituitur: fi minus legitime uel nullo modo, põt appellare fuo communi iure. ff. ex qui. cau. ma. l. nec non. C. quo modo & quando iudi. l. ab eo. ff. quando appell. fit. l. prima §. fin. Ideoque non reftituitur, nifi forte quando nullum poterit relinquere procuratorem: uel reliquit, fed mortuus eft: tunc enim reftituitur ad caufam tractandam. argum. præ. l. necnon. cum dicit, procuratore fuo defuncto &c. Idem quoque eft in tertio cafu: ut ff. ex qui. cau. ma. fed & fi. §. 1. & ff. de min. Papinianus. In quarto autem

autem casu, in nullo restituitur. ff. de re iudi. de
33 unoquoque. † Quid si is qui conuentus est in iudicio, lite contestata eligitur in potestatem uel rectorem alicuius loci, & datur ei licentia eundi ad Potestariam: cum autem est in media uia, citatur ut ueniat ad audiendam sententiam: ipse uero non uenit, ideoque fertur sententia contra eum: nunquid debet restitui, quasi sententia non tenuerit? Videtur quod sic, arg. C. ex qui. cau. ma. in integ. restit. l. 1. & de magi. conue. l. 1. ff. de tut. & cura. da. ab his. diuus. Arg. tamen contra. ff. ex quibus cau. ma. l. & qui data opera. & l. Reipublicæ. De hac materia uide ut not. ff. de in integ. restit.
q l. fi. & 2. q. 6. biduum. uersi. palam. In quinto q casu, si est hic contumax, auditur appellans: si autem uere, minime. quæ dic ut supra de contu. §. 1.
34 † In summa not. r quòd restitutio alia debetur ex
r sola misericordia: alia ex debita iustitia. Ex sola misericordia debetur illa, quam ratione peractæ pœnitentiæ misericorditer petit suspensus uel damnatus ab eo, qui suspendit uel damnauit, uel ab eius superiore: ut quinquagesima distinct. contumaces. & cap. ponderet. extra, de cle. non resi. ex tuæ. extra, de indi. cap. at si clerici. prope fi. ibi: post peractam pœnitentiam, &c. depositus uero seu solenniter degradatus, à solo Papa petere potest; ut 2. q. 6. ideo. Et hoc propriè dicitur prioris status redintegratio, de qua supra de legato. §. nunc ostendendum. uer. nono. & §. genera. extra, de cle. excommuni. uel depo. mini. c. clerici. & in præd. cap. ideo. Ex iustitia autem debita, est illa, quæ datur minori 25. ann. uel etiam maiori Reipublicæ, uel ex iusta, seu probabili causa absenti, uel ecclesiæ uel Reipublicæ læsis aduersus contractum uel quasi, aduersus sententias uel iudiciorum processus, & aduersus delictum uel quasi, in quo soli minori subuenitur quandoque.
s de qua restitutione hic agimus. s † Illud quoque
35 prætermittendum non est, quia tunc demum danda est restitutio, cum probata est læsio: ut extra, eod. cum uenissent. §. nos igitur. uel nona defensio: ut eodem titulo cap. fin. argumen. tamen contra, eod. tit. suscitata. uersi. procurator contra sententiam admissus est nulla læsione probata. & cap. auditis. ubi restituitur ad exceptiones probandas, non probata læsione, nec probato se necessariam probationem omisisse. in uer. licet autem. ibi: ut asserit, &c. non enim dicit, probauerit. Ad solutionem igitur horum contrariorum distingue: Nam aut ecclesia uel minor petit se restitui extra iudicium, aduersus peremptorias probandas, uel aduersus contractus. Aut in iudicio: & tunc aut in his, quæ præcedunt sententiam, aut contra sententiam. Si in his, quæ præcedunt, tunc & breuiter in cunctis eius negligentia omissis fit restitutio, non probata læsione. Ipso enim tractu temporis, uel propter ipsam negligentiam, satis apparet læsio. unde non est necessaria probatio: ut supra uer. sed quare in contractibus. puta, quia omisit probationem necessariam proponere, ante conclusionem: ut in præ. cap. auditis. uel omisit munimenta causæ intra tempus à iudice statutum exhibere: ut in cap. coram. Si autem aduersus sententiam uel contractum restitutio petatur, ut uidelicet reuocetur, necesse habet probare se læsam in sententia: ut in præ. cap. cum uenissent. & eod. tit. c. fi. uel in contractu: ut eod. tit. cap. 1. & c. constitutus. His enim casibus non probat se læsam, eo quòd censetur iure minoris: ut eod. tit. c. 1. uer. sed quare in contractibus. sicut nec minor: ut ff. de iureiur. nam postea. §. si minor. Sed adhuc obst. præ. cap. suscitata. Sed dic quòd ibi fit restitutio non contra sententiam, sed ad exceptionem peremptoriam scilicet ad præscriptionem proponendam: ideoque ibi non reuocatur sententia: imò executioni interim mandatur, donec exceptio sit probata. Vbi autem fit restitutio contra sententiam, totus processus reuocetur. Vnde necesse sunt nouæ defensiones: ut supra eo. §. uersi. sed quam uocas. & sic ecclesia ibi læsa fuerat per negligentiam: unde non probat læsionem: quia iam apparet ex negligentia uel omissione. Et uide quod not. suprà uersi. sed pone, ecclesiæ. Sed si minor uel ecclesia omisit opponere declinatorias, seu dilatorias in termino ad hoc statuto, subuenitur ei læsione probata: ut in præd. cap. constitutus. Quæ (ut dicunt quidam) probabitur isto modo: Primò enim probabitur utrum exceptiones, quas omisit in termino, & tunc intendit proponere, sint legitimæ. ex. de appel. ut debitus. quo inuento, læsio apparet eo ipso quòd ipsas uel eas in termino non proposuit: ut in prædi. c. cum
36 uenissent. circa finem. † Sed nunquid ecclesia uel minor potest contra confessionem suam restitui,
t non probato errore? t Respond. non: ut supra in princip. huius §. quia si detulit minor iuramentum, non ideo probatur læsus: quia potest esse quòd is, cui detulit, uerum iurauit, & sic minor non læditur. Sic & ecclesia potuit confiteri ueritatē: & ita non est læsa. Vnde necesse non habet probare errorem: ut in prædi. §. si minor. & argum. ff. de confes. certum. §. penult. Sed secundum hoc ecclesia non est priuilegiata, uel minor: quia quilibet maior restituitur contra confessionem, probato errore facti: ut supra de confes. §. postremo. Dic quòd imò, quia maior hoc non potest nisi ante sententiam: minor uerò hoc potest ante & post. Verum autem & qualiter ecclesia potest restitui contra sententiam: not. Vinc. extra, de
37 rest. in integ. tum ex literis. † Et scias quòd hoc beneficium competit, cum res uel personæ læsæ sunt enormiter, nec habent aliud auxilium, per quod eis ualeat subueniri: nam pro modica læsio
u ne non datur. u nec ubi aliud superest ordinarium remedium: puta quia contractus non tenuit: uel si competat aliqua actio uel exceptio, per quam læsus sibi prospicere possit. ff. de minori. scio quæ
x situm. & l. in causæ. 2. responso. 1. x & §. 1. & 2. C. in qui. cau. in integ. restit. non est ne. l. 1. &
y 2. & extra, eod. cap. 1. secundum T. y † Hoc au-
38 tem generale est, quòd minor restituitur contra eum, cum quo contraxit, uel contra eius hæredem, & non contra tertium, ad quem res peruenit, nisi in subsidium: uidelicet si ille, cum quo contraxit, non est soluendo. ff. eod. in causæ. §. fi. & l. plane. Item minor deceptus à seruo uel filio famil. restituitur quandoque contra dominum uel patremfam. ff. de mino. quod si minor. §. si

seruus. Quidam tamen dicunt quòd si nihil ad eos
peruenit, sola serui uel filij castigatione liberan-
tur. ff. de his, qui deiect. uel effu. l. 1. §. cum
seruus. ff. de iniu. l. 1. §. sed si unus. & §. cum seruus.
ff. de iur. om. iud. si quis. §. in seruus. & iunge quod
39 est infrà §. proximo. † Vltimo not. [z] quòd resti-
z tutio in integrum quandoque petitur incidenter:
& tunc non est libellus necessarius. Quandoque
uerò principaliter: & tunc est libellus necessarius,
& litis contestatio, & sententia. extra de offi. iudi.
cap. 2. & suprà de offi. om. iudi. §. incidenter. uersi.
sed quæritur. & infrà de lit. contest. §. nunc di-
40 cendum. uersi. 8. † Quid ergo si is, contra quem
petitur, ante litem contestatam se absentat contu
maciter? Dicunt quidam quòd ante litis contesta
tionem non dabitur diffinitiua super restitutione
danda uel deneganda: sed solum interlocutoria
de mittendo actorem in possessionem rei uel quan
titatis petitæ. ff. ut in pos. leg. is, cui. extra, ut
lite non contest. quoniam cum suis concor. Spe-
ciale enim est in causa appel. ut in ea non possit li
te non contestata pronunciari: ut C. de temp. app.
l. fi. §. illud. & in hoc concor. B. ut not. ex. de offic.
a iudi. c. 2 & de in integ. resti. ex literis. [a] Sed con-
tra, quia per hoc non consulitur petenti restitutio
nem contra sententiam. Præterea causa restitutio
nis debebat finiri olim intra annum: hodie uerò
intrà quadriennium: nec enim perpetuatur per
lit. contest. At is, contra quem fit missio, lite con
testata perpetuo auditur, ut consueuit dici C. de
iudi. l. properandum. §. sin autem reus. & C. ubi
in rem actio. l. s. Et ideo dicunt Odof. & alij, quòd
tenetur uenire captis pignoribus, uel mulcta indi
cta. ff. si quis ius dicenti non obtemp. l. unica. ff. de
mun. & hono. l. si quis magistratus. ff. de liber. a-
gno. si quis à liberis. §. si quis ex his. ff. de uen. in-
spi. l. 1. §. quid ergo. Instit. de satisdat. tut. §. fi. &
tunc si ueniet, fiat litis contestatio, & sententia fe
ratur. ff. de mino. Papinianus. in fin. & in præd.
decre. de offic. iudi. quòd si non ueniat intra tres
menses, uel minus spatium, ex causa à iudice sta-
tuendum, uel si nolit litem contestari, dabitur re
sponsio, etiam lite non contestata: ut C. si ut se
b ab hæred. absti. authen. si omnes creditores. [b] C.
de edi. diui Adria. tollen. l. unica. §. sin autem.
Et hoc probat l. ff. de mino. in causæ. §. causa co-
gnita. quæ dicit indistincte, eam dandam partibus
præsentibus, uel si per contumaciam desunt: un-
de nos distinguere non debemus. ex. de transla. in-
ter. 2. q. 5. consuluisti. & sic erit speciale quòd fe-
ratur sententia diffinitiua in causa restitutionis in
integrum, quæ habet finiri, ut dixi, olim intra
annum: hodie uerò inter quadriennium, sit lis
contestata, uel non: ut in præ. l. Papinianus. &
C. de temp. ap. l. fi. quod esse non posset, si non
daretur sententia, aduersario absente. Posset etiã
dici quòd hoc non est sententia, sed decretum: ut
& alias. C. ad Treb. sancimus. §. causa autem.
ff. de bo. pos. l. 2. §. si causa cognita. & l. seruus.
in princ. ff. de libe. præte. filium. §. si quis bo. poss.
Est enim differentia inter sententiam & decre-
tum: ut not. ff. de offic. procon. & l. nec quic-
c quam. §. ubi.

ADDITIO.

a *Annis. Vt dixit Azo in Summa huius tituli in prin
cip. hoc tempus computatur de momento in mo-
mentum & est tex. ff. eod. tit. l. 1. §. minorem.
& dies bissextilis de medio tollitur ibi. recipit
autor inde exempla sequentia facienda & dene-
ganda restitutionis, usque ad uersi. sed quam.
dicens, quorum aliqua Ioan. de Deo posuerat ubi
supra post Tancr. Ioan. And.*

b *Minores. Vt ibi not. hoc ipso quòd appellari non
potest, apparet grauamen. Vnde Mar. de Fa. ubi
supra dicebat certos casus, quibus ecclesia, uel mi
nor, ipso facto probant læsionem. Allega. prædicto
§. & C. de arbit. l. 1. Alius casus, secundum eum,
est in mutuo: in quo aduersarius probare debet in
ipsorum utilitatem pecuniam esse uersam. C. si
aduer. cre. l. 1. C. de sacro san. eccle authen. hoc ius
canonizata 10. q. 2. & extra de fideius. c. pen. Ter
tius si fideiubeat minor uel ecclesia. ff. de mino. l. ait
prætor. §. si solum. 11. q. 1. te quidam. extra de fi-
deius. c. 1. ff. qui satis. cog. l. de die. §. 1. nisi fideiu-
beret in rem suam, puta pro procuratore suo: ut
ibi faciunt præ. pro Gui. de Suza. qui addit casum
in l. 1. C. si tut. uel cur. de minore uolente restitui,
quia hæreditatem adiuit, uel se immiscuit, qui
non tenetur læsionem probare: quia læsio apparet
ex aditione uel mistione. Expedit enim sibi sum-
tibus & litibus non uexari. ff. de mino. l. mino-
ribus 25. per quam l. dicit Alexan. in l. 1. C. si
ut se ab hære. absti. minorem. qui adiuit restitui,
etiam si per aditionem nil de bonis suis diminua-
tur. Item alle. Gui. ff. man. si hæreditatem. ff. ad
Treb. quia poterat. Dicit autem quòd aliqui con-
tra, & male. Hoc contrarium tenet Cy. secutus
Iac. de Are quod uide plene super authen. si omnes.
C. si ut se ab hære. absti. Allegant isti pro se ff. de mi
no. uerum. §. item non restituetur. & §. si locupleti.
ubi dicunt expressum. item præ. authen. si omnes.
Ad quid enim uocarentur creditores, dum uult ab
stinere, si sine probatione id posset? Sed responderi
potest id fieri, ne res dissipentur, uel baratentur.
Habet ergo minor secundum eos, probare hæredi-
tatem damnosam. Alle. not. C de rest. in integ. in fi.
Ratio, quia adeundo contrahit: & sic debet proba
re læsionem, sicut in contractu. Ad l. minoribus re
spondent quòd non uexatur, si hæreditas est opulen
ta. & si dicas, uexabitur in corpore: respondent, li
tiget per procuratorẽ uel actorẽ. Hæc non est mihi
sufficiẽs respõsio p decre. querelã. de procu. Io. And.*

c *Si maior. Supple 20. annorum Io. And.*

d *Participandum. Supple & participauit: requiritur
& secundum quòd emens ignorauerit illum libe-
rum.*

rum. & quartò, si ipse sciuerit quòd liber erat. hoc videas. ff. de liber causa. l. liberis. Insti. de iure per so. §. pe. glo. quolibet autem illarum quatuor deficiente, de iure communi in libertate prouocat: his concurrentibus seruus est iuri ciuili, vt ibi in tex. nec restituitur: licet minor 25. vt ibi in glo. ne tāta solennitas vitietur. & quia mutauit statum. et vide quod dicam infra, de na. ex li. ven. super verbo, sciendum. Ioan. And.

e Pueri. Si iurasset non uenire contra contractum de iure vel de facto: an lęsus enormiter restitutionem petere possit, vide quod dixi post Dyn. de emp. & ven. cap. pen. super ult. gloss. quod posuit etiam Cyn. in l. secunda de rescin. uend. sub 6. q. Ioan. Andr.

f L. 1. Salue quod dicitur eo. tit. l. pe. de alienationibus & hypothecis immobilium, in quibus requiritur decretum, in quibus censetur minor, vt est: licet veniam ętatis habuerit, quę non datur maribus, nisi maioribus 20. an. vt ibi in l. 2. Et facit hoc ad vltimum membrum quęstionis Iac. de Bel. quę incipit. l. Perusina. quòd si per statutum ualidantur confessiones & contractus facti per maiorem 20. minorem 25. & talis contraxit, & est lęsus circa prędicta, quòd restitui debeat, ne plus habeat statutum quàm venia ętatis. In contrarium videtur casus in authen. si captiui. C. de episcop. & cler sicut minor ętas limitata per illam legem. facit etiam super immobilibus ualere contractus, sic facit ętas limitata per statutum: & hoc in quęstiones pre. tenet ipse Iac. dicens contraria loqui, cùm lex ętatem limitat, sed gesta non ualidat. Io. And.

g Hoc. lib. 6. Io. And.

Loquitur in restitutione petita & obtenta: & primo casu restitutionis concessio habet uim interlocutoria: secundo diffinitiuę. Bal.

h Autem. Et ibi dabo remissiones.

i Defensionem. De hoc dixi extra eo. cap. ult. pen. q. Ioan. And.

k Sed pone. Iste versi. quasi ad literam fuit Compo. de elec. quod sicut. quem huc remittendo decise ibi posuit in vlt. colum. uersi. sed quid dices. & continuabatur ad versi. ibi pra. quem posuit autor supra. de excep. §. dicto. versic. sed pone datus. Ioan. Andr.

l Responde. Reuerentia eius salua, non apertè locutus est autor. Primum enim arg. non intelligo, nisi cùm diceretur dolus aduersarij interuenisse: & tunc secundum recidit in idem: & sic remanet quęstio quando ex vtraque parte interuenit dolus. Vides quòd Alb. Papi. tenet dolum dolo compensari. & refert Hemobo. Lanfre. dixisse quod beati qui tenebit: vt in pari causa melior sit conditio possidentis. habemus regulam, in pari. lib. 6. ubi concor. idem Simon in l. tertia. in fin. C. si minor. quod intelligit ita, quòd cesset ab vtraque parte petitio: satis videtur. vt recitat Cyn. in l. pra. q. 1. Petrum bene dixisse: qui vult restitutionem procedere, facta enim compensatione ad dolum: perinde est, ac si nullus dolus interuenisset: & sic stat firma petitio. quod placet etiam Inn. ut scripsi de adul. c. pe. super glo. pen. ibi: verbi gratia. & secundum terminos ibi positos, quando principalis petitio non tangit dolum, sed excipitur & replicatur de dolo: optimè hoc procedit. & vide quod no. de excep. dilecti. in ult. glo. Io. And.

m Breuiter. secundum Host. in l. 1. C. si mino. multi enim domini legum distinxerunt: sed plus hic accedit Homobo. sed dominus meus summando primam, secundam & tertiam l. illius tit. sic dicebat tenendum: si minor aliquid asserit, aut asserende decepitus est. aut uecipit: prime casu restituitur: vt l. prima & tertia. 2. responso. Nec curat hoc casu, iurauerit minor, uel non: quia semper restituitur. Simon in hic concor. l. tertia. Secundo casu non restituitur: ut in l. 2. & l. tertia. in princ. Si uerò neuter deceperit, sed minor asserit se maiorem, aut simpliciter, aut cum iuramento verbali, aut cum iuramento corporali. Primo casu restituitur. Secundo habet probare per instrumenta se minorē. Tertio non restituitur: quia iurauit super ętate: quod est priuilegium, quod facilius tollitur, quàm ius commune: vt infra. eo. versi. sed cum ei. Scripsi hoc eo. titu. cap. fina. in opp. secunda. in dubio tenet cum Azo. & glo. quòd prasumatur minor decipere, & non decipi: & sic non restituitur. & hoc si vnt dixit, ex coniectura l. secunda. eo. titu. Idem dixit post Nico. Mat. vbi remittam infra. uersicu. sed cum ei. Sed Homobo. in hoc dubio dicit quosdam distinguere à quo inchoauerit uerba, an a minore: & tunc prasumetur voluisse decipere: an à contrahente cum illo: & tunc contra contrahentem prasumetur. Sibi placet quòd in dubio prasumetur pro ipso: quia potius in iure prasumimus ignorantiam. quam scientiam. habemus per regulam, prasumitur. de regu. iur. lib. 6. vbi concor. Item prasumitur potius bona fides, quàm mala. C. de euict. l. pe. Nec prasumitur dolus, nisi probetur. C. de dolo. l. dolum. ff. de proba. quoties. §. qui dolo. Idem P. de Belus. vt recitat Cyn. in pradi. l. tertia. in fin per easdem leges. Sed ad hoc respondebat dom. meus per id quod pradixi post cū, hac uera, vbi non esset cōiectura ad cōtrarium

rium. Sed dic, est coniectura ex l. 2. ut prædixi. & quia dixit falsum.

ADDE ut per Pet. de Ancha. consi. 227. & Pau. de Castr. consi. 141. qui transit cum Io. And. in tit. de sen. prola. §. ut autem. super 4. forma.

m Secundum quosdam. hos non uidi.

o Aduersarium. Hoc ibi placet Guido de Suza. allegat pro indirecta probatione. C. de contrahen. & commit stipula. l. optimam. & l. Aristo. ff. qui potio. in pigno. habe. in fin.

p Sacramentum. De quo dixi supra. 1. uersi.

q Et asino. Contra illud Deutero. cap. 22. & extra de elect. cum causam. & subtilitas huius uersi. procedit, quando actor uolens tutè agere, uult quòd reus habeat curatorem.

r Secundum Vber. De hoc membro nullitatis, uide quod dixi supra, de senten. prola. §. ut autem. super 4. forma.

s Filij. Aliàs uiri. & vtraque bona.

ADDE, quòd matri minori non petenti tutorem succurratur: tenuit Ludoui. Roma. consil. 279. secutus hic Specu. & Bald. in authen. si captiui. de episcopis & clericis. quem etiam sequitur Paulus de Castr. in l. minoribus. C. de his, quibus ut indignis. & Baldus consi. 201. 3. lib.

t §. fin. Ad materiam facit quod scripsi de priui. c. 1. lib. 6. uersi. & illud ipsum. & super regula, & iudicijs. eo. lib.

u Hoc. Sup. & hoc etiam istud dico, quia in contrarium allegatur l. nihil. ut sequitur.

x L. fi. Ad hanc partem quòd ciuitas restituatur, inducitur C. de uen. re. ciui. l. 3. ubi inclita Vrbi alia ciuitates comparantur. & Rubrica ibi seq. de debi. ciui. l. 1. & 2. lib. 10. et ff. de adil. edic. §. illud. ff. de publi. l. sed & hi. §. 1. C. de ser. fugi. l. mancipia. & hanc partem tenet Odof. supposito quòd ciuitas subsit Romano imperio. ff. ad Treb. omnibus ciuitatibus. Idē Sim. Vin. super l. Respub. & Aud. de Baru. super prædict. l. Rempublicam.

y Nihil. Ipse Inno. hoc no. eo. ti. c. 1. ut ibi scripsi super 4. glo. Facit ad hoc ultimum ff. qui pot. in pig. habe. si pignus.

z Legatis. Dicebat Accur. ubi dicam infra, ergo fortius municipium, quod est causa causans. Sed ipse respondet quòd id facit absentia. Vnde, ut ibi patet §. penul. & vlt. uocati causa testimonij: uel qui propter causam principalem, uel appellationis, vel aliam necessariam absunt, restituuntur. ergo non est id ex priuilegio municipij, sed ratione probabilis absentiæ.

a Iurisdictionem. Ad hanc partem inducitur ff. de furtis. l. sed si imaginem.

b Restituetur. Hoc concedit G. de Suza. in l. respub. infra allegata.

c Multis. lib. 6.

d Aediles. Communius est l. sub tit. prædio. de loc. pu. fru.

e Tenet. Quod etiam refert Alb. Gal. Rubr. de syndi. prope fin.

f Respublica. Et ibi per Cyn. de his omnibus: primò, scilicet de fisco. secundò de ciuitate. & tertiò de castro & villa. & de omnibus tribus, tenet quòd non restituantur. ibi uide motiua. Breuiter tamen ad primum casum inducit id in illa lege caueri. Item quod no. in auth. de hære. & Fal in 3. glo. Itē quòd sint diuersa, patet ex diuersitate rubricarum. Vnde C. lib. 10. posuit rubricam de iure fisci. & 11. posuit rubricam de iure Reipublicæ. Bene facit ff. de lega. l. sciendum in prin. & §. 1. In secunda inducit leges hic allegatas. & opi. Pet. de Bel. Sed in stat in responsione ad contraria. In tertia allegat restitutionem odiosam. ff. de act. & obl. in honoratijs. §. sed cum rescissa. & in auth. de non alie. §. quia uerisimile. subdens hoc tenuisse Accur. in quæstione, quam disputauit. & uerum dicit. Nam illā habeo in libr. Codicis de manu glossatoris signatā. tamen ut extraordinariam. & habeo extra librū. & incipit: Commune cuiusdam castri, ut hic: & responsiones eius ad primas allegationes contrarias autor supra inseruit, præter primam. Et illam ego supra suppleui. Pro eo facit communis opi. quæ negat ciuitatem restitui. fortius ergo castrum, uel villam. De Inno. & Pet. de Bel. dixi supra, sed Alberi. Papi. multos habet sodales Bur. & Iulia. vt refert Vber. de Bob. in l. sed & si. §. pe. superius allegato. Et ipsum Vber. Item Odof. qui dicit rationem, quæ est in ciuitate læsa, esse etiam in castro uel villa: ergo idem ius. ff. ad l. Aquil. illud. cum concor. & maximè dicit restitutionem faciendam ex clausula l. sed & si. §. pe. & vlti. subdens hanc opin. humaniorem, & ideo sequendam. C. qui bo. ced. pos. l. fin. maximè propter minores, uiduas, & miserabiles personas, quæ municipio læso læduntur: & ideo hic fauor ampliandus. ff. de ventre in pos. mit. l. 1. §. 1. Guido de Suza. tenet idem, amplians hoc ad omne corpus, ut supra dixi. Quartā q. format ibi Cyn. intra quod tempus restituatur Respublica. & est Guil. ibi: et plenius in prin. l. Rempublicam. C. de iure Respub. quæ ponit 3. opinio. quas etiam ipse recitat: tenet Vber. ubi supra. & Cy. & mihi placet quòd intra quadriennium à tempore læsionis: vt sic æquiparetur minori facto maiori: vt de ecclesia dicitur eod. titu. c. 1. lib. 6. opponit glo. apertè quòd tex. æquiparat Rempublicam pupillo.

pillo.dic illud quo ad futuras lesiones: non quo ad præteritas.

ADDE *ut per Roma.consi.423.Et Alexan.consi. 74.4.libr.Pau.de Cast.consi.215.*

g *Pap.Qui hoc,& id quod sequitur,no. in decr.suscitata.ut ibi scripsi.super glo.iste fuit.*

h *Suscitata. Idem Mart. de Fa.ubi supra.q.4. allegat multa licere incidenter quæ tamen non licent principaliter.C.de iudi.l.3.& de ord.iud.l.3.pater eo.tit.c.pe.*

ADDE *quòd restitutio in integrum incidenter, & uerbotenus peti possit,Bal.consi.285.3.lib.*

i *Constitutus.Vt ibi scripsi super glo.consuetudo. est idem in conuentionali per l.Aemilius. ff. de mino. Vide etiam quod scripsi extra eo.titu.c.fi. sub sexta obiectione.*

k *Dixit.In decr.auditis.ad fi.eo.tit.*

l *Tangentibus. Vide quod contra hoc diffusè scripsi post Host.de soluti.c.fina.*

m *Nota. secundum Pet. & Abba. qui hoc no.eo.tit. c.fina.ubi scripsi.*

n *Diuina.Vide quod satis scripsi de reli. domi.constitutus. super gloss.hoc ideo.*

ADDE *quod Bal.consi.224.1 lib.tenet quòd ecclesia per non solutionem canonis incidat in commissum.& ibi dicit quòd si opinio Ioan. An. in d. c.constitutus. esset uera: emphyteusis non teneret suam naturam.*

ADDIT. *Adde tu eundem Bal. in l. placet. in 3. no.C.de sac.san.eccle.ubi etiam istud tenet.& ad illam legem quæ solet induci in contrarium respondet quòd ibi loquitur de translatione rei fienda in pœnam: vt si non soluitur tributum Imperatori: sed in casu de quo hic, translatio fit ex natura contractus:& res reuertitur ad do. suum.& idem tenet Pet.de Anch.in d.c.constitutus. col.pen uer.ex hac etiam gloss. de reli. domibus. & ibi per Card. Zaba.uide in col.fi. uer. quaro in eo.& Panor.in colum.pen.uer.in gl.in verb.iusta.Et an oporteat quòd cesset per triennium sicut dicimus de priuato in priuatum, vide Bald.in auth.qui rem. in 2.col. uersi.quærit hic glo. C. de sacrosanc.eccle.ubi tenet quod sufficit biennium. & quòd ita sentit ibi glo.Hen.Ferran.*

o *L.fi.Et uide quod scripsi eo.tit.c.1.super 4.glo.& de reg.iur.possessor.super fi.prima glo.*

p *L.fi.Et ibi hac distin.& 2.q.6.biduum.uer si aduersus.*

q *In quinto.Quem omiserat Tan.*

r *In summa no.secundum Tan.vbi supra,in prin.& Ioan.de Deo ubi supra,hac uerba pluries repetit.*

f *Agnous.Verbum Tan.dicentis quòd de præcedenti,quæ fit ex misericordia,nihil ad hoc opus. & facit infra.§.2.in fin.*

ADDE *ut per Alexan.consi.103.lib.1.*

t *Errore. Vide eo.titu.cap.secundo. lib.6. & quod ibi not.*

u *Non datur.Ponit Rof.exemplum,si res ualens 20. venditur pro 18.*

x *Respon.1.vide quod ibi not. sed plenius quã alibi per Rof.ubi supra.uersi.circa ista quæritur.& uersicu.sed nunc videamus.& ibi in fi. reprehendit dicentes: quòd vbi alia actio competit, non datur suis officium.debet enim hoc dictum restringi ad restitut.beneficium.Et est ratio:quia isto casu contractus rescinditur. Vnde iustum est illud negari, vbi aliud auxilium competit . quæ ratio cessat in alijs sufficit quam no. supra de senten. excom.§. breuiter.*

y *Secundum T.vbi supra.ver.competit.*

z *Nota.secundum Mart.de Fan. vbi supra.q.2.*

a *Literis. Idem Mar. de Fan. vbi supra.q.3 & hoc probat,& respondet ut supra. in præ.decr.2.*

b *Creditores.quæstio B.respondet.ad hanc authen.vide de offi.iudi.c.2.in 2.glo.*

c *Vbi.Facit quod dixi supra.de primo decr.super 1. §.Habeo quedã scripta super l.fi.C.de tem.restit. in integ.quæ narrant quæstionẽ de hoc fuisse inter monasterium Nonantulanũ,& cõmune sancti Ioãnis in Persicero: quòd monasterium petijt restitui contra quandam sententiam latam pro cõmuni: pars cõmunis resistebat,ne daretur restitutio. Finaliter lite non contestata,lata fuit sententia,monasteriũ restituẽdũ: quã Odof.cõmunis aduocatus impugnabat per præd. l. & quia lata contra solitum iudiciorum ordinẽ, lite non contest.C.de sent.et interlocutio.l.prolatã. Et inducebat pro se decreta. secundam extra de off.iudic.Refert Franc.Accur. pro monasterio se allegasse sententiam valuisse, quòd iudicis officium fuerat imploratum,vt fieret restitutio contra sententiam: & cùm quid per iudicis officium petebatur fieri, non erat necesse dari libellum vel contestationem fieri.Inducebat quãdam gloss. Azo.super rubr.ff.de interrogat.actio. Item quia super actione datur libellus, & fit contestatio: sed officium iudicis non est actio.ff.de minori.quod si minor.§ fina.ergo contestatio non fuerat necessaria.Fuit terminatum quòd & si secundum scripta superius, ex quo petebatur restitutio contra sententiam, parte contumace, sententia ferri potuisset: tamen ex quo pars erat præsens, contestatio erat necessaria per prædi.decret.secundam,& sic opinionibus de quibus suprà & in prædict.decre.no.non erat hic locus.*

SVM-

SVMMARIVM.

Restitutio in integrum qualiter petatur.

1 *Restitutio in integrum, qualiter petatur.*

2 *Minor petens restitutionem, an debeat exprimere qualiter sit læsus, aut deceptus.*

3 *Minor exprimens unam causam suæ læsionis in petendo restitutionem, an poterit eam mutare.*

4 *Minor renuncians beneficio, an possit petere restitutionem in integrum.*

5 *Contrahens matrimonium cum vetula exdentata, an possit petere restitutionem in integrum.*

6 *Minor intrans religionem, an gaudere debeat beneficio minoritatis.*

7 *Beneficio ætatis an gaudere debeat clericus maior in patrimonialibus.*

8 *Minor an possit renunciare beneficio minoris ætatis.*

9 *Ecclesia an possit renunciare beneficio restitutionis in integrum.*

10 *Restitutio non petitur per actionem, sed solo iudicis officio.*

QVALITER autẽ restitutio in integrum petatur, planum est. Petit.n.is
qui læsus est, uel procurator habẽs ad
hoc speciale mãdatum. Nam generale
non sufficit ut s.§.prox.uer. Peti quoque debet apud suum iudicẽ præsente eo, contra quẽ petitur,
uel per contumaciã absente: ut ff.de mino, in causæ.§.causa.& l.etiam.§.fin.& l.utrũ.§.sciendũ.ex.
de in integ.rest.cũ ex literis.in fi.C.aduersus do.l.
2.ff.de adop.nã ita.in auth.ut spon.larg.§.ad hoc.
1 colla.9. † Et scias q cũ petitur restitutio, danda est
dilatio, si petatur. C.de dilat.l.fi.ex.eo.per totũ.3.
2 q.3.§.spatium. † Sed nunquid minor petens resti-
a tutionẽ, debet exprimere in libello [a] an dolo aduersarij, uel sui facilitate: & qualiter sit deceptus
seu læsus? Dic q non: quia non refert quõ læsus sit:
quia semper restituitur, ex quo læsus est. arg. C.de
in integ.rest.mino. l. minoribus. ibi ẽt dolus, &c.
quasi dicat, non solũ si sua facilitate sit læsus, secũdum quosdã. Vbert. contra. ar. C. si sæpius in integ.
b re.postu.l.2.in fi. [b] C.de edic.diui Adria.tol.l.fin.
Nã oẽs in integ.restitu. cã cognita sunt dandæ. ar.
ff.de in integ. rest. oẽs. Et dicit aliud esse in app. à
sententia, in qua nõ tenetur quis cãm exprimere.
3 † Sed si expressit unã cãm: nunquid poterit posteà
eã mutare? Videtur q sic. ar. ff.de app. scio. in fin. &
c ff.de nox.act.in delictis.§.fi. Alij cõtra. [c] Sed nunquid poterit plures cãs simul proponere? Respon.
sic. ar. ff.de ædil.edi.si tñ.§.pen.& no. ff. de susp. e ct.
4 tut.l.1. † Quid si minor renunciat beneficiũ minoris ætatis: nunquid põt petere restitutionẽ in integrum? Non uidetur, cũ censeatur maior in specialibus: ut ex.de rest.spol.ex parte.ubi no. B. q si beneficium illud sit collatum alij, non põt petere resti-
d tutionem [d] ar.7.q.1.eos.ff.de mino. q si minor.§.
Scæuola. Vin. uerò no. ex. de in integ.resti.constitutus.& c.cũ ex literis, q potest, siue sit collatum
alteri, siue nõ. ff.de min.etiam.§.ex causa.& l.præ.
§.pe.nisi renunciaret propter monachatũ: ut j.dicam. Tamen si episcopus contulit alij, conferat sibi aliud, uel illud idem. ff.eo.planè. & l. in causæ.
§.fin.& institutus agat contra episcopum condictione ex illo canone.7.q.1.præsentium.argu.ex.
e de præben.inter cætera. [e] Accur. de hoc not. ff.de
minori.ait prætor. in princ. dicens simpliciter q
non põt petere restitutionem: quia in spiritualibus minor agit & cõuenitur ut maior: & quia iste
magis uidetur exoneratus, quã damnum passus.
5 † Quid si quis contrahit matrimonium cũ uetula
f exdentata? Dico q non põt petere restitutionem
in integ. ar.27.q.1.nuptiarum.in prin.& 31.q.1.aperiant. C.de nup.sancimus.& 14.q.ult.c.fi. Nam
& se uendere potest ad pretium participandum:
nec restituitur. Institu.de iure personarum.§.pen.
Imò in contrahendis nuptijs, quicunque contrahere potest, maior fingitur esse, cui non subuenietur beneficio ætatis. argum. extra de despon.impu.de illis.2.& cap.fin. C.si mino. se ma.dixe.l.3.
6 † Sed nunquid minor intrans religionem, habet
hoc beneficium? Respon. non: quia non decipitur, qui cum ditiori contrahit sponso: & optimè
eius negotium gestum est.27.q.1.sicut. de conse.
g dist 5.nunquàm. [g] Do tamen electo quatuor dies.
h extra de regula. & trans. ad relig. ad nostram. [h]
Nec in hac parte subuenio ecclesiæ, si se totam ad
religionem conuerteret, & uellet restitui.extra,
i quod met.cau.cap. cum dilecti. secundum Vinc. [i]
7 † Sed nunquid clericus minor habebit hoc beneficium in patrimonialibus? Argumen. quòd sic,
16. q. 1. simpliciter. extra de immu. ecc. non minus. extra de uita & hone.cle.cap.fina. Dic contra: non obstant prædicta iura: quia ibi dicitur
quòd eodem iure gaudent res clericorum, quo &
ecclesiarum: uerum est, quo ad defensionem.12.
k quæstio.2.ecclesiarum seruos. secundum Vinc. [k]
8 † Sed nunquid minor potest renunciare beneficio minoris ætatis? Respond. non: quia & in hoc
eo ipso decipitur. ff. de mino. interdum. ibi: hoc
enim ipso, &c. & l. etiam si sine.§.restitutus.& l.
ait prætor. in princip. secundum Azo. argumen.
l contra ea. l. si iudex. [l] Item nunquid minor post
impetratam institutionem, potest renunciare
beneficio restitutionis, quod pro se inductum
m est? Respond. sic: ut in præ.l. si iudex. [m] Quid
si minor appellauit à sententia contra se lata,
nunquid appel.penden. poterit petere in inte.restitutionem? Dic quòd sic: ut no. C. si de aduer.tẽ
iudic.l. pe. & in Summa Azo.eod.titu.circa me-
9 dium. † Quid de ecclesia, nunquid potest renunciare beneficio resti.in inte. Respon. no. Vin. extra
de rest.in inte.cum ex literis. quòd sic: ut ff. de mi-
n nor.si iudex. [n] Quid si steterit per annum, quòd non
fuit usa rescripto? Respon. si id dolo omisit, nõ restituetur: ut C.si aduer.deli.l.1.extra de rescrip.si
aũt. Si uerò per negligentiã, sic: ut ibi: & arg. extra
o de in inte.rest.auditis.secundũ Vinc. [o] † Item no-
10 ta quòd restitutio non petitur per actionẽ, sed solo iudicis officio. ff.de minor. quod si minor. §.fi.
& l.illud.§.1. & l. quòd si speciali. & datur ad hoc
p utilis actio in rem. ff.eo.in causæ.& l.planè. [p]

ADDITIO.

ADDITIO.

a *In libello. Quando sit necessarius, dixit, & remisit suprà §.proxi.uersi.pen.quòd congruentius fuisset hoc præmissum sub isto §.qualiter.*

b *In fine. Per hanc legem dicit ipse Vber. in l.ibi seq. quòd beneficium restitutionis, personale est: & sic exprimenda est causa in libello.faciunt not. extra de lib.obla.c.2.in 1.glo.*

ADDE *an minor debeat probare læsionem, & qualiter illa probetur, Alex.consi.21.1.lib.& cõtrarium eius quod hic tenet Specu. tenet ipse in l. nam & postea.§.si minor.ff.de iureiur.*

c *Alij contra. Scilicet Vber.prædictus ubi supra, & hoc post litem contesta.per not.C.de eden.l.edita. Ad l.scio.est responsum supra, proxi.seq. Solue ut ibi not.in fine 1.glo.*

d *Restitutionem. Ac si dicat, potest, si uen est collatum.quod placet Host.si ecclesia & animabus expedit, ut ibi dixi.*

ADDE *ut per Ange.consi.187.& 311.*

e *Inter cætera.Ipse tamen Vincentius præ.decre. ex parte.tenuit cum Ioan.& Ber.*

f *Exdentata.Sine dentibus. uerbum Vinc.in decre. constitutus.in prin.eo.tit.*

g *Nunquam. Vide quod scripsi de regula, cum uirũ. super fi.2.glo.ubi inuenies, qui doctores, & quæ glo.concor.huic dicto.*

h *Nostram.Illa decre.dicit de tribus tantum. & tene quod habes de regu.constit.in fi.lib.6.*

i *Secundum Vinc. qui hoc not.eo.tit.tum ex literis. & ibi etiam quod statim sequitur.*

k *Secundum Vinc. Hoc tamen nota. & alia additur in præ.c.similiter.& uide quod no.ea.causa.et q.4.c.1. Item adde gloss. & ibi scribentes in cle. unica de resti.in integ.quam doctores communiter adijciebant.*

l *Iudex. Solue per id quod statim sequitur: & ultra id renunciat ibi ipso facto nolendo uti restitutione concessa.*

m *Iudex. Et est hoc ulti.uerbum Azo.in Summa & idem Mar.de Fa.in 6.q.*

n *Iudex. Salua autoris pace Vinc. ibi loquitur expressè de restit.iam impetrata. & sic etiam loquitur l.ut supra patet. Vnde Mar. de Fa. ubi supra, q.7.tenet in futura restitutione contrarium: cum ex tali renunciatione eo ipso pateat ecclesiam uel minorem esse deceptam: & sic contra id etiam sapius posset restitui.ff.de minori. & si sine.§.restitutus autem.& l.interdum.circa prin.*

ADDE *quòd Ange.consi.187.circa fi. tenet minorem & episcopum non posse renunciare futuræ restitutioni, per d.l. si index. & idem tenet Panor.in c.1.extra eod. etiam si iurauit episcopus: se cus si minor. Alleg.glo.singularem in c.1.eod.titu.lib.6.*

o *Secundum Vinc. Vbi supra, sed in decr. plerunque. de rescrip.in fin. dixit hoc sub dubio fortè, ut ibi scripsi in glo.quid erit.*

p *Planè. Ad literam posuit hic Io. de Deo in canil. ultra medium.uersi.item hoc no.Idem Mar.de Fa. ubi supra in prin.*

SVMMARIVM.

Restitutio intra quod tempus danda sit.

1 *Minori in tempore decepto, quantum tempus in restitutione sibi facienda sit concedendum.*

2 *Ecclesiæ quantum tempus sit ad restitutionem sibi faciendam determinatum.*

3 *Ecclesia & Respublica æquiparantur.*

4 *Maior 25. annis læsus in eius præsentia, intra quantum tempus restitui debeat.*

5 *Absens non debet plus iuris habere, quàm si fuisset præsens.*

6 *Restitutione ex misericordia petita, non est tempus ad eam faciendam præfixum.*

a INTRA quod [a] tempus restitutio danda sit, breuiter tangamus, licet cunctis hæc materia sit nota, & ab omnibus tacta. Scias ergo quòd minor 25. ann. eam potest petere toto tempore minoris ætatis, etiam post completum 25. annum secundum antiqua iura intra annum utilem, hodie uerò usque ad quadriennium à prima die 26.anni continuè numerandum, id est, usque ad finem 29.anni: ut C.de tempo. in integ. resti.l. fi. & hoc cum læditur per factum suum, siue per alienum, siue per suam uel alienam negligen-
1 tiam. † Sed si minor in tempore decipiatur, uidelicet ut patiatur tempus sibi labi in præiudicium rei uel actionis suæ, & est in causa restitutionis: dicunt quidam, semper quadriennium sibi concedendum post 25. annum ad obtinendam restitutionẽ: per præ.l.Azo dixit quòd si lædatur tractu temporis quadriennij, scilicet uel maiori tempore, habebit quatuor annos ad restitutionem obtinendam, postquam uenerit ad legitimam ætatem. Si uerò minori tempore læditur, potest eam petere toto tempore minoris ætatis: & tanto tempore post 25.annum, quanto tempore fuit læsus. argum. ff. quando act. de pecul. est an.cum post mortem. ff. de mino.interdum.§.planè si defunctus. & 47. di. omnes.in fi.& C. libro 10. de his, qui in exil.dati,
b uel ordi.mo.sunt.l.1.& de pœ. dist.1. uide. [b] † In
2 restitutione autem ecclesiæ concedenda, uariant Sapientes. Dicunt enim Ala. & G. Naz. eius discipulus, semper sine temporis præfinitione eam super

per eadem præfinitione læsione sibi concedendã: quia ecclesia iure minoris, semper debet illæsa seruari. ex. eo. c. 1. & exponunt semper quasi dicat, quandocunque. Sed contra eos, est expressè decre.
c Greg. extrauag. quæ incipit, ecclesia. eod. tit. [c] Et quia si hoc uerum esset, nulla præscriptio, etiam quadragenaria, contra ecclesiam curreret, sed semper deberet seruari illæsa: quòd tamen falsum est: ut 16. q. 4. §. potest. uersi. quas actiones. extra de præscrip. de quarta. & per totum. Item sequeretur ex hoc absurditas, ut melioris conditionis esset, qui rem ecclesiæ per 40. annos possideret nullo uel iniusto titulo, quàm qui legitimo: cum ibi tantum restitutio locum habeat, ubi contractus tenet, & cum nullum aliud superest remedium: ut s. §. 2. uersi. & scias. Sic enim res posset uendicari post. 40. annos, per in integ. resti. ab eo, qui iusto titulo possidet: & ille qui iniusto titulo per quadraginta annos possidet: post 40. annos tutus esset præscriptione. Et ideo alij dicunt quòd usque ad 29. annos, à die læsionis factæ numerandos, ponentes ecclesiam in primo die natiuitatis minoris. ar. præ. decr. ubi dicitur, ecclesia iure minoris, &c. Tertij ponunt ecclesiam in 14. anno, ideo quia contra pupillum non currit præscriptio: sed contra ecclesiãm sic: ut 16. q. 3. placuit. sicut contra adolescentem. Ideoque dicunt eam restituendam,
d usque, ad 15. annos à die læsionis. [d] Sed contra præmissas duas opi. opponitur, quòd nullo iure speciali fulciuntur: propter quòd dicunt Laur. & T. eius discipulus, & B. discipulus T. & Vin. & dominus meus Hosti. & Iac. de Al. magister suus, & Inn. 4. & alij ferè omnes stãdum esse legi, quæ dicit quòd omnis restitutio fisci, Reipublicæ, uel priuatæ, intra quadriennium limitatur: nec ultra extenditur: & intra id tempus debet causa restitutionis tractari, & terminari: ut C. de tempo. in integ. resti. l. fi. Ex quo patet restitutionem ecclesiæ faciẽdam usque ad quatuor annos, & non ultra. Quod dicitur in præ. decre. semper exponunt, id est, in omni contractu, ubicunque læditur enormiter: ut notet sempiternitatem contractuum, non temporum: ut probatur extra eod. c. 1. in fina. ubi fit restitutio ad ostendendum priuilegium contra sententiam. & cap. auditis. ubi fit ad allegationes omissas. & c. tum ex literis. ubi fit contra sententiã domini Papæ. & c. suscitata. & coram. ubi fit ad causæ instructionem, & similia. Patet ergo quomodo fit semper, id est, in omni contractu. Ponitur igitur in ecclesia in 25. anno: in quo qui est, minor est. ff. de mino. l. denique. §. minorẽ. & habet qua-
3 driennium ad restituendum, ut dixi. † Hoc idem obtinet circa restitutionem Reipublicæ: quia ecclesia & Respublica, comparantur. 23. q. 4. quid ergo. & no. C. quib. ex cau. ma. in integ. resti. l. 3.
4 † Cæterùm in restitutione maiorum, dico quòd si maior 25. annis in eius præsentia lædatur, & restituendus est iusta de causa, computabitur quadriennium à die læsionis. Si uerò in absentia læsus sit, computabitur ei tempus à die reuersionis, ita quòd tantum tempus sibi concedetur ad restitutionem postulandum, quãto tempore fuit absens: ut suprà dictum est de restitutione minorum, cùm decipiuntur in tempore secundum Azo. argum. ff. ex quib. cau. maio. sed & si. §. sed cum feriæ. & §. quoties. intra quod tempus causa debuerat tractari & terminari. Quid si absens tantùm sit per unã diem? Respon. unam tantùm diem habebit ad restitutionem obtinendam: ut in præd. §. quoties.
5 † Sed quomodo intra diem illam probare poterit læsiones seu læsionem, & sententiam obtinere? Respon. sibi imputet, qui in tantum se artauit: ut ff. si quis cautio. l. 2. §. si quis tamen. Non enim debet plus absens habere, quàm præsens habuisset.
e [e] † Porro ubi restitutio ex misericordia petitur,
6 ut suprà §. quis autem. uersiculo, in summa. ibi non est tempus præfixum: imò quandocunque superiori uisum fuerit, dabit eam: quia ecclesia nunquam claudit gremium redeunti. C. de sum. trinita, liquet. & 11. quæstione 3. de illis. 23. quæstio. 4. duo. Misericordiæ enim Dei terminum nec mensuras ponere possumus, nec tempora diffinire. de pœn. distinctio. 1. c. multiplex.

ADDITIO.

a *Intra quod. Dixi in Sum. de tempo. in integ. restit. post prin. & hoc eius dictum posuit Tanc. ubi supra, uersi. intra quod tempus. ubi etiam continuat uersi seq.*

b *Vide Di ut in cle. eod. tit. ab ecclesia. quæ distinguit tempus, intra quod, à tempore, ad quod fit restitutio.*

c *Titu. Et habetur hodie lib. 6. per quam expeditum est, quòd quadriennij lapsus nocet ecclesiæ: ita quòd post non auditur, nisi ex causa. & per hanc exceptionem soluitur ulti. quæstio Mart. de Fa. ubi supra.*

d *Læsionis. Adiungi posset noua opi. quòd ponatur ecclesia in fine 12. anni: ut sic fauor ipsius augeatur: quia restituetur usque ad 17. annum, & sic pubertatis fœmineæ, non uirilis consideratio habeatur, ex quo fœmineum est eius nomen, & declinatur ut tale. Ioan. de Deo dixit ubi supra in cauil. in fin. quòd ecclesia restituitur usque ad præscriptionem completam dicens, pecus esse, qui teneret contrarium: charitatiuus erat cognomen suum alijs tribuendo.*

e *Habuisset. Quæstio & solutio ista cessat hodie, & iustificat determinationem cle. superius allega. distinguentis tempus, ad quod: & tempus, intra quod. & responsiones ad contraria. ibi uide in glo. hæc erant.*

SVMMARIVM.

Restituere in integrum quis posit.

1 *Delegatus ab eo, qui non habet propriam iurisdictionem, uel administrationem, an posit restituere,*

stituere, uel de restitutione cognoscere.

2 *Ordinarius non habens administrationem, an possit de restitutione in integrum cognoscere.*

3 *Causa restitutionis, in quo foro tractanda sit.*

4 *Ordinarius in quibus habeat de restitutione in integrum cognoscere, & disponere.*

5 *Legatus dicitur contra sententiam delegati posse restituere.*

6 *Appellans censetur iudicem iniquè pronunciasse fateri.*

7 *Iudex ecclesiasticus potest aliquem ad famam restituere.*

VIDENDVM restat quis posit restituere. Et quidem quilibet iudex, tam ordinarius, quàm delegatus: siue sit delegatus à Principe, siue ab alio ordinario
a administrationem a habente: & hoc siue principa-
1 liter, siue incidenter. † Sed si delegatus est ab eo, qui non habet propriam iurisdictionem seu administrationem, ille restituere, uel de hoc cognoscere non potest: nec etiam arbiter compromissarius, nisi incidenter: sed delegatus restituere potest, si hoc sibi specialiter demandetur: extra eodem titulo. causa. & ca. primo. & c. cùm ex literis. C. ubi & apud quos. l. final. ff. de minor. in causæ. & duabus legibus sequentib. & l. præses. Et quòd arbiter posit incidenter de in integrum restitutione cognoscere: habetur in prædict. capi. cùm ex literis. & probatur C. de ordi. iud. l. prima. C. de
2 iudic. quoties. † Sed nunquid ipse ordinarius non habens administrationem, de hoc potest principaliter cognoscere? Dic quòd non, argumentum in prædict. decre. causa. in principio. à contrario sen-
b su. b & in prædicta l. ubi & apud quos. l. final. ubi dicitur quòd illi soli, qui ibi connumerantur, possunt de hoc cognoscere: & iste ibi non enumeratur, ut & ibi not. Item uicarius alicuius iudicis cognoscet de rest. ut C. de offi. eius. qui uicem alicu-
3 ius iudic. obti. l. 1. † Tractabitur autem causa restitutionis in foro eius, contra quem petitur. C. ubi,
4 & apud quos in integr. restitu. postu. l. 2. † Et nota quòd ordinarius cognoscit de restitutione, restituendo tam in contractibus, quàm in alijs, & etiam contra sententiam à seipso latam, uel à prædecessore, seu à suo inferiore, sed non contra sententiam à maiore latam: licet sit argumen. contra. 50. distinct. accedens. c Veruntamen solus Princeps restituit in iure, contra sententiam sui pro curatoris uel iudicis, quem ipse delegauit, uel contra res bis iudicatas, uel contra sententiam suam, licet rarò: ut hæc leguntur, & nota. C. eodem titulo. l. prima. C. si aduersus rem iudicatam. si aduersus. ff. de minoribus. in causæ. §. final. & l. præfecti. & l. minor. 25. quæstione 9. quod quis. & 21. distinctio. inferior. extra de in integrum restitutio. tum ex literis. extra de electio. innotuit. ibi: par in
5 parem, &c. † Nunc legatus restituit contra sententiam delegati, nisi habeat speciale mandatum. extra de offic. deleg. studuisti. Item is qui tulit sententiam, potest de in integ. resti. contra suam sententiam cognoscere: ut ff. de min. in causæ. §. fi. & l. præfecti. Secus in eo, à cuius sententia appellatur, qui non potest de eius appellatione cognoscere, ut C. de ap. eos. prope prin. extra de ap. ut debitus. & de ma. contra interdictum ecclesiæ
6 contra. c. 1. † Sed quæ est ratio diuersitatis? Respond. qui appellat, dicit iudicem iniquè pronunciasse: ideoque iudex propter uerecundiam non de facili suam sententiam reuocaret. arg. extra de cler. coniu. diuersis. extra de accu. qualiter. 1. At qui petit restitui, non dicit iudicem bene uel male pronunciasse: sed dicit se sui facilitate uel aduersarij calliditati deceptum: & ideo supplicat iu-
7 dici, ut ei per restitutionem subueniat. † Item iudex ecclesiasticus restituit aliquem ad famam, ut uidetur arg. extra de simo. c. ex diligenti. 16. q. 6. autoritate. & extra de re iu. cum te. secundum Io. & Vin. Tu dic quòd in præ. decr. non restituit, sed dicit ibi illum ipso iure non teneri: cum nulla, uel modica fuerit iniuria: ut & ibi no. in gl. quia non, &c. sed Papa hoc potest: ut supra. de sen. §. ut autē. uer. item no. & uide supra. de legato. §. postremò. uer. hoc etiam no. Vtrum Papa uel Princeps, uel senatus, uel episcopus, uel collegium Cardinaliū, uel Reges posint restituere in integrum ad famā & ad honores, & ad quos, & quando: nota. in præ. c. cum te. & supra. de legato. §. sunt quoque. §. fi. Verum autem Potestas uel prælatus dabunt restitutionem contra ciuitatem uel ecclesiam, dixi supra. §. 1. uer. sed nunquid prælatus.

ADDITIO.

a *Administrationem. Cui iurisdictio adhæreat, ut dicit l. 1. alleg.*

b *Sensu. Et scripsi eo. ti. §. 1. in prin.*

c *Accidens. Solue ut no. 23. q. 2. latorem. in ult. glo.*

SVMMARIVM.

Effectus restitutionis in integrum quis sit.

1 *Res, super qua postulatur, alienari non debet: nec aliquid in præiudicium postulantis fieri, donec restitutio fuerit expedita.*

2 *Restitutio in integ. an per lit. contesta. perpetuetur.*

3 *Testibus per minores, uel ecclesiam in eorum causam inductis, nil pro eis dicentibus, uel causam dicti sui requisiti non reddētibus, quid sit agendum.*

4 *Lesio, à qua petitur restit. qualiter sit probanda.*

5 *Minor, uel quasi minor, ex lubrico ætatis, uel dolo aduersarij deceptus, qualiter sit restituendus.*

6 *Minor fundum paternum uendens, & super hoc*

hoc fideiussores dans, an si conueniatur, debeat restitui.

7 *Duobus minoribus cum aliquo contrahentibus, si ambo lædantur: unus aũt tantum petit restitui, an prosit alteri.*

8 *Priuilegia singulorum, communem legem non faciunt.*

VLTIMO Videndum restat de effectu re
stitutionis in integ. Et quidem is est, ut
ea postulata & obtenta, omnia sint in eo
statu, in quo erant prius quàm postula-
1 retur, seu cum postulari cœpit. † Nec enim res, su
per qua postulatur alienari debet, nec sententia
executioni mandari, nec aliquid fieri in præiudi-
cium postulantis, donec restitutio fuerit expedi-
ta. C. de integr. re postulata. ne quid noui fiat. l. 1.
Sed uidetur quòd ea pendente, fiat executio sen-
tentiæ: ut extra eod. c. suscitata. Dic quòd ibi non
pendebat, imò etiam data erat: sed quia ibi contra
petentem eam ualde præsumitur, idcirco senten-
tia executioni mandatur præstita cautione: ut ibi
dicitur. Vel dic quòd illud fuit prouisio Papæ: uel
a dic ut ibi. [a] Restitutione autem concessa contra
sententiam, uel causæ processum, auditur restitu-
tus ex integro, sicut ante sententiam: uel admitti-
tur ad id, ad quod petijt se restitui. extra eo. audi-
tis. & c. ex literis. Si uerò restitutio concessa est su
per aliquo contractu, unusquisque recepit quod
dedit: & quod suum est, uel ex suo peruenit: ut C.
de reputa. l. unica. ff. de mino. minor. §. restitutio.
extra. eo. c. 1. quoniam nemo debet cum aliena ia-
ctura locupletari: ut ff. de transact. cum hi. §. sane.
ff. de condic. inde. nam hoc natura extra de pœnis,
2 suam. 54. di. generalis. in fi. † Sed nunquid in in-
tegr. resti. perpetuatur per litis contest.? Dic quòd
non, imò quadriennio clauditur. ff. de mino. Papi-
nianus. in fi. & supra §. 1. quòd nonforte cum mo
uetur in consistorio principis, secundum do. meũ.
Vel si non perpetuatur, saltem interrumpitur. ex-
tra eo. cum ex literis. & c. suscitata. Non enim de-
bet iure proprio sine sui culpa priuari pars per
quam non stat, sed forte per iudicem uel aduer-
sarium, quò minus causa fuerit expedita. 56. dist.
satis peruersum. extra de const. cognoscentes. De
hoc extra de offic. iudi. c. 2. Quod de rescissoria di-
cunt quidam non perpetuari per litis contestatio-
nem. Sed Io. contra: cùm nulla lege sit prohibitũ.
b Et de hac [b] uide infrà in tractatu libello. eodem
3 titulo. † Quid si in causa minoris uel ecclesiæ, te-
stes per eos inducti nil pro eis dicunt, uel causam
dicti sui requisiti non reddunt? Respon. tunc pe-
tant se restitui in integrum ad inducendos nouos
testes. ff. de mino. ait prætor. §. non solum. & l. mi
nor. Sed dicet pars aduersa: Non debes restitui: ni-
si prius probes læsionem, & personam, & locum
aptum ad hoc. ff. eo. uerum. §. item no. & ff. de iu-
reiur. nam & postea. §. si minor. ff. de in integ. re-
c stit. mino. [c] omnis. † Quomodo autem probabi-
4 tur læsio? Et quidem uidetur necessarium quòd
hoc modo, scilicet ut isti testes noui producantur,
& dicant in dicto suo, quòd si ante aperturam te-
stium producti fuissent, hoc idem dixissent: & tũc
iudex auditis eorum dictis, cognoscet an fuerit ex-
pediens minori uel ecclesiæ, eos produxisse: & tũc
si uiderit faciendum, restituet ad producendum
eos. Sed dices. Nunne semel testificati sunt in hac
causa? quomodo ergo amplius in ea testificabun-
tur? contra illud 4. quest. 3. §. item in criminali. in
prin. & ff. de testi. producti. Respon. testificati sunt
in causa restitutionis, siue incidenti quæstione:
nunc testificabuntur in principali. Sed dicet pars
altera, quia eadem uidetur quæstio: ut ff. de procu.
qui proprio. Præterea si nunc dicãt aliud & aliter,
quàm primò dixerint: sequitur magnum incon-
ueniens. Et ideo dixit Vber. de Bo. quòd detur ele-
ctio parti, contra quam producuntur, uel quòd ap-
probet dicta istorum, uel quòd iterum iuret. C. de
testi. l. fi. & extra eo. tit. præsentata. uel, ut uiten-
tur prædictæ oppositiones, dici potest quòd eo ip-
so quòd producunt nouas personas, quas ab ini-
tio non induxerunt, satis uidentur læsi: & sic reci-
pientur sine alia probatione uel productione: ut
ff. de mino. l. & si sine. §. item. & supra. §. 1. uer. il-
lud quoque. Sed non uidetur hæc restitutio danda
minori, uel ecclesiæ: cùm iam didicerint testifica-
ta priorum. Vnde etiam per rescriptum Principis
non possunt amplius testes producere: ergo mul-
tò minus per edictum: in authent. de testi. §. quo-
niam. Sed respon. per instantiam: quæ responsio in
d causa debet admitti: [d] ut ff. de acqui. pos. l. 1. §. si
e filius. [e] nam minor uel ecclesia, uenit per edictum
contra contractum, contra sententiam, contra uen
ditionem, contra transactionem, & similia: ut C. si
aduersus transa. & si aduersus uenditionem. & si-
milibus. Et tamen per rescriptum Principis non
potest uenire contra. C. de preci Imper. offer. quo-
ties. C. de transact. l. causas. C. senten. rescind. non
posse. l. fi. Sed dicitis, contra quem producuntur.
Hæc instantia non est uera: quia per rescriptum,
uenit quis contra prædi. ut not. in præ. l. quoties. &
C. de rei uen. ratas. Ad quod respondeat uolens
producere: Bene fateor quòd uenit contra præ-
missa per rescriptum Principis, si dicatur in eo,
non obstante tali lege. ff. ne quid in loco publ. fi.
l. 2. §. si quis à Principe. ff. de leg. 3. si quis. in prin.
in authenti. de testa. imperfec. & extra de offic. de-
le. ex parte. & no. supra de instru. edi. §. nunc au-
f tem. uersi. & scias. [f] Et concedo quòd si dominus
Imperator dicit, non obstante constitutione de
testi. producat testes is, qui didicit testificata: ual
bit rescriptum: ut in præ. l. & ff. de consti. prin. l. 1.
Item adhuc instabit aduersarius: Non debes resti-
5 tui ad producendos testes. † Minor enim, uel qua
si minor, debet restitui, si ex lubrico ætatis uel do
lo aduersarij sit deceptus: ut C. de mino. l. 4. & C.
& ff. de dolo. per totum. At dolo meo factum non
fuit, quò minus produceres: nec etiã lubrico ęta-
tis: quia pro parte tua præmissa fuit diligens in-
quisitio pro quærendis omnibus testibus, quos
erat uerisimile ueritatem scire. Si igitur factum
fuit, quòd à diligentissimo patrefam. factum fuis-
set: licet nunc aliqui dicant se scire ueritatem, nõ
ideo debes restitui ad producendum eos: quia non
fuisti læsus in eis. C. de in integ. rest. minor. l. fi. ff.
de mino. uerum. §. item si locupleti. Sit igitur iu-
dex cautus & iustus, nec nimis in dando promptus,

nec

nec in negando durus, iuxta illud Catonis · Constans & lenis,cùm res expostulat,esto.45.dist. uera. & c.omnis. & c. disciplina. extra de pur. cano. inter solicitudines.uersi. attendentes. Nam & si uix uideatur danda restitutio, tamen datur. ff. eo. intra utile. §. uno. Sed si litigator non sit minor,uel quasi minor, nec probat per testes: tunc aduocatus miser à limine iudiciorum excludetur, & condemnabitur in expensis. extra de rap. cap. fina. de pœnis.cap. calumniam. de elec. cap. statuimus. §. adijcimus. & de except. pia. §. si
g quis. g C. de iudi. l. properandum. † Hoc quo-
6 que sciendum est, quòd si minor, qui fundum paternum uendidit, & super hoc fideiussores dedit, conueniatur: potest restitui ad rem, uel etiam contra emptorem, si conueniatur de duplo: adeò ut postea ad eum periculum euictionis non spectet: uerumtamen hoc fideiussoribus non prodest: ut ff. de fideiussori. l. prima. Sed contra: nam per restitutionem tollitur principalis obligatio: ergo & fideiussoria per consequens. ff. de regu. iur. l. cùm principalis. extra de censi. cap. grauis. Respon. dico quòd ciuilis tantùm per restitutionem eliditur, sicut per rem iudicatam: ut ff. de condi.inde.Iulianus.& l.credit. ergo naturalis remanet, cui potest accedere fideiussor: ut ff. de
7 fideiuss. fideiussor. † Quid si duo minores contrahunt cum aliquo, & ambo læsi sunt: unus uerò tantùm petit restitui in integrum: nunquid proderit alteri? Videtur quòd sic, sicut in appellatione: ut secunda quæstione sexta. §. sunt etiam, quorum.uer. quandoque unam. Et not. extra de appell c.pen. Quia id facit restitutio minoribus, quod appellatio maioribus.ff.de mino.præses.secundum Albe.Pap.arg.tamen contra.ff.eod.titu. l.3.§.sed & utrùm. ibi: non fuit propositum prætoris denegare restitutionem minori, sed maiori. Item quia hoc beneficium est personale, & singulare. extra de priui. sanè. & de instit. cùm
8 uenissent. † Priuilegia enim singulorum communem legem non faciunt. 26. quæstione secunda.c. non exemplo. Item in contrarium est illud generale: res inter alias acta,&c. extra de præben. dilecto. in fin. & ea, quæ ibi not. expressè. C.si in communi eademque causa in integrum restit.po-
h stu.l.unica.in fine. h

ADDITIO.

a *Vltimò. Ibi in glo. penul. & quod super ea dixi.*

b *Hac. Nota. q. dicit de hac: non dicit de hoc. ego autem de hoc ibi dicam super rubrica.*

c *Minor. An autem tunc aduersarius testes producere possit, uide suprà de dilat. §. uidendum.uersi. in summa.& ibi uide hoc omissum, quomodo restituto minore uel ecclesia, aduersarius etiam maior intelligitur restitutus.*

d *Admitti. prima quæstione prima, sicut urgeri.ubi de hoc.*

e *Filius. Non est ibi iste §. bene est Offilius. qui non facit, nec est. probatur tamen ibi per eum. & §. per procuratorem. uer. alioquin.*

f *Scias.Circa quod uide plenam remissionem, quã ibi dedi.*

g *Quis. lib.6.*

h *In fi.Glo.ibi tenet hoc secundum in indiuiduo: primam partem in diuiduo Sed Cy.post Pet. ibi contra,quòd etiam in indiuiduo non prosit fratri: loquitur tamen in maiore. ibi uide.*

Baldus. De restitu. in integrum.

VBI *Restitutio datur ad appellandum non cassantur acta prius habita: secus si detur contra sententiam. Secundum Vin. loquitur in restit. petita & obtenta. & primo casu restitutionis concessio habet uim interlocutoria: secundo diffinitiua. Bal §.1.uers.item super.& seq.G. Ex noua causa restitutio denegata, iterum impetratur. Et quæ dicatur noua causa. uersi.sed quam uocas.G. Nec ecclesia, nec minori restituitur ad opponẽda crimina uel defectus.uer. sed pone,ecclesia.G. Per instrumẽtum matrimonij probatur ætas prolis: sed non per instrumentum dotis, si dos non est promissa pro matrimonio contracto. Si autem pro contrahendo: probatur ætas præsumptiuè.uersi.sed cuiusmodi.G. Sed unde sumitur ista præsumptio? Respon. per locum à communiter accidentibus: ut not. in simili.C.de proba.l.neque.quod est notabile.Sic & per instrumentum dotis probatur matrimonium.in auth.ut fratrum filij. in prin. scilicet per locum à communiter accidentibus: quia non consueuit fieri instrumentum dotis, nisi inter ueros, & non simulatos coniuges. Bal. Qui iurauit se maiorem in contractu, reputatur maior etiam in iudicio, quod inde sequitur. unde debet per se, tanquam maior, litigare, non cum curatore: quod est notabile. Gul. Castrum & uilla, habent priuilegia ciuitatum:ut not. Azo in Summa de magi.municip. non tamen habet locum in castris.l.ult.C.de sacrosan. eccle. sed bene habet locum in eis beneficium restitutione. Et facit ff.de mu pu.l.adiles.non tamen poterit hoc petere coram suo Potestate: quia Potestas in hoc reputatur pars esse, non iudex competens.uersi. idem quoque. & uersi. sed nunquid. Gul.Legitimi & publici administratores, possunt petere restitutionem, in integrum sine speciali mandato: secus in procuratore, & nisi incidenter emergat. uersi. prælatus autem.& sequenti. Gul. Quæ præscriptiones currant minori eccle-*

sia, & qua non currant. uersic. hoc autem not. & uersi. sequenti. G. Præscriptio statutaria currit cuilibet minori. extrà, eodem. constitutus. quia statutum & consuetudo, ligant minores. Item generalis consuetudo facit etiam ecclesiæ præiudicium ipso iure, ibidem & uersi. ut autem. G. Papa Clemens pronunciauit pro mercatoribus contra Treuerensem, quòd post biennium non posset eis opponi exceptio non numeratæ pecuniæ. secus in minore. uersi. hoc autem. G. C. de curato. furio. l. 2. in gloss. & sic ecclesia non gaudet iure minoris. per l. fina. C. in quibus causis in integrum restit. non est necesse. Et est ratio, quia ecclesia semper est ecclesia: sed minor non semper erit minor. Sic ff. de tute. & ratio. distrahend. l. nisi. §. fina. Baldus. Nunquid absens occasione Potestaria, quam acceptauit, dicatur ex publica causa abesse. uersi. quid si is, qui Gul. Restitutio alia nititur iustitia, & est necessaria iurisdictionis: alia misericordia, ut restitutio famæ. ff. de postul. l. 1. §. de qua. uersi. in summa not. P. & infrà §. uidendum ante finem. Guliel. Si petitur restitutio ad obtinendam dilationem, uel tempus ad probandum uel excipiendum: læsio probatur ex solo lapsu temporis, si exceptio uel positio, quæ probari intenditur, sit iusta. uersi. illud quoque. Si autem post didicita testificata, petitur restitutio ad testes producendos: summatim debet probare, pro habenda restitutione, de læsione, & de interesse petentis restitui. infrà, §. ultimo. uersi. quid si in causa. Si autem contra sententiam uel contractum petatur restitutio, plenè probanda est læsio. ibidem. §. quæ uerba nota. Gul. Minor post sententiam petit restitutionem ad opponendum peremptoriam exceptionem: dico quòd non impedit executionem sententiæ: quia non petitur contra sententiam: nam sententia ualet, & meretur executionem: licet exceptio speretur opponi: ut C. de iur. & fac. ignoran. l. prima, & ideo quia restitutio desiderat altiorem indaginem, non impedit executionem. ff. de iureiuran. l. nam & postea. in prin. Et ita loquitur. cap. suscitata. eodem titulo. Sed ubi petitur restitutio contra sententiam, puta quia lata per dolum: tunc cessat interim executio. ff. de iudic. l. si prætor. §. Marcellus. C. de in integ. restitu. per l. 1. C. de transact. l. si causa. ff. de inofficio. testa. l. Papinianus. §. si filius. argu. de excusa. tuto. l. diximus. nisi petatur per malitiam. quod arbitrio iudicis relinquitur. C. de ordin. cognitio. l. fina. Facit ad prædicta C. de fal. l. satis aperte. C. si ex fal. instrum. l. fina. & uide ibi per Bart. & uide infrà. §. finali. in principio. G. Ecclesia non restituitur contra confessionem, nisi probato errore: & restituitur etiam post sententiam. uersi. sed nunquid ecclesia. G. Imò idem, si ex scientia ff. de minoribus. l. si ex causa. nunc uidendum. Sufficit ergo probare rem aliter se habere. ff. de interrog. actio. l. de ætate. §. final. Et ita intelligitur l. si filius. eodem titulo. Item nota quòd error negantis probatur sola confessione: in dicto §. nunc uidendum. Sed error confitentis non probatur sola negatione, sed probatione contrarij. C. de iur. & fact. ignoran. l. nisi post diui. B. In causa restitutionis in integrum proceditur lite non contestata si reus absit, uel præsens non uult litem contestari. C. de temp. app. l. fi. §. illud. quia aliter potest consuli petitori: cùm restitutio in integrum nō perpetuetur, nisi per sententiam diffinitiuam. Itē concedere restitutionem, est potius decretum, quàm sententia. ergo, &c. de bo. pos. l. 3. §. pe. uer. quid ergo si is. & arg. ff. de mino. præses. no. G. Petitio restitutionis debet continere qualitatem & causam læsionis: secus in appellatione. infra. in §. qualiter. uersicu. 1. & seq. G. Hoc tenet glos. de mino. l. uerum. §. sciendum. & probatur eo. titul. minor autem magistratus. Bald. Minor & ecclesia possunt renunciare beneficio restitutionis obtento. ff. de minori. l. si iudex non obtinendo. ff. de noua. l. doli mali. in §. qualiter uersicu. sed nunquid. G. ff. de uerbo. oblig. l. sciendum. in glo. ordi. Ecclesia censetur iure minoris, quo ad acquirendum beneficium restitutionis, non quo ad retinendum: ne quadriennium currat: sed statim cum natum est, currit ecclesiæ uel maiori. in §. in quod. G. Imputet sibi, si se arctat ad unum diem, in quo probare non potest. uersicu. finali. G. C. de tempo. appella. l. 3. & l. fina. §. 1. Baldus. Singulare ius restitutionis non porrigitur ad socium eiusdem litis. C. si unus ex plu. per l. fina. in §. fina. uersicu. fin. G. Item singulare ius restitutionis non porrigitur ad accessoria specificè causa non deducta. ff. de condi. inde. l. fin. §. fi. in glo. ordi. Non obstat §. item sciendum. quia non habet locum in iudicio restitutionis in integrum, quod ualde stricti iuris est. Baldus. Mater ratione minoris ætatis excusatur, si filio tutorem non petat. Et sufficit fuisse minorem à principio quo indiguit minor filius tutore. in §. 1. uersicu. sed quid ipsa. G. Nam principium temporis spectamus. ff. de insa. l. quid ergo. & de excu. tuto. l. 2. §. ætas. Et ita not. C. in quib. cau. in integ. restitu. non est neces. l. 1. in glo. ordi. Nam ista immunitas perpetua esse debet. Sed contra, ff de lega. 2. l. Titia. §. usuras. Nam ubi ætas est immediata causa beneficij: cessante ætate, cessat

sat beneficium. Sed illud loquitur in beneficio successiuo hic in instante liberatione. Item illud non est priuilegium: quia est secundum ius naturale, quod est ius commune: innititur enim ætatis imbecillitati. C. de legi. tut. l. fi. Bal. Restitutio in integrum potest implorari incidenter super emergenti uel incidenti, non super principali, scilicet ad fundandam originem petitionis. Nam præposterum esset prius agere rescissoria, quàm officio iudicis. ff. de excusa. l. exceptio. & l. qua persona. §. fina. sed ad fundandam exceptionem uel replicationem potest incidenter peti restitutio. Tamen ordo uerborum est, ut primò petatur restitutio, & exinde excipiatur uel replicetur. l. nam & postea. §. si minor. ff. de iureiur. & Institu. de actio. §. rursus. per Dyn. Minor qui commisit dolum inficiando uerum, restituitur. ff. de mino. l. si ex causa. §. secundo. Quomodo est hoc? Respon. mendacium est delictum uerbi: secus in delicto facti. Item mendacium negantis potest purgari per confessionem: ut not. Insti. de actio. §. item mista est actio de eo. ideo speciale est. Aetas probatur testibus, scripturis, & coniecturis. ff. de excu. tut. l. secunda. §. ætas. C. si minor se maio. di. l. si alterius. C. de his, qui ue. æta. impe. l. omnes. ff. de proba. l. cùm de ætate. Et est speciale in ætate probanda, quòd iudex potest imponere probationem cui uult, scilicet ex aspectu: ut no. ff. de mino. l. de ætate. Est & aliud speciale: quia sententia lata super ætate ex aspectu, nunquam transit in rem iudicatam: quia oculus officialium sæpe fallitur: & quia est interlocutoria lata ex præsumptione iudicis tantùm: sed transfert onus probandi. ff. de minori. l. minor 25. annis, ex aspectu. Quod intelligo si sit lata citata parte: aliàs non transfert onus probandi. arg. notatorum C. quo. bo. l. prima ff. de bon. pos. l. 3. §. pe. & facit quod no. ff. de interrog. act. l. de ætate. in prin & C. de iura. calum. l. 2. §. quod obseruari. & ff. de mino. l. etiam. §. fi. Baldus.

a De supplicatione. [a] Rubrica.



PRAETER Appellationem, & præter in integrum restitutionem, de quibus prælibauimus, est & aliud remedium, quo ualida sententia subleuatur: uidelicet supplicatio: ut suprà, de senb ten. §. quoniam. suprà, [b] ideo de ipsa aliqua
c sub compendio perstringamus. [c] Videamus ergo, à quibus supplicari posit. Et quando. Et in quibus casibus. Et quæ differentia sit inter appellationem & supplicationem. Et quis sit supplicationis effectus.

ADDITIO.

a Ex omnibus practicis autoribus nullus formauit hanc rubricam, præter Io. de Deo cauil. rubrica ult. Legistæ habent de hoc rubricam, quæ non allegatur, quia sedet in gropa: in rubrica enim de precibus imperatori offerendis. sequitur. & est de quibus re. lib. sup uel non. qua de causa Azo in Summa ibi prosequitur hanc materiam.

b Præter appellationem. quoniam. supra. §. ultimus est.

c Perstringamus. Præmittit Azo qualiter supplicari debeat, & dicit hunc ponderandum morem, qui est capello deposito & pallio, flexis genibus, humiliter preces porrigere. unde quod dixi de maio. & obed. his que. post princi. & de iureiuran. Et si Christus in glo. arguit Hostien. Secundo dic in iure seruandam. l. ulti. C. de preci. impe. offe. ut scilicet breuiter negotium exponatur: inserendo in precibus id solum, quod expedit. in omni autem supplicatione locum habet hæc doctrina, ne dum in ista, de qua agitur.

SVMMARIVM.

Supplicari potest à sententia Imperatoris, uel Papæ, uel præfecti prætorio.

1 Supplicari posse à sententia Præfecti, qualiter intelligatur.

2 Supplicationis causam examinare, & diffinire, solius est principis, uel eius delegati, uel præfecti.

3 Supplicatio, & appellatio quare non sint eiusdem naturæ.

SVPPLICARI Potest à sententia imperatoris, uel papæ, uel præfecti prætorio. extra, de in inte. rest. ex literis. & cap. tum ex literis. extra, de re iudi. cùm causam. & C. de sent. præfec. præto. l. prima ff. de mino. præfecti. à quibus appellare non licet: ut suprà de appel. §. uidendum. ubi de hoc. nec mirum si tunc supplicetur. Nam licet non sit uerisimile, illos iniquè iudicasse: supplicari tamen potest ab eisdem: quia supplicatio continet petitionem ueniæ, proprij erroris, uel allegationem circumuentionis aduersarij. ff. de mino. l. præfecti. extra, de re iudic. c. cùm olim. Sed uidetur quòd etiam à sententia iudicis & delegati supplicetur: ut extrà,

de in integ. resti. ex literis. Sol Ibi secundum pa-
a pam. [a] † Quod autem dixi à sententia præfecti
supplicari posse, uerum est, cum in causa prin-
cipali pronunciauit. Secus si in causa appella-
tionis. C. de preci. Impe. offe. si quis. C. ne lice. in
una eademque causa tertiò prouo. l. prima, & in
alijs casibus & in alijs causis, libellus supplica-
torius porrigitur referendarijs & causas introdu-
centibus, in authen. colla. secunda ff. de referen-
2 darijs. §. causas. † Solus tamen princeps, uel
eius delegatus, uel præfectus, debet causam sup-
b plicationis examinare & diffinire. [b] Et si intra
decem dies supplicetur, potest sententia execu-
tioni mandari. si tamen uictor satisdederit de re-
stituendo omnia, si sententia fuerit iustè resolu-
ta. Si autem non supplicauerit intra decem dies,
habet biennium ad supplicandum principi: quod
biennium computatur, ex quo Imperator suc-
c cessit in cognitione præfecti. [c] C. de sen. præ-
fec. præto. l. prima, sed tunc executio sententiæ
fiet: nec uictor satisdabit de restituendo. C. de
preci. Imper. offer. authen. quæ supplicatio. in
authen. ut spon. larg. §. illud. & in pr. l. prima
C. de senten. præfec. præto. extrà, de in integ.
3 rest. suscitata. in fin. † Et per hoc patet suppli-
cationem non sortiri naturam appellationis:
quia semel tantùm supplicatur à sententia: sed
appellatur bis post sententiam. An uerò quotieſ-
cunque quis grauatur appellet? Quæ dic ut suprà,
de appel. §. quoties. Item in appellatione præmis-
d sa cautio non præstatur. [d]

ADDITIO.

a *Supplicari. Secundum papam, ut ibi scripsi super 1. glo. supplicare.*

b *Diffinire. Idem no. Accur. in §. aliud. inferius allegato.*

c *Præfecti. Diuersas lecturas huius uerbi uide no. in l. statim alleg. in ult. gl.*

d *Præstatur. Et merito: quia non fit executio diffinitiua, à qua appellatum est. extrà, de iuresur. uenientes.*

SVMMARIVM.

1 *Venia potest per supplicationem super pœna criminis impetrari.*
Supplicari potest pro dilatoria exceptione, non peremptoria.
2 *A sententia semel tantum supplicatur.*
3 *Supplicatio talis esse debet, quòd petenti prosit, nec alicui obsit.*

SEQVITVR Videre, quando & ex qui-
bus causis ualeat supplicari. Et certè à
præfecto prætoris supplicatur intra decem
dies à die sententiæ promulgatæ: quod si
factum non fuerit, tunc potest principi intra bien-
1 nium supplicari, ut suprà. † Potest supplica-
ri pro eo, qui malè uel iniquè uel contra ius or-
dinatus est: ut prima quæstione quinta præsen-
a tium. in authen. quomo. opor. episco. §. fin. [a]
Item super criminis pœna, uenia potest per sup-
plicationem impetrari. C. de preci. Imper. offer.
rescripta. quæ est 25. quæstione secunda. Item
supplicari potest pro dilatoria exceptione: non
peremptoria. C. de preci. Imper. offe. quoties.
extrà, de procur. ex insinuatione. extrà, de dol. &
2 contu. cap. primo. † Item à sententia semel tan-
tum supplicatur: etsi semel denegatur, postea
non conceditur. C. de preci. impe. offe. si quis. in
auth. ut nul. iudi. §. & hoc uerò iubemus. Item du-
rante præsidis officio eius subditi supplicare pos-
sunt principi, ut furtum uel rapinam uel aliud
eius crimen puniat. prima quæstione prima cap.
pen. & fin. & quæstione septima sancimus. in au-
then. ut iudi. sine quoquo suffrag. §. si quis au-
3 tem. † Item generaliter hoc debet supplicatio
continere, quòd petenti prosit, nec alij obsit: ut
b in pr. l. rescripta. [b] nec quod sit fisco damnosum:
ut 25. q. 2. nec damnosa.

ADDITIO.

a *§. fin. alleg. Pe. autor. & Ioan. de Deo, non bene receperunt sensum illius §. sicut Azo, qui dixit quòd licet supplicare pro eo, quod ordinatio clericorum facit, fit per pecuniam uel aliàs malè & contra legem, ut ad meliorem statum reducatur, & præuaricatoris pœna imponatur.*

b *Rescripta. Leges quæ ponunt exempla, allegat ibi gloss. quas tamen Azo exprimit ubi supra, de fœmina quæ nupsit uidua, uiro inferioris dignitatis: impetrat ut fruatur dignitate prioris mariti. ff. de senato. l. fin. cùm Præpositi sacro cubiculo impetrant ut fruantur post finitam militiam cingulo: cùm ad agros suos uel aliàs proficiscuntur. C. lib. 12. de præpo. sac. cubi. l. fin. Et quod de cingulo dixi, dupliciter ibi exponit glos. Tex. autem ponderat quod est dictum, quòd ad ipsorum desiderium, & ad nullius læsionem id pertinet. Quod autem præmisit, nec alij obsit: intelligit Azo ubi suprà, de læsione graui. & idem Accur. in prædi. l. allegauit ibi leges nota. & dicit Azo quòd ultra illas inueniuntur in iure, in libris iuris recondita multa similia. alle. ff. de relig. & sump. fune. si quis sepulchrum. ff. loca. l. habitatores. si usufru. pet. l. 1 §. ultimo. circa id quod sequitur de damnosis fisco: dicit Azo in illis expectari secundam iussionem. in auth. ut nul. iudi. §. & hoc no. de manda. prin §. deinde competens. qui §. uult omnino sperni primam iussionem,*

nisi

nisi sit pragmatica sanctio, ex ea tamen quamuis recipiatur, nil fiat nisi sequatur secunda iussio. Differt autem dictum Ioan. de Deo, ubi supra in princip.

SVMMARIVM.

Supplicatio, in quo differat ab appellatione.

1 *Seruus potest pro domino supplicare, sed non appellare.*
2 Pendente *appellatione, nil est innouandum.*
3 *Simpliciter supplicare ante sententiam, nõ licet.*

DIFFERT autem supplicatio ab appellatione: quia appellatur intra decem dies: supplicatur usque ad biennium: ut s. §. 1. uer. solus. Alij dicunt quòd supplicare debet, quàm primum potuit cognoscere se læsum fore: ut ex. de in integ. restit. ex literis. extra
1 de frigi. & male. c. 1. & c. fi. † Item seruus potest pro domino supplicare: sed non appellare. ff. de appel. serui. C. de preci. impera. offe. l. 1. & l. uniuersis. Item generaliter omnes liberi possunt supplicare: serui non, nisi pro se & domino: [a] ut ibi, & ff. de his qui sui uel alie. iu. sunt. l. 1. & 2. ff. de iudi. uix certis. Item differunt in casu, quem habes supra tit. proxi. §. uidendum. uersi. & not. ibi: item
2 is, qui. † Item pendente appellatione, nil est innouandum: ut supra de appel. §. nouissime. sed supplicatione pendente, mandatur executioni sententia: ut supra §. 1. [b] † Item ante sententiam,
3 non licet simpliciter supplicare ut C. ut lite pend. l. 2. Sed appellare sic: ubicunque grauamen infertur. extra de appell. ut debitus. Item supplicatio protenditur ad noua & uetera: appellatio uerò solum ad ea, super quibus interponitur. ff. de mino. præfecti. extra de in integ. restit. suscitata. & c. ex literis. Item semel tantum supplicatur. Item in appellatione, nulla cautio præstatur: ut suprà §. 1. in fin. unde uersus: [c] Discrepat appellans ab eo, qui supplicat ipse. Imputat errori proprio, redit hæc ad eandem. Hic semel auditur causa pendente satisdat.

ADDITIO.

a *Et domino. Id est, pro nece domini, secundum Azo. hoc uult l. 1. præallegata. addit Azo casum l. Iulia maiestatis. ff. ad leg. Iul. maie. l. nullus subdit etiam quòd forte idem in omni casu, quo seruo permittitur agere uel ad principem confugere, per duas leges statim allegatas. addit quòd si seruo supplicante, supple etiam eo casu, quo non debebat admitti, indulgeat principis rescriptum: tenet per l. uniuersis supra proxi. allegatam.*

b *§. 1. Quæritur de ratione quare pendentia appellationis & restitutionis in integrum impediant executionem, & supplicatio etiam intra decem dies facta non impedit. De restitutione patet suprà tit. proxi. §. ult. in princip. de reliquis hic sufficere possit: quòd prærogatiua harum sententiarum à quibus non appellatur, hoc inducit: ut scripsi de restit. in integ. suscitata. super glo. penult. Dicunt quidã supplicatio continet benignitatem petentis. & iudicis: & ideo hac responsio sufficere potest quo ad appellationem, quæ innititur iustitia: sed non quo ad restitutionem, quæ benignitatem iudicis & fauorem petentis respicit. ff. de mino. præfecti. Si dicatur quòd supplicatio uoluntate recipitur: contradicere uidetur. §. aliud. in corpo. ut sponsa larg. Item si dicas quòd per appellationem extinguitur, uel suspenditur pronunciatum, ut dicit Iac. de Bel. in prin. §. aliud hoc est, quod quæritur quare plus suspendit appellatio, quàm supplicatio. Mihi uidetur his tribus, quæ diuersa sunt, merito tribui diuersos effectus: Dico igitur quòd appellatio, quæ interposita est à sententia puræ iustitiæ innitur: propter quod executio fieri non potest. & si facta esset intra decendium, quo fuit postea appellatum, reuocatur executio per modum nullitatis & attentati. de appe. non solum lib. 6. Restitutio innitur iuri: habet tamen mistam gratiam: non dico à iudice, sed à iure inuentam. Si lata est igitur sententia contra ecclesiam uel minorem: & ab ea non fuit appellatum: iuste fit executio sententiæ. Si tamen postea intra tempus iuris petatur restitutio: fateor quòd impediret executionem fiendam: sed iam factam non annullat uel reuocat. Verba enim non solum innuunt quòd ea postulata, licet nondum concessa, nil noui fiat circa rem, ut dicit rubrica Codicis. Absurdissimum enim esset, quòd ultra terminum tardari deberet executio eo casu: & imputet sibi, qui non appellauit. Supplicatio tantum habet præsumptionem contrariam ex persona proferentis, quòd appellare non licet. Eorum ergo fuit ipsam non pacificari alteri præmissorum. Satis enim sibi est quod contra id, de quo alter prædictorum, scilicet Papa, princeps, uel præfectus prætorio poterat legem facere, auditur. De primis constat: de tertio patet C. de offic. præto. l. secunda. Eligit ergo ius quandam uiam mediam: ut ipso cstò supplicante fiat executio cum remedio cautionis. aliàs sine illo, & ut semel tantum supplicetur. Simile de offi. deleg. quærenti. cum concor.*

c *Versus. Hos uersus posuit Ioan. de Deo ubi suprà, & in fine primi uersus ponebat tempore: & non-*

est congruus uersus. Vnde communiter habetur ipse. Est sciendum quòd Cyn. in authen. quæ supplicatio. in fi. allegans hunc titulum, dixit differentias hic notatas in appellationem & supplicationem non omnes esse ueras. quod dixit se dicturum super l. unica. C. de sen. præfec. præto. sed ibi non dicit: oblitus, ut puto. Effectus autem.

Supplicationis effectus.

EFFECTVS autem supplicationis est, quia si princeps rescribit ad supplicationem, obtinet uicem litis contestationis quantum ad hoc ut perpetuetur usque ad 30. annos: secundum alios usque ad 60. C. de anna.excep.l.1.& transit ad hæredes & contra hæredes: ut C. quando lib. princip. ob. lit. contest.16. quæst.3.§.potest.circa medium.ff.de actio.& obligat. constitutionibus.

a *De expensis.* [a] *Rubrica.*



AD huius Partis tractatum pertinet aliqua de expensis uidere: & quoniam ad ea, quæ frequentius accidunt, iura debent adaptari: ut ex. ut lit. non contest. quoniam frequenter. & ff. de legibus. nam ad ea. idcirco de eis, quæ sæpissime in iudicijs petuntur, utile uisum est doctrinam tradere copiosam. Super quo sciendum est, quòd expensæ quædam fiunt extra iudicium: de quibus aliqua præmittemus, licet extra propositum principale. aliæ in iudicio, de quibus postea supponemus.

ADDITIO.

a *Vt dixi in rubrica proxima, practici autores emiserant hanc rubricam, excepto Io. de Deo, qui posuit ipsam cauil.lib.6.rub.penult. Modicum tamen de ipsa posuit ibi in fine: sed transtulit se ad Summam Azo. Instit. de pœna teme.litig. & fere ad literam posuit quod ibi dicit Azo, quod tamen est extra propositum, scilicet de alijs pœnis tractando: de quibus infra tit. 2. non de pœna expensarum. Posuit etiam ipse Ioan.rubricam istam ultimam, in libro indicum, in qua etiam nil dubium apparuit. Azo in Summa de fruct. & lit.expen. non ingreditur materiam nostram: sed remittit ad rubricam de sportulis. ibi autem tractat de expensis in lite fiendis in sportulis & alijs: non de repetendis. & in tit. præ ucr. in sententia. de his unicum uerbum ponit. prosequitur autem materiam prima partis, in tit. de rei uendi pe.col.uer.impensarum. & Vinc. tandem in decre. ut prætерita. de elect. in 1.glo. Accur. in l. in fundo. ff. de rei uend. in ult. gl. de qua glo. remittit autor & ad aliam glo. Accur. & ad Rof. insi. uersi. qui incipit ex præmissis. Superuenit aūt copiosus noster Host. qui in Summa de do.& contu. §. qua pœna plene tractat de his expensis litium: incipiens ibi post princ. uersi. punitur etiam contumax. & eam prosequitur usque ad uer. item punitur prope fi. §. quem uer. allegat autor. ad unum tantum. infra uersi. & nota, cum tamen quicquid ibi est, totum sub tit. isto posuit. Ipse etiā Hostien. doctrinam suam extollens ibi in fi. dicens quòd non inuenit alibi materiam sic discussam: & uerum dixit. tamen nunc hic plenius suis autor magnus supra Gigantem studentes debilis captis quos grauat scriptorum prolixitas, maxime cum eadem sæpius repetuntur, ut hic: satis poterunt pertransire, cum glo. decre. ad fi. & epilogo & suppletionibus, quæ scripsi super illa. Circa expensas autē hic notandum, quòd negotiorum gestor nō petit sibi fieri expensas gestionis fienda. Idē dico de coniuncta persona, petunt aūt iam factas utiliter sibi restitui: & procedit hoc, siue sis extraneus gestor. ff. quod cuiusque uni. l. 1. in fi siue socius de corpore. eod. tit. sicut municipium. 2. respon. siue sit etiam communio indiuidui. ff. de nego. gest. qui negotia. §. fi. quod intellige ut ibi not. & in hoc differunt à procuratore, qui petit fiendas de ele. cupientes. §. ad hoc. & factas iuxta mandatum, licet non utiliter: ut not. extra de procur. cum pro causa. In gestore igitur, an debeantur expensæ, declarat euentus: ut scripsi post Hostien. de elect. cum inter canonicos. super 1. glo. & not. in decre. cupientes. in ult. glo. ante fi. Ex his concludo, quòd si contra prouisum fit autoritate apostolica uel alterius in ecclesia collegiata aliquis de corpore appellat, licet nomine ecclesiæ & suo: si tamē nō habet mandatum à capitulo, nec expensas in prosecutione fiendas habebit à capitulo: nec factas recuperabit si succumbat. hoc maximè, quando capitulum paruit illi prouisioni: uel, quod plus est, satis est quòd restiuerit uel contradixerit: cum eo casu pro consentientibus habeantur: ut in regula, qui tacet. lib. 6. ubi concor. Administrator ergo, qui facit expensas in negotijs capituli, ut habet quarundam ecclesiarum mos, tali appellanti expensas administrare non debet in dubio futuri euentus. Facit de sponsa. impenis. ubi concor. 1. glo. & ff. de admini. tutor. § fi. & ibi concor. in glo. fi. Si autem capitulum expresse prohibuisset: post prohibitionem factam, expensas etiam utiles, quas fecisset, non recuperaret: ut in l. fi. C. de neg. gest. ubi autem non fuit contra dictum, & obtinuit: distinguitur an prosequeretur negotium propriū.*

& tunc

& tunc à victo recuperat. an commune: & tunc ab ecclesia: ut not. in decre. cupientes. in ult. gl. ultra medium. Adde, huic ultimæ parti adds. Io. And. Old. consi. 38. incip. thema tale est, episcopus. Ad huius partis.

SVMMARIVM.

Expensæ extra iudicium faciendæ, quæ dicantur.

1 *Expensæ extra iudicium factæ, cuius gratia factæ dicantur.*
2 *Expensæ ratione fructuum factæ à possessore, ueniunt deducendæ.*
3 *Reficere, est iam facto, remedium facere.*
4 *Malæ fidei possessori ædificanti in area aliena, an sit in expensis subueniendum.*
5 *Sumptus facti ab illo, qui primo fuit bonæ fidei, sed postea defecit: qualiter sint compensandi.*
6 *Sumptus facti in reficiendo fundum alienum, an & qualiter sint restituendi.*
7 *Bonæ fidei possessori pro omnibus impensis in fundo alieno factis, est subueniendum.*
8 *Expensæ extra iudicium factæ, qualiter sint petendæ.*
9 *Expensæ diuersimode factæ, diuersimode sunt considerandæ.*
10 *Victus uictori, regulariter in expensis est condemnandus.*

EXpensæ igitur, quæ fiunt extra iudicium, Aliæ sunt necessariæ, aliæ utiles, aliæ uo-
a luntariæ. [a] Necessariæ sunt, quæ si factæ non essent, res esset omnino peritura, & deterior futura. Vtiles dicuntur, quæ rem faciunt meliorem: deteriorem autem esse non sinunt. Voluntariæ dicuntur, quæ rem exornant: ut puta, picturæ, incrustationes, & similia. De his omnibus sunt exempla ex. de deci. pastoralis. & ff. de uerbo. signifi. impensæ. ff. de impen. in reb. dota. fac. l. 1. 2. & 3. & l. ueluti. & l. uoluntariæ. & l. utilium. &
1 l. pro uoluntarijs. & l. impensæ. & l. fi. † Et hæ impensæ, quædam fiunt gratia fructuum percipiendorum: ut quæ fiunt in arando & seminando. Quædam gratia colligendorum, ut quæ fiunt in metendo & triturando. Quædam gratia conseruandorum, ut quæ fiunt in horreis parandis: ut ff. l.
2 3. §. nos igitur. † Expensæ igitur, quæ fiunt ratione fructuum, quocunque de prædictis modis deducuntur à quolibet possessore, siue possideat bona fide, siue mala. ex. de eo qui mit. in pos. cau. rei ser. c. penult. in fi. ff. de peti. hære. si à domino uel patre. §. fi. & l. plane in fi. & C. de fruct. & lit. expen. l. 1. nec ullus casus interuenire potest, qui hoc genus deductionis impediat. ff. fami. ercis. fundus qui. respon. 1. in fi. & ff. sol. mat. fructus. quia nō censetur fructus, nisi quòd superest deductis expensis: ut ibi. & ff. sol. mat. fructus, & de ope. lib. l. 5. & in pr. l. de fruct. & lit. expen. & ff. mand. quia mutua. aliàs incipit, idemque. §. idem Labeo. & arg. in prædi. c. pastoralis. Et not. ex. de resti. spol. grauis. Quod si excedunt fructus, adhuc dico in bonæ fidei possessore horum rationem habendam. Secus in malæ fidei possessore, secundum quosdam. ff. de peti. hære.
3 quod si sumptus. † Si autem fiat circa rem principalem, subdistingue: quia aut fiunt in de nouo faciendo, aut in reficiendo. Dicitur autem quis de nouo facere, cum de nouo ædificat: reficere uero est ædificio iam facto, remedium facere. ff. de iti. actuque priua. l. 3. §. penult. ff. de usufruct. l. usufructuarius nouum. Et arg. ex. de Iudæ. Iudæi. & c. con
b suluit. [b] Si quis ergo facit sumptus circa rem principalem, de nouo ædificando, aut ab initio fuit bonæ fidei, & durauit semper bona fides: aut ab initio fuit malæ fidei, & durauit semper mala fides: aut fuit ab initio bonæ fidei, sed non durauit bona fides: quia factus est malæ fidei possessor. In primo casu, scilicet quando semper fuit bonæ fidei: si possedit rem, consulitur ei de sumptibus per doli exceptionem, utendo retentione, non auxilio actionis. ff. de dol. excep. Paulus. reprobata sententia M. dicentis sibi dari actionem negotiorum gestorum, per l. fin. de neg. gest. quia illa lex alter in
c telligitur. [c] Sic ergo bonæ fidei possessori consulitur, per retentionem, seu per doli exceptionem,
d ut dixi. [d] Quod uerum est, ubi tot fructus percepit, qui ualeant quantum ascendunt sumptus in re facti: quo casu fructus computantur cum sumptibus. ff. de rei uendi. sumptus. ex. de reb. eccle. non alie. ad nostram. & de pign. cum constet. sic & alibi bonæ fidei possessor non lucratur fructus in casu, qui habetur ff. de rei uen. emptori. Sed & M. induxit pro se ff. si pars hæred. pet. l. fi. & ff. de peti. hæredi. hæreditas etiam. §. 1. & C. de rei uendi. l. 2. & l. damnatum. Sed contra eum, & pro hac sententia, quæ communis est fere omnium, facit ff. de acti. emp. idemque Iulia. agitasse. & ff. de peti. hære.
4 plane. ff. de rei uend. sumptus. † Si autem semper fuit malæ fidei possessor, hoc casu de nouo ædificando in area aliena: non subuenitur ei super sumptibus, nec iure actiōis, nec officio iudicis, nec ope exceptionis: quia ædificando, donare uidetur. Institut. de re. diui. §. cum in suo solo. & quia sibi neminem uoluit obligare. ff. commu. diui. in hoc iudicium. M. tamen & Alber. hoc casu dabant malæ fidei possessori actionem negotiorum gestorum.
f per l. de neg. gest. si pupilli. §. & si quis. & l. fin. [f] C.
g eod. [g] l. 2. & l. domum. Sed prædictus §. si quis. loquitur quando gessit negotium ipso gestu, & nomine alieno. Nec obstat C. de peti. hæred. l. 2. quia ibi loquitur, quando ex aliena materia ædificauit.
5 † Porrò si ab initio fuit bonæ fidei, sed non durauit: eligitur quædā uia media, ut pro sumptibus factis, dum erat bonæ fidei, habeat retentionem. Ex quo uerò malæ fidei factus est, conceditur abrasio absque læsione prioris status: ut C. de rei
6 uendi. domum. † Viso quid iuris sit de sumptibus factis in faciendo de nouo: dicendum restat quid iuris sit de factis in reficiendo. Et tunc aut erat bonæ fidei: & sic expensas necessarias & utiles sibi reseruo,

seruo, per doli exceptionem utendo retentione: uoluntarias uerò potest abradere seu tollere & exportare, siue læsione prioris status. ff. de rei uend. si autem. §. in re. C. eo. si quis. & l. si in area. Instit. de rerum diui. §. certe. Si enim dominus rei sibi uellet dare tantum, quantum ualerent, si abrasæ forent, non habet abrasio locum. ff. de rei uend. in fundo. & l. nisi. Ad idem ff. de pigno. actio. si seruos. ff. de noxa. si seruus deportatus. §. 1. ff. de impen. in reb. dota. fac. si pro uoluntarijs. & l. seq. Si autem sit malæ fidei possessor, si quidem fecit utiles, permittitur abradere sine læsione prioris status: nisi dominus tantum uellet sibi dare, quantum ualere posset eis abrasis: si necessarias sibi cõseruat officio iudicis, per retentionem: uoluntarias uerò nullo modo consequi potest. nam pro eis non habet aliquod auxilium: ut in præ. l. C. de
g rei uendi. donum. 8 † Ex præmissis igitur patet,
7 quòd quandoque subuenitur possessori pro impensis per a, hoc est, per abrasionem: ut suprà uersi. porrò. & uer. uiso. uel secundum M. per actionem, ut suprà uer. in primo. quandoque per e, hoc est, per exceptionem doli: ut supra uer. si quis ergo. & uersi. uiso. quandoque per o, hoc est, iudicis officio: ut suprà proxi. Et hæc etiam uera sunt, in rei uendicatione: in petitione hæreditatis autem, si est bonæ fidei possessor, seruat omnes impensas, siue sint necessariæ, siue utiles, siue uoluntariæ. ff. de peti. hære. plane. & l. sed & si lege. §. consuluit. quia non tenetur nisi in eo, quo factus est locupletior: si malæ fidei, utiles & necessarias seruat re existente, seu meliori facta, in qua factæ sunt: & hoc iudicis officio, uoluntarias per abrasionem: ut in præ. l. plane nec distinguitur hoc secundum quosdam, an sit impensum in re facta uel facienda. Et secundum hoc intellige quod plene not. Instit. de re. diui. §. certe illud. & ff. de rei uend. In fundum. Et de hac materia not. Rofr. plene in suo libello,
h in tit. de offi. iudi quo retinentur impensæ. h Præmissa quoque locum habet in expensis proprio nomine factis. si alieno: tunc locum habet tit. de
8 neg. gest. † Et nota i quòd expensæ, quæ fiunt
i extra iudicium, peti debent nominatim in libello, secundum præmissa: nisi is, qui eas facit, beneficio receptionis sibi ualeat prouidere. ff. commo. in rebus. §. possunt. ff. de pig. act. si necessarias. Sed quia in plerisque locis taxatum est quantum debet iudex habere pro libra: quæ consuetudo approbatur à iure: ut suprà de sala. §. 1. prope fi. uer. in præmissis tamen. Idcirco ne iudex statim illud exigat, consuluit domi. meus quod sic subijcias in fin. libelli.

FORMA. Item peto expensas hac occasione factas & faciendas, protestor quas suo loco & tempore æstimabo, & sicut ius poposcerit comproba
k bo: nisi forte iudex inuenerit ipsum k causam habere probabilem litigandi. Vel ne ipsum instruas, dic: peto expensas, si iudici condemnatio uidebitur facienda. in authen. de iudi. §. oportet. col. 6. Et si obijciatur de præmissa conditione, quæ uidetur incertitudinem continere. Respon. non est uerum in hoc casu, secundum eum, ut not. in Summa de
l do. & contu. §. qua pœna. sub §. punitur. l † De ex-
9 pensis aũt in causis electionum factis, tractatur ex. de elect. ut præteritæ. & secundum Vinc. eod. tit. c.
m inter cano. m Item de expensis factis à creditore, post custodiam rei. in cuius possessionem missus
n fueram. not. in lib. Ro. in tit. si credi. in pos. mis. n Et super hoc formatur libellus, ut not. infra de eo, qui mit. in pos. cau. rei ser. §. restat. uersi. si autem missus. Item in expensis procuratorum. ex. de pro
o cur. cum pro causa. & uide infra §. proxi. o uersi. ex his. & §. seq. uersi. hoc quoque. In quibus autem causis sumptus ministrandi, seu aliqui alendi sint:
10 uide infra qui fil. sint legit. † Quid si iudex siue superior, aliquo denunciante uel etiam prosequente ex officio suo, in aliquo negotio procedit contra aliquem, demum ille condemnatur ad restitutionem uel emendationem rei, de qua agitur, nunquid cogetur etiã restituere expensas prosequenti, siue denuncianti? Et uidetur quòd non: quia uictus uictori condemnari debet. At iste nec eigit nec uicit: ut infra §. nunc de expensis. uer. primo. Contrarium credo de dol. & contu. c. cum dilecti.
p ad fin. p & de accu. olim. sic enim iudex ex officio suo condemnat in principali, sicut etiam eodem officio denuncianti siue prosequenti restitui faciat expensas, si illius intersit denunciare seu prosequi: ut infra §. proxi. in princip. Et sic obseruamus in quæstione, quæ coram nobis agitabatur inter commune ciuitatis Mutinæ pro parte una, & monasterium Nouantulanum pro altera.

ADDITIO.

a *Expensa igitur uoluntaria. Prosequitur uerba Azo. in Summa, ut dixi super rubrica.*

b *Consuluit. Incipit hic quæstio, cum ex malefitio unius ex fratribus habentibus domum communẽ, pars eius uenit destruenda: quod fieri non potest sine periculo aliarum partium: nisi fiat aliquod ædificium, cuius expensis id fieri debeat. Pro fratribus allegatur ex facto nocentis, innocentem puniri non debere. C. de his, qui latro. occul. l. ult. ff. de pœn. absentem, & l. crimen. C. de in offi. testam. si quis in suo. §. 1. ff. si quis ali. testa. probi. l. 2. C. de pœn. sancimus ff. de nauti. fœno. cũ proponas. Ad idẽ C. ne uxor pro mari. si maritus. Item si pluribus nunciatum est nouum opus, & unus solus contrafacit: ille solus tenetur ff. de not. ope. nuncia. de pupillo. § si plerunque. Pro domino uel communi quòd non teneatur ad illas expensas faciunt eadẽ iura. Itẽ nõ debet officiũ publicũ iustitiæ, illis esse damnosum. ff. ex quib. cau maio. l. uide licet. Item facit ff. de aqua plu. arcen. sed interdũ. C. de pœn. si operis. de sent. excom. ut fama. ff. de fideiuss. si à reo. Bene facit pro domino uel cõmuni. ff. cõmu. diuid. si is, cum quo. & ff. loca. si merces. §. fi. Vbер dicit cõmunibus expensis illud ædificiũ fieri debet. Inducit l. 2. C. qui. ex cau. ser. pro præmio lib. acci. ubi seruo accusanti aliquem de adulterina moneta, debetur libertas. dominus tamen illius*

pretium

pretium habet de publico. Ad idem ff. ne quid in hoc.publi.l.2.ubi uia publi.reficitur à communi.

c Intelligitur. Vt infrà dicetur.

d Dixi. An autem damnatus ut restituat, qui non excipit de sumptibus, tempore executionis id possit. supra, de except.§. dicto. versicu. sed pone ædificantur. & de sent.excom.§.ult. uersicu.quid si bona.

e L.fi.Vide quod utrobique notatur.
ADDE, quando de fructibus, expensæ sint reducendæ, Pau. de Castr.consi. 53. per Bald.consi. 190.1.lib.

f C.eo. De rei uend.sic alleg.supra.

g Domum. Secundum Rof. quid ibi infra. versicu. qui dicemus. ponit duas rationes eorum, qui tenent contra, scilicet de uoluntarijs: idem quod prædictum est de bonæ fidei: eum habere in possessore malæ fidei. dant enim simile ff. quod met. cau. sine except. §. in hac. & §. sequen. & de l. in rem.§. pe. ff. de rei uend. responsionem ad hoc uide.

h Impensæ.In c.rei uend.uel peti.hære.& ibi præcedit rubrica de off. in quo petuntur fructus in eisdem.Et scias quòd Rof. ipse, in ista materia non formauit libellos: se excusans in fi. quia hic nulla accusatio competit nec iudicis officium quod intento loco eius: sed subuenitur exceptionis & retentionis beneficio, si possident: aliàs omni carent beneficio.licet Gosiani ex sua æquitate,dent etiam possessori malæ fidei utilem negotiorum gestorum, in quantum res melior facta esset, ut suprà. quod ipse reprobat. Adde quomodo quis consequatur expensas melioramentorum: Paul. de Castr. consi. 324. & an expensæ factæ ad perpetuam rei uoluntatem, possint opponi coram consultore: uide Bald.consi.176.1.lib.

i Et nota secundum Hostien.ut supra.in prin.

k Ipsum. Scilicet reum.

l Punitur. Addit tamen ibi aliam formam, omissa conditione, peto expensas inquantum & sicut iudici uidetur condemnatio facienda.

m Inter cano. De his uide eo.tit.cap. cupientes.lib.6. in ult.glo.cuius finem declarando hic instare dispono. Sed præmitto quòd in decret.cùm inter canonicos. unicum uerbum de his expensis posuit Vincen. quod ibi scripsi super prima gloss. in decre. autem, ut præterita. multa prosecutus est: de quibus dixi in superiori rubric. & de alijs in processu, remittendo submittam. ad primum finem gloss. pre. ult. in decr. cupientes. peroptime procedit in regulari electo ad prælaturam proprij monasterij,sed de electo ad aliam prælaturam: & ut fortior sit quæstio, dicamus illum ordinis mendicantium in concordia electum: ita quòd satisfactum est decre. quorundam. de elect. lib.6.& hic est præmittendum, quòd in episcopum potuit eligi. Sed si electus esset in abbatem uel prælatum monasterij alterius religionis, non ualeret electio. Dicamus ergo eum tunc postulatum & à papa: hæc omnia patent in clemen. de elect.c.1.in text.& gloss. Et quomodo legatus talem postulationem admittere non posset, dixi supra, de lega. in tracta.dispen.§. consequenter post prin. Quòd autem ecclesia eligens, uel monasterium postulans tenetur ad expensas, facit prædi. decreta. ut præterita: Item facit quòd de instructore & teste dicitur de elect. cùm non deceat. de rescrip. statutum.in fi.lib.6.Bene facit l.1.§.1.ff.si usufru. pet Vsusfructus enim legatus, eget adminiculis, sine quibus quis uti & frui non posset: scilicet uia vel itinere: sic iste eget itinere id est expensis itineris, licet grauius: quia si ecclesia erat exempta uel monasterium etiam non exemptum,ad papam etiam recurri oportet: quod simul cum paupertate electi uel postulati,ignorare non poterunt. Facit ff.de iudi.licet & si susceperit.§.1. & 2.& §. equitij. quem ibi allegat gloss.in l. plenum.ff. de usu & habita. Item legata alicui in militia:legata videntur expensæ necessariæ ad ingressum militiæ.ff.de lega.3.l.pen.§ fin.Fortius igitur in ecclesiastica militia,erit idem. Bene facit de cleri. ægrot.c.1.Idem si aduersario quis contra se ministrare tenetur expensas, ex causa inopiæ.de accus. ex parte.cum legibus allegatis ibi in ult. glo. Fortius ergo ex eadem causa inopiæ,ad prosecutionem sui operis & vtilitatem ecclesiæ: & in proposito illas ministrare tenebitur. Et si dicatur quòd dubius sit euentus, sufficiat clemen.ut lit.pend. si duobus.§. si uerò aliter. & ibi concord.uel dicatur quòd eligentibus donare non licet. de dona.c. 2.de his quæ fi.à præla.cap.1.Respondetur ad primum ff.ad Carbon.l. sed & his.§.an autem. & de ventre in posses.mit.l. 1. post princi.& §.mulier.l.extraneo. Per quæ patet nedum filio nato, sed etiam nascituro, & de quo lis est an sit filius, & uenter propter partum nasciturum propter inopiam ministrantur expensæ euentu dubio non obstante. Constat autem, quòd æquè filius inopi patri, sicut pater inopi filio tenetur ad expensas.ff.de libe.agnosc. in rubrica. & l. si quis à liberis. in princip. Et ex hoc concluditur, quòd sicut inopi filio nascituro propter inopiam, non obstante dubio euentu, ministrantur expensæ,ut suprà si & patri spirituali futuro, non obstante dubio

bio

bio euentu, ministranda sunt expensa, maximè cùm illi dubio dederint principium hi, qui dubiū allegant euentum. Ad secundum respondetur quòd istud non est donare, sed rem necessariam agere. Bene facit ff. de dona. inter vir. & vxo. si quis pro vxore. Cuius casum vide in sufficien. decret. relatu. de præben. super ultima glo. Sic non est donatio, cùm vir parat vxori expensas itineris ad locum, quo illam vocauit. ff. de pactis dota. l. inter socerum. §. conuenit. Facit in genere ff. de adimen. leg. l. rem legatam. in fin. extra. de dona. per tuas. De facto tamen experimur, quòd consanguinei, amici, & deuoti ipsorum in expensis prouident, quia restituunt, sed negotium prosperatur. Experimur etiam quòd ita illis, qui per consanguineorum pecunias sunt promoti. Idem de illis, qui promoti sunt per nobiles vel potentes. & vide quod dicam super rubrica de rebus eccles. non alie.

ADDE *videnda verba formalia præscri. addi. per Oldr. consi. 27. incip. thema tale, vacante quo dam monasterio. Et an pecunia expensa pro præsenta. elect. dicatur versa in vtilitatem ecclesiæ: & quomodo probetur expensa. hoc casu vide Federi. consi.* 119. *Et quando plures prælati electi litigant inter se, an debeant fieri expensæ de bonis ecclesiæ vel suis: & cuius expensis litigatur, cum quis impetrat prælaturam à papa: & quid si expensæ sunt principaliter in fauorem litigantis. secundario ecclesiæ, an ecclesia debeat pati expensas? Vide de omnibus prædictis* Angel. *consi.* 144.

ADDE *tu ad materiam additionis. Io. And. do. Cardi. in consi. 5. & in consi. 6. in quibus notabiliter hoc tractat.*

n *Mis. Rubrica est de actione in factum, quæ datur creditori misso in possessionem ad recuperandos sumptus, quos fecit in re sine dolo. & est in ordine inter edicta.*

o *§. proxi. Proximus est iuxta permissionis: facit ad id quod ibi dicam.*

p *Ad finem. Vbi de hoc in vltimo in vltima glo. Et vide quod super ea dixi de inquirente ex officio, an illo absoluto teneatur illi ad expensas. Et de hoc etiam Cy. C. de iudi. sancimus. in 5. q.*

De expensis, quæ fiunt in iudicio.

a IVXTA a Promissionis, seriem uidendum oc currit de expensis, quæ fiunt in iudicio. Circa quod notandum est quòd expensæ aliæ fiunt ante litis contestationem. Aliæ in causis appellationis. de quibus singulis disseremus. Vltimò dicemus qualiter & quando sit expensarum condemnatio facienda.

ADDITIO.

a *Iuxta. Est hic sciendum quòd id quod sequitur vsque ad §. nunc de expensis. totum alleg. sub isto §. iuxta. quod maxime patet in decreta. si. de dolo & contum. sed autor allegat. §. si ante litem. pro me facit supra. §. prox. ad finem. ibi & vide.*

SVMMARIVM.

De expensis, quæ fiunt ante litis contestationem.

1 *Iudex ex officio suo, pronunciare habet in expēsis, sicut & in consequentijs ipsius causæ.*
2 *Expensæ, an peti possint iudicis officio, ob contumaciam euidenter.*
3 *In iudicijs bonæ fidei, veniunt sumptus, & fructus & interesse iudicis officio.*
4 *Deficiens in probatione dilatoriæ exceptionis, an se litis contestationem proposita, an debeat in expensis condemnari.*
5 *Expensæ propter contumaciam partis alterius ante litis contestationem vel post, vsque ad sententiam, indistinctè sunt præstandæ.*
6 *Expensæ ob contumaciam quando sint præstandæ.*
7 *Causa tali existente quòd lite non contestata possit super principali non obstante rei abundantia procedi, an post terminum veniens audietur.*
8 *Terminis tribus in vna citatione insertis, an in primo vel secundo non ueniens, condemnandus veniat in expensis.*
9 *Condemnatio in expensis, quibus casibus etiam ante litis contestationem fieri dicatur.*
10 *Impetrans iniquè à quo puniri debeat.*
11 *Citatus contumaciter se absentans, venit condemnandus.*
12 *Petitorio suspenso, si quis recursum habeat ad possessorium, an possit aut debeat aduersario in expensis condemnari.*
13 *Expensæ in iudicio factæ ante litis contestationē qualiter peti possint.*
14 *Expensis ratione contumaciæ factis, debet index prius condemnare quàm procedere.*
15 *Citatione facta, si nec reus nec index ueniat, debeat reus condemnari.*

SI ante litis contestationem expensæ petun-
tur, dicunt quidam quòd peti possunt iudi
cis officio. Nam expensæ sunt sequela prin-
a cipalis actionis. Vnde † sicut iudex officio
suo pronunciat in consequentijs ipsius causæ, eo-
dem modo & in expensis.argumen. ff. de re iudic.
Paulus.ff.de fur.eum, qui erit.§.si iuramenta.ex-
tra,de offic.delega. prudentiam.in fin. Nam sicut
officium deseruit ante litis contestationem in ci-
tationibus & interrogationibus & alijs, ut supra,
de offic.iudi.delega.§.deseruit. ita & in expensis.
extra,de offic.iudi.c.2.Præterea iudex citatum an
te litis contestationem si non comparuit, punire
potest officio suo: ff. si quis in ius uoc.non ser.l.2.
§.1.& ff.si quis ius dicen.non obtem.l.ista.§.1.Pa-
ri ergo ratione puniet in expensis etiam de leg.ut
infra.§.fin.uersi.porrò. Nam non prius pandi de-
bet ei iudiciorum aditus, quousque resarcitæ fue
rint expensæ.C.de iudi.sancimus. quæ loquitur in
a distinctè ante litis contestationem & post. [a] † Ex
2 his motus dico quòd ob contumaciam euidentem
possunt ante litis contestationem peti expensæ iu
dicis officio: aliàs non: ut probatur extra, de re-
scri.cæterum. & de procur. audit. & c.constitutis.
in quibus condemnatur absens ante litis contesta
tionem in expensis.& de do.& contum.cum dile-
b cti. in fi.T. uerò & Vincen.Ioan.& Bar. [b] & alij in
distinctè dicunt, quòd iure actionis sunt petendæ
in libello nominatim.argumen.ff.de iudi.non po-
test uideri.ff.de commu.diui.ut fundus.ff.de ædil.
edict.l.ediles.§. item sciendum. & l. item serui.ff.
c de iudi.de qua re. [c] Sed hoc potest habere locum
ubi contumacia non est euidens, sed præsumpta,
de qua refert contumax quæstionem: quo casu au
diendus est.extra,de re iudi.c.cum Bertoldus.ex-
tra,de eo qui mit.in poss.causa rei ser.cùm uenis-
sent. secundum P.Nec obstat ad præmissa.§.item
sciendum. nec etiam l. item seruus.ubi dicitur quod
quæ ante litem contestatam accidunt, non petun-
tur iudicis officio: sed nominatim libello. Illud
enim uerum est de his, quæ contingunt extra iudi
cium,& tanquam principalia per se existentia, &
in fructibus rei petitæ: ut si uacca petatur, uel ui-
tulus ante litis cōtestationem nascatur, & est quid
per se, sicut uacca. Secus ergo est in expensis,quæ
contingunt ob contumaciam partis in iudicio.
Item illud locum habet in expensis ante litis con-
testationem occasione rei factis,ut nominatim pe
tantur in libello, ut ibi.& hoc in iudicijs stricti iu
3 ris. † Nam iudicijs bonæ fidei ueniunt sumptus
& fructus & interesse,iudicis officio: ut ff.de do.
eleganter.§. non solum. de eo quod cer. lo.in bo-
næ fidei.& l.si hæres.& sequen.& C.de act. emp. &
uen.l.2.& 3. quæ dic ut in fine huius §. uersicu.in
summa. Expensæ quoque factæ circa rem, post li-
tem contestatam ueniunt officio iudicis: ut infra.
§.proxi.ad fin.uer.hoc quoque. Verum autem ex-
pensæ extraiudiciales in libello petantur? Dixi su
d pra.§.proxi. [d] ad fin.uer.& no. † Sed nunquid de-
4 ficiens in probatione dilatoriæ exceptionis, ante
litis contestationem præpositæ debet in expensis
condemnari, sicut & proponens peremptoriam
post litem contestatam,& deficiens: ut extra, de
do.& contum. finem. & infra. §. proxi. uersicu.in
hoc respon. Dicunt Vincen. Accur. & papa quòd
sic indistinctè.argumen.extra,de rescri.c.fin. & de
dol.& contum.ex literis.extra, de restitu spo.fre-
e quens.de excep.pia. [e] & cap. pastoralis.ibi: per di
latorias exceptiones malitiosè nonnunquam, &c.
& sic curia seruat. B. dicit quòd si calumniosè di-
latoria exceptio ante litis contestationem propo-
nitur,& de hoc constat euidenter: tunc debet de-
ficiens in probando, in expensis condemnari.ex-
tra, de excep.exceptionem,& in præ.concord.Se-
cus si de malitia non constat. & maximè si sit iura
tum de malitia.argumen. hoc in præ.c.finem.ibi:
postquam altera pars intentionem suam fundaue-
rit, &c. Ergo ante litis contestationem non uide-
tur pars excipiens condemnanda: cū habeat a iure
quod possit excipere. extra, de excep. pastoralis.
ff.de re iudic.l.4.§. si quis condemnatus. maximè
f ubi uerisimilis causa excipiendi subest. De hoc [f]
5 s.de excep.§.2.uersic. sed nunquid reus. † Hoc au
tem certum est, quòd expensæ, quæ fiunt propter
contumaciam partis alterius, ante litis contesta-
tionem uel post usque ad sententiam indistinctè
præstantur, qualemcunque causam litigandi ha-
buerit is, cui præstatur siue iustam siue iniustam.
extra, de do. & contuma. cùm dilecti.& de seque
stra.poss.cap.1.ut lit.non contesta. quoniam.§.in
alijs. extra, de testa. significauerunt. de appel.sæ-
pæ.3.q.3.§. spatium. in fin.C. de iudic. properan-
dum.§. & si quidem.C. quomodo & quando iudi.
6 authen. qui semel. † Sed quæritur quando præ-
standæ sunt expensæ, ob contumaciam? Respon.
statim prius quàm audiatur: ut in prædicto §. in
alijs.& in prædic.l.sancimus. Vnde si reus non ue
niat in prima uel in secunda citatione, condemna
bitur in expensis post tertiam citationem, tam
pro prima, quàm pro secunda contumacia. argu-
men.C.de iudi. sancimus, quæ loquitur indistin-
ctè, non specialiter in peremptoria. Ad idem.ff.
de re iudi. contumacia. extra, de do.& contuma.
ex literis. extra, de procur.querelam. ubi de hoc.
de fi. instru. cum Ioannes. per quas alij dixerunt
contra dicentes, quòd cùm quo ad prima duo be
ne appellauerim, iudex primus mihi est suspe-
ctus: nec ad eum remitti debeo, nec condemna-
ri: cùm constet me bene appellasse: super hoc au
l tem no. papa extrà, de do. & contu. finem. l quòd
si sententia plures continet articulos, & in uno
est iusta, & in alio non: si altera pars appellet à to
ta sententia, uel etiam si utraque, fiet hinc inde
condemnatio expensarum. ideoque cautus ad-
uocatus debet iustum articulum diuidere ab in-
iusto: & super iniusto debet tantummodo appel-
lare: ut patet in præ. cap. Raynaldus. §. à cuius sen
tentia. & c. Raynutius. §. dictus uero. ubi uerò sen
tentia unum tantum continet capitulum, puta
quia iudex condemnat in centum, qui debuit
condemnare in quinquaginta: nulla potest fie-
ri diuisio: & ideo tunc fas est à tota sententia ap-
pellare: nec fiet hincinde compensatio: quia
non est partis distinguere utrum debeat tantum
uel non. Sed ubi sunt plura capitula, tunc sen-
tentia potest pro parte ualere & pro parte non:
ut in præd. concor. & extra, de conuer. coniug.
placet. Ad hoc facit suprà de sala. §. sequitur. uer.
pone quòd non.

ADDITIO.

a *Nunc dicam. & not. de regu. iur. ignorantia. libro sexto.*

b *Condemnandus. Faciunt quæ scripsi de pæn. calumniam. in gl. 2.*

ADDE, *quòd propter consilium egregij docto-
ris quis excusetur ab expensis.* Pet. de Ancha. *con-
sil. 224. in fin. & quando expensæ debeantur per
victum victori: & quando excusetur ab eis: ui-
de* Bald. *consil. 84. ante finem. & consil. 221.
1. lib. Et quando expensæ taxantur, an sit ci-
tandus fideiussor, per eundem consil. 244. eod.
primo libro. Et an expensæ litis debeantur per
heredem cum beneficio inuentarij ultra uires hæ-
reditarias, per eundem consil. 271. eo. lib. Et
an propter omissionem expensarum, uictor possit
appellari: uide Ang. consi. 110. Additio. Adde
tu quòd si appellans habet opinionem unius famosi
doctoris, excusatur ab expensis, ut concludit post*
Pe. Ioan. An. *in c. ut debitus. de appella. qui ita li-
mitat illum text. & similes. Idem tenet Baldus
in l. ueniens. el 1. circa fi. de testi. & sequitur e-
tiam Innoc. in d. c. ut debitus. nisi talis opinio fue-
rit communiter reprobata. Nam in consulendo
& iudicando non est recedendum à communi opi.
& tradit* Phil. Corn. *consi. 181. incip. uisa copia,
col. pe. uer. ex quibus in 3. uol. & adde quòd ap-
pellatione omnium & singularum expensarum ue
niunt solùm expensæ legitimæ iustæ & moderatæ:
ut per Alexan. in consi. 74. incip. & si tantorum.
col. si uersi præterea. in 4. uol. & an appellatione
damnorum, ueniant expensæ, uide singul. Lud. Ro
ma. sing. 342. incip. nunquid appellatione. Et
vide per Gu. papæ 458. incip. appellatione. ubi
dicit quòd expensarum appellatione continentur
tam solutæ quàm soluendæ per gl. quam dicit es-
se not. in l. quibus diebus. §. primo, ff. de condi. &
demon. Et adde quòd ubi quis in articulo iuris suc
cumbit,*

numbit, ap. doctorum nec iuramentum calumniæ excusant ab expensis, secundum Bald. consi. 472. inci. statuto communis Papiæ. col. fin. uersi. & est not. in 1. uolu. Hen. Fer.

c Iusiurandum. aliàs incipit, pono iure.

d Raynaldus. de iura. calum. c. 2. lib. 6.

e In fi. lib. 6.

f Statuimus. lib. 6.

g §. penult. al. ult.

h Ratione. ibi na. in glo. quare hoc dicit.

i Relatum. Vbi scripsi in glo. dicit Innoc. ad fi.

k Terra. Vide quod dixi de offi. deleg. in literis. super uerbo functus de iure patr. cum dilectus. in gl. not. legatum. & glo. seq. ad fi.

l Finem. Vbi scripsi super glo. sed nunquid. ante fi. uersi. quid si appellans.

SVMMARIVM.

Expensarum condemnatio qualiter, & quando sit facienda.

1 Expensarum condemnatio an sit, nulla taxatione præmissa, facienda.

2 Expensæ sunt secundum negotij & personæ qualitatem, per iudicem taxandæ.

3 Expensarum taxatio, diuersimode, & à diuersis fieri solet.

4 Expensarum petitionem omittens, an possit post diem latæ sententiæ petere.

5 Iudex si condemnationem expensarum petitam distulerit, debet de propria bursa eam resarcire.

6 Expensæ iudiciales quæ adiudicantur, debent esse utiles & moderatæ.

7 Expensæ tantum hæ præstandæ sunt, quæ propter causam factæ sunt.

8 Victore gratis patronum habente, an uictus ueniat condemnandus in expensis, quas patronus debuisset habere.

9 Victor artifex existens, si propter litem impediatur lucrari, an hoc deducetur in expensis.

10 Litem habens cum duobus, cuius gratia nil expendit an aliquid repetere debeat.

11 Expensæ in causa appellationis adiudicantur factæ à tempore emissæ appellationis.

12 Altera parte sportulas præstandas non obligata an ab altera sint exigendæ.

13 Expensæ diuersis ex causis exiguntur.

14 Expensæ an & quo casu sint ante finem litis præstandæ.

15 Condemnatio expensarum, fieri debet de factis, non de fiendis.

16 Expensæ non sunt parti contumaciter absenti in detrimentum alterius partis remittendæ.

17 Dolus cum dolo, & culpa cum culpa qualiter compensari dicantur.

18 Locus uicinus, aut tempus propinquum, pluribus ex causis per iudicem arbitrari potest.

19 Agi an possit ad expensas, ubi non interest de partis absentia.

20 Contumax ante litis contestationem an possit mulctari.

21 Expensarum, quæ fiunt in iudicio, quatuor sunt genera.

22 Aequalitas semper est in iudicijs obseruanda.

23 In certis non est locus.

POstremo dicendum est seu restat, qualiter & qñ expensarũ condemnatio sit facienda. Et quidẽ facienda est, præmissa à iudice taxatione: ut ex. de rest. spo. frequens §. sed fine. & ex. de excep. pia, cum suis concor.[a] in quibus dicitur, taxatione præhabita, &c. C. de iudi. auth. post iusiurandũ. & 3. q. 3. quod fieri. in fi. Debet .n. iudex dicere, Amice, quid expendisti in causa, uel ratione huius appellationis à tuo aduersario interpositæ: quid expendisti in aduocatis: quid pro testibus, & similibus: ut C. de iudi. sancimus. Et si ille responderit, ultra quàm sit uerisimile eum expendisse, puta dixerit 20. lib. iudex, si sibi uerisimiliter uidetur, quòd expendit tantum 15. iudex dicet, & ego taxo 15. Vnde dic per tuũ sacramentũ, quantũ expendisti intra 15. ꝙ si ille dixerit ꝙ expẽdit 12. iudex dicet, & ego eum tibi condemno in 12. nomine expensarũ: eas restringẽs potius quam laxans. Et si ille responderit se expendisse 15. minus uno denario, iudex dicat, & eum ego tibi in quindecim condemno, minus uno denario nomine expensarum. Vides igitur quõ præcedit iudicialis taxatio. Vides etiam quõ post eam sequitur iuratio, & post eam condemnatio in id, quod iuratum est. non .n. fieri debet in minus: ut ff. de in lit. iuran. in actionibus. Hæc probantur C. de iudi. auth. post iusiurandum. & in authen. colla. 6. de iudi. §. oportet. ex. de procur. constitutis. † Arg. tamen contra ꝙ fiat condemnatio expensarũ, nulla taxatione præmissa. ex. de procur. auditis. ad fi. Sol. Illud in interlocutorijs ubi si quid minus plene determinatum est, adhuc poterit plenius determinari. Alias in diffinitiuis, ubi iudex in pnunciando siue bene siue male, functus est officio suo: nec potest aliquid ulterius mutare: ut s. de sen. §. qualiter. uer. hoc quoq; & ideo nõ pdesset, ut nisi certã quãtitatẽ contineret. Vel dic prout no. in prædi. c. auditis. secundũ papã & alios. Et dicimus generaliter, ꝙ expensæ quæ fiunt in iudicio, & quæ ueniunt iudicis officio, & quæ fiunt ex. iudiciũ, & quæ ueniunt iure actionis, taxari debent iudicis officio: ut in prædi. sancimus. C. unde ui. si qñ. & in prædi. §. oportet. qui generaliter loquitur de omnibus expẽsis. † Debet autem iudex taxare sumptus, inspecta negotij quali-

qualitate, & conditione personæ. ex. quod met. causa. c. si. & in prædi. §. oportet. C. de fruct. & lit. expen. terminato. & in præ. l. sancimus. Et si iudex uiderit neutram partem in expensis condemnandam, hoc debet in sententia declarare, ut ibi. quòd in hoc stetur iuramento partis, habes ibi. & C. de iudi. l. properandum. §. sinautem alterutra. & not. ex. de fo. compe. dilecti. & in præ. authen post iusiu
3 randum. & infrà tit. proxi. §. pen. uersi. † Et propter iura præ. quidam taxant expensas, & iusiurandum super eis recipiunt, antequā sententiam in causa principali proferant. Alij uerò sententiam super principali prius proferunt, & in fine sententiæ dicunt, & eum in expensis legitimis condemnamus: earum taxatione nobis in posterum reseruata, & postea taxant, ut supra dictū est, quòd in Romana curia obseruamus. quod dic ut s. de expen.
b §. usu. uer. quòd si reus. [b] Licet autem non liceat iudici in minus taxare, quòd iuratum est: tamen si uiderit se male taxasse, poterit suam taxationem reuocare, & non procedere ad sententiam. Potest autem appellari à sententia taxationis, & etiam à iureiurando, quæ dic secundum papam prout no.
c extra, de his quæ ui metusve causa fiunt. cap. fin. [c]
4 † Illud etiam notandum est, quòd si quis omisit petitionem expensarum: adhuc ea die qua sententia profertur, & non postea, potest eam petere, & iudex potest etiam pronunciare. C. de fru. & lit. expen. terminato. ff. de re iudi. Paulus. De hoc supra, de excep. c. 2. uer. sed quid si iudex. nisi in causa appellationis. C. de tempo. appel. per hanc. & C. quando prouo. non est. nec l. fi. † Et si iudex cum petita est, condemnationem distulerit, de propria bursa resarcire tenetur: ut in prædi. §. sinautem alterutra. & eo. tit. sancimus. Habet tamen iudex regressum aduersus partem, quam debuit condemnare. arg. C. lib. 10. de exact. trib. l. pen. Dicunt etiā quidam, quòd iudex potest in sua sententia reseruare expensas. quod dic ut in prædi. uersi. quod si reus. Hodie tamen uidentur cessare prædicta. Nā in eius arbitrio est, condemnare uel non, inspecta negotij qualitate. in authen. colla. 6. de iudi. §. oportet. dum tamen declaret hoc in sententia. C. de iudi. authen. iusiurand. Vtrum autem uictor possit in causa appellare: quia iudex sibi non adiudicauit expensas? Dic ut suprà de appell. §. in quibus. uersiculo trigesimoquarto & seq. Quid si appel-
6 lans renunciet appellationi? dic ut ibi. † Et nota quòd expensæ iudiciales, quæ adiudicantur, debet esse moderatæ & utiles. ex. de dol. & contu. finem. & c. cùm dilecti. in fi. & de fo. cōpe. cū dilecti. & de eo qui mit. in poss. cau. rei ser. cū uenissent. in fi. & de sequestr. possess. c. si in fi. secundum Bo. Io. autē & Vicen. & Papa dicunt quòd tātum necessariæ, & non utiles, sunt præstādæ: ut in prædi. c. cùm uenis-
d sent. [d] † Item hæ solæ præstandæ sunt, quæ pro-
7 pter causam factæ sunt: ut extra. de do. & contu. finem. & in prædi. concor. & in prædicta l. properandum. §. sinautem ex gestis. puta in aduocatis, & testibus, & in actis iudicialibus, & in eundo & redeundo, & stando, & in alijs: ut extra, de procu. cùm pro causa. C. de iudi. sancimus. & extra. de iniur. in nostra. & de elec. ut præteritæ. ut in auth. ut iudi. sine quoquo suffrag. §. hæc autem omnia.

uersi. pauca uerò. C. de fruc. & lit. expen. non ignoret. ex. de uoto. magnæ. prope fi. Itēm hæ expensæ erunt mediocres, & non delicatæ. ff. de pignoratio. si seruos. in fina. ff. de dam. infec. inter quos. §. fina. & l. sequentib. & quales uictor in domo sacere consueuit. in authenti. de manda. princi. §. illud col. 4. ff. ad exhib. sed & si hæreditas. §. 1. ff. de peti. hæred. sed & si lege §. quod autem quis. & sequenti. & ff. de rei uendi. si res. Nec obstat ei quod minores facere potuisset. ff. mand. si quis. 2. §. impendia. Si quas autem facto uel casu feci, illas non repetit. ff. eod. inter causas. §. non omnia. & facit
e ad hoc ff. pro soc. cum duobus. §. damna. [e] † Qui
8 si uictor habuit gratis patronum, nunquid uictus condemnabitur in eo salario quod fuisset habiturus patronus? Et uidetur quod sic: quia uictor est illi obligatus ad antidora: ut ff. de peti. hæred. sed & si lege. §. consuluit. extra, de testa. cùm in officijs. Sed distingue, utrum ille animo donandi patrocinatus est: & tunc non debet fieri condemnatio in salario quod ille meruit: an uerò spe remunerationis: & tunc sic: ut ff. manda. idemque. §. final. & l. si nerò non remunerandi. [f]
f Quid si ab emptore fundi, cui uenditor ad expensas tenetur: ut C. de euic. l. 1. euincitur fundus. ipse uerò emptor, qui peritus est in iure, sine alio ad uocato causam defendit, ita quòd nihil de contingentibus omisit: nunquid poterit petere quod in aduocato dedisset? Dicunt quidam quòd sic: quia hæres. qui euincit hæreditatem à bonæ fidei possessore, computat ei quod ipse suisset de suo patrimonio expensurus. ff. ne peti. hære. sed & si lege. §. quod autem quis. uersic. & nunc igitur. & facit ad hoc ff. loca. quod si domus. & ff. de lega. 3. l. penul. argu. tamen contra. ff. de fideiuss. stipulatus eo opus. Sed illud dicunt ideo ibi esse, quia non ea est causa, in quam fideiusso. facta fuit. Idem contra in
g prædict. §. sinautem ex gestis. [g] Secus autem esset, si aliquid de contingentibus omisisset. argume. ff.
h de rei uendi. utique. §. culpa. [h] † Quid si uictor
9 plus expendit quàm uictus expensurus fuisset: nec uictus habebat aliquod priuilegium, uel si habe-
i bat, non allegauit illud? Respon. [i] uictor. consequetur expensas, quas fecit, non quas uictus facturus esset: ut ff. mand. si quis alicui. §. impendia. & facit ff. ad Macedon. item si. §. quod dicitur. & quod no. ff. de iud. eum qui. & hoc intellige in cibo, & huiusmodi. Si autem plus solueret notarijs, uel executoribus, uel huiusmodi, quàm teneretur, hoc non cōputabit. & facit. ff. de reli. & sump. fune. at si quis. §. funeris. Quid si uictor artifex est, qui de suis manibus lucratur: sed lis eum impedit, nunquid hoc deducet? Videtur quòd sic. arg. ff. ad exhib. sed & si.
k §. quoque autem. secundum B. Ysi. [k] † Quid si habeo cum Titio unam litem, & aliam cum P. cuius gratia nil expendo: nūquid repetā? Videtur distin-
l guendum, ut ff. fami. ercisc. ex parte. in princi. [l] Et uo. super hoc tria genera expensarum: ut j. uersi. in summa. Item de condemnatione expensarum deducendæ sunt quas domi facere consueuit. ff. ad exhib. sed & si. §. fin. & in prædi. §. quod autem. & in præd. l. si res secundum papam. Item cùm in fine litis fit condemnatio expensarum, deducuntur quæ antea solutæ erant propter contuma-

tumaciam uel ob defectum probationis: ut suprà §. nunc de expensis. uersi. cæterum. Expensæ aũt in dicis, quales esse debeant, no. ĩ. de salar. §. 1. in prin
11 cip. † Itẽ de expensis legati. ĩ. de lega. §. superest. uersi. illud quoque. Hoc quoque notandum est, ꝙ in causa appellationis adiudicantur expensæ factæ à tempore emissæ appellationis: ut ex̃. de appella. Nicolao. In contumacia uero factæ à tempore citationis: ut ex̃. de dolo & contu. cum dilecti. in fin.
m m Quod intellige sane. nam expensas factas ab ea hora, qua incipit contumax esse, restituet. Vnde si citatus fuit quis ut ueniret die sexto, & non uenit, restituet expensas factas die septimo, & sequenti. & si forte uenit die decimo, non præstabit expensas factas pro citatione, & huiusmodi: sed solum
n factas ab hora, qua contumax esse cœpit. n Cum uero quis deficit in probatione ꝓpositæ exceptionis, ut eod. tit. finem. Item cum passus missionem possessionem recuperat, soluit expensas factas à tempore remissionis usque ad tempus oblatæ satisfactionis. ex̃. de sequestra. pos. c. 1. in fi. Itẽ quandoque condemnatur quis ad factas & faciendas: ut
12 ĩ. uersi. item scias. † Itẽ nota quòd si altera pars non tenetur ad sportulas præstandas: nec ab altera parte sunt exigendæ. C. de fruc. & lit. expen. l. 1. De mulcta uero per iudicẽ infligenda, dic ut ĩ. de sent. §. species. uersi. est quarta. Hoc quoque sciẽdum est, quòd qui non potest satisfacere de expensis, punitur aliàs arbitrio iudicantis. 14. q. 6. si res alienæ. ex̃. de appel. reprehensibilis. §. si autem. & de offi. deleg. causis. Itẽ nota generaliter quòd aduersarium indebite fatigans, condemnatur ei in expensis: ut 3. q. 3. §. spatium. uersi. quod fieri. ex̃.
13 de rescrip. c. fi. † Ex præmissis igitur collige: nam expensæ quædam petuntur propter contumaciam quædam ob calumniam: quædam ob temeritatem. quæ petuntur ob contumaciam, indistincte petuntur: ut supra eo. §. si ante litem contest. uersi. hoc autem certum. & §. nunc de expen. uersi. hoc quoque ibi: porrò, &c. Quæ autem ob calumniã, quæ attenditur tam ex parte actoris quàm rei: ut extra de pœ. calumniam. ibi: temere litigantium, & c. 1. actoris & rei. Istæ similiter secundum omnes præstantur, ut ibi. & ex̃. de rescrip. cæterum. & c. fi. & de do. & contu. ex literis. & in præ. §. nunc de expensis. uer. in hoc autem. Cum uero propter temeritatem litigantis petuntur, subdistinguitur. Nã aut constat eum non esse ullo probabili errore deceptum: & tunc secundum omnes, indistincte condemnatur in expensis: ut ff. de iudi. eum quem. & in præ. c. calumniã. ibi: temere, &c. Aut constat eũ probabili errore deceptũ: & tũc excusatur. Aut dubitatur: & in hoc uariant docto. nã dicit B. ꝙ nõ cõdemnatur, si fuit iuratum de calumnia. Plac. & Iac. Bal. dicunt ꝙ indistincte condemnatur: quia eo ipso ꝙ succumbit, malam causam præsumitur fouisse. quæ dic ut in præd. uer. in hoc autem. P. de Samp.
o o in hoc mẽbro, scilicet cum dubitatur, distinguit sic: Nã aut deficit quis in probatione dilatoriæ exceptiõis: quo casu dic ut s. §. si ante litem. uer. sed nunquid. Aut in probatione peremptoriæ: quo casu si deficit postquam altera pars suam intentionẽ fundauit, cõdemnatur in expẽsis. & in præd. c. finẽ. Aut deficit in probatione principalis causæ: quo casu iterũ subdistingue, quia aut est causa ciuilis, aut spiritualis, aut criminalis, aut appellatiõis. Si ciuilis: aut iuratũ fuit de calumnia, aut non. quod dic ut in præ. uersi. in hoc autẽ. Si spiritualis, dic ut in eo. §. quod si est talis. Si uero sit criminalis: eo solo quòd succumbit, præsumitur calumniari secundũ omnes: ut in præ. uersi. & ideo cum calumnia præsumatur, debet condemnari in expensis: ut C. qui accus. non pos. qui crimen. & in concor. quæ sunt suprà ibi: quæ autem ab calumniam, &c. Quod uerũ est, nisi doceat de errore probabili: ut supra. Si autẽ sit causa appellationis: tunc dic ut supra §. nunc ui
14 dendum in prin. † Hoc etiam ex præmissis not. ꝙ expensæ præstantur ante finem litis ubicunque de calumnia alicuius euidenter apparet: uel etiam præsumitur uiolenter. ut ex̃. de dolo & contu. c. 2. uersi. fi. & c. fin. & in præ. c. cæterum. & de testibus significauerunt. & non solum in diffinitiua, sed etiam ubi quis ab instantia absoluitur iudicij. C. de iudi. properandum. §. 1. in authen. de liti. §. omnem uero. collatio. 7. aliàs regulare est, quòd in fi. lit. tantum fit cõdemnatio expensarum. ex̃. de pœ. calumniam. C. de episc. & cleri. authen. generali-
15 ter. † Item scias, quòd iudex debet condemnare ad expensas factas, non ad faciendas: & hoc in fi. litis. Vbi autem fundata aduersarij intentione proponatur exceptio, & proponens eam succumbit: tunc in odium proponentis excep. & quia non principaliter sed accessorie ueniunt huiusmodi expensæ: statim potest iudex condemnare ad faciendas in lite: sed sub conditione scilicet si defecerit in probatione. extra de prob. auditis. ad fi. tunc enim incerta potest ferri sententia: quia iudex certus non potest esse tempore sententiæ datæ, cum nondum factæ sint. C. de senten. quæ sine certa quanti. profer. per totum. sed in fine lit. uidetur quòd super expensis potest incerta sententia ferri: ut ĩ. de sen. §. sequitur. uersi. item debet esse. ut dicat iudex, condemno te Titio in expensis, quas ipse fecit in lite, uel quas docuerit se fecisse: ut ex̃. de dolo & contu. cũ dilecti. in fi. & de seque. pos. & fruct. c. 1. & de eo qui mit. in pos. cau. rei ser. c. pe. ad fi. & sic loquitur C. de fruc. & li. expen. terminato. De
16 hoc secundum papam in præ. c. finem. † Tu autẽ
p iudex not. p quòd si in statuto termino altera pars est contumaciter absens, condemna eam in expensis. C. de iudi. sancimus. & l. properandum. ex̃. de do. & contu. ex literis. quia non potes ei remittere in alterius partis discrimen. ex̃. de deci. suggestum 3. q. 11. cap. fin. 2. quæstio. 7. quæritur. ex̃. de consue. cum olim arg. contra. ex̃. de offi. deleg. consu-
q luit. q nec fiat aliqua citatio ad condemnationem expensarum. 3. q. 5. c. 1. si tamen ueniens docuerit se legitime impeditum, restituitur aduersus sententiam. Sed si prius quàm feratur sententia, ab aliquid etiam extraneo, iuste impeditus dicatur, noli nimium ad condemnationem expensarum accelerare. argum. ff. de dam. infect. si finita. §. si forte 3. q. 5. c. 1. & 6. q. 1. quæro. ex̃. de in integ. restit. tam ex literis. quòd si nondum lata sit sententia, sed condemnari petatur, competit excep. ff. si quis cau. hi. Et hæc uera sunt si pars præsen. de iudicis licentia recessit, secus si sine licentia: cum enim & ipsa tũc contumax dicatur. ut 3. q. 3. quod fieri 11. q. 3.

certum.18.dist.si quis autem.ex̄.de iudi. c. 1. non
petat expensas.supra de contuma.§.1.ubi de hoc.
17 † Quia dolus cum dolo culpa cum culpa compen-
santur.ff.de eo per quem fa.est.l.fin. ex.de adul. c.
penul. & fi. imò plus dicunt quidam, quòd si ille,
qui non fuit in termino, etiam culpa sua, postea
uenit: pars, quæ primo uenit, si sine licentia re-
cesserit, condemnetur ei in expensis: nec obijciet
compensationem contumaciæ alterius. Nam licet
is, qui ultimò comparet, aliquando fuerit contu-
max, purgauit tamen suam contumaciam primā,
postea comparendo: sed primus semper fingitur
contumax, cum non dicatur comparuisse, qui il-
licentiatus recessit: ut in præ. concor. Item quia
licet alter affuerit in termino, postea tamen cum
debuit adesse non affuit, altera parte præsente: &
sic ultimo fuit in mora: & ultima mora punitur.
ff.de periculo & commo.rei uen.illud. Si autem iu
dex abfuerit uel mortuus sit, & aliqua partium nō
comparet die statuta in loco, ubi pro tribunali se-
dere consueuit: non potest dici contumax, nec te-
netur ad expensas.ff.de arbi.arbiter.& l.si cū dies.
§.si arbiter. De hoc suprà de arbitris.§.fi.in fi.nec
tenetur eum alibi quærere: secunda quæstione se-
xta, biduum. nec expectare nisi in subsequentem
diem. ex̄ de offic.deleg.consuluit. Nam nec inte
rest aduersarij, qui præsens fuit, absentem fuisse
præsentem: quia si præsens fuisset, nil actum esset.
C.de iudi.sancimus.ff.si quis can.l.2.§.si quis in iu
dicio.in fi.ff.de iudi.non uidetur. Et hæc est quæ-
stio uenerealis 19 & not.ex̄.de do.& contu.cap.fi.
& probatur hoc ff.si quis in ius uocatus non ie.l.2.
§.fi.licet sit arg.contra quia uocati est nō contem
nere prætoris autoritatem.ff. de iudi. si quis ex a-
liena.ff.de re iudi.contumacia. Dicunt quidā quòd
si etiam die sequenti, uel etiam remotiori, iudex ue
niat, dummodo sit in loco unde de facili uenire po
terat & uenire credebatur uel consuenit, quando
partes paratæ sunt litigare: uel si ob hoc non ue-
nerit, nec uenire præsumitur quia partes non ade
rant: tunc partem absentem ad expensas condem
nabit. Nam ei imputabitur quia non comparauit:
quia etiam si iudex absit, tamen melius est expe-
ctare modicum, quàm longas uias peragere. ff. de
uaca.mun.l.penult. in fin. & sic non potest absens
dicere, quòd non intersit præsentis. imò interest:
quia si præsens fuisset, de iure expectasset uel ad
modicum tempus, uel de loco uicino: & nisi expe-
ctasset, liquido dolus eius deprehenderetur qui ex
conspicuis iudicijs probatur. C. de dolo. dolum.
18 extra de homi. pro humani. † Quis autem locus
dicatur uicinus, uel quod tempus propinquum,
iudex arbitrabitur ex pluribus causis. Nam plus de
bet expectare litigator remotus, quàm uicinus: &
plus qui in modicis expensis est, quàm qui in ma-
gnis: & sic de multis alijs quæret. Si autem infir-
mus sit in die termini, ita quòd nullo modo adire
posit, uel etiam prorogare terminum, secundum
quòd dicimus in absente. Et hic distinguendum
erit: ueruntamen quando infirmus est, tenetur ex
pectare partes: & petere quòd uel procedat. uel
terminum assignet si potest. argum. ff. de arbi.&
si qua. §. 1. Si uerò non potest his intendere, pos-
sunt recedere etiam sine licentia, & aliam citatio-
19 nem expectare: ut de arbitr. §.fin. † Illud autem
certum est, quandocunque nō interest alicuius ad
uersarium eius non fuisse præsentem non aget ad
20 expēsas: ut ff. si quis in ius uoca. non ie.l.2. † Por
rò si ante lit.conte.aliqua pars contumax sit, mul-
ctari potest.ff.si quis ius di.non obten. l. 2. & ēt in
expensis condemnari ēt à delegato.C.de iudi.sanci
mus.ex̄.de offi. deleg. præterea.ff.de offi. eius, cui
man.est iur.l.fi. Sed si istæ expensæ non soluantur,
lite principali non durante: postea agitur actione
in factum, quasi ex re iudicata: quia ex quo iudex
nō reuocauit eam lite pen. perinde est ac si in rem
iudicatam transisset. sic est in sententia arbitri. C.
de arb.cum antea.arg.ff.de iudi.si debitum. C. de
iureiur.actori. Aliqui tamen contradicunt, qui aūt
stipulatus est pœnā, nisi certa die sistat, ad hanc pœ
nam agit, etiā lite principali finita.argu. ff. si quis
cau. & post, nisi finita sic pertranseant. nam tunc
de toto transactū esse uidetur.ff.si quis cau.non exi
r gimus.in prin. secundū Innoc. 4. r Quādo aūt fieri
debet satisfactio expensarū cum quis per contuma
ciam excommunicatur, dixi s̄. de contumaci. §.
21 nunc dicamus. † In summa not. quòd 4. sunt ge-
nera sumptuū seu expēsarum, quæ in iudicio fiunt.
Primò, quæ fiunt in alendis testibus, & istæ fiunt à
producente eos. siue in ciuili, siue in criminali cā:
ut 4.q.3 uersi.uenturis.C.de testi. quoniā. Secun-
do, qui fiunt in aduocatis & notarijs. & isti fiunt à
parte petente aduocatum uel faciente aliquid in
publicam formam redigi.C.de iudi.sancimus.ff.de
uar.& extraor.cog. l. 1. §. in honorarijs. Tertio,
qui dantur iudici: in authen.de iudi. §. ne autem.
quod intellige ut s̄.de salar.§.1. Quarto, qui dan-
tur executoribus. & hi sumptus proprie sportulæ
dicuntur.C.de spor.& 4.q.3. offeramus. & horum
qualitas non est diffinita nisi in duobus casibus. s.
in clericis.C.de epi.& cle.omnes qui.§. executo-
res.& authen.sed hodie.& in quibusdā alijs perso-
nis: ut C.de fruct.& li.ex.l.fi.& C. li.12. de agenti-
bus in rebus l. fi. quibus ēt casibus seruatur æqua-
tas, ut quantū isti dant tantum ēt eorum aduersa-
22 rij tribuant, ut in præ.concor. † Aequalitas enim
in iudicijs seruanda est.ff.de arb. si dementis.se. 1.
in fi.& l.cum dies.§.pen.& l.Pedius.§. in seruum.
ex̄.de mut.pe.c.2.ex. de excepti.cū inter. Et hæc
uera sunt in iudicijs, tam ordinarijs, quā extraordi
narijs: quod patet ex eo, q̄ hi sumptus, quibusdā p
sonis remittunt: ut furioso, & similibus.C.de epi.
audi.tam dementis. Horū aūt omniū ratio haben-
da est in condemnatione expensarum: ut patet ex
præmissis: & probatur C.lib.10.de fruct.recupe-
23 ran.l.unica. † Et breuiter not.cum quis in expen-
sis cōdemnatur pro contumacia: aut pro cōtuma-
cia manifesta: & tūc iudex partē absentē condem-
nat in expēsis, nulla litis contestatione facta: ut ex̄.
de proc.c.cōstitutis.quia in certis nō est locus cō-
iecturis: ut ff.de uerb.obli.continuus.nec in noto-
rijs est iuris ordo seruādus: ex̄.de iureiu.ad nostrā.
3. Aut pro dubia contumacia, ut quia nescit iudex
an citatio ad eum peruenerit, uel an iusta de causa
impeditus, uenire nequiuerit: & tunc honestū &
æquum est, ne in expensis condemnetur si uenerit,
& iustam causam absentiæ probaret: sententia re
tractaretur.ex̄.de procu.querelā.de re. iu. cū Ber-
toldus

toldus.condemnatio tamen tenetur ut in præ.c.quo relam. Aut condemnatur propter literas ueritate tacita impetratas, aut quibus malitiosè utitur: & tunc eo cognitò quia iam constat de malitia siue dolo, siue de libello: & sine litis contestatione potest fieri condemnatio in expensis. ex.de rescr.cæterum. & cap. quia nonnulli. Aut fit propter exceptionem excommunicationis intra 8. dies non probatam: ut supra.§.1.uersic. 15.aut propter exceptionem obiectæ spoliationis: ut in eo.§.uersic. 15. Aut quia deficit in probatione eius quod opponitur contra formam electionis: ut in eo.§.uer. 4.& in his casibus,& similibus,ante litis contestationem,& sine libello,cùm iam de malitia cõstet, condemnatur quis in expensis taxatione præmissa. Qualiter autem expensæ probentur: dixi supra. eo.§.prope prin.& ῖ. tit. proxi.§.fi. uer. penul.

ADDITIO.

a *Postremò dicendum. Concordat lib.6.*

b *Reus. Proba.& vt ibi dicitur, hac forma commẽdatur per l. ubi. C.de fal. & mihi placet ne pars præsentiens se succumbere, possit impedimenta præstare. sed quando ex qualitate personarum non uenit, hoc timendum, satis placet quòd præ. præcedant.*

c *C.fin. Vbi scripsi super uerbo ab ipso.*

d *Venissent. Quomodo hæc contrarietas tendit ad idem ex quo de immoderatis agitur. dixi in decr. finem super gl. sed nunquid ante finem.*

e *Damna. Idem no.in c.finem.in gloss.sed nunquid. ante fi. In contrarium allegatur §. sequens, qui incipit, quidam. Vide quod ibi nota.& in §. non omnia.*

f *Remunerandi. Secundum Gui.de Suz.cuius fuit ad literam iste uer.in l.properandum.C.de iud.§.fin. autem. 3.& fuit additio.cum duobus seq.*

ADDE pro hac decisione, Rotam in terminis in anti.deci.deci.434. & quid si quis propriam causam tractauit per se: an repetat expensas, quas facere potuisset in procuratores? Vide Rotam in anti.decis.533.

g *Gestis. de l. properandum, superius allegata ibi dicitur deberi expensas, quas reus se fecisse iurauerit.*

h *Culpa. De aduocato generali uictoris, qui recipit annuum salarium pro omnibus ipsius causis, arguit Odof. in l. sancimus, quòd non imputet id uicto, per l. idem que.§. idem Labeo.ff. mand.ad contrarium allegatur ff.de annu.leg.l.Seio.1. respon. in fi.ubi dicitur quòd labor & pecunia, diuisionem recipiunt. Adde ut per Bal.in d. l. stipulatus est. opus. vbi dicit quòd iura alleg. per Spec. non probant.*

i *Respon. secundum Gui.de Suz. ubi supra.*

k *Secundum B. Ysi. Odofr. in l. sancimus.de iud. & per eundem.§. intelligit ponderari in expensis, scilicet ut si uictus se alere consueuit ex operæ, impedita illa, uictualium habeatur ratio: sed aliàs non, per l. qui semisses.ff.de usuris. & de rei uen. si res mobilis. tenet etiam ibi, quòd qui per se consueuerat litigare, salarium procuratoris non computauit uicto uel missionem passo per præ.l.qui semisses. Idem Gui. de Suza. qui etiam per legem illam,& per l.idem.§.sed si ad uicturas. communiter est ver.sub §.idem Labeo.ff.mand. & pro socio.l.cum duobus.§. si quis ex socijs. & l.uel uniuersorum.ff.de pign.act.dicit quòd si solebat peditare, nõ imputabit equorum uecturas.concor.quod no.in prædi.§.idem Labeo.*

ADDE ad materiam hanc ea, quæ plenè dicuntur per Ant.de But.& Abb.Sicu.in c.finem litibus extra.de dolo.& contu.

l *In princip. Istum legis casum tu Canonista uide in suffra.decre. ut præterita. & de elec. super glo. secunda, per quod habebis mentem: sed ineptè formatur quæstio.*

m *In fine. Vide quod ibi dixi.*

n *Cœpit. Quidam Legistæ multum insteterunt in hoc: ponendo exemplum cum ea durauit per mensem, & pars ad omne terminum comparuit, modò in una citatione fuit contumax, petit aduersarius omnes expensas factas, ab initio litis, & fertur quandoque sic indicatum per l.sancimus.C.de iud. ubi dicitur, contumaci non aliter pandi iudicij aditum, nisi prius restituat omnes expensas, siue circa introitum litis, siue circa aduocatorum salaria, &c. Sed contrarium est uerum, ut hic, cum lex illa dicat illas expensas uel damna resarcienda: quæ ex huiusmodi uitio aduersarijs sunt inflicta, per quod iustificatur quod dicit hic autor. & idem ibi Simon Vincen.& decre. cùm dilecti. quam allegat hic, per quam etiam, & per decret. auditis. de procur. patet non dubiam quæstionem Legistarum, an expensæ contumaciæ ueniant in condemnatione, an solum indirectè debeantur, scilicet si pars uelit admitti ad causam, de qua Cy. in præ. l. sancimus.in 1.q.Patet enim per illas decr. quòd ueniunt in condemnatione ei, quod primo dixi. Non obstat C.de epis.& cle. omnes.in fin.ibi sumptus, quos ab exordio cœpte controuersiæ. &c. loquitur enim de expensis in fine litis.*

ADDE ut per Bar.in uer.auth.semel. C. quomo. & quando iud.in d.l.sancimus. & ibi Alexan.& Panor.in c.2.extra.de accus. & in l.qui ante Calendas.& ibi per nouiss.ff.de uerb.obli.

o *De Samp. Indistinctè super decr.fina.*

Iudex

p *Iudex. secundum Inno. ut infra dicetur.*

q *Consuluit. Ibi soluitur in glo. ecce quanta. Additio. Adde ad dictum Spec. proxi. seq Bal. in auth. generaliter. col. 4. uer. circa premissa. C. de episc. & cle. & an condemnatus in expensis ex contumacia appellet, uide eundem Bal. in l. sancimus. col. fi. uersi. ult. quero. C. de iudicijs. & quando est condemnandus reus in expensis, & quando non, et quando punitur iudex qui condemnat partem in expensis: ponit Bald. consi. 102. inci. statutum. in 1. volu. Et adde quòd expensa facta in causa principali, in qua reus obtinuit compensatur cum expensa facta in causa appellationis, in qua succubuit vt per Gui. papa. sing. 90. incip. expensa per gl. in lege qualiter. C. de iureiuran. H. Ferran.*

r *Inn. 4. quia uer. tu autem, hucusque hoc not. in de ere, calumniam. de pœ. quòd sic autor specificare debuisset, ne videretur hoc solum ultimum dictum fuisse ipsius. vide simile infra. titu. proxim. §. uiso. ver. item dicimus. & quia sic quasi ad literam autor glo. illam hic posuit: ideo illam ibi omisi, ut ibi scripsi super uerbo, in expensis.*

Bal. De expensis.

EXPENSAE *que fiunt in rebus, ueniunt ope retentionis sine petitione: sed ope petitionis non ueniunt, nisi petantur in libello. Item fructus non veniunt ante litis contestationem in stricti iuris iudicijs, in bone fidei sic: si tamen petiti sunt in libello, sed post litis contestationem veniunt sine libello. in §. si ante. post prin. G. Sed expensa litis veniunt sine ulla petitione. G. Facit ff. de damno infecto. l. si quis iussum. §. iudex. C. si quis alte. uel si l. cùm propria, per Cy. extra, de restitutio. spol. cap. grauis. per Innocen. vide infra. eodem. §. possunt expensa. Deficiens in probatione dilatoria exceptionis, indistinctè condemnatur in expensis: & sic curia seruat. versiculo sed nunquid deficiens. G. sed in peremptoria, distinguitur an in ipsa exceptione habuerit iustam causam litigandi uel non. §. nunc de hoc etiam scias. Vide suprà de primo & secundo decreto. §. tenuta. Etiam prima contumacia, non debet esse immunis à restitutione expensarum. §. si ante. uersiculo sed queritur quando. G. Si contumacia. etiam si aliàs non impedit processum, tamen venit refectio expensarum. §. si ante. que veniunt ut pœna. etiam si non interest. Bal. uersiculo quid si talis. G. & hoc in citato ab homine. secus in citato à lege. Facit ff. de arbit. l. non ex omnibus. Allega. Accur. l. si cum exceptione. § hac autem actio. ff. quòd metus causa. G. A condemnatione expensarum, que trahit originem à re iudicata, non appellatur nisi excedatur modus, secundum quosdam. G. Appellans condemnatur in expensis, non appellatus C. de rebus cre. & generaliter. §. secundo. & in gl. ord. et qui vincit in vno capitulo, & in alio succubuit: et quid si pro parte eiusdem capituli G. & facit ff. de app. l. appellanti. §. non solere. & de lega. 2. l. qui solidum. An condemnatio expensarum fiat hincinde in §. nunc uidendum. in princ. ver. quid de appellante. uer. fi. G. Dicitur habuisse iustam causam litigandi ille, qui fuit secutus consilium plurium iuris peritorum: in §. nunc videndum. post principium. G. Cessionarius debet expediri suis expensis, non expensis cedentis. Idem in marito, cui data sunt nomina in dotem. ut no. in l. 2. ff. de impen. in re. do. fac. Et si dicatur, expensa necessaria minuitur dotem. Respondeo, hic secus: quia tacitè uidetur actum quòd vir de suo impensam litis faciat: quia hoc onus gratia sui suscepit: & ideo impensam alteri imputare non debet. ar. ff. de prascrip. uerb. l. naturalis. §. pe. ff. de procur. l. actoris procurator. ff. man. l. creditor. §. 1. Sed certè imò gratia sui & alterius agit. Vnde videtur quòd impensa de communi sit fienda. l. 4. §. 1. ff. finium regundorum. Bart. dicit quòd minuit dotem, sicut peculium & hereditatem. C. de iure deli. l. fi. §. in computatione. ad l. Falc. l. heres. ff. de mino. l. minoribus. Et facit quod not. C. man. l. ab Anastasio. & l. per diuersas. in glo. magna. & C. de bon. auth. iu. pos. l. fin. in fi. prima col. & quod no. eo. tit. auth. ei, qui iurat. cum si. Hoc verum licet posset disputando Bar. responderi, & ista expensa non fit in re dotali. sed in lite. & sic cessat eius ratio. Bald. Potest iudex reuocare erroneam taxationem expensarum. Item & appellari potest à taxatione iniqua. in §. postremò. & post princ. ibi tamen si uiderit, &c. allegat Inno. quod metus causa. super eo. G. Possunt expensa non petita peti, tota illa die, qua iudex potest supplere. uersiculo illud autem. G. & uide suprà de disputa. & alle. §. fin. & de sen. pe. §. 1. et supra. eo. §. 1. de exce. §. si iudex. G. Item iudex, qui non condemnat in expensis petitis, facit litem suam: tamen recuperat ab eo qui debuit condemnare. C. de exac. tribu. l. missi opinatores. An emptor in propria causa sibi patrocinando, repetat salarium patronicij à venditore: uidetur quòd sic arg. contra. ff. de fideius. l. penul. G. Stipulatione enim est opus. ff. de loca. l. habitatores. uer. quid si ab emptore. G. Expensa petuntur interdum ratione cõtumacie. Interdum ratione calumnie. Interdum ratione temeritatis, et interdum àb eo, qui succubuit in cau-*

in causa principali: & tunc aut erat ciuilis, aut criminalis aut spiritualis. qua dic plenè ut in §. ex præmissis. G. Non dicitur cōparuisse, qui illicen tiatus recessit: & condemnatur in expensis, ibidem. uide supra, de aduoc. §. ille, qui comparuit. Quis locus dicatur uicinus, uel tempus propinquum iudex arbitrabitur. ibidem. G. Practicam super taxatione expensarum uide supra, de excep. §. practica. & ibi an possit reseruari condemnatio & taxatio item an ualeat sententia super expensis, etiā sine taxatione. supra de sen. §. sententia super expensis. ubi multa de materia. Item an nomine expensarum contineatur pretium, uide infra de emp. & uen. item nota quòd nomen & infra de interesse. & facit eod. titu. de empt. & uend. §. nota quòd pœna.

a De fructibus, a & interesse. Rub.



QVONIAM Præter expensas sæpe fructus rei petitæ, & interesse petuntur: ideirco de his ad Canonistarum instructionem pauca tangamus: dicentes primò de fructibus, & postea de interesse.

ADDITIO.

a Auter in fi. 1. §. dat de prima parte Rub. remissionem ad Ro. Azo & Accur. hic autem post præ. remittam ad gl. Io. B. & Accur. Ex practicis igitur autoribus præter Rof. prædictum nullus prosequitur hanc partem primam in fi. Io. de Bla. qui super titu. de uen. uer. item prædictus libellus. & uersic. si autem fructus. & ubi de hypothecaria. hoc plenè prosequitur. De alijs autem Guid. de Suza. in sui ordi. iudi. charta 1. sub rubrica, quæ actiones proponuntur pro fructibus. & distinctio fructuum. De secunda parte rubrica. uide quod dicam infra §. sequitur. in fi.

SVMMARIVM.

De fructibus, & quid sint.

1 Possessor, etiam bonæ fidei, an possit naturales fructus suos facere.
2 Possessor bonæ fidei, fructus industriales facit suos.
3 Bona fides quando exigatur.
4 Possessor malæ fidei, etiam cū titulo possidens, an & qualiter de consumptis teneatur.
5 Prælatus in ultima uoluntate dicens, uolo quòd de omni mobili meo, quod nūc habeo, fiant tres partes, quam partem eligere conseatur.
6 Legans omnia mobilia, an debita sua legasse censeatur.
7 Debitum an sit inter mobilia computandum.
8 Pecudes & alia se mouentia, an mobilium nomine comprehendantur.
9 Res sacris usibus deputata, non sunt ad alium usum deputandæ.
10 Possessor bonorum an possit fructus naturales suos facere.
11 Fructus qualiter, & qua actione, ueniant restituendi.

SCIAS Igitur quòd fructus est, quod super est deductis expensis: ut s. tit. prox. §. 1. uer. expensæ. super quo distingue: Quia fructuū alij naturales, ut poma, ficus earasa, & alij industriales. ut segetes, uinum, & similia, quæ in-
a dustria procurantur. a Itē fructuum alij sunt percepti, alij percipiendi: percepti dicuntur à bonæ fidei possessore, ex quo quocunque modo sunt à solo separati. à fructuario uerò tunc demum, cū sunt in horreo reconditi: ut ff. qui. mo. usufr. amit. si
b usufructuarius. b Item & percipiendi, duobus mo
c dis dicitur: ut l quia immaturi eos dñs recepisset. c Item possessorū alij cum titulo, alij sine titulo pos
1 sident. † Die igitur d & naturales fructus, nullus
d possessor etiam bonæfidei, facit suos: ut ff. de usu-
e fru. fructus. e Videtur tamen quòd bonæfidei possessor, oēs suos facit: ut ff. de acqu ir. re. do. bonæfidei. Sed die omnes, id est, siue à se, siue ab alio eius nomine perceptos: ut ff. de usur. qui scit. §. præterea. Si igitur hi extent, ut ndieabuntur, aliàs non tenetur possessor, cū neque possideat, nec dolo desierit possidere: nisi in eam rem consumpserit, in qua tantundem de suo soluere tenebatur. tunc. n. condictione sine causa tenetur: ut ff. si cer. pet. si à me.
2 † In industrialibus autem, dic quòd quilibet bonæfidei possessor siue cum titulo, siue sine titulo,
f suos facit secundum omnes: f licet hoc ultimū sine titulo non reperiatur lege aliqua expresse cautum: sed oēs leges loquuntur de eo qui cum titulo possidet: ut Insti. de rerum diui. §. si quis à non dño. & in præ. l. qui scit. §. in alieno. ff. de acq. re. do. bonæfidei. tñ satis exprimit hoc præ. l. de usur. & ff. qui. mod. usufr. amit. si usufructuarius. & ff. fini. regun. l. 4. §. ante. Licet autē faciat suos, tamen si extant, tenetur reddere iudicis officio, non rei uendicatione: quia percipientis sunt. C. de rei uen
g di. certum. §. bonæfidei. g De consumptis autem nullo modo tenetur: ut Institu. de offic. iudi. §. si uerò bonæfidei. fortè nisi ad pretium: quia lucrifa-
h cit pro cultura & cura: h ut ff. fini. regun. l. quarta. §. post litem. & Insti. de rerum diui. §. si quis à
3 non domino. † Sed quando exigitur bonafides? Respon. in initio: ut in præ. l. qui scit. §. præterea. Nec obstat prædi. l. bonæfidei. §. in contrariū. quia
i opponendo i non ponendo dicit, & dic quòd etiam à tempore litis contestatæ faciunt fructus suos licet à tempore litis contestatæ demum non motæ contro-

controuerſiæ:ut in petitione hæreditatis, fructus reſtituere teneatur:ut in præ.l.certum. uerſiculo, poſt litem.& ff.de rei uendicatione. præterea. Si uerò ſit malæ fidei, ſi quidem ſine titulo, de conſumptis tenetur condictione ſine cauſa, & officio iudicis poſt litem conteſt.de extantibus rei uendicatione,non eadem qua tenetur ad rem principalem,ſed alia: ut ff.de condictio.ex l.unica. De percipiendis autem quos uerus poſſeſſor percipere potuiſſet, tenetur iudicis officio: ut de rei uendicat.ſi nauis.§.fi. Inſtitut. de officio iudicis.§.illorum autem de percipiendis dico honeſtè. aliàs enim non ueniunt percipiendi: ut ff. de rei uendi-
k catione.fructus tamen qui percepti eſſent, [k] ueni
4 rent: ut ff.de petitione hæredita.ſi poſſeſſorij.† Si uerò cum titulo de conſumptis tenetur condictione ſine cauſa: de extantibus rei uendicatione: à percipiendis autem propter titulum excuſatur: ut C.de rei uendicatio.ſi fundum. niſi in caſibus. Primus ſi propter metum mihi illatum: res mea ad te peruenit, teneris enim mihi eam reſtituere cum fœtu & omni fructu percepto,ſcilicet quæ percipi à me potuiſſent: ut ff.quod metus cauſa. ſed & partus.Reſponſo primo.ff.de uſuris.uideamus.§.idē. Secundus in eo,qui emit ab eo,qui ſcit uendere in fraudem creditorum: ut ff.de his. quæ in fraudem credit.ait prætor.§. per hanc. Tertius in eo, qui ſciens emit contra interdicta legum: ut C.libro undecimo. de agricol. & cenſitis. quemadmodum in fi.in authentico,de non alie.§. quis igitur emere. Quartus in eo,qui emit à fiſco,non ſolenniter ſoluente: ut C.lib. 10. de fide inſtru. & iure haſtæ fi-
5 ſca.l.1. † Sed pone,prælatus quidam, decedens talem fecit ordinationem: uolo quòd de omni mobili meo, quod nunc habeo, fiant tres partes ſic
l diſtribuendæ: [l] nunc primùm quæritur qui fructus pertineant ad defunctum. Reſpon. omnes à ſolo ſeparati tempore mortis ſuæ: quandiu enim ſolo cohærent, pars fundi ſunt.ff. de rei uend. fructus.Poſtquam autem ſeparati ſunt à ſolo.& in ipſa ſeparatione mobilibus annumerantur: hinc eſt quòd furti actione tenetur.eos ſeparans animo cōtrectandi.ff.de uſuf. arboribus. §.Iul. Alia eſt l.ſi fur. quæ quidem actio pro ſolis mobilibus datur.
6 Inſti.de uſucap.§.quod autem. † Secundò, quæritur, an per prædicta uerba,omnia mobilia, nomi-
m na, id eſt, debita ſua [m] teſtator uideatur legaſſe? Reſpon. non, niſi aliter de mente ſua conſtet,tum quia nomina nec inter mobilia, nec inter immobilia numerentur, ſed cadunt in tertiam ſpeciem: ut probatur & nota.ff. de re iudicata. à diuo Pio. cum quia non eſt noſtrum, quod nobis debetur: ſed id ſolum,quod poſſumus uendicare.ff. de auro
7 & argen.leg.l. ſecunda. & l. Quintus. † Sed quid
n ſi debeo decem,nunquid hoc inter mobilia [n] computabitur?Videtur quòd ſic. Nam ſi eſſent exacta, inter mobilia eſſent: ergo & ante. Nam finis deſignat,qualis ſit res cenſenda.ff.de uſufruct. ſed & ſi quid.§.primo.ex.de frigi.& mal.fraternitatis.§. fina. Sic & id, quod eſt in obligatione, ſi eſt certum,facit cauſam certam.ff.de uer.obl. ubi. Item & res, quæ in obligatione, eam modificat. argumentum.ff.ſi quis cautio.l.ſi eum. §. finali. Item uidetur expreſſum ff. de fundo inſtruct. l. nepoti. ff. de legatis tertio. qui filium. & l. quæſitum. §. Mæuij.& l.Pomponius.reſpon.1.& §.primo & tertio. Item facit ff.de reg.iur.qui act.C.de uſuf. corruptionem.ff.quibus mod.uſusfru. amit.l. 1. & in prædicta.l.ſed & ſi quid.§.ſi operas arg.contra.Nā quod incorporale eſt,moueri nō poteſt.ff.de acq. re.do.ſeruus.§. incorporales. Et pro hoc ff.de pe-
o cu.quis ergo. [o] Ad idem ff. ad Trebel. cogi.§.ſed ſimiles.ff.de leg.2.Caius.de leg.3.l. uxorem.§.le-
p gauerat.ff.de don.ad eum.reſpon. primo. [p] † Ter-
8 tiò quæritur,an per prædicta uerba, pecudes,& alia ſe mouentia: ligna quoque & lapides,& ſimilia ad uſum ædificiorum parata, uideantur eſſe legata. Reſpon. de pecudibus & alijs ſe mouentibus, planum eſt ꝙ nomine mobilium continentur.ff. de uerb.ſign. mouentium.De his uerò,quæ parata erant ad ædificia,licet uerè mobilia ſint:quia tamē ad hoc deſtinata erant,ut in uſum alium cederent, in legato mobilium non continentur. arg.de leg. 3.tigni appellatio.§.fi. ibi: ſed an lignorum,& cæ
9 tera. † Quid de libris aur.& arg.ornatis? Dic ꝙ & de illis legata ſoluentur: nec ſucceſſor in illis aliquid uendicabit: duntamen ſint prophana,nec ſacris uſibus deputata. quo caſu non debent ad aliū
q uſum trahi, præd.l. [q] Et ut præſcripta [r] ſub com-
r pendio, ſtylo tepeam clariori: dic quòd ſi igitur per aliquod interdictum ad rem & fructus:tunc reſtituuntur oēs fructus percepti ab eo tempore,quo interdictum propoſitum eſt,& non antea, niſi interdicto unde ui,in quo ueniunt omnes percepti à tempore dilationis: ut ff.de ui & ui arma.l.1.§.ex die.ſi autem agatur rei uendicatione,aut is,à quo petitur res,eſt bonæfidei poſſeſſor, aut malè.Si bonæ, tenetur reſtituere tantùm extantes ante litis conteſtationem, & non conſumptos.poſt litis uerò conteſtationem uniuerſos, ſcilicet perceptos: uel qui culpa eius non ſunt percepti: ut in l. certū. & Inſti.de officio iud.§.poſt inchoatam. Nam per litis conteſtationem fit malæfidei poſſeſſor quo ad hoc,ut de cūctis teneatur: ut ibi,& C.de fructi. & litium expen.l.2.Si uerò eſt malæfidei poſſeſſor ſi uiolentus titulum habens, tenetur reddere omnes fructus,qui probantur perueniſſe ad eum:tam ante litem conteſtatam quàm poſt: & excuſatur à percipiendis propter titulum: ut in præ. l. ſi fundum.niſi titulus talis ſit, quòd pro non titulo habeatur. puta ſi contra legum interdicta mercatus eſt:& in alijs caſibus qui ſunt ſupra uerſicu.ſi uerò cum titulo. Violatus uerò tenetur reſtituere perceptos, & qui percipi potuiſſent per ueros poſſeſſores: ut extra, de reſtit.ſpol.grauis.cum ſuis concor.& c.conquerente.& de iure patro. cū dilectus. prope fi.& de offi.delega.cum cauſa.& de app. bonæ.ff.de peti. hære. ſed & ſi lege. §. quod ait.ff.de rei uendi. ſi nauis.§.ſi.C.unde ui.ſi de poſſeſſione. 12.quæſtio.2.non liceat. quod tamen loquitur in re malè alienata: & 96.diſtinctio.bene. in ſecunda col.uer.ſed ſiue is.Præmiſſa uera ſunt,in induſtrialibus: nam naturales fructus non facit ſuos, etiam bonæfidei poſſeſſor: unde eos tenetur reddere u-
10 niuerſos. ff. de uſuris. fructus. † Sed ſecundum præmiſſa uidetur quòd potius debet quis intentare rei uendicationem pro re aliqua, quàm aliquod interdictum, præterquam interdictum unde ui-

f de ui. f Sed hoc non est uerum: potest enim esse quòd petitor sit potior in possessione, & inferior in causa proprietatis: & ideo non expedit ei intentare rei uendicationem, argum. extra, de probationibus. licet prope finem. Hoc ulterius prosequi non curo. Nam de hoc not. plenè Rofre. in suo libello, in titulo de offi. iudicis, quo petuntur fruct. à possess. de. & in titulo, in act. in fa. quæ cõtra illos datur, qui possident, & fructus percipiunt. ubi etiam not. de illo, qui missus est in possessionem ex aliqua causa, utrum faciant fructus suos. Item

t de hoc plenè in Summa Azo. in tit. de rei uendi. t Qualiter autem formetur libellus super fructibus, no. infra, in tractatu libe. de causa pos. & propri. §. seq. uersicu. porrò sæpe. & in diuersis alijs locis.

11 † Item qualiter & qua actione fructus restituuntur, uide in Insti. de offi. iud. §. 1. & 2. Item utrum iudex super eis pronunciabit. supra, de dispu. & al-

u legat. §. fi. & uersi. sed nunquid. u & de appel. §. de

x officio quoque. uersi. sed pone.

ADDITIO.

a Procurantur. Hieronymus super Isa. 18. lib. Sudore & labore nimio ad ubertatem fructuum prauenimus. & super Osee b. dicit quòd grauior est pœna, quando tempore messis & uindemia sperata fruges auferuntur, & uinum. & quodammodo sperata tolluntur de manibus.

b Vsufructuarius. Dupliciter legitur lex illa, ut ibi not. in prima gl. hic accedit 1. lectura. sed infra, uersi. sed pone accedit secunda. Si dicamus prælatum usufructuarium. Est autem prima lectura hic posita. Secunda est quòd hæc est differentia inter bonæfidei possessorem & usufructuarium, quia sufficit in primo fructus quoscunque & à quocunque separatos in secundo requiritur quòd separati sint ab usufructuario, uel ab alio eius nomine.

c Recepisset. Si possedisset. de restitutio. spoliat. grauis. Item fructuum alij dicuntur consumpti, quia desiderant esse. Alij existentes: & hi duobus modis: quia percepti, & non consumpti. Alij qui nondum percepti: & ex his aliqui dicuntur stantes: ut spica. alij pendentes: ut poma. Sunt et iam stantes, qui non continentur arista ut spica, sed corio, siliqua, uel pelle: ut faba uel lupinum. De possessoribus etiã, de quibus sequitur, aliqui sunt bonæfidei aliqui malæ. Hoc Rofre post Azo.

d Igitur. Longè plenius quàm not. 12. q. 2. non liceat de restitutione spoliatorum. grauis. ff. quod met. causa. sed & partus. & de rei uendicatione. Ex diuerso autem prosequitur autor ad literam uerba Guliel. ubi suprà usque ad uersiculum, sed pone prælatus. quæ tamen omnia fuerunt Azonis, ubi suprà, & infrà. Rofred. allegata propè finem paragraphi.

e Fructus. Prout ibi not. Accur. in gl. fi. lex ipsa loquitur de habente titulum, hoc dico propter Rofr. qui dicit antiquos tenuisse. & fortè non malè per legem statim allegatam, quod bonæfidei possessor, cum titulo etiam naturales facit suos, & hoc facit titulus.

f Omnes. Iurisperitos, qui sic intellexerunt dictum Azonis.

g Bonæfidei. Dixit hic Azo quòd in seruo possesso, fiet restitutio requisitorum ex opera, non ex re: per l. præterea. ff. de rei uen. licet Pla. contra hoc intelliges per ibi nota in gl.

h Et cura. ut Iac. Pileni & Lana. Azo.

i Opponendo. Vt ibi not. in fine magnæ gloss. subdebat Gul. non respondendo dicit Azo. dixit ut autor.

K Essent. Etiam inhoneste. Azo & Gul.

l Distribuenda. Vide infra de sta. mo. uer. 58. & ibi dabo remissiones.

m Sua. Clarius dixisset sibi.

n Mobili Creditoris, cui debeo: quia si dicas, prædicti prælati testantes, superflua est quæstio. Dic ergo quòd non refert se ad illum casum legati, quod patet: quia tunc loquitur de seipso si sic, facit quæstio in genere. hoc expressi propter infra dicenda in fi. huius uersi.

o Ergo. & l. quam Tuberonis. §. in peculium. ibi: hoc amplius, &c.

p Respon. 1. aliqui inducunt illam legem ad partem primam: sed melius ad secundam induceretur, quia ibi expressi fuerant nomina, quasi alias non uenissent. facit etiam præ. l. fr. de re iud. à diuo. Pio. ponderato ordine executionis ibi tradito. ff. de usu fruc. l. 1. in fi. de leg. 3. si chorus. §. & facit quod no. ff. de uerb. sign. mouentium. gl. in auth. de non alie. aut permu. colla. 2. super rubrica distinguit an nomen uel actio sit pro re mobili uel immobili: et illi aptetur. Pro quo facit quod no. C. si aduersus transact. l. 1. & 2. Et facit quod hic sequitur in uer. proxi. fertur Di. de hoc no. in l. potest. ff. de auto tu. et uide infra. de test. spo. §. 2. circa fi. uer. sed adhuc contra Ia. de Bel. in præ. autben. de non alie. reassumit gl. Rubr. in 2. q. inducens pro distinctione prædicta præalleg. l. potest. Item Institu. de usufr. in princi ubi actio in rem, pro re mobili triennio, sed immobili decennio tollitur. Item actiones censentur res mobiles, ut patet C. de rei uxo. actio. l. una §. exactio. & C. quando & quibus quarta pars. l. 2. uersi. mobiles. & facit C. de transact. l. præses. Contra distinctionem autem illam, allegat quod not. in d. l. corruptionem. & C. de serui. l. sicut. in prin. & de præscr. longi. temp. l. si, ad fin.

Sub

Subdit quòd si consideratur actio respectu suiipsius, immobilis censetur: ut no. in præ. l. mouentium. Si autem consideratur respectu rei, ad quam competit: distinguitur an agatur de odio aut de fauore, aut mistim de utroque. Primo & secundo casu, dicit illud respici, & inter illa computari, quod fauor respicit: uel uitatur odium, ut secundum id iudicetur mobilis uel immobilis. Tertio casu ponderabitur cui plus applicetur, & secundum id recipietur. Inducit tres leges supra & proxi. allegatas. Quicquid teneas de subtilitate iuris in quæstionis de nominibus includantur inter mobilia uel immobilia. uel non, tenenda est solutio, quam dedit autor in uer. supra. prox. quo ad legata mobiliũ, ut non includant nomina. usus enim & forma loquendi, attendenda est. ut secundum usum recipiantur uerba. extra de spon. ex literis. 1. & faciunt ibi not. & in regula, contra eum li. 6. & quod ibi dixi post Dy. etiam si diceretur ambiguitas ex quo est in legato, et sic in uoluntate relinquente. Sed hic dico plus, scilicet ambiguitatem cessare propter communem usum uocandi mobilia, quod in supellectili et similibus consistit. C. de suppelle. leg. l. 1. 2. et 3. l. supellectile. Refertur igitur uerbum mobilium, non ad legum uel legistarũ ambiguum, sed ad factum et ipsum communem usum loquendi. arg. ff. de condi. et demon. quibus diebus. §. dominus. et de uer. obl. stipulatio. ista. §. hac quoque stipulatio. in quibus. ponderatur naturalis possessio, omissa subtilitate possessionis ciuilis. Ad præmissa bene facit ff. de uerbo. signi. anniculus. ff. de leg. 3. non aliter. et l. librorum. §. quod tamen Cassius. et l. nummis. et de flumi. l. 1. §. 1. de fun. instrumen. et instrumen. le. cùm de lanionis. §. asinam. in fin. & facit quod dixi in prin. huius uersi. scilicet quòd autor in legatis non habet casum pro dubio. Adde, quòd appellatione mobilium, non ueniunt nomina debitorum. gl. in l. fin. C. in qui. cau. in inte. restitu. non est neces. De quo ultra loca uulgaria uide Barto. consilio 50. Angel. consi. 238. incipiente, Anastasius. Et an in legato bonorum mobilium & immobilium ueniant nomina debitorum, uide Bald. consi. 80. 1. lib. Old. Additio. An nomina debitorum dicantur mobilia uel, immobilia, & an appellatione mobilium & immobilium ueniant iura & actiones, uide Soci. consi. 175. incipien. uiso testamento. in 2. uolumi. & per Gui. papæ. singu. suo 481. incipien. si uir. & uxor. Heur. Ferrand.

9 *Prædict. l. Ex quo in materia fructuum legata mi scimus: occurrit quæstio dum ibi eram Paduæ disputata per domi. Fran. de Mat. Testator mihi reliquit centum præstanda Calendis Augusti de reditibus fundi Seiani, de quo non habentur nisi decem: quæritur quid mihi debeatur. Ipse prolixè distinxit, aut relictum factum est per modum speciei: ut lego centum, quæ sunt in tali arca: & ibi non sunt nisi decem, illa sola debentur. ff. de legatis primo si seruus legatus. §. qui quinque. & l. si certos. cum similibus. Aut relictum est per modum generis & non speciei: & tunc aut legatum nascitur ex re demonstrata à testatore, aut non. Faciat ad hanc distinctionem. ff. de an. lega. liberto. §. 1. & ad l. Falcidiam. l. pœnales. §. finali. Primo casu exemplum datur, puta ex tali fundo lego tot mensuras uini: & hic subdistinguitur an uoluerit testator plures præstationes fieri, puta singulis annis: an unam solam. Primo casu supplendum est de reditibus aliorum annorum qui habebuntur ex fundo demonstrato, & non aliud. & sic saluatur glo. ff de indi. fideicommissum. §. quid tamen. quæ incipit, & hoc casu. allegat. ff. de an. lega. legatũ. §. uini. de ui. tri. & ole. lega. l. ex eodem. Secundo casu cùm unã solam dicit, idem allegat. ff de uerbo. oblig. inter stipulantem. §. sacram. saluo quòd si testator apposuisset aliqua uerba habentia uim alicuius determinationis uel taxationis: ut quia dixit, dari uolo de oleo talis anni, uel quod tali anno natum est, uel erit. tunc enim ultra ibi natum non debetur. ff. de uino, tri. & oleo lega. cùm certus. de contrahen. emp. si debitor. §. primo.*

Si autem legatum de re demonstrata, non nascitur: ut quia legat centum lib. de reditu talis fundi: si sit unica præstatio, supplebitur de reditibus aliorum annorum. ff. quando dies leg. ce. l. Firmio. in princip. si sint plures præstationes, puta singulis annis præstandæ. facit ff de annu. leg. annua. in fine & l. cum quidam. si dari potest de reditibus unius anni. supplendo de reditibus aliorum, si fiat. nec compelletur hæres aliunde dare: ut in præ. l. Firmio. in princip. Si autem supplendo etiam de reditibus aliorum annorum illius prædij, solui non potest, ut in themate: quia centum præstari debent, & non colliguntur nisi decem: tunc putat hæredem teneri soluere etiam de alijs reditibus hæreditarijs. & sic uerba, de reditibus fundi Seiani, non inducunt conditionem, sed demonstrationem. unde solui poterat legatum sine incommodo rei familiaris. Et sic intelligatur ff. de legatis. 1. quidam testator. ff. de legatis. 2. Paulo. Callimacho. §. finali. in fine. de alimen. lega. l. Lucius. Hoc tamen non procederet in legatario uel fideicommissario, qui grauari non potest ultra quàm percipiat ff. de legatis secundo. Imperator. & de legatis tertio.

tertio. l. nomen. §. uni ex haeredibus. & quod ibi notatur per gl. & Dynum. sol. praedi. procedant, ubi aliud non appareat de expressa uoluntate testatoris, quae seruāda erit. ff. de condi. & demonst. l. in conditionibus.

r Praescripta. Dicta usque ad uer. sed pone. *Adde id quod infra dicitur de uiolento, quòd uiolentus qui possidet cum titulo reprobato tenetur ad fructus, etiam qui percipi potuerunt. uide Rotam in anti. deci. 130.*

s Vnde ui. Vide, *uerba sunt uin. ut rescripsi, de resti. spoli. grauss. super ulti. glo.*

t Rei uendi. *circa medium. uersi. fructum igitur. &* per Ro. *etiam eo. titu. uersi. utrum autem. de fructibus.*

u Nunquid. & uer. seq.

x *Sed pone, hic poni debuit uer. ultimus. infra. §. fi. Est sciendum quòd Rof. disputauit quaestionem & est 10. inter suas, de domino nuda proprietatis, qui uendicat fundum possessore: an ueniant fructus in sententia iudicatis? Et in uoluminib. habetur quaestio. Breuiter ad solutionem uenio, qui soluit sequendo do. suum distinguendo, an uendicet talis agens rem ab usufructuario, an ab alio. Primo casu possessor non condemnatur in fructibus: quia uendicationi, quae nudam proprietatem aduocat, non deseruit iudicis officium, sicut nec deseruit actioni, quae sublata est. C. depos. l. si deposita. & quod ibi not. Quod dixi possessorem non condemnari, uerum est, nisi is uendicans factus sit dominus proprietatis pleno iure: & tunc eius temporis quo ad dominum reuersus est usufructus, habetur ratio fructuum: ut patet ff. de usuris. uideamus. & ff. de rei uendic. l. fructus. §. hac ratione. & ibi ponit gloss. hanc opin. quam dixit Rof. esse domini sui, scilicet Azo. sic distinguentem, ut scilicet secundo casu, cùm agitur contra extraneum nullum ius habentem in fructibus: tunc ueniant fructus in rei uendicatione, dicit glo. ut supra, quia illi seruitutem non debeo. quod ibi allegatur, Rof. etiam allegat l ff. si serui. uendi. loci. §. competit. & ff. si usufruct. peti. l. uti frui. §. quod si fort. Inducit etiam Rof. l. 1. ff. de superfi. Item regulam, cùm principalis ff. de reg. iur. concor. eo. tit. accessorium lib. 6. Cum ergo competat uendicatio pro re: ergo & officium iudicis pro fructibus, quod est accessorium. Item constat quod iudex percipit rem restitui ff. de rei uendicat. qui restituere. ergo & fructus ueniunt. ff. de usu. uideamus. §. infamari ff. de uerb signif. plus est. & l. restituere. Allegat etiam ff. loca. & condu. cùm plures. §. messem. qui §. bene facit loquendo de colono, qui nummis colit. Scire debes quòd uerbum Azo. & Accur. omissum per Rofre. quod supra, addi. Guid. de Suzar. improbat, dicens gloss. illam falsam: quia ibi non habetur ratio fructuum aliquo tempore, cùm aliquos nō percepit. Magna subtilitas fuit ista, quasi Azo & Accur. & Rofre. loquantur de extraneo prorsus, qui nullos fructus perceperat, nec percipere poterat, quod rudissimum fuisset quaerere. Dicat ergo Gui. an extraneus, nec dominus fructuarius potuisset per plures annos percepisse fructus rei quam detinebat: estne improbè dictum, dum quaeritur an nudus proprietarius uendicans rem à tali ex officio iudicis consequatur fructus, cùm de proprietate non constet, nec appareat seruitutem in illo fundo reo deberi. Item dicit duas leges ibi suprà allegatas non facere, falsum dicit: nonne §. quod si fortè. ideo uincit possessor, quia non apparuit agentem dominum? Secus ergo si agens apparuisset dominus, ut etiam ibi not. in ulti. gloss. in §. competit. nonne satis est etiam agenti, quòd reus ius non habet? ergo conueniunt proposito.*

De interesse.

SEQVITVR de interesse uidere. Scias igitur quòd damna & interesse peti possunt, secundum canones: ut ex. de fideiuss. peruenit. & c. constitutus. & ex. de foro compe. dilecti. & de sent. excomi. sacro. & poena conuentionalis: ut extra. de arbitr. dilecti. in fin. & etiam legalis: ut 17. q. 1. quisquis. & c. qui subdia. 16. q. 1. statuimus 1. q. ult. quoties. arg. contra, ex. de poenis. suam. Solu. ibi. ueruntamen dominus meus no. in Summa, in tit. de sen. & re iud. §. quid sit. sub §. aliud singulare, in quo quicquid dicant leges, non uidetur secundum canones quòd aliquid peti posset, ultra quàm in ueritate interest: ut extra. de do. & contumacia. c. 1. & melius 12. q. 2. fraternitas. & 54. dist. generalis, in fin. Nam id iuri naturali conuenit, cui ius canonicum magis innititur: ut ff. de condi. indebit. nam hoc. & in prae. c. suam. nisi fortè ex speciali pacto: ut in prae. decre. dilecti. de arbitris. quòd de plano fateor. Sed in eo, quod in ueritate interest, bene peti potest; & tunc taxatio expensarum, & aestimatio damni & interesse, diligenter moderanda sunt: nec in hoc casu à legibus, salua sui gratia, discrepant. Et nota quòd licet papa, uel propter occupationem, uel propter creditoris instantiam, in suo rescripto de damnis, expensis, & interesse faciat mentionem: propter hoc iuri communi non detrahitur, quin debitor possit opponere exceptionem de mutuo in casu non concesso contracto, uel de pecunia in utilitatem ecclesiae non conuersa, & similes. Non enim intendit per hoc ius alienum laedere, uel usurarijs fauere: ut in constit. Alexan. 4. de excep. cùm debitorum.

a Et quoniam in causis ecclesiasticis saepe petitur interesse, ideo aliqua de eo tangamus, uidentes

tes primò, quid dicatur interesse. Secundò, quot sunt genera eius.

ADDITIO.

a *Debitorum. Quam non habemus. Et scias quòd nunc incipiunt uerba Innoc. quæ ad literam not. in decre. sacre. de senten. ex communic. & durant usque ibi: sed qualiter formabitur. Hostien. hoc prosequitur in Summa de senten. §. quis sit effectus. uersi. sed & quia aliquoties. usque ad finem. Dy. autem hanc materiam tractat in regula, mera. de re iudic. libro sexto. ubi etiam disputat, an sit unicum interesse, an sit triplex distinctum per species, ut hic sequitur: & tenet, ut prius tenuerat in quæstione, quam hic disputauerat. & incipit, quæstio est utrum quod est triplex: & quia in uolumine, habetur, hoc solum insinue quòd cùm damnum possit æstimari singulariter, item communiter & ex conuentione, quæ potest procedere etiam super dubia futura æstimatione damni: & hoc potest excedere singulare & commune, & ab eis excedi: concluditur ista non esse, ideo cùm excessus sit diuersorum: non dicit autem quod conuentum pretium rei sit interesse conuentum, nec quòd commune sit interesse, nec quòd singularis æstimatio sit interesse singulare: sed dicit quòd damnum singulariter æstimatum est interesse singulare æstimatũ communiter est interesse commune, æstimatum ex conuentione est interesse conuentum, & sic tripliciter. Iacob. de Rauen. in suo commento, l. unica. C. de sentent. quæ pro eo quod interest. ultra princip. uer. uidimus. tenet quòd est unicum, scilicet singulare habens relationem ad personam agentis, cuius propriè est interesse: unde dici nõ potest quòd agens habeat triplex interesse. Habet enim unum tantum, scilicet singulare suum. Illud tamen posset esse commune uel conuentum. Hoc etiam prosequitur Cyn. super l. præ. in 2. quæstio. unà cùm P. descendens. Dyn. hos apices discordantes in nomine, sed in effectu concordantes disputantibus relinquamus. Hoc scias quòd multi Iacobi, ut sic loquar, ubi supra. hanc materiam tradiderunt, quam Cyn. ibi colligit. & ibi recurre. & infra. sæpe remittam. Turborsda Iac. prædicte & Ultramontanis. quia maximè ruinatores fuerunt Innocen. in tam utili & prolixa ipsius gl. sustinuerunt. Est etiam aduertendum quòd in hoc princip. Innocen. diffiniendo interesse, fuit cautior. Accur. quẽ Iac. de Rauen. excessiuè reprehendit: quia dixit in l. præ. in glo. quia plenè, quòd interesse erat damnũ emergens & lucrum cessans, ex eo quod aliquid fieri cessatur. Si enim interesse est damnum, de hoc facilè satisfieret petenti. Dicit Cyn. ubi supra. in 1. q. quia de damno magnum est forum. Sed Iac. in præ. l. post prin. non sic intellexit. sed dixit ut supra. post prin. quòd si interesse est damnum, & tu esses mihi obligatus ad damnum: ergo peti posset interesse, quantumcunque esset. quod est contra illam legem. Est & alia reprehensio illius diffinitionis, inquantum dicit lucrum cessans: cùm regula sit, quòd lucrum non uenit interesse, de quo dicam infra. §. commune. uer. sunt etiam certi. De casibus ergo exceptis non debuit fieri regula uel diffinitio. in auth. ut sine prohi. ma. §. 1. coll. 7. Primò, non est sufficiens, restringendo se ad casum. cùm cessatur fieri cùm diffinitiuum etiam secum habeat. Secundò, si factum sit, quod non debuit fieri. Tertiò, si non traditum, quod tradi debuit. Quartè si malè traditum. Quintè, si non dedit. Sextò si non restitutum. De primo patet ff. de re iudic. si quis ab alio. De secundo in l. interdicto. ff. de ui & ui arm. ff. de furt. inficiande. §. 1. De tertio ff. de actio. empt. si sterilis. § cùm per uenditorem De quarto, eo. tit. Iulianus. in principio & §. 1. & l. ideoq;. De quinto ff. de præscrip. uerb. l. naturalis. De sexto ff. de rei uendic. qui restituere. In hoc dixit plenius Cy. ipse, ubi supra. cùm Pet. defendit Accur. qui secutus fuit modum loquẽdi communem, quo dicimus, tantum est damnum meum, emenda: & quod de cessatione defenditur per regulam, qui non facit, quod facere debet. ff. de regu. iur. & extra. de simo. c. nemo. Ego dico Accur. diffinisse interesse, prout est, non interesse quod petitur: unde negari non potest, si damnificatus sum ultra quadruplum, quin illud sit meum interesse, licet non petere possim ultra duplum. Est sciendum quòd dominus meus aggrediens hanc materiam, ubi supra, dicebat quatuor præmittenda. Primum, an interesse sit in obligatione. Secundum, an sit in petitione. Tertium, an sit in condemnatione. Quartum, an petatur certi condictione generali. Ad primum respondebat, quòd quando fieri uel non fieri erat in obligatione, interesse sic est purè in obligatione: nam qui debet rem, non debet pretium. ff. de uerb. oblig. si seruum. §. sequitur. Est ergo in obligatione conditionali. Item alia ratione: quia si non fiat, uenit incontinenti interesse in obligatione, eodem titulo, quoties quis. de secundo tenet quòd sic postmodum re. Allegat Institut. de actio. in principio. & ff. de act. empti. l. prima. Dicebat ergo in obligatione de re tradenda, quod aut ille ante iudicium est in mora tradendi: & tunc petitur interesse ab initio & purè in libello. Aut non est in mora ante iudicium cœptum: & tunc aut petitur. interesse tantum &*

tum & purè: aut rem traditam tantum, aut utrunque, unum purè, alterum sub conditione. Primo casu malè petit, cùm non debeatur interesse, nisi post moram: cùm ratione moræ postea commissa, contrahitur obligatio & ex causa quæ præcedit iudicium: unde rectè fit condemnatio. ff. de pign. actio. si rem alienam. infrà. §3. fina. ff. manda. si mãdauero tibi ut à Titio. Secundo casu. cùm petit rem tantùm, non uenit interesse nisi illud, quod uenit officio iudicis. post litem contestatam. ff. de ædil. edicto. ædiles. §. item sciendum. & in prædic. l. Tertio casu, quandoque utrunque petitur alternatiuè, secundum eum, rectè petitur, scilicet rem tradi: & si non tradat, interesse: sicut querela, ut petitio hæredi. iudicium rescissorium & rescindens. ff. de inofficioso testamento. l. qui de inofficioso. & ibi nota. Et per hoc etiam tantum est factum principale, quod dicit non dubiũ, quia bene uenit in condemnatione. ff. de re iudicata. l. si quis ab alio. in fi. Hoc uerum, si continet certam quantitatem. Institut. de actio. §. curare. alias non esset in condemnatione. C. de senten. quæ sine certa quantitate. per totum. Quartum dicit esse casum quòd sic. ff. si certum petatur: l. certi condictio. in prin. de quo dicam infrà, uer. qualiter. in fi.

Interesse quid dicatur.

INTERESSE Dicitur æstimatio, uel pecunia numerata, quæ succedit in locum cuiuscunque rei, si non detur ut debet: uel etiam cuiuscunque facti, si non fiat ut debet: ut ff. de re iudic. si quis ab alio. Et licet hoc interesse, quãdoque appelletur pretium rei, uel æstimatio: ut ff. ad leg. Fal. l. pretia. Est tamen in eo aliquid, plusquam sic ipsum uerum pretium rei: quia computatur interesse id, quod nostra interest habere rem, quæ dari promissa est: uel habere factum, quod promissum est fieri: ut ff. de act. emp. l. 1. in princ. & plerunque plus est hoc interesse, quàm sit merum pretium rei seu facti. Item dicitur interesse, etiam æstimatio damni, quod alicui contingit: uel lucri, quod cessat ex eo quod aliquid fieri cessatur: ut in præ. c. dilecti. & c. peruenit. & cap. constitutus. & præter rei æstimationem, sæpe contingit rem & interesse peti, quod oportet intelligi de alio interesse, quàm de æstimatione rei: cùm illa per se uenerit in petitione, cùm dicit, peto rem.

Genera interesse quot sint.

NVNC Dicamus quot sint genera interesse. Nota ergo quòd interesse, siue æstimatio, siue pretium: Aliud est conuentum, aliud commune, aliud singulare: ut ff. de act. empt & uendi. l. 1. in prin. Conuentum interesse est, cùm dicitur, si non fecero quod promisi, dabo tibi centum pro interesse: uel dicit simpliciter, dabo tibi centum. Et hoc semper præstandum est, secundum quod conuenerit: nisi dolus interuenerit in ipsius conuentione: iuxta illud, Pacta seruabo. ff. de pact. iuris gentium. §. prætor. & extrà, de pact. c. 1. ut no. in Summa Azo. in tit. de dolo, & rescin. uen. & extrà, de empt. & uend. cùm dilec. Sed nec ad hoc quis condemnabitur, nisi specialiter petatur.

S V M M A R I V M.

Commune interesse quid sit, & qualiter contingat.

1 *Commune interesse, semper in solidum præstandum est.*

2 *Ad interesse commune, qualiter ueniat quis condemnandus, uel non.*

3 *Commune interesse, quibus casibus sit æstimandum.*

4 *Commune interesse circa rem, quibus casibus præstetur.*

COMMVNE Verò interesse, est communis æstimatio damni, quod contingit alicui ex eo quòd id quod dari uel fieri debet, non datur, uel nõ fit, uel suo loco, uel tempore, uel aliàs ut debet, datum uel factum non est: & in hoc communi interesse computantur fructus rei debitæ, in qua fit mora, & mercedes & pensiones & augmentum pretij, propter locum uel tempus, & similia: ut ff. ad leg. Fal. pretia. ff. ad leg. Aquil. si seruum. ff. si cer. pet. uinum. ff. de act. emp. & uend. ratio. §. fi. l. si sterilis. §. cùm per uenditorem. Vsuræ etiam in eo computantur: ut ff. de peri. & commo. rei uen. l. fi. C. de usur. l. 1. Secundum canones tamen, cùm omnino sint prohibitæ, nullo modo computantur in hoc interesse: cùm nullus ex pecunia sit fructus: ut 88. distinctione eijciens. palea est: & sic uidetur, quòd ubicunque pecuniam dari est in obligatione, nullum interesse commune uel singulare petetur, nisi sit de illis casibus, ubi debetur extra rem, uel etiam circa rem: de quibus iam infrà dicetur. Sed haberetur æstimatio lucri. Ideo autem dicitur hoc interesse commune, quia æqualiter omni communi ratione interesset, in eodem contractu uel facto singulari, tamen ratione plus posset interesse. ff. ad legem Aquil. si
1 seruum meum. † Hoc autem commune interesse semper in solidum præstandum est, siue agatur ex contractu, siue ex delicto, ut in præd. l. pretia. & in præd. l. si seruum meum. In delictis autem semper æstimatur: in contractibus uerò plerunque: ut in præd. l. pretia. & in præd. l. si seruum meum. Plerunque, ideo dixi: quia in uendicatione uenit singulare interesse: ut ff. de actio. emp. l. prima. in

principio. Idem est, si aliàs paciscantur partes de singulari interesse. Et intellige quòd in prædictis æstimatur commune interesse, non in lucro, sed in damno: & obtinendo in causa reficitur communis æstimatio damni, quod sustinuit ex eo quòd id, quod dari uel fieri debeat, nullo modo, uel non ut debet, datum uel factum est. ff. de damno infecto. Proculus. & in prædicta. l. si sterilis. §. cùm per uenditorem. & eodem titu. Iulianus. ff. de peri. & commo. rei uendi. l. finali.

2 † Et ad hoc interesse ratione damni præcedentis litem contestatam nullus condemnabitur, nisi specialiter petitum fuerit. Quod sic probo: quia si tantùm petatur res, quæ dari uel fieri debebat, uidetur uelle contentus eo esse, quo ad præsentem petitionem, cùm de his, quæ præcedunt litem contestatam, quæ pariter cum re petita debentur, & peti poterant, nullam faciat mentionem: æstimatio autem communis eius damni, quod uenerit post litem contestatam, bene uenit in condemnationem, etiam si non petatur. ff. de ædilitio edicto. ædiles. §. item sciendum. extrà, de re iudic. abbate sanè. §. pro part. & §. sequen. [a] nec est contra, ff. si certum petatur. uinum. ubi innuitur quòd si uinum petitum fuerit, tamen fiat condemnatio eius ad æstimationem eius damni quod præcessit litis contestationem: quia ibi fit æstimatio uini uel damni, secundum quòd communiter ualebat tempore quo uinum solui debebat, cùm tamen id semper præcedere debeat litis contestationem: quia ante diem non rectè agitur. ff. quando di. usufruc. ce. l. prima. in fine. & extrà, de plus peti. cap. unico. Solu. Ibi non fuit tantùm petitum uinum: imò etiam uinum cum interesse suo, & sic semper faciendum est: quia quando petitur aliquid dari uel fieri, semper debemus id petere dari uel fieri cum suo interesse. Alioquin si sic non fuisset petitum, si uinum quo tempore solui debebat, ualebat centum: sed postea cùm petitur, ualet tantum quinquaginta, communi æstimatione, tantùm in quinquaginta, & non in centum condemnatio fiet. Sed si petitum est uinum cum suo interesse, tunc condemnabitur in centum.

3 † Sunt etiam certi casus, ubi æstimatur commune interesse: & habetur etiam ratio alicuius lucri, licet non omnis, sed quod communiter habere potuisset: puta si agatur arbitraria conditione, siue actione de eo quod certo loco uel die quo promissum est. de qua dicam infrà, uersicu. & ut hæc. uel si agitur locati, conducti, uel ex stipulatione rem ratam habe. uel tutelæ, uel l. Aquil. uel interdicto ne quid in loco publi. l. fi. ff. de eo quod certo loco. l. 2. §. fi. ff. locati. si in lege. §. colonus. & in l. in quo. & l. si fundus qui. in fine. ff. rem ratam habe. si commissa. ff. ad legem Aquil. si seruum. ff. ne quid in loco publi. l. 1. §. merito. C. de arbitr. tute. quicquid. Alij tamen semper dicunt in æstimatione, & interesse haberi ratione lucri & damni: quod re uera & communi ratione iudex arbitrabitur contigisse: & sic expressè uidetur dicere l. C. de senten. quæ pro eo quod interest, profe. l. prima. etiam consonat æquitati. [b]

4 † Hoc autem commune interesse, quod est tantum circa rem, præstatur, si res uendita non traditur, si emptor uelit: ut in prædicta l. ff. de actio. empt. & uendi. l. prima. Sed si traditur uitiosa, tunc tenetur etiam ad interesse, quod est extra rem: ut in prædic. l. si sterilis. cum per uenditorem. Item idem interesse, quod est extra rem, præstatur quando ex maleficio agitur: ut ff. ad legem Aquiliam. proinde. & l. inde Neratius. ff. de fur. inficiando. §. 1. ff. de condi. fur. l. 3. & idem in actione ad exhibendum. ff. ad exhib. l. si optione. & l. sed & si. Idem in actione ex empto, si malit singulare quàm commune. ff. de actione empt. & uendi. l. 1. in princip. Qualiter autem commune interesse probetur, iam dicetur infra. §. prox. in principio.

ADDITIO.

a *Commune uerò. §. seq. lib. 6.*

b *Aequitati. De hoc satis per Iaco. de Rauen. in sua ultima quæstione. & per Cyn. ubi suprà, in quarta diuisione. Mihi placet quod scripsit Iac. de Bel. super præ. l. in solutionibus contrariorum, qui distinguit, aut in contrahenda obligatione habetur respectus ad futurum lucrum, & hoc constat: aut quia expressum, aut propter locum solutioni destinatum, uel propter officium gestoris, uel alio modo: aut non habebatur respectus ad lucrum. Primo casu semper debetur interesse ex lucro, per l. ipsam & ff. de eo quod certo loco. l. 3. §. pe. & ult. & l. in bona. & C arbi. tut. l. quicquid. Secundo casu prosequitur 13. casus. in quorum primis septem non uenit interesse ex lucro, in secundis sex bene uenit. Ibi uide. Pone autem quod regula sit ad negatiuam, quòd non ueniat iure ueteri uel nouo. Speciales etiam casus cōtrarios dicit esse utroque iure nouo & ueteri. dicens quòd illa lex nil innouat circa id: nisi quod interesse ex lucro non excedat duplum alterius interesse & in hoc ultimo contradicit ulti. glo. Accur. ut suprà.*

SVMMARIVM.

De interesse singulari.

1 *Interesse singulare quid sit, & quare ueniat.*

2 *Testes qualiter deponere debeant in interesse singulari.*

3 *Interesse singulare, ubi præstari dicatur.*

4 *Pœna conuentionalis & legalis, quando debeatur.*

5 *Tractanti causam, ubi petitur interesse, quæ sint attendenda.*

6 In

6 *In contractibus innominatis, non solùm petitur res debita, sed etiam interesse.*

7 *Res uendita, si non tradatur, agi posse ad interesse, qualiter intelligatur.*

8 *Interesse in contractibus non seruatis, qualiter sit exigendum.*

9 *Petitio interesse, qualiter sit formanda.*

10 *Condemnatio ad interesse, qualiter fieri debeat.*

11 *Damna data, & expensa facta, in quibus differant.*

12 *Impeditus nuptias facere, propter quod uxorem perdit, an poterit interesse consequi.*

13 *Promittens aliquid certis loco & tempore, an non faciens teneatur ad interesse loci & temporis.*

14 *Solutio in uno loco facienda, an possit in alio loco exigi.*

15 *Iudicis officium, qualiter expediatur in causa damni aut lucri.*

16 *Promittens in contractibus bonæfidei sub certo loco & termino, tenetur ad quodlibet.*

17 *Interesse incertum, qualiter sit per iudicem inquirendum.*

18 *Interesse singulare, qualiter de facto sit per testes probandum.*

19 *Interesse ex contractu surgens, qualiter probari debeat.*

20 *Interesse ex delicto proueniens, qualiter sit probandum.*

VISO De communi: sequitur de singulari interesse uidere. Est antem singu-
re interesse, æstimatio, quę uenit ex spe
a ciali affectu. [a] Sicut est in patre libero
circa filium seruum: uel quæ uenit ex speciali uti-
b litate, ut est in libro usitato: [b] ut in præ. l. pretia.
& in præd. l. si seruum. Verbi gratia, obligaui tibi
Digestum, in quo studueram, taliter ut nisi illud
intra certum tempus redimerem, liceret tibi distrahere, & sic distraxisti: postea emi illud ab emptore, qui tandem non uult mihi illud tradere:
certè non solùm debet mihi condemnari ad commune pretium Digesti, sed etiam ad damnum
quod patior, quia illud non habeo: ut in præd. l.
2. ff. de act. empt. ubi tractatur de communi & sin
2 gulari. † Quod autem sit damnum illud, & quæ
utilitas esset mihi modò, si illud haberem, hoc est
in arbitrio iudicantis. Vel pone tale exemplum:
uendidisti mihi fundum, qui fuerat patris mei, &
non tradis: certè teneris mihi ad interesse, non solùm commune, sed ad quodlibet, uel etiam ad singulare, scilicet quantum habeo maiorem affectionem circa fundum habendum: quia fuit patris
mei priusquam aliquis illum haberet. ff. de mino.
si in emptione. Vel pone exemplum, quia emi domum, quæ coniuncta est domui meæ. Magis enim
mihi est cara, quàm alicui alteri. Vel commodaueras mihi Digestum, in quo diu studui, & glossas
seu expositiones multas apposui: uendis illud mi
2 hi, certè carius est mihi quàm alteri. † Sed quomodo testes deponent in hoc singulari interes-
c se? [c] Respon. quilibet dicet sic, si domus illa esset
mihi coniuncta, uel si librum illum habuissem in
scholis, uel in eo studuissem, ego darem tantum:
& si sic omnes, uel saltem duo dicerent, probabo
meum singulare interesse, commune esse. Probatur sic: quia quilibet ita diceret, ego tantum darē
de re tali: aliter enim interesse per testes probari
non potest: sed si singulariter alicuius non interesset, ueniret interesse commune, in quo habetur ratio interesse circa rem, & aliquando etiam extra
rem, ita quòd non habetur ratio lucri: & suprà, §.
3 prox. de hoc ĵ. uer. illud autem. & seq. † Hoc autē
singulare interesse, & sic ubi præstatur, non tamē
semper. Si enim debeatur aliquid ex certo contractu, qui; scilicet certam quantitatem uel certam
rem: ut quantitatis appellatione comprehendatur quælibet res singularis: ut ff. de leg. 3. quisquis. uel etiam incerta in diuiduo, sed certa in specie: ut si debes hominem, & lex dicat singulare
interesse præstandum, sicut dicit in uenditione: ut
in præd. l. 1. ff. de act. emp. & uendi. cùm aliter præstari non debeat, nisi lex dicat, præstabitur usque
d ad duplum communis interesse, [d] & non ultra:
C. de senten. quæ pro eo quod interest, profe. l. unica. §. scimus. & in præd. l. quisquis. Nec obstat
l. ff. de actio. emptio. & uendi. ratio. §. sed si per uēditorem. & l. Iulianus. inter eum. §. si uerò sciens.
& §. item, qui furem. quia illæ leges non loquuntur de singulari interesse, sed de communi circa
e rem, ut totum debeat præstari. [e] Si uerò singulare interesse ex incerto contractu debeatur, ut
puta ex eo quod est in faciendo, uel etiam in non
faciendo: ut ff. de uerb. oblig. Vbi autem non apparet: tunc omnino in solidum præstandum est,
quantumcunque sit. C. de sen. quæ pro eo, quod
interest. l. unica. §. in alijs. & uidetur eadem lex
innuere, quòd in his casibus semper debeatur sin-
4 gulare interesse. † In pœna autem, dic quòd pœna conuentionalis quandocunque sit, debetur. Instit. de inuti. sti. §. alteri. legalis autem non debet
excedere quadruplum. Instit. de act. §. omnes. Speciale tamen est in sponsalibus: ut ff. de spon. mulier. sicut & aliud speciale est ibi. ff. de uerb. obligat. Titia. respon. 1. quod plenius prosequere in
summa domini mei, in tit. de senten. & re iud. §.
f quis sit effectus. sub §. aliud singulare. [f] † Qui au-
5 tem tractat causam ubi petitur interesse, diligen-
g ter attendat quid sit in obligatione: [g] quia si
rem certam uel speciem dari, est in obligatione,
& extat, & siue debeatur ex contractu, siue ex maleficio: semper ipsa res petenda est. ff. de actioni.
emp. & ex empto. in princip. ff. de uerb. oblig. ubi autem non apparet. §. fin. C. de hær. uel act.
uend. qui tibi. ff. de condi. fur. in rem. Si autem non extat, tunc tantùm æstimatio uel interesse petendum est: ut in præ. l. in rem. sed contra. ff. de uerb. oblig. seruus. §. fina. ff. de condi.
fur. l. 3. ubi innuitur quòd etiam si non extant, ta-

men petendæ ſunt. Solutio. Ibi loquitur quando
actor ignorabat res illas extare. Vel dic quòd e-
tiam ſi corpus rei, quæ non extat, petitur, bene
ualet petitio. licet melius ſit æſtimationem pe-
tere. Et ideo ſi uis indubitatiuè loqui, petas uel
rem uel intereſſe: & nihilominus adijcias in li-
h bello, cum alijs damnis. h Sed & ſi corpus extet
tempore libelli concepti, ipſum ſolum petitur:
ſed ſi non extet tempore ſententiæ uel in tali ſta-
tu, ſic quòd dari non poteſt, fiet condemnatio ad
intereſſe, quod poſt litem conteſtatam contin-
git. ff. ad exhib. de eo. §. ſi poſt. ff. de euic. ſi ſer-
uus §. fin. ff. de dolo. arbitrio. §. non tamen. C. de
actio. empr. ſi traditio. Nec eſt contra. C. de fidei-
commiſſ. lib. l. fina. ubi redarguitur iudex, qui
quando agitur ad legatum, condemnat ad inter-
eſſe. Illud enim eſt ideo: quia legatum iam ſuum
erat. Vnde non erat cogendus æſtimationem re-
cipere. Secus autem in re, ſcilicet, non ſua, ſed ſibi
6 debita. † Hoc autem fallit in contractibus inno-
minatis, ubi non ſolùm petitur res debita, ſed e-
tiam intereſſe, etiam ſi res extet: ut ff. de præ-
ſcrip. uerb. naturalis. per totam l. Item ſi tem-
pore ſententiæ extet res petita, ſed poſtea, ante-
quam eam tradat, pereat, uel aliàs impoſſibilis ſit
eius traditio: tamen intereſſe præſtare cogetur. ar
gu. ff. ſi cer. pet. uinum. Et ſic uidetur loqui præd.
l. ſi traditio. ubi dicitur quòd precariò poſſiden-
tis res non tradatur, debet condemnari ad inter-
eſſe precariè: aut reſtitutio uix pōt eſſe, niſi poſt
latam ſententiam: imò poſt ſententiam habet ali
quem terminum ad reſtituendum: ut ff. de iudic. ſi
debitori. & ff. quod metus cauſa. Pedius. §. quod
ſi homo. Et nota extrà, de off. deleg. quærenti. Sed
contra, ff. de act. emp & uendi. l. 1. in prin. ubi dici
tur quòd ſi res uendita non tradatur, ad intereſſe
agitur. Sed expone, id eſt, quoddam ac ſi actum eſ
7 ſet. † Si autem factum eſt in obligatione, ante mo
ram agi non poteſt. ff. de uerb. oblig. ſi ita ſtipula
tus eſſem. extrà, de plus peti c. unico. ſed poſtquā
promiſſor facti fuerit in mora, ſiue in totum, ſcili-
cet quia tranſit tempus, quod totum ædificari pò
tuit, ſiue in partem, ſcilicet quia tranſit tempus,
quo pars potuit eſſe ædificata: tunc habet dupli-
cem uiam ſtipulator. Primam, ut agat ad facien-
dum uel complendum opus: ut ff. de operis no.
nuncia. ſtipulatio. §. fine. ff. de præſcrip. uerbis. l.
ob eam. C. de dolo. legem. Secundam, ut agat ad in
tereſſe. ff. de re iudic. ſi quis ab alio. ff. de uerb. ob-
ligat. quoties. ff. rem rat. habe. l. 2. & l. ſi debitum.
tamen ſi promiſſor uelit opus facere, liberatur
ab intereſſe. ff. de uerb. obli. ſtipulationes. §. fin.
& l. continuus. §. item qui inſulam. niſi iam ſit lis
conteſtata, uel niſi multum interſit ſtipulatoris,
uel niſi pœna eſſet adiecta ff. de uerb. obli. ſi inſu-
8 lam. ff. ſi quis cau. & ſi poſt. † Hoc etiam nota ꝙ
ſi quis primò petierit rem ſibi dari, uel opus fieri:
& plus ſit intereſſe quod conſecutus eſt per pri-
mam actionem, uel econtrà: adhuc eadem uel alia
actione aget ad id, quod reſiduum eſt in altera.
ff. pro ſocio. ſi quis à ſocio pœnam. ff. de ui & ui
arm. l. prima. §. ſi fundus. niſi de his, quæ poſt li-
tem conteſtatam obuenire poſſunt. De illis enim
ulterius agi non poteſt. C. de fruct. & litium expen

ſis. l. terminato. Idem dicimus cum M. quod tan-
tùm in re promiſſa, mandatur ſententia executio-
ni: quamuis promiſſor paratus ſit ſoluere intereſ-
ſe. ff. de rei uendic. qui reſtituere. ff. de uerb. ob-
lig. l. ubi autem non apparet. §. finali. Nam dolus
& fraus, non debent ei prodeſſe. extrà, de reſcript.
ex tenore. Azo tamen not. contra in Summa. C.
i de actio. emp. & uend. ſecundum Innocen. 4. i
9 † Sed qualiter formabitur petitio intereſſe. Nam
ſi dicatur, peto quod mea intereſt, non uidetur
bona petitio, cùm incertum contineat: unde di-
cit Vber. quòd debet petere centum: quia dico
mea intereſſe in tantum. Poſſet etiam ſecundum
eum dicere, peto centum, & ſi quid mea plus in-
tereſt. argum. ff. de furt. in actione furtiua: & hoc
uerum eſt, quòd certam debet formare petitio-
nem, niſi iuret ſe eſſe incertum quanti ſua inter-
eſt, & tunc ei ſubuenitur. argumen. ff. depoſiti. l.
prima. §. ſi quis argumentū. Vel dic ut ſuprà, uer.
k qui autem. k † Sed qualiter formabit hic iudex
10 ſententiam? Reſpond. quidam dicunt quòd ſi ta-
lis petitio fuit admiſſa, peto quod mea intereſt:
ſufficit ſi dicat, condemno ad intereſſe. arg. C. de
l ſent. quæ ſine certa quantitate profer. l. 2. l ex. de
procurat. audiuis. Alij cōtra dicētes, ꝙ iudex cōdē
uare debet in certa quantitate, ſi poteſt: ut Inſti-
tut. de actio. §. curare. Qualiter concipiatur libel-
lus, cùm uſuræ loco intereſſe petuntur, no. ſ. in tra
11 ctatu. libel. in ti. de uſuris. † In ſumma nota ꝙ dif
ferentia eſt inter damna data, & inter expenſas fa
m ctas: ut probatur ex. de iniur. in noſtra. m & c. o-
lim. de offi. deleg. cùm olim abbas. Et ſcias quòd
quoddam damnum ſiue intereſſe dicitur circa rē,
n quoddam extra rem. n Circa rem eſt, puta ſubtra
xiſti mihi inſtrumenta, per quæ probare poteram
qualiter aliqua poſſeſſio fuerat mihi acquiſita ꝑ
me uel per prædeceſſores meos. Si igitur tractus
in cauſam, nō poſſum probare defenſionem meā,
propter huiuſmodi ſubtractionem, & ideo ſuc-
cumbo, teneris mihi ad aliud intereſſe. ff. de act.
emp. l. Iulianus. reſpon. 1. 12. q. 2. ſi quis de cleri-
cis. uel ſi mihi carnes uendidiſti, & eas tempore
ſtatuto nō tradis: ut ff. de act. emp. & uend. l. ſi ſte-
rilis. §. cùm per uenditorem. Ad duo enim mihi
teneris, ſcilicet ad tradere, & tunc tradere: ut ff.
de arbitr. Celſus. Vnde inſpicitur quòd carnes
nunc emi carius: & ita hoc intereſſe eſt circa rē,
nec attenditur illud intereſſe quòd familia non
habuerit quid comederet: ut ff. de act. emp. & uēd.
12 l. ſi ſterilis. §. cùm per uenditorem. † Sed quid ſi
propter hoc, quòd carnem non habuit, non po-
tuit facere nuptias, & ſic uxorem perdidit: num-
quid poterit hoc intereſſe conſequi? Dic quòd
hæc in infinitum non extenduntur, ut ex ſuperio-
o ribus patet. o Extra rem autem eſt, ſi debes mi-
hi frumentum, nec illud tempore ſtatuto mihi red-
dis: ideo familia mea fame perijt, & hoc intereſſe
non ſemper peti poteſt, ſed pretium frumenti tan
tùm: ut in præ. §. cùm per uenditorem. Ideo autē
dixi, non ſemper, quia in arbitraria actione uenit:
puta quando certis die & loco permiſiſti ipſum
reddere mihi: ut dixi ſuprà. §. proximo, uer. ſunt
etiam certi. & iam dicam. hoc enim caſu, nedum
damni, ſed etiā lucri ratio habetur. ff. de eo, quod
certo

13 certo loco dari oportet. si ut certo. §. fina. † Et, ut hic articulus clarius tibi liqueat, nota quòd si promittis te mihi pecuniam certis loco & termino soluturum. teneris mihi quantum mea interest mihi solutam nō fore eo loco uel tempore: ideoq; per officiū iudicis mihi ad interesse condemnaberis, quia mihi abstulisti loci uel temporis utilitatē. Idemque est si ego peto in alio loco à te debitore, quàm ubi te soluere promisisti, quia tibi aufero loci utilitatem. Vnde tibi ad interesse teneor: ut ex̃. de plus petit. c. unico. ex̃. de offic. deleg. & P. & G.
p P ex. de fo. competenti. dilecti. Hæc .n. actio utriusque utilitatem continet, scilicet actoris & rei, debitoris & creditoris. ff. de eo quod certo loco. l. 2. & C. ubi quis conue. qui cer. lo. da. promisit. l. unica. in lib. 3. Quod contineat etiam creditoris utilitatem, patet. Aliàs enim posset contingere, quòd
14 creditor suo debito fraudaretur. † Pone enim ꝙ debebam tibi certo loco soluere centum marchas in termino elapso, petis à me in alio loco, quod facere potes: quia aliàs ego facere possum quod nunquam tibi soluerem, scilicet, nunquam ad locum illum ueniendo: ut ff. eod. l. 1. modo considerabitur quantum plus ualet marcha argenti, ubi nūc petis, quàm ubi soluere promisi. Si ergo ualet in duplum, quia ubi non ualeret nisi quinquaginta: hic uerò ubi me conuenis, ualet centum: interesse meum est in quinquaginta: unde interesse meo
q computato, nihil tibi soluam. q Sed tibi in hoc subuenitur: quia tu computabis quantum interest tua, tibi fuisse solutum loco statuto: quod si factū esset, emisses merces, & fuisses lucratus, sicut alij fuerunt cum centum marchis quinquaginta marchas, unde istud similiter computabitur. Vtriusq; enim utilitatis ratio attenditur, ut dixi. Dicitur autem hæc actio certi condictio: sed arbitraria appellatur, quia per officium iudicis petitur hoc interesse: cum enim principale debitum petitur per principalem actionem, puta ex testamēto uel certi condictione, tunc debet implorari iudicis officium: ut habeat rationem utilitatis actoris uel rei iudica. condemnatione facienda: ut ff. de eo, quod certo loco da. opor. l. 1. & 2. respon. 1. & §. 2. & l. 3.
15 † Qualiter autem expediatur iudicis officium in hac parte, & qualiter habeatur ratio non solum damni, sed etiam lucri: & quare hoc remedium est
r inuentum, uide ff. eod. l. 3. §. pe. & §. fi. & l. 4. r † Et
16 hoc in contractibus stricti iuris. In contractibus autem bonæ fidei, si promisisti mihi soluere certo loco uel termino: tunc interesse uenit iure actionis, & est in obligatione. ff. eod. l. si hæres. & l. aut
s si mutua. & l. in bonæ fidei. & l. centum Capuæ. s Ex præmissis igitur tu collige, ꝙ interesse aliud surgit ex delicto, ut in exemplo posito s̃. uersi. in
t summa. ibi: circa rem est, & c. t Aliud de quasi delicto. Ex quo habes ex̃. de senten. excommunic. c.
u sacro. uer. qui si absque, & c. ubi de hoc. u Aliud ex contractu, ut cū plus petitur loco: ut ex̃. de plus per. c. unico. uel cū soluitur alibi, quā ubi promissum fuerit. Quæ dic ut s̃. uer. & ut hic articulus. Aliud ex quasi contractu, ut patet exemplū ex̃. de elect. ut præteritæ. Hoc aūt interesse aliud est interesse singulare, aliud commune. de quibus dic ut
17 s̃. §. 2. & §. uiso. † Illud aūt sciendū est, quòd ubi in teresse incertum est, puta cū in eo continetur factum uel non factū: uel non factū: ut ff. de uerb. obliga. ubi autē non apparet, §. qui id quod. & ff. de reg. iur. qui non facit. tunc iudex subtiliter debet interesse inquirere: ut C. de senten. quæ pro eo quod interest. l. unica. §. in alijs. & inquiret per
x probationes testium, uel instrumentorum. x Et hoc in contractibus & delictis: ut C. de in li. iurando. l. 2. ff de edendo. argentarius. §. fin. & ff. de reg. iur. quatenus. Instit. de offi. iudi. §. fi. & de uerb. oblig. §. fi. ff. ad legē Aquil. proinde. & l. in l. Aquil. & si seruū. ff. de præto. stipu. §. fi. Hoc tñ fallit ratione delicti aduersarij mei, ut iam dicam, & ratione contumaciæ ipsius in illis casibus in quibus in
18 litem iuratur. † Sed qualiter ēt de facto probabitur, ēt singulare interesse per testes? Respon. dicēt ꝙ tantū cuiuslibet interesset, qui sic rem notā haberet. Non aūt dicent ꝙ tantum sua intersit. Item nec est commune interesse, sed singulare omniū, qui haberent rem sic notam, nō simpliciter om-
19 nium. de hoc s̃. in prin. huius §. † Et, ut hæc clariori doctrina mōstremus, scias quòd interesse quod surgit ex contractu, debet probari per testes: ut in concordantijs, quæ sunt s̃. proxime ibi: & inquiret, & c. & ff. de minori. si in emptione: ergo pari ratione expēsæ, ante iudicium factæ debēt per testes ꝓbari. Quæ uerò in iudicio per sacramentū uictoris, ut dixi s̃. tit. proxi §. postremo. in prin ibi qd' in hoc, & c. Et hoc in interesse debet iudex subtiliter inquirere, ut iam dixi: unde si quis certo loco se soluturum promittit: arbitraria est actio, ut dixi s̃. uersi. & ut hic articulus unde tūc interesse per iuramentū probabitur: ut not. ex̃. de fo. compe. di
20 lecti. † Porrò ubi interesse prouenit ex delicto: puta ex dolo uel uiolentia & rapina: tūc per iuramētum passi damnum probabitur postquā de uiolentia constiterit. C. unde ui. si quando. C. de iudi. sancimus 2. q. 1. in primis. in s. col. ubi de hoc. & C. qd' me. cau. c. fi. ubi de hoc ēt not. in prædicto c. sacro. & in prædicto cap. dilecti. Hugo uero & Odoffre. & Pe. de Sa. dicunt ꝙ sic: ut dicit lex. difficilis est probatio huiusmodi interesse. ff. de præscri. l. fi. Si ergo fieret per iuramentū sine testibus, non esset difficilis. Vnde dicunt ꝙ ubi interesse surgit ex delicto probari debet per testes, per prædict. legem. quod uerū est, si in hoc delicto uiolentia non sit illata. Si uero uiolentia interuenerit probata per testes sufficit probare de singulis rebus omissis per
y iuramētum y iuxta præmissa. Itē diminutiuæ expensæ sacramento probantur. Factæ uerò in domibus, & huiusmodi, arbitrio bonorū artificū, & ex testificatione operis: ut C. de donatio. si quis pro redemptione. §. simile ēt. in fine §. & C. de administra. tuto. l. lex quæ tutores. §. ergo. uersi. sed & si parens. ff. de mino. iuxta utile. in fi. Quid si aliquis absoluitur: nunquid recuperabit fructus sui beneficij? Respō. sic, si iniuste fuit excōmunicatus uel suspensus. argum. ff. de re. mi. l. penult. a. q. 5. super causa. Secus si iuste: quia tunc non recuperat, nisi hoc in sententia absolutionis adijciatur: ut C. de
z re. mili. legatus. z Cum durante sententia, debeat eos recipere: ut 22. distinct. præter hæc. & ex̃. de appella. pastoralis. secundum Vinc. qui hoc not.
a ex. de simo. quoties. a

ADDITIO.

a *Viso de affectu. Iac. de Rauen. in suo commento: uerbi gratia, non uult fateri inte sse affectionis, sed interesse utilitatis. dicit singulare aliàs ut eius uerbis utar, si amica sua sibi donasset unam zonam parum ualentem, bene iuraret quòd pro magna summa nollet illa carere. Hoc prosequitur Cyn. ubi supra in 1. q. post secundam principalem.*

b *Visitato. Iac. de Ra. uolens sub uno exemplo comprehendere illud triplex interesse, loquebatur de libro manu mea scripto, litera illegibili alteri quàm mihi. Posset dari exemplum in litera recolendæ memoriæ magistri Guid. de Brixia summi medici, qua abundo, & illam legere nescio.*

c *Interesse. De hac parte per Accur. ubi suprà in glo. per probationes, & satis per Cy. in 5. q. & seq. uel uis in antepenul. & penult. q. & uide infra uer. antepenult. & seq.*

d *Interesse. Verbum Innoc. & hic uides quid sentit de quæstione quæ quærit quid est illud quod duplatur. de qua Cy. ubi suprà in 3. q. & seq. & uide Accur. ibi in 1. glo.*

e *Præstari. Circa solutionem contrarij prædictarum. ll. de qua ibi Accur. in glo. magna, uide plene Cyn. in 2. & 3. oppositione. & 4. oppositio instat in solutione l. Titius. cum l. seq. eo. tit. de act. emp. & uen. quinta circa l. cum fundus uti. ff. de euic. sexta circa l. uideamus. §. iurare. ff. de in lit. iur. septima circa legem, uenditor. ff. de euict.*

f *Singulare. uer. sed nunquid pœna. uide per Accur. in glo. antepenult per Cy. ubi suprà in nona oppositione. & fuit ult. Ia. de Rauen. per modum quæstionis.*

g *Obligatione. De hac parte plene per Cy. ubi suprà in 4. principali quæstio.*

h *Damnis. Vide infrà uer. sed qualiter. & quod infra dicam.*

i *Innoc. 4. Satis leuiter ipsum nominat, ac si solum proximum dictum foret ipsius. & simile, suprà tit. proxi. §. ult. uersi. porrò. in fine.*

k *Autem. Cynus ubi supra, prima & secunda quæstione. post quartam principalem inducit glossam l. certi condictio. in prin. ff. si certum petatur. per quam uidetur quòd simpliciter possit peti interesse: per certi condictionem generalem, quod postea in iudicio certificabitur & declarabitur. Et facit quod nota. in l. secunda allegata infra uersi. proximo. refert Iacobus & Petrus tenere certam quantitatem exprimendam: dicens quòd est casus ff. de re iudicata si quis ab alio. §. finali coniuncta l. ut fundus. ff. communi diuidundo. Dicet ergo, peto interesse quòd æstimo centum: in casu autem cum ultra interesse præteritum, uenit & futurum, dicet peto interesse quod æstimo centum & plus, quantum contingit illud crescere ante sententiam. Nam secundum Iacobum si non peteretur, non ueniret. ff. si pars hæred. peta. l. secunda. in fine. & ff. de rei uendica. l. quæ dota. §. finali. Dominus meus ubi suprà circa id, quod prius dixi, signat contrarium de l. ubi autem non apparet in fi ff. de uerb. oblig. de qua Accur. loquitur ubi suprà in glo. similibus in fi. Ibi enim uidetur quòd ex stipulatu petatur, respondet, quòd aut dari uel tradi est in obligatione, aut fieri, aut interesse. Primo casu est certum, quia potest oculis inspici, & habet fines ex natura designatos: & tunc agitur ex stipulatu certi condictione: ut in l. condictio. Secundo casu illud uideri non potest. allegat ff. de regulis iur. semper in stipulationibus. Vltimo casu si certum est ex rerum natura quantum sit, sed nescitur tunc illud certificabitur iudicis arbitrio, petitur certi condictione generali. ff. de lega. 1. si seruus legatus. §. qui quinque. Nulla enim quãtitate adiecta non reciperetur libellus, secundũ eum: per quod apparet quod intelligit certam quantitatem exprimi, & partem expressam relinqui posse. uide infrà de oblig. & sol. §. penult. Adde ut per nouissimos in d. l. certi condictio.*

l *Lege secunda. Pro hoc facit quod ibi not. in continuatione Rubricæ. tamen ibi Iac. de Rauen. resistit per §. curare. statim alleg. Satis mihi placet quod not. Accur. Iacob. per l. 2. ad quam etiam responde ut ibi dicitur in principio. Si ergo certa quantitas est petita uel certificata in processu causa: ad illam fiet condemnatio. aliàs non, nisi in casibus ibi not. ubi non tantum petit actor fieri condemnationem, sed solum per sententiam declarari reum sibi obligatum ad interesse: puta sine expressione quantitatis, sententiam ferri posse: sicut & fertur super indemnitate, ut in prædicta l. secunda. C. de sen. & interlocut. cum concor.*

m *Nostra. Vbi de hoc in prima glo.*

n *Rem. Aliàs uocatur intrinsecum & extrinsecum. Et de hoc satis per Cy. ubi suprà. in diui. 2.*

o *Patet. Accur. ubi suprà in glo. & ita uocat hæc uana.*

p *P. & G. Vbi hoc not. in prima glo. & ibi dedi remissione post Hostien. quam dat seq. uersi.*

q *Soluam. Hoc non capio, si diceret sola quinquaginta tibi soluam, esset intelligibile: uel si dixisset, solum mediam marcham tibi soluam. Dicebat ergo Rofre. de actione ex stipulatu arbitraria uersi. sed mirum, quòd uidebatur mirandum, quemodo in*

do in ea actione possit haberi utriusque ratio, scilicet actoris & rei in uno eodemque iudicio, & in uno eodemque casu. Et refert Ioannes summa autoritatis glossam haberi utriusque rationem alio & alio casu, ut sic in diversis casibus habeatur ratio utriusque, refert demum secundum Azo. in eodem casu id evenire posse his terminis, actoris interest, quia sibi sub pœna in loco destinato, promiserat ff. de eo quod certo loco. l. ait utique. §. pe. rei interesse quod minoris pretij est, quod promiserat ubi promisit, quàm ubi convenitur. Si ergo plus actoris quàm rei interest, in superfluo fiet condemnatio: ut si sors est centum, interesse actoris est decem, & interesse rei consistit in quinque: condemnabitur reus actori in centum quinque. Hæc verba bene sunt intelligibilia, subdens actoris rationem habendam in hac actione, quando scilicet culpa uel mora reo possit imputari: aliàs quare punietur ipse reus. Dicit autem semper habendam rationem rei: quia locus, quem ex pacto habuit, sibi aufertur. ff. eod. tit. quod si Ephesi. §. 1. subdit etiam quòd quandoque est alternatiua promissio rerum: ut quia promitto Stichum aut Pamphilum, utroque existente in rerum natura promissoris est electio ante petitionem, & post: ut pra. l. ait utique. §. 2. ff. de iure dot. l. plerunque. in fi. de uerb. oblig. cum qui. §. Si aūt est alternatiua promissio locorum: ut quia promittis Capuæ dare uel Neapoli: tunc ante petitionem actoris est electio rei ubi soluat post petitionem, licet non sit sua electio ubi soluat. habetur tamen ratio interesse rei, quatenus sua interest, eum alio loco soluisse. Et est idem quando est alternatiua locorum & rerum: ut si promitto Ephesi decem, aut hominem Capuæ: ut prædicta l. ait utique. §. 1. & 2. usque ad §. si quis ita stipuletur. Stipulatio autem non adiecto loco, non erit arbitraria. Soluetur autem ubi domicilium habet promissor, uel ubi contraxit. & intelligitur contraxisse ubi se soluturum promisit. ff. de actio. & oblig. contraxisse. cætera quæ copiose ibi tractat, ibi uideas.

e L. 4. ad literam. Addit hanc remissionem Hostien. in decre. P. & G. ut dixi super glo.

f Capuæ. Hoc etiam not. quòd inuito eo, in cuius fauorem locus appositus est, non potest præcise alibi exigi siue solui: ut ff. eod. l. penult. Secundum unū intellectum eius. & ff. de uerborum obligationibus continuus. §. cum ita stipulatus; quin saltem habeatur ratio interesse, ut dixi.

t Est, &c. An in hanc speciem cadat is, qui dissuasit mihi dare aliàs daturum: disputat Pil. sua quæstione 27. & tenet quòd dato quòd constet illum aliàs daturum, non tamen tenere dissuadens, nisi in fraudem meam fecerit: quo casu tenetur. alle. l. antepen. ff. de lega. 2. §. Sempronia. aliàs non: quia actio de dolo, quæ hoc casu datur respicit interesse, & ego nullum damnū sum passus. C. de acquir. possess. l. ult. in fi. alleg. etiam ff. de damno infect. §. Proculus facit regula, nullus ex consilio. libr. 6. cum suis concord.

u De hoc. In gl. 1. ubi tractatur an contra excommunicantem iniuste ueniat interesse actionis propter id non adepti, & uide quæ ibi dixi post Hosti.

x Instrumentorum. Do. Iaco. Butri. disputauit quæstionem de lege municipali, quæ habet probationem debiti ultra 20. non posse fieri per testes. Promisit mihi Titius damna & interesse, casu quo præter promissionem non uenirent: ago ex promissione petens quinquaginta pro damnis & interesse promissionem probo per instrumentum, damna & interesse per testes: quærebat an sit plene probatum? incipit quæstio, municipali lege cauetur quòd nulla. qui indiget, illam inquirat. resistere enim uel insistere non intendo ex causa non scribenda. Adde ultra ea quæ habentur per nouiss. l. certi cond. §. quando, host. Bar. & Bal. consi. 177. 4. lib. incipiente, uisa petitione.

y Iuramentum. Hæc uera contra uiolentum, non contra tertium adstrictum ad emendam: ut dicam infra de rap. super uer. sed pone.

z Legatus. Corruptum in Vin. corrupte posuit. debet dicere cum allegat, lib. 12.

a Quoties. Glo. erat Io. & Ber. in pra. cap. pastoralis. ut ibi patet in ultima glo. & not. hic autor de tribus: quia de glo. facit festum. Secundo, quia corruptum correpte posuit, ut supra. Tertio, quia improuise collocare uolens illam sub tit. de fructibus, locauit eam hic, quam supra §. 1. in fi. locasse debuisset, ut ibi dixi.

Bald. De fructibus & interesse.

QVI legat sua mobilia, non uidetur legare fructus pendentes. Facit ff. quæ in frau. cre. l. fi. §. penult. Item non uidetur legare nomina. ff. de pec. l. quam Tuberonis. §. in peculio. Item non uidetur legare pecuniā sibi debitam. ff. delega. 2. l. Caius. sed bene uidetur legare pecudes, libros, argentum, & margaritas. in §. scias. in uersi. sed pone Prælatus. cum quatuor uersi. seq. Item uidetur legasse lapides & lateres, nisi essent ad certum officium destinata. Bald. An in debito in pecunia numerata ueniat interesse, in §. omne uerò in princip. §. uiso. uersi. & ut hic. G. An absolutus

recipiat fructus sui beneficij, uersi. fin. Alleg. l. pen. ff. de re mili. C. de haere. l. idem de Nestorianis. C. Forma, qua deponunt testes super singulari interesse, in §. uiso. uersicu. sed quomodo. G. eo. l. 1 p gl. & Cy. in l. 2. quae sit lon. consue. An nomine interesse contineatur fructus infra de sequestra. pos. §. 1. Item an iudex possit supplere de fructibus & expensis. supra disputa. & allega. §. fin. de senten. peti. §. 1. De materia interesse uide plenè per Innocen. de senten. excommu. c. sacro. Super interesse quod petitum, primo & principaliter debet ferri certa sententia: si se undario: ualet incerta: ut l. terminato. C. de fruct. & lit. expen. de sent. quae pro eo quod interest in rubro & nigro. & in glossa in Rubrica, quae dicit quòd super interesse fertur incerta sententia. Iacobus dicit quòd uidetur contra not. in l. certi condictio. ff. si certum petatur. & uidetur casus. C. de inuti. stipula. l. tertia. in fin. Sustinendo glo. dic aut certum petitur in libello: & tunc debet ferri certa sententia: ut not. C. de sen. quae sine certa quantitate. l. prima. Aut incertum: & tunc aut loquuntur de sententia condemnatoria, aut de absolutoria. Si de condemnatoria, aut petitur interesse quod habet originem de praeterito: & tunc non ualet incerta sententia: ut in §. curare. Instit. de actio. Aut petitur accessorie uel de futuro: & tūc ualet incerta sententia: ut not. in simili. C. de fructu. & lit. expen. l. terminato. Et facit ad praedicta quod not. ff. de damno infecto. l. si quis missum. §. iudex. & C. si quis alteri uel sibi. l. cum propria per Cynum. Si loquitur de absolutoria: tunc ualet. Exemplum, petij interesse non declarando quantitatem, reus suscepit libellum dato mihi termino ad probandum, debui certum probare: ut not. ff. depositi. l. 1. §. si quis argentum. ff. de praeto. stipula. l. fina. nihil probaui. certe reus absoluetur: tamen quantitas exprimi non poterit. Vnde qualiter incertum deducatur, dicit lex ultima. B. de annali exceptione. de quo dictum est supra qualiter autem deducatur in sententia, dictum est superius. Baldus. Interesse est quantitas damni uel lucri. Baldus. uide infrà 3. nota quòd omne interesse. Circa interesse taxandum, quale sit officium iudicis appellationis uel primi iudicis: Sciendum est quòd obligatio primitiua continet certam quantitatem uel certam naturam: obligatio secundaria & officium iudicis taxat ad duplum, id est, ad interesse singulare, non uenit ultra damnum communis aestimationis. Si autem obligatio primitiua non est certae quantitatis uel naturae, uenit totum quatenus interest uere, quod per subtilitatem iudicis declarabitur: & uenit interesse ratione damni emergentis, & ratione lucri cessantis: ut C. de sententijs, quae pro eo quod interest. l. 1. Verba textus illius legis sunt ita obscura, sicut aliqua, quae sint in corpore iuris: ideo hic insistemus. Sciendū est quòd est triplex interesse, quoddam est interesse, conuentionaliter declaratum, quod uocamus interesse conuentum: quoddā interesse commune, quantum res communiter ualet: quoddam est interesse singulare, quia singularē utilitatem affert res uni, quā non affert forte alteri. Item quoddam est interesse taxans. Quoddam est interesse taxatum per formam contractus: ut si promittitur aliquid nomine interesse taxati. ff. de prato. stipu. l. fi. De interesse taxando oēs concordant, quòd interesse taxandum est interesse singulare: quia lex taxat, & taxari mandat ad duplum. Sed de interesse taxante sunt opiniones. Placen. dixit quòd interesse taxans est interesse conuentum, quod non pōt excedere ultra duplū simplo computato. C. de spon. l. fi. in prin. Bulg. dixit quod interesse commune. Nam quoniam nomen interesse simpliciter prolatum intelligitur de communi. ff. ad leg. Falci. l. pretia rerum. & pretium conuentum uel merces non est proprie interesse: quia non ex re, sed ex negotiatione percipitur. ff. ad l. Falci. l. 3. de haeredi. uend. l. exhaeredatus. nec ad ipsum agitur ut interesse: cum sit in obligatione primaeua: sed interesse concernit obligationē secundariā. ff. commo. l. si ut certo. §. si duobus uehiculum. Et si promitto damna & interesse resarcire, non uenit pretium. ff. de conditio. & demonstra. l. quibus diebus. §. 1. & si absoluo te ab interesse, non ideo uideor absoluere à restitutione pretij ff. de actio. empt. l. emptorem. §. ibidem. & hoc est uerius secundū Iac. But. interesse enim est damnum, ut hic in uerbo, damnum reddatur. & de act. emp. l. 1. Sed pretium conuentum nō est damnum ergo non est interesse, sed damnum cōuentionaliter aestimatum est interesse conuentum: ut not. Dyn. in c. mora. de reg. iur. lib. 6. Baldus. Sed quomodo probatur interesse singulare per testes, quòd ipsi non sint singulares? Respon. si concordant in dicto, & causa non ad diuiduum relata, id est, ad se testem & singularē affectionē: quia tunc testis esset singularis: nec ad genus generalissimum omniū hominū, quia esset interesse commune: sed ad genus subalternum, scilicet hominem talis industriae, & talis conditionis. ff de uerb. oblig. l. continuus. §. cum ista. secundum glossam. Baldus. Ex cōiecturis etiam iudex aestimat. l. semper. §. hoc interdicto. ff. quod ui aut clam. Vide quod not. Instit. de uerb. oblig. §. fi. & l fi. ff. de praeto. stipula.

quod

quod dic ut no. per glossam & Cynum in dicta l. 1. uers. uide Baldum. & nota quòd obligatio primaria taxat secundariam, si primaria habet certos fines: sed si non habet fines certa aestimationis, non potest tunc aliud taxare: quia terminus, ad quem fit relatio taxatus esse debet. Nam incertus numerus nõ potest alium numerũ dinumerare. tũc igitur iuxta facti aestimationẽ debetur aestimatio simpla. ff. de uerb. obl. l. stipulationes non diuiduntur. §. Celsus. & quod ultra communem aestimatio nem singulariter interest, in totũ debetur. Sed cum in factũ cadat interesse commune & operaepretiũ ff. loc. l. qui insulam. §. qui aedes ff. pro socio. l. cùm duobus. §. cum in coeunda. & l. societas contrahitur. ff de condi. indeb. l. si non sortem. §. libertus. Quare interesse commune non mensurat interesse singulare? Respon. quia in facto non cadit aestimatio uniformis, & sic non cadit interesse commune: nisi forte sit tale factum quod locari cõsueuit communiter: & illud dicitur interesse commune, sicque inter casus certos, non inter casus incertos isto casus poneretur. argumentum ff. de praescriptis uerbis. l. naturalis. §. at cùm do. & l. prima. §. primo. de superfl. in glo. & argumentum ff. de rebus dubi. l. prima. Omne autem, quod est certum, aut est certum de se, aut est certum per relationem ad aliud: & sic non ex se, sed per relationem adiuncti: ut l. hac sententia. & l. in summa. Quomodo ergo in materia accipiemus interesse? Respond. casu certum appello, quando res ipsa recipit aestimationem communem, quae cadit ut in plurali, ita quòd persona non facit locum interesse, sed res, id est, bonitas rei. Nam quod uniforme est, satis certum dicitur uel uidetur. Sed quod non est aptum natum uniformiter prodesse, sed difformiter, illud non dicitur certum commoditate communi, sed debet fieri certum iudicis subtilitate ex ueritate personarum & circunstantijs. Simile ff. de legatis tertio. si sine. & de legatis secundo. l. prima. Arbitrarium est ergo magis quàm taxatum. Sic ff. de testibus. l. 3. § in magis. ff. de iure dotium. l. cùm post. §. generi. & l. quaero. Item quaedam sunt res, quae habent intrinsecam bonitatem, cui communis aestimatio commensuratur. ff. si certum petatur. l. cùm quid. & l. uinum. & in istis cadit regula de casibus certis & commensuratis. Quaedam sunt, quae non habent intrinsecam bonitatem: ut ire Romam, fossam fodere, & similia: & tunc interesse singulare non possumus metiri penes interesse commune: & non cadit in talibus: quia non afferunt tantam utilitatem respectu uniuersorũ, quantum respectu singularis personae: & sic interesse omnino difforme & non conforme. & hoc propter esse propter qualitatem inhaerentem personae. ff. ad exhib. l. populi. & no ff. de eo quod certo loco. l. 3. §. fina. Item propter necessitatem incumbentem personae ff. de seruis expor. l. serui uenditor. §. fina. & l. seruus ea. Item propter affectionem iustissimam. ff. manda. l. cum seruus. Ea enim qualitas, quae communis non est, sed singularis mensurat interesse singulare, ut quia pater: sed qualitas communis est, quae mensurat interesse commune: ut quia homo, non quia filius. ff. ad l. Fal. l. pretia rerum. post prin. Nam talis natura communis est ff. de accus. l. hos accusare. §. fin. Simile dicimus ff. de procur. l. in popularibus. in prin. Distinctio ergo legis est in tribus. Quaedam enim sunt res, quae per se naturaliter utiles sunt ex quantitate, ut frumentum: uel natura, ut bos. Quaedam quae ex accidenti: ut purum factũ, quod communiter non deducitur, nec cadit in commercijs & in actibus hominum: ut ire Romam. nec communiter est in usibus hominum. Bal. De lucro nota quòd est lucrum rei & lucrum spei. Spei est multiplex: quoddam enim est pendens ex insidijs fortunae: ut Insti. de uer. obli. § ex conditionali. In hoc non omnis potentia deducitur in actum. ff. de condict. ob cau. l. quod seruus. sed distrahitur de potentia propinqua, & remota. Quoddam est dependens ex facto meo & alterius. ff. ad l. Falci. l. pretia rerum. in fine. Quiddam pendens ex mora aduersarij. ff. ex quibus causis maio. l. sciendũ. & l. denique. Quoddam pendens ex uerisimilibus coniecturis. ff. de eo quod certo loco. l. 3. in fine. Lucrum autem praesumptionis, uoco lucrum temere praesumptum. ff. ad exhib. l. pen. C. de sentent. quae pro eo quod inter. l. prima. §. pen. Lucrum enim ut ueniat in iudicio, debet esse uerisimile, & non aberrare à iustitia naturali: ut lucrum usucapionis, & lucrum usurariae prauitatis: ut not. ff. de furtis. l. si quis auxilium. § si. per glo. & Dy. lucrum rei quoddam cohaerens est: ut si emi bono foro, puta pro decem mercantiam, quae ualet 15. tunc uel postea coepit ea ualere: sic enim ditantur mercatores. Quoddam est separatum à re, quod accedit magis contemplatione personae quàm rei, uel iusta ratione. uide infrà, eodem. §. nota quòd quiddam. §. & hoc dico, &c. Nũquid interesse singulare dicatur pretium. Gloss. dicit quòd sic. Sed textus dicit contrarium: ut l. pretia rerum. & probatur exemplo, si seruus tuus me offendat, ego multum tibi darem pro eo habendo & iugulando. l. pen. ff. de condictio. ob. cau. & tamen illud non dicitur pretiũ: quia delinquendo nemo sit

pce-

pretiosior. Nam si esset pretium, ergo factus esset pretiosior delinquendo, quod est falsum. ergo nomine pretij abolutè probato, non continetur interesse singulare. Bald. Qualitas enim inhaerens subiecto habet denominare subiectum singulare, secundum Aristo. Vnde interesse, quod concernit singularem qualitatem inhaerentem personae dicitur interesse singulare. arg. ff. de acquir. haereditate. l. Paulus. §. fin. & C. de imponenda lucrati. descrip. l. 1. lib. 10. & nota quòd tota l. 1. C. de sent. quae pro eo quod interes. loquitur de interesse singulari. Et not. quòd aut debetur res, aut factũ. Insti. de uerb. oblig. §. non solùm. Res autem debetur tribus modis. In quantitate: & sub hoc uocabulo comprehendo omne corpus. In genere: & sub hoc comprehendo formalem generis obligationem: quae tamen in executione obligationis erit species. ff. de leg. 2. l. Meuius. §. duobus. & l. 3. ff. qui & à quibus. & in istis tribus, scilicet quantitate, specie, & genere, consistit quaedam naturalis certitudo interesse communis, quae taxat singulare interesse, nec duplum excedit: quia nimietas est odiosa legi, sicut infinitas. ff. de contrahen. empt. l. in lege & ibi nota. Praeterea & lex taxat poenas. Aut debetur factum, & in hoc non consistit per naturam facti aliqua certitudo interesse communis. Et hoc ideo tacitè contrahendo, videtur habitus respectus ad interesse singulare, quod substantiam obligationis facti probet: ut ff. manda. l. si procuratorem. §. manda. & ff. de serui. l. quoties. & facit quod not. ff. de uer. obl. l. stipulationes non diuiduntur. §. Celsus. & l. certi condictio. in prin. ff. si certum petatur in glo. quae incipit, inculcatio uerborum. & in glo. quae incipit, dic certum. Accedat praedictis quòd in obligationibus facti magis ponderatur interesse: quia factum non consideratur principaliter per se, sed propter interesse: quae conuentio simpliciter per se est intelligentia. ff. de praeto. stipu. l. fi. ff. rem ratam haberi. l. commissa. uide infra. eo. §. & nota quod aut merum. Et not. quòd quaedam sunt quae habent plurimum iuris, ut dationes. quaedam plurimũ facti, ut scribere librum, & similia, quaedam mista sunt, & habent plurimũ iuris & plurimum facti: ut traditio ex causa emptionis. ff. de usuris l. si stipulatus. Adeo nanque ius continet, ut si agatur ne ius transferatur, non est emptio: quia & si non actualiter, tamen potentialiter debet interuenire iuris trãslatio: ut ff. de contrahen. emptio l. cum manu sata. §. fi. in habentibus plurimum iuris, id est, in quibus tota forma obligationis in iure consistit. licet in executione obligationis factum uersetur, vt l. traditionibus. C. de pact. & de leg. secundo. l. Meuius. §. fundo. non uenit interesse iure actionis: nec est in petitione, sed in executione. Insti. de leg. §. si res. ff de legatis secundo. l. non dubium, tamen hoc interesse taxatur: & eius condemnatio moderatur per dictã l. 1. licet ueniat officio iudicis: in mistis venit interesse iure contractus, & iure optimo, id est, iure actionis debetur: & itidem taxatur in puris factũ. Glo. dicit non taxari per legem, sed per facti contingentiã: ut l. quatenus. ff. de reg. iur. Sed hoc uidetur falsum: quia in contractu locationis locator tenetur ad purum factum: id est, ad patientiã: & tamen taxatur interesse. Sed respon. quòd potius patientia est in executione obligationis, magis propter aliud, id est, propter fructus rei, qui habent certam quantitatem vel naturam, quã propter se ff. de fur. l. si seruus §. locaui. & hoc in locatione rei. Sed ista solutio non concludit in locatione operae uel rei & operae. vt ff. loca. l. sed addes. §. item cùm quidam. & ideo dic secundum Petr. & Bar. quòd etiam iste dicitur certus propter mercedem conuentam, quae conuentio mercedis cadit super certo & incerto: & in correlatiuis vnum propter aliud redditur certũ & intelligibile. l. 1. ff de reb. dub. Praesumitur ergo quòd illud factũ tantũ ualeat, quantum locatum fuit. ff. de dona. causa mortis l. mortis causa. §. Titia. et ideo duplũ huius tanquã interesse communis uel conuenti excedi nõ potest. Et idem sentit Iacob. Butriga. & sic ex adiuncto aliquid certificatur, & coarctatur. ff. de vino, tri. & oleo legato. l. fi. §. cui dulcia. Bal. Item nota qòd quoddã est interesse rei. Quoddã circa rẽ. Quoddã extra rem. Interesse rei est bonitas rei, vt pretiũ: vt l. uirum. ff. si certũ petatur, & l. cũ quid & l in hac. ff. de tritica. de act. emp. rem. §. fi. Interesse circa rem est. quòd rei accedit: ut haereditas seruo relicta: & istud etiã venit tanquã cohaerens & connexũ. ff. ad leg. Aquil. proinde. §. item causae corpori cohaerentis. ff. de euict. l. uenditor homini. Et bene dico circa rem. Nam dictio circa. apposita super rebus, accessionem significat, non principalitatem: vt l. Rutilia. ff. de contrahen. empt. & ff. de ser. rest. praedi. l. qui duo praedia. Officium. n. istius dictionis mercenarium est nobile: et interesse illud circa rem cognoscitur hoc modo, quia sequitur rem quocunque uadat: & in rem, non in personam propositũ est. Item nota quòd interesse intra rem, est quando ipsa res quae fuit deducta in contractu aestimatur, uel fructus eius. Interesse extra rem est, quando alia res est, quae non fuit in contractu deducta: quod nunquam uenit ex mera natura contractus, quia non fuit de hoc cogitatum, sed uenit

interdum

interdum ex natura altera ratione doli uel culpe lata. ff. de act. empt. l. Iul. vel ratione delicti: vt l. Aqui. quia sapit pœnalitatem. ff. ad l. Aquil. l. proinde. Interesse extra rẽ omnino separatur à re conuenta, & est id, quod non accedit rei, sed peritia. ff. ad l. Aquil. l. 3. ff. de admi. tut. l. Titium & Mauium. §. altero. Hic tamen quandoque uenit: quãdoque succedit pretium loco rei. ff. de rei uen. l. mater. ff. de distra. pig. l. 1. de uerb. sign. l. Labeo. Damnum. n. & commodũ eius esse debet, qui suo periculo negotiatur. ff. de rei uend. l. si nauis. §. 1. Itẽ est extrinsecum, quod accedit ratione fortune: ut si familia fame perit. Non. n. mora erat ad hoc ordinata: quia mora non excedit fines eius quod debetur: vt l. si sterilis. §. cùm per uenditorẽ. Et hoc dico de interesse dãni & lucri. nã lucrũ, quod est in re, uenit: vt emi pro quinque, quod ualet octo. l. 1. ff. de act. emp. ff. de mino. l. in causa. la 2. §. 1. lucrũ extra rem non uenit: vt si habuissem equum, uicissem hostem: uidissem facta mea, & similia. sic ff. man. l. idemque. §. idẽ Labeo. Lucrũ circa rẽ est, vt hereditas delata: ut d. l. venditor hominis. Item prodesse lucrũ, lucrũ radicatum est quasi damnũ: vt ff. de bonis que liber. l. liberto octuaginta. lucrũ mercatura solita uenit. l. 3. in fi. ff. de eo quod cer. lo. insolita non uenit. l. fi. C. de peri. & commo. rei vendi. & ff. de neg. gest. l. si quis negotia. & similia. In lucro enim attenditur aptitudo & consuetudo: in damno attenditur actio: ut not. in l. 3. in fi ff. de eo quod cer. lo. Item no. interesse lucri, quòd aut lucrum erat bonum, sed non æquum: & non consideratur: ut l. sciendũ. ff. ex quib. cau. ma. coniuncta l. 1. ff. de iust. & iu. Aut bonum et æquũ: & tunc aut fundatur super contractu uel quasi, delictu uel quasi: & uenit. Aut non habet fundamentum: & non uenit: ut l. Proculus. ff. de dam. infe. Satis tamen est pro fundamento ius commune. ff quod ne in loco publ. l. 1. §. meritò. Affectio duplex. Quædam æstimabilis commodo pecuniario: quædam, quæ numerario pretio æstimari non potest. Item non est consideranda affectio qualis est: sed qualis esse debet cum moderamine: regulari enim debet affectio. Item interesse singulare, quod limitatur ad duplum, est interesse singularis utilitatis uel affectionis causata à singulari utilitate non nuda cum cogitatione: & utilitas ista bene cadit in sensum & in notitiam. Bal. Opponitur quòd interesse ueniat ultra duplum: ut l. ratio. § fi. ff. de act. emp. Solutio. Ibi non loquitur de interesse singulari, sed de rei æstimatione: ut l. uinũ ff si certũ peta. & de uer. obl. l. quoties in diẽ. Secũdo opponitur quòd ueniat ultra. ff. de actio. emp. l. Iulianus. Solutio. Ibi fuit dolus in contrahendo, secundũ Placen. uel in tradendo secundũ gl. uel ibi loquitur de interesse cõmuni, secundum gl. Oppono ad idem. ff. ad l. Aqui. l. proinde. ff. de incen. rui. & naufra. l. 1. §. Senatus. Sol. Ibi loquitur in maleficijs & pœnalibus actionibus: uel ibi est simplum interesse commune, non duplum: ut no. Dy. Insti. de act. §. omnes. Oppono ad idem de. l. uẽditor hominis ff. de euic. Solutio. Ibi est interesse commune, & accessorium rei, quod rem sequitur: & potest peti totum: quia interesse commune est paruum interesse hincinde: sed singulare interesse est respectu petentis, & pœna respectu conuenti. ideoque arctatur, ut d. l. 1. ne quis eum. & l. pen. §. oppono ad idem. ff. de in litem iuran. l. uideamus. §. iurare. Solutio. hic interesse ueritatis, ibi affectionis: in quo casu dico quòd poterit esse minus duplo, non plus: per hanc legem, secundum Iac. de Are. Opponitur quòd non debeat duplicari interesse commune, sed conuentum. ff. de act. emp. l. Titius. Solutio. Ibi speciale, ut interesse commune non posit peti ultra duplum conuentum: ne facto uenditoris emptor minus oneretur. arg. ff. de rei uendi. l. in fundo. Pe. dicit quòd illa l. Titius. idem dicit quod l. 1. C. de sent. quæ pro eo quod inter. quod est falsum: quia lex, Titius, loquitur de cõmuni æstimatione, & eam taxat: hic autem de singulari. Oppono ad idem ff. de euic. l. cùm fundus. Solutio. Ibi de culpa cõuentionali. hic de legali. nam dupla conuentionalis, refert se ad pretium conuentum, non ad commune. Oppo. quòd pœna, sine ulla moderatione possit peti. ut Insti. de inuti. stipu. §. alteri. Solutio ut per Dy. Insti. de act. §. omnes. sed Iac. dicit quòd petitur quantacunque sit: licet per nomina multiplicãtia. Fallit in arrhis. C. de de spon. l. fi. in stipulat. euictionis, ut l. si dictum. Hoc sentit gl. Inst. de actio. §. omnis. Pro hoc l. Celsus. ff. arbi. tu. ut gl. arguẽdo de pact. ad legẽ. ff. de euict. l. si ita quis. Et est ratio differentia: quia per nomina multiplicantia, terminus referens arctatur ad terminũ ad quem fit relatio aliqua: sed in absoluta promissione, cessat relatiua adiectio: quia non est ibi relatio aliqua. arg. ff. de contrahen. emptio. l. uenditionis. in ratione sui Oppo. quòd interesse non ueniat in lucro: ut l. si sterilis. §. cum uenditorem. de act. empti. etiã si sit probabile, honestũ, & certum. Solutio, ut per doct. & l. 2. ff. de eo quod cer. loc. per Guliel. Extra scias quòd ad l. Iulianus. Iac. de Ra. dicit quòd uẽditor tenetur per uerbũ ad tradendum: & per aduerbium ad factum negatiuum de culpa, quod absit, etiam leui, quæ uenit ex natura cõtractus quæ tacita obligatio per aduerbiũ,

quia

quia in facto ideo in solutum interesse petitur, secundum Iac. quod reprobo: quia habet mutuã recompensationem, vt dixi superius. Vel dic cũ Iac. quòd recompensatio relatiua, respicit lucrum, non damnum. Sed obligatio doli, respicit etiam dolum: vt l. Iulianus. et hac uera. Bal. Item scias quod Pe. extra opponit de l. liber homo. §. si. ff. de uerb. obli. ubi petitur totum interesse singulare, puta pœna incursa, & uenit etiam ultra duplum. Solu. Ibi datio reputatur factum: nam datio in persona tua nõ est datio quo ad me, sed factum. ff. de solu. l. qui reo. §. qui Roma. & sic non habet certam quantitatem vel naturam, secundum Barto. sed falsum est quòd ipsa quantitas, cum ex seipsa constet, habet certam naturam et mensuram. Nam ut concludendo dixerim, quantitas, pondus, mensura, species, genus & factum, quod habet mutuam præstationem de aliquo prædictorum generum dicitur carta quantitas quo ad hanc legem. Casus autem incerti dicuntur, ubi commune interesse non cadit, uel non constat de eo: uel ubi est factum sine recompensatione, vel cum pari recompensatione: ut facio ut facias. Et ideo ad l. liber homo. dic quòd ibi res, quæ debetur, non afferebat interesse commune agenti. & ideo non uenit totum singulare. Ibi enim non affert mihi solutio alteri fienda intrinsecam utilitatem rei & dominium: licet afferat commodum liberationis. Bald. Prætendere interesse, est quoddam pati: et si est passio communis, id est, communiter considerata, est interesse commune. si singularis, est singulare. Et est simile quòd ubi non cadit interesse intra rem, uenit extra rem. ff. de in lit. iur. l. nummis. & de eden. l. argentarius. §. cùm autem. iuncta l. postquam. de pactis. nisi fiscle. l. 1. C. de dona. l. locum. §. condemnatio. ff. de ta. exhi. Et no. quòd omne interesse, finaliter in quantitate consistit. ff. de re iud. l. si quis ab alio. §. fin. & uenit in contractibus innominatis, etiam do ut des. ff. de rerum permu. l. 1. in fi. & no. Insti. de actio. §. actionum. & C. de sen. quæ pro eo quod inter. l. 1. Cum ergo diffinitur interesse, quod est damnum, expone, id est, quantitas damni. & sic de lucro uerbaliter expositio est. Bal. Et not. quòd aut merũ factum debetur, ex dispositione legali: & tunc præcisè debetur sine debeatur ex dispositione prohibitoria: ut ff. de noui operis nunciatione. l. stipulatio. §. siue. uel ex præcepto legis. arg. ff. de pollicitatio. l. de pollicitationibus. Aut debetur ex contractu: & tunc aut facti executio continet publicam utilitatem: & debetur præcisè. ff. de no. ope. nun. l. stipulationi. §. fine. in gl. ordinaria aut prætoris autoritate: & tũc considera utrum prior cogitauerit de facto an de interesse, id est, considera naturã stipulationis prætoriæ. ff. de præto. stip. l. sed & hæc. §. prætor. & l. non cogendũ. §. Sabinus. Aut solam contrahentiũ uoluntatẽ: & tunc aut est actũ quòd præcisè debeatur: & præcisè debetur: ut no. ff. de dona. l. hæreditas. Aut non est actum quòd præcisè: & tunc aut affertur interesse iustum uerè & interpretatiuè: et sufficit, ut no. in l. 1. ff. de actio. emp. Aut non est iustum, saltem interpretatiuè: ut quia domino, cui permissa est restitutio displicet: & tunc præcisè: ut ff. de rei uend. l. is, qui dolo. cum l. seq. Aut factum debetur ex ultima uoluntate: & tunc aut eius impletio respicit pietatem, aut decus publicum: et præcisè debetur: ut ff de leg. 3. l. fideicõ. §. si non opem. Nam commutatio fieri non potest ff. de usufr. l. legatum. si respicit priuatum interesse, idem quod in cõtractibus. Bal. Et no. quòd licet commutetur interesse, non fit nouatio: quia uenit ex dispositione legali ex qua nouatio non fit: quia stipulatione, non lege, nouatio peruenit. l. fin. C. de noua. & probatur ex coniunctione duarum legum. ff. de condi. furt. l. si condicatur & l. in re furtiua. de uerb. obl. l. scire debemus. §. fina. Sed in pœna dic ut per Gul. in §. si pactis. De interesse utrum possit peti iure actionis: certum est quod sic de interesse conuento: sed de interesse communi & singulari dic quòd aut petitur ratione moræ, aut culpæ, aut ratione euictionis. Si ratione moræ, aut est factum merum, & peti potest iure tacitæ conuentionis: ut in d. §. Celsus. Aut factum mixtum: & dic ut in l. 1. de act. emp. Aut datio: & tunc aut ex contractu nominato, aut ex innominato. Primo casu præcise est obligatio ad rem. Secundo casu est interesse in obligatione. Si ratione culpæ dic ut in l. eleganter. §. si ff. de dolo. & in actione empt. l. Iulianus qui est in obligatione. Idem si ratione euictionis. Bald. in his quæ in se non continent publicam utilitatem, attenditur interesse extra rem, secundũ quosdam. Idem si in se, sed non respectu creditoris. ff. de uerb. obli. l. liber homo. §. fina. uel ubi fuerat cogitatum de illo extrinseco interesse. Nam id quod tacitè agitur, attendi debet, ut no. in simili eo. tit. l. eum qui certarum. in prin. & ff. quãdo dies leg. ced. l. Firmio. Bald.

a *De pœna temerè litigantium.* a Rub.

S V M M A R I V M.

1 *Pœna temerè seu calumniosè litigantis quæ sit.*
2 *Temerè litiganti, semper est pœna pecuniaria imponenda.*

Teme-

3 *Temerarius citra propriam scripturam, uel numerationem sibi factam, si de mendacio conuincatur, in duplum est puniendus.*
4 *Consuetudo in diuersis curijs, circa pœnas infligendas, est uaria.*
5 *Calumniosè episcopum accusans, qua pœna teneatur.*
6 *Quælibet ferè ciuitas, sua statuta circa pœnarum inflictionem obseruat.*
7 *Statutum semper debet aliquid operari.*



DICTO De expensis & interesse ad quæ temerè litigantes teneantur, utile est ut de alijs eorum pœ-
1 nis aliqua annectamus. † Pœna igitur temerè seu calumniosè litiganis est, quia quandoque fit infamis per sententiam: quandoque ipso iure, puta actionem fur. ui bo.rap. & iniuriarum, de dolo & sepul. uio. & expilatæ hæreditatis, & in actione in factum contra mulierem calumniosè missam in poss.cau.uent.& in act.tute.mandati, depositi, & pro socio, quæ directè infamant: ut hæc omnia pro bantur Insti.de pœna teme. liti. §. ex quibusdam. 6.q.1.infames.& c.quicunque. C.de app. à procon sulibus.22.q.5.si quis coni.ductus.87. dist.religiosum.& supra.de dila. iur. uer. ut autem. & melius
2 in repertorio nostro, in ti. de infamia. † Item temerè litiganti, semper imponitur pecuniaria pœna: puta si filius uel libertus sine uenia iudicis, parentes uel patronum in ius uocauerit: punitur in quinquaginta aureis: ut Insti.de pœ te. liti. in fi. & si soluendo non sit, uerberibus castigatur. ff. de in ius uoca.l.pe.& fi.2.q.1.prohibentur. 12. q. 2.qui manumittuntur.4. q.3. uer. item lex Iuli. Item in actione l. Aquil. & in actione legatorum üs retentorum punitur pœna dupli. Insti.eo. §.aduersus.& 13.q.2.obla. & c. clerici. Item negans per mendacium se possidere, perdit possessionem. ff. de rei uend.l.pe. Item in noxali, si negat se possidere ser
b uum uel animal quòd dedit noxam, perdit illud b
3 ff.de noxa.si seruus depositus.§. si negauerit. † Itē temerè litigans circa propriam scripturam, uel circa numerationem sibi factam, si conuincatur de mendacio per testes, uel instrumenta, punitur in duplum. Si autem conuincatur per sacramentum sibi delatum, punitur tantùm in expensis: ut in auth.de trien.& se.§.studium. Item uocans alium temerè in ius, punitur circa uiatica & sumptus litis. ff.de iud. eum quem. extra de pœnis. calumniam. C.de fru.& lit.expen.l. 1.& 2.de quo dic ut suprà,
4 de expensis. † Breuiter c circa pœnas huiusmodi
c inferendas, te referas ad uarias consuetudines, quæ in diuersis curijs obseruantur.76.dist.utinam extra de eo qui mit.in pos.causa rei seruan. c.cùm uenissent. Quædam tamen personæ sunt. quæ non tenentur ad hanc iuris acerbitatem. C. de episc. aud. tam dementeis. De hoc uide supra de actio.
5 seu peti. §. sequitur. † Item qui calumniosè accusat episcopum, etiam coram iudice competenti, punitur in 30. ponderibus auri; ut C. de episc. &
6 cle.si qua per calumniam. in prin. † Sed quæritur utrum leges maleficia punientes, locum habeant hodie, cùm ferè quælibet ciuitas sua statuta habeat super quolibet beneficio, præsertim in Italia? Quidam dicunt quòd statutum municipale tol lit leges de hoc tractantes, arg. ff. de iudi.cùm prætor.ff.de pœnis.hodie. C. de infamibus. & si seue-
7 rior. † Statutum enim debet aliquid operari.& facit ff.de pœnis.l.prima.& l.interpretationem. Alij contra, quòd iudex sine Potestas possit imponere pœnam legū si sit maior: quia sic iurat in authen. iusiuran. quod præ. extra. de iureiur. uenientes. Item si condemnat in maiori: ergo & in minori. ff.de arbit. de hoc supra.ti.proximo. §.primo.uer.
d primo. d

ADDITIO.

a *Vide quod dixi suprà de expensis quod Io. de Deo ibi receperat de Summa Azo.Insti. de pœna teme. litig.hic ponit autor omittens etiam quod Io.omiserat. Dixerat enim Azo quòd in genere tradi poterant tres pœnæ, scilicet corporalis, pecuniaria, & fama: quod de prima dixerat Azo omiserunt isti clerici & prælati. Sed Innocentius eis maior, id non curauit, qui de illa posuit in decretali, qualiter & quando.2.de accu.in gl.magna que incipit, dicit Inno.*

b *Perdit illud. Posuit Io. de Deo.sed dicere debuit cū Azo perdit arbitrium deditionis noxa: & sic dicit lex. Nō poterit ergo illud dare pro noxa actori inuito, quod prius poterat.*

c *Breuiter. Secundum Io. de Deo ubi suprà, quia finita sunt uerba Azonis, quæ ponere noluit autor. Hoc dico propter id, quod dixi supra. & quia dabat etiam Azo casum legis, cùm de indebito. quem ponit decretalis ultima de solutio. subdebat etiam Azo quòd isti sunt legales tramites. contra calumniantiū iniquitates, de quibus loquitur proœmiū Institutionum.in prin. ubi de hoc.*

d *Ver.primo. Vber.de Bo. recitabat super l. tutoris. C.ad l.Iul.de ui pub.& pri.hanc quæstionem fuisse Ianua: & hoc habito consilio peritorum diuersarum ciuitatum fuit lege municip. obtentum super maleficio. & si expressè non tollat legem communem: tamen tacitè illam tollere, & solam municipalem debere seruari. Et facit quod no. Insti. de offi.iud.in prin. Et fertur Albe. Papi. simpliciter hoc dictum tenuisse: cui aliqui assentiunt, si apparet mens statuti uolentis suam pœnam subrogare pœnæ legali.arg.ff. si quis cau. si eum. §. qui iniuriarū. Facit de bap. maiores. post principium. Alias secus secundum ipsos. Ipse tamen Vber. in cauil.ubi de agente criminaliter in charta. & Io. de Deo in lib. 2.sub eo.tit. consuluit accusationem fieri*

fieri utraque lege, ut index utraque uel altera punire poßit, prout volet: sed si cogatur eligere statutum, quia poster ius. ff de iure codicillorum. l. diuus. Gui. de Suza. in l. 4. C. de sepulcro uiolato. tenet quod ambabus pœnis puniri non debet. Quia non debet quis fieri duab. ll. reus. ff. de accu. Senatus. in fi. sed quantum plus est in una, quàm in reliqua. ff. ui bono. rapto. l. 1. de actio. & obligationibus cum ex uno. & leg. qui seruum. & l. quoties. §. 1. & l. plura. unde consuluit illam maiorem legalem imponendam, qua includit minorem, quam imponit statutum: & sic satisfiat utrique. Vide quod not. in d. l. 4. notauit. Cyn. n ult. quæstio. & quod dicit Iac. de Bel. in q. quam posuit C. de requi. re. in 3. membro. q. qui tenet legem municipalem derogare iuri communi in loco, &c. Adde *an per pœnam statuti, sit sublata pœna legis.* Bald. *consi. 220. 3. lib.*

Bald. De pœna temerè litigantium.

A N *pœna statuti tollat pœnam iuris communis, uer. si. per G. C. de sepulcro uio. l. qui sepulcra. per Cy. uide suprà de accu. §. 2. Statutum si sit legi contrarium, derogat legi: quia posterius est. infra. tit. 1. in prin.* G.

SPECVLI DO. GVLIELMI DVRANDI, SIMVL'QVE Annotationum Io. Andreæ, Baldi, ac reliquorum, Partis Secundæ

F I N I S.

SERIES CHARTARVM,

a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t u x y z
aa bb cc dd ee ff gg hh ii kk ll mm nn oo pp qq
rr ſſ tt uu xx yy zz
aaa bbb ccc ddd eee fff ggg hhh iii.

Omnes ſunt quaterniones.

